BIBLIOTECA NAZ.
BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
1
G
26
NAPOLI

1
G.
26

1
9
26

2

R. P. PAVLI
SHERLOGI
ANTELOQVIA
COGITATIONVM
IN
SALOMONIS
CANTICORVM
CANTICVM.


IHS
ANTELOQVIA
COGITATIONVM
IN
SALOMONIS
CANTICORVM
CANTICVM,
Historica simul & Concionatoria.
VOLVMEN PRIMVM:
Auctore R.P. PAVLO SHERLOGO
Societatis IESV, Iberno, Vuaterfordiensi, S. Theologiæ Professore, & Divinorum librorum pro Regio eiusdem Societatis Collegio Salmanticensi in Academia Interprete.
Secunda Editione insigni Auctario nobilitata: Nam praeter illustratas sæpè maiores Disciplinas, accessêre decem & octo integræ Conceptuum Sectiones, nimirùm tres ultimæ cuiusque Anteloquij Morales;
Insuper & Indices duo; alter Observationum in varias facultates, alter sermonum Adventus, Quadragesimæ, Festorum nonnullorum, spiritualiumque Exhortationum.
LVGDVNI,
Sumpt. IACOBI & PETR. Prost.
M. DC. XL.
ECCLESIA REGINA
TOTA PVLCRA ES AMICA MEA ET MACVLA NON EST IN TE CANT. 4

ILLVSTR. ET REVEREND.

D. D.

FERDINANDO DE VERA,

QVONDAM INSVLÆ S. DOMINICI APVD OCCIDVOS INDOS ARCHIEPISCOPO.

NVNC EADEM IN PLAGA CVSCENSI Hierarchæ; Philippo IV. Hispaniarum Catholico Monarchæ à consilys;

S A L V T E M.

SERIVS, quàm desiderabam, pergit ad Vos (FERDINANDE, Antistes Clarissime) Liber iste. Optabam siue cultor, siue amicus de more gentium, nouum Hierarchatum tuum strena aliqua salutare; & ecce post moras, quale tandem donum! Verba solùm leuibus mandata foliis: Quid dicam? Dicam tamen; *Laudatur euangelica mulier, quia quod habuit, & fecit; ita & ego facio, quod habeo; litteras habeo, & litteras mitto:* Disiunxit nos ante annos tres Oceani latitudo; fateor solatium in epistola, quæ animæ substituit, & in longinquum mentis arcana defert; Sat tamen epistolarum habuit Sponsa nostri Epithalamij, oct quieuit; ardens præsentiæ desideriis exclamat, *Osculetur me osculo oris sui;* Conquerar & ego pronuncians; *Vtinam viderem te! Non scriberem tibi, & impleret Deus desiderium meum super terram: desiderio enim desideraui videre faciem tuam; Sed longe est à me; infinita enim Terrarum spatia, & vastissimi maris intersecta profunditas inuident mihi huius desiderata, & desideranda visionis dulcedinem;* Interim, dum PHILIPPVS Monarcha pietate, gloria, dominatione Summus, vocat in hunc orbem, (vocabit autem quamprimùm, neque enim Americæ commodauit nisi ad breue interuallum,) absentiæ lenibit mœrorem laudum recordatio; Sic Sponsa Hymenæi capite quinto, amisso compare languori vt mederetur, quem socij attulit peregrinatio, hymnum cantauit de encomiis dilecti filiabus Sion, *candidum* appellans, *& rubicundum, electum ex millibus*, & nomina tribuens infinita, quæ eloquens Magister Amor suggessit; ita saltem *potiore mei parte, solo corpore domi residens, voluntate nimirum ad te, & spiritu, & sermone ueniam.*

Nicolaus Notarius S. Bernard. epist. 4.

Cant. 1. 1.

Nicol. qui supra epist. 20.

Paulin. epist. 1. ad Seuerum.

Exordiar à patria: sed, quoniam cum multitudine communis est hæc gloriatio, absoluam breuiter mutuata encomij clausula vna à Theodosij Augusti Panegyrista Latino Pacato: *Solum tibi Hispania est, terris omnibus terra felicior, cui excolendæ, atque adeò ditandæ impensiùs, quàm cæteris gentibus, supremus ille rerum fabricator indulsit;* Pater tibi FERDINANDVS DE VERA. Proh! qualem Ducem nuncupo! qualem belli Cometam! Quòd si æuo nostro mos ille vigeret, quo Imperatores Macedonici, Cretici, Numantini de vocabulis nationum subactarum titulos & cognomenta sumebant; ipse *Granatensis*, ipse *Lepanticus*, ipse *Britannicus*, ipse *Africanus* ipse *Hollandus* diceretur; *Et quantum tota Respublica habet hostium, tantùm una Familia ostenderet & triumphorum:* Iste sub Philippo Prudente Maurorum superbam temeritatem, & Granatensi in agro, & Mauritaniæ in finibus compescuit; Ottomanicum fastum vt euerteret Ioannes Austriacus Princeps inclytissimus apud Lepantum, manu, consilio, sumptibus iuuit; cum Anglo, cum Batauo congressus sæpè, nunquam non castrorum terror, non inimicæ legionis formido; quòd si aliquando victus, ab elementis tamen, non ab homine superatus:

Pacatus vbi suprà.

Auunculus tuus Illustrissimus Dominus D. Ioannes Beltran de Gvevara, Præsulum Idea, Iuris vtriusque Anima, integritate, prudentia, stemmate inter raros paucis comparandus, post multas infulas demum & Compostellanam Archiepiscopus rexit Sedem; Viuit nunc, & ô seros videat annos Domus fulcimentū, tuus ex Fratre Nepos Comes de la Roca, Clarissimus Dominus D. Ioannes Antonivs de Vera, quem Philippi IV. legationes, quem Familiæ vetustas in Reges multos ascendens non ita nobilitarunt, vt & armorum, & Lycei coniunctio; nam quantùm viribus, & celsa animi magnitudine præstet, norunt & in cœlum euehunt Hispanicæ Militiæ Scipiones; quantùm verò Historia, Crisi, varia & intrita lectione, ipsóque in primis dicendi flumine emineat, nemo est eruditorū, qui ignoret; stupescunt ad tam diuersa sufficere vnū; *Adeoq; maiorem mortalibus animum gerere putant, qui tam dissidentibus studiis integer præparatur*; Hæreo delibatione ista contentus; nam si per atriorum Imagines pergere insistam, quem habitura sit vnquam oratio exitum? Recensebit enim vestræ stirpis decora solus ille, qui omnem Hispanæ nobilitatis gloriam complexus fuerit; quis enim insignior, qui non vobis, aut sanguine, aut affinitate coniunctus? Tot apud vos Reges, quot apud alios plebeia capita; Obuelare præstat magis, & a sermone abstinere omni, quàm festina enumeratione tenuare.

Hildebertus, Cenomanensis Episcopus, epist. 2.

Quanquam neque Maiorum facta præclarissima deserere valeam, (Ferdinande Hierarcha Amplissime) dum ad tua propero encomia, solúmque tu dissimilis Auis tuis, quòd in te coniunctæ prædicantur virtutes, quæ in illis etiam diuisæ stuporem generant; Vndenam auspicabor tantarum laudum segetem? Terret copia bonorum; obruisset penitùs nisi eo de Præsule agerem, de quo etsi pauca dicam, non tam vereor, ne in laudibus suis parcum, quàm ne nimium arbitretur; Ergo, vt primùm infantiæ noctem dispulisti, & rationis affulsit stella matutina, cœpisti egregia indole in spem attollere cognatos, vt iam tum portenderent, qualis prolabentibus annis futurus esses, quàm gigas, cuius in puero tā mascula virtus; *Qui quamuis de splendore natalium conscientia iubar hauseris; tamen fulgorem stirpis præcipue morum radijs obumbrasti, vincens decorem sanguinis ingenij claritate, dum coruscantem germinis tui lampadem, actuum serenitate transcendis, & factus es stemmatis victor tui, per quod plerósque mortalium nascendo superasti*; Ephebiam vt attigisti, quanquam exercitamenta non despexeris, quæ in deliciis numerat equestris ordo, (imò siue in circum prodeundum esset, siue in apertam planitiem, vix tibi æmulus quisquam;) tamen maior diligentia in ornamento pectoris; disciplinarum etiam iam tùm, cùm plurima essent quæ frangerent conatus, quasi impatiens te ardor possedit; quamobrem & breui interuallo consequutus es vt vix in scientiis esset tam abstrusum aliquid, cuius te notitia lateret; *Sic sapientia, eloquentia, & disciplina dotibus approbatus*, Bajacensis vrbis, quæ tibi natiua ciuitas *decus*; *populorum exemplum factus es*, cùm exclamarent de iuuene antiqui dierum; *Quis ille, aientes, vigor, quæ solertia spiritus, quo saltu sua subtilitatis obstantia quæque perrumpit, & quo possit de singulis artibus etiam cum singulis artificibus philosophari?* Accessit ad gratiarum cumulum oris venustas in paucis speciosa, torua paululùm, virum nempè, atque bellatorem indicatura; *Formositas illa lucis corporeæ, index animæ fuit*; Denique *quod attrita puluere canities, quod grandæuus de impetratione nunquam certus optauit, hoc tibi adolescenti supernum munus ingessit.*

Enodius in Vita Antonij.

Nicolaus S. Bernardi Notarius epist. 5. & Idem epist. 34.

Enodius Vit. Epiphanij.

Id. lib. 1. epist. 6. ad Faustum.

Sic tu in specie, & pulchritudine tua, ad nobilitatis inuidiam, per Babylonis plateas vagabaris, cùm placuit Numini segregare in Vas electionis; inspirauit itaque vehemens desiderium melioris vitæ, & Augustinum vt sequereris Ducem subintimauit; Lubet (ô Ferdinande Præsul dignissime) horam illam beatam Paulini Nolani Antistitis eloquentia tibi refricare; *Tu ad Dominum miraculo maiore conuersus es, quia ætate florentior, laudibus abundantior, oneribus patrimonij leuior, substantia facultatum non egentior, & in ipso adhuc mundi theatro id est, fori celebritate diuersans, & facundi nominis palmam tenens, repentino impetu discussisti seruile iugum peccati, & lethalia carnis, & sanguinis vincula rupisti; Beatus, qui refugisti de concilio impiorum, & in via peccatorum persistere noluisti, & sedere in cathedra pestilentiæ dedignatus es, vt humilitate præcelsa pedibus Crucifixi accubares; Tu ergo verus factor Legis, & Euangelij non surdus auditor, qui corpus & mundum configens Cruci, delicias iuuentutis, & vitæ præsentis mala gaudia pro venenis & luctibus auersatus es, respuens patrimoniorum onera, seu stercorum*; At verò Religiosorum contubernio admissus, qualem te portaueris Tyro, & inassuetus militiæ? quanta in fronte serenitas? quæ in oculis? quæ in genis verecundia? quæ vultus hilaritas? quàm grauis incessus? quàm meditata verba? Ibi nouissimus virorum, magnus ille, & præpotens; ibi sub attrita lacerna, qui purpuram & byssum induebat; ibi assiduus in ieiuniis, in oratione, in vigilando: *Ibi Dei cultor tota disciplinis cœlestibus virium tuarum vela laxabas; & cum omnia essent digna præconijs quæ gerebas; dispendium virtutis credebas fuisse laudatum.*

Epist. 1. ad Seuerum.

Enodius in Vita Antonij.

Ita sanè consummatus in breui, expleuisti tempora multa: Quamobrem, & seniores Ordinis, & qui ad clauum regiminis sedebant, cùm animaduerterent canos in adolescentia sensus, difficilia quæque munia extemplò commendarunt; Iussus igitur primùm Theologiæ arcana

auditor

auditoribus reſerare,non macram & aridam ſapientiam lucubrationes pepererunt , ſed neruis,& ſucco plenam,omnibus Theoſophiæ locis ad probationem vocatis,modò accerſitis Bibliorum ſeotentiis,modò Pontificum,Synodorúmque effatis, modò inueſtigata antiquitate, modò nuperis expenſis;In diuinis autem poſtquàm egregius anteceſſor euaſiſti, & multiiugem doctrinam comitaretur aurea eloquentiæ vis,ardórque ſpiritus,Academiam relinquere coactus es,ad multitudinem deinceps ſacra habiturus verba;quo munere aliquandiu functus multo cum plebis Chriſtianæ & commodo, & plauſu , Concionatórque generalis Sodalitij Eremitici B.Patris Auguſtini nunciatus,tandem & ad Paſtoralem curam prudentia,grauitas, manſuetudo prouexerunt;Prior itaque factus es,atque Cœnobij caput: *Taceo Vniuerſitatis in tua electione conſonantiam,& diſcretarum nationum concordem ſententiam non reuoluo; ſtatuat iſta loco laudis, cui non ſuppetit,quod poſſit prædicare de moribus* ; quorum integritate delectatus , cùm aliunde & plenè ſciens fuiſſes,cauſarum fidei grauiſſimus Senatus à conſiliis habuit, & *Qualificatorem* vt nominant , deſignauit.

Eusebius orat. de S. Laurentio, Episcopo.

Hæc dum ſuccedunt , committitur interim diligentiæ clariſſimi Auunculi tui Domini IOANNIS BELTRAN DE GVEVARA , Bajacenſis Eccleſia ; Optabat in charæ ſponſæ ruere amplexus fidiſſimus Vir ; non potuit Italia remoratus, quoniam Monarchæ iuſſa vrgebant; Petiit ſubſtitui,qui abſentiæ dolorem mitigaret; ſed,quem talis Atlas Vicarium reperiſſet niſi tu Regis memoriæ occurriſſes? Electus igitur Burgienſis Antiſtes, breui tranſlato Auunculo ad Compoſtellæ Auguſtam Baſilicam , eò quoque pergere Vos eompulſi , qui certè pondus diei,& æſtus tuliſtis per multos annos ; *O nouum atque inauditum ad principatum iter? Non te propria cupiditas,proprius metus,ſed aliena vtilitas,alienus timor Principem fecit; aſſumptus es in laborum,curarúmque conſortium ; nec te læta & proſpera ſtationis iſtius,ſed aſpera , & dura ad capeſſendam eam compulerunt;* Iam fama Gallæciæ Montana ſuperauerat, & delata in vrbem ſacro Zebedæi Iacobi inſignitam vocabulo,Pontificem ſignificauit aduentare *ſobrium,prudentem,ornatum,pudicum,hoſpitalem, doctorem,non vinolentum,non litigioſum,non cupidum,ſuæ domus benè præpoſitum;* Hoc exciti rumore ciues,vt appropinquare ſenſerunt,effuſi extra domos,& extra murorum ambitus,in vias proſiliere ſtudio videndi Rectorem ſuum ; *Non ætas quenquam, non valetudo retardauit , quominùs oculos inſolito ſpectaculo impleren; Te paruuli noſcere,oſtentare iuuenes , mirari ſenes,ægri quoque, neglecto medentium imperio,ad conſpectum tui,quaſi ad ſalutem,ſanitatémque prorepere;* Satisfeciſti votis,deſideria cumulaſti ; tu viduarum ſpes,tu depreſſorum ſolamen,tu Legum vindex , tu Sacerdotum regula,tu diſciplinæ reſtaurator ; Talis foris ciuilem Magiſtratum gerens , talis intus apud Commyſtas ; nam Canonicorum in gremium cooptatus es,atque eorum, quibus Cardinalium ob tantæ Eccleſiæ honorem conceſſum nomen,Princeps renunciatus.Quanta præclariſſimorum facinorum in illo theatro ſeries tuorum,quàm opulenta laus ? Cohibet me verecundia tua, pluſquàm longitudinis timor;cuncta tamen præteriiſſe irreligio;dicam vnum,quod in multa ſufficiat;Africani Piratæ nunquam congredi auſi cum fortibus , maritima Gallæciæ oppida inuaſerunt;nunciatum vobis duci captiuos puerorum,feminarúmque greges, profanari Eccleſias,vaſtari agros;egreſſus es continuò in ſalutem populi tui cum Chriſto tuo ; Fuiſſet immortali præconio dignum ſi domi reſidens,iuberes conſcribi militem,Ducem eligi,numerari pecuniam bellorum ſumptibus;ſed leuia fuére iſta tibi,niſi & ipſe in aciem prodires.animam ſi ſors tuliſſet bonus Paſtor pro ouibus poſiturus;Fuit illud egregium Deo,& hominibus ſpectaculum,cùm inſulatus,Sacerdos , Monachus, quæ pro Numine deſeruiſti ætatis flore , pro eiuſdem laudibus iterum arma repeteres ; primus in vigiliis, primus in conflictu , primus in omni labore eſſes ; hinc cohortium patientia,hinc admiratio ; Quidni vero ? *Cùm tecum inediam,tecum ferrent ſitim ; cùm in illa meditatione campeſtri militaribus turmis Imperatorium puluerem, ſudorémque miſceres,nihil à cæteris niſi robore,& præſtantia differens;* Non potuit imbellis Africa tantam virturem ſuſtinuiſſe ; expandit vela inimicus, & terga inglorius vertit ; nec deinceps in longum , certè quoad tu Hierarcha , auſus gentem vexare.

Plin. in Panegyric. Traiani.

Timoth. 1 c.3.verſ.2.

Plin. in laudatione Traiani.

Plinius in Panegyr. Traiani.

Tandem & ampliſſimus Archipræſul,Dominus IOANNES BELTRANDVS DE GVEVARA Compoſtellæ redditus eſt ; Eſt hæc conditio aſtrorum,vt ex oriente magno & luminoſo ſydere,quæ parua & exilis eſt , deliteſcat ſtella ; quid igitur ? obſcurauitne te Auunculi præſentia? quin & clarior euaſiſti,nec à tanto lumine fax tua diſpendiū aliquod paſſa eſt; Itaque nomen illi & honor Epiſcoporum , curæ tibi ; Medius-fidius quæ de Gerardo amantiſſimo fratre quondam Bernardus ; & de te tuus pronunciare IOANNES poſſit : *Gratias tibi ago*(FERDINANDE chariſſime) *de omni fructu meorum ſi quis eſt in Domino ſtudiorum : tibi debeo,ſi profeci , ſi profui ; tu intricabaris , & ego tuo beneficio feriatus ſedebam mihi,aut certè diuinis obſequijs ſanctiùs occupabar,aut doctrinæ filiorum vtiliùs intendebam ; cur enim ſecurus intus non eſſem , cùm te ſcirem agentem foris manum dexteram meam,lumen oculorum meorum,pectus meum , & linguam meam? Sed. quid dixi, foris agentem illum , quaſi interna* FERDINANDVS *neſciret,ac ſpiritualium expers eſſet donorum?* Non

Bernard. ſerm.26.in Cantic.

licuit

licuit diu chariſſimis amicitiis frui, ſublatus eſt in Domum Æternitatis Auunculus; qualis tibi tum affectuum interior pugna? Dolebas extinctum Eccleſiæ Catholicæ pulcherrimum fulcrum, Hiſpaniæ ornamentum, familiæ decus, tua ſolatia; gaudebas te tibi reſtitui, & iterum Rachelis, hoc eſt dulciſſimæ Theoriæ amplexibus ſatiandum; Certè deinceps per annos aliquot priuatus egiſti, ſed non otioſus; tranquillitatis fidi comites ſcriptio continua, libri, cum eruditis amicis colloquia: (*Latinus Pacatus in Panegyrico Theodoſij Auguſti.*) *Quidni ego tuum otium aliorum negotijs anteuertam? Non enim te amœna, littora nec diſpoſiti ad temporum vices habuêre ſeceſſus; ſed ſiue tu in agris, ſiue in oppidis tempus dabas, rem, & famam pariter augebas.*

Viuebas ſuauiter; nam apud te viuebas (FERDINANDE, Antiſtes optime) cùm Philippus IV. vigilantiſſimus Princeps longè poſitas nationes conſolaturus, interrupit quietem; nec potuit oſtendiſſe quantùm amaret occiduas Indorum partes, niſi tali Viro Hiſpaniam ſuam carere fineret; Fecit, quo ardet ſtudio diſtendendæ Catholicæ fidei, & priuatam voluptatem ſacrificauit commodis ſubditorum; Obtulit initio paſcendos Inſulanos S. Dominici; at veritus poſteà ne immite clima valetudinem affligeret, & eriperet immaturo fato, Archiepiſcopatum quanquam Cuſcenſi Eccleſia commutare operæ duxit pretium; O Philippo Monarchæ gratias agite immortales Cuſcenſes Hiſpani! O vos magis agite, Indorum inculta natio: (*Hildebertus Cenomanenſis Epiſcop. epiſt 3. Idem ep. 6.*) *Sanè ſana Regis diſpoſitio, qua Cuſcenſi Eccleſia nihil melius potuit prouidere, quàm te, cuius & ſcientia ſubiecti proficiunt, & patrocinio virtus exultat; Sub te cultore ſterilis ficus efflorebit, & in gratiam cum ſua redibit Domino, cuius minas, & ſecurim formidabat; Erit itaque ſtudij tui circa commiſſam tibi arborem fodere, circa eam ſtercora immittere: Talis planta facilè reſylueſcit, & ſi colere deſinas, eius virentia breui tempore putreſcunt; Quotidie flat Aquilo, non floribus tantùm, ſed & fructus ſuſpectus, & folijs; Rogandus eſt Auſter, vt veniat, & perflet hortum ſuum, & efficiatur odor eius, ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus*; Sed quò ſe diſtrahit calamus? vbinam vagatur mens noſtra? quî tanto Præſuli ſtimulos addere non vereamur? Didicimus ex amicorum ſermonibus nihil tuo præſulatu fulgentius; præter ſecretas eleemoſinas inſignes, publicum alis quotidie ducentorum pauperum gregem, habitus modeſtiſſimus & qualis olim in monaſterio; ſtudia, preces, lectio bonorum Auctorum & imprimis omnium Reipublicæ membrorum correctio; ob hanc paſſus es à malis grauiſſimas calumnias, quibus te Numen bonorum vindex inſolita prouidentia liberauit: Gaude iterum & ſæpius tanta infulatus gloria, & diutiſſimè fruere: Lætetur ab alto proſpiciens diem hunc Hierarchatus tui Iſaïas, vidénſque Indicæ Eccleſiæ nitelam tripudiet ob adimpletas vaticinationes ſuas; (*Cap. 41. verſ. 18.*) *Aperiam in ſupinis collibus flumina, & in medio camporum fontes: ponam deſertum in ſtagna aquarum, & terram inuiam in riuos aquarum; dabo in ſolitudinem cedrum, & ſpinam, & myrthum, & lignum oliuæ; ponam in deſerto abietem, vlmum, & buxum ſimul; vt videant, & ſciant, & recogitent, & intelligant, quia manus Domini fecit hoc.*

Tu verò, FERDINANDE Paſtor Inclyte, dum hæc intueris, & ſpiritu præ iucunditatis inundantia penè excedis, dum tibi gratulantur, & applaudunt amici, & ſua quiſque donaria mittit; patere hunc primigenium Mineruæ noſtræ, rudem illum & incomptum fœtum, angulo aliquo ſubſiſtere atriorum tuorum; non exeret caput, non ibit in publicum, non aulam conſcendet infantiæ ſibi conſcius; tantùm vtcunque apud te viuat; Potuit Hiſpaniæ intra circulos reperiſſe qui foueret, qui protegeret; maluit tranare Oceanum, terrarum vaſtiſſima peragrare ſpatia, ferri in oppoſitum orbem; Fateor, multùm errando laboraſſet, niſi tu viarum ſcopus extitiſſes; (*Hildebert. Ep. epiſt. 16.*) *Quòd ſi nec pondere, nec ingenio placet artificis munus: non aliter tamen illud amplectere, quàm Superi vel thura, vel pinguium libamina victimarum; illi ſiquidem non hoſtiam, ſed effectum conſiderant; eorúmque gratiam deuotio, non impenſa, promeretur; purus, & integer animus eos, quocunque vult, inclinat; nec minùs quadrante, quàm talento cæleſtem mitigat indignationem*; Erit, vt hac clementia recreatus animus, ſublimiora affectet; atque ſupra ſe exurgens, Principe dignum quidpiam meditetur: Vale, & viue diu Eccleſiæ, Hiſpaniæ, bonis; Ita voueo, exoptóque. Salmanticæ pridie Idus Ianuarij, anno Chriſtianæ reparationis milleſimo ſexcenteſimo trigeſimoſecundo.

Illuſtriſſimæ Dominationi tuæ addictiſſimus,

PAVLVS SHERLOGVS,
ex Societate IESV.

FACVLTAS

Facultas Patris Prouincialis Castellæ.

EGo Franciscus de Prado Societatis Iesv in Prouincia Castellæ Præpositus Prouincialis, potestate ad id mihi facta à R. admodum P. N. Mutio Vittellesco Præposito Generali; facultatem facio, vt liber inscriptus; *Anteloquia ad Canticum Canticorum Salomonis*, Auctore Patre Pavlo Sherlogo Iberno, nostræ Societatis Theologo, & Rectore Seminarij Ibernorum Salmantini; & eiusdem Societatis grauium, doctorúmque hominum iudicio approbatus, typis mandetur; in quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas, & Sigillo nostro munitas dedimus. Vallesoleti in nostro Diui Ignatij Parentis Collegio, die 9. Ianuarij anno 1632.

Franciscus de Prado.

Censura ex Ordinarij mandato R. P. Ioannis de Ios Clericorum Regularium Minorum Collegij Salmanticensis Sancti Caroli Borromæi Præpositi; in eodem Collegio Sacræ Theologiæ olim primarij Professoris; atque in supremo Sanctæ Inquisitionis Senatu Qualificatoris.

VIdi eximium Opus, cuius inscriptio, *Anteloquia in Salomonis Canticorum Canticum Auctore R. P. Paulo Sherlogo Societatis Iesu, Theologo*: in quo miror Auctoris igneum ingenium, quo Cantica Canticorum, *Spiritalem, & profundissimum ex omnibus Sacramentis, abditissimumque sensum continentia*, vt loquitur Philo Carpathius, luce noua lustrat, & illustrat; eruditionem veneror tum in Scripturæ difficillibus enodandis, tum in Patrum testimoniis concinnè, & aptè texendis. O quam eximium sacrorum Voluminum interpretem, ac Theologum præclarum agit! quam pulchram Ibernicæ eloquentiæ ex floribus huic operi intexuit coronam! Ego verò, cui Sapientissimus Dominus Licēciatus Saldaña in hac Vrbe & Diœcesi Salmantina generalis Prouisor, censionem dicere iniunxit, in hoc opere nihil inueni contrà fidem, plura pro fide, aduersus Religionem & mores nulla, pro religione & moribus multa satis, & egregia, quæ ædificent, quæ prosint, quæ instruant, quæ delectent, & vt vna voce dicam, nihil non aureum: Hoc meum votum. Datum Salmanticæ in hoc nostro Collegio Sancti Caroli, tertio Kalendas Iunij, anno 1631.

Ioannes de Ios Clericorum Regularium Minorum Præp.

Illuſtriſſimi, ac Reuerendiſſimi D.D. Franciſci Sancij de Villanueua, Archiepiſcopi Epiſcopi Mazarienſis, nunc Canarienſis electi, Catholici Regis Conſiliarij, & Concionatoris Sanctiſ. D.N. Vrbani PP. Octaui Aſſiſtentis.

Approbatio ex Regij Senatus iuſſu.

SACRI Canticorum Hymenæi pretioſis ornata monilibus, erudita Præludia Maximi præſcripto Senatus dum attentus recognoſco, perſpexi planè inextricabilis oraculi in abſtruſiſſimos Mæandros fulgentiſſimam facem immiſſam, qua myſtici labyrinti
Iſaiæ 9. difficillimis locis, *Jacentibus in tenebris lux orta eſt*; Noua enim
Geneſ.49. via inuenta Reuerendus Pater Paulus Sherlogus (*dans eloquia pulchritudinis*) abdita pandit,

——*Ambagéſque reſoluit,*
Cæca regens filo veſtigia.

Hier.c.2. Eo duce, qui *pectus ſuum Chriſti fecit Bibliothecam*, omnia quæſtionum monſtra ſuperanda, diuiníque Epithalamij reſerenda pene-
Cant. c.7. tralia, illius Paradiſiaci Pomarij, *aſcenſum in Palmam*, *ſuauiſſimorúmque fructuum apprehenſionem*, futuram eſſe non ambigo; certè, inter alia huius libri Commentaria eminent hæc ita, vt ap-
Iudic. c.8. pareat, quantò *melior ſit racemus Efraim vindemiis Abiezer*. Sic cenſeo. Madrit. 23. Idus Iulij ann. 1634.

Franc. Archiepiſc. Epiſcop. Mazarienſ.

D E

DE AVCTORIS INGENIO, ET IN SCRIBENDO CVRA, LAVDATISSIMORVM QVORVNDAM VIRORVM IVDICIA, ET HORTAMENTA AD EVNDEM.

P. IOANNES VELEZ ZAVALA, *Clericorum Regularium Minorum*, PHILIPPO IV. *Hispaniarum Regi Potentissimo à sacris Concionibus, & apud Supremi Senatus Fidei Quæsitores Censor.*

R.P. PAVLO SHERLOGO, Societatis IESV sapientissimo Theologo, sacrarum Literarum doctissimo Interpreti, & Hybernorum Collegio apud Salmanticenses Moderatori optimo.

ANTELOQVIA *tua in Salomonis Cantica (VIR ERVDITISSIME) vt tenui, circunspexi; qua potui diligentia, introspexi; atque vt Seneca vtar verbis, Lucij sui librum laudantis;* tanquam lecturus ex commodo adaperui, ac tandem degustare volui. deinde blanditus est ipse, vt procederem longiùs; tanta dulcedine me tenuit, & traxit, vt illum sine vlla dilatione perlegerem; *Thesaurum reperi doctrinæ sanæ; animaduerti enim in tuis scriptis expressas quasdam excellentis eruditionis, & ingenij notas; adesse video, imo superesse multa ex omnigena lectione ornamenta; instrumenta quidem, ad reconditos Scripturæ sensus facili iam negotio rimandos, solidò tractu, & explicatione acquirendos; è Sanctorum Patrum penu altè deductas cogitationes, sententias cum acri, tum iudicio, tum animi reuerentia depromptas, Quæ omnia, & pleraque alia, quæ silentium modestiè premit, Opus reddunt, vt laude, & luce, ita & prælo dignum; Faxit Deus, vt Auctor in omnibus sanè suus, qui prauia ad Cantica asperso vbique verborum & sententiarum lumine, præclaráque omnia perfecit, Cantica ipsa, Vir talium mercium abundans, salute arridenti communi felicitati perficiat; Tandem, si de meo iudicio sedulus disquisitor interroget, dicam pro Operis, & Auctoris excellentia, quod Seneca vnico, sed pro multis, verbo;* Maior ille est, qui iudicium abstulit, quàm qui metuit. *Matriti in nostra Domo Spiritus sancti, 6. Idus Iulij, anno Domini* 1632.

D. ANTONIVS CALDERON, Doctor Theologus, olim è Collegio Conchensi apud Salmanticenses maiori, & in eiusdem vrbis Cathedrali Ecclesia à sacris Bibliis interpretandis Canonicus, & in alma Academia Durandi Cathedram tenens, nunc autem Ecclesiæ Toletanæ Canonicus.

AMANDAT longè ab horto suo diuinus sponsus Aquilonem, ventum floribus plantisque maximè odoriferis, inimicum; vtpote qui de se apud Nasonem,

Induroque niues, & terras grandine pulso.

Flare iubet Austrum suauem & tepidum, qui calore suo arbores laxet, & succos odoriferos faciat stillare rigido Aquilone gelatos, duratósque; *Surge* (inquit) *Aquilo, & veni, Auster, perfla hortum meum; & fluent aromata illius.* Ecce tibi (Lector) mutata rerum natura est; Aquilone flante diuini horti spirant aromata, & longè latéque odorem sui spargunt; Gregorio, & Augustino venti sunt diuini verbi Prædicatores & Explanatores, super quorum pennas volare Deum dicat Psalmographus; Hinc meritò SHERLOGVM nostrum ventum dixerim, quem video diuini verbi Expositorem; At quis nobis ventus fiet nisi Aquilo Vir ad Septentriones in Hybernia natus? Hoc ergo Aquilone flante diuini verbi fluunt aromata, id est Scripturæ sanctæ intima sensa literæ corticibus clausa, velut aromata erumpunt, & suaueolentiâ cuncta replent; Non credis Lector? Lege SHERLOGI præuium hoc Opus; dispeream nisi fragrantia tactus aueas in Canticorum hortum, hoc est, explanationem quam iam præ manibus habet, quamprimùm introduci; Id ego ex parte iam merui; Et bone Deus! quàm nouos, quámque suaues & varios odores hausi, quos apud alios eiusdem horti cultores sentire non est! Sed cesso; nam si nares habes Lector probabis. Vale & his fruere. Salmanticæ sexto Idus Iulij, 1632.

VIRO

VIRO CLARISSIMO ET RELIGIOSISSIMO

R. P. PAVLO SHERLOGO

SOC. IESV EXCVLTISSIMO THEOLOGO SALMANTICENSIS HYBERNORVM COLLEGII MODERATORI,

D. Franciscus Ramos del Manzano, I. C. & in Salmanticensi Academia, legum vespertinus Antecessor

AMICISSIMAM SALVTEM.

ANTELOQVIVM tuum in Canticorum Cantica, SHERLOGE Clarissime, auidè, anxiè expectamus, & desiderium eius verè dicam, iam diu est cùm ferimus perquàm molestè: Nec mea tantùm hæc expectatio, auditásque, cui suauissima Præludia tua, seu Præcentiones, quarum adhuc modulatio dulcis auribus hæret, eisdem veluti gustasse contigit: verùm communis omnium, quotquot aut Musas amant, aut ab his amantur: Omnium sanè res agitur, publicéque iam interest, vel Religionis, vel doctrinæ, vel Academiæ nostræ causâ, scripta in lucem prodire, non diaria, qualia hodie pleraque, quæ Ἀδωνιδος κήποις εἴκαζεν Πλάτων, sed quæ sæculi famam sustineant, ætatem ferant, *solidúmque crepent*, vt ait ille: Talia hæc tua, doctissime SHERLOGE, proh quantis lita ingenij, iudicij luminibus! quàm insignibus notis eruditionis! Agnoscent scio posteri, vix credituri tam effœto, non iam virtutum, sed & disciplinarum æuo vnum aliquem extitisse, qui *Encyclion* illud vt cum Virtubrio dicam *corpus ex omnibus scientiarum membris compositum*, felix absolueret, & sacrato Theologiæ peplo tot aliarum artium gemmas intexeret argutâ & dextrâ semper acu. Habet enim in scriptis tuis Philologus, quicquid aut in Hebraicis Romanísque ritibus literosior eruditio reclusit, aut ex omnigenæ lectionis Auctoribus penitior obseruatio selegit: Habet Theologiæ Doctor nouam, germanámque sacri Bibliorum textus explanationem, eámque adeò vel firmandis veritatis Catholicæ placitis, vel formandis ad Christianam pietatem moribus accommodatam, tanquam si hæc per se singula, non cum illis tot alia pulchra, *μεγαλήτορα περί ὄντες*. Habent deniq; omnium artium cultores electissima è singulis ἀνθολογίαν, qualia vt Petronius alibi, *neque concipere neque edere mens potest, nisi ingenti flumine litterarum inundetur*; Iam stylus ipse, vbi Scholiastem tantùm agis sine fuco, aut cincinnis, leni orationis tractu, & æquabili perpolitus; vbi autem ad conciones ventum, excitatus & ardens, ac naturali pulchritudine exurgens, laudatorem alium quærit: Mihi nunc illud potius de Hybernià tuâ succurrit, quam Plutarchus Ogygiam ab Homero vocari putat illo carmine:

Ὠγυγίη τις νῆσος ἀπόπροθεν εἰν ἁλὶ κεῖται.

In eâ ille Vlyssem à Calypso Nympha cantu & alloquiis dulcibus adeò pellectum fabulatur, vt nihil aliud ageret, vel curaret; Id ego de Anteloquio tuo in Cantica certiore vaticinio spondeo fore, vt quibus vel semel eius moduli circunsonuerint, eisdem deliniti, aliorúmque studiorum immemores & curarum, veluti aureis catenulis ab aure reuincti, te Hybernicum Alcidem sequantur: Iam ex asse, vt sic dicam, meliorem illum patriæ genium possides: Tu modò, quà cœpisti, perge, & Salomonij Cantici numeros imple; Negotiaris hac scriptione *Coronam, & gloriam, & qualem potest præstare sæculum de famâ æternitatem, de memoria resurrectionem*, vt cùm Tertulliano iam desinam: Vale, R. P. Salmanticæ ex Musæo nostro, Nonis Septembris, anno Christiano 1632.

Plato apud Stobæum in Ethic. Eclog.

Virtubr. lib. 1. Architect. cap. 1.

Horatius libro 1. epist 8.

Petronius in Satyr. cap. 78.

Plutarch. in Libello Περὶ τ͂ ἐμφαινομένου προσώπου τῷ κύκλῳ τ͂ σελήνης.

Homer. Odyss. α.

Lucian. in Herc. Gallic.

Tertull. in Scorpiaco aduersus Gnostic. cap. 6.

Ad Reuerendum admodum

P. PAVLVM SHERLOGVM, DE ILLVSTRATIS CANTICORVM CANTICIS.

תשמצ כלה תשמח כלה
כי בחכמה כי בתבונות
תורי זהב צם נקדות
כסף. כי טוב צשית לה

Βρίθει σοφίας, καὶ βρίθει
Ἐγκυκλοπαιδείας λόγος·
Νύμφη τάδ' ἐστι ἀργύρου
Χρυσοῦ τε δῶρα κρείττονα.

Murenulatas largiter
Et vermicellatas opes
Sponsa dedisti Ecclesia:

Dum Canticorum Cantica
Sic expedisti, vt cœlicis
Humana subsint dogmata.

Quid? Sponsa gratulabitur:
At Sponsus ipse debitam
Christus rependet gloriam.

Fr. Antonius Descaules de Ponthieu, Monachus Montis-Serr. Benedictinus, Primarius Linguarum Salm. Professor.

METRVM

METRVM AVCTORIS AD VIRGINEM BEATAM, VT QVOD NVPTIARVM FACES NON POSSVNT, IPSA CANTICORVM TENEBRAS DISPELLAT.

Nonne vides lichni vt pendent laquearibus aureis?
Multiplici vt fulget lampade tota domus?
Responsant tantis cognata Palatia flammis,
Quaque etiam distant exeruère faces;
Vrbis ad exemplum villarum culmina splendent,
Et circunfusis ignibus ardet ager:
Exardent vallésque caua, collésque supini,
Gurgite & in magno lumina Thetis habet:
Ipsa etiam solito fulgentior æthere Luna
Incedit, stellæ promicuère magis:
Desine mirari, cur tanta incendia? latus
Perstrepuit Libano nam Sulamitis Hymen.
Illa sui Sponsi pariter Coniux, Genitrixque:
Illa sui Sponsi Filia, & illa Soror,
Illa, in qua maculæ, aut rugæ vestigia nulla:
Illa puellaris gloria prima chori,
Quæ celebres inter Nymphas, inter Dryadásque,
Quale inter spinas lilia, tale nitet:
Heu mihi! tam grandi circundata Cantica luce:
Cantica facundi quæ Salomonis opus,
Cimmeriæ patiuntur adhuc caliginis vmbram;
Non Pharia noctis densior vmbra fuit,
Vel titulum Musæ demas, noménque Hymenæi,
Iessæi Proles ingeniosa senis;
Vel tetrum dispelle chaos; Styge condier atra
Lurida cum tenebris nubila quæque iube;
Non benè conueniunt, & Hymen, & opaca: Hymenæus
Vmbras auertit, lumen opaca fugant.
O tu, quæ Auroræ similis, claráque Diana
Progrederis, cui Sol vestis, & Astra comæ,
Cælituum Regina potens, miserere Clientis,
Et votum exaudi supplicis aure pia;
Lampade non potis est tenebras vicisse Hymenæus;
Fortior est noctis vis inimica face,

Affer

Affer opem; subitò noctem, ten-rasque profundas,
Imbelli quanquam lampade vincet Hymen.
Hoc age, Dia Parens! si lux affulserit ista,
Tunc celeris Libani per iuga longa ferar,
Et tibi de Hermonis, de Sanir vertice flores,
De concluso horto serta odorata legam,
Conscendam montem thuris, myrrhaque cacumen,
Suauia queis iungam cinnama, queis aloe,
Engaddi colles botris opobalsama fundent;
Aurea mala dabo, punica mala dabo,
Lilia, mandragoram, nardum, cyprúmque, rosámque,
Quaque habeat Galaad munera, quaque Bether
Sic tua dum cernat spirare altaria semper
Vere nouo, Hesperidum qualiter arua fragrant,
Sapè tuum limen multus venerabitur hospes;
Sapè canet laudes ore, lyráque tuas,
Sapè aurum, gemmásque feret, seu discolor Indus
Mittat, Erythrai seu vehat vnda maris;
Et dicet; MARIÆ *verè est domus ista;* MARIA
Digna domus talis; digna MARIA *domo.*

Clientum & Seruorum minimus
PAVLVS SHERLOGVS
Societatis IESV.

SYLLABVS

SYLLABVS ANTELOQVIORVM, ET SECTIONVM OMNIVM, QVAS TOTVM COMPLECTITVR VOLVMEN.

Prior numerus paginam, Posterior columnam designat.

ANTELOQVIVM II.

Nuptiæ filiæ Pharaonis quid Mysticum adumbrent? quæ ab illis Ethica haurienda. *pag.* 32

ANTELOQVIVM III.

Qui nubentes apud Salomonem iuxta historiam? qui secundum spiritum? Totius Cantici acoluthia repræsentata. *pag* 69

Subsect. 3.

ANTELOQVIVM IV.

Argumentum Canticorum mysticum, & historiale accommodat ad mores. 125

ANTELOQVIVM V.

Locum, tempus honestatem connubiorum; sodales nuptiarum; Sponsi quanta fuerit potestas? Sponsæ Deos, & genus explorat. pag. 178

ANTELOQVIVM VI.

Præcedenti Isagoga tractata, ethicis condecorantur excursibus. pag. 254

ANTELOQVIVM VII.

Canticorum Auctor disquisitus: an canone sacrorum Voluminum reponendus liber? pag. 332

ANTELOQVIVM VIII.

ANTELOQVIVM IX.

Epithalamij titulus, & inscriptio enucleati. pag. 446

ANTELOQVIVM X.

Tituli & inscriptionis Canticorum moralis sensus de laratus. 484

ANTELOQVIVM XI.

De meliori, sacras Scripturas interpretandi genere. pag.525

ANTELOQVIVM XII.

Elapsum pro meliori Scripturas interpretandi genere Prolegomenon, quam suggerit moribus doctrinam? 549

INDEX

Canticorum Aduentus, Quadrageſimæ, nonnullorum feſtorum, ſpeciatim Euchariſtiæ, & B. Virginis, cùm quibuſdam ſpiritalibus exhortationibus,

In quo Moralitates omnes quæ indicantur, integram conceptuum ſibi vendicant Sectionem.

ADVENTVS.

Dominica prima.

ERVNT *ſigna in Sole, & Luna, & Stellis*, &c. Luc. cap. 21. verſ. 25. Compunguntur inanimata vt Homo erubeſcat inſenſibiliorem ſe mutis elementis factum per peccatum. Anteloq. 6. Sect. 12. Tunc quidem (docet Matthæus cap. 24. verſ. 38.) erunt Homines comedentes & bibentes, & nuptui tradentes ſicut in diebus Noë. &c. cùm igitur minimè cogitabatur proxima mors atque ruina, tùm ſuperueniet inopinatò mediis in gaudiis. Ant. 6. Sect. 9.

Areſcentibus hominibus præ timore, &c. Ita quidem timere faciet mala conſcientia, & quòd in longum diſtulerint pœnitentiam. Ant. 6. Sect. 13.

Videbunt filium hominis venientem cum poteſtate magna & maieſtate, &c. Magna pars huius gloriæ in Crucis vexillo conſiſtet, & intelligent Homines non ignominiæ, ſed maieſtatis notam eſſe Crucem Seruatoris. Ant. 6. Sect. 16.

Cælum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt, &c. Nihil verbo fugacius, ſed nec verbum apud Deum tranſit: vbi tranſitoria ſunt, hic mundus eſt, cuius pompa inſtabilis. Anteloq. 6. Sect. 7.

Dominica ſecunda.

Cùm audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti, &c. Quomodo ſi Ioannes tam dilectus *in vinculis*, &c. Quoniam Deus chariores amicos duriùs probat & exercet in hoc mundo. Anteloq. 4. Sect. 5.

Renunciate Ioanni quæ audiſtis, doctrinam intelligens, *& quæ vidiſtis*, opera ſignificans, quoniam opera bona mirabilem auctoritatem doctrinæ conciliant. Ant. 8. Sect. 14.

Cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, &c. Non Solis cæcis beneficium præſtat Chriſtus, quia non reſtringit ad vnum beneficentiam, quod eſſet odioſum, ſed effundit in multos. Anteloquio 12. Sectione 8.

Sed quid exiſtis videre? Hominem mollibus veſtitum? Non hoc demirantur, ſed Baptiſtæ humilitatem, quæ multò glorioſior eſt aulicorum faſtu. Ant. 6. Sect. 15.

Dominica tertia.

Miſerunt Iudæi ab Hieroſolymis Sacerdotes & Leuitas, &c. Ioan. cap. 1. verſ. 19. Chriſtum, quem propè habebant, deſpiciebant, & ad Ioannem procul morantem legatos deſtinabant, nam præſentia faſtidimus, abſentia concupiſcimus. Anteloq. 2. Sect. 3.

Et confeſſus eſt, & non negauit, &c. Veritas enim fidelis & conſtans eſt, nihilque metuit, aut erubeſcit. Anteloq. 8. Sect. 15.

Ego vox clamantis, &c. Nihil ſibi attribuit, ſed alterius ſe loqui nomine affirmat, in Deum omnem referens gloriam fideliſſimus ſeruus. Anteloq. 10. Sect. 6.

Et qui miſſi fuerant, erant ex Phariſæis: Cur hoc ſpecialiter aduertit? Quoniam hi inuidebant Chriſto, & volebant Ioannem præferri, non quòd meliorem iudicarent; ſed quia malus affectus iudicium perturbauit. Ant. 2. Sect. 11.

Dominica quarta.

Anno quintodecimo imperij Tiberij Cæſaris, &c. Luc. cap. 3. verſ. 1. Numerat tot malos Principes, quoniam cùm peſſimis Deus benefaciat, imperfectos benè de clementia eius ſperare poſſe, indicat. Ant. Sect. 3.

Venit in omnem regionem Iordanis, &c. Non ad magnas ciuitates pergit, nam Apoſtolici viri libentiùs abiectorum curæ incumbunt. Ant. 6. Sect. 2.

Vox clamantis in deſerto, &c. Eremum habitat, eò quòd Nemo ſe ſtare poſſe confidat, ſi à peccandi occaſione procul non abeat. Anteloq. 6. Sect. 4.

Omnis

Omnis Vallis implebitur & omnis collis humiliabitur, &c. Cunctis patet via ad cælum, nam diuersæ sunt semitæ. Anteloq. 12. Sect. 2.

QVADRAGESIMA.

Feria quarta Cinerum.

CVm ieiunatis nolite fieri sicut Hypocritæ, &c. Math. cap. 6 vers. 17. Turpe ex mendacio gloriam quærere. Anteloq. 12. Sect. 9. & Anteloq. 8. Sect. 5.

Exterminant enim facies suas, &c. Si Deus iuberet vt non componerent vultum non obedirent: faciunt autem libenter pro Vana gloria. Anteloq. 8. Sect. 6.

Thesaurizate vobis Thesauros in cælo, &c. Nam quærentibus hos, & humani adricientur thesauri. Ant. 4. Sect. 13.

Memento Homo quia puluis es, &c. Humana fælicitas manca semper: cælo integrè gaudere datum. Anteloq. 2. Sect. 9. Humana fælicitas inconstans & breuis. Anteloq. 6. Sect. 7. Mortis recordationem saluberrimam esse ad vitæ emendationem Anteloq. 6. Sect. 11. Periculum differentium pœnitentiam in vitæ extrema. Ant. 6. Sect. 13.

Feria quinta post Cineres.

Audistis, quia dictum est: diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum, &c. Matthæi cap. 5. vers. 44. Inclytum proprias iniurias remisisse, in vlciscenda causa seuerum esse. Anteloq. 8. Sect. 3. Ad beneficia præstanda festinandum, ad pœnas irrogandas spatiosum esse oporteat. Ant. 4. Sect. 13.

Vt sitis filij Patris vestri, qui in cælis est: Præclara & insignis dignitas Deo similem & coniunctum fieri Anteloq. 10. Sect. 11.

Qui in cælis est, Nempe absens, eximia quippè fidelitas est, quæ in Amici absentia relucet, Ant. 6. Sect. 8.

Dominica prima Quadragesimæ.

Ductus est Jesus in desertum à spiritu, &c. Math. cap. 4. vers. 1. Quare Iesus non legitur tentatus fuisse inter domesticos & conciues, sed in deserto? Quia sufficiens tentatio vero iusto sunt ipsi domestici. Ant. 4. Sect. 4.

Quadraginta Diebus, & quadraginta noctibus, &c. Enam Moyses & Helias famuli: vult igitur Christus qui superior est æqualis in mortificatione esse subditis. Anteloq. 6. Sect. 14. Ante prædicationem longæ vacat orationi. Anteloq 8 Sect 4. Quamobrem non accessit dæmon in Principio ieiunij, aut in medio, sed ad finem? quia delectatur plurimùm vt qui in iuuentute sancti extiterunt in exitu & senectute iacturam faciant. Ant. 8. Sect. 7.

Dic vt lapides isti, &c. Quam rudis astutia lapidibus esurientem tentare: sed malitia hebetat intellectum. Ant. 8 Sect. 12.

Hæc omnia tibi dabo, &c. Diabolicam quasi sapit munificentiam velle in vnum vniuersa congerere cum aliorum despectu. Ant. 12. Sect. 8.

Feria quarta post Dominicam primam.

Magister volumus à te signum videre, &c. Math. cap. 12. vers 38. Cur respondet cum indignatione Generatio praua, &c. Quia in doctrinæ auctoritatem non sunt petenda à Concionatoribus miracula, quæ eorum potestatem vincunt, sed morum integritas. Ant. 8. Sect. 14.

Viri Niniuitæ surgent & condemnabunt, &c. Ecce locus & præceptores non sufficiunt ad salutem si negligentes fuerimus: Nam Iudæi in terra sancta existentes & Prophetas Magistros habentes condemnabuntur à Niniuitis.

Regina Austri & quia venit à finibus terræ, &c. Multùm omninò fecit patriam & domesticos relinquens ob amorem sapientiæ. Ant. 4. Sect. 15.

Et fiunt nouissima peiora prioribus, &c. Qui optimi quondam fuerunt, si à iustitia deflectant pessimi euadunt. Ant. 8. Sect. 8.

Feria sexta post Dominicam primam.

Erat Dies Festus Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam, &c. Ioann. cap. 5. vers. 1. Dicitur piscina quinque porticus habens, quia ad salutem consequendam non vna est ianua, nec semita, sed variæ, alius saluatur in opibus, alius ex paupertate &c. Ant. 12. Sect. 2.

Multitudo magna languentium, &c. Benè fit cum mortalibus quòd sic affliguntur à Deo, quoniam sub prospera fortuna beneficiorum diuinorum facilè obliuiscuntur. Ant. 6. Sect. 10.

Angelus autem Domini descendebat, &c. Licèt tantus Princeps Angelus, humile ministerium dedecus non reputat. Ant. 6. Sect. 15.

Vis sanus fieri, &c. Et ad vnum verbum respondentis, beneficio afficit: si pœnam inflicturus esset moras traheret & ideò Hierosolymam vastari à Romanis non nisi quadraginta post mortem annis passus est. Ant. 4. Sect. 13.

Dicebant Judæi, Sabbatum est, non licet grabatum tollere: Ipsi tamen tunc tollebant asinum è puteo si cadebat, sed quia malè affecti erga Christum ratione non ducuntur. Anteloq. 2. Sect. 11.

Dominica secunda Quadragesimæ.

Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, Ioannem, &c. Matth. cap. 17 vers. 1 &c. & adiungit *in montem excelsum seorsum*, Quoniam contemplationis deliciis frui volentem oportet sæculi curis valedicere. Ant. 10. Sect. 3.

Et ecce apparuerunt Moyses & Helias, &c. Vnus lenis, alter seuerus, vt doceantur Apostoli lenitatem cum seueritate coniungere in regimine subditorum. Ant. 11. Sect. 4 Lucas docet cap. 9 Loquutos eos *de excessu*, hoc est Passione, quòd deliciæ Christi essent pati vt Ecclesiam nouam sibi sponsam fundaret. Ant. 2. Sect. 4.

Domine, bonum est nos hic esse, &c Lucas addit, *nesciuisse eum quid diceret*, &c. Et rectè 1. quia nomen Apostoli habens, nolebat nomini conformare vitam, nam Apostolorum est docendo per mundum discurrere, non in deserto versari. Anteloq. 8. Sect. 5. Secundò, quia cum Religiosus esset, debebat patriam & domesticos relinquere, quod non faceret si in Iudæa maneret in monte Thabor. Ant. 4. Sect. 15.

Feria quarta post Domicam secundam.

Ecce ascendimus Hierosolymam, &c. Matth. cap. 20. vers. 18. &c.

Mater filiorum Zebedæi, &c. Gloriosa aggressuri

11. vers. 1. *Ecce quem amas infirmatur*, vt audiendo nomen amoris propere accedat, quia amans absque amati præsentia torquetur. Ant. 10. Sect 5

Rabbi nunc volebant te Iudæi lapidare & iterum vadis. Etiam, quia inclytum reputat iniuriarum obliuisci.

Lazarus mortuus est, &c. Scilicet diues, nobilis, robustus: Ecce quanta rerum humanarum inconstantia. Ant. 6. Sect. 7.

Iam fœtet, quatriduanus est: Spiritaliter, qui amici Dei speciales fuerunt, si ad vitia transeant, cunctorum pessimi euadunt. Ant. 8. Sect. 8.

Voce magna clamauit: Quoniam difficillima est conuersio grandium Peccatorum. Ant. 6. Sect. 13.

Ligatus pedes & facies sudario: Nam verus obediens secundum suam voluntatem non debet moueri, sed iuxta superioris placitum. Anteloq. 10. Sect. 7.

Dominica quinta Quadragesimæ.

Quis ex vobis arguet me de peccato. Ioann. cap. 8. vers. 46. Quoniam innocens & verax erat, nihil extimescit, nam veritatis magna est constantia. Ant. 8. Sect. 15.

Numquid tu maior Patre nostro Abraham? Quid si non maior eò dummodo melior? antiquitas annorum sine meritis parum prodest. Ant. 10 Sect. 11. *Patre nostro Abraham*. Gloriantur Stemmate, cùm ex virtute sola vera nobilitas. Ant. 4. Sect. 3.

Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est: abiudicabat a se gloriam, vt in patrem transferret. Ant. 1 Sect. 6.

Feria quarta post Dominicam quintam.

Facta autem sunt encænia Hierosolymis & hyems erat, &c. Ioann. cap. 10. vers. 22. *Quousque animam nostram tollis dic nobis si Tu es Christus?* at nónne mille modis indicarat? Sed non poterant flecti ad credendum, quia non erat similis Messiæ, quem sibi formabant, qui daret eis bona temporalia. Ant. 6. Sect. 19. & quia affectus inuidiæ contra Saluatorem lumen rationis obcæcabat, ne etiam manifesta cognoscerent quodammodò. Ant. 2. Sect. 11.

Opera quæ ego facio in nomine Patris. Præclarum doctrinæ & veritatis testimonium à tam eximiis operibus. Ant. 8. Sect. 14.

Sustulerunt ergo lapides vt lapidarent eum. Modò cum triumpho recipiunt Hierosolymam intrantem, modò quasi Prophetam venerantur: modò lapidant & blasphemant: ita ex alterna gaudij & mœroris vicissitudine vita iustorum componitur. Anteloq. 4. Sect. 8.

De bono opere non lapidamus te. Nulla acerbior contumelia, quam quæ sub boni specie infertur. Ant. 4. Sect. 5.

Feria sexta post Dominicam quintam.

Collegerunt Pontifices & Pharisæi concilium, &c. Ioann. cap. 11. vers. 47. *Quid facimus, quia hic Homo multa signa facit?* quid facturi erant nisi vt sequerentur & colerent? sed praui affectus tanta est malitia, vt sibi damnum malit, antequàm honorem ei, quem odio habet. Ant. 2. Sect. 11. & vide vt miracula ipsa quibusdam sunt in salutem, aliis in perniciem, pró bono aut malo vsu. Anteloq. 10. Sect. 10.

Venient Romani, & tollent locum nostrum: Sed quid si pro Christo amittant, an non restaurare ipsemet potens eum multiplici fœnore? Anteloq. 2. Sect. 5. Imò propterea iustà deleta est memoria gloriæ ipsorum, quia contra Christum Domini ausi sunt. Ant. 2. Sect. 13.

Dominica sexta Quadragesimæ, siue in Palmis.

Cum appropinquasset Iesus Hierosolymis, &c. Matth. cap. 21. vers. 1. *misit duos discipulos*, non vt soluerent equum phaleris insignem, sed asinam, quia Apostolici viri libentiùs abiectorum culturæ incombunt, quam Magnatum. Ant. 6. Sect. 2. Pullus ligatus Peccatorē denotat, qui mauult captiuus esse sub dęmone, quam liber sub Christo. Ant. 8. Sect. 6. Vilitatem asinæ non reputat Triumpho inidoneam; quoniam humilitas non ignominia, sed pompa est. Anteloq. 6. Sect. 15. Cui modò plaudunt Hosanna dicentes, Crucifixuri sunt breui, talis mundi huius gloria. Ant. 2. Sect. 9. & Ant. 6. Sect. 7.

Feria quinta in cœna Domini.

Ante Diem festum Paschæ, Ioann. cap. 13. vers. 1. Quàm ardenter Ecclesiam Christus dilexerit. Ant. 2. Sect. 4. in finem dilexit: & ideò reseruauit inter dona potissimum, quod ex hoc mundo discessurus traderet, Eucharistiam videlicēt. Ant. 10. Sect. 9.

Non lauabis mihi pedes: Petrus non debebat etiam in piis rebus voluntati superioris obsistere. Ant. 10. Sect. 7.

Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, hoc est, veniales abstergat noxas; id quam salutare. Ant. 10. Sect. 2.

Si ergo laui pedes vestros Dominus & Magister, &c. Cùm superior se ad humilia deprimit, iniquissimum est vt subditus recuset. Ant. 6. Sect. 14.

PRO FESTORVM NONNVLLIS

Pro festo Corporis Christi.

Eucharistiæ Sacramentum esse Pacis & reconciliationis: eius post institutionem Deum quasi mitiorem factum. Ant. 2. Sect. 10.

Eucharistiæ frequentem manducationem aduersus carnis petulantiam efficax esse remedium. Ant. Sect. 9. Dominicæ mensæ hospites virtutibus Principes esse debēre. Ant. 6. Sect. 18:

Eucharistiam reliquis eminere Sacramentis esse in quo Dei largitas & potentia magis effulgeat Ant. 10. Sect. 9. Quanta puritate & reuerentia accedendum ad Eucharistiam? Ant. 12. Sect. 1.

Pro supplicatione Quadraginta horarum exprompta Eucharistia Bacchanalium diebus.

Quàm gloriosè de Sathana Christus triumphet quem suis velut iugulet armis. Ant. 8. Sect. 13.

Pro Natiuitate, vel Incarnatione Dominica.

Post Christi Incarnationem & Natiuitatem Deum quasi mitem factum, qui sub lege vlciscens, atque seuerus habebatur. Ant. 10. Sect. 8.

INDEX

INDEX OBSERVATIONVM, QVIBVS PASSIM in hoc opere varia illustrantur Disciplina & facultates.

O'seruationes Theologica.

Obseruationes Biblica.

REGVLÆ SCRIPTVRÆ QVÆ IN HOC ANTELOQVIORVM OPERE VARIIS IN locis indicantur.

A, designat Anteloquium. N, numerum marginalem. Sequentium vero numerorum prior paginam, posterior columnam demonstrat.

PERSONÆ eminentis fit specialis mentio. a.1.n.11.pag.4.col.1

2. Res mala potest esse typus rei bonæ, & contra a.1.n.14. 5.1

3. [illegible]a similitudinis omissa in Scripturis sæpe. a.1.n.23. 10.2

4. Scripturæ verba in sensu proprio accipienda. a.1.n.26. 10.2

5. Historici sensus indicium, præcedentium, & subsequentium connexio. a.1.n.27. 11.1

6. Cùm nomina Personarum in Scripturæ narratione reperiuntur, historia est. a.1.n.50. 19.2

7. Cùm res excedunt statum personarum, de illis mysticè, & non historicè est Sermo. a.1.n.53. 20.2

8. Quod indecentiam, & absurdum affert secum, non est iuxta litteram interpretandum. a.1.n.53. 21.1

9. Libri Scripturæ non eo dispositi sunt ordine, quo scripti fuêre. a.1.n.67. 26.1

10. Saltus, & transitus in Prophetis repentini ad obiecta nullomodo connexa. a.1.n.78. 31.1

11. Allegoria non nimium vrgenda. a.3.n.76. 89.1

12. In Parabolis multa solius ornatus gratiâ ponuntur. a.3.n.76. 89.1

13. Scripturæ narrationibus multa omissa, quæ contigerunt. a.3.n.85. 92.2

14. Scriptura, omissa vno loco, altero refert. a.3. num.85. 92.2

15. Scripturarum mos est, aliquando præcipua gestorum capita tangere solùm. ant.3. num.92. 95.2

16. Sponsæ & vxoris nomina confunduntur ab Hebræis. a.3.n.127. 106.2

17. Mulier, nomen commune virgini & maritatæ. a.3.n.127. ibid.

18. Prophetiæ per euentus cognoscuntur. a.3.n.133. 108.1

19. Eademmet res contrariorum typus. a.3.n.145. 113.2

20. Septies indefinitè significat pro eo, quod est, frequenter. a.4.n.62. 152.1

21. Hodie pro huius vitæ spatio sumitur. a.4.n.85. 164.1

22. Conditio subintellecta in enunciationibus, quæ videntur absolutæ. a.5.n.7. 182.1

23. Apud Hebræos soboles paternam lineam sequitur. a.5.n.11. 184.1

24. Feminarum Genealogias non contexunt Hebræi. a.5.n.11. & a.10.n.89. 184.1. & 518.1

25. Eiusdem sententiæ geminatio, & quare. a.5.n.13. & a.9.n.23. 184.2

26. In historiis aut Parabolis, veris fabulosa admixta a.5.n.25. 192.1

27. Filius non semper significat genitum ex alio. a.5.n.30. 194.2

28. Specificum nomen pro generico positum a.5.n.45. & a.9.n.95. 202.1. & 483.2

29. In tempore computando, quod paululùm excreuit, aut deficit, non computatum. a.5.n.58. 209.2

30. Templum Hierosolymitanum Libanus noncupatur a.5.n.64 213.2

31. Et, pro idest, ponitur. ant.5. num.95. 231.1

32. Dij sub feminina nuncupatione, deæ sub masculina leguntur. a.5.n.100. 233.2

33. Æthiopes pro peccatoribus, & specialiter pro Ethnicis in Scriptura. a.5.n.103. 235.2

34. Medium pro eo quod est profundissimum & summum. a.5.n.106. 237.1

35. Sacerdos pro Principe ponitur. a.5. num.109. 238.1

36. Custodire idem, quod dominari. a.5.n.111. 239.2

37. Scriptura ante periodi absolutionem, & propriè, & metaphoricè vtitur eodem vocabulo. a.5.n.111. ibid.

38. Pater idem quod Præceptor. a.5. num.127. 247.1

39. Nomina composita, apud Hebræos, etiam diuisa idem significant. a.5.n.130. 249.2

40. Duplex pro forti in Scriptura. a.6.n.97. 291.1

41. Cito faciendi pro facto reputatur a.6.n.115. 298.1

42. Prophetæ non omnia, de quibus vaticinantur, intelligunt. a.7.n.6. 335.1

43. Apostoli solent mutare voces obscuras in clariores. a.7.n.11. 336.2

44. Canonici Scriptores de se loquuntur in tertia persona. a.7.n.31. 345.2

45. Sancti veteris Testamenti non in omnibus gestis Christum referant a.7.n.84. 365.1

INDEX

INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ, QVÆ IN HOC VOLVMINE EXPLANANTVR:

EX QVIBVS ASTERISCO AFFECTA, aut ex professo tractantur, aut nouiter declarantur.

Littera A, *Anteloquium; littera* N, *numerum marginalem denotat: sequentium verò numerorum prior paginam, posterior columnam designat.*

EX VETERI TESTAMENTO.

Ex Genesi.

Exodus.

Ex Leuitico.

Ex Numeris.

Ex Deuteronomio.

Ex Iosuë.

Ex Iudicibus.

Ex Ruth.

Ex Regum primo.

Ex II. Regum.

Ex III. Regum.

Cap. 39.

Ex Psalmis.

Ex Prouerbijs.

Ex

Ex Ecclesiaste.

Ex Cantico Canticorum.

Ex Sapientia.

Ex Ecclesiastico.

Ex Isaia.

Ex Hieremia.

Ex Ezechiele.

Ex Daniele.

Ex Osea.

Ex Ioele.

Ex Amos.

Ex Iona.

Ex Michæa.

Ex Nahum.

Ex Habacuc.

Ex Sophonia.

Ex Aggæo.

Ex Zacharia.

Ex Libro 1. Machabæorum.

EX NOVO TESTAMENTO.

Ex Matthæo.

Ex Marco.

Ex Luca.

Ex Ioanne.

Ex Actis Apostolorum.

Ex Paulo.

Ex Petri epistola prima.

Ex Apocalypsi.

LECTORI CHRISTIANÆ MENTIS.

1. Quid in explanatione Canticorum adhuc desideretur?

1. SCRIPSERE in Salomonis Canticum ex veteribus plurimi, de nuperis multi satis; hactenus tamen desideratus Interpres, qui & Historiam, & integumentis obuolutam spiritalem mariraret explanationem, dicam quo pacto. Sanè antiquissimum est docuisse, *interloquutionem* esse, *drama, fabulam*, siue *comœdiam sacram*, Epithalamium istud; alij *parabolam* voluêre: alij *rurale Carmen*, & de *Idyllijs*. Omnes conuenêre, à castis ductam Metaphoram connubiis: Verùm, quis ille Sponsus? quæ Nubens componat, seu veram, seu cogitatam narrationem? quibus orti genitoribus? qua tribu prognati? vbi dati in lucem? quanta siue in egestate, siue in pompa enutriti? quæ amauerint exercitamenta? quibus excelluerint fortunæ, corporis, animi donis quando amare inceperint? & imprimis, num ea, quæ toto resonant Hymenæo vinculum, & bitumen habeant, sic vt mystica infinitam rerum seriem complectentia, quicquid scilicet in Ecclesia Catholica memorabile vnquàm visum est, historicis æquè respondeant, & vtraque nullas pariantur aut voragines, aut hiatus? puto, nemo hucvsque tentauit ostendere; quanquam vt fieri valeat, impossibile esse qui asseuerarent, non defuerunt, neque mediocriter docti illi quidem: Quid igitur? pares nos tantæ magnitudini? Absit arbitremur; Sed tamen, quando animus extiterit lucis aliquid afferre difficillimis Bibliorum nodis, gauisi sumus oblatum campum, nouam qui postularet agricolationem; arauimus quidem; num tamen consequuta sit industria, vt eradicatis vepribus, in posterum hos per agros inoffenso vestigio spatiari liberum sit, eruditorum crisis esto; Certè hæc Commentariorum princeps occasio, qua de re fusiùs lucubrationum decursu.

2. Verbū bonum singulariter illud, quod libris commendatur. August.

2. Scripsimus subinde vt quam vitæ nostræ actiones, quod alieno regerentur imperio, vtilitatem dicendo afferre non potuerint, attulissent stylo; tum quoniam ita cum Dei gratia sperabamus *eructare verbum singulariter bonum*; verbū nempe duraturum à progenie in progenies; Certè ille qui gloriabatur *bonum se eructasse verbum* apud Psalmodum Oda 44. Continuò subiunxit, verbi opificem, linguam scilicet, calamum scribæ fuisse velociter scribentis; Vt quid istud? Percipe ab Augustino; *Quaro enim* (ait) *quare linguam calamum dixit esse scribæ velociter scribentis? Mihi videtur quantùm audet humana intelligentia, & hoc posse accipi ex persona Patris dictum; lingua mea calamus scribæ, quia quod lingua dicitur sonat, & transit; quod scribitur manet; Cùm ergo dicat Deus verbum, & verbum, quod dicat, non sonet, & transeat, sed & dicatur, & maneat, scriptis hoc Deus maluit comparare, quàm sonu:* Pulchrum quidem verbum est, quod Scholarum è suggesto Academicus, è pulpito qui euangelizant pacem, quorum speciosi sunt pedes, in discipulorum, in multitudinis corda traiiciunt; sed non his *verbum bonum* qui apud Dauidem loquebatur, voluit comparare; quoniam igitur *verbum bonum* singulariter illud est quod scribitur; scribere potior voluptas fuit: Præclarè Christianus Druthmarus præfat. Commentariorum in Matthæum; *Omnia verba sonando transeunt, & transeundo desistunt; necesse est alligari igitur literis verba, quæ aliquid vtilitatis habere videantur*; Neque minùs splendidè Ambrosius Ansbertus epist. ad Stephanum Papam; *An fortè loquendi tantùm libertas isto in tempore tribuenda est? non autem scribendi quæ loqui bona quisquè potest, sicut Maiores nostros fecisse notum est? Quis hoc dixerit? vel vbi hoc scriptum inuenerit? At contrà Spiritus sanctus per Salomonem admonet dicens; Quodcunque potest manus tua facere, instanter operare: ecce etenim potest manus stylo proferre, quod potest lingua verba formare; & quis erit à culpa innocens nisi fecerit hoc, quod vt facere possit, desuper accepit? Damnandus itaque censetur quisquis hanc libertatem Spiritus abolêre conatur*: iungendus & Paschasius Abbas Corbeiensis Procemio in Matthæum; *Vnde quæso, nemo mihi succenseat si tandem Dei confisus gratia, elegi solertiam, quam in me cælestis Prouidentia eruditionis sale condiuit, Domino dedicare; quàm inanis vitæ otio prætermisso studio torpêre: & fugaces doctrinarum sensus longo labore quæsitos, literis alligare.*

Druthmarus. — Ambros. Ansbert. — Paschas. Abb.

3. Qui scribendis voluminibus idonei. Petr. Monach. *Libros exarare quàm & gloriosum, & vtile?*

Neque hæc in eum scopum pronunciamus, vt quisque impolitus scripturiendi gloriola
3. lasciuiens, inornatas schedas luci cōtinuò obtrudere audeat. nam & petulantia, & indocta ingenia grauiter coërcenda sunt; Verùm, vt in his propetantia, & temeritas in cudendo detestanda est; sic in aliis, quorum & scientia rerum non contemnenda est, & vita imitatrix prisci candoris, nimia quædam abstinentia conficiendorum librorum, nescio quàm possit esse laudabilis; atque vt modestiam appellent, fortasse & desidiæ partus est; sed præstat ab eis, quotum in docendo auctoritas est, percepisse ioccurrit aurem pulcherrima exhortatio Petri Monachi Pictauiensis ad alterum Petrum, qui Venerabilis nominatus, ducta suadela à veterum exemplis, qui omnis catholicæ doctrinæ norma fuerunt. *Prouidendum est* (inquit) *Vir discretissime, ne dum laudari ab hominibus nimiùm fugitis; ea, quibus à bono patrefamilias fidelis ille seruus euangelicus plurimùm laudari merebatur, omittatis; Considerate obsecro, quia si sancti Patres nostri huiuscemodi*

occasiones

occasiones inueniendo, nihil olim scripsissent, sed quamlibet bonam vitam inerti silentio transegissent, nec apud nos modo tam celebrem, dulcemque memoriam haberent; scribendo autem, & Deo placere meruerunt per duplicem fructum sanctæ Prædicationis, & cunctis post se venientibus exemplum præbuerunt piæ imitationis: inde est, quod tantum sui amorem fidelium cordibus impresserunt, dum in eis Deus loquens attenditur, & doctrina Spiritus sancti honoratur.

Verùm de multiplici scriptionis fructu nemo sublimiori tuba, quàm ipse Petr. Venetabilis ... epist. 10. ad Gislebertum; *Seratur (ait) in chartula verbi Dei seminarium, quod maturis segetibus, ... sit, libro perfecto, multiplicatis frugibus esurientes Lectores repleat, & sic panis cælestis lethalem animæ famem repellat; ... plane, sic verbi diuini poteris fieri taciturnus Prædicator, & lingua silente in multorum populorum auribus manus tua clamosis vocibus personabit; clausus teneberis in spelæo tuo, & in codicibus tuis terras, & maria peragrabis, in publicis Ecclesiæ conuentibus Lectorum ore verbum Dei de sublimi loco speculator ... in remotis claustrorum; & domorum angulis illud idem seruis Dei silentibus insusurrabis ... te Eremitam, deuotio facies Euangelistam, vt quod per teipsum non poteris, tuis laboribus promerearis; animet te ad hoc agendum non paruum laboris præmium, quod pro omnibus consequeris, quibus hoc laudabile studio subuenire potueris; nam quotquot tuorum voluminum lectione superbiam prostrauerint, luxuriam ... erint, auaritiam contempserint, iram domuerint, a quibuslibet malis vel cauerint, vel pœnituerint, ... manipulos sudoribus tuis collecti æternarum frugum tuarum horrea cumulabunt; & dum cum vita hominis opera eius finiri soleant, & cum deficiente deficere, tu nec morieris, nec à vita deficiens a bono opere cessabis, ... tibus tuis ad vitam mortuos reuocabis; tantóque tempore etiam post mortem tuam apud Deum ex... tui lucrum operum tuorum, quantò vt ita dicam, durare poterit vita librorum tuorum.* 4. Petr. Venerab.

Scribentes de Eremita Prædicatores fiunt.

At ... s libris abundat? Credo, & abundauit ante annos bis mille, Quid dixi anteriori ... *Faciendi plures libros nullus est finis.* Ecclesiastæ cap. 12. vers. 12. Sed liuor præ... ... tur, vt notat Paulinus epist. 1. ad Seuerum, *Qui maximè (inquit) conspectu, aut victiæ ... ceadatur;* Propertius lib. 3. Elegia 1. 5.

Num tantùm librorum modo, vt scribere deinceps supernacaneum sit? Eccles. 12.

At mihi quod viuo detraxerit inuida turba
Post obitum duplici fœnore reddet honos
Omnia post obitum fingit maiora vetustas
Maius ab exequijs nomen in ora venit.

... sententiam Annæus Seneca libro cui præfixit, iniuriam in sapientem cadere ... *... semper vlterior aliquid ad venerationem conferet ætas, quoniam quidem in vicino versatur inuidia, simplicius longè posita miramur;* Nunquam multi libri, si boni nunquam pauci ... *Multitudo sapientum, sanitas orbis terrarum.* Sapientiæ cap. 6. vers. 26. Modò illi sapien... ... de copia iusta esse debeat expostulatio. Sed, vt nulla sit ætas, quæ Scripto... ... Ambrosius Ansbertus Prologo in Apocalypsim; *Inquiunt ... dicis, Non est tempus defendi scripturas; Quo ... ita est, obueniam illorum dicam; Ergo nec benè loquendi, nec benè praedicandi tempus? Quid ... Num quidnam Christus in eo nunc non operatur, qui dixit; Pater meus vsque modo operatur, & ego operor? sed vsquequo Domine? Ecce ego (ait) vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi; Indicant tales patienter quod ab eis spiritu mansuetudinis inquiritur; respondeant benignè, vbi in diuinis voluminibus legerint, quædam tempora ad exponendum indulta? quæ iam verò prohibita? Quod si non inuenerint, cedant bonis scribentibus, vt nequaquam ... Dei insultando derogent, dum hominem reprehendere quærunt;* Atque idem epistola ad ... anum Papam; *Si itaque præsens tempus hoc ad nos, vt scribi non debeat quod quisque benè intel... ... dicere, spiritus sanctus omnipotentiam amisit, qui vanitati temporum subiacere ... ... diebus nunc agere non liceat, quod eum per sanctos Prædicatores in præcedentibus fecisse nullus ... dubitat?* Hoc Auctor grauissimus, qui ante septingentos annos floruit; vt non nouitiam esse cantilenam intelligamus, quæ in immensum excrescere multitudinem Scriptorum ingemiscit.

Sap. 6.

Paulin. Ambros. Ansbert.

6. *Historicus sensus ... Princeps habenda.*

Modus in tractando: Historiæ præcipua diligentia est; atque adeo pronunciamus libenter cum Christiano Druthmaro Prolusione in Matthæi Euangelium; *Studui autem plùs historicum sensum sequi, quàm spiritalem; quia irrationabile mihi videtur spiritalem intelligentiam in libro aliquo quærere, & historicam ignorare, cum Historia fundamentum omnis intelligentiæ sit; & ipsa primitùs quærenda est, & sine ipsa perfectè ad aliam transiri non possit.* Adiunxit litteræ interpretamento longiorem Tropologiam; Visne Conciones appellem? Neque pudet nominis, nec piget fecisse, cum & opinio sit, qui Ethologias omittat, præsertim, quarum ex visceribus Historiæ prorumpat natiuitas, & quæ in Tractatus non diffundantur, vix posse idoneum Bibliorum Ex... ... atorem censeri. S... ... aliquid orationis ab Epistola Ambrosij Ansberti initio Commentariorum in Apocalypsim, vt quanta sit vtilitas exhortatorij Sermonis appareat. *Si enim dicti sissimi Ecclesiæ Tractatores dixerunt* (loquitur Ansbertus,) *plus est sanctis exhortationibus vnquam ... morituram animam à peccati morte viuificare, quàm corpus denuò moriturum coactis interueniente*

Druthmarus.

Moralem ex professo tractare laicum optimus Scripturarum professoribus dignissimum.

Ambros. Ansbert.

Prædicatio potior miraculorum operationibus.

interuentionibus suscitare; Vnde Dominus, cùm in typum eiusdem Ecclesiæ ad Prophetam diceret; Ecce constitui te hodie super gentes, & super regna; causam premisit cur id faceret dicens; Ecce dedi in ore tuo verba mea; Et quidem carere nunc Ecclesiam reliquis miraculis, reprehensio nulla est; tacere verò Ecclesiam ob exhortatione, item nulla; imo etiam sine reprehensione vllo tempore postponi non valeat, quod omnipotens Deus sine intermissione fieri mandauit; ait namque vnitati Prædicatorum in vno; Verba mea, quæ posui in ore tuo, non recedant ob ore tuo, & de ore seminis tui, amodò, & vsque in sempiternum; Hinc rursum præcepit, dicens; Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam; Quis interdicat modò non esse clamandum, cum in hac sententia audiat non esse à clamore cessandum?

7\.

Stylus scribentium qualis esse debeat? Ennod. *Obscuritas, atque verborum scabrities, fugiendo.* Druthmarus.

Stylum desiderauimus, qui & mulceret, & lucem afferret; accepimus monitum ab Ennodio lib. 1. epist 9 ad Firminum; *At vbi scaber sermo angustiam pauperis signat ingenij, nec conceptum suum in ordinem digerendo, noctem studio elocutionis interserit, & nebulosa enarrationis ambiguo quandam generat de ipso explanatione caecitatem, quis non personæ talis sine eloquentiæ arte constitutæ spernat affectum?* Proinde, & à verbis exoticis, significationisque peregrinæ abstinuimus; *Quoniam stultiloquium est,* (inquit Druthmarus allegato in Matthæum Prologo) *in expositione alicuius libri ita loqui, vt necessarium sit Expositorem ipsius expositionis quærere.*

8\.

Digressionum quæ possit esse iusta longitudo? Ambros. *Commentariorum non omnis longitudo vituperanda.* Pet. Clun.

Digredimur etiam aliquando, siue ad scholarum quæstiones; siue ad historicam, seu ad eruditionem humanam; nanque suggerit Ambrosius libri quarti in Lucam Præfamine, dum & se excusat, quod immoratus sit prolixiori Opere genealogiam Seruatoris tractans; *Certè* (ait) *infructuosum non fuit dominicis diutius inhærere Maioribus: nam si ij, qui magnum mare littorali parant nauigatione transmittere, altioris compendium cursus fiduciæ infirmitate vitantes agros, & vrbes littore deductas copii locorum decore, frequenter inuisunt, quanto magis nos in tanto non elementorum, sed gestorum æstuum [illegible] profundo, vicinores legere portus, & frequentes amore debemus excursus, ne quis longæ nauigationis tædio fatigatus, fastidij vomitum tenere non possit;* Frequentes igitur excursus, etiam crebra diuerticula permittit Ambrosius; Sed longi propterea sumus, & in molem nimiam intumescat Volumen? Respondeat Cluniacensis Abbas Petrus epist. 34. libri primi. *Possunt quidem quandoque multa breuiter dici; sed vbi breuitas sententiarum pondera non extenuat, non vbi intellectus multa necessariò intelligenda defraudat. Inualuit & segnitia Modernorum, quæ mox superfluum vocat, quicquid cum eius desidia non concordat; non sic apud antiquos, quorum si sententias vestra recordari volueritis, etiam longissima nostra nouissima reputabitis;* An verò liceat Scripturarum enodatoribus per tam varia ferri? si id pleniùs nosse cupido est, vide penultimo Anteloquiorum nostrorum vbi de optimò genere interpretandi ex professo disceptamus.

9\.

Inuidiam difficillimum subterfugere. Ennod. Druthmarus. *Lucubrationum nostrarum ad lectionem neminem inuitum cogimus.* Druthmarus. *Auctoris precatio.* Aelredus.

At sanè conati sumus perplacere; inuidiæque, quibus potuimus modis, odia subterfugere nitimur: fortasse vt nemo æmuletur? Spes pusilla est; timeo, ne & sæculo nostro loquatur Ennodius lib. 1. epist. 9. ad Faustum: *Nullus, quod sanctum est, vt video, quidve infindum sit, respicit, ad impugnationis fidem solùm aduocatur pro isthoc propositum; Deus omnipotens mutatas ordinum vices vertat in melius, & rerum statum, qui labe temporis, ac meritorum nostrorum nebulis obsoleuit, aures sæculi candore perfundat, quando hominum obscœnissima crimina innocentiis officij texit vmbraculum;* Fastidientibus laborem nostrum dicam ex atramento Christiani Druthmari loco nuper memorato: *Ego verò nulli nolenti iussero, aut legere, aut habere hunc librum, sed qui voluerit; & si aliquis hunc detestetur, ordinet meliorem, & ego voluntariè ipsum suscipio, nam iste nihil vlli nocet; Amicus in hoc facto paruus; inimici mea voluntate non tangent, ne fortè de bono æmulationes fiant;* Sanæ mentis Auditorem salutabo vltimum Aelredi Abbatis Rieuallensis precatu, Prologo libri primi de spirituali Amicitia: *In huius igitur Voluminis lectione si quis profecerit, Deo gratias agit, & pro peccatis meis apud Christi misericordiam intercedat: Si quis autem superfluum, aut inutile putat esse, quod scripsimus: parcat infidelitati meæ, quæ fluxum cogitationum mearum huius Meditationis meæ compulit occupatione restringere.*

IN SALOMONIS CANTICORVM CANTICVM,

ANTELOQVIVM I.

Pro nuptijs filiæ Pharaonis.

DIFFICILIS, & impedita prouincia, Pharaonis filiæ thalamos defendiſſe, & dignam Salomonis plectro materiam probaſſe; eóque grauior, quò Auctoribus non tam fuiſſe curæ arbitreris quæſtionis pro rerum qualitate tractationem, quàm conuiciis excepiſſe quemcunq; auſum cogitare, ſacro Epithalamio idoneum argumentũ. Sed age: experiri aggrediamur, ſi iuſta omninò tãtæ indignationis occaſio.

SECTIO I.

Pharaonis filiæ thalamos Salomonem non decantare, quibus opinio? quæ illis cauſæ?

1. *Theodoretus primus qui opinionem de nuptiis filiæ Pharaonis vituperauit.*

PRIMVS de Catholicorum caſtris Theodoretus, Cyrenſis Antiſtes, in eos vehementiùs inſurrexit, quibus viſum eſt, Salomonem Epithalamio, quod compoſuit, ſuos Pharaonis filiæ non caſtos amores celebraſſe. Verùm id Theodoreto bilem mouit, (teſtatur præfatio ipſius ad Canticorum volumen,) quòd eiuſmodi pronunciati Auctores, præter amantium humanos affectus, ſpiritale nihil, propheticum, excelſum reſonare Vatem noſtrum, perſuaſum haberent. Hauſére anonymi quidam, de quibus Philaſtrius, Brixienſis Epiſcopus, libro de hæreſibus, hæreſi 83. venenatum dogma è Iudæorum magis laſciua, quàm docta ſchola: publicauit ſub finem quarti Seculi Theodorus, Neſtórij præceptor, Mopſuaſtenus Præſul, auſus docere, prophetiã vacuum eſſe *Codicem, vtpote nuptialis tantum æmulationis menſale Canticum, ſicut & de amore poſteà conuiuium Plato conſcripſit.* Qua de tota re qui ad ſatietatem edoceri cupiat, legat tomo 2. Conciliorum, ex Binnij editione, acta quintæ Synodi, & nos infrà vberiùs proſequemur Anteloq. 7. ſectione 4. Adhæſit aliquandiu Mopſuaſteno Antiſtiti Theodoretus, déque peſtilentis viri familiaritate, quibúſque eum encomiis extulit libro 5. ſuæ Hiſtoriæ, cap. 27. & 40. non modicam labem

Philaſtr.

Theodor. Hæretici, qui Canticorum volumen vitiarunt.

Sever. Bin. Theodoretus Hæreticorũ aliquando fautor.

contraxit, quemadmodum Cæſar Cardinalis Baronius animaduertit Annalium tomo 5. anno Dominico 4.9. n. 29. Sed reſipuit tandem Theodoretus Hæreticorúmq; conſortio penitùs reiecto, ſtrenuus deinceps pro Matre Eccleſia decertauit miles ad beatum vſque obitum, atque Theodori aduerſatus in primis errores, puto non alium inſectari totâ eâ præfatione in Cantica, quamuis ſuppreſſo nomine.

Baron.

Theodoreti præfat. in Cantica, cõtra quem inuehitur?

2. Siue autem Mopſuaſtenum Theodorum, ſiue alium quempiam prauorum dogmatum architectum prologus ille Theodoreti exagitat, dignus ille prorſus grauiori anathemate, cùm aſſerat, cœleſte nihil, atque ſpiritale libro contineri; ſed omnia ex voluptatis officina deprompta, carnem tantummodò redolere: nam eiuſmodi effatum Patrum vnanimi, conſtantíſque ſententiæ aduerſari probè admonuit Azorius tomo 1. moralium Inſtitutionum, lib. 8. cap. 2. quod & de Patribus ad ſua vſque tempora docuerat Theodoretus eo, quem iam citauimus, prologo. Conciliorum quoque ſenſui repugnat, & Catholicorum omnium mentibus perpetuò infixæ opinioni. Prophetiam quoque cùm è volumine hoc tollat, (humanum enim Canticum penitùs dicit) de Canone Scripturarum librum ipſum quoque demat, neceſſe eſt; Canonicum enim eſſe nequeat, quod nihil diuinum, nihil animæ ſalutare comprehendit. Quare huiuſmodi opinioni refellendæ non eſt quòd immoremur, quam exceptis Hæreticis, aut infido Iudæorum vulgo nemo præterea ſuſtinuit. Itaque ſecundùm hunc ſenſum abſurdi pleniſſimum, nequaquam in diſceptationem vocamus, an Pharaonis filiæ nuptiæ cum Rege Salomone ſint materia Canticorum: ſic dixerit ſolùm quiſpiam de Eccleſiæ Maſtygibus, Anabaptiſta putà, Sebaſtianus Caſtalio, aut de

Azor.

Theodor.

Canonica Scriptura iudicium.

Sectar., quid de Canticorum libro sentiant? Genebr.

olida Synagoga aliquis: tale carmen impurissimus Bezæ spiritus cecinerit Audaberto & Candidæ. Vide Genebrardi admonitionem ad Ministros Genouenses, quæ præfixa est explanationi in Canticum hoc, qua pruritum Bezæ musam fodicat.

3\. Indagamus igitur, an Salomon sic Canticorum libro delectibatur, vt Christi typum referat, filia Pharaonis Ecclesiam præfiguret? itáque & humanum sit aliquid, quod litterâ significetur honesti videlicet connubij, & pellicatus suspicionem detestantis; rursúmque id ipsum humanum, propheticum quidpiam, séque multò sublimius adumbret. Negat certè absolutè de filia Pharaonis sermonem esse Nicolaus Lyrensis initio Commentariorum huius libri: negat Titelmannus præfatione in Cantica: Petrus Nannius Alemarianus epistola ad Philippum & Mariam Reges Angliæ: Genebrardus ad cap. 1. Canticorum: Iacobus de Valentia epistola ad Alphonsum de Aragonia, ad Commentariorum in Cantica initium: Placidus Nigidius ad illud Canticorum cap. 1. *Equitatui meo in curribus Pharaonis*, &c. Cardinalis Bellarminus tom. 1. lib. 1. de verbo Dei, cap. 5. Ribera ad illa verba cap. 1. ad Hebræos: *Ego ero illi in Patrem*, &c. Sixtus Senensis lib. 8. Bibliothecæ hæresi 8. Gaspar Sanchez prolegom. 1. num. 4. Rutilius Benzonius, Lauretanus Episcopus, lib. 1. in Canticum, *Magnificat*, cap. 4. Benedictus Iustinianus tom. 2. in Paulum ad illud cap. 1. ad Hebræos, *Ero illi in Patrem*, &c. Atque hi Auctores, vt præfatus sum, indistinctè, generalitérque locuti sunt. Proximiùs rem attigêre alij: conceptâ enim formulâ asseuerant, etsi dicatur Pharaonis filiæ cum Salomone coniugium sic Canticorum volumine describi, vt referat perpetuò magnum Sacramentum coniunctionis Christi, & Ecclesiæ; sustineri non posse assertionem. Sic Luysius Legionensis tertia sua explanatione in cap. 1. Canticorum: Delrio Isagogæ ad Cantica cap. 3. Ludouicus Tena Isagogæ ad totam Scripturam libro 2. difficultate 8. sect. 5. & hi modestioribus verbis. Præluxit facem censuris Dionysius Richelius ad cap. 1. Canticorum: erroris nomine opinionem traduxit primus, & post longum sæculorum silentium secuti sunt postremæ ætatis Scriptores: Almonacirius ad calcem proœmij, *temerariam & erroneam sententiam* vocat, *vtpote communi Ecclesiæ iudicio, & Sanctorum omnium intelligentiæ aduersam*. idipsúmque rursus ad illud Cantic. cap. 6. *Vna est columba mea*, &c. Gislerius præfationis c. 3. assertionem dixit, *quam meritò omnes sanæ mentis & cerebri improbant*. Nicolaus de Ramos Minorita in sua assertione veteris vulgatæ, fol. 94. miserè desipere ait opinionis Patronos. Prosper Rossetus Seruita præfatione in Cantica: *Nugæ sunt ista* (ait) *& ineptiæ, ne dicam, impietates, & blasphemia*. Sic ille lectione 3. suæ præfationis. Cyprianus noster Suarez manuscripto Commentario, is, qui Rhetoricæ exactam declarationem vulgauit, prolegom. cap. 1. & 2. non esse de Pharaonis filia: *Quia alias sequerentur absurda, & dicerentur contraria iudicio Patrum*. Eius hoc Opus, vnà cum breuiori lucubratione in Psalmos Dauidicos, seruat Bibliotheca Domus Professorũ Toletanæ. Arnoldus Cathius Præfationis in Cantica, cap. 2. Sed & de Salomonis, & Ægypti Regis filiæ thalamis nullum esse verbũ Canticorum libro, existimasse illos putandum est, qui vniuersim Salomonis appellationem libro hoc translatè solùm, & metaphoricè accipiunt; quemadmodum & leo, & lapis Christum significat: quæ fuit Blasij Viegas existimatio Comment. 3. in cap. 12. Apocalyps. sect. 13. & eandem mentem fuisse antiquissimorum Hebræorum affirmat. Docuit id ipsum Alphonsus de Mendoça relectione de vniuersali Christi regno, n. 1. & præter sapientiores Hebræorum Magistros citat quoque testes Galatinum, Adrianum Finum, Porchetum; quibus annumerare fas fuerit Leonẽ Castrensem: nam eius quamuis in Cantica Canticorum ad meas non peruenerit manus elucubratio, huius tamen cogitationis fuisse putandus est homo, qui disputatione de translationibus sacræ Scripturæ, cap. 48. & cap. 55. deliros nuncupat, qui Prophetarum dicta, Psalmos præsertim, & eiusmodi, ad literam de Salomone, aut Dauide interpretantur: quibus consona docet Apologetici lib. 1. cap. 29.

(Margin: Nicol. de Lyra. Titelm. Petr. Nann. Genebr. Iacob. de Valent. Placid. Bellarm. Ribera. Sixtus Sen. Gasp. Sãch. Rutil. Benzon. Benedict. Iustinian. Luys. Legion. Delrius. Ludou. de Tena. Carthus. Almonac. Gisler. Nicol. de Ramos. Prosper Rosset. Cypr. Suar. Blas. Vieg. Alph. de Mendoça. Galatin. Adrian. Finus. Porchet. Leo Castr.)

4\. *Argumenta aduersus nuptias filiæ Pharaonis.*

Iam, quorsum expositio de Salomone, & Ægyptia regia puella tot, tantisque Auctoribus inuisa fuerit, expendamus. Primùm asserunt, aut impudicos, aut illicitos amores fuisse. Atque vt concedatur, matrimoniũ Salomonis cum Pharaonis gnata legitimũ esse; tamen vel coniugalibus amplexibus inhonestum aliquid, & dedecens admisceri, certè quid minùs purum: quare indecorum haberi, si diuinus ille, puriórque Spiritus eiusmodi carmen dictasse feratur, quòd lasciuiam pluris nutriat, quàm spiritum. Sic Lyranus, Dionysius Carthusianus, Titelmãnus, Almonacirius, Luysius de Leon, Ramos, Genebrardus. Secundò dicunt, eiusmodi explanationem esse contra Ecclesiæ iudicium, Patrúmque consentientem attestationem: sic vterque Nicolaus, Lyra, atque Ramos, Richelius, Gislerius. Tertiò docent, prophetiã & arma aduersùs Iudæos eripi: neque enim allegoriam ad conuincendum efficacem esse ita Delrius, & Tena. Quartò affirmant, nequaquam de filia Pharaonis construi posse tam variam fortunam, vt quæ nunc in vineis collocetur, iam ad caulas vocetur, in agrum deducatur Solem passura, & æstum, noctu erret, vulneretur; mox præ teneritudine floribus fulciri anhelet, sub laquearibus cypressinis habitet, filia Principis salutetur: quid, quòd in neminem feminarum illa aptè conueniant, nasum velut turrim esse, caput instar Carmeli, & similia passim? Hoc argumentum Valentiæ, Sixti Senensis, Bellarm. Almonacirij, Tenæ, Rutilij Benzonij, Prosperi Rosseti, & Sanctij quoad priora. Quintò putant, Salomonem Ægyptiorum Regi generum factum quarto supra decimum ætatis anno, vocántq; testẽ Iosephum Flauium: quin ante hanc ætatem ex Hebræorum traditione duxisse vxorem: sed nondũ sub hoc vitæ tempus Canticorum scripserat librũ: non igitur eius de nuptiis, filiæque Pharaonis liber ille. Carthusianus, & Ramos huius dicti inuentores. Sextò, si de coniugalibus deliciis Salomonis agit Epithalamium, nouerat has Rex ille, & diues, & sapiens, experientiâ, non ex Spiritus sancti reuelatione: quòd si Spiritus non reuelauit, neque propheticus, neque Canonicus liber nuncupandus. Sic Lyranus. Septimò, si veras nuptias, & quæ citra figmentum celebratæ sunt, refert Canticum Canticorum: *Erit* (inquit Carthusianus, & ex illo Ramos) *narratio rei gestæ, non vaticinium futurorum, neque descriptio spiritualium nuptiarum. cuius oppositum sancti, & illuminati Doctores, in quibus Spiritus sanctus habitare, & loqui, & per eos Ecclesiam informare elegit, testantur.*

5\. Hæc sunt, quæ momentum & pondus continent: hæc, quæ coëgerunt, vt opinionem erroris insimularent viri alioquin sobrij; Quæ verborum acerbitates, an satis validâ base fulciantur, tùm

demùm

demum iudicabit prudens, æquitatisque solius amans Lector, cùm singula discusserimus.

Sectio II.

Pharaonis filia licitè, pudicè, adamata; quid, si impudicè? Regum locus ex lib. 3. cap. 11. nouiter declaratus: Plato quibus de amoribus disserat?

Illicitos Salomonis, & filiæ Pharaonis toros existimare quispiam posset, quòd viro de Hebræorum stirpe alienigenam ducere interdictum fuisset: credidit Theodoretus: at nemo alius præter ipsum, vt visum nostro Pinedæ lib. 7. de rebus Salomonis, cap. 4. n. 1. quanquam a nobis posteà & repertus sit quingentorum annorum Auctor, Philippus Abbas, qui id ipsum constanter asserat ad initium Tractatus de Salomonis damnatione. Sed, qui quæstionem ex professo agitant, Salomonisque indemnitati fauent, nuptiásque legitimas prædicant, sunt Tostatus ad 3. Reg. cap. 3. quæst. 14. ad ipsúmque illud cap. Lyra, Dionysius articulo quinto. Bellarminus tomo 2. lib. 1. de matrimonio, cap. 23. §. *In testamento.* Soto in 4. distinct. 39. quæst. vnica, art. 1. §. *Et ideò*, &c. Basilius Poncius ad longum, volumine de Matrimonij Sacramento, appendice de Matrimonio Catholici cum Hæretico, cap. 4. §. 2. docuerat expressè anteà tractatu de impedimentis Matrimonij, causa 28. cap. 20. §. 1. Lorinus ad versic. 1. cap. 16. Actorum: Becanus in Analogia, cap. 20. quæst. 3. Gaspar Sanchez ad cap. 3. lib. 3. Regum, num. 4. & 5. Mendoça tom. 2. annotat. 20. ad cap. 6. versiculum 16. lib. 1. Reg. sect. 2. num. suo 11. Suromaior in præfatis ad Cantica, §. *Quo tempore*, &c. Gislerius suæ quoque præfationis in Cantica, cap. 3. Serarius Opusculo de Salomonis pœnitentia: Salianus tom. 3. anno mundi 3022. num. 108. Menochius ad cap. 3. lib. 3. Regum: Luysius Legionensis in manuscripto Apologetico codice pro explicatione Canticorum.

Phil. Abbas. Tostat. Lyran. Carthus. Bellarm. Dom. Soto. Basil. Lorin. Becan. Gasp Sanct. Franc. de Mendoça. Sot omaior. Gisler. Serar. Salian. Menoch. Luys. Leg.

7. Suadet communissimam sententiam Salomonis sub illo floridioris ætatis initio pietas erga Deum: nam vix enunciato cum Pharaonis gnata connubio, subiungit continuò sacer Historicus lib. 3. Reg. cap. 3. *Dilexit autem Salomon Dominum, ambulans in præceptis Dauid patris sui*, &c. *Apparuit autem Dominus Salomoni per somnium nocte.* Pluráque similia religionem vbique testantia. Neque Salomonem puritati, conscientiæque, valedicentem cognouimus ex Scripturis, nisi ad vitæ vesperam, Reg. 3. cap. 11. vers. 4. *Cúmque iam esset senex, deprauatum est cor eius per mulieres, vt sequeretur Deos alienos.* Tantâ igitur reuerentiâ erga diuina imbutum Salomonem ab adolescentia, verisimile non est voluisse filiam Pharaonis ducere, nisi eâ ad Iudaismum priùs conuersâ: quo pacto & præfati Auctores, & Iosephus lib. 20. Antiq. cap. 5. solitos obseruátiores Hebræos, & qui legi attenderent, attestantur facere, quoties ex gentilitate sumerent sponsas. Sanè eiusmodi rerum euentus atque circumstantiæ potuissent incidere, quibus propellentibus, Salomon in thalami, regnorúmque consortem eam accipere potuisset, quæ minimè paganismum exuisset, quemadmodum nupsit Assuero Esther vanorum Numinum cultori, & an-

3. Reg. 3. Salomonis cum Pharaonis filia connubium an licitum?

3. Reg. 11. 4.

Ioseph. Hebræus an ethnicam sponsam ducere posset?

Sherlogi Anteloq. in Cantic. Salom.

te, & post subsecutas nuptias: quin & Iudithам, cùm se composuit, atque ornauit, cum Holopherne connubia meditatam fuisse, classici tradidêre Scriptores: quam tamen credibile est, ab homine feroci, & victore, religionis mutationem non esse exacturam, mulierem Principis gratiam ambientem: quemadmodum sapienter aduertit Basilius Poncius appendice de Matrimonio Catholici cum Hæretico, cap. 3. num. 11. Sed nescimus fuisse eiusmodi euenta, quæ Salomonem ad hoc adigerent.

Basil. de Leon.

8. Quòd si Salomon legum contemptor contra Exodi præceptum cap. 34 & Deut. cap. 7. ex gentibus vxorem duxisset, veterem quæ priùs superstitionem non deposuisset; fuisset eiusmodi peccatum publicum in regnis scandalum, vtpote personæ supremam potestatem habentis, & in quam omnium ora respicerent: at, si Rex publicè offendisset, atque adeò in tam graui materia, probabile, Deum Optimum Maximum magnis cladibus affecturum principem, propteréque ipsum regna quoque: quemadmodum accidit, cùm Dauid adulterio, innocentis Vriæ mortem adiunxit: & sicut aduersùs Salomonem insurrexêre hostes, statim ac probitati terga vertit, mulierum amore seductus. Nihil igitur supplicij, cùm Salomonis cum Pharaonis gnata connubium subsequutum sit, sed magis prospera omnia, & ominosa; verosimilius est, in contrahendis cum Ægyptia puella nuptiis, nullum à Salomone scelus commissum fuisse.

Exod. 34. Deuter. 7.

9. Mihi quoque non omninò spernenda coniectura est, Salomonem sub regni primordio (quo tempore Pharaonis gener factus est) nequaquam effræni aliquo amoris, malóque libidinis œstro abreptum, quòd tum augustissimum, operosúmque magnifici templi laborem aggressus sit sedulitate, curáque incredibili: quin & corde cùm destinatum haberet sibi, Reginæque, visendæ artis Basilicam extruere, præposuit religiosus Monarcha profanæ habitationi Deo dicatum opus; priúsque templi fabricam ad fastigium adduxit, quàm Regiæ ædificandæ initium dedisset, vt plerisque placet. Nam mox vt pestilens hæc contagio animũ, sensúsque possidere incipit, nihil laboriosum, nihil inclytum, & memorabile cogitare sinit: quin, si quod opus difficile, atque excelsũ à non amante inceptum, quàm citò amans fit, tam citò magnarũ cogitationum immemor. Quare Carthaginis Reginam cùm Poëta Æneæ desiderio tabescentẽ pingeret, continuò intulit interpolatas arcium, murorúmque operas, desides ciues, relicta & bellorum & mercaturæ studia. Sic ille 4 Æneidos:

Amans libidinosè nihil excelsum meditatur.

Non cœptæ assurgunt turres, non arma iuuentus
Exercet; portúsve, aut propugnacula bello
Tuta parant: pendent opera interrupta, minæque
Murorum ingentes, æquatáque machina cælo.

Virgil.

Salomon igitur ingentia aggressus (quæ & perfecit) sub id tempus, quo Pharaonis filiæ matrimonio copulatus est, fortiter, pudicè amauit, matrimoniúmque illud non lasciuiæ, sed coniugalis continentiæ seminarium fuit.

10. Obstare dixeris verba Reg. 3. cap. 11. vers. 1. cùm de Salomonis lapsu fit mentio: *Rex autem Salomon adamauit mulieres alienigenas multas, filiam quoque Pharaonis, & Moabitidas, & Ammonitidas*, &c. Videas igitur vitio verti Salomoni, quòd Ægypti Regis filiam adamasset: at si cum ea inita coniugalia fœdera licita fuissent, atque secundùm legum normam, quare amor erga vxorem legitimam culpæ verteretur Salomoni? Respondeo, filiam Pharaonis, progrediente tempore, ad pristinas Ægyptiarum superstitionum sordes re-

3. Reg. 11. 1.

Pharaonis filia ad ethnicismũ reuersa.

uersam; siue illa ab initio simulauit Hebræorum religionem, quò tanti Monarchæ consors fieret; siue animo & corde amplexa est. Nam, si Salomon à pueritia veri Numinis cognitione imbutus, diuinisque visionibus non semel recreatus, summáque sapientiâ donatus, muta simulacra veneratus est; quid mirum, vasculum fragile feminei sexus, quo semel est imbutum, odorem, aut ignauè deposuisse, aut depositum ad tempus solùm, rursum repetisse? Pro hoc placito stant omnes ferè Interpretes, quos num. 6. citauimus.

Libellus repudij licitus Hebræis.

Reuersâ igitur ad idololatriam Pharaonis filiâ, quid Salomon præstare debuerit? Sanè ablegare, à se repellere. At, potuit sano animo? Potuit quidem: nam Hebræis ob multò leuiores causas licitum erat vxorem repudiare, quemadmodum docet Bellarminus tom. 2. lib. 1. de Matrimonio, cap. 17. §. *Respondeo, quæstio est*, &c. Basilius Legionensis Opere de Matrimonio, lib. 7. cap. 50. Becanus in Analogia, cap. 23. quæst. 1. & 2.

Bellarm.
Basil. Leg.
Becan.

Libellus ergo repudij feminæ post inania Numina abeunti porrigendus erat: tenebatur ad hoc Salomon propter salutis animæ summum discrimen. Vitio itaque vertitur Salomoni, non quòd Pharaonis gener fieri elegerit, non quòd eius gnatam sub principatus initio amauerit: sed, quòd eam eo adamauerit tempore, quo odisse debuit cane peiùs, & angue, nempe, cùm eâ ad pristinos ritus falsæ adorationis remeante, non vanum imminebat periculum saluti spirituali ipsius Salomonis.

55.
Locus ex 3. Reg. c. 11. declaratus nouiter.
Regula Scripturæ: *Personæ eminentis fit specialis memoria.*
Franc. de Mendoça.
Psalm. 17.
Marc. 16. 7.

Sed emphasim (inquis) habent verba illa: *Filiam quoque Pharaonis*; peculiaréque denotant quidpiam; alioquin quid interfit hanc nomine, & vocabulo suo ostendi? Respondeo, Scripturarum vsum esse, cùm de aliquibus sermo texitur sub generali locutione, si inter eos quispiam sit cæteris honoratior, præsertim si ipsorum Dux, & caput, eius specialem memoriam facere: exempla habes apud Mendoçam tom. 2. in 1. Reg. annot. 15. in vers. 1. cap. 5. sect. 1. num. 15. ex Psal. 17. in titulo: *Die, qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum eius, & de manu Saul.* Marc. 16. vers. 7. *Dicite discipulis eius, & Petro.* apud Sanctium ad cap. 24. lib. 2 Reg.

Gasp. Sãch.
Iosue 2. 1.
Andr. Mas.

Quo pacto & memini hæc ipsa verba, de quibus agimus, declarata ab Andrea Masio in cap. 2. Iosuè, vers. 1. *Ite, & considerate terram, vrbémque Iericho.* nempe, cùm sub terræ complectente omnia vocabulo, Iericho etiam claudatur: expressit tamen seorsim, quia ab huius excidio ciuitatis, quæ cæteris eminebat, victoriæ spes ingens capienda fuerat: quanti igitur esset momenti illam expugnasse, specialis nominatio denotabat. Quare sensus sit: cùm sub vniuersali nationum vocabulo cæteras nominaret feminas, à quibus Salomon seductus sit, Ammonitidas recensens, Moabitidas, &c. honoris causâ filiam Pharaonis speciali appellatione indicasse, quòd cæteræ, aut pedissequæ fuissent, aut secundariæ vxores; atque si aliqua de primariis fuerat, hanc Pharaonis filia dignitate antecesserit, vt pote quæ sit illa, ex quorumdam sententia, quæ Cantic. 6. cap. enumeratis plurimis concubinarum, Reginarúmque, cæteris anteponitur, cùm dicitur: *Vna est columba mea, perfecta mea: vna est matri suæ*, &c. Aliud meditatus sum. Puto eo Regum loco sugillare sacræ Historiæ Auctorem nimiam Salomonis intemperantiam, iis præsertim verbis: *Cùm iam esset senex, deprauatum est cor*, &c. quasi significet, Salomonem eo tempore amantem esse cœpisse, quo cæteri mortales ab amando desistunt; nempe, veniente senectâ: quid enim sene prurięnte & lasciuo stultius? At inquis: Eò vsque libidinis deuentum à Salomone, vt non tantùm Idumæas, Sidonias, Hethæas feminas deperierit, sed & Pharaonis filiam impensè adamauerit. Sed, quid exaggerationis in his postremis verbis? Equidem, vt magnus sit ille ardor coniugum, primis matrimonij mensibus, sint & anni aliqui; ita progrediente vitâ, & consuetudo, & ætas flammam minuunt ad extinctionem ferè caloris: itaque tam iucundũ coniugibus quispiam arbitratus est diem mortis, ac sponsaliorum, quòd ille priuaret compare quam hic dederat: (quod forrasse verum in coniugibus virtutis regulam negligentibus) Pharaonis igitur filiam cùm Salomon adolescentulus etiamnum duxisset, senem tædere debebat antiquos amores, præsertim ex legis præscripto non viuentem: ergo textus innuit, hominis cani, & albicantis tam effrænem fuisse ardorem, vt non eas solùm deperiret feminas, quibuscum ei non longi temporis familiaritas, sed & impensè eam amaret, quacum diutissimè conuixerat, quam propterea fastidire debuit. Quid vultis ampliùs de Salomonis intemperato ardore? *Pharaonis quoque filiam adamauit*: Feminam, quam ætas longa pulchritudine spoliauit; quæ, etsi pulchra fuisset, sed diuturnus conuictus & familiaritas, pulchritudinis nauseam generat.

Hoc probasse placuit, quò ostenderemus, Salomonis cum filia Pharaonis nuptias non tantùm licitas, verùm cum omni honestate coniunctas. 12. Quid est ergo, quòd eiusmodi nuptias descriptas fuisse à Spiritu sancto dedecet, quarum sponsus sapiens, verecundus, in Deum religiosus? sponsa non ita pridem ad Veri Numinis cognitionem translata, deuota & timida est, quales solent esse recèns conuersæ? Vniuersa Patrum, Interpretúmque cohors, quemadmodum eruditè expendit Legionensis initio tertiæ suæ explanationis in Cantica, & facile est cuiuis Scripturas euoluenti experiri, asserunt, carmine hoc sub Sponsi, Sponsæque vmbris, & similitudinibus, delineari spirituale Christi, & Ecclesiæ connubium.

Lud. de Leon
Canticorum materia nuptia.

Quod illi affirmant de nubentibus in communi sumptis, nos de his in indiuiduo coniugibus asserimus: quid in hac re piaculi? Nónne Paulus vexillum erigit, viámque præmonstrat, dum Protoplastorum matrimonium specificat, magnúmque vociferatur Sacramentum in Christo, & Ecclesia? Nonne Ecclesiæ Proceres passim Christum, eiúsque sine ruga, aut macula Sponsam, velatam asserunt typis, figurísque Patriarcharum cum suis contoralibus? Nos, quod illi de Iacob, Samsone, Dauid, Assuero, aliísque, id ipsum de Salomone, eiusque vxore astruimus.

Sed inquis: Vapulant castæ aures à tanta vnguentorum memoria, tot amplexibus, tanto languore amantium: audire patienter nequeunt oscula, vbera, vmbilicum, aliáque sexcenta, cuncta deliciosa. 13. Verùm, quibus tam delicatæ aures, cur non illas occludunt, cùm audiunt Iacob tanto æstuantem amore, viderentur vt ei quatuordecim vix ferendi laboris anni, pauci præ magnitudine affectus? Cur frontem non contrahunt, cùm Genes. cap. 30. feminarum contentionem legunt, quænam ingrederetur, thalamúmque Iacob conscenderet? Certè fastidiuit, damnauítque factum impius Manichæus, vt probè notauit noster Azorius tom. 1. Institutionum moralium, libr. 6. cap. 13. Sed confutauit Hæreticum, Augustini diuinum ingenium. Cur non tragœdias excitant, cùm vndique conquisitam speciosissimam puellam lectitant, quæ frigidum Dauid calefaceret; & sanè

Genes. 30.
Azor.

Abisag Sunamitis Historia an fabula?
Hieron. Abulens. Mat. Vict.

& sanè maximus ille Scripturarum Clauiger, Hieronymus, fabulam putauit epist. 2. quæ est ad Nepotianum, cap. 2. quòd obscœni & indigni quid habere videretur, vt docet Episcopus Reatinus Notis ad eam epistolam. Hieronymum multis impugnat Abulensis quæst. 7. in c. 1. lib. 3. Regum: destituunt reliqui Interpretes. Quid? nónne Iudith ad pulchritudinem se componit? non & ipsi, & Esther satis vnguentorum? Certè Theodoretum non latuit, futuros, quibus inuisa esset tam crebra mentio vberum, osculorum, amplexuum; sed in blasphemiam prolapsos huiusmodi homines non veritus est dicere. Percipiat lector ipsius verba

Theod.

præfatione in Canticum Salomonis: *Legentes, vt arbitror, hoc volumen, animaduertentésque in eo vnguenta, & oscula, & femora, & ventrem, & vmbilicum, & genas, & oculos, & labia, & mala, & nardum, & stacten, & myrrham, & his similia, cùm propriam diuinæ Scripturæ consuetudinem ignorarent, noluerunt ingredi, & litteræ velum transilire, atque intus Spiritum intueri: sed quæ dicta sunt carnaliter intelligentes, in hanc blasphemiam prolapsi sunt.* Fatemur quidem in Cantico Canticorum oscula, atque amplexus; sed quæ à Matrimonij Sacramento non abhorrent: amor vbique resonat, sed maritalis, sed continens. Et certè in Canticorum nuptiis non aliquid reperiri, quòd absurdum grandius oleat, quàm ea redolent, quæ in aliis Scripturarum locis reperiuntur, docuêre Origenes, siue alius quis, eruditus quidem ille, prologo in quatuor Homilias: Nyssenus præfatione in Cantica. Dictionem verò vbique castam esse, coniugésque introduci, qui omni honestate niteant, attestantur Bernardus serm. 7. in Cantica: Philippus Abbas proœmio in librum Canticorum, & Commentario in titulum eiusdem libri: Cyprianus Cisterciensis ad illa cap. 1. *Osculetur me*, &c. Delrio Isagogæ cap. 4. At verò similitudines huius libri ab amore honesto, pudicóque desumi ex eo nominatim probant inclyti Scriptores: quia (inquiunt) desumptæ à coniugum amore: hic enim, aiunt, præ cæteris pudicus est verecundúsque. Sic Legionensis 3. sua explanatione in Cantica: Gislerius præfatione in Cantica, cap. 4. num. 8. Gaspar Sanchez Prolegom. 2. num. 6. Sotomaior in argumento Operis: Basilius Legionensis quæst. 2. expositiua, cap. 2. Rutilius Benzonius Episcopus Lauretanus, libr. 1. in Canticum, *Magnificat*, c. 4. coniugalem ergo amorem cùm nos exhibeamus in Salomone, castum exhibemus amorem.

Canticorum stylus castus. Origen. Nyssen. Bernard. Philip. Abb. Cyprian. Cisterc. Delrius. Luys. de Leon. Gisler. Gaspar Sanch. Sotomaior. Basil Leg. Rutil. Benz.

14. Sed demus profectò, impudicum esse amorem, adulterio maculatum, alienigenæ, quæ superstitiosos Deos non dereliquerit, coniunctione turpatum, vnius libidinis explendæ desiderio conceptum: quid obstat docuisse, vel tales amores, ex Spiritus sancti intentione, Christi, & Ecclesiæ connubia designare? Docuit hac ipsâ, de qua agimus, materiâ Ludouicus de Sotomaior ex multorum Patrum doctrina, suis ad Cantica præfatis, iuxta medium: docuit iterum id ipsum in Notis posterioribus ad librum Canticorum exordio Operis: vtrobique satis supérque munit Scripturarum dogma, quo instruimur, rem malam, etiam eâ, quâ est mala, ratione & formalitate, posse ex diuini Spiritus ordinatione, bonæ rei typum sustinere. Scio esse, quibus hæc omninò non placeant, Canum lib. 2. de locis, cap. 4. Azorium lib. 8. Institutionum moralium, cap. 2. quæst. 10. Gretserum tom. 1. defensionis Bellarminianæ, in defensione cap. 5. lib. 3. Scio & Hieronymum in hac re non semper vnius sententiæ; sed, quæ constantior fuit sancti Doctoris mens, pro nobis fuit variis locis, quos citant & sequuntur Sotomaior, vbi suprà: Martinez lib. 7. hypotyposeon: Pineda præfatione in Ecclesiasten, cap. 4. num. 5. Gaspar Sanchez prologo 12. in Cantica, & prologo 4. in Iob, & ad cap. 11. lib. 2. Regum, num. 29. atque alibi sæpè, qui & Augustinum, & Ambrosium, Gregorium Papam, Richardum Victorinum citant, quos ideò nos omittimus: addimus Gregorium Nyssenum tract. 2. in Psalmos, cap. 11. S. Thomam 2. 2. quæst. 88. art. 2. ad 2. Luysium de Leon in Abdiam, in principio Commentariorum: Pereiram disp. 15. in cap. 3. Ioan. Cyprianum Cisterciensem ad illud Canticorum 6. *Sexaginta sunt Reginæ*, &c. loquentem de Salomone eiúsque vxoribus: Basilium Ponce de Leon in appendice de Matrimonio Catholici cum Hæretico, cap. 4. §. 2. agentem de coniugio filiæ Pharaonis: Salmeronem de argumento hoc vniuersim doctè atque latè prolog. 19. canone 9. Mendoça tom. 3. ad cap. 11. lib. 1. Reg. Annot. 1. sectione 1.

Regula. Res mala potest esse typus rei bonæ, & è contra. Sotomaior. Canus. Azor. Gretser. Hieronym. Bellarm.

Sotomaior. Martinez. Pineda. Sanchez. August. Ambros. Greg. Pap. Greg. Nyss. Richard. Victor. S. Thom. Luys. de Leon. Pereira. Cyprian. Cisterc. Basil. de Leon. Salmeron. Franc. de Mendoça.

Tractat de controuersia Augustinus altissimo acumine tom. 6. lib. 22. contra Faustum, cap. in primis 83. monétque sapienter, aliud esse proponere factum aliquod imitandum; aliud velle hoc, vel illo facto loqui, & significare quidpiam. Primum quò assequatur Scripturarum conditor diuinus ille Spiritus, facta nobis proponere consueuit, quibus virtus & honestas vndequaque resplendeat. Secundum æquè à prauis, atque à bonis facinoribus prouenire valet: nam & Sanctorum immortalia gesta, si nigro scripseris atramēto, si deformi charactere, non minues de bonitate Herouin: nec si aureis litteris prauorum acta ornaueris, bonitatem aliquam gestis ipsis addideris. Materialiter igitur se habet, vt ex scholis terminos depromamus, characteres huius, aut illius esse coloris & pulchritudinis, sint modò illi characteres, & pulchri deformia repræsentabunt, & deformes pulchra: eodem pacto in Scripturis, & boni malorum figuram nonnunquam sustentant, & à malis boni sæpenumerò adumbrantur. Nam sit coniunctio siue bona, siue vituperanda, dummodò coniunctionis formalitate, & prædicato non careat, coniunctionem Christi & Ecclesiæ loquitur. Qui rem hanc tanquam viua tabula suis coloribus depictam, contemplari anhelat, & quo pacto ab impuro amore grandium arcanorum similitudines ducat Scriptura, idque frequenter, legat elegantem nostri Pinedæ antithesim sect. 8. in cap. 1. Iob, versum 2. vbi collatis Bibliorum, Poëtarúmque sententiis, demonstrat, nihil tam elegans apud profanos Scriptores de amoris natura, affectibúsque reperiri, quod multò dulcius, sublimius, elegantius non tradant sacræ paginæ: idque non rarò. Nam, si quæ sunt vocabula nimiùm aliquem affectum indicantia libro Canticorum, *sororis, dilecti, fratris, columba*, & eiusmodi alia; paria quoque aliis Scripturarum locis sparsa inueniri probè admonuit Rutilius Benzonius lib. 1. in Canticum, *Magnificat*, cap. 4. Quare & Bellarminus Cardinalis tom. 1. lib. 2. de verbo Dei, cap. 15. cùm non committendos vulgari idiomati sacros Codices probaret, inconueniens quidem desumpsit à Canticorum lectione, auditionéque, quæ rudi vulgo, ignorantibúsque litteræ corticem transcendere, offendiculo esse posset: sed idem prorsus offendiculum ab innumeris aliis Scripturæ locis non minùs ortum iri, quæ ibi citat, ostendit.

15. *August.*

Pineda. Rutil. Benz. Bellarm.

16. Et hoc de impudico amore aliquid, gratis nos concedebamus, quò ex abundanti faceremus satis

tis aduersariis: veritas tamen est, ne vnum verbum immodestum Canticorum libro contineri; quod toto nostro Commentatio, vbicunque se obtulerit occasio dictionis, quæ videri possit inuerecundior, Deo conatibus fauente, probare nitemur. Non me subterfugit, Platonem speciosos de amore titulos venditare illo suo Dialogo, & potuit multorum calculis *Diuinus* nominari: sed quàm parum diuinos amores cogitauerit, malo ex Philone de vita contemplatiua, potiùs quàm à me intelligas: *Platonicum verò pene totum* (ait) *disputationi de amore impenditur, non illo, quo viri in mulieres insaniunt, aut hæ in viros; sed quo viri in masculos ætate tantùm iuniores. Nam, si quid ibi de amore, Venereque cœlesti dictum videtur elegantiùs, pro condimento modò est additum. Cæterùm maiorem partem vulgaris & promiscuus amor occupat.* Affinia iisdem Cyrillus lib. 1. contra Iulianum, Theodoretus lib. 9. & 11. contra Græcos. Non talis noster Salomon, nihil in eo titillans, nihil è Dodonæo penu: casta, indefæcata sunt vniuersa. Imò præter alias insigniores causas, puto ob id etiam ab Spiritu sancto excitatum esse Regem sapientem, hæc vt scriberet, quò profanas cantilenas de medio tolleret, alliciente magis aures purissimo Hymenæo, cùm in eo tropi, similitudines, locutiones, omnia denique venustiora. Sanè eiusmodi aliquid de Dauide meditatus est Procopius, (quem Glossa ordinaria auctior citat ad cap. 16. lib. 1. Regum:) *Diuino enim ardore* (inquit) *inflammatus, ea, quæ homines ad libidinem, & lasciuiam accendunt, ad pietatem transtulit: cantum articulata vocis hymnis diuinis temperans, vt melos sensum; intellectus verò vna, eadémque opera, diuinum ardorem exsuscitaret.* Quibus æqualia proferunt Basilius, & Athanasius, eodem loco allegati à Glossa. Equidem Syros, Phœnicésque vltra modum libidinosis cantibus addictos, prodidit Dipnosophistarum lib. 15. Athenæus: fortasse id ipsum Salomonis temporibus cùm omnes diuitiis, pace, voluptate affluerent. Quò igitur malam, iuuentuti præsertim, pestem de Republica abigeret, scripsit ex diuini Spiritus incitamento sacrum carmen Salomon, quo amorum cantilenas per amoris quoque carmen truderet; & vbi lasciua & procacia perstrepebant, sacra atque prophetica resonarent, quemadmodum de suo Bethlehemitico rure exultabundus gloriatur Hieronymus, epistola, qua Marcellam ad rus inuitat: *In Christi ergo villa* (ait) *vt supra diximus, tota rusticitas est: extra Psalmos silentium est. Quocunque te verteris, arator stiuam tenens, Alleluia decantat: sudans messor Psalmis se auocat; & curuâ attondens vites falce vinitor, aliquid Dauidicum canit. Hæc sunt in Prouincia carmina: hæ, vt vulgò dicitur, amatoria cantiones.* Salomon igitur impurum aboliturus amorem, incitante diuino Flamine, sacram casti amoris poësim ad Epithalamij normam composuit.

Platonis Dialogus impurus.
Philo Heb.
Canticorum volumen ad lasciua abolenda carmina compositum.
Procop.
Basil.
Athan.
Phœnices & Syri libidinosis hymnis delectantur.
Athen.
Hieronym.

Sectio III.

Monstruosa & impossibilia nō sequi, si filia Pharaonis materia sit Cāticorū. Illustrata pars c. 8. Isaiæ: Allegoriæ qualis vsus Poëtis, & Oratoribus? qualis Sacris Scriptoribus?

17. ARRIDET mihi prudens nostri Azorij monitio lib. 6. Institutionum moralium, tom. 1. cap. 3. non esse statim negandum, siue historicum, siue spiritalem, sacrarum Litterarum sensum, quoties nobis ardua occurrunt in tractatione diuinorum voluminum, & quibus vix, aut ne vix quidem soluendo simus. Fateor, difficilia esse illa, feminam sacro Dramate introduci, quæ nunc inter Heroinas versetur, nunc superbo ferculo triumphet auro, ostro, argento, gemmis admirando; nunc filia Principis, & Reginarum Regina nuncupetur: mox apud vineas reperiatur, post gregum vestigia abeat, maneat iuxta tabernacula pastorum. Peregrinæ quoque fuerint illæ similitudines deriuatæ a turri Damascena a Carmelo, ab aquis piscinarum: opus fuerit his concordandis & labore, & ingenio non vulgari: verùm non, quia exotica & inulitata, ideò Historiæ illis veritas neganda. Hoc magno mercentur Hæretici, qui librum Iob propterea verum non esse Historiam animo induxère, quòd euentus continet: fidē propè superantes: quis enim sibi persuadeat admissum Dæmonem Angelorum cœtui, & concilio? quis Iobum sic destitutum à ciuibus suis, nemo vt esset, qui ad hospitium admitteret, sed sub dio manendum fuerit septem diebus, septémque noctibus? atque vt alij crudeles & inhospitales fuerint erga Iobum, quid tam longo interuallo tres Reges, qui consolatum venerant? cur non impetrant acciri Medicos, fomenta. Iobi tamen acta veram esse Historiam, quis inficias iuerit? Lege de nostris duos: Pinedam præfationis in Iob cap. 1. Gasparem Sanchez Prolegom. 1. & 10. in eundem Iobum. Augustinus initio lib. 8. de Genesi ad litteram, reprehendit quosdam, quòd assererent, prima Geneseos capita nequaquam historicè, sed figurate solùm intelligenda; propterea quòd ea continerent, quæ vsitatum rerum cursum excederent, quæque discursu vix comprehendi possint.

Azor.
Iob liber an Historia?
Pineda.
Gasp. Sāch.
August.

Statuo igitur primò: Quamuis ea, quæ Canticorum Volumine scribuntur, eius essent generis, quorum conciliatio magnoperè perplexa & difficilis esset; non tamen propterea sufficienti argumento demonstrari Historiam non esse. Huius asserti confirmatio desumenda est a variis sacrorum Librorum narrationibus, peregrinis admodum, & inusitatis; quas tamen rerum esse, quæ verè contigerūt, & ratio, & clarissimorum testium multitudo suadent. De hoc catalogo sunt, quòd Isaias nudus & discalceatus incesserit tribus annis (Isaiæ cap. 20.) sint illi vel tres dies, vti quibusdam sententia est, certè portenti instar fuit. Ex eadem serie, quæ Ieremiæ imperata sunt cap. 13. lumbare vt absconderet apud Euphratis vndas, in foramine petræ: & cap. 27. eidem præceptum colla vinculis onerare. Eiusdem ordinis, quòd Ezechiel vno latere totos trecentos & nonaginta dies dormierit. Habent hæc Patronos non paucos, neque de medio cœtu, qui non visione tantùm obiecta huiusmodi; sed verè peracta fuisse demonstrent. Venio ad duo illustriora gesta. Alterum est Oseæ cap. 1. cùm Propheta fornicariam ducere iubetur, ex qua & prolem suscepit: rem adeò alienam, & à Deo imperaris, & a Prophetæ honore iudicauit olim Origenes, vt non nisi per visa solùm Vati repræsentata crederet. Sequutæ sunt Origenem prouinciæ integræ, teste nostro Castro in duodecim Prophetas, ad nominatum primum Oseæ cap. S. *Quæstio igitur.* Sequutus est & Hieronymus. At veram fuisse historiam, ex Patribus, Theologis, nouis Scriptoribus grandior pars affirmat. Lege in eum locum nostros Riberam, Sanchez, Castrum, Cornelium. Alterum, idque exemplum longe dignissimum 18.

Isaiæ 20.
Isaias an discalceatus incesserit reipsa?
Ierem. c. 13. an vera narratio de lumbari abscondito & vinculis eius c. 27.
Ezechiel an sine fictione dormierit vno latere 390. diebus?
Osea cap. 1. an certa historia de vxore fornicaria?
Orig.
Hieron.
Ribera.
Castro.
Sanchez.
Cornel.

Iſaia ad Prophetiſſã acceſſio, cap. 8. an hiſtorica?

ſimum Iſaiæ cap. 8. occurrit: *Sume* (inquit) *tibi librum grandem, & ſcribe in eo ſtylo hominis: velociter ſpolia detrahe, cito prædare. Et adhibui mihi teſtes fideles, Vriam Sacerdotem, & Zachariam filium Barachiæ, & acceßi ad Prophetiſſam, & concepit, & peperit filium, & dixit Dominus ad me: Voca nomen eius Accelera ſpolia detrahere: feſtina prædari: quia, antequam ſciat puer vocare patrem ſuum*, &c. Quid in his non ſpinoſum? quot ex omni ferè vocabulo emergunt ſalebræ? quæ hæc Prophetiſſa, & quamobrem eo nomine dicta? Cur ad eam coram teſtibus acceſſurus Propheta, cùm de prole agitur? quæ illa nominum impoſitio genito infanti: *Accelera ſpolia detrahere: feſtina prædari?* quid portendunt inuſitatæ appellationes? & quam monſtruoſa illa, puerum, antequàm matrem inuocare nouerit, ablaturũ fortitudinem Damaſci, & ſpolia Samariæ coram Rege Aſſyriorum? Coëgerunt [illegible]t, tàmque immanes ſcopuli (nam ſcrupulos quis dixerit) Patres vniuerſos, qui hac de materia, aut ex profeſſo, vel ex occaſione loquuti ſunt, duobus, tribúsve demptis, quorum mens dubia, & obſcura, omnem hiſtoriæ ſuſpicionem ab hac narratione remouere: & tamen recentiores de nobilium Interpretum ordine, aggreſſi aliam ab antiquorum tramite viam, propterea hiſtoricè accipienda eſſe docuère, quòd aliter vaticinium, non niſi contortè, & violenter explicare fuerit poſſibile. Tantæ igitur narrationes ſacrorum Codicum, cùm iis ſcateant Mæandris, labyrinthiſque, qui hiſtoriam, & rei geſtæ veritatem tot, tamque præſtantes Viros coëgerint de medio tollere: aliorum autem ingenia compulerint ad acrem inueſtigationẽ, tandem vt repererint modos, quibus hiſtoriæ fidem ſartam tectam ſaluarent: id ipſum iudicium de Canticorum textu ferre quid prohibet? vt extiterint Viri omni litteraturâ conſpicui, qui in eo hiſtoricum nihil contemplari potuerint, propter infinitam difficultatum ſyluam: fuiſſe in Eccleſia Dei alios, futuróſque, qui hiſtoriam, quamuis abundè abditam, eruant, in lucémque manifeſtam proferant: aut, quia in hoc inueſtigando themate plus laboris, & operæ poſuerunt: aut, quia magnus ille gratiarum diſtributor Spiritus non ſingulos docere voluit vniuerſa.

19. *Canticorum ſimilitudines aptiſſimæ.*

Statuo ſecundò: Similitudines Canticorum libro politas, quibus, ſiue virilis, ſiue muliebris forma commendatur, egregiè aptas eſſe, & rei, in cuius gratiam excogitatæ ſunt, ad miraculum conuenientes. Huius dicti erit perpetua probatio, totus noſter Commentarius, Deo propitiante, quo ſæpè oſtendimus, vt putamus, quæ remotiores videntur ſimilitudines, eas eſſe maximè affines. Interim, dum noſtra morantur, ſuppetunt huius argumenti lucubrationes diſertiſſimæ Virorum excellentium, vtriuſque Ludouici, Sotomaior, & Legionenſis, Delrij, Giſlerij, Sanchez, Baſilij Ponce de Leon tomo variarum, quæſt. 2. expoſitiua: tractat, & cum ſe occaſio offert, nonnulla Gueuara in Habacuc: Ceruantes tom. 1. in Sapientiam Salomonis: Salaçarius in Prouerbiis: Roa in ſingularibus: Pineda in Iobum, in Eccleſiaſten, frequentiùs in paruo Salomone: & quidem ille, atque Salazarius ad longum nonnunquam, eleganter ſemper atque neruosè. Interim illud monuiſſe non abs re fuerit: quamuis ſimilitudines huius libri, poſteriorum ſæculorum Interpretes non ita enodarent, vt doctiorum votis omni ex parte facerent ſatis, non eſſe propterea ſimilitudines ipſas tanquam minùs aptas iudicandas. Nam, vt benè Aloiſius Legionenſis 3. ſua explanatione in cap. 3. Canticorum;

Sotomaior. Lud. Legio. Delrius. Giſler. Sanchez. Baſil. Ponc. Gueuara. Ceruantes. Salaçar. Roa. Pineda. Aloiſ. Leg.

Ioannes à Ieſu Maria, Carmelita excalceatus, Canone 6. pro huius voluminis intelligentia notarunt: ſuæ cuique genti phraſes, parœmiæ, ſimilitudines peculiares; adeò vt ſæpè quæ apud vnius regionis homines honori, exiſtimationique ſunt, apud alias nationes indigna habeantur. Semoti ſunt veteres Palæſtinorum ritus à iuniorum cognitione: quare, quòd minùs congruæ appareant ſimilitudines, non rebus ipſis vitio verti debet; ſed noſtræ imbecillitati, qui, quales fuerint res illæ, ignoramus. Audi meis fauentem dictis Auguſtinum lib. de doctrina Chriſtiana, cap. 16. *Rerum autem ignorantia facit obſcuras figuratas locutiones: cùm ignoramus, vel animantium, vel lapidum, vel herbarum naturas, aliarúmve rerum, quæ plerunque in Scripturis ſimilitudinis alicuius gratiâ ponuntur: nam & de ſerpente, quod notum eſt, totum corpus pro capite obiicere ferientibus; quantum illuſtrat ſenſum illum, quo Dominus iubet aſtutos eſſe ſicut ſerpentes?* &c. Igitur cupienti Canticorum ſimilitudines, quoad eius fieri poſſit, quàm proximè attingere, remeandum illi per ſæculorum antiqua; gentium, populorum loca, ritus, cæremoniæ cognoſcendæ. Hoc tam diuiti penu cùm ſatis inſtructus extiterit, intelliget tum demum, quas olim abſurdas opinabatur ſimilitudines, ſuprà quàm exiſtimare quis poſſit, genuinas eſſe, elegantes, aptiſſimas. Taceo apud principes Poëtas, Homerum, Heſiodum, Theocritum, & alios eiuſmodi, ſimilitudines reperiri, quales apud Salomonem, neque minùs monſtruoſas, vti aduertit Legionenſis loco nuper citato: Oſorius Nepos Notationibus in Paraphraſim Canticorum, ad illa cap. 7. *Statura tua aſſimilata eſt palma*, &c. Gaſpar Sanchez lati Prolegomen. in Cantica, præludio quinto.

Ioan. à Ieſu Maria. Phraſes & idiotiſmi cuique genti ſpeciales. Auguſtin. Scripturæ abſcuritas ex non intellectu rerum naturis, de quibus agit. Lud. de Leon. Oſor. Nep. Gaſp Sanch.

Statuo tertiò, quæ de Pharaonis filiæ varia fortuna leguntur; quòd nunc vineas cuſtodiat, nunc hœdos ducat, nunc in hortis laboret, atque Regina euadat, ſupremiſque honoribus potiatur; quamuis ſint eiuſmodi, quæ, vt credantur, non modicam difficultatem ingerunt; ſuſtineri tamen poſſe cum ſimilitudine veri. Primò, quia non minòs peregrini euentus aliis Scripturarum locis traduntur, quos verè, & citrà imaginationem contigiſſe demonſtrauimus fusè, num. 18. Secundò, atque id præcipuè, nequaquam filiam Pharaonis tot fortunæ ludificationibus, atque euripis agitatam; ſemper Reginam fuiſſe, ſemper honoratam: quod qua de cauſa affirmare quiſpiam audeat, nunc propero oſtendere. Mos eſt Poëtis ſpeciatim, tropis, atque tranſlatis locutionibus, quæ efferunt, a popularium oculis reuocare: atque huius vſus eſt, vt nonnunquam allegoriâ vtantur perpetuâ, quemadmodum Horatius figuratam locutionem continuauit lib. 1. Carminum, Ode illa ad Brutum, quæ incipit, *O nauis, referent in mare te noui fluctus*, &c. vbi ſub iactatæ nauis metaphora, Reipublicæ à ciuili diſcordia clades deſcribit. Sæpiùs tamen metaphoram interrumpunt, & de quo ſermonem inſtituère, productâ velut ex interuallo perſonâ ipſâ, inſinuant; cuius naturæ eſt Ecloga extrema Latini Homeri, quæ Cornelij Galli amores paſtorum vocabulo ſic integit, vt non ſemel prodat, ſe pluſquàm de paſtore loqui. Vtuntur & hoc poſtremo genere metaphoræ frequenter Oratores, Rhetoreſque: nec enim ſolis Poëtis proprium velit Seneca epiſtola 59. *Inuenio tamen tranſlationes verborum, vt non temerarias, ita non indecoras, vt quæ periculum ſui fecerint: inuenio imagines, quibus ſi quis nos vti vetat, & Poëtis illas ſolis iudicat eſſe conceſſas; neminem mihi videntur*

20.

Allegoria qualis vſus apud Oratores, & Poëtas. Seneca.

Troporũ, figurarúmq. in Scriptura vsus.
Augustin.

ex antiquis legisse. Atque his quidem ornamentis, & carmina, & declamatiooes suas condecotare exteri consueuerunt Scriptores: id ipsum sacros, canonicósqoe Auctores facere, dudum docuit Augustinus lib. 16. de Ciuit. cap. 21. explicans illud Genefeos cap. 13. *Et faciam semen tuum tanquam arenam terra. Quod ea locutione* (ait) *dictum est, quam Græci dicunt hyperbolen, quæ vtique tropica est, non propria: quo tamen modo, vt cæteris tropis vti solere Scripturam, nullus, qui eam didicit, ambigit.*

Littera venustior sensus, qui fundatur allegoria.
Martinez.

Nam venustiores multò sunt litterales sensus, qui in allegoria fundantur, vt docet Cantapretensis hypotyposeon lib. 7. cap. 1. Sed videamus ex eodem Augustino, qualiter se gerat Scriptura in vsu troporum: *Locutiones enim* (ait ille lib. 20. de Ciuit. cap. 25.) *tropica propriis prophetico more miscentur, vt ad intellectum spiritualem intentio sobria, cum quodam vtili, ac salubri labore perueniat.*

Scriptura ab allegoria ad claram loquutionem inopinatò transit, & è contrà.
Hieron.

Hieronymus ad principium cap. 19. Isaiæ: *Moris* (ait) *est Scripturarum obscuris manifesta subnectere, & quòd primo sub ænigmatibus dixerint, aperta voce proferre.*

Genes. 49.

Exempla suppetunt crebra. Sic Genesis cap. 49. Iudas, aliique de duodecim tribuum fundatoribus, nunc inuolutis locutionibus, nunc claris vocabulis exprimuntur.

Isaiæ 5.

Sic Isaias cap. 5. longum de vinea tropum continuat; demum sipario metaphoræ remoto: *Vinea enim Domini exercituum* (inquit) *domus Israel est.*

Ezech 28.

Sic Ezechielis cap. 28. Luciferum sub Principis Tyri figura describi ita opinatur Tertullianus lib. 2. contra Marcionem, vt ea tamen nonnunquam admisceantur, quæ Angelum superbum satis demonstrent.

Psalm. 71.

Sic denique Psalmo 71. Christum sub Salomonis typo eo adumbrari modo, vt sæpè dicatur, quæ Christum ostendant, quòd Salomone maiora ea sint, sensère de Patribus

Augustin.
Tertull.
Luys Leg.
Lud Tena.
Alph. de Mendoça.
Iustin.

Augustinus lib. 17. de Ciuitate, cap. 8. Tertullianus lib. 3. contra Marcionem. Sequuti eos Legionensis in Abdiam, initio Prophetiæ: Tena præludio 4. in Epistolam ad Hebræos, num. 91. Alphonsus de Mendoça, relectione de vniuersali Christi regno, num. 4. Pater Iustinianus in illud cap. 1. ad Hebræos: *Ego ero illi in Patrem*, &c.

21. Hac itaque præfatâ, tótque modis stabilitâ doctrinâ, dixerit, qui Canticorum materiam nuptias esse Phariæ puellæ cum Salomone, senserit; huius Epithalamij sacrum Poëtam, Reginam, eiúsque Sponsum sub pastorum velamentis, aut certè eorum, quibus horti & vineæ curæ sunt, personis significare: quare, quoties de vineis, aut pecoribus sermo est, eiusmodi sententiæ metaphoricè accipiendæ, aliter longè ac sonant. Atque hoc cùm ille sedulò obseruet, maioríque ex parte istiusmodi inuolucris Canticum absumat; aliquando tamen faciem proferre reliquo ænigmati, dum personæ suis se vultibus ostendunt, depositâ laruâ. Itaque, quoties aliquid regiâ potentiâ, & maiestate dignum legitur, Salomon, & vxor eius palàm se conspiciendos offerunt: cùm infra hæc quippiam occurrit, ad tropos confugiendum est.

Canticorum metrum, an Bucolicum, aut Georgicum?
Iacob de Valent.
Prosp Ros.
P. Vasquez.
Osor. Nep.
Sotomaior.
Gisler.
Delrius.
Gasp. Sanch.

Atque hoc pacto non graui labore conciliaueris, quod à multis huius voluminis Explanatoribus traditum est, nempe, Eclogam referre, & genus carminis esse Bucolicum, siue etiam Georgicum, quemadmodum loquitur Christopolitanus epistola ad Alphonsum Aragoniæ: Prosper Rossetus præfatione in Cantica, lectione 5. Pater Vasquez tomo 1. in 1. partem, disputatione 15. cap. 4. Osorius Nepos proœmio in Paraphrasim Canticorum: Sotomaior in præfatis, §. *De artificio*, &c. Gislerius præfationis cap. 4. Delrius Isagogæ cap. 1. & cap. 4. Gaspar Sanchez

Cypr. de la Huelga
Placid Nig.
Petr. Nann.
Franc. Mõc.
Alois. de Leon.
August.

prologo 2. num. 7. Cyprianus de la Huelga, aliàs Cisterciensis, prologo in Cantica: Placidus Nigidius prologo quoque: Petros Nannius epistola ad Reges Angliæ: Franciscus Moncæus carmine suo Hexametro: Aloisius de Leon explanatione 3. in cap. 1. Canticorum: atque alij, Augustinum forte sequuti tom. 9. lib. de pastoribus, cap. 15. *Damus & nos vocem pastoris, audiamus. In Canticis, inquiunt, Canticorum loquitur Sponsa ad Sponsum, Ecclesia ad Christum. Nouimus, Cantica Canticorum sancta, Cantica amatoria, Cantica sancti amoris. Planè volo inde audire vocem pastoris, vocem dulcissimi Sponsi.* Sed, quo pacto (dices) maritabimus pastoritia, & ruralia cum diademate, quo coronauit Sponsum genitrix in die lætitiæ cordis eius? cum ferculo materiæ diuitis, operis politioris? cum digitis hyacinthorum plenis? Respondet Legionensis, quemadmodum & nos superiùs, dicta explanatione 3. & in explanatione 1. ad illa cap. 1. *Equitatui meo*, &c. ex professo: Petrus Nannius ad illud Cantic. 3. *En lectulum Salomonis*, &c. quæ à pascuis, & rure desumuntur integumenta esse, quibus regiæ personæ sub pastorum larua poëticè introducuntur; Verùm allegoriam non ita esse perennem, & non interruptam, vt aliquando non se prodant personæ ipsæ, suóque se ore & vultu proferant. Itaque, vti docebamus num. 20. ex Hieronymo pro Scripturarum more, *obscuris manifesta subnectunt; & quod prius sub ænigmatibus dictum, aperta voce profertur.* Sic ergo conciliare est variam filiæ Pharaonis fortunam, diuersósque viuendi status, quibus aliquando pastrix, aliquando villica, aliquando Regina esse videatur his, qui litteræ superficiẽ non transcendũt.

SECTIO IV.

Non eripi Catholicis contra Iudæos arma, si filia Pharaonis sit Sponsa Cãticorum. An de Christo solo omnis Historicus sensus in Canticis, Psalmis, & Prophetarum libris? Iudæi quẽadmodum conuincendi à Catholicis? Litteralis sensus quædam notæ: Num in parabolis duplex Historica intelligentia?

FVERE in Theologica schola nonnulli, qui pleniore erga Christum studio afflati, eorum calculis, qui minus laboris & diligentiæ posuère in Scripturarum veritate indaganda, assererent, Christum vbique quærendũ, in Prophetis præsertim, Psalmis, Canticis; neque audiendos eos, neque Theologorum cœtu admittendos, 22.

An de Christo omnes historicus sensus in Psalmis, Prophetis, Canticis,
Leo Cast.

sed Iudæorum cum præceptoribus annumerandos, qui ad litteram sacra vaticinia de Dauid, de Salomone, de Sennacherib, de Babylone, hisque similibus construerent; de qua re qui scire cupiat ad longum, legat per otium Leonem de Castro in Apologetico, disputatione de trãslationibus: toto Commentario in Isaiam, aliisque Operibus. Ego huiusmodi hominum pietatem, & zelũ pretio habenda non respuerim: obsequiũ enim Deo se præstare autumant, *Si tamen placere Deo possit* (ait Riber. præludio 1. in duodecim Prophetas, n. 3.) *quidquam, quod à veritate abhorreat, cùm Deus veritas sit.*

Ribera.

At exclamant, minuendam iri Christi gloriã; Hebraicæ perfidiæ indulgeri, si Canticorum librum historicè, & secundùm litteram interpretemur de Salomone, eiúsque coniuge. Percipiant, quibus hæc uerui sunt, Hieronymum ad Fabiolam de vesti-

Hieron.

ru

tu ſacerdotali, epiſtola 128. *Sed, ne quis me vim facere Scripturæ putet* (inquit) *& ſic amare Chriſtum, vt hiſtoriæ auferam veritatem; interpretabor in membris, quod referatur ad caput: intelligam de ſeruis, quod impleatur in Domino: quanquam gloria Domini gloria famulorum ſit: & vbicunque opportunitas loci obtulerit, ſic de vero lumine diſputabo, vt deriuetur ad eos, quibus Chriſtus donauit, vt lumen ſint*, &c. Ergo, ſi ex Hieronymiana regula (quæ poſt Eccleſiæ auctoritatem præcipua eſt, vno quouis comparato, cùm de Bibliorum recta enodatione agitur) ea ſit Scripturarum interpretandarũ optima methodus, vt in membris interpretemur, quod referatur ad caput; de ſeruis intelligamus, quod impleatur in Domino: quæ arma eripuimus Catholicis contra Hebræos, quando hoc religiosè obſeruamus, explanando de membris, Salomone, ſcilicet, & eius Sponſa, quæ perpetuò referamus ad caput & corpus, Chriſtum nempe, atque Eccleſiam: niſi arma eis eripere aſſeramus omnes, qui probè, & ex norma Scripturas explicant?

Hieronymò præcipua an- [illegible]

23. Dicant; vniuerſos Eccleſiæ Optimates, quos Scripturarum Magiſtros Chriſtus Sponſæ ſuæ tribuit, in eam conſpirare ſententiam, quæ aſſerat, Canticum Salomonis non poſſe ad literam de alio, quam de Meſſia, & Seruatore accipi. Hoc autem quid fortius propugnaculo aduersùs Synagogam? Totus liber Chriſtum, non aliud vbique reſonat: quid meditentur Hebræi tot teſtimoniis conuicti? Si aliter quàm de Seruatore librum hiſtoricè intellexiſſe fas fuerit, iam illi Chriſtianorum argumenta non metuerint: reſtat enim tunc Catholicis ſpiritalis tantùm ſenſus, qui ad conuincendum debilis & inefficax æſtimatur. Primò, argumentatio hæc inexploratum aliquid ſupponit, nempe, Patrum vniuerſalem chorum pro ea ſtare ſententia, quæ de ſolo Chriſto litteralem, & hiſtoricum huius voluminis ſenſum intelligit, neque ad alium referri poſſe contendit: qua de controuerſia egero citò ſectione ventura. Deinde concedamus, pro effato iſtiuſmodi ſtare totum Eccleſiæ exercitum: quid ad hoc Iudæus? non ſibilauerit, qui procax Catholicæ Matris iudicium nihili facit, quemadmodum prudenter animaduertit Gueuara præfatione in Habacuc? quid illi Doctores, qui non de ſua Synagoga? quæ igitur aduersùs Iudæum arma? Textu ipſo premendus erat: demonſtrandum implicantia ſequi, ſi in alium, quàm in Meſſiam, hiſtoria quouis modo dirigatur: maiora eſſe, quàm quæ in Salomonem conueniant: antecedentia conſequentibus non adhærere, ſi de humano coniugio intelligantur. Hoc qui faciat, qui probauerit, de Synagoga glorioſus triumphabit, ſequemur alacres eius ſenſum omnes Catholici: ſin hæc à quoquam præſtari nequeant, ſinant aliis modis Iudæos opprimamus: neque ad eas anguſtias Chriſtianorum vires redigant, vt quoties de ſolo Chriſto Domino Scripturæ iuxta litteram, & hiſtoriam explanari nequeant, nulla deinceps ſuppetant bellica inſtrumenta turri illi, cuius è mœnianis mille pendent clypei, omnis armatura fortium.

Gueuara.

Iudæi quemadmodum conuincendi à Catholicis.

24. Concederem ergo Iudæo ſenſum litteralem alium, præterquàm de Meſſia, vt neceſſe eſt infinitis Scripturæ locis conceſſiſſe: adderem alium ſecundum hiſtoricum ſenſum de Chriſto Seruatore: itaque duplicem eſſe litteralem intellectum Cantici Canticorum: alium, qui reſpiciat Salomonem, & eius comparem: alterum, qui in Chriſtum tendat, & in Eccleſiam. Hæc iam communia ſunt Catholico æquè atque Hebræo: vterque Canonicam Scripturam profert: hac ſemel admiſſâ, euitare non eſt quæſitum, an Deus vno eodémque vocabulo plura æquè immediatè, & proximè ſignificauerit? Fortaſſe erit inter Hebræos, quemadmodum extitêre pauci aliqui apud Catholicos, qui duplicem eiuſdem loci litteralem denegent ſignificationem: ſed ab hoc probando, vt pendeant vaticinia de Chriſto, ſatis armorum habebimus: mihi liberum non eſt, ob hanc ſolam cauſam, diffuſam de duplici litterario ſenſu tractationem inſtituere digreſſorio ſermone: opportuniori occaſione ſuggeremus quidpiam Anteloq. 11. ſectione 6. modò ex innumeris patronis non leuem exhibebimus cohortem, vt inſpiciat, cui mens & voluptas, per ſeceſſum; id eum præcipuè in ſcopum, vt cùm Theologorum præſtantiſſimos, antiquos & nouos, ſententiam amplexatos fuiſſe nouerit, opinetur, non leuia eſſe fundamẽta, quæ tot ingeniorum lumina poſt ſe traxerint, proindéque non futilia hinc ſubminiſtrari arma. Sunt itaque gemini litterarij ſenſus tutelares Auguſtinus lib. 19. Confeſſ. cap. 20. 24. 26. & potiſſimũ 31. & lib. 3. de doctrina Chriſtiana, c. 27. S. Thomas 1. parte, quæſt. 1. art. 10. & quodl. 7. art. 16. & de potẽtia, quæſt. 4. art. 1. Abulenſis ſuper illud Matth. 3. *Ex Ægypto vocaui Filium*, &c. & ad cap. 13. Matth. quæſt. 28. & quæſt. 25. in c. 22. lib. 1. Paralip. Lyranus in c. 8. Danielis: Canus de locis, lib. 2. cap. 11. §. *Ad 2. rationem*. Driedo de Eccleſiaſticis dogmatibus: Vaſquez tom. 1. in 1. partem diſp. 17. c. 2. apud quem Paulus Burgenſis, Catharinus, Caſtro, Turrianus, Molina ad art. 10. quæſt. 1. S. Thomæ, 1. partis diſp. 3. Bañes ibidem, dub. 7. Zumel, Peſſantius, Azzubal, ad eundem articulum. P. Gillius tom. 1. in 1. p. lib. 1. tract. 7. cap. 4. P. Faſſulus ad dictum quæſtionis 5. S. Thomæ, art. 10. dub. 7. Antonius Perez in Pentateucho fidei, volum. 3. dub. 12. cap. 4. Pater Cornelius à Lapide in Iſaiam, Canone 5. Lorinus ad verſ. 13. cap. 3. Actorum, citans de noſtris plures. P. Azorius tom. 1. lib. 8. c. 2. quæſito 10. P. Acoſta lib. 3. de Chriſto reuelato, c. 10. 19. & 20. Alphonſus Mendoça relectione de vniuerſali Chriſti regno, num. 1. P. Quiros diſput. de ſenſibus ſacræ Scripturæ: P. Alcazar notat. 20. proœmiali: Serarius Prolegomenis Biblicis, cap. 21. quæſtiuncula 12. Bonfrerius prælóquiis in Pentateuch. ad vniuerſam Scripturam, cap. 20. ſect. 5. Gabriel Aluarez in cap. 1. Iſaiæ, num. 265. Carolus Regius in Oratore Chriſtiano, lib. 3. cap. 4. Salmeron, tom. 1. Prolegom. 8. Giſlerius præfat. in Cantica, cap. 5. Tena præludio 4. in Epiſtolam ad Hebræos, num. 91. Petrus Garçia Galarza Epiſcopus Caurienſis, Euangelicarum Inſtitutionum lib. 2. cap. 25. Toletus in cap. 1. Epiſtolæ ad Romanos, Laurentius de Aponte in cap. 1. Sapientiæ Salomonis, num. 4. digreſſione 2. §. 3. numero marginali 20. Ferdinandus de Eſcalante in Clypeo Concionatorum Verbi Dei, lib. 1. capite vltimo, dicens, contrarium aſſerere nimiæ eſſe temeritatis: Petrus Antonius Beuter, annotatione 7. in ſacram Scripturam: atque alij, quorum me iam laſſat memoria præ multitudine.

Duplex litteralis ſenſus in Cantico Canticorum.

Sub vna littera multiplex hiſtoricus ſenſus.

August. S. Thomas. Abulenſ. Lyra. Canus. Driedo. Vaſquez. Burgenſis. Catharin. Alphonſ. de Caſtr. Fr. Turrian. Molina. Bañez. Zumel. Peſſant. Azzubal. Chriſtoph. Gill. Faſſol. Ant. Perez. A Lapide. Lorinus. Azor. Acoſta. Alphonſ. de Mendoça. Alcazar. Quiros. Serarius. Bonfrer. Gab. Aluar. Carol. Reg. Salmeron. Giſler. Tena. Galarza. Tolet. Laurent. de Aponte. Eſcalante.

25. Eſto, inquis, Iudæus concedat multiplicem eiuſdem loci ſenſum litteralem: ſed nihil hoc contulerit ad prophetiam Canticorum: volumen enim iſtud non hiſtoriale eſt, ſed parabolicum, quemadmodum plerique Patrum, atque Interpretum ſignificare videntur, dum aut concepto ſermone parabolam nominant, aut picturam & imaginem rerum appellant, aut nihil humanum & carnale tractare aſſerunt. Lege Auguſtiouu.lib.8. de hæreſi ad

August.

Nyssen. Bernard. Apon. S. Thom. Greg. Rom. Rich. Vict.

ad litteram, c. 1. Nyssenum hom. 1. In Cantica: Bernard. serm. 1. in eadem Cantica: Aponium in præfatione: S. Thomæ Prologum, si modò eius sit Commentarius ille, quẽ alteri potiùs adscriberem: Gregorium Papam, & Richardum Victorinum prooemio in Canticorum librum, cuius præludij maiorem partem apud Nyssenum inueneris: S. Hieronymum lib. 1. contra Iouinianum, explicantẽ illud Canticorum, cap. 4. *Vulnerasti cor meum*, &c. Auctor quatuor homiliarum, prologo suo Fabulam, Drama, Comoediam nominat; quemadmodum & Phillppus Abbas exordio Commẽtariorum: omitto referre Lyram, aliósque nouiores. Iam verò quis ignoret, in parabolis nequaquam duplicem inueniri sensum historicum; sed vnum esse, qui confundatur cum mystico, ita vt mysticus parabolæ sensus idem sit cum litterali? Vide diffusam huius pronunciati defensionem apud Salmeronem initio tom. 7. in Euangelia, tract. 1. Abulensem quæst. 28. in cap. 13. Matth. Delrium & Gislerium; vtrũque, cap. 4. suæ, sine Isagogæ, seu præfationis. Ergo Canticorum, cùm parabola sit, liber, quantumuis admittat Hebræus in aliis, quæ historialia sunt, duplicem litteralem sensum, hîc id concedere non cogetur; Quare vnicum de filiæ Pharaonis nuptiis cùm litteræ sensum tributurus sit, non erit, vnde adigatur, Christum agnoscere in Cantico Canticorum. Respondeo, vt modò disputationi concedamus, Canticorum Epithalamium inter parabolas referendum esse, adhuc luculentos non defuturos Patronos, qui etiam doceant, in parabolis duplicem splendere litteralem sensum: alterum rei, de qua est ipsa parabola: alterum eius, in quem parabolæ finis collimat: docuit Damascenus sermone, *de his, qui in fide hinc migrarun*: Alphonsus de Castro, lib. 1. contra hæreses, cap. 3 Antonins de Gueuara in cap. 2 Habacuc, num. 124. P. Cornelius in Isaiam, canone 5. P. Alcazar notat. 15. procemiali in Apocalypsim: P. Iacobus Bonfrerius præloquiis in Scripturam, cap. 19. sectione 2. P. Gabriel Vasquez tom. 1. in 1. part. disput. 15. cap. 4. Vbi in exemplom trahit hunc ipsum librum Canticorum, explicans singulari ingenio eius illa verba, cap. 1. *Vbi pascas, vbi cubes in meridie?* Rodericus Dosma Delgatus, Canonicus Pachensis, lib. 2. de auctoritate sacræ Scripturæ, cap 9. Canticorum librum & inter parabolas collocat, & duplicem, quemadmodum cæteræ parabolæ, litteralem sensum elaudere existimat. Id ipsum statuit Pater Gaspard Sanchez prolog. 4. num 20. Fauent, sed cum distinctione aliqua, Pater Molina 1. part. quæst. 1. art. 10. disp. 2. Pater Christophorus Gillius tom. 1. in 1. part. lib. 1. tract. 7. cap. 2. num. 6. citans pro suo dicto Alensem 1. part. membro 4. art. 4. ad 2. & art. 5. P. Hieronymus Fassolus tomo 1. in 1. part. dubit. 4. ad 10 articulum quæstionis 1. Sancti Thomæ, Galarza lib. 2. Euangelicarum Institutionum, cap. 18. Affirmant quippe, quoties in parabolis interuenit comparatio, aut similitudo, tum geminum sensum litteralem admittendum; quales illæ parabolæ: *Simile est regnum cælorum*, & eius generis. Sin autem absit comparatio, vnicum tantùm historicum sensum esse concedendum: quam diuisionem minimè approbare valemus: nam præter quòd Ioannes Alphonsus Cuiel lib. 1. controuersiarum, in expositione litterali, cap. 1. Prouerb. agens de argumento Operis, num. 8. ex Græcis & Latinis Auctoribus parabolæ vocem id ipsum significare, quod comparationis & similitudinis nomina, probat; notum est iis, qui Bibliorum codices euoluunt, Hebræos ex suæ linguæ vsu sæpe comparationis & similitudinis particulas, *sicut*, *velut*, *quemadmodum*, taliaque omittere. Adi Cantapretensem, lib. 8. hypotypos. cap. 8. Cornelium à Lapide, Can. 24. in Isaiam: Gueuara in cap. 2. Habacuc, num. 132. Riberam ad cap. 1. Epistolæ ad Hebræos, num. 72. Quare, siue parabola careat particulâ similitudinis indice, siue eam præferat, non interfuerit: non enim ideò duplicem historicum sensum tribuimus: sed, quia Auctor parabolæ, Scripturarum conditor Deus, (ponamus exemplum, quæ de vineæ operariis est, parabolæ primò verbis propriè acceptis significare voluit, quid sæpè inter homines accidat, seu, quia ita contigit; siue, quia delineat rem secundùm se, præscindens ab eo quod aut euenerit, aut non euenerit: deinde eisdem verbis translatè, & per tropum acceptis, significat etiam immediate sublime aliquid, diuinũ, & coeleste. Sic affirmarem Prouerb. capite extremo describi ad litteram ex proprietate verborum officia matrum familiarum, iisdémque verbis, metaphoricè acceptis, delineari ad litteram quoque, aut Ecclesiam, aut B. Virginem, aut Animam de iustarum collectione. Sic variis vtriusque Instrumenti locis, quibus animalium naturæ, proprietatésque tanguntur, geminus est sensus historicus; alter de animali secundùm se, quem verba sine translatione indicant; alter de Christo, aut ex iustis aliquo, quem eadem verba cum metaphora denotant

An duplex litteralis sensus elucear in parabolis? Salmeron. Abulens. Delrius. Gisler.

Damasc. Alph. de Castr. Gueuara. Cornel. Alcazar. Bonfrer. Vasquez. Rod. Dosm. Gasp. Sách. Molina. Christoph. Gillius. Alensis. Fassolus. Galarza. Cuiel.

Regula: Nota similitudinis omissa in Scriptura sæpe. Cantapret. Cornel. Gueuara Ribera

Capitis vltimi Prouerbiorum duplex historicus sensus.

26. Video reclamaturos plures fortasse, ex hac loqoutione sequi, vt confundantur mysticus, atque litteralis sensus: nam, verbi causa, in præfata de vineæ operariis parabola, paterfamilias iuxta litterarum, & verborum proprietatem significetur; Christus verò paterfamilias mysticè adumbretur; certè verba parabolæ, quatenus Christum vineæ domino significatum repræsentant, mysticum sensum generant; at eadem & nobis Christum historicè declarant: historicus itaque, & mysticus sensus confunduntur. Deinde sequitur, vt liberum sit cuiuis, in quacunque Scripturæ, aut historiâ, aut parabolâ, pro arbitratu plures litterales sensus confingere, & proprij cerebri cogitationes historicum Scripturarum sensum appellare. Postremò, quod ex Basilio orat. 9. in Hexameron. Tertull. lib. de carne Christi, Epiphanio contra hæresim 65. Augustino lib. 3. de doctrina Christiana, cap. 10. Hieronymo in cap 30. Isaiæ, & in Matth. cap 21. elicitur, quos sequuntur Ribera in Haggæi cap. 1. n. 28. Cornelius in Isaiam, canone 5. Cantapretensis, lib. 7. hypotyp. Pereira dispu. 23. io cap. 6. Ioann. quærentibus litteralem sensum id ante cætera obseruandum, ne à verborũ proprietate recedant, nisi cũ manifesta, vel falsitas, aut absurda, quæ ex verbi propria acceptione sequantur, coëgerint. Id in præsentiarũ nõ vrget: nihil quippe est, quod cogat parabolarum verba trãslatè accepisse, quò in iisdem parabolis duplicẽ litteralẽ sensum constituamus: neque enim, si aliter fiat, aut falsum quidpiam, aut absurdum deriuetur.

Regula: Scriptura verba in sensu proprio accipienda.

Basil. Tertull. August. Hieronym. Epiphan. Ribera. Cornel. Cantapret. Pereira.

27. Ad hæc, quæ grauia esse non denego, respõdere est, differentiam sensus mystici, atque litteralis esse: Litteralem quidem respicere obiectũ, quod ad aliud necessariò ordinem non dicat, neque cum eo connectatur: Mysticum verò ferri in obiecta, quæ aliud ex necessitate præsupponunt. Adhibeamus exempla: *Ex Ægypto vocaui filium meum*. Matth. cap. 2. Oseæ 11. Si velimos verba isthæc Christum mysticè denotare, necesse est præsupponamus, populum Israëliticũ Christum adumbrantem; quam

Litteralis & mystici sensus differentia.

Oseæ 1. 11.

quam figuram si demamus, Christus nequaquã ex mysterio, & typice designabitur. At demus, verba non mystice, sed litteraliter Christum repræsentasse, ad hanc significationem nihil interest, si typus non præcesserit: nam modò Christus ex Ægypto vocatus fuerit, sententia erit verissima, quantumuis Israëlitæ *inde* nunquam fuissent vocati. Eodem pacto in parabolis, etsi nunquam filius aliquis dissipator extitisset; sed neque possibilis esset, (possunt enim parabolæ circa implicantia versari, atque omnino fabulosa: docent nostri Vasq. Fasiolus, Gillius, & apud eum Aleus. locis alleg. num. 24. & 25.) constaret tamen historicus de Christo sensus, si adolescente prodigo repræsentaretur: sed Christus mysticè non adumbraretur, si repugnaret typus omnimodè saltem commentus, eum qui referre posset. Iam ad alterum ex inconuenientibus. Pro litterali sensu id sedulò ante oculos habendum, antecedentia vt possint mediis, atque finibus respondere; probat fusè Martinez lib. 10. hypotyposeon, reg. 1. obseruat Ribera præludio 1. in duodecim Prophetas, num. 19. & in cap. 11. Oseæ, num. 5. notat Turrianus proœmio ad tractatum 1. de Euch. Itaque non quoties sententiæ, aut periodus vna eleganter exponitur, è vestigio historica explanatio nominanda est, nisi priora sequuturis alligari queant. Dicimus igitur, si reperiatur aliquis tam sapiens architectus, hoc qui vbique locorum in sacris codicibus, debita cum moderatione, & prudentia præstare possit, nullum oriri inconueniens, si plures ille nobis litterales sensus proponat; sed gratias quàm maximas habendas Viri optimi vigiliis, & laboribus.

Vasq. Fasiolas. Gillius. Aleuis.

Regula: *Hi-* [redacted] *&* [redacted] *qui-nam conne-* [redacted]

Martinez. Ribera. Franc. Tur.

28. Tertium, quod proponebatur, inconueniens, maioris æstimationis est, & momenti: sed, nisi errore implicor, vniuersam ferè scholam æquè premit: hæc enim, paucis quibusdam separatis, multiplicem eiusdem loci, historicum, & litteralem sensum adstruit. Ex vulgatis exemplis sunt illa: ex Psalmo 2. & cap. 1. ad Hebræos, atque Actor. 13. *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* ex Isaiæ cap. 53. & Matth. 8. *Verè languores nostros ipse tulit*, &c. adducunt Molina ad quæstionem 1. S. Thom. 1. partis, art. 10. disp. 3. Valentia tom. 1. disp. 1. quæst. 1. puncto 5. §. 3. Salmeron tom. 1. prolog. 8. Vasquez tom. 1. in 1. parte, disp. 16. cap. 2. & disp. 18. cap. 5. Galarza lib. 2. Euangelicarum Institutionum, cap. 25. obiter & per occasionem Suarez tom. 2. in 3. partem, disp. 45. sect. 1. Lorinus ad vers. 33. cap. 13. Actorum: & tamen in his exemplis, quæ trita sunt, scholarum, reperias vnam significationem litteræ ex verborum proprietate; alteram ex eorundem translatione, & metaphora: nam, quòd verbum gignendi ad æternam Filij Dei generationem referatur, simplex & plana vocum acceptio est: quòd idem verbum ad Christi anastasim atque resurrectioné transferatur, iam hoc est tropicè sermocinari. Similiter languoris & morbi vocabula corporeas infirmitates ex proprietate repræsentãt; animæ mala per translationem tantùm. Sed necessitate adigimur (asseris) secundum, tertiúmve historicũ sensum meditari, qui ex verbis impropriè sumptis deriuetur: non enim aliter Paulum capimus Actor. 13. Christi suscitationem è mortuis probantem. Imò verò Paulum non vrgère opinantur Ribera & Iustinianus ad illa cap. 1. Hebræorum: *Ego hodie genui te*, &c. Tena ad eadem verba difficultate 10. sect. 2. & 3. Dicimus ergo, quemadmodũ tota iam ferè Theologorũ schola plures eiusdem loci sensus litterales admittit, quòd eiusmodi sensuum vbertas, & Dei Scripturarum conditoris maiestatem, & ipsius Scripturæ excellentiam summoperè commendat: ita etiam decere, vt huiusmodi multiplices historici sensus, non in sola obiecta creata, non magni pretij, videlicet, bellorũ, peregrinationum, matrimoniorum, captiuitatum euentus ferantur; sed prætereà in Christum Seruatorem, eiúsque Ecclesiam, cùm hic sit præcipuus Bibliorũ scopus. Quare gloria Christi ingẽs est, non solùm mysticè adumbrari per Scripturarum corpus; sed ad litteram decantari: hoc autem stare nequeat, si quam sæpè ad translatas verborum significationes non confugiamus. Ne igitur Christum, ipsósque beatos fidei codices tantá gloriá spoliare videamur, duplicem & in parabolis, & aliis vtriusque Instrumenti sententiis, Canticorum in primis suauissimo volumine, litteralem sensum statuimus. Quidni? Adscribã nostri Valentiæ tutam regulam loco paulò antè nominato: *Si enim sensus litteralis, quem quis affere*, (inquit) *congruus alioquin cum sana doctrina, & cum aliis locis clarioribus Scriptura, & possit referri ad finem, in quem referri oportet ea omnia, quæ traduntur in sacris Litteris, nempe, ad charitatem; tunc omnis eiusmodi sensus est admittendus, vt præclarè docet Augustinus lib. 3. de doctrina Christiana, cap. 3. & 27. Nec facultas sic interpretandi sacras Litteras, est appellanda nimia licentia; imò potius putandum est Spiritum sanctum eam facultatem fecisse hominibus eruditis, ad vtilitatem Ecclesiæ, vt asserit Augustinus in illo cap.* 27. Porrò, neque eam laudé nobis vendicare valemus, vt fuerimus primi inuentores duplicis litteralis sensus eorundem verborum, comparatione Christi, & Salomonis: nam eodem pacto verba illa Reg. 2. cap. 7. & cap. 1. ad Hebræos: *Ego ero illi in Patrem*, & sequentia, interpretati sunt ad litteram de Christo simul, & Salomone, ad præfatum cap. 7. Lyra in Commentatio: Abulẽsis quæst. 9. Burgensis in additionibus: Canus lib. 1. de locis, cap. 11. & qui de Canticorum argumento expressè agunt, suprà num. 25. à nobis citati, P. Vasquez, P. Gaspar Sanchez, Rodericus Dosma Delgatus: certè & ad Hebræos scribentem Paulum, eo Regum loco vsum esse existimat Lyrensis, quòd ad litteram Scriptura pariter de Christo, & Salomone loqueretur, vt non vanum habeatur id genus armorum, quod aduersùs Iudæos instruimos, cùm librum Canticorum historicè de Christo coniunctim cum Salomone intelligendum defensamus.

Psalm. 2. Heb. 1. Act. 13. Isaiæ 53. Matth. 8. Molina. Valentia. Salmeron. Vasquez. Galar. Suarez. Lorinus.

Ribera. Iustin. Tena.

Vtile, admittere in Scripturis plures eiusdem loci historicos sensus.

Valent.

Litteralis sensus quænam indicia.

August.

2. Reg. 7. Hebr. 1.

Lyra. Abul. Canus.

Vasquez. Gasp. Sãch. Roder. Dos.

Sectio V.

Canticum Salomonis de Pharaonis filia explicasse, num sit ab Ecclesiæ, & Patrum iudicio recessisse? Scripturæ Litteralem, an Mysticum sensum Patres exactiori studio prosequuti fuerint? noua Scripturæ interpretatio quæ ferenda? in quæstionibus ad fidem non attinentibus vt liceat à Patribus recedere? Isaiæ. c. 8. qualis narratio? quid de recuperatis scripturis per Esdram? Dramatis & fabulæ vocabula explicata.

MIRVM mihi accidit euoluenti Scriptores, 29.
qui opinionem pro filiæ Pharaonis nuptiis odiosis *temeraria*, *inepta*, *erronea* nominibus diuexauerunt,

uexauerunt, propterea quòd ab Eccleſiæ, & Magiſtrorum eius probatis ſententiis alienâ crederent; nihil vt de Conciliorum effatis produxerint; vix vnum ex Patribus locum deprompſerint: nam oſcitantiæ in legendo tales viros inſimulaſſe neque libet, ſed nec licitum eſt; quanquam qui claſſicum inſonuit, primúſque aſſeuerauit contra illuminatos Doctores eſſe, Dionyſius Richelius notatus ſit à Ribera noſtro, proœmio in Malachiam: *Auctor, qui feſtinatione multa ſcribendi, nec in hiſtoriam, neque in allegoriam quidquam accuratius, aut politius attulit: ſed ex iis, quæ in Hieronymo ex Lyrano videbat, vel quæ properanti ſine labore occurrebant, inelaboratos dictauit Commentarios.*

Ribera.

Carthuſianus Dionyſius qualis Auctor.

Putarem magis, homines pietate, atque ingenio conſpicuos arbitratos fuiſſe, ſuperuacaneam diligentiam, in re aperta & manifeſta, ipſis vti videbatur, Doctores allegaſſe; quòd prolixitati potiùs, quàm commodo, lectoribus id futorum eſſet: quanquam verò nobis erubeſcentiæ fuerit coram tanta claritate lippitudinem fateri; ingenuè tamen atteſtamur, poſt euoluta Concilia atque Patres, ſemel & iterum, a nobis tam euidentia teſtimonia plurimùm deſiderata fuiſſe. Dabimus, quæ nobis occurrerunt expectaturi maiora ab his, qui eruditione, & acumine pollent.

30. Primùm Origenes, qui, cùm in cæteris libris omnes vicerit, in Cantico Canticorum ſeipſum quoque ſuperauerit, vt loquitur Hieronymus ſcribens Damaſo: quem à Didymo vocatum ſecundū Eccleſiæ Magiſtrum poſt Apoſtolos, Auctor eſt Senenſis lib. 4. Bibliothecæ: quanquam & Didymus non locuples omninò teſtis, vt qui nimiùm amauerit Origenem, etiam vſque ad errorum imitationem: cui patem Sixtus ipſe non tuliſſe Græciam exiſtimat; Hic igitur tantus Canticorum Interpres prologo quatuor homiliarum in Cantica, in modum dramatis conſcriptum volumen aſſerit: *Drama porro dici multarum perſonarum conſiſtentiam, vt in ſcenis agi fabula ſolet.* Et non longè ab initio: *Quomodo dramatis in modum, & tanquam fabula, quæ in ſcenis perſonarum immutatione agi ſolet, videatur compoſitus.* Iiſdem vocibus vtitur principio homiliæ 1. ex quatuor. Et ne quis in ſuſpicionem hoc opus quatuor homiliarum vocet, tanquam Origenis officinâ minimè elaboratum, propterea quòd apud Magiſtrum lib. 3. diſt. 29. S. Thomam 2.2. quæſt. 26. citetur ſub titulo Ambroſij, vt vidit Poſſeuinus Apparatu ſacro, præterquàm quòd ſtylus, & eruditio Origenem non dedeceat, atque inter germanos eius fœtus Bellarm. enumeret, S. quoque Thomas à Magiſtri codice decipi potuerit: nam ex hoc nonnunquam, non inſpectis ipſis fontibus, Patrum dicta colligere ſolitum Angelicum Doctorem, ſcribit Antonius Senenſis præfat. ea ad Opera, quæ Pariſiis prodierunt anno 1615. ſumptibus Petri Cheualier. Quibus hæc omnia Origenis eſſe partum minimè ſuadent, ſciant eundem in morem loquutum Adamantium hom. 1. ex duabus à Hieronymo conuerſis: *Quippe in hoc libro* (ait) *fabulæ pariter, & Epithalamio ſunt perſonæ.* At fabulam nominaſſe non præſtat magis quàm Drama, quæ ſcenæ actio eſt. Porrò Comœdiæ, ſiue Dramatis, aut Fabulæ nomē, quod ab Origine auditum eſt, à Caſſiodoro quoque datum eſt prologo in Cantica; ſi tamen ille, ac non Haymo, cuius nomine circunfertur etiam, vel alius iunior Scriptor eorum Commentariorum. Eodem loquendi ſtylo vſi Baſilius Magnus initio expoſitionis in cap. 5. Iſaiæ: Gregorius Nazianzenus oratione in dictum Euangelicum: Philo Carpathius in Peroratione Canticorum Commētarij: Anſelmus præfat. in Cantica; quanquam ſunt, qui non Cantuarienſis, ſed Laudunenſis Anſelmi, qui & interlinearem texuit Gloſſam, eſſe ſcriptum perhibeant: vterque ſatis grauis Doctor: Ildephonſus Toletanus ſerm. 1. de Aſſumpt. Virginis: *Dramation* (ait) *chariſſima, genus eſt carminis, quo genere Cantica Canticorum edita leguntur.* Philippus Abbas proœmio in librum Canticorum: *Quo titulo* (ſacræ; nempe Comœdiæ, ſanctę Fabulæ, Actionis, aut Dramatis, *plerique iuniorum, ſequuti veterum exempla, Salomonis carmen affecerunt.*) Quibus appellationibus affine eſt Dialogiſmi vocabulum, quo vtitur Euſebius Pamphilus (alij tribuerint Athanaſio in Synopſi) apud Vincentium Richardum expoſitione in Cantica, quam Notis ad Matthæum Cantacuzenum adiunxit, & Petrus de Alliaco in Prologo.

Origenes quantus in declarando Cantico Canticorum Interpres?

Senenſ.

Origenes, an Auctor quatuor homiliarum in Cantica?

Mag. Sent.

S. Thom.

Poſſeuin.

Ant. Senenſ.

S. Thomas à Magiſtri ſententiarum citationibus an deceptus aliquando?

Adamant.

Orig.

Caſſiod.

Baſil.

Nazianz.

Anſelm.

Ildephonſ.

Phil. Abbas.

Euſeb.

Vinc. Rich.

Secundo ordini clariſſimus dux eſt Auguſtinus, qui tom. 3. lib. 8. de Geneſi ad litteram, cap. 1. loquens de Geneſeos primis capitibus: *Narratio quippe* (inquit) *in his libris, non genus locutionis figuratarum rerum eſt, ſicut in Cantico Canticorum: ſed omninò geſtarum eſt, ſicut in Regnorum libris, & huiuſmodi cæteris.* Niſi mauis huius opinionis, quâ Canticorum liber, velut fictarum neſcio quarum rerum narratio eſſe exiſtimetur, vetuſtiorem aſſertorem Areopag. Dionyſium epiſt. 6. quæ eſt ad Titum: *Quid memorem* (ait) *Canticorum carnales, atque amatorios plurimos affectus, & quæque alia ſacra, & viſibilia ſigna occultis obducta, & in multitudine excreſcentia, quæ diuina ſictio ſacris audacius inſeruit, atque effixit? quorum profectò ſi quis inuenire poſſit intimum, ſecretúmque decorem, myſtica eſſe omnia, atque diuina mirabiliter, atque ingenti Theologiæ lumine plena deprehendet.* D. Nyſſenus hom. 1. in Cantica, imaginem, atque picturam nominat: S. Bernardus ſerm. 1. in Cantica, figuratum eſſe dicendi modum aſſerit: Guarricus Abbas ſerm. 2. de Aſſumptione, non tam loqui, quæ reuerà facta, vel dicta ſunt, quàm eiuſmodi fuiſſe negotium, oſtendere, vt ea, quæ dicuntur, *etſi facta, vel dicta non fuerunt; fieri tamen, vel dici potuiſſe; aut etiam in affectu dicentis, vel facientis fuiſſe, non abſurdè credi poſſit.*

31. Auguſt.

Dionyſius Areopag.

Nyſſen.

Bernard.

Guarr. Abb.

Tertiam cohortem inſtituunt illi, qui nihil eſſe Canticorum volumine affirmant, quod humanum aliquid ſapiat, nihil ad carnem & ſanguinem attinens; verùm ſpiritalia vniuerſa, atque à terreſtribus ſemota. Aponius initio lib. 1. in Cantica: *In quo quidem Cantico nihil de carnali amore, quem Gentiles Cupidinem appellant, qui inſania potius intelligi poteſt, quàm amor: ſed totum ſpiritale, totum dignum Deo, totúmque animæ ſalutare.* Philo Carpathiorum Epiſcopus, proœmiolo: *Tu verò quicunque hoc audis, aut legis, ſpiritualia hæc omnia eſſe cogita; ſunt enim Spiritus ſancti oſcula puriſſima, caſtiſſima, ſanctiſſima, plenéque diuina: nihil carnale prorſus, nihil turpe, nihil obſcœnum; ſed honeſtiſſima omnia eſſe ducito.* Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum, iuxta medium: *Tranſeo ad Canticum Canticorum, & quod aduerſarius totum putat eſſe pro nuptiis, virginitatis continere Sacramenta monſtrabo.* Et paulò inferiùs, explicans illud cap. 4. *Vulneraſti cor meum ſoror mea. Ac ne putaremus* (ait) *amorem carnis, & nuptias ſignificare corporeas, illico excludit hunc ſenſum, & ait: Vulneraſti cor meum, ſoror mea ſponſa. Vbi ſororis nomen eſt, ſuſpicio omnis fœdi amoris excluditur.* Euſebius Pamphilus, ſiue Athanaſiana Synopſis: *Liber autem hic, vnum coniugium Verbi canit, &*

32.

Apon.

Philo.

Hieronym.

Euſeb.

corporis,

Nyssen.

corporis. Nyssenus homil. 1. in Cantica: *Nemo ergo pertubationibus animi obnoxius, & carnalis, veteris hominis mortuum adhuc olens fœtorem, ad belluinas trahat operationes diuinitus inspiratarum sententiarum, ac verborum significationes: sed vnusquisq; ipse à se ipso excedēs, cùm fueris extra mundum materialem, & per impatibilitatem quodammodo redieris in Paradisum, & per puritatem Deo similis euaserit; ita procedat ad aditū mysteriorum, quæ in hoc apparēt libro*. His Nysseni verbis cognata sunt, quæ prologus Gregorij Romani, & Richardi Victorini continet. Theodoretus præfatione ad Ioannem Episcopū, Canticum Cāticorum, *mysticam sponsi, & sponsæ necessitudinem, & coniunctionē continere* ait. Bernardus sermone 1. in Cantica, *musicam esse non oris, sed cordis; non auribus, sed animo percipiendam*: quem in modum explanatio sub D. Aquinatis nomine, loquitur exordio Operis. Philipus Abbas procemio in Cantica, spiritualem, subtilem, & honestā vocat fabulam. Glossa ordinaria prologo suo, *In Canticis Canticorum supergressum Salomonem visibilia*, testatur.

Greg. Pap. Theod. Benard. Aquinas. Philip. Abb. Glos. Ord.

33. Hæc Patrum effata: nam, si quæ ex Conciliis erui poterant, me fugerunt. Non ignoro damnatum 5. Synodo Theodorum Mopsuastensem: sed eius de Canticorum volumine impia cogitatio ad præsentem disceptationem non facit. Consule sectionem 1. huius Prælocutionis. De Patrum igitur attestationibus sic argumentor. Patres ferè vniuersi, qui vel ex instituto, & ad longum, vel transcursim de Cantico Salomonis sermonem habuēre; illud, aut comœdiam, fabulam, drama, actionem dicunt, (has autem dictiones pro eisdem intelligunt,) aut fictionem, rerum non verarum, sed apparentium narrationem: vel denique putant carnale nihil, humanum, terrestre respicere sed ad immaterialia atque inuisibilia ferri. At hęc maritari nequeunt cum nuptiis Pharaonis gnatæ cum Salomone Rege: sic enim res, de quibus Cantica aguņt, materia diuinissimi Carminis; non fabula essent, non confictio; sed veræ historiæ ordinata series; non denique spiritale quidpiam, & à corruptibilitate distans; verùm magis corporeum aliquid, de terra, caducum. Igitur eiusmodi nuptiarum patrocinium subire volenti, necessarium est, Patrum penè omnium iudicio obuersari: atque eiusmodi Scripturarum audaces explanationes, quæ Patrum vniuerso venerando cœtui opponuntur, Tridentina Synodus vetuit sessione 4. Ferenda igitur nullo pacto est Canticorum interpretatio de geniali thalamo filiæ Pharaonis.

Trident. Expositio Scriptura Patribus omnibus aduersans prohibita

34. Dedimus, quæ ex Patribus contra Salomonis, eiusque coniugis nuptias maximè facere viderentur, nec dissimulauimus; experiamur, an patrocinio locus antiquis, an fortasse plures manserint viæ. Atque initio aggredior, de penu illorum, quibus hæ nuptiæ inuisæ, depromere. Statuunt illi, veteres Ecclesiæ Magistros, quoties in Canticorum sententias inciderent, dulcore mysticorum sensuum delectatos, litteralem voluminis sensum inexplicatum prætermisisse. His ducatum præstet Iacobus Perez de Valentia, Episcopus Christopolitanus, epistola, quæ antecedit expositionem Canticorum: *Et secundum istum finem moralem, & anagogicum omnes sacri Doctores antiqui exposuerunt istum librum: vnde, sicut toti erant feruentes, & sancti charitate, non curabant de sensu prophetico huius libri: nam præsupposita fide, postquam iam eramus redempti, non laborabant, nisi deducere animas ad amorem sui Sponsi: & sic Origenes, & B. Hieronymus, & Augustinus, & Gregorius, & B. Bernardus, & Venerabilis Beda magis attenderunt in hoc libro ad sensum moralem, & anagogicum, quam ad propheticum: in tantum quòd vix apud modernos intelligitur, & habetur sensus propheticus huius libri, propter causas iam dictas*. Et infrà. *Veruntamen valdè mihi difficile videtur, opus tam arduum aggredi velle; tum propter formam tractandi huius libri; tum propter defectum humani auxilij: nam omnes sacri Doctores antiqui, relicto sensu prophetico, & litterali, pro maiori parte exposuerunt istum librum quoad sensum moralem, & anagogicum*. In Christopolitani sententiam iuit penitus Prosper Rossetus procemio in Cantica, lect. 1. dum ait: *Eo demum omnes vetustiores Patres, qui super hunc librum Commentaria scripsère, prophetico sensu relicto, & litterali, mysticè tantùm, hoc est, aut tropologicè, aut allegoricè, aut etiam anagogicè, illum interpretati fuerunt*. Adiungamus Prospero Petrum Nannium Alcmarianum epist. quæ vice prologi est ad Cantica: *Scripsère in hoc Opus* (ait) *ex eorum numero, qui inter Græcos supersunt, Origenes Adamantius, & Gregorius Nyssanus: inter Latinos D. Gregorius Romanus Pontifex, Cassiodorus, Ammonius: Bernardus, aliique complures; sed non æquè clari, quos omnes ferè euolui: sed, quod pace tantorum virorum dixerim, cum exiguo emolumento: non, quòd eorum Opera non eruditissima, & plena bona frugis essent; sed, quòd ad meum institutum parum congruerēt. Mihi in animo erat litteram fideliter interpretari, & verbis litteræ allegoriam attemperare, difficiliora vocabula exponere, allusiones historiarū, rerúmque moralium annotare, antiquitatis obseruationes adscribere: quibus rebus plerique eorum vel nullam, vel perquàm tenuem operam intenderunt: toti sunt in allegoriis*. Veniamus ad proximiores Interpretes eos, qui ex deliberatione, Canticorum nodis extricandis incubuerunt. Michaël Gisletius præfationis cap. 6. *Nonnulli, in quorum numero cuncti ferè Patres, & qui Christiani Auctores ante nostrum sæculum extiterunt, spiritus tantùm mancipati, seu allegoriam exprimunt, vt allegoria corticem quem soni litteræ sensum appellamus, vel penitus prætermiserint, vel sicco, quod dicitur, pede pertransierint*. Noster Gaspar Sanctius, quem melior dies nuper ad Superos transmisit, nemini à multis sæculis in huius Cantici declaratione, peritia secundus, præfat. ad Lectorem: *Scripsère quidem multi* (inquit) *tam ex antiquis, quam ex recentioribus, in hæc Cantica luculenter, ac grauiter præclara Commentaria: sed hi plerunque in spiritualem sensum intenti, de littera, id est, Grammaticali sensu, aut nihil, aut modicè laborarunt: gustare enim voluerunt suauem spiritus medullam: corticem verò durum, ac minùs gratum, aut non curarunt omninò, aut aliis arrodendum reliquerunt*. Antonius de Gueuara, quamuis non de vniuerso Canticorum codice; sed, cùm occasio daretur, ad cap. 2. Habacuc, interpretandi eius loci Cantic. 4. *Veni de Libano, sponsa*, &c. *Siquidem* (ait) *in hunc locum Canticorum incidimus, asperum sanè, & difficillimum; atque, vt liberè dicam, quod sentio, nulli adhuc nostrorum Interpretum, iuxta sensum, quem litteralem appellant, satis exploratum, & cognitum, explanare diligentius adnitar*, &c.

Iacob. de Valent. Canticorum litteralem sensum an Patres veteres attigerint?

Prosp. Ross.

Pet. Nann.

Gisler.

Gaspar Sanctius laudatus.

Gueuara.

35. Mihi supra modum violentum est, credidisse prætermissam à Patribus Canticorum litteralem significationem, præsertim quæ ad prophetiam spectat; quamuis non sim nescius, in æquali argumento scriptum à B. Gregorio prologo in lib. 1. Regum

Scripturæ litteralem sensum, an magis quàm mysticum, Patres amauerunt?

Greg. Pap.

Regum: *Sed hæc, nimirum, plana, sicut placet simplicioribus, Doctores sancti, vt digna sublimitate perciperent; eorum intellectum non in simplicitate quæsierūt litteræ, sed in volatu allegoriæ.* Qualia effata reperias apud Richardū Sancti Victoris, prologo in visionem Ezechielis. Nam, cùm plurimos delectatos priscos fidei Præceptores spiritali & mystico sensu docuisset: *Hinc contigisse arbitror* (ait) *vt litteræ expositionem in obscurioribus quibusdam locis antiqui Patres tacitè præterierint, vel paulò negligentius tractarint: qui si plenius institerent, multo perfectius proculdubio, quam aliquis modernus, id potuissent.* Noui & Philonem de vita contemplatiua, & ex eo Cæsariensem Eusebium lib. 2. Historiæ Ecclesiasticæ, cap. 16. prodidisse, apud primos illos monasticę vitæ beatissimos Antesignanos, qui sub Marco Euangelista apud Alexandriam floruerunt, non alias fuisse sacrarum Litterarum enarrationes, quàm quæ constarent ex allegoriis; idque ipsum tradimm à Ioanne Hierosolymitano libro de institutione Monachorum, cáp. 31. Nicolaus quoque Lyrensis prologo 2. in postillam Bibliorum, conqueritur inquiens: *Sciendum etiam, quòd sensus litteralis est multum obumbratus, propter modum exponendi communiter traditum ab aliis, qui, licèt multa bona dixerint; tamen parum tetigerunt litteralem sensum: sensus mysticos in tantum multiplicauerunt, quod sensus litteralis inter tot expositiones mysticas interceptus partim suffocetur.* Sed hæc, vt vera fuerint, illisque temporibus conuenientia: atque vt docuerit Franciscus de Ribera disp. præuia ad Apocalypsim, cap. 5. plerosque illius magnę reuelationis Explanatores, de veterum numero, magna ex parte historico sensu relicto, mysticis incubuisse considerationibus: ego, cùm de litterali sensu agitur, eum, qui ad vaticinationes de Christo, & Ecclesia spectat, à Patribus intactum fuisse, minimè vnquam concesserim: illum, qui de Salomone, Dauide, Palæstina, circumiacentibúsque regionibus est, atque his similibus, minùs prosecutos fuisse iustas ob causas, non grauabor tantis testibus concessisse.

Richard. Victor. — *Allegoria perfamiliaris primis Cœnobitis.* — Philo. — Euseb. — Ioan. Hier. — Nicol. de Lyra. — Ribera.

36. Iam verò, si Patres Ecclesiæ de secundo hoc genere historici sensus, qui non Christum, sed Salomonem ostendit, nihil egerunt, dum Cantica Canticorum exponerent; quid est, quòd huius sensus Auctores Patribus aduersari dicantur, cuius cogitatio nunquam Patrum animos subiit? Nouum quidem aliquid in lucem protulisse, & seniores quod latuerit, si quis dixerit, ferendus sit: Patrum sententiis inimica publico donasse, cùm tali de materia apud Patres nullæ sententiæ, aut indoctus, aut cauillator tantùm asseruerint: aliud namque est, in exponendis Scripturis quidpiam statuisse, quod iis cum pugnauerit, quæ Patrum vnanimis fert consensus; hoc Tridenti sacra prohibuit Synodus: aliud, nouam aliquam expositionem elaborasse, quam etsi Patrum nemo priùs insinuauerit; eiusmodi tamen sit ipsa, quæ cum Patrum doctrina stare possit, nullique sit offensioni religiosis & eruditis Lectoribus. Huiusmodi explanationis inuentorum esse gloriæ fuerit, & honori: quemadmodum Azorius noster animaduersor est lib. 8. moralium Institutionum, cap. 2. quæsito 3. citans Dominicum Bañez 1. part. quæst. 1. art. 10. dub. 6. docuit & Canus lib. 8. de locis, cap. 4. asserens, *in sacris Bibliis loca multa esse, atque adeò libros integros, in quibus Interpretum diligentiam Ecclesia desiderat; in quibus proinde iuniores possunt, & eruditiores, & ingenij posteris ipsi quoque sui monumenta relinquere.* Docuit Basilius Ponce de Leon 1. parte variarum, quæst. 4. expositiua, cap. 4. docuit Alphunsus de Mendoça, quæst. 2. expositiua, num. 2. Sed omnibus vt vetustate, sic auctoritate prior Richardus Victorinus prologo in visionem Ezechielis rotarum & animalium: *Sed nec illud tacitè prætereo: quòd quidam, quasi ob reuerentiam Patrum, nolunt ab illis omissa attentare, ne videantur aliquid vltra maiores assumere. Sed inertia sua eiusmodi velamentum habentes, otio torpent; & alienam industriam in veritatis inuestigatione, & inuentione derident, subsannant, exsufflant: sed qui habitat in cælis, irridebit eos; & Dominus subsannabit eos. Nos autem à Patribus pertractata cū omni auiditate suscipiamus, & ab ipsis omissa cum omni alacritate perquiramus, & sagaciter inuenta cum omni liberalitate in commune proferamus, vt impleatur, quod scriptum est: Pertransibunt plurimi, & multiplex erit scientia.* Hęc Victorini documenta supra aurum fulgida sequuntur, qui omissam à Patribus de filiæ Pharaonis nuptiis explanationem, in communem vsum producunt: erit vt tragœdias excitent homines ignauiâ enutriti, exsufflent, irrideant; haberi antiqua despectui, noua præualescere inclament: fatale est huiusmodi hominibus, quidquid sua ex officina non prodiit, in suspicionem vocare. Verùm, dum otio torpent, & aliorum tamen gloria lacerantur, eiusmodi velamentum inertiæ suæ quærunt: at *qui habitat in cælis, irridebit eos; & Dominus subsannabit eos.*

Noua Scriptura interpretatio quæ ferenda. — Azor. — Banez. — Canus. — Basil. de Leon. — Alph. de Mendoça. — Rich. Vict.

Sed demus, ornandæ disputationis causa, opposito priscis Ecclesiæ luminibus tramite gradi eos, qui filiam Pharaonis in Canticum Salomonicum introducunt. Quid? Statímne exsibilandi? nullum suffugium manserit? Dabo Melchioris Cani ad plurimas Theologicas quæstiones vtile in primis dogma, is lib. 7. de locis: *Omnium* (inquit) *etiam Sanctorum auctoritas in eo genere quæstionum, quas ad fidem diximus minimè pertinere, fidem quidem probabilem facit, certam non facit.* Sequuti Canum Martinez lib. 1. hypotyposeon, cap. 14. Pererius tom. 1. in Genesim, lib. 3. quæst. 5. disputationis de Paradiso: *Licèt plurimi Doctores in vnam aliquam conueniant sententiam,* (inquit,) *si ea non pertineat ad fidem Catholicam; sed versetur in eo genere rerum quæ salua fide Catholica in vtraque partem tractari possunt: non ideo tamen eam opinionem argumentum facere in Theologia firmum, certúmque: nec vnius, aut paucorum contrariam sententiam, hoc ipso, quod multitudini Scriptorum aduersetur, abiudicandam & damnandam esse.* Hausit ab Augustino inquiente lib. 2. contra Pelagium cap. 23. *Longè aliter se habent quæstiones istæ, quas esse præter fidem arbitramur, quam sint illa, in quibus salua fide Christiani sumus,* &c. Hausit ex Vincentij Lyrinensis Commonitorio cap. 39. *Quæ tamen antiqua sanctorum Patrum consensio, non in omnibus diuinalegis quæstiunculis, sed solùm certè præcipuè in fidei regula magno nobis studio, & inuestiganda est & sequenda.* Hausit ex B. Thoma opusculi decimi exordio, qui Augustinum profert & sectatur; Adhæsit olim Præceptori suo Cano Bañesius ex eodem sodalitio 1. part. quæst. 1. art. 8. dubio 5. concl. 3. aiens; *In rebus, quæ ad fidem non attinent concors omnium consensus probabilitatem affert, non tamen firmitatem:* citat eiusdem ordinis sacri palatij Magistrum quondam Siluestrum Prieratem verbo Hæresis, titulo 1. quæst. 2. cuius legit vestigia Antonius Cordubensis lib. 1. quæstionum Theologicarum, quæst. 17. §. 1. concl. 2. & lib. 4.

37. *In quæstionibus ad fidem non attinentibus, vt liceat à Patribus recedere.* — Canus. — Martinez. — Perez. — Canus. — Augustinus. — Vincent. Lyrin. — S. Thomas. — Banez. — Siluester. — Corduba. — Stapletoni. — Martinez. — Escalante. — Canisius. — Pereira. — Thanerus.

lib.4.quæst.1.responsione ad 4.argum. *Nos enim non dicimus eos omnes in omnibus esse sequendos, sed in ea tantum sententia, quam circa fidem & mores omnes illi simul, aut etiam sanior, & maior pars tulerit*; Similia statuunt Thomas Stapletonus Relectione scholastica principiorum fidei doctrinalium, controu.6. quæst. 4. titulo *explicatio articuli*, pag. 632. & rursum in primi argumenti solutione Martinez lib.1.Hypotyp. cap.14. Ferdinandus de Escalante lib. 7. Clypei concionatorum, cap. 10. Ex nostratibus Canisius lib. 1. de B. Virgine cap.5.expressiùs Pereira tom.1. in Genesim, lib.3. quæst. 5. disputationis de Paradiso, & sub finem lib. 7. in Genesim, Tannerus 1. part. disp.1.quæst.5.dubio 1. num.10. Quod si opponas Tridentinam vetuisse Synodum, ne contra vnanimem Patrum consensum quisquam scripturas interpretetur; respondent intelligendam iis de locis, qui spectant ad quæstiones fidei; sicut quamuis eadem sacrosancta definiat Synodus authenticum esse vulgatum Bibliorum textum quoad omnes suas partes; explicant nihilominus viri grauissimi, & multi sanè, quos indicamus Anteloquio 7.sect. 1.num. 1.de erroribus contra fidem, aut bonos mores solùm: quare Melchior Canus vbi suprà, de loco ex Oseæ cap. 11. Ex Ægypto vocaui filium meum, &c. *Porro* (asserit) *num in sensu literali, an in allegorico ad Christum referendum sit ad fidei quæstionem non pertinet; ita quamuis sancti in hoc falsi fuissent, non in re graui, sed quæ parui in Ecclesia momenti est, falsi fuissent.*

38. Ponamus itaque, opinionem pro nuptiis filiæ Pharaonis contra Patres ferè omnes esse: at hæc opinio eius generis est, quæ ad fidem non facit; sed citra fidei dispendium, aut ipsa, aut ei opposita sustineri queat. Nam, si asseras, Canticorum librum ad litteram tendere in Salomonis connubia, sic quidem, vt ea coniunctione significetur Christi cum Ecclesia matrimonium; quid in his fidei quod noceat? quæ inde offensio? huiusmodi enim expositionibus tota ferè scatet Scriptura, occidentem priùs quæ supponant litteram, & super hanc struant tropologicos, allegoricos, anagogicos sensus. Sin verò affirmes de nuptiis humanis non esse sermonem; sed totam in solum Messiam & Redemptorem ferri litteram; quis eiusmodi dictum non secundùm fidei normam esse contendat? Itaque, in quamcunque te vertas partem, semper, quod ex fide asseras, inuenetis. Sicut aiebat Canus numero antecedenti nominatus, siue affirmes, verba illa Oseæ: *Ex Ægypto vocaui filium meum*, de Christo allegoricè tantùm accipi; fidei decretis non obfuetis: siue teneas de eodem ad litteram intelligenda; vtrumque eum fidei regula stabit. Patres igitur minimè offenderis, siue hoc, siue illud adstruas.

39. Sed violari obseruantiam eis debitam negari non posse dixeris, quibus, ne in iis quidem quæstionibus, quæ ad fidem non attinent, contradicere oportuit. Sic nos iudicamus constanter, sic optamus, sic volumus; modò tantisper ex aliorum, eorum quos citauimus scriptorum, quorum doctrina & authoritas insignis, placito: respondere igitur est tali irreuerentiæ, neque causas deesse, nec exempla, atque ideò veniam promereri; Non sanè causas, eiusmodi profectò, quæ Magnum Gregorium mouerunt (sed qualem Patrum cultorem nomino?) veterum relictis placitis, nouum aggredi expositionis genus illis, quibus librum Regum illustrauit, Commentariis: *Ad quam profectò sententiarum pronunciationem ali-*

Greg. Papa.

quando ex necessitate deuocor (ait:) *quia & Patres venerabiles, si seriatim cuncta exponerent, quæ ex parte tetigerunt, eam seriem locutionis, quam tenere visi sunt, obseruare nequaquam possent. Dum igitur sanctorum Patrum intellectus prætereo, necessitate aliquando, aliquando commoditate vtor.* Ergo, quoniam non vnum aliquod perpetuum narrationis filum in tradendo historico sensu Patres obseruarunt; sed sparsim, & sine ordine, hoc, aut illud exposuerunt; coactus est B. Gregorius, quò antecedentia consequentibus cohærere possint in literæ declaratione, atque adeò in allegoria, cuius basis est historia, posthabitis Patrum interpretamentis, singularem excogitasse historiæ seriem. Quòd si hæ causæ Gregorio, quantò eas sibi iure vendicant posteriores Cantici Canticorum Enarratores? Nam, vt demus, à Græcis nonnunquam literam declaratam; Origene, Nysseno Theodoreto, & inter Latinos aliqua tangere Aponium, Bedam, sæpiusque Bernardum; sed rara sunt hæc totius Operis comparatione, nullo inter se ligamento, nulla posteriorum dependentia à prioribus: certè illis potior de allegoria, quàm de litera cura, vt nemo non statim animaduerterit. *At eas ex iisdem verbis diuersissimas conficiunt* (ait Nannius epistola præludiali) *adeò vt quidam non ineptè dixerit, Canticum Canticorum esse primam materiam Philosophorum, omnium formarum, & allegoriarum capacem: atque adeo fieri non poterat, quin, si vnum sequereris, a cæteris non dissideas.* Gislerius initio expositionis literæ, cap. 3. Cant. *Ex ingenti Doctorum numero* (ait) *qui librum istum interpretandum suscepêre, pars maior, prætermissa connexione, vel singulas sententias per se exponunt, vel ea tantum connectunt, quorum manifesta apparet connexio.* Paria scribunt Gaspar Sanctius prolog. 7 num. 20. Delrius cap.3. Isagogæ. Quò igitur ordinis scitâ, pulcherrimâque dispositione nequaquam carere Salomonis Carmen, verùm omnia mirificè alligari appareret; necesse fuit, eas destituisse Commentationes, quæ nullam cohærentiam præ se ferent. Nam non ferendos eos, qui nullum certum ordinem, nullam continuatam, & interruptam seriem in Cantico Canticorum agnoscunt, multis, solidisque rationibus euincit noster Luysius de Alcazar notatione 9. procemiali, §. *Ab his*, &c. & editi recentissimè a. tom. lib. 3. exordio.

Pet. Non.

Gisler.

Sanchez.

Delrius.

Alcazar.

40. Procedamus iam ad exempla. Isaïæ, quod describitur cap. 8. vaticinium: *Accessi ad Prophetissam*, &c. nemo ferè Patrum est, qui non ad Christum trahat, reiecto quouis alio litterali sensu, quo vel ipse Isaïas intelligitur esse, qui ad Vatem accesserit, aut eius vxor Prophetissæ appellatione significetur: ac nemo quidem indubiè fauet sententiæ, quæ Isaïæ coniugē intelligit. Consulat Lector nostrum Gabrielem Aluarez tom. 1. in Isaiam, qui *propterea adeò certam interpretationem* dicit, *vt nemo illam reiicere innoxius possit.* Sed vehementiora multò sunt, quæ Cornelius noster ad id capitis: nam historicam de humano coniugio expositionem, Patres visus sequi, *crassam nominat, & Iudaicam; imò spurcam, & obscœnam æquè, ac Caluinianam*: & tamen hanc tam fœdam sententiam, tot maculis asperlam, & indignam, viri Catholici non pauci, in quibus summa & eruditio, & pietas enituit, promptè sustinuerunt: nec aliter moti, quàm quòd intelligerent, se in hoc exponendi genere Christum quærere; vaticinium verò sic facilè capi; & in primis, siue alium præterquàm de Christo litteralem constituas sensum

Isaia accessio ad Prophetissam cap. 8. an vera historia?

Gab. Aluar.

Corn à Lap.

siue omittas, controuersiam esse, quæ citra fidei damnum in vtramque partem disputari valeat.

Rich. Vict. S. Thom. *S. Thomæ adscripta falsò Opera aliqua* Sixt. Senen.

Huius opinionis adstipulatores sunt Richardus de sancto Victore lib. 1. de Emmanuele, cap. 8. S. Thomas postilla in Isaïam, si eiusdem Opus illud, ac non magis Thomæ Anglici, ex eodem Ordine, cognomento Georgij, quemadmodum Sixtus lib. 4. Bibliothecæ mauult, qui aliena Opera Angelico Doctori à cultoribus eius imprudentibus adscripta doluit, quasi ex voluminum numero & congerie, & non ex methodo tractandarum rerum laus solida peteda sit: sed, vt sint Opera Britannici Thomæ, Auctor &. ipse longè dignus, qui in pronunciati huius subleuamen vocetur. Sequuti ex eodem Ordine, quem modò nominauimus, Sixtus Senensis lib. 2. Bibliothecæ, littera G. *Grandis liber*, &c.

Forerius. Did. Aluar. AriasMont. Isid. Clar. Mich de Pal. Mariana Emman Sà Gasp. Sanch. *Num Esdras deperditas Scripturas iterum memoria recitauerit?* Leo. Cast Genebrard.

Forerius, Didacus Alnarez, vterque in cap. 8. Isaïæ, Arias Montanus, Vatablus, Isidorus Clarius, Michaël de Palacios: & ex nostro Sodalitio Emmanuel Sà, Mariana, omniúmque disertissimè Gaspar Sanctius, vniuersi ad c. 8. Isaïæ. Alterum exemplum est de Scripturis omninò deperditis, quas Esdram diuino instinctu iterum in memoriam reuocasse, dictasse de nouo, omnis penè antiquitas existimauit. Pete disputationem Leonis Castrensis de translationibus sacræ Scripturæ, & euolue cap. 43. contenta. Non terruit tamen iuniores tanta auctoritas, quin à prisco dogmate discederent veritate compulsi.

Pereira. Tormell Ant. Perez. Becan.

Negarunt Genebrardus lib. 2. Chronologiæ: Pereirus præfat. in Genesim: Turniellus ad annum mundi 3447. Antonius Perez Pentateucho fidei, volumine 3. dub. 3 cap. 3. conclusione 3. Becanus in analogia, cap. 1. quæst. 4. Sed & duo Illustrissimi Cardinales acriùs loquuti sunt:

Bellarm. Baron.

Bellarminus tom. 5. lib. de verbo Dei, cap. 1. *improbabilem* censet: Baronius tom. 2. ad annum Christi 180. *mendacem & falsam* reputat narrationem. Atque cum prioribus Auctoribus minimè veram sententiam arbitratur Leonardus Marius, Theologus Coloniensis, tom. 1. in Biblia, prolegom. in sacram Scripturam, quæst. 3. sect. 1. Rutilius Benzonius lib. 1. in Canticum *Magnificat*, cap. 4. Serarius noster prolegomenis Bibliacis, cap. 12, quæstiuncula 1. Salianus tom. 1. anno mundi 3595. num. 6 Tena lib. 5. Isagogæ sacræ Scripturæ, difficultate 3. sect. 2. Bonfrerius præloquiis in totam Scripturam, cap. 6. sect. 7.

Marius. Benzon. Serar. Salian. Tena. Bonfrer.

Taceo referre, quantis veterum displicuit, Psalmos 44. & 71. ad litteram accipi de Salomone, vel bona ex parte aliqua: & tamen ea opinio, quæ Salomonem in illis Psalmis tanquam Christi typum spectat, quàm non sit testibus & rationibus destituta, poterit cupidus discere ex nostro Pineda lib. 5. de rebus Salomonis, cap. 4. §. 1. & lib. 6. copiosiùs, cap. 16. & 18.

Pineda.

Huiusmodi alia quamplura producere valemus, quæ varia lectio suppeditauit; sed maturo Lectori hæc sufficere putamus, ex quibus teneat, non esse temerè culpandos Scriptores, qui de nuptiis filiæ Pharaonis Canticum Canticorum explanauerint quòd Patrum sententias deseruerint, cùm, vt hoc facerent, non minores causas habuerint, quàm, vt inæquali argumento, neque alterius periculi, tot taléfque Catholici Auctores, quibus pro dignitate laudandis nulla sufficiat eloquentia, idem exequuti fuerint.

41. Sed monet me iam hora, vt non tam ex aliorum tripode, quàm ex nostro potiùs oraculo definiamus, quæ fuerit Patribus, quos sectionis fronte statuimus, mens. Assero, nequaquam aduersarios existere his, qui materiam Canticorum nuptias filiæ Pharaonis esse contendunt. Drama esse dicunt, comœdiam, fabulam. Sed, quid tandem drama?

Iul. Scal. *Drama quid sit, explicatur.* Nebris.

Iulius Scaliger Poëtices lib. 5. c. 3 *Genus dialogeticon esse tradit, quod quia gestu & actione quod voce profertur, exprimit, drama vocetur: δρᾶν enim Dorica lingua significat agere.* Nebrissensis in quinquagena, cap. 16. verbo, *Drama, inquit esse repræsentationem fabularum, in quibus introducuntur variæ personæ, vt in comœdiis & tragœdiis, dictum à δρᾶν, quod est agere.*

Delrius. Tertul.

Delrius noster eadem cap. 4. prolegom. ad tragœdias Senecæ. Huc respexerit Tertullianus lib. de pudicitia cap. 8. *Meminimus enim & histriones, cum allegoricos gestus accommodant Canticis, alia longè à præsenti, & fabula, & scena, & personis, & tamen congruentissimè exprimentes.*

Carmina ante nuptialem thalamum à virginibus modulari solita.

Puto igitur, virgines, quæ ante genialem thalamum Hymenæum canerent, sic cantare solitas, vt gestu & actione exprimerent voce quod meloda proferrent: nam ante cubiculum, seu thalamum genialem cantata nuptialia carmina, Epithalamij subindicat etymon: nam θάλαμος, cubiculum significat, vt sit cubiculare carmen, vti Scaliger declarauit lib. 3. Poëtices, cap. 101.

Muretus.

Docet verò manifestis verbis Marcus Antonius Muretus ad nuptias Iuliæ, & Manlij apud Catullum. Fuisse autem de genere dramaton eiusmodi festiuos hymnos, Ecclesiastica attestatur Antiphona: *Ante thorum huius Virginis, cantate nobis dulcia cantica dramatis.* quemadmodum probè annotauit Nebrissensis ea, quam nominauimus, quinquagena: *Repræsentat namque Ecclesia* (ait) *Christi nuptias, in quibus canendum est Epithalamium, hoc est; carmen nuptiale, quale est illud Salomonis in Canticis Canticorum.* Itaque paucis verbis declaramus: quod puellæ Hymenæum voce simul, & actione exprimerent, drama nuncupatum est, non quia circa materiam confictam versaretur.

Philo.

Certè Philo de vita contemplatiua, nocturnas Monachorum, quos Ecclesiæ initia tulêre, psalmodias enarrans: *Cantant* (inquit) *hymnos in laudem Dei compositos, variisque metrorum, carminúmque generibus, nunc vno ore, nunc alternis, non sine decoris, ac religiosis gestibus & accentibus, modò stantes, modò prorsum, retrorsumve gradum mouentes, vtcunque res postulat.*

Baron.

Quo Philonis loco, cùm animaduerteret Cæsar Cardinalis Baronius actionis, gestúsque cum voce coniunctionem, non veritus est interpretasse de Canticis dramaticis, tom. 5. anno Christi 60. num. 25.

Nicet.

At in his, quid commentitium? Sed præstat retulisse Nicetæ verba ad orationem 42. Nazianzeni, vbi cùm Theologus de Isaïæ verbis cap. 36. *Quis est iste, qui venit de Edom.* &c. diceret: *Quòd si secundum dramaticam illam apud Isaïam personarum loquentium inductionem*, &c. sic Scholiastes eius: *Has apud Isaïam interrogationes, & responsiones Theologus δραματουργίαν vocauit: non falsam compositionem intelligens, (quales sunt actus fabulosi,) sed genus scribendi ita institutum, vt personas loquentes habeat: Angelorum enim alij velut interrogantes inducuntur, alij velut respondentes.* Falsam igitur compositionem cùm dramata non claudant necessariò, sed dialogismum; non ex eo Canticorum liber de Salomonis coniugio cum filia Pharaonis, aliâve vera narratione non agere cẽsendus est, quòd à Patribus drama, siue comœdia, aut actio vocetur.

Fabula vocabulum vt & historiã significare.

Affirmes & *fabulam* nuncupari: huiusmodi autem vocem non nisi coactè aliter construi posse, quàm de commentitiis & fictis rebus. Verùm fabulæ 42.

bulæ dictionem, quæ à fando ducitur, historiæ significandæ nonnunquam accommodari assentiti Rutil. Benz. sunt Rutilius Benzonius lib. 1. in Canticum, *Magnificat*, cap. 3. Delrio in Senecæ Thyesten. v. 142. Martinez. Martinez lib. 1. hypotyp. cap. 4. Bellarm. Bellarminus tom. 1. lib. 1. de verbo Dei, cap. 9. Seneca. Ita sumpsit Seneca epist. 77. loquens de morte Marcellini: *In fabellam (ait) excessi non ingratam tibi: exitum enim amici tui cognosces, non difficilem, nec miserum.* Atque idem ipse lib. 3. de Beneficiis, cap. 23. loquens de matrona seruata à mancipiis transfugis: *Sic seruata, nobilis fabula, & exemplum dominarum fuit,* &c. Hieron. S. Hieronymus epistola ad Castrucium, rem, quæ accidit, narraturus: *Et ne veteres explicando historias longum faciam, breuem tibi fabulam narrabo.* Et præfat. in Danielem, aliquas eius libri partes, fabulas vocat. Prudent. Prudentius prologo Hamartigeniæ, loquens de occisione iusti Abel, inquit:

Ergo ex futuris prisca cœpit fabula,
Factóque primo res notata est vltima.

Tanta suaserint fabulæ nomine potuisse à Patribus vocari Canticum Cantieorum, quin eiusmodi sermone innuissent commentitium quidpiam, & minimè quod subsisteret: quo pacto & ad sobriam significationem traxeris Inditum à Dionysio diuinæ fictionis nomen; præsertim cùm reliquas multas Scripturarum partes eodem vocabulo comprehendat. Nyssenus, atque Bernardus pro nobis stabunt: fatemur enim & nos figuratum esse loquendi vsum, picturam quoque esse: nam Salomone pingitur Christus, eius coniuge adumbratur Ecclesia, totum sub ænigmate, & figurata atque tropica locutione. E tantis duo soli supersunt, Augustinus, & Abbas Igniacensis, qui narrarioocm rerum non verè gestarum dicant, quos existimo totum à parte nominasse, vt frequentissimè euenit: nam, vt suis sedibus, iuuante Dei gratia, ostendemus quæ cap. 3. & 5. declarantur, de Sponsæ per plateas excursu & vagatione, somno, non veritate contigerunt: & fortasse aliud eius generis aliquid. Ab huius Cantici partis materia, rei non gestæ nomen vniuerso Carmini datum ab ambobus.

43. Iam illa, quibus asserunt, nihil carnale, aut corporeum Canticorum volumine describi, spiritalia esse cuncta, transcendere humana & caduca; exaggerationes sunt, & hyperbolici modi, quibus casti, simi hymni puritatem commendant: alioquin quotusquisque veterum, aut recentiorum est, qui non in dubium habeat, similitudinem duci à nuptiis, quemadmodum erudite expendit Legionensis 3. sua explanatione in cap. 1. Canticorum, euincitque & argumentis, & auctoritatibus manifestis? Nuptiæ autem quales esse possunt sine corpore & carne, quando iubentes sint duo in carne vna? Lups. de Leon. Perlustret vel modicè diligens Lector Seniorum paginas, reperietque non aliud conatos, quàm omnem malæ cupidinis suspicionem ab honestissimo carmine amouisse. Nisi forte fuerit, quod in aliis profligandis erroribus, hoc quoque tuendo libro, Patribus contigerit: nempè solitos eos nonnumquam eo duci zelo, studiíque ardore in confutandis Hæreticorum dogmatis, vt in alterum penè extremum inciderint, periculo neutiquam liberum. *Patres in profliganda hæresi ferè quasi in aliud extremum aliquando declinantes.* Vide huius rei non vnum specimen apud Sixtum præfatione in librum 5. Bibliothecæ: apud Pinedam nostrum lib. 6. de rebus Salomonis, cap. 18. Cùm ergo Iudæi, hósque sequuti Theodorus Antiochensis, Mopsuestiæ Antistes, Sixt. Sen. Pineda. aliíque Hæretici docerent, Canticorum librum impuritatibus & obscœnitate scatere; Patres in huius erroris profligatione excessisse aliquantùm, vt non rarò dicerent, non solùm impuritatibus vacuum esse volumen, sed eo nihil carnale tractari, spiritalia esse cuncta, terram non sapere aliquid, de excelsis omnia.

Sherlogi Anteloq. in Cant.

SECTIO VI.

Canticum Canticorum, etsi de Salomonis nuptiis agat, non nisi ex Dei reuelatione conscriptum. An Prophetæ vaticinationes suas omnes penetrarent? Num opus vt Spiritus sanctus reuelet immediatè scriptori Canonico omnia? Fides & scientia numquid simul de eodem obiecto?

QVIDEM Lyrani argumentatio, putantis, 44. Salomonem de suis nuptiis agentem, non fuisse à diuino Spiritu motum; propterea, quia semota reuelatione eiusmodi cognitio haberi valeat, si cuius esset momenti & virtutis, probaret vtique de Scripturarum canone non pauca, neque exigua expungenda: nónne enim Salomon in se expertus plura de his, quæ aliis Tractatibus sacræ auctoritatis pronunciauit? Vt illa præsertim, quæ de opibus, deliciisque suis, Ecclesiastis cap. 2. Sed Moysem à maioribus accepisse de his, quæ Genesi leguntur, putat Pererius præfatione in 1. Pentateuchi volumen: Pereira. tota verò Pentateucho dispersa quantorum oculatus testis extiterit Moyses? Iobum acta sua exarasse veriori sententiæ proximiùs perhibuit Pineda præfat. cap. 3. Pineda. Dauidis beata lyra quoties de rebus tractat, quas in se passus sit Psaltes ipse? Sed, quid moramur, cùm Lucam habeamus Lucas c. 1. Euangelij vestibulo proclamantem, ordinare *narrationem rerum. sicut tradiderunt, qui ab initio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis?* Et Ioannes dicat cap. 19. *testimonium perhibere eum, qui vidit,* Ioann. c. 19. semetipsum intelligens? Quamobrem, vt demus, Salomonem scripsisse, quæ per ipsũ gesta sint, non ideò, modò iusti æstimatores fuerimus, censebimus, non à diuina virtute agitatum eum ad scribendũ. Potuit Salomon, vt erat poësim apprimè doctus, Epithalamio suos, coniugísque amores vtcunque celebrasse vi sola naturalis industriæ & acuminis: sed eiusmodi cecinisse Hymenæum, qui prædiceret venturas Christi, & Ecclesiæ nuptias; atque non tantùm verbis, sed rebus quoque loqueretur; quale Epithalamiũ meditantur, qui Salomone, & filia Pharaonis delineatos Messiam, eiúsque Catholicam Ecclesiam asserũt; absq; supernaturali diuini Spiritus regimine, nec Salomon, nec alius quispiam mortalium valeat.

Quam suasurus assertionem, præmoneo, Vates, 45. quæ sequuturis temporibus prophetarent, penetrare, & comprehendere solitos: itaque, quæ alios laterent, prophetantibus conspicua erant. *An prophetæ vaticinationes suas omnes penetrarent?* Sanè aliter accidere non potuisse, quin quæ vaticinarentur, intelligerẽt, existimauit omninò P. Vasquez tom. 1. in 1. part. disp. 15. cap. 3. n. 8. Vasquez. Curiel. Ioannes Alphonsus Curiel. lib. 2. controu. 1. in illud ad Hebræos: *Multifariam, multísque modis,* &c. artic. 2. à num. 5. Prophetiam impropriè nominari, quam vaticinans non percipiat, affirmat P. Pereira lib. 12. in Danielem ad illa verba cap. 10. Pereira. *Anno tertio*

Salmeron. Ribera.

Cyri. Salmeron tom. 1. prolegom. 10. quinquagena 2. canone 37. Ribera in cap. 1. Oseæ, num. 5. Ego, si de natura prophetiæ secundùm se sermocinemur, stare satis arbitror, quamuis prophetantem lateant vaticinanda: nam, vt fidei actus feratur in prophetiam, sufficit cognoscere à Deo reuelatam fuisse: Deus autem loqui & reuelare potest, quæ non valeat penetrare is, per quem loquitur: sicut per me potest quispiam aliis ænigma proponere, quin à me, qui hieroglyphicum describo, quid eo lateat, intelligatur. Fauet S. Thomas 2. 2. quæst. 172. artic. 4. ad 2. & quæst. 173. artic. 4. in corpore. P. Serarius in prolegomenis Bibliacis, cap. 19. quæst. 8. P. Gillius tom. 1. in 1. partem lib. 1. tract. 7. cap. 4. num. 9. Pater Fassulus ad artic. 10. primæ quæst. 1. partis, dubit. 7. De factu tamen pleraque a sacris Vatibus ex his, quæ prædicerent, comprehensa fuisse, minimè dubitauerim: Augustinus nàque imperfectũ genus vaticinij reputat, quando prophetantem fugit eorum, quę prędicit, significatio: hæc eius verba tom. 3. lib. 12. de Genesi ad litteram, cap. 9. *Proinde quibus signa per aliquas rerum corporalium similitudines demonstrabantur in spiritu, nisi accessisset mentis officium, vt etiam intelligerentur, nondum erat Propheta; magísque Propheta erat, qui interpretabatur, quod alius vidisset quàm ipse, qui vidisset.* Nemo autem prudenter dixerit, tam magnis viris, tam dulcibus amicis apud Deum, quales Moyses, Dauid, Isaias, Salomon, longo tempore prophetię imperfectioris donum concessum. Quid, quòd, *Videntes* dicuntur, quia vaticiniorum arcana cernerent, non cæcutirent in eorum conspectu?

S. Thomas. Serarius. P. Gill. Fassol. August.

46. Ad scopum itaque. Materia Canticorum sunt nuptiæ Salomonis cum regia Ægyptiaca puella, non nudè sumptæ, & secundùm occidentem litteram tantùm; sed quatenus præsignabant coniunctionem Christi & Ecclesiæ: quidni enim præsignarent, quemadmodum reliqua connubia, de quibus passim Scripturæ? At Salomon nequaquam scire poterat, eiusmodi nuptias ab Spiritu sancto in typum Christi & Ecclesiæ assumptas, ni ipse Spiritus sanctus id reuelasset: nam alioquin, vnde in cor hominis, certa præsertim scientia, tali de re ascenderet quam liberum erat ipsi Spiritui sancto, aut fecisse, aut omisisse? Igitur, etsi Salomon suos cum vxore amores describeret; adhuc diuinà indiguisset reuelatione, manifestante futuros eas per nuptias delineatos euentus.

47. Adhæc concedamus, Salomonem non eguisse reuelatione Spiritus sancti sibi immediatè facienda: nam huiusmodi necessariam minime fuisse S. Lucæ, quòd ab his, qui viderant, acciperet; neque similiter Sancto Matheo, quod aut abbreuiaret Matthæi Euangelium, aut de ore Petri sumeret; censuerunt Melchior Canus lib. 2. de locis, cap. 18. responsione ad 1. argumentum: Bellarminus tom. 1. lib. 1 de verbo Dei, cap. 15. §. *Respondeo, Deum.* Antonius Perez in fidei Pentateucho, volumine 3. dub. 12. cap. 3. num. 4. Basilius Ponce de Leon 1. parte variarum, quæst. 4. expositiua cap. 1. imò, neque mediata, nec immediata reuelatione aliqua opus habere Scriptorem canonicum, certis casibus decernit. Do clausulam de verbis ipsius: *Non enim semper necesse est* (inquit) *vt Deus sacro Scriptori, quæ scripturus est, propria reuelatione manifestet: nam scribunt sæpè res sibi euidenter notas, atque compertas, quas Deus illis, cum eas litteris mandarent, non reuelauit; sed tantùm, vt scribere eas vellent, ipsos monuit, & dum scripsêre, munitos muniuit, ne deciperent, aut deciperentur in scribendo.* Sed hoc quemadmodum Doctores hi concedunt, sic adiungunt, Scriptorem sacrę auctoritatis Spiritum diuinum peculiariter sibi assidentem habere, ne qua in re fallatur, ne cui subiaceat errori calamus: atque hinc enascitur, vt vnus Euangelista hæc potiùs referat, alius illa, cùm rem vterque sciuerit aut edoceri potuerit ab his, à quibus cætera didicit: nempe, quia Spiritus singulariter eos regit, atque impellit. Sic igitur, quamuis daremus Lyrano, conscriptas a Salomone nuptias suas absque omni reuelatione; non inde sequatur legitimè, diuinum & propheticale Canticum non esse, atque de canone Scripturarum; cùm Scriptura reputetur, non solùm id, quod ex Dei reuelatione scribitur; sed etiam quod eum ipsius instinctu peculiari profertur.

An opus, vt Spiritus sanctus reuelet immediatè Scriptori canonico omnia? Canus. Bellarm. Ant. Perez. Basil. Ponc.

48. Meliùs tamen doceri arbitror à nostro Pereira præfat. in Genesim, vt pro canonice scriptis aliqua habeantur, necessariam esse Dei immediatam reuelationem, quamuis illa sint de eo genere rerum, quarum nobis antea certa, aut cogitatio, aut experientia fuit. Accipe, quod dictum hoc probet. Quidquid canonicus Scriptor loquitur, id ipsum Deus loquitur. *Multifariam, multísque modis,* (inquit Paulus cap. 1. ad Hebræos) *loquens Deus Patribus in Prophetis:* & illa tam vsitata, tam crebra vox: *Hæc dicit Dominus,* &c. Imò Deus est, qui præcipuè & potiori iure loquitur: adeò vt, si Deum locutum esse constet, parum curandum sit, quis immediatè pronũciauerit, Ieremias, scilicet, an Daniel, an Oseas, aliúsve de Prophetis, ex plurium sententia docet Pineda præfatione in Ecclesiasten, cap. 2. num. 21. Scripturis igitur canonici locutio, Dei sermo est: At Dei locutio, reuelatio est ipsius Dei: quo enim alio modo Deus reuelat, nisi loquendo? Ergo canonicus Scriptor nequit quidquam profari canonicè, etiam ex his, quæ expertus est, nisi per Dei reuelationem: nam id est canonicum esse, Dei verbum & locutionem esse. Quò itaque Salomonis Canticum Dei locutio, & verbum haberetur à credentibus, opus fuit, vt Spiritus sanctus per reuelationem Salomoni manifestaret, quæ anteà ipse nouerat. Constat itaque variis ex causis, deceptum Lyranum, dum putat, nuptias Salomonis cum filia Pharaonis, non potuisse canonicè, & ex Spiritus sancti reuelatione scribi, quòd eas in se expertus fuisset Salomon.

Pereira. Heb 1. Pineda. *Canonicum esse Scripturam, quid faciat?*

49. Fortasse se defendat Nicolaus Lyrensis, quòd existimet, si semel tribuamus, reuelationem Dei ferri in eadem, de quibus aliunde Salomoni euidentia; sequi posse, Salomonem circa idem obiectum, & scientiam, certamque notitiam habere, & fidei quoque assensum; certam quidem cognitionem, quòd ea essent, quæ Salomon ipse vidisset, tractasset, locutus fuisset; fidei actum, quia eadem cùm Deus reuelasset, ideò credi potuissent, quoniam à Deo reuelata, ac proinde ex fide. Porrò ex horum actuum coniunctione, non modica enasci inconuenientia docuere Theologiæ Principes, Angelicus Thomas, & quod nostra Hybernia produxit immortale decus, Scotus: ille 2. 2. quæst. 1. articul. 4. & 5. hic in 3. distinct. 24. quæst. vnica, §. *Ad quæstionem,* aliique de melioribus Theologicæ palæstræ. Verùm hæc obiectio aduersùs Cantici Canticorum materiam peculiariter non facit, cùm pleraque sint in Scripturis, quorum testes fuerunt iidem qui scripserunt; eorum dico quæ historia continet, quemadmodum Sectionis huius ingressu aduertimus. Hæc igitur

An fides, & scientia circa idem obiectum versari possint? S. Thom. Scotus.

igitur quamobrem, quatenus à Deo reuelata, per fidem credere non valerent? De iisdémque cùm certi & indubitati testes fuerint, cur euidentem cognitionem habuisse negauerimus; Nónne Paulus ad Hebræos cap. 11. inclamat, *Credere oportere accedentem ad Deum, quia est?* Et tamen esse naturali lumine euidenter cognoscitur: à priori ratio est. Quamuis fieri non possit, vt ex vi eiusdem motiui, & rationis formalis, idem obiectum clarè, & obscurè cognoscatur: nam claritas, quatenus talis, excludit obscurum, aut negatiuè fundando realiter carentiam eius, aut saltem præcisiuè, (quod dico ratione actus vnius, & indiuisibilis à parte rei, diuisibilis tamen per intellectum genere præcisionis possibili, qui simul sit fidei, & scientiæ,) separando per rationem motiuum claritatis à motiuo obscuritatis. Sed respectu differentium motiuorum accidere posse quid resistat? Difficile fuerit implicantiam protulisse: quare in eam sententiam libentes imus, quæ adstruit, posse circa idem obiectum materiale, per diuersa motiua formalia versari actus fidei, & scientiæ: tum, quòd veritati magis consonam; tum, quòd Scripturis explicandis apprimè conuenientiorem æstimamus. Habet pro se de veteribus, Bonauenturam, Alensem, Albertum, Altisiodorensem, Gabrielem: de neotericis, P. Suarez disp. 4. de fide, sect. 9. num. 7. & qui prædictos priscos Doctores citat, Valentiam tom. 3. in 2. 2. disp. 1. quæst. 1. puncto 3. §. 2. & rursus eiusdem disputationis quæst. 5. puncto 3. Catharinum & Salmeronem in illud cap. 11. ad Hebræos; *Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est*, &c. P. Petrum Hurtado de Mendoça, qui cum Valentia tuetur etiam, posse eundem indiuisibilem realiter actum, ferri tanquam per duas rationes formales inadæquatas, adæquatam vnam constituentes, in idem obiectum ex motiuo fidei pariter, & scientiæ. Sic ille primùm disp. 10. de anima, sect. 5. à §. 59. deinde disp. 30. de fide, sect. 2. Quem ego Virum cum honore libenter nomino, propter eruditionis, & sapientiæ præstantiam; atque vt hac qualicunque memoria & laude rependerem Præceptori optimo, quo aliquantùm in Theologicis vsus sum.

Hebr. 11.
Bonau.
Alens.
Albert.
Altisiod.
Gabriel.
P. Suarez.
P. Valent.
P. Pet. Hurt.

SECTIO VII.

Canticorum volumen ob nuptias Salomonis historiam & dici, & haberi, nullum incõueniens est. Quibus regulis verarum narrationes materiarũ in Scriptura dignoscendæ? Quando litteraliter quando mysticè aliquid interpretandum? Parabolæ an rerum verè gestarum? Obiter de Sponsi, Sponsæque nominibus, patriâ, religione, fortunâ aliquid.

50. EGO themata eorundem terminorum putaui semper; aut asserere, materiam Cantici Canticorum esse veras nuptias, Salomonis, videlicet, & puellę de regia Ægyptiorum stirpe; aut asserere, eandem materiam, historiam meritò & haberi, & dici: quid enim historia, nisi verarum rerum narratio, quæ acciderunt? accidit autem verè, Salomonem generum extitisse Pharaonis, vt Scripturæ 3. Regum, cap. 3. testantur. Definio tamen, quamuis Salomonem de nuptiis filiæ Pharaonis agere in Cantico Canticorum minimè exploratum esset; adhuc tamen historiæ tanta relucere vestigia, vt is, qui historiam nominaret, nequaquam temerarius, aut indiligens censeri debuerit. Certè illud Patrum, & Interpretum satis frequens documentum est, cùm de historiæ agnitione ex Scripturis disputatur; nempe, eam historicam, & non confictam narrationem esse existimandam, cùm personarum, de quibus agitur, nomina proferuntur. Quid, si patria, conditio, si locus, si occasio, atque tempus? Tum quidem ne leuis dubitandi ansa relinqueretur. Patres plurimos huius pronunciati constantes assertores producit noster Pineda præfat. in Iob, cap. 1. num. 7. Sanchez prolog. 1. in Iob, num. 12. Tena Isagogæ in sacram Scripturam lib. 1. difficult. 5. sect. 3. Cantapretensis lib. 1. hypotyposeon, cap. 3. qui omnes ex hac regula probant, librum Iob historiam esse, & rerum, quæ euenerunt, seriem. Qua etiam ex regula Patres omnes, excepto vno Theophylacto, (quem ideò perstringit Cantapretensis) vt asserunt Pineda, & Auctor hypotyposeon, colligunt, quæ de vorace diuite, & Lazaro scribuntur Luc. cap. 16. non parabolicè, verùm iuxta historiam acta fuisse. Sed, an vnus Theophylactus parabolam vocauerit, docebit te noster Maldonatus in cap. Lucæ allegatum. Denique historiam esse, quòd Oseas fornicariam vxorem duxerit, cùm ea sit nouorum, & veterum Interpretum attestatio, vt velit Salianus tomo 4. anno mundi 3227. num. 7. hinc tamen potissimum argumentum eliciunt, quòd nomina personarum legantur: Cornelius ad cap. 1. Oseæ, Acosta lib. 2. de Christo reuelato, cap. 15. & Ribera, post allata multorum Patrum effata: *Cùm ergo (ait) Oseas & nominis sui, & mulieris, patrísque meminerit; non est dubitandum, quin vera fuerit historia.*

Regula: Cùm nomina personarum in Scriptura narratione reperiuntur, historia est.

Pineda.
Sanchez.
Tena.
Cantapr.
Theophyl.
Maldon.
Osea narratio de vxore fornicaria, an historia?
Salian.
Cornel.
Acosta.
Ribera.

An autem hæc tam celebris regula adeò certa sit, ac communiter Scripturarum tractatores supponunt Criticis expendendum relinquamus. Scimus Cornelium Iansenium, hominem ob præclaras in Euangelia, Dauidis, atque Salomonis Opera, conatus, optimum inter Ecclesiasticos Scriptores locum sortitum, cùm in hanc regulam incideret agentem de mendico, & locuplete purpurato, asseruisse, inefficacem probationem esse historicæ narrationis, quæ à nominibus sumitur. Atque huic tanto Viro nequaquam inferiorem nostrum Maldonatum, cùm Luc. cap. 16. commentaretur, argutè dixisse, inde potiùs coniiciendum, historiam esse, quòd potentioris nomen supprimatur: vituperaturus enim Christus ventris mancipium, quòd sciret non simulatam, sed veram esse narrationem; (nam, quæ ficta, vt non subsistunt, sic neminem lædunt;) noluit personam, sed vitium onerare: pauperem, quòd in commendationem eius cederent dicenda, publici iuris fecit. Ad hoc monstraturi sumus num. 53. parabolarum materiam sæpè esse rem eiusmodi, quæ apud mortales verè contigerit. Quis autem ex duabus narrationibus, quarum cuiusque acta acciderint, hanc historiam propterea solùm appellari putauerit, quòd huius, aut illius nomen proponat; illam, cùm non minùs agat de iis, quæ citra figmentum euenerint,

51.
Regula, quòd nomina personarum, historiam esse innuant, an certa?
Iansenius commendatus.
Maldon.

historiæ tamen titulo indignam, quòd, quales fuerint rerum agendarum personæ, propriis nuncupationibus non distinguat? Quid, quòd Euangeliorum textus passim nobis referat patrata miracula, quin nomina eorum, qui sanitatem receperunt, adscribat? Sic de Chananæa, sic de Centurione, sic de aliis diuersis, quin vsque in hanc diem sciamus, qua appellatione gauderet, aut Syrophœnissa, aut Centurio, aut femina sanguinis fluxum patiens. Notauit Gregorius Papa hom. 2. in Euangelia, in illud Luc. 18. *Factum est autem, cum appropinquaret Iericho, cæcus quidam sedebat secus viam*, &c. *Ecce enim* (inquit) *quis iuxta historiam cæcus iste fuerit, ignoramus: sed tamen, quid per mysterium significet, nouimus.* Et in his singulis, quibus passim Euangelia affluunt, quid imaginatiuum & confictum?

Greg. Papa.

52\. Atque hæc cùm ita se habeant, liber tamen argumentari ex communi doctrina. vt cùm ea affirmari de Canticorum materia quispiam inspexerit, quæ communiter mortales sentiunt, desinat tandem mirari, & frontem velut ad insolita contrahere. Ergo vulgatum placitum est, quoties personarum nomina in medium proferuntur, historiam esse intelligi; idque multò efficaciùs, si præter appellationem nudam, aliæ plurimæ circumstantiæ exprimantur, loci, temporis, status, & similia: Atqui cuncta hæc Canticorum volumine elucent: Eiusmodi igitur volumen historiæ vocabulo nominasse, qualis fuerit noxa? Minorem seriatim probo. Nam sponsa Salomonia (seu, quod idem est, Sulamitis) nominata, siue id à sponsi nomine, vt voluit Theodoretus, Titelmannus, Cyprianus Cisterciensis, Genebrardus, Delrius, Almonacirius, Cyprianus Suarez in manuscriptis Notationibus, Menochius, Ludouicus de la Puente; Ludouicus ille meus, quocum per annos conuixi, sanctitatis ardens exemplar, pœnitentiæ specimen, sacrorum librorum indefessus amator: sed quid non ille? Vir de Heroüm temporibus. Omnes ad illud c. 6. Canticorum: *Reuertere, reuertere, Sulamitis*, &c. Siue ab vrbe Solymorum, quasi Solymitana, quemadmodum statuêre duo Ludouici, Legionensis, & Sotomaior, quam etiam sententiam indifferenter tradunt cum præcedenti, Titelmanus, Almonacir. Ludouicus de la Puente, Alcazar; siue demum à genitore suo, cui Salomon nomen, ita vocata, vt putat Rex Matthæus Cantacuzenus ad illud Cantic. 6. *Reuertere, Sulamitis*, &c. Porrò sponsi nomen Salomonem esse docet Petrus Nannius ad illa cap. 3. Cantic. *En lectulum Salomonis*, &c. Gaspar Sanchez prolegom. 2. in Cantica, & omnes illi nuper commemorati, qui nomen sponsæ à sponsi appellatione deriuatum perhibuêre. Iam natales eius fuisse admodum obscuros, vtpote quam mater præ rerum angustia coacta sit in syluis sub pomifera arbore edere, docent ad illud Cantic. 8. *Sub arbore malo suscitaui te: ibi corrupta est mater tua*, &c. Commentarius trium Patrum, Sotomaior, Delrio, Mariana, Gaspar Sanchez, Alcazar tom. 2. lib. 3. ad versum 1. cap. 1. Canticorum. Educationem quoque in sordibus, & egestate, primámque traductam ætatem insinuant satis Theodoreti verba ad illud Cant. 1. *Negra sum*, &c. *Laceris quondam obsita pannis, nunc in vestitu deaurato circundata varietate, regiam obtinet dignitatem.* Indicat Aponius initio lib. 1. in Cantica: *Ex captiua* (inquit) *libera, ex peregrina ciuis, ex ancilla domina, ex vilissima Regina.* Bernardus serm. 30. in Cantica: vbi præmisso litterali sensu ad mysticum, planè sensisse videtur, sponsam Canticorum sub prima vitæ spatia vinearum excubiis, & custodiæ inuigilasse: inde denigratam, & subfuscam redditam putant Legionensis, Sotomaior, Placidus Nigidius, Gislerius. Patriam autem sponsæ Libanum fuisse ex iis cap. 4. Canticorum verbis: *Veni de Libano, sponsa mea*, &c. colligunt Tertullianus lib. 4. contra Marcionem, cap. 11. Theodoretus, & Philo Carpathiorum Antistes, ad citatum Canticorum locum: Rupert. vocans notam penè omnium doctorum sententiam. lib. 7. de diuinis officiis, c. 25. Athanasius in Synopsi, nisi mauis expositionem esse Eusebij Pamphili, vt aliàs monuimus: Gaudentius, Brixiensis Episcopus, tractatu 8. Sotomaior, Genebrardus, Sanchez, Petrus Nannius ad præfata c. 4. Canticorum verba: Gueuara ad illa cap. 2. Habacuc: *Quia iniquitas Libani*, &c. noster Magallanius ad cap. 6. Iosuë, annot. 3. sect. 3. num. 5. ex nostris item Villalpandus ad cap. 27. Ezechielis, ad illa: *Abietibus de Sanir*, &c. qui omnes Auctores ferè & inde colligunt, sponsam Canticorum ex paganismo fuisse. Sanctorum præsertim, Patrúmque dicta id principaliter denotant: idipsúmque Origenes hom. 1. ex quatuor: Theodoretus ad illa cap. 1. *Nigra sum.* Anastasius Sinaïta lib. 8. in Hexameron. eadem verba interpretans: Augustinus tomo. 10. serm. 201. eundem locum explicans, eadémque exponens verba. S. Petrus Damianus serm. 1. de S. Marco Euangelista. Tres Patres ver. 5. c. 1. *nolite me considerare* &c. ibidem Hortulanus. Locum, vbi pleraque peracta sunt, Hierusalem & adiacentia suburbia fuisse opinantur Luysius de Leon explanatione 5. in caput 1. Canticorum: Placidus Nigidius prologo in Cantica. Tempus autem nuptiarum non aliud quàm veris iucundissimos menses fuisse docent ex illis Canticorum verbis, cap. 2. *Iam hyems transiit*, &c. Pineda lib. 5. de rebus Salomonis, cap. 3. num. 1. & ex eo Salianus tom. 3. ad annum mundi 3022. num. 120. Placidus Nigidius præfat. in Cantica. Prætereo in multis allusionem esse ad aulam Salomonis, résque eius celebriores: quamuis eum non esse sponsum doceatur, quemadmodum peritè animaduertêre Titelmanus ad illud Cant. 3. *En lectulum Salomonis.* Genebrardus ibi, & ad verba cap. 8. *Vinea fuit pacifico*, &c. Cyprianus Cisterciensis ad eadem verba: Gislerius præfatione in Cantica, cap. 5. Tanta igitur, tam varia notitia de sponsa Canticorum, de tota nuptiarum materia, patris, patriæ, nominis, fortunæ, religionis, loci, temporis cognitio ex tam probatis testibus cur non sufficerit, vt quemadmodum alia euenta, de quibus longè minor comprehensio habetur, historiarum nominibus celebrantur, ita hæc Scriptura legitimè historia dici queat?

Sponsa nomen Salomonia. — Theod. Titelm. Cyp Cist. Genebr. Delr. Almonac. Cypr. Suar. Menoch. *Ludouicus de la Puente commemor.* Luys. Sotomaior. — Cantacuz. — Nannius. Gasp. San. — *Sponsa Canticorum ignobilis, & pauper.* — Comm. 3. Patr. Sotomaior. Delrio. Mariana. Gasp. Sanch. Alcazar. *Sp̃sa ethnica, patria eius, Libanus.* Apon. Bernard.

Plac. Nig. Gisler. — Tertul. Theod. Philo Carp. Rupert. Athanas. — Gaudent. — Nann. Gueuara. — Magall. Vallalpand. — Theodoret. Anast. Sin. August. — Damian. — Luys. — Nigid. — Pineda. Salian. Nigid. — Titelman. Genebrard. Cypr. Cist. Gisler.

53\. Alter canon ad historicum in Scripturis sensum indagandum, cum primis accommodatus & vtilis est, quem Ribera tradit ad illa verba cap. 1. ad Hebræos: *Ego ero illi in Patrem*, &c. considerandum, nempe, attentè, an ea, quæ secundùm litteram de Salomone, Dauide, aliisque pronunciantur, eius generis sint, quæ in tales personas, propter magnitudinem & rerum sublimitatem, cadere non possint: & tum quidem, indicio esse nomina Salomonis, Dauidis, atque aliorum, translatè solùm accipi, & impropria significatione, sic vt præter nomen tantùm aliud eo tempore & loco de Dauide, aut Salomone non dicatur: sin verò

Ribera. *Regula Cùm res excedunt personas, de illis mysticè, & non historicè est sermo.*

eiusmodi

eiusmodi res sint, quæ Salomonis, alteriúsve potentiam, aut vires non superent, nequaquam ad tropicas locutiones deflectendum: sed Scripturarum voces, prout sonant, intelligendas esse. Quam eandem regulam priùs tradiderat ad cap. 2. Zachariæ, num. 1. cuius iuuamento & subsidio, magnis se laboribus sæpè liberatum fuisse protestatur, in dignoscenda litterali sacrorum Voluminum intelligentia. Hoc ipsum documentum offert noster Cornelius à Lapide canone 5. ex his, quos ad Isaiam præfatus est: Leo Castrensis ad principium cap. 13. Isaiæ. Alphonsus de Mendoça relectione de vniuersali Christi regno; num. 4. citans eiusdem dogmatis assertorem Ioannem Driedonem lib. 3. de dogmatibus sacræ Scripturæ, tract. 3. cap. 5. qui omnes in hoc sequuti sunt Augustinum tom. 7. lib. de vnitate Ecclesiæ, cap. 8. *Psalmus septuagesimus primus* (ait) *In Salomonem, titulatur: sed, quia ita dicta sunt, quæ in illum Regem temporalem, & posteà grauiter peccantem conuenire non possunt, etiam contra ipsos Iudæos de Christo esse prædicta inuictissimè defendunt: talia enim dicta sunt, de quibus dubitari non possit, quòd ad Christum pertineant.* nimirum, quòd eiusmodi sunt, quæ eo Psalmo referantur, Salomonis vt potentiam longè superent, neque sciamus in eo adimpleta, nisi Scripturas contortè admodum interpretari velimus. Huic documento affine est aliud, atque cognatum; nempe, iuxta litteram explanandos esse sacrorum Codicum tractatus, quoties talis expositio, indecens aliquid secum non aduehit, prætérque honesti leges, vt obseruauit noster Sanchez ad cap. 1. Oseæ, num. 15. Quare hinc arbitrati sunt nonnulli, quod Oseæ principio scribitur de fornicaria vxore ducenda; & quæ Isaiæ cap. 8. narrantur de accessu ad Prophetissam, somnio tantùm, & per visionem contigisse, quòd indecora putarent, quæ re ipsa acciderent. Dixit August. breuibus verbis, tom. 3. lib. 1. de doctr. Christiana, cap. 10. *Et iste omninò modus est*, (ait) *vt quidquid in sermone diuino, neque ad morum honestatem, neque ad fidei veritatem propriè referre potest, figuratum esse cognoscas.* His animaduersis, ita infero. Quæ Canticorum volumine quoad litteram describuntur, eiusmodi sunt, quæ Salomonis, alteriúsve de optimatibus vires, potestatémque non excedant, putà, currus habere, & gestoriam lecticam, quam sexaginta ex fortissimis Israël ambiant, arte, atque diuitiis operosam, sub lacunari cypressino commorari, feminarum mandras gynæceo claudere, in his sexaginta Reginas & octoginta concubinas. Prætereà in istis cæterísque, aut dictis, aut factis toto sacri Carminis decursu nihil indecorum, & contra honestum, vt ex cuiusque sententiæ discussione propriis sedibus, Deo conniuente, patebit. Denique, quod Augustinus requirebat nihil sit, quod non ad fidei veritatem referri valeat, cùm omnia de Christo & Ecclesia construantur, aut secundùm mysticam significationem, quod satis supérque erat, aut etiam iuxta litteram, vti ostendebamus suprà sect. 4. num. 24. Igitur nullum restat impedimentum, cuius gratia Canticum Salomonis historiam minimè, aut dicendam, aut habendam arbitremur.

Cornel.
Leo Castr.
Alph. de Mendoça.
Ioannes Driedo.
August.

Regula: Quod indecentia & absurdum affert secum, non est iuxta litteram interpretandũ.
Gasp. Sãch.
August.

54. His sufficienter probauimus, nisi nos existimatio decipit, ex notissimis positiuæ scientiæ principiis, Canticorum librum, historiam appellandum esse. Verùm, quoniam de nomine tantùm rixari minimè vellemus, deme historiæ titulum, voca parabolam; quid ad nos, hoc, an illo nomine dicas, dummodo tribuas narrationem esse rerum, verè, non cum figmento gestarum. De hoc vnica contentio est. His non obstare, quòd parabolam plerique nuncupent, (si tamen ita vocant) decertamus. Ducunt nos ad has cogitationes non imbecillis manus: Damascenus in primis serm. *De his, qui in fide hinc migrarunt.* Alcazar, qui & rem prudenti argumentatione firmat notatione proœmiali 15. in Apocalypsim: P. Vasquez tom. 1. in. 1. part. disp. 15. cap. 4. Rodericus Dosma, Canonicus Pachensis, lib. 2. de auctoritate sacræ Scripturæ cap. 8. Antonius de Gueuara in cap. 2. Habacuc, num. 124. vbi exempla adducit ex narrationibus de filio prodigo, & Lazaro atque diuite: Maldonatus ad c. 12. Lucæ, parabolas ex rebus vsitatis desumptas asserit: Gaspar Sanchez agens de Canticorum argumento, præfat. ad lectorem: & idem ad principium cap. 12. lib. 2. Regum, historiam existimat, quod de ouicula in sinu pauperis dormiente refertur; cùm tamen omnium calcolis parabola habeatur. Garcia Galarza lib. 2. Euangelicarum Institutionum, cap. 18. historias esse affirmat, & rerum compertarum relationes, eas parabolas, quæ similitudinibus constant; quales illæ, regnum cœlorum simile dici thesauro abscondito, homini negotiatori margaritarum præstantium, sagenæ missæ in mare, & eiusmodi aliis. Parabola igitur cùm possit esse de veris euentibus, & in eo distinguatur ab historia, quòd latioris sit significationis; nempe, quia ad narrationes rerum confictarum, cum veri tamen similitudine, & imagine, aut etiam ad impossibilium figmenta se extendat; atque cùm ad repugnantia fertur, *Apologus* nominetur; cùm de veris agit successibus, *Historia* vocetur; cùm de veri speciem habentibus, quæ potuerint accidisse, aut aliquando acciderint, *Parabola* cum vocis appropriatione dicatur; nihili refert Canticorum volumen, an parabolam, an historiam appellaueris: quanquam, si propria locutione vti desideres, historiam dixeris, cùm ea parabolarum species, quæ de constantibus & indubitatis tractat euentibus, hoc vocabulo propriè appelletur.

Parabola, an rerum verè gestarum narrationem contineant?
Damasc.
Alcazar.
Vasquez.
Rod. Dosm.
Gueuara.
Maldon.
Gasp. Sanch.
Galarza.

Sed mixtum ex parabola & historia nõ incongruè quispiam fortasse dixerit: sic enim nominandam putarunt narrationem de diuite bonarum escarum helloone, & mendico Lazaro Iansenius, & Maldonatus: Cornelius quidem Concordiæ cap. 97. Ioannes noster ad Lucæ cap. 16. eò quòd existimarent, cùm plura, quæ reipsa contigissent, ea narratione ponerentur, vt quòd locuples quotidie splendidè epularetur, byssum, & purpuram indueret, erga Lazarum illiberalis & ferreus esset; rursus alia pronunciari, quæ haudquaquam euenissent ita, vt diuitem apud Infernos esse locutum, conquestum de siti linguæ intolerabili: ob hoc itaque mixtam ex historia, & parabola narrationem dicendam esse. Quare, cùm in Cantico Canticorum pleraque sint talia, quæ reipsa euenerint; alia tamen sint, quæ tantùm per somnum & imaginationem perpetrata sint, neque aliud fuerint quàm nocturni dormientium lusus, vt quæ cap. 3. & 5 referuntur de sponsi. aut amissione, aut absentia, de sponsæ erroribus per vicos & plateas, & forsan simile aliud nonnihil: ob hanc euentuum diuersitatem, neque omninò veram historiam, nec ex toto parabolam, sed *semihistoriam, semiparabolam* nuncupandam: quo pacto dramaticæ illæ actiones, quæ partim comœdiæ speciem, partim tragœdiarum formam repræsentant, 55.

Iansen.
Maldon.

tant, *tragicomœdiæ* vocantur, id est, de vtroque participaoics: quali nomine hoc Salomonis Carmen affecit Cosmas Damianus Hortulanus Isagoge in Cantica. Hortulan.

SECTIO. VIII.

Canticum Canticorum qua vitæ periodo Salomon conscripserit, quibus de caussis? Deinùs regni tempore. De Academia erecta aliquid. Quis scopus librorum quorum Auctor Salomon? Prouerbiorum sententia ex cap. 24. enucleata. Ecclesiastes num pœnitentia Salomonis?

56. Carthus. DO ego Carthusiano Dionysio, Salomonem Pharaonis generum factum nondum expleto qoarto supra decimum ætatis anno: do nondum duo lustra numerasse? quid? nonne poruit pueri iunioris fauces aperire, mentem attollere supra æuum, supra naturam, ille, qui ex ore infantium, & lactentium laudem suam perficit; qui Baptistam Præcursorem ante lucis vsuram, ratione donauit? Si ea de scientia loqueremur, quam humana industria acquirit; quæ per studiorum, & ætatis crementa paulatim augescit vsque in perfectum diem, consummatámque doctrinam; haberet Richelius, quòd nobis non adultam obiectaret ætatem: nunc verò, quando de ea cognitione sermo est, quæ omnem naturæ potentiam excedit, an multi, an pauci numerentur anni, parum refert vtrumque. Nupserit quidem Salomoni Pharaonis filia, ambobus vix ephebis: concedamus sapientem Monarcham suis de amoribus tunc nihil cecinisse: fuerint hę, vel illæ caussæ, quæ à scribendo reuocauerint: cur postcà elapsis, siue annis, siue etiam aliquot lustris, eadem aggredi non potuerit, Hymenæúmque tunc concinnare incepisse? Scripsit fortasse Ioannes, tum cùm cruci adstaret patientis Seruatoris labores, virumque dolorum, & cui non erat neque species, neque decor, sine mora depinxit; an post trāsactos cōplures annos? Moyses quo pacto sæculorū initia delineauit, & illa crepūdia infantilis adhuc orbis, quibus tam pauci interfuère testes? Qui semotam à memoria hominum mundi originem Moysem docuit, Is non potuit facere, vt Salomon iam procectus homo eorum exactè meminisset, quæ siue adolescens, siue puer gestaret?

57. Sufficiebant quidem hæc refutando saucio, & infirmo argumento: sed age, rem altiùs ordiamur, Primùm igitur vacillat vnicum Dionysij fundamentum, & totius assertionis cardo: nam
Salomon quando regnare cœperit? constitutum Salomonem Pharaoois socerum, annum cùm ageret Salomon à decimo quartum, statc nequit: Salomon quippe nuptias iniit cum Ægypti Regis filia, cùm iam confirmatum esset
3. Reg. 11. 42 regnum eius, vt loquitur liber Regom tertius c. 3. id est, secundo anno Salomonici Imperij, vt communis Chronologorum definit opinio. Iam, cùm, vt idem liber Regum tertius testatur cap. 11. vers. 42. Salomon 40. annis regnauerit super Israël; Roboam autem filius eius, vt eiusdem li-
3. Reg. 14. 21 bri cap. 14. vers. 21. *Quadraginta vnius anni erat, cùm regnare cœpisset*, fit planè, Roboamum ex Naama Ammonite, anteriore Salomonis vxore, genitum esse duodecimo ætatis anno: quare & vndecimum agentem annum, aut decennem puerulum matrimonio coniunctum. Quis autem tam intempestiuas nuptias, ex Dauidis hortatu atque consilio factas, sana cogitatione admiriat? Citra autem parentis iussum, præter Nathan Pædagogi suasum, Salomonem amoris œstro incitatum, Naamam duxisse; apage ab optimè educato, atque instituto puero indignum facinus! Putas, & sustulisset Dauid, atque (si Deo placet) tam præclaram indolem non supplicio affecisset? præmio autem condecorasset, & tanto quidem præmio, vt posthaberet primogenitum, Adoniam despiceret, iuniorem germanum Salomonem ad solium vocaret, & diadema? tantísne à viro sobrio, integerrimóque effrænata contumacis filij libido honestanda? Ad hæc; si decimoquarto anno vitæ Pharaonis filiam duxit, fit, vt cùm secundo dominatûs anno id fecerit, decimotertio imperare cœperit anno: quadraginta autem Monarchiæ annos cùm habuerit, tota vitæ periodus quinquagintaduobus annis claudatur. Si ergo secundo supra quinquagesimum anno decessit, vbi illud temporis spatium, quo, iam senex cùm esset, deprauatum est cor eius per mulieres? Quale initium senio daturi sumus, cùm homo in eum diem temperatus fuisset, nullis bellorum laboribus exhaustus, nullo morborum genere, quod sciamus, conflictatus? Quid, si longiora tum mortalibus sæcula naturâ nondum adeò vexatâ & attritâ? Præter ista: Dauid, cùm adhuc in viuis ageret, Salomonē regnorum consortem dixit, quemadmodum ex Patrum pronuntiatis ostendunt nostri, Pineda lib 1. de rebus Salomonis, cap. 10. Salianus tom. 3. anno mundi 3020. Salomonis 1. num. 4. Hoc spatium bimatus saltem fuisse vt concedamus, dabunt nobis imperij consortem, in quem senex, infirmitate laborans, regni curas deponat, puerum decennalem: & id decere prudentiam Dauidis arbitramur? Quare ea temporum Salomonis sanior multò Chronologia, & Scripturis conciliandis aptior, quæ ad minimum viginti ætatis annos Salomoni tribuit, cùm, genitore defuncto, imperare cœpisset: quod annorum spatium concedunt (& vltrà plerique) Torniellus tom. 2. ad annum mundi 3041. Barradas tom. 1. Concordiæ, lib. 5. cap. 10. Pineda lib. 8. de rebus Salomonis, cap. 4. Basilius Legionensis 1. parte variarum, quæst. 4. expositiua, cap. 7. Nicolaus de Lyra ad cap. 11. lib. 3. Regum. Gordonus in Chronologia: Salianus tom 3. anno mundi 3020. Salomonis 1. num. 7. Gaspar Sanchez in cap. 3. lib. 2. Regum, num. 13. Dionysius Petauius tom. 2. de doctrina temporum lib. 13. Franciscus Mendoça tom. 1. in librum 1. Regum, annotat. 3. prooemiali, sect. 6.

Pineda. Salian. Torniell. Barradas. Pineda. Basil. Leg. Lyra. Gordon. Salian. Gaspar. Sanch. Petauius. Franc. de Mendoça.

Obiiciunt Iosephum, Hebræorum traditionem, nonnullósque de Ecclesiæ Proceribus, & in his Hieronymum epistol. ad Vitalem, qui initium regnandi in duodecimum ætatis Salomonis annum, quemadmodum ipsi, referunt. Verùm istiusmodi difficultati Salianus anno nuper relato n. 11. facit satis, Patres non ex sua mente locutos; sed, quod moris est nonnunquam illis, Hebræorum traditionem scripsisse, quam cùm nec refutent, nec approbent, videri possint id ipsum sentire. Sic ille ferè. Certè Hieronymum sæpiusculè suppressis Authorum vocabulis, opiniones referre, quæ apertum errorem sapiant; quas tamen cùm neque repellat, nec admittat, incautus Lector ab eo asseri putet; aduertit Ribera in cap. 5. 58.

Hieronymus quo pacto aliorū opiniones referre consueuit? Ribera.

Michææ

[Lorin. Fernand.]

Michææ, num. 13. Lorinus ad vers. 33. cap. 3. Actorum: Antonius Fernandez in visiones veteris Testamenti, visione 26. sect. 3. n. 8. Iam illæ Hebræorum traditiones quàm putidæ sint, cùm stultitias nominet Hieronymus ea ad Vitalem epistola? Iosephus autem ne verbum habet de duodecimo Salomonis anno: cur enim id affirmet, qui lib. 8. Antiquitatum, cap. 2. mortuum Salomoné adstruit exactis regni annis octoginta? Quæ supputatio Scripturis aduersaria: quanquam id nouum in Iosepho non est, à sacro textu recedere, de quo fortè vt dicamus, alibi erit opportunior causa.

[*Iosephus Flauius à Scriptura recedit nonnunquã.*]

59. Quando autem iam de veritate ipsa constat, habeant contradictores, quantùm cupiant: sit annus quartus decimus nuptiarum Salomonis cum filia Pharaonis: nónne iam ante hoc tempus, & quidem plusquàm vno, aut altero fortassis anno, sapientia Salomonis à Dauide commendata est? 3. Regum, cap. 2. ver. 9. *Vir autem sapiens es, vt scias, quæ facies ei,* &c. Nónne Siracides Ecclesiastici cap 42. vet. 15. ante annos eruditum, doctúmque Salomoné adstupescit, aiens: *Quem admodum eruditus es in iuuentute tua, & impletus es, quasi flumen, sapientia?* Adde, quòd ante omnes nuptias, etiam Naamæ Ammonitis, sapientiæ connubium ambiisse Salomonem, scitè ex verbis Sap. c. 8. ver. 18. *Circumiens, & quærens, vt sibi illam sponsam assumeret.* deducat Pineda lib. 3. de rebus Salomonis, cap. 1. atque si quispiam asserat, intelligendum id de naturali scientia; tamen ante matrimonium cum filia Pharaonis, supernaturali quoque sapientia donatum Salomonem contendit Salianus citato tom. 3. anno mundi 3022. Salomonis 3. num. 28. Cùm igitur vtraque sapientia excelluerit Salomon, priusquàm Pharaonis gener diceretur, potuit etiam iam delicata, & tenera ætate Hymenæum composuisse: ex naturali quidem acumine & ingenio, quo humanos tantum amores modularetur: ex scientia autem, quæ naturæ vires transcendit, & desursum solùm à Patre luminum prouenit Epithalamium, quod terrenos sanè decantaret affectus, & Regis non minùs docti, quàm potentis, cum Pharaonis gnata coniunctionem; eiusmodi tamen connubium, quod futurorum vaticinium esset, & Christi cum Ecclesia thalamos designaret.

[*Sapientia quando donatus Salomon?* — 3. Reg. 2. 9. — Eccl. 42. 15. — Sap. c. 8. 18. — Pineda. — Salian.]

60. Sed pergat calamus, & oratio: & quoniam constat, Salomonem ea ætate Pharaonis filiæ copulatum, qua & diuina, & humana cognitione sufficienter instructus fuerit, nempe, vitæ consumptis duobus & viginti annis, dicamus absolutè, quo ætatis articulo Canticorum volumen scripserit? Si quis sub ipso nuptiarum tripudio, & thalami genialis plausibus Hymenæum composuisse affirmet, cùm id asserat, quod in adolescentia patrarit Salomon quando in Deum eximiè religiosus extitit, habebit, qui patrocinentur Agathium Guidacerium præfat. in Cantica, qui communem Doctorum sententiam asserit: Almonacirium procemio in eadem: Sotomaior in præfatis, §. *Quo tempore.* Gisletium præfationis cap. 2. Rursum, si ad alterum tendat extremum floridioribus annis oppositum, senectam nempe, non nisi sub æui finem, cùm à lapsu (vt putant ipsi) resipuit. Epithalamium cecinisse arbitrantur Abbas Hurtulanus Isagoga in Cantica: Delrius cap. 1. Isagogæ, sect. 4. Tena lib. 1. Isagogæ sacræ Scripturæ difficultate 7. sect. 1. & 5. P. Menochius procemio in Cantica: P. Arnoldus Cathius introductione præuia in eadem Cantica, cap. 4. Andreas Hoius Brugensis tom. 1. Historiæ sacræ, & profanæ, anno mundi 2980. Ab his tertia est opinio, quæ quidem propugnat Canticum Canticorum à Salomone, priusquam libidini indulsisset conscriptum; sed qua tamen certa vitæ periodo, non statuit; de qua opinione Carthusiensis Dionysius sic procemio Cantici Salomonici effatur: *Itaque sicut sancti Patres, illuminatissimique Doctores ab exordio Ecclesiæ primitiuæ testati sunt, & scripserunt: Salomon ante ruinam suam Spiritu sancto repletus, propheticoque spiritu fulgens, cognouit in spiritu mysteria Christi, & de omnibus his edidit librum hunc.* Subsequitur Dionysium Salmeron tom. 1. prolog. 10. quinquagena 2. can. 34 §. *Hoc autem.* & id ipsum de Salomonis voluminibus indicasse visus Bellarminus lib. 1. de verbo Dei, c. 5. Bonfrerius appendice ad cap. 7. præloquiorum in Scripturam, sect 9.

[Guidacer. — Almonac. — Sotomaior. — Gislet. — Hortulan. — Delrio. — Tena. — Menoch. — Cathius. — Hoius. — Carthus. — Salmeron. — Bellarm. — Bonfrer.]

61. Ego in eam rapior cogitationem, vt ad verum propiùs accedere putem, si quis existimet, Salomonem Canticum diuinissimum scripsisse absolutis templi, & regiarum ædium laboribus: incidérit autem huiusmodi tempus in vigesimumquintum regnatus annum: supponimus enim ex communi doctrina, qua & Scripturæ commodiùs intelliguntur, inceptam templi fabricam quarto principatus anno, vt Reg. 3. cap. 4. indicatur, septem annos struendo téplo, tredecim erigendis regiis ædibus consumptos. Vnde Paralip. 2. cap. 8. *Expletis autem viginti annis, postquam ædificauit Salomon domum Domini, & domum suam,* &c. Memini Dionysium nostrum tom. 2. de doctrina temporum, lib. 13. aduertisse opinionis, quæ simul constructum templum, & Regis Palatium, vtrumque intra tredecim annos perfectum dicat, atque adeò ad decimumsextum dominatus annum. Verùm præter singularitatem cogitationis huius, displicet in primis, eo dicendi more non nisi violenté admodum sacrum posse explanari Textum. Feramur itaque cum multis, & statuamus iuxta hæc tempora, videlicet vsque ad excursionem vigesimiseptimi anni, quibus regnarit Salomon, aduentum Reginæ Saba, & sane, vt vult Salianus tom. 3. anno mundi 3047. ex vnanimi Chronologorum iudicio. Porro sapientiæ fama cómotam Reginam, longum vt aggrederetur iter, periculisque abundans, satis constat ex cap. 9. lib. 3. Regũ: sed, quòd ante hoc tempus Salomoné non adierit, factum arbitror, quòd hoc certè tempore longè clariores radios emitteret Salomonis sapiétia, velut quæ sub hoc spatium ad apicem & consummationem venisset. Atque cùm non multò antea ædium structura ad vmbilicum perducta esset, aperuit tum demum Salomon celeberrimum illud scientiarum Lyceum, de quo Prouerb 9. *Sapientia ædificauit sibi domum: excidit columnas septem,* &c. in quo aduocatis nobilissimis præceptoribus, Rex quoque ipse docebat, quemadmodum eleganter probat Pineda lib. 3. de rebus Salomonis, cap. 8. Et certè ab alto dictasse, quæ auditores exciperent, putat cum verisimilitudine Sanchez ex illis verbis Reg. 3. cap. 4. *Loquutus quoque est Salomon tria millia parabolas, & fuerunt carmina eius, quinque & mille.* Iam & hac regnorum periodo Salianus loco nuper memorato, Salamonem meditatur alta pace fruentem, diuitiis copiosum, bonis omnibus prosperum & affluentem, quem ciues & domestici colerent; quem externi venerarentur, missisque legationibus cum donis ingentibus, inuiserent, sæpe & ipsi Palæstinam peterent, potentiæ rumore; sed in primis sapientiæ inauditæ fama commoti.

[*Canticorum liber quando à Salomone compositus?* — 3. Reg 4. — 2. Parol. 8. 1. — *Templum quo anno cœptum & absolutum à Salomone?* — Petau. — Salian. — *Regina Saba quando Salomonem inuiserit?* — 3. Reg 9. — *Salomon Academiam Hierosolymis erexit.* — Prou. 9 1. — Pineda. — Sanchez. — 3 Reg 4 32. — Salian.]

His

62. His præiactis fundamentis, aggredior coniecturas meas: neque enim meliore dignam nomine probationem nostram qualemcumque, autumem. Prima ratio est. Canticum Canticorum cùm sit difficillimum Opus, perpetuóque ænigmate cõstans, probabile est, Opus tam excelsum, tam arduum, tum à Salomone constructum, cùm ille ad scientiarum culmen peruenisset, cùm vnicus orbis Magister vno ore mortalium acclamaretur: At hoc incidit maximè sub annum sextum, aut septimum supra vigesimum Imperij eius, cùm iam plusquàm quadragenarius ætate esset, imò ad quinquaginta accedens annos, vti præcedenti numero demonstratum est: Eo ergo potissimùm spatio Epithalamium sacrum concinnauit. Confirmo. Per hoc tempus Salomon nouũ, & maiestate fabricæ visendum Gymnasium aperuit, habuit auditores doctrinæ hauriendæ desiderio ab vltimis terrarum finibus aduentantes, inter eos quidquid mundus peritum, & ingenio, atque eruditione excellens possedit: hac igitur occasione, præcipuè conueniens est, vt à Spiritu superno moueretur ad exquisitissima quæque celeberrimæ frequentiæ & auditorio dictanda: At nihil sublimius vnquam Salomonis voce prolatum Cantico Canticorum, sic dicto, quòd non solùm cætera reliquorum inuenta superaret; sed vinceret quoque quidquid ab ipso Salomone excogitatum fuit: Hoc igitur arcanum Carmen eo tẽpore publica luce donari opportunum fuit, quo illi, qui ex longinquo venerunt aliorum sermonibus tracti, cum Regina Austri dicerent: *Verum est sermo, quem audiui in*
3. Reg. 10. 6. *terra mea* (Reg. 3. cap. 10.) *super sermonibus tuis, & super sapientia tua: & non credebam narrantibus mihi, donec veni, & vidi oculis meis, & probaui, quòd media pars mihi nunciata non fuit. Maior est sapientia tua, quam rumor, quem audiui.* Certè vix cogitari possint circunstantiæ, quibus cumulatior laus, aut Deo, aut Salomoni ex pulcherrimi Operis partu, enasci potuerit: quando confluentibus eruditorum turmis, & pendentibus à tanti Doctoris ore, Orientales primi scientiarum Magistri ad Salomonis præsentiam, vix disciplinarum se limina attigisse agnoscerent: confunderetur superba Ægyptus, & præ huius arcano sermone, hieroglyphica sua puerilia esse ænigmata doceretur: *Et præcedebat sapientia Salo-*
3. Reg. 4. 30. *monis* (Reg. 3. c. 4. vers. 30.) *sapientiam omnium Orientalium, & Ægyptiorum; & erat sapientior cunctis hominibus.* Ita veri Numinis vnus cultor, omnes omnium inanium Deorum blatterones Magistellos propè infinito superabat interuallo. Proh! quantum Deo tum in vno Salomone gloriæ fetculum!

63. Altera ratio est. Salomon supremam huius vitæ felicitatem adeptus, supra vniuersos Monarchas beatus, superbire cœpit, luxui incumbere, cœlestium beneficiorum obliuisci, vt expendunt disertè Pineda lib. 7. de rebus Salomonis, cap. 3. num. 4. Salianus tom. 3. anno mundi 3048. Salomonis 29. Antequàm in hæc prolaberetur, vno, aut altero anno, puta vigesimoseptimo principatus, monit Virtus superna Salomonem ad pangendas Christo & Ecclesiæ nuptias. Quem tandem in finem? Sanè, quò prophetica luce illustrata eius mens, tanquam ex viua & expressa idea colligeret ex Ecclesiæ casibus, suam & vitam, & progressus. Nam, dum bonus sub Constantino incredibilem supra Synagogam gloriam contemplatur, opésque, scientiam, potentiam, progrediente tempore, maiores; quid aliud legebat, quam suam supra cæteros Hierosolymitanos, siue Reges, siue Iudices, aut Duces excelsiorem felicitatem? Sed, dum rursus hanc eandem in pluribus gnatorũ superbientem aspicit, opibus, pace, triumphis elatam, & ex superbia vitiorum copiosam pullulare syluam aspicit; atque ob has, aliásque sordes Sponsum iratum plenum conruetur, permittere, Hæretici miserandum in modum vt vexarent, Imperatores crudeles & efferi penè contriuerint, tot monstra exorirentur, Mahometes, Vviclephus (vt anteriora omittam) nouúmque huius temporis Euangelium, priorum omnium prauorum dogmatum epitoma: an non hæc vniuersa Salomonem moneant, ne superbus diuina speroat beneficia, eum à quo tam magnifica, tam ingentia acceperit, ad iracundiam concitet? Iam illa sponsi ad dilectam suam Cant. 1. *Si ignoras te, ò pulcherrima mulierum, abi post vestigia gregum*, &c. Quæ sunt aliud, Cantic. 1. quàm salutaria monita terroribus admixta, ne pristinæ abiectionis, & depressæ quondam fortunæ eam obliuio capiat; meminerit ex quàm humili loco ad quàm sublime culmen euecta sit? Quæ causa perdendi sponsum cap. 5. vt vix per vulnera, per pallij amissionem inuenire fuerit possibile, nisi delicatæ tepor & incuria, nolentis de strato surgere, tunicam iteratò vestire? Denique, quorsum cap. 8. tam intima sponsi coniunctio: Cantic. 8. *Pone me, vt signaculum, super cor tuum, super brachium tuum.* tantæ curæ de custodienda sponsa: *Si murus est ædificemus super eum propugnacula: si ostium est, compingamus illud tabulis.* nisi vt inter vitæ huius difficultates, nullam vnquam nimiam futuram nostram diligentiam, doceamur? His igitur documentis cùm pugilem suum armatovellet Deus, eo potissimùm tempore conscribi voluit, quo illis Salomon maximè indigeret, nempe, cùm iam otio summo fruens nihil haberet in bonis fortuna, quo non poriretur; ad fastigium venisset honorum, scientiæ, copiarum. Itaque, quemadmodum Geneseos librum non post legem latam; sed, antequàm Iudæi Ægypto egressi fuissent, scriptum à Moyse propterea arbitrantur Eusebius lib. 7. de præparatione, cap. 2. Euseb. & eum sequutus Pereira præfatione in Genesim, Pereira. quòd æquum fuerit eiusmodi historiarum copiam facere afflictis Hebræis, quo Maiorum exemplis ad laborum tolerantiam animarentur: sic existimo Canticorum volumen à Salomone compositum, cùm res eius vltimam consequutæ sunt perfectionem & culmen: quòd eo libro describatur, qui ad apicem felicitatis peruenerit; & quanta hunc maneant pericula, quàm vigilem esse oporteat, vltra quàm credi queat, graphicè depingatur, quò ad tale speculum omnes suas actiones componeret ex iustitiæ & æquitatis regula.

Salomonem cur incitauerit Deus ad Canticũ Canticorum componendum?

Pineda. Salian.

64. Obiicias, Salomonem post lapsum ferè iam sexagenarium, Prouerbiorum tractatum scripsisse, itidem & Ecclesiasten: Prouerbiorum quidem sacrum codicem, quòd ex eius cap. 24. iuxta translationem septuaginta duorum Seniorum Hieronymus ad cap. 43. Ezechielis, manifestè probet Salomonis pœnitentiam, docens: *Sed & ipse fabricator eius Salomon peccauerit, & offenderit Deum; licet postea egerit pœnitentiam, scribens Prouerbia. in quibus ait: Nouissimè ego egi pœnitentiã, & respexi, vt eligerem disciplinam, Ecclesiasten verò, quòd totus versetur in detestanda veteri conuersatione, deliciisque & voluptatibus condemnandis.* Quòd si semel fixum fuerit, hæc duo Opera à Salo

Prouerb. 43. Hieron.

Quis scopus librorũ, quos Salomon scripsit?

à Salomone conscripta post libidinem, & idololatriæ detestationem; sequitur multis de causis sub idem tempus modulatum eum fuisse Carmen geniale nuptiarum Christi & Ecclesiæ. Primò, quia eo modo constructi sunt hi tractatus, quo collocantur ordine in Bibliorum voluminibus: in his autem præcedit Canticum Canticorum Ecclesiastes, & vtrumque Opus Prouerbia antecedunt. Secundò, quia Patrum, atque Interpretum copiosior numerus tradunt in parabolis Ethicam & Moralem disciplinam contineri, in Ecclesiaste Physicam, siue naturalem scientiam; in Cantico Canticorum Metaphysicam, seu potiùs Reginam disciplinarium Theologiam. Ita Hieronymus initio Commentariorum in Ecclesiasten: Theodoretus præfatione in Cantica: & apud eundem Psellus, & trium Patrum Commentarius: Rhemigius Antisiodorensis præfatione in Psalmos: Nyssenus homil. 1. in Cantica: Anselmus procemio in eadem: Richardus Victorinus præfatione sua: Glossa ordinaria, & Nicolaüs Lyrensis principio explanationum: S. Bernardus sermone 1. in Cantica: Dionysius Carthusianus ad cap. 1. Prouerb. Hugo Carensis præfatione in Cantica: Philippus Abbas ad titulum Canticorum, Basilius homil. 1. in Prouerb. Ambrosius præfatione in Psalmum 36. & ad Psalm. 118. versum 1. Eusebius lib. 11. de præparatione euangelica, cap. 3. & 5. & hos sequuti Titelmanus & Cyprianus de la Huelga, vterque præludiis in Cantica: Delrio Isagogæ cap. 4. atque alij de nuperis scriptoribus. Tertiò, quia ex iisdem Nyssenus, Theodoretus, Hieronymus, Anselmus. Bernardus, Glossæ Auctor ordinariæ, Richardus à sancto Victore, Philippus Abbas, Carthusiensis Dionysius, & præterea Origenes prologo quatuor homiliarum: Cassianus collat. 3. cap. 6. S. Thomas exordio eius, qui illi adscribitur, Commentarij: Iansenius præfatione in Prouerbia Salomonica. docent Parœmiarum librum pro incipientium statu scriptum, quem delineat: Ecclesiasten proficientes instruere: Canticum Canticorum ad contemplatiuos pertinere, & eos, qui perfectionem in via spiritus consequuti sint. Quis igitur non videat, priùs addiscendas alias disciplinas, quàm ad scientiarum dominam Theosophiam ingrediendum fuerit? Quis non animaduertat priùs esse terenda atria purgatiuæ vitæ, quàm ad vnitiuæ beatos amplexus accedere fas fiet? Nemini igitur dubium fuerit, prius à Salomone conscripta fuisse Prouerbiorum, & Ecclesiastis volumina, quàm Canticum Canticorum.

Hieron. Theodor. Psell Comm. Rhemig. Nissen. Anselm. Rich. Vict. Gloss. ord. Lyra. Bernard. Carthus. Hug. Carens. Phil. Abb. Basil. Ambros. Euseb. Titelm. Cyprian. Cisterc. Delrius. Cassian. Iansen. Origen. Cassian. S. Thom. Iansen.

65. Varia attulit hæc obiectio: singula percurro. Prouerbiorum locus ab Hieronymi interpretatione non leuem recipit auctoritatem: sed densa magnorum testium nubes opponitur Hieronymo apud Pinedam lib. 8. de rebus Salomonis, cap. 5. sect. 2. & 3. qui huius pœnitentiam, aut dubiam fuisse, aut nullam adstruant. Hi omnes Prouerbiorum verba aliter atque Hieronymus intellexisse tenentur: & sanè verba sunt, quemadmodum præcedenti notabamus numero, non ex vulgato codice; sed ex translatione septuaginta Virorum: cuius (cùm de genuina constat) etsi auctoritas & pondus sit ex grauissimis, tamen non aliter meliùs vnquam intelligi valeat, quàm per concordiam cum vulgato textu. Asserit igitur communis Scriptura Prouerb. cap. 24. vers. 30. *Per agrum hominis pigri transiui, & per vineam viri stulti; & ecce totum repleuerant vrtica: quod cùm vidissem, posui in corde meo, & exemplo didici disciplinam.* Septuaginta vice horum verborum: *Nouissimè ego egi pœnitentiam: respexi, vt eligerem disciplinam.* Puto itaque Salomonem descripsisse tepidorum incuriam, & negligentiam: nam, dum de venialium macularum sordibus, vtpote leuibus, non admodum curant, fit, vt exiguæ hæ labes viam facilem sternant ad grandia dedecora mortalium noxarum. indicant hæc satis sequentes particulæ: *Parum, inquam, dormies; modicum dormitabis; auxillum manus conseres, vt quiescas: & veniet tibi quasi cursor egestas.* Sanè non ille, quisquis ignauus, profundo, deliberatóque somno se dederat, non altum dormitabat: sed, quia tamen nunc paululùm dormitet, cras etiam in id ipsum recidat, sæpiúsque sopori, etsi non magno, indulgeat: ab hoc itaque modico ad illud magnum peruentum est; magna autem ad mendicitatem erubescendam coëgerunt. Hanc explanationem de venialium contemptu cæteris præfert Iansenius ad dictum cap. 24. Prouerbiorum. Salomon igitur, vt erat magnis deliciis circumaffluens, fortasse remiserat aliquantum de ardore spiritus, indulserat tantillùm voluptati; considerauit prudens tandem periculum, & quanto in discrimine versantur, qui de emendandis venialibus parum sulliciti sunt: pigri infausta sors, deperdita felicis vineæ facies, extrema fames atque egestas monuère, quid animæ suæ timere deberet: *Resipiscens*, inquit, *pœnitentiam egi*; de incuria videlicet, & tepore, non de grauibus noxis: *respexi, vt eligerem disciplinam.* Sanctes, & Vatablus: *Vidi ego, posui cor meum, vidi & accepi eruditionem.* Ex alieno casu didicit. in posterum in via Spiritus non negligentem esse, non tepidum: cùm ex incuria & tepore tam immania enascantur mala. Hæc sufficiens Prouerbiorum explanatio.

Pineda. Prouerbiorũ locus ex cap. 24. concinnatur. Iansen. Pagnin. Vatabl.

66. Transeamus ad Ecclesiasten. Nihil in eo, quod Salomonis pœnitentiam doceat; si aliquid, coniectura tantùm, & autumatio. Nam, quòd Salomon, quæcunque pulchra & suauia mortales appetunt, *vanitatem vanitatum*, id est, de inanibus, quod maximè inane est, appellet: quòd post expertas omnes voluptates, cognitaque vniuersa illecebrarum capita, non aliud quam afflictionem & tædium sibi relicta asserat: quid ni vtrunque prædicet? Docebat enim, vt numero 60. monstrabamus, ex publico loco sapientiæ Gymnasiarcha, & confluebant ad eius vocem non tantùm ciues, & de omni Palæsthina domestici; sed exteri ab vltimis terrarum oris, à remotioribus Oceani insulis: volebat auditoribus suadere rerum humanarum despicientiam, æternaturis, & perennibus tantùm vt incumberent: & quoniam exempla præstant verbis, éstque omnibus efficacior eloquentia, cùm facta loquuntur; apud omnes autem satis cognitum esset, Salomonem assecutum, quidquid mortales beatum, & felix prædicant: *Ego (ait) fui Rex in Hierusalem*: ego omnes voluptates, ego, quidquid desiderabile est, expertus: ego ille inuidia sæculorum, pro cuius sorte nimiùm fortunata, mortalium corda suspirant: quid arbitramini omnia illa nostra tam pompatica, tam inflata? *Vanitas vanitatum.* Quid putatis contulerint nobis tam gaudiosa? Laborem tantùm, nauseam, vt tæderet nos sæpè viuere. Huc itaque tendunt conciones illæ libri Ecclesiastis: quis enim Salomoni fidem habiturus non sit, vti expendit Chrysostomus tom. 5. tractatu aduersùs concubinarios, cap. 12. qui à pueritia in deliciis enutritus sit? Non sunt threni & lamenta peccatorum, cùm in eum diem vt offenderit

Ecclesiastes an Salomonis lamentũ, & pœnitentia? Chrysost.

Salomon per veniales labes; tamen grauiter lapsum nesciamus: non publica ipsius pœnitentia; sed aut conciones habitæ ad populum, aut hortatoria ad auditores suos.

67. Concedamus tamen, duos hos libros, conscriptos sub vitæ exitum à Salomone, eius contritionis, & doloris monumenta esse; arbitror hinc nequaquam deriuari, vt teneamur fateri, sub idem tempus compositum Canticum Canticorum: non enim cogunt superiùs prolata. Primùm, ordo librorum, inefficax argumentatio est: neque enim quo quisque facer tractatus ordine Bibliorum voluminibus collocatur; eo & loco, & tempore & serie peracta, quæ scribuntur, putandum. Iobi nanque liber, Iudicum, Iosuë. Regum historias, Iudith, Tobiam Esther subsequitur: & tamen, quæ eo codice continentur, longè antè contigerunt, cùm liber ipse ab eo qui antè floruerit, videlicet Moyse (ni potiùs ab ipso Iobo) compositus fuerit. Adi Pinedam præfatione in Ioh, cap. 3. num. 3. Iam Tobiæ gesta Iudith, Esther, longè posteriora sunt iis, quæ Dauidica lyra tangit, quæ Salomon cecinit, cùm priorem locum in Bibliis occupent. Consule Serarium: Sanchez in prolegomenis horum librorum: Bellarminum lib. 1. de verbo Dei, à cap. 5. ad 16. & eius defensorium Gretserianum: Salianum de Tobia tom. 4. anno mundi 3276. n. 3. de Iuditha eodem tomo, anno mundi 3344 n. 4. eumdem de Esther tom. 5. anno mundi 3590. numero 2. Neque conuenit, ob hanc solam causam disputationem ex professo texere: sufficit, sequamur meliores opiniones. De optimis etiam pro hac materia exemplis est, quo vtitur Gislerius præfationis cap. a nempe, Psalmorum: nam, qua causa Psalmum 55. panxit Dauid, occasio data est anno duodecimo imperij Saülis, quo tempore modulatus est Psaltes: reperies apud Salianum tom. 3. anno mundi 2973. numero 123. cùm tamen post hunc composuerit Psalmum 13. ibidem, num. 124 & Psalmum 51. concinnauit anno Saülis 13. atque ita de aliis pluribus, quemadmodum Explanatores passim annutant. Sicut ergo in his omnibus ordo inuersus est; non tamen sine iusto momento & pondere: sic contingere potuit comparatione librorum Salomonis inter se, vt posteriore sede locati priùs scriberentur.

Regula 1 Libri scripturæ non eo disso sitis sunt ordine quo gesta fuere in eis contenta, aut quo scripti sunt.

Pineda.

Serar. Sanchez. Bellarm.

Gretser. Salian.

Gisler.

Salian.

68. Sed dicunt Patres ferè vniuersi, Canticorum metro perfectorum statum depingi; proptereà à Salomone tradita priùs Ecclesiasten, & Prouerbia, quòd ad hunc statum manu ducunt: quia incipientibus Prouerbia, proficientibus Ecclesiastes, regulas præstant. Respondeo & eosdem asserere, nouitias, & quæ incipiunt animæ Christum cognoscere & amare, suas sedes in hoc Cantico habere. Quanta mentio adolescentularum, quanta filiarum Hierusalem hoc Epithalamio? Per has tamen personas, quæ sæpè in scenam prodeunt, communiter Doctores sacri animas non admodũ robustas, intellectas volunt. Sic ad illud Cantic. 1. *Adolescentulæ dilexerunt te*, &c. Origenes homil. 1. ex duabus: Rupertus Abbas: Bernardus sermone 9. in Cantica: Theodoretus, & quotquot ad eundem locum iuuenculas intelligunt animas recèns ex Baptismate enatas, quas nemo perfectorum nomine comprehendat. Sunt autem Auctores, Ambrosius libr. de Isaac, & anima, cap. 3 & lib. 5. de Sacramentis, c. a. Gregorius Papa lib. 24. Moral. cap 4. & idem cum Beda, & Cassiodoro, Commentariis in Cantica: Vvilleramus Abbas. Per adolescẽtulas animas virtute teneras concipit Richardus de S. Victore prologo in Cantica. Et cui desiderio est, plura hoc de argumento scire, legat Gislerium, Sotomaior, Delrium ad illa verba cap. 3. *Media charitate constrauit propter filias Hierusalẽ.* atque ad illa cap. 6. *Sexaginta sunt Reginæ, octoginta concubinæ, adolescentularum non est numerus.* inueniet, quantum satis est, de Patrum pro hoc pronunciato effatis. Atque hanc Patrum de huius libri argumento existimationem, cùm satis cognitam & perspectam haberet Luysius Legionensis, (qui primus tentauit grãmaticalem sensum huius Cantici non interrupta & cohærenti expositione declarare, neque ausis excidit,) mysticam significationem de tribus statibus composuit, incipientium, proficientium, consummatorum; retinuit, & cùm alterum de Ecclesia addidit sensum. Sancti itaque Ecclesiæ Magistri, cùm dicunt Canticorum Epithalamio perfectorum mores efformari, Ecclesiasten pro his, qui proficiunt, conscriptum; Prouerbia incipientium escam esse: significant tantùm Canticorum tractatu magis ex professo atque deliberato tractari de contemplantium statu; Ecclesiasten plus verborum insumere cum proficientibus, quàm cum perfectis, aut iis, qui incipiunt; Parœmiasten fusiorem esse in docendis incipientibus: verùm in vnoquoque horum voluminum multa esse, ex quibus, & qui incipiunt, & proficiunt, & qui consummati sunt, addiscere valeant. Fit ergo, vt hinc minimè validum argumentum conficiatur, quo probetur, Canticorum librum posteriùs tempore conscriptum, quòd de contemplatiuis solùm ageret. Atque, quod hac de re traditum à nobis, paria dicimus, cùm asserimus, Prouerbia Ethicam, & de moribus regulas præscribere; Ecclesisten de physicis & naturalibus agere; Canticorum tractatum ad Metaphysicum, & Theologum spectare: non enim alius est sensus quàm præcedentium; nimirum, Epithalamium Salomonis præcipuè tractare de arcanis, semotisque, qualia speculantur Metaphysici, & Theologi: hæc autem non tollere, quominùs frequenter ethica & moralia tractet, persuadebit Ambrosius tom. 2. octonatio 1. in vers. 1. Psalm. 118. *Salomon* (ait) *librum de Prouerbiis scripsit, in quo moralem locum vberiùs expressit, naturalem in Ecclesiaste, mysticũ in Cantico Canticorum: quanquam si diligenter discutias; & in Prouerbiis mystica pleraque reperies, & in Cantico Moralium suauitatem.* Porrò, quod ad physica & naturalia attinet: quomodo absque naturalis historiæ cognitione, neque illa leui densi, explanauerit quispiam, tot quæ de vineis, de gregibus, de hortis, de animalibus, de plantis tractantur passim hoc libro, vt ferè audire non sit altum sermonem? Vnde Beda Venerabilis sub finem lib. 1. in Cantica, sapienter monet Lectorem: *In quo Opere* (inquit) *Lectorem admoneo, ne me superfluum iudicet: qui de natura arborum, siue herbarum aromaticarum, quæ in hoc volumine plurima continentur, iuxta quod in libris antiquorum didici, latiùs explanare voluerim.* Ergo Canticorum poësis, cùm Ethicam, atque Physicam, simul cum Theosophia complectatur; potuit & scribi & perlegi, quin priùs addiscenda essent Prouerbia, & Ecclesiastes. Quid, quòd libri Iob exacta cognitio, quo edocemur de metallis, de arboribus, de multis animalibus, de elementis; lib 3. Regum, ad c. 1. vsque notitia, quo historiam Salomonis colligimus; Prophetarum intelligentia, vnde regionum, vrbium, camporum & montium, rituum & cæremoniarum

Origen. Rupert. Bernard Theodor.

Ambr. Greg. Papa Beda. Cassiod. Vvilleram.

Rich. Vict. Gislerus Sotomaior. Delrius.

Luysius Legionensis commendatur.

Ambr.

Physica cognitio necessaria ad Canticorum explanationi.

Beda.

cæremoniarum hauri·mus scientiam, plùs conferunt ad Cantica Salomonis enucleanda, quàm Parabolarum & Ecclesiastis comprehensio? Sicvt igitur à nominatis libris nequaquam pendebat sacri Epithalamij scriptio, ita nec à Prouerbiis, aut Ecclesiaste: ac proinde quamuis hos duos tractatus Salomon ad vitæ vesperum elaborasset, potuit alio tempore Canticum Canticorum composuisse.

SECTIO IX.

Salomonis cum filia Pharaonis nuptias, qui dixerint, Canticorum esse argumentum? Quæ illos stimulauerint causæ? Allegoria vt firma sit, Literâ stabiliri solet: Canticorum & Psalmi 44. num idem argumentum? An de solo Christo interpretandum Canticum Canticorum? Leonis Castrensis de explanandis Scripturis conceptus reiectatus.

69. HACTENVS toto conatu occupati in refellendis iis, quæ impedite videbantur, ne sine culpa sentire possemus, decantatas hoc versu à Salomone suas cum Pharaonis filia nuptias: quæ, quoniam satis profligata existimamus, inde primum, quin & præcipuum assertionis robur deriuamus in hanc formam. Quoties ex historica alicuius Scripturæ loci interpretatione, nulla pullulat implicantia, nullum deriuatur absurdum, argumento est, eiusmodi litteralem sensum à Spiritu sancto fuisse intentum; alioquin, quæ nobis inueniendi historici sensus comperta regula? Sed explanando textum Canticorum litteraliter de nuptiis Salomonis, & filiæ Pharaonis, affirmandóque continuò hoc matrimonium figuratum Christi, & Ecclesiæ connubium, nulla enascitur implicantia, nullum consequitur absurdum: Igitur, talem sensum à Spiritu sancto intentum fuisse, fas fuerit affirmare. Maior Syllogismi suprà satis probata est ex multorum Patrum attestatione sect. 4. num. 26. & sect. 7. num. 52. Minoris confirmatione huc vsque distenti fuimus per integras septem sectiones. Et quoniam in hunc diem Auctores, quibus opinio arrisit, de controuersia compendiose egerunt; quibus fuerint stimulati causis, plùs ex diuinatione, quàm ex certa notitia hauriendum fuit: sed tamen hoc potissimùm argumento commotos non dubitamus. Fuit autem

Honor. primus sententiæ præco, Honorius Augustodunensis, qui ante quadringentos annos vixit, & prolog. 2. in Cantica, filiam Pharaonis sponsam fuisse affirmat, qua significetur gens Hebræa: quanquam & cùm mediretur quadruplicem sponsam, & Sabæorum Reginam, quæ Salomonem in ænigmatibus tentauit, vnam fuisse subindicat. Et ab eo vsque ad sæculum decimumquintum longa Scriptorum taciturnitas: Venêre tum Isido-

Isid. Clar. Vatab. rus Clarius, & Franciscus Vatablus, qui suis ad Canticorum volumen breuibus Notis idipsum

Iansen. tradiderunt; Scripsit apertè Cornelius Iansenius ad initium explanationis Psalmi 44. Sequutus

Acitor. Iansenium per omnia Andreas Acitores, Theologus Cisterciensis, libro suo Theologiæ symbolicæ,

Legion. Isagogæ principio 30. Ludouicus Legionensis explanatione 3. in cap. 1. Canticorum, sententiam affirmat probatam haud parum multis è Catholi-

Sotomaior corum castris: idem adstruit Sotomaior ad illa cap. 8. Canticorum: *Sub arbore malo suscitaui te*, &c. §. *Quæ expositio.* Quem locum ex probabili interpretatione de Pharaonis filia exponit, quemodmodum & eodem cap. clausulam, *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto*, &c. de ea construxerat sicut & illa cap. 1. Canticorum: *Nigra sum; sed formosa.* Denique nemo illo neque fœcundior, neque magis facundus in huius tractatione argumenti, quam in præfatis tam peritè examinauit, vt mirum fuerit, post eius scripta extitisse, qui de opinione seuerè, & de auctoritate censoria

Estius. indicasset. Guillelmus Estius Notis ad Canticorum librum 1. *Sicut* (inquit) *Psalmus 44. Eructauit cor meum*, &c. *principaliter scriptus est velut Epithalamium Christi, & Ecclesiæ; sumpta tamen occasione ex nuptiis Salomonis: ita & istud Canticum principaliter etiam ad litteram quidem, ad Christum & Ecclesiam pertinet; sumpta tamen scribendi occasione ex mutuo & vehementi amore Salomonis, & Reginæ eius Ægyptiæ, per quod simul vocatio gentilis populi præfigurabatur.* Francis-

Moncæus. cus Moncæus in delibatione sua Salomonicæ Historiæ, venustè admodum modulatus, ait:

Ipse suos quanquam Salomon, si verba mereris,
Et celebrare sua videatur coniugis ignes
Mortales; flammis tamen inspiratus ab æthra
Sydereis, longè mortalibus orbe futuros
Donum instaurato meliores cantat amores.
Nil Salomon in hoc, nudum nisi nomen, & vmbra
Carmine; nil Pharus, nisi nomen, & vmbra puellæ.

Neque nos aliud, aut quispiam huius sententiæ Catholicus fautor, vmbram dicimus Salomonem Christi, coniugem eius Ecclesiæ figuram: & ipse Moncæus explicat fusè lucubrationibus ad Poësim sacram, præsertim ad illa cap. 1. Canticorum: *Nigra sum*, &c. Sed & versus eos 1. capitis Canticorum: *Oleum effusum nomen tuum*, &c. de Regina Saba interpretatur. Quam expositionem non improbandam, modò Christus, & Ecclesia in ea præcipuè quærantur, asseruit no-

Pineda. ster Pineda lib. 5. de rebus Salomonis, cap. 14. num. 40. qui & opinionem ipsam absolutè euulgauit lib. 4. de eodem Salomone, cap. 2. num. 2. & virorum Catholicorum sententiam dixit: atque Opere, quod hoc posterius exiit in lucem, in eadem stetit cogitatione, præfatione in Ecclesiasten, cap. 4. num. 5. Sed & multus est in paucis

Moncæus. lucubrationibus Moncæus in accommodandis capitis primi Canticorum variis locis Pharaonis gnatæ, & Salomoni: nam de ea, præter assignata, illud etiam: *Introduxit me Rex*, &c. de Salomone lucubrat. 7 libri prioris: *Sicut pelles Salomonis*, &c. atque lucubrat. 2. libri 8. describit verbis illis: *Tigna domorum nostrarum cedrina.* domum

Alcazar. saltus Libani. Alcazarius verò noster Mantissa ad Apocalypsim posthuma, lib. 3. ferè à verbis illis cap. tertij: *En lectulum Salomonis.* vsque ad finem cap. 6. *Reuertere, Sulamitis*, &c. exponit de Salomone, & filia Pharaonis: reliqua ad exitum Epithalamij, de quadam Hierosolymitana sponsa.

Monach. Monachius de Salomone ad litteram probabiliter intelligit illa c. 3. *En lectulum*, &c.

Hi quidem de toto Epithalamij contextu lo- 70.
quuti. Alij Scriptores, & fama, & doctrina non minores, vnam, aut alteram sententiam sæpè, prout se occasio obtulit, iuxta eundem sensum intellexêre, quo satis indicarunt, Spiritu sancto

nequaquam indignum, aut Salomonis pompam, aut cum Pharaonis filia amores celebrandos dictasse. Quare Abulensis Tostatus quæst. 3. in cap. 11. lib. 3. Regnm, illa Cantic. cap. 6. *Sexaginta sunt Reginæ, octoginta concubinæ*, &c. ad litteram de vxoribus Salomonis construit: atque eodem loco quæst. 5. illud eiusdem cap. 6. *Vna est columba mea*, iuxta historicum sensum de Pharaonis filia capit; quam quòd Salomon vltra modum amaret, peccasse propterea existimat Torniellus tom. 1. ad annum mundi 3021. citans, sequens-que Abulensem ex præfato Canticorum loco, probat, filiam Pharaonis præcipuam fuisse inter vxores Salomonis. Docent idipsum suis in Canticum Canticorum Commentariis, Sotomaior, & Cistereiensis Cyprianus, qui materiam ex professo disertissimè tractat. Porrò, quin de filia Pharaonis loquantur, qui tamen iis sacri Epithalamij verbis ad varias Salomonis vxores respici dixêre, siue quas io iuuentute habuerit, siue quibus senior coniunctus fit; ij, Genebrardus, & Gislerius, Mariana, Tirinus dum eum locum Canticorum exponunt. Noster Serarius ad cap. 11. lib. 3. Regum, §. *Secundo ducit.* Salianus tom. 3. anno mundi 3048. num. 10. vbi grauiter conciliat cum eo Canticorum loco alterum ex c. 11. lib. 3. Regum, de numero vxorum Salomonis. Sed & Salianus pro hac de nuptiis Salomonis, & filiæ Pharaonis sententia, palam & manifestè citari valeat; cùm eodem tomo, anno mundi 1012. num. 138. asserat, illis adumbratas augustissimas filij Dei cum Ecclesia nuptias: & de earundem pompa nuptiarum, déque geniali lætitia, plura Canticorum loca interpretatur ibi. Demum & anno mundi 3059. num. 18. affirmat de filia Pharaonis, hanc *esse nigram illam, sed formosam*, quam Salomon vxorem acceperit. Sed præfatis cap. 6. Canticorum verbis sermonem haberi de multis Salomonis vxoribus, disputat cum elegantia Pineda: & huius cogitationis nimium seueros contrarios, Hortulanum, atque Almonacitium (potuisset & Tiselmanum adiunxisse) non tantùm scientiæ, quantùm boni zeli laudem mereri prudens iudicabat: Adducit in sententiæ suæ leuamen Hieronymum lib. 1. in Iouinianum, & epistola ad Vitalem, quemadmodum ante illum fecerat Sotomaior, & post vtrumque Salianus: locà iam indicauimus. Verba illa cap. 3. *En lectulum Salomonis*, &c. de lecto cubiculari, quo cum sponsa requiesceret, exposuêre Titelmanus, Genebrardus, Gislerius, Cyprianus Cisterciensis, dicens, pleraque decantari sacro isto Hymenæo cum allusione ad Salomonis aulam: Sotomaior refert ad nuptialem carrucam, qua sponsa in maritl lares deducebatur: Torniellus tom. 2. anno mundi 3043. de lectica gestatoria, & ad pompam publicam, ostentúmque facta, interpretatur. Similiter quæ sequuntur: *Ferculum fecit sibi Rex Salomon*, &c. de nuptiali vehiculo Cyprianus de la Huelga, & Sotomaior accepêre: Ceruantes quoque ad versum 4. cap. 8. Sapientiæ, §. *Nec frustra*. De carruca autem, qua in publicum prodiret Salomon gloriosus, & visendus, siue se populo ostendisse placuisset, siue venationis causa, siue animi laxandi gratia rura & aprica peti sset, maluerunt accipere Delrius, Gislerius, & idem Ceruantes ad versum 10. & sequentes cap. 8. Sapientiæ, §. *Quæ postrema*, &c. Iam quibus modis verba illa cap. 4. Canticorum: *Veni de Libano sponsa*, construxerint Gueuara, Magallanes, & alij, mõstrauimus suprà sect. 7. num. 51.

Tostat. Torniellus. Sotomaior. Cyp. Cister. Genebr. Gislec. Serar. Salian. Pineda. Hieron. Torniel. De la Huel. Sotomaior. Ceruantes. Delrius. Gueuara. Magallan.

71\. Tanta coacervasse placuit propter vulgus Lectorum, qui non tam attendunt ad argumentorum vim, & efficaciam, quàm ad longos testium catalogos: pergamus eruditis, & acrioribus placere ratione: qua vt vincere possimus, necesse est prius supponamus, eam demum esse optimam allegoriæ, & mystici sensus formam, quæ historico sensu fundatur, atque ipsi historiæ, quoad eius fieri possit, quàm proximè accedit: sicut, si historia læta sit, allegoria minimè tristi vultu prodeat: sin autem littera mœrorem profetat, allegoria quoque luctuosa incedat. Docet pronunciatum istud solidè Ribera præludio de mysticis sensibus ad Malachiæ vaticinium: Sotomaior præfatis in Cantica, post medium, vocatis in confirmationem multis Patribus: Serarius prolegomenis Biblicis cap. 4. quæstione 14. Alphonsus de Mendoça in quodlibetis, quæst. 2. expositiua, num. 1. Cantapretensis lib. 7. hypotyposeon. Tanti autem istiusmodi dogma facit noster Gillius tom. 1. in 1. partem, lib. 1. tract. 7. cap. 3. num. 2. vt inter præcipua referat signa, quibus mysticus sensus, an proprius sit, & à Spiritu sancto intentus, atque quo in argumentando vti possemus, dignosci valeat: quam ille regulam de penu hausit summorum Magistrorum S. Thomæ 1. part. quæst. 1. art. 10. Alberti in summa, tract. 1. quæst. 5. membro 4. Henrici art. 16. quæst. 3. in corpore: Syluestri in Rosa aurea, tract. 1. cap. 4. Pauli Burgensis Anistitis in Additionibus ad vtrunque Lyrensis Prologum: Adami præfat. in Isaiam. Hoc itaque firmato documento, animaduertendum, veteres in tradendo mystico Canticorum sensu, ordini & cohærentiæ non tantùm attendisse, vt non maiori cura opus fuisse, non pauci recentiorum Interpretum arbitrati fuerunt. Petrus Nannius Almarianus: *Fieri non posse, quin si vnum sequeveris* (ait epistola præludiali) *à cæteris non dissideas: quod si nunquam ab eorum vestigiis discedere velles, necessum erat, vt mortis verum, temporúmque vicibus, Christum describeres subinde nasci, subinde crucifigi; & alicubi etiam crucifigi, quam nasci, nullo seruato ordine.* Gislerius ad initium cap. 3. Canticorum, in litteræ expositione: *Ex ingenti Doctorum numero* (inquit) *qui librum hunc interpretandum susceperè, pars maior præteriit iam connexione, vel singulas sententias per se exponit; vel ea tantùm connectit, quorum manifesta apparet connexio.* Gaspar Sanchez prolog. 7. num. 2. *ordinem & filum huius Cantici, negotium esse difficillimum, & a nemine satis hucusque expeditum.* Delrio cap. 3. Isagogæ: *Nullus* (asserit) *ferie fatus continuata.* Denique in anterioribus annotauimus sect. 5. num. 33. Patres in examinando historico Canticorum sensu non admodum sollicitos fuisse. Hoc autem indiscusso, mysticum non labare sensum, difficile fuerit.

Allegoria, ut firma sit, litterā fundari debet. Ribera. Sotomaior. Serar. Alph. de Mend. Cantapret. Gillius. S. Thom. Albert. Henric. Syluest. Burgensis. Nannius. Gisler. Sanchez. Delrius.

72\. Ex his duabus monitionibus argumentor. Mysticus Canticorum sensus nondum est satis exploratus: At huius non alia potior causa assignari queat, quàm quòd eiusmodi sensum qui tradiderunt, super historiam non fundarunt: Igitur, qui historiam de nuptiis filiæ Pharaonis, aliámve, quæ constare possit, & satis cohæreat Canticorum textui ingerunt, sapienter, laudabiliterque faciunt, cùm id consequantur, vt de vera mystica eius intelligentia constet. Ac sanè, nisi adiumento historiæ, allegoriam huius libri elumbem fore dissolutámque, pulchrè conce-

petunt

Luys. Sotomaior.

perunt duo Aloïsij: Legionensis initio 1. explanationis in cap. 1. Canticorum: Sotomaior præfatis in Cantica, titulo, *Quo tempore*, &c. prope finem. Iam, quantùm intersit mysticum sensum fidelem esse, ad stateram appendi, ex historiæ visceribus erui, docebit nos grauis Auctor Senensis Sixtus lib. 3. Bibliothecæ sanctæ, titulo, De vsu, & vtilitate historiæ, & mysticæ expositionis. *Nam nisi priùs* (inquit) *sensus litera nobis perspicuus sit, qui fieri poterit, vt spiritualibus elucidationibus ea illustremus, quorum nobis verba obscurissima sunt? Periculum erit etiam, si non ex intellectis verbis sensum aliquem arcanum exprimere velimus, ne in hæreses varias incidamus: quod multis euenit Hæreticis, præsertim Manichæis, qui, cùm ex imperitia linguæ Hebrææ non intelligerent litteralem sensum dicti illius:* In Sole posuit tabernaculum suum: *conuerterunt se ad præsidia allegoricæ expositionis, dicentes, Christum post resurrectionem suam, sine carne ad Patrem ascendisse, relicto corpore suo intra ambitum globi solaris, vt à nobis caro eius in Sole, tanquam in tabernaculo Dominici corporis, adoraretur. Cùm tamen genuinus & proprius sensus eius litteræ sit, Deum posuisse Soli tabernaculum in cœlo, ex quo Sol ipse summo mane tanquam sponsus è cubili prodiret.* Sed præstat alio exemplo id ipsum ostendisse, eo meliori, quo non de alio Scripturarum loco, quàm de ipsis Canticis depromptо: & volo loquatur potiùs quàm nos, Senensi æmulus alius Scriptor, Alphonsus de Castro lib. 1. contra hæreses, cap. 3.

Sixt. Sen.

Castro.

Vnde (ait) *ex futili mystico sensu, & infideliter intellecto, Donatus, & ei succedens Rogatus, quondam volebant probare, ex illo Cantic. 1. Vbi pascis, vbi cubes in meridie, Ecclesiam ad solam Meridionalem plagam, quam ipsi incolebant, pertinere.* Hunc autem errorem bibit Hæreticus ex inscientia litteralis, & historici sensus: nam dupliciter peccauit. Primò, quòd interrogationem poneret, finitis illis verbis. *Vbi pascis, vbi cubas?* Quam cùm sponsæ interrogationem fecisset, sponsum respondere aiebat: *In meridie.* Sic Augustinus tom. 7. lib. de vnitate Ecclesiæ, cap. 14. & tom. 9. lib. de pastoribus, cap. 15. Secundum errorem commisit, quòd *meridiem* ad cœli plagam referret; cùm tamen iuxta litteræ explanationem, si aliter quàm de eo tempore, quod inter vespertinum, matutinumque est, accipiatur, ineptè admodum intelligatur, necesse est. Constat itaque quanti emolumenti sit, sensum litteralem in Cantico Canticorum inuestigasse, ne quãdo in similem hæresim labamur, ac collapsi sunt Donatistæ ex veri mystici sensus inscitia.

Canticorum verba ex c. 1. ab hæretica expositione vindicata.

August.

73. Tertium proferamus huius assertionis fulcimen. Canticorum, & Psalmi 44. eadem est materia, idem scopus. Quis hoc enunciauit? Num vnus testis? an plures, sed obscuri nominis? Dixit Theodoretus præfatione in Cantica ad Ioannem Antistitem: dixit Cassiodorus ad exordium eius Psalmi: dixit Rhemigius, Episcopus Antisiodorensis, qui sæculo nongentesimo floruit, Tritbemio asseuеratore: dixêre ad veterum exempla de iunioribus, Christopolitanus epistola Canticorum dedicatoria, Titelmanus ad vers. 1. c. 1. Canticorum, Ioannes Baptista Folengius, Antonius Flamminius, noster Lorinus, omnes ad principium Psalm. 44. Sotomaior ad illud cap. 7. Canticorum: *Iunctura femorum suorum*, &c. § *Superiùs*, &c. Psalmum 44. quasi compendium quoddam Canticorum esse affirmat Gaspar Sanchez prolog. 1. in Cantica, num. 5. Salomonem in hoc carmine amplificare voluisse, quod pater eius inchoarat Psalmo. 44. cuius initium: *Eructauit cor meum*, &c. & repetit similia prolog. 3. num. 8. & prolog. 6. num. 23. At Psalmum 44. super Salomonem scriptum fuisse, ad eúmque respicere, Christo principaliùs inspecto, perhibet Hieronymus initio Ecclesiastæ, & epistola ad Dardanum: Eucherius ad lib. 3. Regum, sub fronte Commentarij: Luysius Legionensis ad principium explanationis in Abdiam: Sed Psalmum 44. Epithalamium esse Salomonis Christum figurantis, & filiæ Pharaonis Ecclesiam loquentis, asseruêre Vatablus, Isidorus Clarius, Episcopus Fulginas, Arias Montanus, Guillelmus Estius, Cornelius Iansenius, ad Psalmum 44. cuncti: asseruit Cyprianus Cisterciensis ad illa cap. 6. Canticorum: *Sexaginta sunt Reginæ*, &c. Pineda lib. 5. de rebus Salomonis, cap. 4. Salianus tomo 3. ad annum mundi 3021. numero 122. Ergo, cùm Cantici Canticorum, & Psalmi 44 idem sit argumentum; quemadmodum Hieronymum sequuti tot Viri præstantes, non respuunt Psalmum 44. de nuptiis Salomonis & filiæ Pharaonis intellexisse; neque id Scripturarum aut maiestate, aut nitela indignum reputant: sic, Canticum Salomonis de iisdem nuptiis explanasse, grauiter quidem & modestè vbique; atque in primis ita vt nuptiæ illæ, cortex tantùm habeantur; Christi, & Ecclesiæ lætissima coniũctio, nucleus sit, & medulla: hoc præstasse, laudi, nõ vituperio à cordatis simul & acribus sacri Codicis inuestigatoribus tribui debeat.

Canticorum & Psalmi 44. an idem argumentum?
Theodor.
Cassiod.
Remig.
Christopol.
Titelm.
Foleng.
Flammin.
Lorinus.
Sotomaior.
Sanchez.
Hieron.
Eucher.
Legion.
Vatablus.
Clarius.
Montan.
Estius.
Iansen.
Cyp. Cist.
Pineda.
Salian.

Verùm Leo Castrensis Apologetici lib. 1. cap.
39. Iudaïzare eos asserit, qui Psalmum 44. ad Salomonem, & filiam Pharaonis referunt: quidni de Canticorum interpretatione idem adstruat? Plurimus est in vtenda odiosa phrasi bonus ille toto Apologetico, disputatione de translationibus sacræ Scripturæ, & decursu Commentarij in Isaiam: fastidio est Pinedæ nostro lib. 5. de Salomone, cap. 4. §. 1. non enim suffert Lorinus ad limen Psalmi 44: iusta vtrique bilis: cur enim homo, & in Scripturis versatus, & in orthodoxorum scriptis, Iudaicam, eam Scripturarum exponendarum normam ausus sit nuncupasse, quæ Christum, velut animam, in littera, tanquam corpore perpetuò respiciat? Producamus Paulum Epistola posteriori ad Corinthios, cap. 3. *Vsque in hodiernum* (inquit) *diem id ipsum velamen in lectione veteris Testamenti manet non reuelatum, (quoniam in Christo euacuatur:) sed vsque in hodiernum diem, cum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum: cum autem cõuersus fuerit ad Dominum, auferetur velamen.* Quid in his Paulum malè habet, nisi quia Iudæus Christum in veteri historia, non agnoscit? Ergóne Iudaïzare est, à littera ad spiritum, qui Christus est, ascendisse? Succedat Paulo Moyses Barcepha Syrus, idémque dignitate Episcopus, tom. 2. Bibliothecæ Patrum, editionis 3. part. 1. Commentariorum Paradisi, cap. 3. *Sunt inter Hæreticos* (ait) *qui contendunt, minimè conuenire, vt veteris Testamenti scripta, mysticè, atq; aliter quàm de ipsis rebus interpretentur: grauitérque accusant eos, qui contra faciũt; Atqui, si ita statuas, multa vt consequantur absurda, necessarium est: obfirmabitur Manetis, & Marcionis sententia, qui dicebãt, vetus Testamentũ ab auctore Deo, Christi Patre esse; Præterea, nisi in illo recõdita fuerint arcana sensa, vnde potuêre prisci Patres, Prophetæ, alijque sancti Viri discere, Christum olim venturum, ex eáque re tãto affici gaudio? Denique, si ita cum illis Hæreticis sentimus, profectò in Iudaismũ incidimus: quippe Iudæi, vt qui Spiritus sancti expertes sunt,*

74.
Leo cast.
An Iudaicũ sit de solo Christo non explanasse Cantica ad litteram?
Pineda.
Lorinus.
2 Cor. 3. 14.
Barcepha.

alia quam corporalia, crassáque sensu nulla amplectuntur. Sic Barcèpha, Hæreticorum, Iudæorúmque classe eos counumerans, qui littera sola contenti ad altiora non euolant : à quibus tantum absunt illi, qui Christum in Historia sacra venantur ; quantùm par est optimè erga Ecclesiam affectos abesse ab eiusdem Ecclesiæ declaratis hostibus. Sed de hac re, qua solet grauitate, & Christiana modestia egit Cornelius Gandauensis Præsul, Epistola dedicatoria ante Psalmorum expositionem. Vide & Galatzam lib. 2. Euaogelicarum Institutioonm, cap. 2.

Iansen.

Galatza.

75. Sed non est operosum ex Castrij scriptis diuinare, quid ipse velit. Cuperet de solo Christo historicum sensum construi, vt sic Iudæo, qui occidentem tantùm sequitur litteram, nihil relinquatur : qua in re si modum tenere mallet, haberet omnes sibi consentientes : Nunc, quando tam continuus est in asserendo mystico sensu indistincto à litterali, vt nunquam patiatur, Historiam ad Salomonem, Dauid, aliósque eius generis conuerti, nobis dissimulare non licet, quando scimus aliud docuisse Patres, & optimos quosque Auctores, ex quibus Hilarius in Psalmum 63. loquens de his, qui omnia Dauidica ad Christum transferunt solum: *Cauendum,* (ait) *ne, dum omnia in eum conuenire æqualiter opinamur, plurimum & diuinitati sua, & corporationis Sacramento, & operationum potestati, & passionis virtuti, & resurrectionis gloria detrahatur : tenendus igitur modus est.* Hieronymi clarissima verba dedimus suprà sect. 4. num. 12. Augustinus serm. 14. de Sanctis, *propheticalem morem esse, præsentia tangere, futura prospicere* ; hoc est, Iudaïca secundùm historiam, & litteram docere, in his venturum Seruatorem præuidere. Nazianzenus oratione 2. in Pascha, mediam viam tenendam esse affirmat, quæ allegoriam cum historia maritat : *Inter eos incedentes, qui crassiore sunt ingenio, & eos, qui allegorica speculatione abstrusioribus sensibus impensè delectantur; vt nec prorsus inertes maneamus, & torpidi; nec rursus curiosiores simus quàm par sit ; (alterum enim Iudaicum, atque abiectum est ; alterum ineptum, ac somniorum interprete dignum;) ad hunc modum de his rebus non nimis absurdè, nec ridiculè disseremus,* Sed venustè in primis Tertullianus lib. de resurrectione carnis, cap. 19. *Nacti enim quidam solennissimam eloquij prophetici formam, allegorici, & figurati plerunque, non tamen semper, resurrectionem mortuorum manifestè annunciatam, in imaginariam significationem detorquent, asseuerantes, ipsam etiam mortem spiritualiter intelligendam*, & plura alia, quæ capite sequenti vigesimo adiungit. Hanc, cùm ab his, aliisque Patribus, Scripturarum interpretandarum eximiam rationem . quæ, nempe, Historia allegoriam antecedit, & ad eius exemplar mystica enarratio componitur, hausissent, libenter in sua scripta transtulerunt Sixtus Senensis lib. 3. Bibliothecæ, titulo, *De vsu, ac vtilitate historica, & mystica expositionis.* Iansenius epistola ante Psalmorum elucidationem: Ribera præludio primo in minores Prophetas: Alcazar notatione 22. procemiali, §. *Et verò.* Pineda lib. 6. de rebus Salomonis, cap. 17. Vasquez tom. 1. in 1. part. disputatione 13. cap. 2. Alphonsus de Mendoça in quodlibet. disputationibus, quæstione 2. expositiua, numero 2. vbi ostendit, hoc genus interpretandi sacrum textum, maiestatem Scripturarum plurimùm commendare, cùm illis tribuat, quo cæteræ carent Scripturæ; non tantùm per verba, sed per res quoque loqui.

Hilar.

Hieron.
August.

Naziana.

Tertull.

Sixt. Sen.

Iansen.
Ribera.

Alcazar.
Pineda.
Vasquez
Alph. de Mendoça.

Sectio X.

Quid de opinione asseuerante materiam Cantici Canticorum nuptias esse Salomonis cum filia Pharaonis, Auctor æstimet, & ab ea quamobrem discedit? Quidnam interpreti Canticorum potissimè spectandum? Vtra melior sententia, quæ in Canticis, & propheticis hiatus & voragines admittat ; an quæ concatenari omnia decernit?

DVo sunt potissimùm, quæ de hac opinione iudicare volentem, considerare oportet. Primum, an sententia secum eiusmodi aliquid aduehat, quod auditorem pium, atque grauia & matura affectantem, non sine causa offendere valeat ; puta, si narratio honestas aures verberet ; si illicita est, & exosa referat; si modus explanationis audax & effrós, quòd, posthabito Patrum iudicio, per noua & incauta feratur. Alterum est, vt his omnibus næuis careat exponendi genus ; in se tamen inualidum sit, & inefficax, quia prima vltimis, & mediis duo hæc non respondeant. Statuo ergo, quantùm attinet ad primum ex his vitiis, eo immunem esse sententiam, quę nuptias Salomonis cum filia Pharaonis materiam asserit esse Canticorum, Christum, & Ecclesiam præfigurantem. Constat pronunciatum ex superioribus. Nam, quòd illegitimum nihil, & à nitela abhorrens doceat, monstrauimus sect. 2. quòd autem Patrum opinationibus minimè aduersetur, multifariam ostendere conati fuimus, & puto vicimus, sobrio Lectore iudice, sect. 5. Definio deinde, nihil tam impossibile affirmari, (etsi non pauca, quæ difficilia sint, tueri necesse fuerit,) quod cum veri imagine non dicatur ; omniaque ita alligari & cohærere, vt probabiliter dicta esse nemo non proteruì cerebri asserat. Hæc propugnauimus sect. 3. Quæ cùm ita sint, & opinio, his exceptis, Patronos numerat ferè sexdecim, luculentos, si quos habuerunt posteriora tempora; quibus tamen affatim abundarunt: Christiani erit pudoris & modestiæ non temerè censuram ferre in sententiam, quæ iis munita est præsidiis, quibus optimæ quæque opiniones sartæ tectæ esse solent. 76.

77. Anne igitur quidpiá displicet in opinione? Aliquid sanè. Dicam, quid illud sit non iouitus. Ego, postquàm ad huius libri sedulam cõmentationem me contuli, facilè adductus sum, vt cũ magnis eius Explanatoribus cõsentirem, Naunio Alcmariano epistola prologali; Luysio Legionensi explanatione 1. & 2. cap. 1. Canticorum, sub ingressum expositionis; Delrio cap. 1. Isagogæ; Gislerio ad initium expositionis historicæ, c. 3. Canticorum; Gaspare Sanctio prolegom. 7. num 20 & præfatione ad Lectorem; Alcazario notatione 9. ex procemialibus in Apocalypsim, §. *Ab his.* primas illas esse, potissimasque Interpretis præstantissimi partes, si in Opere densis tenebris & inuolucris affluente, maximéq; laxo & dissoluto, superficiẽ considerantibus, doceret omnia catenata esse, & ad miraculum cõnexa: fortasse vt siue historicũ, siue allegoricum sensũ introspicias, nullus sit in nouo, aut vete i Instrumento sacer Tractatus, qui maiori cum ordine

Opinio, vt sponsa Canticorum sit filia Pharaonis, reiecta ab Auctore.

Nannius.
Legion.
Delrius.
Gisler.
Sanch.
Alcazar.

Interpretis Canticorum quod potissimũ munus?

ne loquatur, pauciores hiatus & voragines admittat, minùs ad hæc & illa digrediatur, & excurrat: Hæc ego in historica explanatione de nuptiis filiæ Pharaonis eos assequuturos non dubito, quibus præter excellens acumen, à plurima & exquisita lectione diues supellex: cùm à nobis sæpè tentatum fuisset, conatus ceciderunt. Causa fuit. Legebamus natales sponsæ obscuros, & ex pauperiorum consuetudine, Canticorum cap. 8. *Sub arbore malo suscitaui te*, &c. Audiebamus eaodem ex Libano, tanquam ex patriis sedibus vocari, Cantic. 4. *Veni de Libano, sponsa*, &c. Non latebat sordidum & infaustum vitæ genus, custodientis vineam, hœdos ad pastum abigentis, Cantic. cap. 1. Hæc omnia eum suis Pastoris dedimus sect. 7. num. 51. Nihil istorum in regiam puellam congruere poterat, cuius esset patria Ægyptus; quæ intra aulam & nata, & educata fuisset: quid faceremus? Restabat vnicum solamen, si ad allegorias, & tropos confugeremus: diceremus, ista, prout sonant, minime intelligenda fore; sed huius velamentis occultari personam regiæ prognationis, vti in superioribus monstratum sect. 7. num. 51. Istud aggressos duo remorabantur. Primum: librum, per se difficillimum, multiplicatis allegoriis videbamur insuperabilem reddere, qui id præcipuè cuperemus, lucem, non tenebras nouas afferre. Alterum, atque potissimum: quoniam posita allegoria, liberum non fuit, historicæ narrationis filum continuare; extra choros loquendum erat, ea intermiscenda, quæ antecedentibus & consequentibus cognata non erát: plurimùm violentiæ patiebatur multis in locis litteræ declaratio: intorquenda erat non pauca, harum allegoriarū causa.

Canticor. c. 8 c. 4 c. 1.

78. Sed dices: Amatoria sunt hæc: amor autem sibi non constat, non se potest regere; & quò vehementior flamma est, minùs sui compos est. Ad hoc, insuetum non est aliis Scripturis, etiam quæ de amore non agunt, ordinem perturbare, digressiones inserere, transire repentino volatu ad materias toto ferè cœlo distantes. Augustinus ad illud Psal 44. *Propterea te benedixit Deus* &c. *Mutationes* (ait) *personarum ex improuiso omninò, & repentina immutantur in sacris Scripturarū libris; & si quis aduertas, plenè sunt pagine diuina.* Plura ex Patrum apothecis suppeditabit Martinus Martinez annotatione addita ad cap. 1. lib. 5. hypotyposeon. Dictum autem ipsum tuetur noster Cornelius Canone 5. pro Isaiæ intelligentia: Ribera ad cap. 14. Apoc. num. 94. ad cap. 15. num. 1. Idem in cap. 3. Habacuc, num. 8. Acosta lib. 1. de temporibus nouissimis; cap. 9. Alphunsus de Mendoça selectione de vniuersali Christi regno, num. 4. Denique, vt Hieronymus dicebat lib. 5. io Isaiam, ad principiom cap. 16. *Omnus Prophetia ænigmatibus innoluitur, & præcisis sententiis, dum de alio loquitur, transit ad aliud; ne si ordinem Scriptura conseruet, non sit vaticinium, sed narratio.* Proprium igitur prophetalis, & ænigmaticæ locutionis, hoc esse, significare visus Hieronymus, ne ordinem seruet: hac nota distinguitur ab humana historia & narratione, quæ rerum connexioni plurimum adhibet curæ, & solertiæ. Verùm, vt hæc cum suo sale, & probe intellecta sostinenda fuerint; tamen, qui in Canticorum historia plura esse hiulca, & voraginosa autumant, & quæ ordinem non sufferant, ignauiæ eos patrocinium quærere non dubitarunt affirmare Auctores sub initium præcedentis numeri relati. Leo Castrensis de prophe-

Amor sui impotens.

Augustin. *Regula saltem & transitus in prophetiis frequentiam ad alia orlicta nullo modo connexa.*

Martinez. Cornel. Ribera. Acosta.

Mendoça. Hieron.

Prophetica & humana narrationis quæ differentia.

Leo Castr.

ticis locutionibus id vniuersum adstruit disputatione de translationibus, cap. 16. & præfatione ante Indicem Commentariorum in Isaiam: Montani enim, Mahometis, & Pseudoprophetarum oracula solùm admittat dissolutas imitari scopas, & ligamen nescire: idémque Leo, & Gislerius Spiritui sancto parum decorum eiusmodi dictasse, quæ non cohæreant; sed huc illuc spargantur, & fluitent: Gaspar Sanctius, ne in mediocri humano Auctore id tolerandum: Legionensis hanc ob causam crassos errores commisisse à quibusdam Canticorum Enarratoribus: Alcazar, confusi ingenij habendum, qui ita inter homines loqueretur; Ouidianas fabulas sic posse ad diuina transferri, si catenatio negligatur. Tertullianus lib. 4. contra Marcionem diuinè locutus: *Iusta (ait) & digna præscriptio est in omni quæstione ad propositum interrogationis pertinere debere sensum responsionis: cæterùm aliud consulenti, aliud respondere, dementis est: quò magis absis a Christo. quòd ne homini quidem conuenit.*

Gisler. Sanchez. Legion. Alcazar. Tertul.

Amatoria igitur esse, quæ Canticis scribantur, non renuo: sed ab amore, qui sui compos est, & rector, profectâ; ab amore, quem non spiritus phanaticus immiserit, sed ille entheus & cœlestis omnis bonæ disciplinæ, & ordinis auctor. Transitum in Prophetis admitto à metaphora ad rem significatam; sed interpretor eiusmodi transitiones, quæ parenthesis vicem obeant. Parenthesis autem neque omninò ab instituto sermone solet distare: vt distet autem, filum narrationis minimè abrumpit: ea enim, siue posita, siue dempta, cohærent posteriora cum prioribus: alioquin, si tales intermedias locutiones admittamus, quæ antecedentium connexionem eum subsequentibus tollant, quæ spes erit inueniendi in Scripturis germanum, & litteralem, aut mysterij sensum? Denique & Historia sacra profanam non solùm excedit, quòd per verba summo ordine loquatur? sed quia etiam per res mirabili cohærentia & sequela effatur: qua excellentia præcipuè distare factam à profana narratione, docet dilucidè S. Thomas prima parte, quæst. 1. art. 10. 79.

Parenthesis natura.

Diuina & sacra Historia, vt distat à profana.

S. Thom.

Quando autem filiam Pharaonis ab historia Canticorum amandamus, consequens est, vt ab eadem quoque Salomonem Regem excludamus. Occasio est: nam certè, si de aliqua ex vxoribus Salomonis hoc Cantico agitur, de eadem quidem, & non alia tractatio est, quæ præ reliquis omnibus singulariter adamata est. Hoc, textus non impigrè multoties insinuat: hinc enim passim *dilecta* vocabulo nuncupatur; quia ipsa sit, cui vox illa pet excellentiam conuenit, Hinc fit, vt in vno crine colli eius, in vno oculorum sauciatum se sponsus non tam gemit, quàm gaudet, & gloriatur, Cantic. 4. Hæc denique illa est, quæ Canticorum cap. 6. enumeratis Reginis multis, concubinarum numero amplo, adolescentularum non intro catalogo, præ copia, separatur à reliquarum contubernio: quam & illæ omnes beatissimam deprædicant. At inter Salomonis vxores Pharaonis gnatam eam fuisse, quæ cæteris plus, & dignitate, & amore valeret apud Salomonem, docent Tostatus quæst. 5. in cap. 11. lib. 3. Regum: Torniellus tom. 1. ad annum mundi 3021. Salianus tom. 3. ad annum mundi 3059. num. 18. Iansenius in argumento Psalmi 44. Pineda lib. 7. de Salomone, cap. 4. Soromaior, & Cyprianus Cistercienfis ad illa cap. 6. Canticorum: *Vna est columba mea*, &c. 80.

Salemon, Dauidis filius, nequaquam sponsus Canticorum.

Cant. 4. & 6.

Tostat. Torniell. Salian. Iansen. Pineda Soromaior. Cyp. Cistet.

Cùm igitur hæc nequeat esse sponsa Canticorum, fit etiam, vt Salomon non possit esse sponsus, cùm si alicuius esset sponsus, huius, non alterius, fuisset.

81. Nemo tanquam ad insolitum adstupescat, cùm dicimus, Salomonem Regem non esse sponsum Canticorum. Cùm hæc damus; quæ ab aliis accepimus, offerimus. Consule sectionem 1. & vide quid protulerimus ex Alphonso de Mendoça, Blasio Viegas, & aliis: quibus nunc iunge Delrium ad illa cap. 3. Cantic. *En lectulum Salomonis*, &c. Gasparem Sanchez prolog. 2. in Cantica. Lyræ non omittam verba procemio Canticorum: *Iste liber* (ait) *loquitur parabolicè de amore mutuo sponsi & sponsa: sed, quis sit iste sponsus, & qua sit ista sponsa, clarè non apparet ex littera.* Si vis probationem, do breuiter. Psalmi 44. & Canticorum eadem est materia, idem argumentum: monstraui sectione antecedenti, num. 72. At Salomonis res nequaquam eo celebrati Psalmo, Patrum bona pars docet apud Pinedam lib. 6. de rebus Salomonis, cap. 17. num. 2. apud Leonem Castrensem Apolog. lib. 5. c. 39. Igitur nec easdem Cantico Canticorum decantari, satis verisimile fuerit. Præterea, non minùs Psalmus ille Epithalamij nomine honoratur à Patribus, & Expositoribus passim, quàm Canticorum tractatus: Sed illo Hymenæo Auctor eius, Dauid, suam non cecinit personam, vt est omnium ferè sententia: Igitur & potuit Canticorum Auctor suas non celebrasse nuptias sacro Epithalamio. Quis igitur, inquis, est sponsus, quæ sponsa, si non Salomon, & vxor eius? Res longioris moræ est respondisse: postulat integram disceptationem: dicemus, placente Numine, tertia Prælocutione.

Mendoça. Viegas. Delrius. Sanchez. Lyra. Pineda. Leo Castr.

ANTELOQVIVM II.

Nuptiæ filiæ Pharaonis quid mysticum adumbrent? quæ ab illis Ethica haurienda?

SATIS pro humanis thalamis ventilatum: diu nimis amarum historiæ corticem rosimus: mellitum aliquid, & de conditis mysticorum eduliorum anhelat palatum. Dabúntne amores Salomonis, & filiæ Pharaonis? Dabunt, modò prima sibi rapiat syderei Amoris Genitrix, *Mater illa pulchræ dilectionis.*

SECTIO. I.

Dei in Mariam singularissimus Amor variè demonstratus: ob titulum maternitatis; ob carnis identitatem; ob commendatam in cruce.

1. DOCVIMVS elapsæ Prolusionis sectione nouissima, num. 80. supra adolescentulas, supra secondas coniuges, supra Reginas denique ipsas adamatam à Salomone Pharaonis gnatam. Nemo inter tantas vxores huius particeps honoris: nemo Ægyptiæ puellæ æmula. Loquebantur hæc à longè MARIAM singulariter Deo charam, præque vniuersitate & hominum, & Angelorum. Vultísne ostendam dilucidè? Veni tu, subsidiator Anselme, & tuere magnæ Parentis gloriam nectarea eloquentia: *Hic se suberigat intentio mentis humanæ* (inquit lib. de excellentia B. Virginis, cap. 3.) *& pro posse paucis intendat, quanti penderit omnipotens Deus merita huius Beatissimæ Virginis: intendat, inquam, & contempletur, videat, & admiretur. Vnum Filium sibi consubstantialem, coæternum, omnipotentem ex sua natura sine initio Deus Pater genuit, & per eum omnes creaturas visibiles, & inuisibiles ex nihilo fecit: hunc igitur sibi tam vnicum, quàm dilectissimum, & in omnibus omninò æqualem, non passus est remanere solummodo suum; sed eundem ipsum voluit in rei veritate esse B. MARIÆ vnicum, & dilectissimum, & naturalem Filium: ita vt vnus idem ipse, Filius Dei in vna persona, esset filius Sanctæ MARIÆ Virginis: & qui Filius S. MARIÆ, vnus & idem esset in vna persona Filius Dei* &c. Expendo aurei pronunciati partem illam: *Non passus est remanere solummodo suum; sed eum ipsum voluit in rei veritate esse Beatæ MARIÆ vnicum, & dilectissimum, naturalem Filium.* Certè amor liberalis est, atque si digna accipiat incrementa, prodigus bonorum profusor. Amauit Pater æternus Filium, in quo sibi complacuit infinito ardore: dedit pro dilectionis magnitudine infinita; sed dedit omnia. Audi Filium ipsum Ioannis 16. *Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt.* O ditem nimis Filium! Proh quàntus amor Patris! Sed vereor, inter charitatia incendia reseruauit sibi aliquid genitor: sanè reseruauit. Quid illud tam inclytum, tam Patri charum, cuius ne tali quidem Filio tam dilecto copiam fecit? Profectò, relatio Paternitatis, itaque perfectiones omnes absolutas communicans, hoc quoque non negauit, fœcundus vt esset: sed relationem Spiratoris, non Paternitatis concessit. Omnia cùm dedisset, Pater tamen vt diceretur, personæ diuinæ & infinitæ simpliciter, non dedit. O incompatabilem MARIÆ gloriam! Pater vniuersa Filio largitur; sed hoc non tribuit, vt Pater vocaretur: MARIAM cùm adamasset singulariter, ne hoc negauit: *Vnum filium sibi consubstantialem, coæternum, omnipotentem ex sua natura sine initio Deus Pater genuit. Hunc sibi tam vnicum,*

Anselm.

MARIÆ incomparanda dignitas, eo quod eundem cum Deo Filium habeat. Ioan. 16 15.

tam

dilectissimum, & in omnibus æqualem, non passus est remanere solummodo suum; sed eundem in rei veritate voluit esse B. MARIÆ vnicum, & dilectissimum, & naturalem Filium. Quis hæc audiens (exclamat egregie Anselmus) *non obstupescat; & quòd Deus tale quid velle potuerit, non vltra omne, quod dici potest, admirabile ducat?* Planè mirandum, quod nemo præter æternum Patrem dicere valeat, MARIÆ concessum, vt sine fuco, sine suspicione asserat, se Genitricem esse diuinæ personæ; ita, *vt vnus idem ipse, qui Filius Dei in vna persona est, Filius sit S. MARIÆ Virginis; & qui Filius Sanctæ MARIÆ, vnus & idem ipse sit in vna persona Filius Dei.*

2\. Sed explanemus iucundissimum Anselmi locum aliquo exemplo, Nostis sub initio Salomonici principatus duarum feminarum litem, Regum 3. cap. 3. Hac, atque illa controuertente, cuius esset infans, iussit sapiens Princeps euaginari machæram, & diuidi infantulum: Cessit iudicio falsa genitrix; sed, quæ vera fuerat mater, continuò exclamauit dolens: *Obsecro, Domine, date illi infantem viuum, & nolite interficere eum.* Quid effatis, mulier? quæ hæc est indulgentia? sic materni affectus oblita? An non tibi potior est pars aliqua filij tui, quàm integram reliquisse apud alienam, & non matrem? Cur saltem non dic: Viuat infans, & vtramque genitricem habeat, vtriusque progenies nominetur: verùm prolis quasi tædiosa asseris, *Date illi infantem?* Scio quid docere nos velis: genitricis, & matris vocabulum, consortium non admittere. Vna est mater vnius filij: aliam secum genitricem dici, quæ vera est mater, non patitur; priùs velit amissum filium, quam vt huius & illius filius vocetur. Augustinus serm. 100. de tempore, tom. 10. *Indicante* (ait) *Salomone, meretrix non dimisit diuidi filium suum; & tu diuidis Deum tuum? Illa, etsi meretrix, tamen pia, quia mater. Quod dicit, Date illi puerum, & nolite diuidere, ecce ego dico: Totum posside, & noli diuidere Deum.* Concinnè Augustinus protulit: *Etsi meretrix, tamen pia, quia mater.* Sed hæc pietas maternorum viscerum quomodo ostensa? Quòd diuisionem sustinere nollet, Maternum nomen ne diuideret, non mater infantem vt tolleret, patiebatur. Iam tu contemplare, qualis erga MARIAM æterni Patris amor! Dictat genitoris affectus, dictat parentis nomen, filium, aut huius, aut illius esse integrum; non vitum filium duorum suffert. Posthabuit naturam Marianæ dilectioni magnus ille Genitor; & qui nulli vnquam paterni nominis sodalitium concessit comparatione Filij sibi consubstantialis, MARIÆ tribuit, Mater vt diceretur: cúmque etiam in meretrice materna pietas partitionem non admitteret; sed in solidum, aut huius, aut illius esse suaderet; *Hunc sibi tamen tam vnicum, quàm dilectissimum filiū Pater æternus* (aiebat Anselmus) *non passus est remanere solummodo suum; sed eundem in rei veritate voluit esse B. MARIÆ vnicum, & dilectissimum, & naturalem filium.*

3\. Hinc ego deduco, cur Seruator sub vitæ, & dierum finem B. Ioanni Euangelistæ potissimùm Matrem commendauerit, atque inaudito quidem adiuncto honoris titulo, eius vt in posterum Genitrix haberetur, ille Virginis proles: *Mulier* (inquit Ioan. 19) *ecce filius tuus.* Erit, qui dicat, commissam Virginis custodiam, quia ipse virgo esset: erit, qui asserat factum, quia sanguine coniunctus fuisset. Mihi placet Guarrici dictum serm. 4. de Assumptione: *Petrus* (ait) *fortius Ecclesiam: Ioannes* MARIAM: *huic planè competebat hæc pertio, non solum iure propinquitatis; sed etiam amoris priuilegio.* Venuste admodum honores Ioanni concessos in amoris priuilegium refundit. Assonat Ecclesiastica Antiphona pro Ioannis officio: *Qui priuilegio amoris præcipui cæteris altiùs à Domino meruit honorari.* Ergo amor Ioannis, quia præcipuus, quia inter cæteros amores eminens, priuilegia meretur, sublimiori honorum gradu decoratur. Exponamus singula. Priuilegium scimus esse, cùm de generalibus legibus sit exceptio. Verbi causa: toto humano genere Adæ maculâ asperso, Virgo Beata de communi labe non participauit: quod nemini concessum, ei tributum. hoc, illam est priuilegio donari. Expendamus, quo amor Christi præcipuus Ioannem priuilegio honestauerit. Sicut Pater æternus omnia Filio tribuens; sibi tamen reseruauit Patris nomen nulli communicandum: sic Filius omnia & ipse & Pater dantes Spiritui sancto, Filij tamen relationem, & cum ea coniunctam peculiariter spirationem actiuam apud se retinuit: posteà verò in terras delapsus, cùm genus hominum supra modum adamaret, quò dilectionis æstuantes vapores testaretur, nominis, quo Filius Dei vocabatur, participes fecit, *quotquot eum receperunt, dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Ioan. cap. 1. Sed habuit apud se adhuc in terris positus nomen, quod in neminem contulit; *Mariæ* quippe *gnatus* dicebatur. *Petra* quidem titulo Simonem donauit: Christos appellari non paucos siuit: *lucem* cùm se nuncupasset, Apostolos quoque mundi *lucem* pronunciauit: tantùm in non vocando aliquo *Mariæ filio* constans ad crucem vsque. Quid igitur tum? Oportebat Ioanem, quoniam præ reliquis diligebatur, cæteris altiùs honorari: meditabatur, quid Pater æternus fecisset, vt probaret, MARIAM sibi chariorem esse vniuersa creatura; nempe, vnicum illud paterni nominis pignus, quo gloriabatur solus æternæ sobolis Genitor nuncupari, nemini aliquando concessum, ne Filio dilectissimo, MARIÆ ex priuilegio distribuit. Christus igitur imitaturus Patris in decoranda MARIA exemplum; quemadmodum illi placuit, Filium suum dici, & esse verè filium MARIÆ: sic Christo placuit Matrem suam dici genitricem Ioannis; ita satis testatus principem erga Ioannem affectum, quando quod retroactis temporibus nulli permisit, passus sit *Mariæ* secum *Filium* acclamari.

4\. Sed nulla speciosior probatio diuini erga MARIAM amoris, eâ, quæ ab ipsius amoris natura deriuatur. Amoris esse id proprium tradidere antiqui sapientes, amantem in dilectum transmutare, ita vt qui diligeret, in amato viueret. Lege S. Thomam 1. parte, quæst. 27. artic. 3. in corpore: audi ab Augustino tom. 10 serm. 28. de tempore: *Homines mali mundus vocantur: inde acceperunt nomen, ex eo quod amant. Amando Deum efficiuntur Dij: ergo amando mundum mundus dicuntur.* Ergo amor quò vehementior, magis agglutinat, & cùm suprema coniunctio est inter amantes, amor quò ascendat, non habet. Coniunctum Numen illud summum & immortale creaturis quis dubitet, quando in ipso viuimus, mouemur, & sumus? Coniunctius adhuc per gratiam iustorum animabus; coniunctissimum in pacis & quietis statione per visionem beatam felicis patriæ habitatoribus. Amat opus manuum suarum, & quibus propinquius est, plùs diligit. Verùm, qualis omnis hæc propinquitas, si Mariæ

coniug. ares

Margin notes:

3 Reg. 3. 16.

August.

Ioannes Euangelista tur B. Virgini creditus.

Guarric.

Amor Christi erga Ioannem Euangelistam in Cruce omnium præcipuè.

Priuilegium quid?

Ioan. 1.

MARIÆ filium dici, quantus honor.

Amor diligentem in amatum transformat.

S. Thom.

Augustin.

compares? Quid arctius identitate? Hic apex coniunctionis, hæc corona: MARIA non circa Deum eſt intimè, quemadmodum Angelus, homo, & quæ ſubſeruiunt; atque famulantur reliquæ creaturæ: idem eſt cum ipſo qui Deus eſt: *Hic taceat, & contremiſcat omnis creatura* (Damiani vox eſt ſerm. 1. de Natiuitate) *& vix audeat aſpicere tantæ dignitatis, ac dignationis immenſitatem: Dominus tecum, inquit Archangelus. Habitat in Angelis Deus; ſed non cum Angelis; quia cum illis eiuſdem non eſt eſſentiæ: habitat Deus in Virgine; habitat cum illa, cum qua vnius naturæ habet identitatem.* Igitur, ſi ab amore coniunctio & propinquitas; & quò coniunctior amato, qui diligit, eò vberiores amoris flammæ: cùm Deus ſupra omnium creaturarum coniunctionem Virgini coniunctior ſit, nempe, cùm qua idem ſit ipſe Deus, quod coniunctionis faſtigium & vmbilicus eſt; fit, neceſſarium fore, MARIAM vt Deus adamet ſupra omnium creaturarum collectionem, plùs in ea ſola ſibi complacere, quàm in omni hominum atque Angelorum multitudine, ſiue diuiſiuè, ſiuè cum aggregatione & ſimultatione conſiderata.

MARIA idem cum eo, qui eſt Deus. Damian.

5. Liber paulolùm immorari in hac ſacra coniunctione, quæ tantum & amoris, & honoris MARIÆ attulit. Loquebatur ad turbas de Baptiſta Ioanne Chriſtus Matth. cap. 11. póſtque multa Præcurſoris encomia: *Amen* (ait) *dico vobis, non ſurrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptiſta: qui autē minor eſt in regno cœlorum, maior eſt illo.* emergit ſtatim communis ſcrupulus, quomodo conciliare fas ſit, Ioannem omnes excedentem, minorem eſſe? Mihi ingenioſè admodū cogitaſſe viſus Cæſarius, Nazianzeni Gregorij frater. Nam, quem minorem nuncupat Chriſtus, Euangeliſtam Ioannem eſſe arbitratur: hic autem in regno quidem cœlorum inferior ſit Baptiſta: at in terris præcellentior. At, quo pacto id ſtare valeat? qualis hæc prælatio? ſi officia contemplemur, potioribus honoratur Baptiſta; Vexillifer, nempe, & Lucifer non vnquam morientis Solis conſtitutus: ſi ætatem, vetuſtior eſt: ſi vitæ inſtitutum, plùs rapiunt ſetoſæ illæ pelles, & ſyluarum cibus: ſi denique animæ ornamenta, & de cœlo delapſa dona; nemo inter natos mulierum illo ditior, exceptis ſemper Chriſto, eiúſque Genitrice. Quibus igitur antecedit Euangeliſta Ioannes? Amicitiæ, atque vberioris dilectionis ſignis. Sed cape à Cæſarij acumine ſingularis pronunciati non aſpernandam rationem: *Quis minor* (inquit dialóg. 3.) *quidem in regno cœlorum, maior autem Ioanne? Omninò eum, qui a Domino tonitrui filius cognominatus eſt, Ioannem Theologum. ille enim multo timore viſus tangere Verbi verticem carnem geſtantis non audebat: hic autem plus omnibus libertatis habens in diuina Cœna, in ſinu Domini recumbens, paulò pòſt ſuper ipſum ſanctum vniti cum Deo hominis pectus ſeſe reclinat. Non Ioſephus, qui nominabatur, attamen pater eius noncrat; non Ioannes Baptiſta, non Angelus, non Archangelus, neque alius quiſpiam, incarnati Dei, & Verbi auſus fuit attingere illud formidabile pectus, ſuper quo hic Ioannes, velut Pater ſuper filium diffuſus, recubuit.* Itaque Cæſarius inde colligit, familiaritatis & dilectionis potioribus incrementis auctum Ioannem Apoſtolum, quòd Baptiſta, cùm ablui vellet Seruator, vix tangere auſus, & quidē niſi compulſus carnem illam, quæ Deum ſibi vnitum haberet: Euangeliſta autem Ioannes non tantùm contrectare; ſed puluinar ſibi, ſed ſtratum parauerit, & tanquam imperioſus genitor in gnati ſinu requieſcat, ita ille altè ſoporatus ſit inter Dei hominis brachia. Sed, quota eſt hæc diſcipuli, quem diligebat IESVS, coniunctio? quota approximatio, ſi MARIÆ compares? Ille ad horam dormiuit, bibit de arcano corde ſacri fluenta Euangelij: hæc nouem menſibus intra materna clauſtra portauit: Deinceps, quanto, quàm diuturno interuallo, dum vberibus admoueret, dum circunferret, dum oſcularetur crebrò? Sed leuia ſunt iſthæc, quando & vna atque eadem fuerit caro Chriſti, atque MARIÆ. *Specialiter tamen cum* MARIA (ait Bernardus homil. 3. ſuper *Miſſus eſt.*) *cum qua vtique tanta ei conſenſio fuit, vt illius non ſolùm voluntatem; ſed etiam carnem ſibi coniungeret, ac ſi de ſua, Virginiſque ſubſtantia vnum Chriſtum efficeret; vel potius vnus Chriſtus fieret: qui etſi nec totus de Deo, nec totus de Virgine; totus tamen Dei, & totus Virginis eſſet.* Quantùm itaque illa coniunctio Ioannis carnem ſolùm tangentis, diſtat à coniunctione identitatis (quæ ſuprema eſt) cum eadem carne; tantùm differt amor, quo Virginem proſequutus eſt homo Deus, ab amore, quo idem, aut Ioannem Apoſtolum, aut quenpiam alium de dilectiſſimis proſequutus ſit.

Cæſar.

Bernard.

6. Verùm, vt Genitricem Chriſtus ſummè ſemper amauerit, idque tota vitæ oſtenderit periodo; ſcitè tamen Guarricus Abbas ſerm. 4. de Aſſumptione: *Cæterùm, cùm dilexiſſet eam* IESVS (ait) *in finem dilexit eam: vt non ſolum propter ipſam finem viuendi, verùm & in ipſam finem penè faceret loquendi, dum velut inter vltima verba teſtamenti, curam Matris chariſſimo tranſcribit hæredi.* Sed, quod amoris argumentum, præcipuū & ſingularis præſertim, (de quo amore loquimur,) filium cum Parente ſolatij indiga & mœroris plena loquutum fuiſſe, quando cum latrone ſermones miſcet? *Nam ſi religioſum eſt,* (ait Ambroſius lib. 10. in Lucam, cap. 23.) *quod latroni venia donatur à Domino, multò religioſius, quòd Mater honoratur à Filio,* Chriſtus latronem alloquens non diſtulit ne tantillum humanæ ſalutis cauſam, quin hoc ipſum erat maximè redimendi hominis attendiſſe: Matrem ſi alloqueretur, mora aliqua redemptioni ponenda fuerat, etſi breuis illa: *Teſtatur* (inquit Ambroſius de virginis inſtitutione, cap. 7.) *de cruce Dominus, & paulisper publicam differt ſalutem, ne Matrem inhonoratam relinquat.* Sed, quid intereſt, publicam ſalutem momento differri, aſſeras, præſertim propter Matrem? tantane res hæc? tanta ſanè, quanta maior vix eſſe poſſit, quantam, niſi MARIAM ardentiſſimè amaſſet, Chriſtus nunquam feciſſet. Perpende tu, quàm celer currat, quàm citus feratur ad redimendum hominem Chriſtus, de quo Salomonis Pater Pſalmo 18. *Exultauit, vt gigas, ad currendam viam ſuam.* de quo Salomon ipſe huius Epithalamij cap. 2. *Ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles* Non ambulaſſe feſtinanter ſufficiebat, non cucurriſſe: exigua hæc properanti videbantur: ſaltus dabat, quàm ſtupendos diſce ex Ambroſio ſerm. 6. in Pſalmum 118. *Videamus* (ait) *ſalientem: ſalit de cælo in Virginem* (vah quanta diſtantia! quàm ingens ſaltus ſpatium!) *de vtero in præſepe, de præſepio in Iordanem, de Iordane in crucem, de cruce in tumulum, in cœlum de ſepulcro. Proba mihi, Dauid, ſalientem, proba currentem: tu enim dixiſti: Exultauit, tanquam gigas, ad currendam viam, à ſummo cælo egreſſio eius,* &c. Hunc igitur tanta pernicitate volantem, ſitientémque celerem mortalium redemptionem,

Chriſtus Genitricem in Cruce magis dilexit.

Ambroſ.

Salutem hominū quanti fecerit Chriſtus?

Pſalm. 18.

Cant. 2.

Ambroſ.

moiari propter MARIAM, pausam facere, non putas amoris exquititi sufficiens argumentum? Cetiè montes etant Apostoli, cetiè colles discipulorum cœtus, dolebant pro Magistri abscessu:
Ioan. 16.
Et nunc vado ad eum, qui misit me (Ioan. 16.) *sed, quia hæc loquutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum.* Volebant, ne transiliret: sed ille, ne gradum quidem retatdauit: transiliit colles, transiliit montes: quod non poterant montes, non editissimi colles, vicit MARIÆ amor, & ad hanc vt ventum est, *paulisper publicam distulit salutem, ne Matrem inhonoram relinqueret*; ne non supra omnes amasse videtetur.

7. Distulit tantisper Christus publicum opus ob MARIAM. Sed, quid in illa morula in Vitginis fauorem perpetrarum? *Testatur* (loquitur Ambrosius de institutione virginis, cap. 7.)
Ambros.
de cruce Dominus IESVS: *subscribitur Ioannes in testamento Christi: legatur discipulo Matris custodia: pietatis gratia commendatur. Non vtique Christus faciebat diuortium, non* MARIA *relinquebat virum. Sed cum quo Virgo habitare debebat, quàm cum eo, quem Filij hæredem, integritatis sciret esse custodem.*
MARIA omnis testamenti Christi materia.
Primùm disquiro, nunquid non Seruatori aliquid, quod testamento legaret, prætet MARIAM? Tam vacuus bonorum, vt prætet Parentem aliud relictum non sit? Et vbi illa gloriosa? *Quoniam mea sunt omnes feræ syluarum.* (Psalmo 49.)
Psalm 49.
& pulchritudo agri mecum est? Et vbi pompaticum illud: *Per me Reges regnant: per me Principes imperant.* (Prouerb. 8.)
Prouerb. 8.
Mecum sunt diuitiæ, & gloria, opes superbæ, & iustitia? Tantis abundans solam MARIAM Ioanni relinquit? Relinquit quidem, & non aliud pignus Ioannem decebat: quippe, quæ nobis amantissima sunt, qaæ cæteris chariota, discessuri hæc charissimis amicorum donamus. Quia ergo inter tam opulenti Regis diuitem gazam, MARIA nihil quo magis gauderet, inueniebatur; hoc vtpote summè dilectum pignus, discipulo, quem eximiè iotet commilitones amauerat, reliquisse conueniens fuit.
Arnold Car.
Vide, si non mecum sentiat Arnoldus Carnotensis, bonæ vallis Abbas, tractatu de septem verbis Dominicis, ad illa verba: *Mulier, ecce Filius tuus* &c.
Christi dilectio erga Ioannem Euangelistam, ob relictam ei MARIAM.
Petro commendatur Ecclesia; tibi MARIA: *illi tumultuosa negotia; tibi pacifica, & quieta: illi atria, & vestibulum; tibi commendatur altare incensi, & Sancta Sanctorum. ad culmen ministerij tui nullus tecum admittitur: solus illi adsistis Propitiatorio.* Quantùm itaque distant atria, & vestibula à Sanctis Sanctorum; tantùm legatum Petro, ab eo, quod Ioanni relictum fuerat: sic nanque congruebat, cùm inter amicos distribuenda essent munera: amicissimo tamen, videlicet, Ioanni, quod præ reliquis charum erat, pignus, nempe, MARIAM, reliquisse.

8. Progrediamur ad secundum quæsitum. Esto, Ioannem Christus elegerit, cui Genitricem seruandam committat: sed, cur sola Mater eius curæ data? Si tam vigil est atque attentus Euangelista singulariter dilectus, qui Magni Imperatoris Parentem tutò custodiat, cur non eidem potiùs quàm Simoni Petro, Ecclesia tradita? cur non ipse Petrus haud dudum in fide mendax, in Duce confitendo ignauus miles? cur non reliquiæ discipulorum, timida & dispersa manus, commendatæ? Dicam equidem, & explanabo allata similitudine. Cùm secundò Ægyptum peterent filij Iacob, fame inualescente, imperauit annonæ Præfectus Ioseph, ne sine comite Benjamino, fratrum minimo, se in viam darent; aliter si fecissent, frumento vacuos abituros: vrgebat esuries; monet antiquus genitor Iacob de alimentis, hortatur gnatos: sed illi incassum profecturos sine viatum socio Benjamino renunciant. Heu quali sauciatus ad hoc nuncium vulnere senex! Dixit eis Israël: (Genes. c. 43.) *In meam hoc fecistis miseriam, vt indicaretis ei, & alium habere vos fratrem.* Sed, ô
Genes. 43.
Iacob, quomodo tu, aut non nimiùm pius in vnum gnatorum, aut non nimiùm oblitus plurimum filiorum? Descendunt tot in Ægyptum, ad inimicam gentem, (oderant enim Ægyptij filios Israël,) non reuocas, non obsistis euntibus, hortaris magis, & impellis; & cùm de vnius discessu agitur, planctum agis & lamentum inconsolabile: pretiosiórne apud te vnus Benjamin, quàm fratrum multitudo? Sinè, quemadmodum Israël Iosephum plùs cætera sobole diligebat, eò quòd in senectute genuisset eum: sic etiam Benjaminum præ reliquis charum fuisse, iure æstimare valemus, cum Benjaminus vel Ioseph natu minor esset; Benjaminum igitur quia super omnes amaret, ideò de solo hoc illi cura; ideò cæterorum velut immemor pro huius tantùm incolumitate laborat. Aptè Chrysostomus hom. 44. in Genesim:
Chrysost.
Amor ægrè fert dilecti absentiam.
Et amor quidem erga Benjamin non sinebat patrem, vt illum à se amandaret. Ergo, sicut Iacob de cætera sobole tantò negligentior apparebat, quantò de vnius Benjamin salute sollicitus, non quòd filios, viscera, nempe sua non amaret impensè; sed, quia inter fratres minimum plùs diligebat: sic Christus in ligno pendens, cùm de commendanda sola MARIA Ioanni vigilat tantùm, atque hanc memoriam etiam inter tormenta, etiam ad properantis lethi conspectum retinet; hoc facto significabat & præsentibus, & venturis nepotibus, quantò magis amaret MARIAM, quàm Ecclesiam, quàm Apostolos, quàm vniuersitatem creaturarum: ideò huius illi sola cura, vt si cum hac cætera conferas, quasi contemptui esse Filio Deo putes: adeò hæc prima Christi sollicitudo, quia & eiusdem primus, atque eximius amor. Hanc igitur Christi erga MARIAM potiorem dilectionem rectè adumbrat, quòd Salomon, cùm propè innumeras haberet vxores; Pharaonis tamen gnatam sic adamasse videatur, vt si cum honoribus & amore quo eam prosecutus sit, cæterarum comparentur amores; eas neglexisse magis, quàm amasse appareat.

SECTIO. II.

Virtutis tramitem aggressi propter humanos respectus, raro perseuerant.

PHARAONIS filiam ad pristinæ superstitionis dedecora reuersam fuisse docuimus antecedenti Prælocutione, sect. 2. 9.
num. 10. Causam fuisse quibusdam suspicio est, quòd religionem magis simulauit, quàm amplexa fuerit: nempe, Salomonis sponsa, atque adeò inter vxores princeps haberi cùm ambitiosa puella cuperet, obtineri autem non posse, nisi per Iudaïsmi professionem, animaduerteret; aut finxit Hebræorum cæremonias sibi cordi esse; aut, vt religio placuerit, non tam ipsius religionis gratia amplexa Mosaicos ritus quàm vt per hos, quod maximè vellet, consequeretur. Quare mirum non est, eam quæ hoc ordine virtutis limen intrauit, data posteà opportunitate, facilè incepta perosam

perosam, ad vetera deuolutam: periculosissimum enim id genus exordij est, spiritalem vitam ingressuris, vllámve honestam actionem, certè de magnis, & heroicis; quam si tales ad finem optatum perduxerint, miraculi instar fuerit: docebunt nos Abrahami, atque Iephte in sacrificanda prole paria sane initia: similes ingressus: sed dispares omninò exitus. Quàm lætus vterque, quàm alacris sub votorum auspiciis! Et quidem liberalior Iephte: nemo enim ad offerendum cópulit; sed ne inuitauit, ne tantùm suasit: tum ne vnam aliquam victimam promisit; verùm nullo facto discrimine, quodcunque triumphatori occurrisset: *Si tradideris* (ait Iud. cap. 11.) *filios Ammon in manus meas, quicunque primus fuerit egressus de foribus domus meæ, mihique occurrerit reuertenti cum pace à filiis Ammon, eum holocaustum offeram Domino.* Præliatum cum Ammonitis, vincuntur, reuertitur gloriosus superato hoste Iephte, occurrit prima omnium spes posteritatis filia vnica, dolet super promissis, & sponsionem exosus animo pœnituit vouisse; induit luctum inter lætas victoriæ acclamationes: *Heu me! filia mi,* (inquit) *decepisti me, & ipsa decepta es.* Et talis Iephte dux sub votorum initiis tam alacris; talis tam mœstus sub sponsionis exitu. Exere tu caput, magne Abraham Patriarcha, & experiamur, quantus sis, cùm incipis; quantus, cùm desinis! Mox vt diuinam excepit vocem; *non contristat frontem deuotissimus Abraham* (ait Zeno Veronæ Antistes serm. 1. de Abraham) *nec dolor patris lacrymas persuasit; sed exultat, & gaudet. Denique impiero sacrificium, ne mora faciat peccatum, protinus præparat, vnde ait: Igitur Abraham de nocte consurgens,* (Genes. c. 22.) *strauit asinum.* Pulchra sunt hæc exordia. Sed facile est incepisse, scandamus montem, iungamus ligna, exeat de vagina cruentus ensis: verùm, in his omnibus gaudentior Abrahæ fides: *Lætatus est puer* (sequitur Zenonis oratio) *patre fideli, ipsi quoque fidelior. Lætatur pater filio quoque gaudente, & cum gaudio vnici pignoris alligat manus, quas ille vinciendas libentius offerret.* Sed nunquam Zeno eloquens, si non sermone de Patientia: *O nouum spectaculum, ac verè Deo dignum, in quo definire difficile est, vtrùm sit patientior Sacerdos, an victima! non percussoris, non percutiendi clandicat color, non membra tremore vibrantur, non demissi, non torui sunt oculi. Nemo rogat, nemo trepidat, nemo se excusat, nemo turbatur, ne verè sit parricidium; ille erexit gladium; iste ceruicem: ille lignum, quo inuratur, sibi portat; iste aram struit: sub tanto non dicam humanitatis, sed ipsius naturæ metu læti sunt: medius stupet gladius nullo impedimento suspensus, mactationis terribili gloriam se præstitisse, non crimen.* Vnde ergo in re difficillima Abraham tam constans, Iephte tam dolens, cùm ad periculum ventum est? Sanè Iephte pollicitationem extorsit non amor religionis, non Deo soli placiturum studium; sed penè desperatæ victoriæ cupido, penè amissum triumphum recuperandi ardor: itaque ingens facinus ob humanas causas molitus est. Crede Gregorio Theologo oratione de Machabæis: *Iephte, pollicitationis feruor, victoriaque deplorata cupiditas offerendi muneris necessitatem imponebat.* Procopius Gazensis ad cap. 7. Iudicum: *Promissio nimis fuit fecunda, éxque amore desperata victoria profecta.* At Abrahami solios Dei imperata mouerunt; non commoda respexit; nun gloriam aucupabatur; non regna, non diuitias attendebat. Zeno præfato de Abraham serm. *O qui seruum Domini ita se esse meminerat, vt patrem esse nesciret! Quid est pater? Ecce sub oculis iacet filius vinculis adstrictus: vbi sunt lacrymæ? vbi dolor, qui in humanis sensibus versari consueuit? In tantis filij casibus lætatur, & gaudet; & se Dominum promeruisse triumphat.* Speciosè hoc postremum Zeno: *Et se Dominum promeruisse.* Hic enim Patriarchæ scopus, de Deo Creatore suo optimè meruisse, illi solùm placuisse: hæc sufficiens votorum, & sacrificij merces: hac armatus cogitatione mascula, potuit non minùs animosè gladium stringxisse, quàm filium Isaac domo extraxerat: potuit denique & filium saluum, atque incolumem retulisse. Iephte autem, quia spe humanæ ambitionis, atque victoriæ ductus, priorem animi alacritatem, data victimæ occasione, amisit; infaustè sacrificauit, filiam deperdidit.

Iudic. 11. 30. — Zeno Ver. — Genes. 22. 3. — Nazianz. — Procop.

Miratus sum, dum Iacob scalam contemplor, ex tanta ascendentium Angelorum multitudine, nullum beatas sedes ingressum fuisse: & quidni possent, quando cacumen & fastigium illius cœlos tangeret? Quid hoc est? Laborarum plurimùm scandendo; viæ illæ difficiles, & quibus, nisi aligeri Spiritus, & pennatæ mentes, se committere non audeant: Intrepide aggrediuntur exordia, pergunt, proficiunt, & mox vt ad conspectum Creatoris scalæ incumbentis, venerunt, cùm oportuit cursum consummasse, cùm finem fatigationi posuisse, reuertuntur veloces, rursúmque ad incepta redeunt, ad graduum primas scansiones? Quæ est tam labilis, tam irrequieta itio, atque reditio? Vide, qualem scalam isti parauerant cœlo scandendo, perfectioni acquirendæ? *Viditque in somnis* (Genes. cap. 28.) *scalam stantem super terram*; non quidem eleuatam à terra; sed, quæ telluri adhæreret. *Ego quippe pietatis exercitationem* (inquit Basilius Cappadox hom. in Psalmum 1.) *scalæ à Iacob visæ rectè comparauerim, cuius pars terram attingebat,* &c. Cernis terræ affixam? ergo illius ascensionis initia terrena sunt, primam scalæ partem tellus possidet: iam non stupesco tam crebros lapsus, iam quòd nemo perficere & consummare valeat incepta: nam velle scalam machinare, velle gradus componere, quæ cœlo viam aperiant, gloriosum iuxta, atque propheticum est: sed velle, vt huius scalæ, atque ascensionis ad Deum initia terram sapiant; hoc est, cupere spiritalem vitam propter humanos fines inchoare, res est periculi plena: non ausim egotalibus constantiam polliceri: vt pergant aliquantùm, vincántque gradus scalæ quosdam, tandem prolabentur, corruent iterum in terram. *Descendentes sunt* (inquit Zeno Veronensis sermone de somnio Iacob) *qui sæculo renunciantes, rursus reuertuntur ad sæculum.* Meritò reuertuntur ad vomitum, præcipitio feruntur, qui ex terra ad cœlos ascendere præsumpserunt. Non ipse Christus tanti discriminis scansionem audeat: & volebat sanè cœlos penetrare, volebat triumphans, neque solus ingredi; *sed captiuam secum ducens captiuitatem*: quid faceret super terram positus? non ab hac ad polorum culmina itur: meditatus nouum quid solers artifex atque diuinus; *Ego* (inquit Ioan. cap. 12.) *si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum*: non incomitatus intrabo cœlorum adita: ibunt mecum plurimi: ibunt quidem; *si exaltatus fuero à terra*: postquàm has reliquero inferioris orbis sedes. Hæc, nempe, via scandentibus cauta & secura, si Christi imitatione à terra eleuentur; non si scalam

10. — Genes. 28. 12. — Basil. — *Terrenis inhærere periculosum* — Zeno Ver. — Ioan. 12. 32.

Bernard. Iam telluri affigant. Bernardus, serm. 21. in Cantica: *Vnde arbitror, illum sermonem, quem dixit de se vnigenitus, videlicet, si exaltaretur a terra, omnia traheret ad seipsum; cunctis quoque suis Fratribus posse esse communem; his vtique, quos Pater praesciuit, & praedestinauit conformes fieri imaginis Filij sui. Et ego igitur, si exaltatus a terra fuero (audacter dico) omnia traham ad me ipsum. Nec enim temerariè vsurpo mihi, Fratres, vocem, cuius me induo similitudinem.*

11. Sed, quandiu immemores Principis Apostolorum? qualia ille iactat, quanta pollicetur? *Etsi*
Matt. 26. 33. *omnes scandalizati fuerint:* (Matth. cap. 26.) *ego nunquam scandalizabor: etiamsi oportuerit me mori tecum, non te negabo.* Nec ventosus sermo, nec vana omninò verba: stetit coram armatis intrepidus miles, nec formidauit numerum vnus aduersùs plures loricatus: potuit & machæram extrahere, non alium percussurus, quàm Principis Sacerdotum seruum: denique, nisi ad Magistri imperium gladium vaginæ non immissurus. O supra virum! Irut in atrium pontificale: vocatur ad quæstionem Simon: de cuius sit schola, quem habeat Gymnasiarcham, & Præceptorem, interrogatur, non stricto mucrone pectori admoto, non producto equuleo, aut catasta, non admotis candentibus laminis; sed neque Iudex, non de armatis quispiam, vna interrogat puella; & hæret, & turbatur, negat denique. Quæ tam noua res hæc? Fortis apud Gethsemani coram integra cohorte iratum plena; & vnius ad iuuenculæ sine tortura quæstionem deiectus & confractus ore, animo!
Aula periculum. Erit, qui aulæ, erit, qui femineæ collocutioni tribuat: vtriusque par venenũ, & fatale virus ab vtroque. Quem de fortioribus non deiecerunt? Dabunt alij causam, quòd à longè sequebatur, nõ assistebat lateri IESV, quemadmodum apud viridarium, vbi
Curiositatis comprehensus est: mihi alia cogitatio. Puto, Si-
aesmnum. monem pontificia atria ingressum, non Christi gratia; sed curiositate quadam ductum; quò sciret iudicij formã, & quibus modis Christũ acciperent
Matt. 26. 58. hostes illius. Certè Matthæus adsignificasse visus cap. 26. *Petrus autem sequebatur eum à longè vsque in atrium Principis Sacerdotum: & ingressus intro sedebat cum ministris, vt videret finem.* Ecce, quorsum ingressus, *finem vt videret*; non, vt homicidales viros aduersùs innocentẽ sæuientes reprehenderet, non vt martyrij occasionem captaret: ergo periculo se committens ob alios fines, quàm propter virtutem ipsam, quàm propter Christi amorem, non mirum, si retrocessit, & Præceptorem negauit: intra hortorum autem spatia, quoniam Christi eum charitas agebat, non humana aliqua ductus causa, & incepit fortiter, & viriliter semper prosequutus est. S. Laurentius Iusti-
Iustinian. nianus, de triumphali Christi agone, cap. 8. *Non enim humiliter, neque constanter* (vt debuit) *ingressus est: & fortasse ideò corruit; quoniam non vt pugnaret, sed vt finem videret, accessit.*

12. Vocat nos frater ille ex duobus senior, inter quos genitor substantiam distribuerat: *Ecce* (ait
Luc. 15. 29. Luc. cap. 15.) *tot annis seruio tibi, & nunquam mandatum tuum præterii; & nunquam dedisti mihi hædum, vt cum amicis epularer.* Quam excellens virtus in magna familia, & inter ingentes curas, nunquam lapsum fuisse, nunquam genitorem vexasse? Id si vno, alteróve anno tantùm, in adolescente, cuius ætas in vitia præceps, laudem summam meruisset; nunc, quando per multa lustra, plurimùmque annorum curricula, omnem vincit commendationem: sed cum istis additum

intelligas, sine mercede spontaneè iustitiam coluisse, (neque enim vel vnum hœdum acceperat;) iam non laudas, stupescis penitùs in iuuene tantam morum integritatem: & tamen tam longa, tam producta iustitia, tam inculpati mores tandem naufragium patiuntur a fraternæ gloriæ inuidia, à murmurio de genitore. Miseranda humanæ conditionis sors, nunquam secura, nunquam in tuto locata, dum viuitur! Certè peccasse seniorem
hunc filium, & Augustinus, & reliqui veterum, August.
qui eo significatum populum Iudæorũ Gentilismo inuisum & ob eius pœnitentiam, atque honores tabescentem, opinantur, fateri tenentur. Nolo ex aliis transcribere Patrum istorum loca: tu vide,
si cupido est, Maldonatum ad cap. 15. Lucæ. Et Maldon.
quidem peccasse dicamus, quem Scriptura apertè prodit indignatum fuisse, & præ ira noluisse intrare: qui tam spissum mendacium non veritus est pronunciare; nempe, ne hœdum sibi à genitore datum; cui tamen ille totam substantiam diuiserit, vt capitis initio habetur: erat autem bona pars substantiæ apud veteres posita in re pecuaria, vt Patriarcharum, Iobi, aliorùmque exemplis constat: Igitur, quando peccasse penè extra dubium sit, atque in iustitia non perseuerasse, huius quidem causas indagamus. Omittam aliorum varia placita, & quid ipse, adiutore Hieronymo, meditatus sim, promam. Conquestus fuerat de parentis, siue auaritia, siue ingratitudine, quòd ne hœdum vnum dedisset, quo lætum diem ageret, atque epularetur *cum amicis*. At, cur non potiùs dixerit: Quò *tecum ipso*, ô genitor chare, ô cui debeo quidquid hoc est, quod valeo, quod sum, quod viuam; epularer. Nónne, quæ dona parens distribuisset, pro ipsius honore, pro obsequio, & delicijs consumpsisse oportebat, & non cum alienis? Itaque fuit illa filij prouectioris culpa, quòd quæ à parente accepisset munera quæ Deus (quem pater ille designabat) contulisset dona, siue naturæ, siue gratiæ; has omnes dotes cum creaturis, *amicis suis*, verè inimicis acerbissimis, consumere mallet: non easdem dotes ad Creatoris sui encomium, & gloriam retulisse. Denique, vt vno verbo proferamus, scopum sibi, suisque præfigebat actionibus creaturas, non summum illud & omnipotens Numen. Qui igitur sic in domo Dei ministrabat, vt non Deum, sed munera eius amaret, virtutem coleret propter lucrum, & vt hœdus daretur illi, non ipsius honestatis gratia; hunc minimè mirandum est, terga vertisse, ab incepto iustitiæ tramite declinasse, mobilem, & inconstantem extitisse. Quare rectè satis Hieronymus epistola ad Hieron.
Damasum de filio prodigo, & frugi, Israëlem, seniore filio adumbratum, increpat, quòd apud alios potiùs, quàm cum genitore iucundari mallet; cùm tamen genitori nullæ epulæ suaues absque gnatorum consortio essent: *Nunquam dedisti mihi hædum, vt cum amicis meis epularer: erras, Israel: dic potius, vt tecum epularer: aut potest tibi esse aliqua iucunditas, nisi patre tecum celebrante conuiuia: saltem exemplo docere præsenti: receptio filio iuniore pater lætatur, & pueri: Manducemus* (ait) *& epulemur: non, Manducate, & epulamini.*

Huic senioti ex duobus fratribus per omnia 13.
similes fuère operarij illi qui primo manè, & ante omnes missi sunt in vineam à patref.amiliás,
Matthæi cap. 20. Quantum illi fatigationis, Deus Matth. 20.
bone! quantum subierunt lassitudinis? Torquebantur non vna, alteráve tantùm hora à Sole, à siti, à sudorum profluentibus riuis; & sub talibus

Inuidia malum. solaciis impigrè laborandum erat. O malè turpatam totius diei gloriam à vespertino liuore, à non iusta de patrefamiliâs querela! Sic existimabat *Nicet.* Nicetas Nazianzeni Scholiastes ad orationem eius in sanctum Baptisma: *Atque hæc omnia his, qui priores operi incubuerant, sudorem laudis & gloriam, quam nisi tales inuenti essent, accepturi erant, subtrahunt.* Vnde præcipuis, vti videbatur, magnæ vineæ operariis, viris tam laboriosis, qui mortificantur tota die, pœnitentiæ ducibus, vt ab incepta iustitia resilirent? & illi pugiles, quos neque longus æstus, non vicerat sitis, non panis mercenariorum, frangerentur ab alieni commodi inuidia? Vah superbiæ formidandam pestem! tolerabis maciem ieiunans, frigora perferes, non declinabis æstiui canis ardentes radios, fluent è lacerato corpore sanguinis riui; sed iuniores, sed nouos homines tibi antiquo dietum, qui iam diu in vinea laboras, coæquasse, non potes videre, non audisse quidem: Furiis agitaris: non sufficit eos contempsisse, quòd parum laborauerint, quòd postremi venerint: audes & de vineæ patrono sinistrè cogitare; audes & in os, faciémque *Murmur, inuidiæ proles,* redarguere: *Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti?* Et fuit quidem peccatum eorum, inuidentia: huius soboles querimoniæ, atque murmur de sociis iunioribus, de vineæ domino. Sed, quare non etiam nouissimi illi iræ stimulis contra primos agitati sunt, de iisque malè loquuti? neque enim defuisset, quod calumniare possent: cur in iustitiæ incepto tramite stabiles permanserunt? Accipe vtriusque euentus caussam. Sanè operarij primi illi, qui pondus sustinuerunt cum æstu, non domini gratia, & huic solùm placere volentes vineam ingressi; sed mercedis spe commoti: *Conuentione enim facta misit eos in vineam.* Scopum igitur sibi denarium, non dominum præfixerunt. At qui circa vndecimam horam accesserant, nullum de conuentione sermonem habuerunt; satis compensatos labores suos existimantes, si domini fauorem promereri valuissent: sufficit eis virtutis ipsius gloria: humanum præterea, & temporarium nihil affectant. Audi Nicetam vbi suprà: *Illi enim de iusta mercedis persolutione domino non antè fidem habuerunt, nec in vineam pedem intulerunt, quàm de mercede cum ipsis conuentum esset: hi autem nec conuentionem facientes, nec anxiè de mercede exquirentes, ingressi sunt.* Hinc itaque est, quòd primi illi, quia alium, quàm Dei gloriam, finem laboribus posuerunt, temporalia, videlicet, bona, ab incepta iustitia per murmur & inuidiam retrocesserunt: postremi verò, neque aduersùs hos suos hostes, neque alios questi fuisse leguntur; sed, quam semel professi fuerant, continuasse virtutem; propterea quidem, quia virtutem sui tantùm gratia, atque vt virtutis auctori Deo solùm placerent, aggressi fuerant. *Ad hæc illi* (prosequitur Nicetas) *perspicua inuidia facibus aduersùs eos, qui vndecima hora venerant, exarserant; & aduersùs beneficij, gratiæque auctorem murmurant: hi autem, tametsi contra aliquid obiicere potuerint; nullius tamen iurgij & altercationis accusantur.* Doceat igitur nos filiæ Pharaonis ad superstitionem reuersus, quanta synceritate, quanta fortitudine virtutis à nobis capessendum sit iter: quoniam, si adulterinus sit amor, & emolumenta respiciens potiùs, quàm honestatem ipsam; facilè prima nos occupabunt mala, sed non absque insigni plaga: erit enim, vt crambe bis cocta desperatum rebus nostris exitum afferat.

Sectio III.

Præsentia fastidimus, absentia in honore habemus.

NONNE satis puellarum in Israël? Cur sponsam ex Ægypto arcessit Salomon? Potiórne 14.
quæ nigra, etsi formosa; quæ pagana, etsi iam superstitiosa relinquens; quæ alieno locutura idiomate, etsi Hebraica pronunciare fortasse docta; quàm quæ omnibus impedimentis careat intra Palæsthinam, atque adeò intra Solymitanos muros? Verùm, quo laborabat Salomon morbo, eadem mortalium plerique afflictamur ægritudine: Nostratia vilescunt, transmarina grandia sunt; nec aliter grandia, nisi quia trans mare posita, à luminibus nostris semota. Nemo Propheta in patria sua: peregrinare, absentem summum Prophetarum statim nuncupabunt. Quantum prodigium illud? Christus versatur in principe Iudææ vrbe, docet apud metropolitas, clarescit signis & ostentis, vident cæci, claudi ambulant, muti loquuntur, tam celebris in concionando, vt nemo vnquam ita locutus, ipsis testimonium perhibentibus inimicis: atque tam potens cùm fuerit opere atque sermone, non legatio ad eum mittitur, non Messiam esse putarunt: fabri filium, contemptus causa; hominem, qui cum publicanis, & peccatoribus epularetur; à Dæmone occupatum dixerunt sæpè: quin, ne stipem communem pauperum aliquando qui præstaret, inuenit. Nam, quod Matthæus cap. 21. scribit: *Et relictis illis, abiit foras extra ciuitatem in Bethaniam, ibique mansit.* factum propterea, quòd, qui ad hospitium admitteret, in opulenta & numerosa vrbe non esset, vt putant Hieronymus, Beda, Strabus. En quàm despectus! Ioannes Baptista non in vrbibus viuit, sicut Seruator; fugit, quantum potest, mortalium consortia; remotissimis syluarum latebris abditur; sufficiunt comites feræ; & si quid de arborum cacuminibus modulantur aues canoræ, si quid præterlabens riuus murmurat, hos tantùm accipit sonos auditus; non suscitat extinctos, non eiicit imperiosus de templo vendentes, non pertransit benefaciendo & sanando omnes oppressos, non auditur in foro, non in plateis vox eius; & tamen *tunc exibat ad eum Ierosolyma, & omnis Iudæa* (Matthæi cap. 3.) *& omnis regio circa Iordanem.* Petebant eremum illi, ad quos Christus Matthæi cap. 11. *Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam?* Nec de media plebe, & indoctorum cœtu putes omnes: *Miserunt Iudæi ab Hierosolymis* (Ioannis cap. 1.) *Sacerdotes, & Leuitas ad eum, vt interrogarent eum: Tu quis es?* Certè non horum alia causa potuit esse, quàm quòd IESVM ad manum, præ oculis quotidie haberent; Ioannes profugus & semotus esset. Hinc illa existimatio de Ioanne; hinc ille contemptus de Christo: sic nobis vilescunt præsentia; sic fastidimus possessa; & inconcessa atque absentia potiora habentur. *Ioannes quidem Baptista* (ait Nilus Abbas in Ascetico) *in solitudine versabatur; & ciuitates ipsæ cum hominibus ad eum confluebant: & qui sericis vestibus induebantur, ad zonæ pelliceæ spectaculum concurrebant: sub dio incommodè manere non recusant, qui domos auratas incolebant: omnia illis erant tolerabilia; nam videndi viri cupiditas omnem molestiæ sensum abstergebat.*

Matt. 21. 17. *Christo eleemosyna negabatur.*

Hieron. Beda Strabus.

Matt. 3. & 11.

Ioan. 1.

Nilus Abb. *Solitudo reuerentiam conciliat.*

abijciebat. Fugiamus ciuitatum, & vicorum celebritates, vt qui in ciuitatibus & vicis habitant, ad nos non intrent. Amemus solitudines, vt qui nos in praesentia fugiunt, ad nos pelliciamus. Pulchrè, vt qui nos in praesentia fugiunt. hæc enim tota contemptus occasio, quòd ante lumina habeant, quòd fruantur & possideant: amoue à conspectu; & per longa, & difficilia itinera, per incommoda multa eundem sedulo venabuntur, & de latebris eruent, quē antè in vicinia positū, & vix vno passu distantem, nec requirebant, nec honore vnquā affecerunt.

15. Non recedamus à Christo: inuenimus apud Iudæos non solùm despectum, sed etiam incognitum, ea sola causa, quia haberent præsentem. Ioan. 9. 29 Ioannis cap. 9. cùm benignitate IESV cæcus à natiuitate visum recuperasset, sciscitantibus eum Pharisæis de miraculi auctore, cùm Redemptorem orbis fuisse ille liberè confessus fuisset; tandem impia turba: *Nos* (inquiunt) *scimus, quia Moysi loquutus est Deus. hunc autem nescimus, vnde sit.* Quid dixistis, ô Pharisæi: *Hunc nescimus, vnde sit?* Obsecro, an meliores probationes habetis quibus indubitatum sit, Deum locutum fuisse Moysi, quàm non esse hunc promissum vobis Messiam? Si quid possunt oracula Prophetarum, si quid Maiorum traditio, si quid potentia & naturam superantia signa; omnia hæc, declarent, Deum locutum fuisse Moysi, non minus sonora attestatione, hunc esse filium Altissimi & incomprehensi Numinis, vociferantur. Sed alio vos premam argumento. Meministis non multis elapsis annis, cùm Magi ab oriente venerunt Hierosolymam, dicentes: *Vbi est qui natus est Rex Iudæorum? vidimus stellam eius in oriente.* Matt. 2. 2 Matthæi cap. 2. *& venimus adorare eum.* Quid tum consilij init Herodes? Nónne conuocari imperauit sapientes in populo, omnes Principes Sacerdotum & Scribas? quàm apposite Scribæ vestri responderunt! quàm vere locum natiuitatis monstrarunt! Sciscitabatur ab eis, vbi Christus nasceretur? At illi dixerunt? *In Bethlehem Iudæ.* Quàm magnifice de loco ipso natiuitatis loquuti sunt: *Et tu, Bethlehem, terra Iuda, nequaquam minima es in Principibus Iuda: ex te enim exiet Dux, qui reget populum meum.* En nunquam Christum vidistis, nunquam allocuti estis, nemini vestrum apparuit aliquando, & docetis exteros Reges, vbi inueniendus sit: nunc coram oculis habentes: *Hunc* (dicitis) *nescimus, vnde sit.* Cum absens esset, & ad id temporis à nullo conspectus, Bethlehem, natale tam inclyte Dei is solum, et omnis grandibus efferebatis: putum verba viræ effundentem indigni. ontumeliis oneratis. Hesych. Velo alloquatur vos Hesychius, Presbyter Hierosolymitanus, homilia de sancta Maria: *Nos scimus, quòd Moysi locutus est Deus hunc autem, vnde sit, nescimus. O manifestam imprudentiam! ô ingratitudinem linguæ latronum det. lam! ô cæcam sermonum contrarietatem! Nam, cùm Herodes percunctaretur eos, vbi Christus nasceretur, cum fiducia dicebant In Bethlehem Iuda. Nunc autem, velata facie, clamant: Moysi locutus est Deus: hunc autem, vnde sit, nescimus.* Cernitis Christum à Iudæorum obtutibus semotum attolli; locum, qui de virginali claustro egressū excepit, laudibus celebrari: eundem præ oculis, præ manibus Iudæorum non cognoscit. Tantùm valet absentia ad famæ & æstimationis augmenta: tantùm præsentia deperditur.

16. Antiqua fuit Iudæis infelix conditio, præsentia horrori esse & despectui, absentium æstro & desiderio se in Ægypto discesserant & per eteP. Sherlogi Anteloq. in Cant.

mum, inuiáque & inaquosa euntibus, cùm alimenta non suppeterent, Angelorum esca (Sap. cap. 16.) Pater ille miserecors nutriuit populum suum, & panem de cœlo præstitit illis, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem. Sap. 16. Quanta in vno dono munera? Non pecuniæ, non seruorum obsequia desiderantur, non certa anni tempora speranda; & super his vniuersis, in vna esca, quidquid delicatum, quidquid sapidum sit: quis tam gulosus, & escarum peregrinarum vorator non istis sufficienter contentus, quando in vno cibo omnes? Populus tamen ille semper ad absurdiora declinans, fastidit cœleste beneficium, & quasi malè saturatus inclamat: *Anima nostra* (Numerorum cap. 21.) *iam nauseat super cibo isto leuissimo.* Num. 21. & 11. 5. Quam delicatus stomachus, sustinere non potens tales cibos! Videamus, quale supplementum anhelant? *Quis dabit nobis* (inquiunt) *ad vescendum carnes?* (Numerorum cap. 11.) *recordamur piscium, quos comedebamus in Ægypto gratis: in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porrique, & cepa, & allia.* O dignam tam rustica plebe mensam! Itaque æquum fuerit pro alliis, atque peponibus reliquisse dapes omnis saporis suauitatem continentes? Non; pessimam gentis naturam: non allia mouent; sed absentia peponum titillat: nō manna iniucunda esca, sed ingratum facit cibum situitio, atque præsentia. Disertissimè loquutus Saluianus lib. 1. de Dei prouidentia: Saluian. *Quotidiano cœli ministerio eum pascerentur, antiquam ventris ingluuiem bonis præsentibus praeferebant: turpissima, scilicet, ciborum carnalium recordatione mœsti, & fastidissime ceparum, atque alliorum amore agrestentes. non quod potiora essent, quibus antea vsi fuerant; sed quæ non erant, desiderabant. Nos magis laudamus illa, quæ tunc fuerunt, quam ista, quæ nunc sunt: non, quia, si eligendi facultas esset, semper habere illa mallemus; sed, quia vsitatum hoc est humanæ mentis, cùm intueatur illa magis semper, quæ desunt: & quia, vt ille ait, aliena nobis; nostra plus aliis placent.* Concinnè Saluianus, vt nihil ad nostrum institutum aptius dici valeat.

17. Berhard. Probemus eadem singulari, & arcana Bernardi sententia, sermone ad milites templi, cap. 11. *Inter sancta, ac desiderabilia loca* (ait) *sepulcrum tenet quodammodo principatum: & deuotionis plus nescio quid sentitur, vbi mortuus requieuit, quàm vbi viuens conuersatus est.* Cur, quæso, maior affectus erga sepulcrum, quod arctissimas amicitias dirimit, quod dulcissima pignora a charissimorum sodalium conspectibus separat? Sanè nobilissimæ quæque actiones à viuentibus exercentur: vita sublata, quid distet cadauer à trunco, à stupidissimis quibusque? Quare igitur non ea loca potiora habeamus, eorúmque ardentiori feramur desiderio, in quibus eximiæ & præstantissimæ quæque actiones nempe, viuentium, exerceantur? Dicendum puto ad problema. Equidem loca, quæ Christus Dominus, dum inter viuos ageret, siue sedens, siue stans, seu ambulans, facto contactu beata & adoranda reddidit, nunc eo ipsa non magis præsentem eum habent, quàm sepulcrale marmor, ab vtrisque distat super cœlum cœlorum locatus ad dexteram Patris: nihilominùs loca illa denominationem quandam eximiam habent à præsentia eius antiqua atque transacta: Itaque de istis verum est dicere: Cœnaculum, præsepe, Thabor, & similes sinus præsentem & viuum habuerunt Christum: de sepulcro, verum dixisse, absentem & defun-

 ctum

ctum possedisse Christum: magis ergo loca illa habent præsentiæ, magis habet sepulcrum absentiæ. Hoc itaque est, quòd mortales io sepulcri stationem propensiores sunt. Habuère alia loca Christum diotiùs, quàm lapis, qui mortuum custodiuit; habuère docentem, signa & prodigia ostendentem; sed simul habuère magis præsentem. Cùm igitur humanum genus minori in honore ea consueuerit tenere, quæ de præsentia magis participant; ea pluris faciat, in quibus plus est absentiæ; potuit esse hæc occasiu, cur *inter sancta ac desiderabilia loca sepulcrum teneat quodammodo principatum*, eiúsque contemplandi studio ardentiori rapiantur mortalium corda;
18. quia de absentia magis participat.

Verùm dubito, an hominibus tantùm sit insita conditio, vt satiritatem & contemptum pariant, quæ in promptu sunt, atque præsentia; negata, & à longè posita sitim generent, æstimationem, desiderium. Cerno apud Isaiam (cap. 6.) Seraphim pennigera: sed noua res; cùm gloriæ solio assistant, alis vultum contegunt: *Sex alæ vni; & sex alæ alteri: duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant*. Quid? Nónne Spiritus isti de eorum numero & natura sunt, de quibus Petrus, Apostolorum Coryphæus Epistolæ 1. cap. 1. *In quem desiderant Angeli prospicere?* Ergo, si Angelorum vota sunt incircunscriptum lumen videre; si suspirant ardentissimè pro contemplanda beata facie; quid iuxta positi, intermedium alarum velamentum erigunt, maceriam struunt visionem impedituram? Acutè Galfridus apud allegorias Tilmani, ad cap. 6. Isaiæ: *Ad quid enim velant faciem Domini? Vt non videant? Sed nihil tam cupiunt, quam videre faciem eius. Quid ergo? Videri timent, & ob hoc velant faciem Domini? Sed omnia nuda sunt, & aperta oculis eius.* Fortasse docere nos voluerunt, vt in nobis persicueret ipsum videndi desiderium, necessarium esse abscondi vultum Maiestatis: si aperta fiot omnia, si manifesta atque patentia, occupabit nos præsentium nausea: ne quando igitur à fastidio vincamur, ne quando contemnamus tantum boni, eia subsiliant pennæ, erigantur, vallum faciant etiam inter ignitos Spiritus, atque Numen. Sic concupiscent, sic anhelabunt videre, quem si vidissent, fortsan non sitirent, non desideratent, sed fastidirent. Huc allusisse suspicet Bernardum serm. 5. de verbis Isaiæ Prophetæ. *Quibus tamen putamus alis hoc caput Seraphim velant? Duabus, ni fallor; sua, videlicet, ipsorum gloria, & felicitatis: ineffabiliter siquidem delectantur in admiratione contemplationis illius; nec minus gloriantur in ipsius veneratione: iniquus ille admirationem quidem, sed non venerationem habens; quia subdi noluit per venerationem, figi non valuit per admirationem.* Itaque, quò veneratio incóparabilis gloriç vigeat, abscódatur gloria, quò & admiremur; colimus, quæ à nobis distát, suspicimus, quæ abierút: cùm adsút, nec veneratio, nec admiratio de illis apud nos.

19. Obseruastis aliquando, quam sedula fuerit in quærendo dilecto suo sponsa; stratum deserit, cubiculo abit; non remorantur tenebræ, non personæ auctoritas, non vigilum metus, non theatri amissio; non tempus, si forte pluuiosum, si ningens; non denique stigmata & vibices percutientium: & cùm per tot pericula quærat animæ suæ solanium, frustratur: *Quæsiui (inquit) illum, & non inueni.* Quærit hunc ipsum dilectum filius ille dissipator misetiarum satur, & præuenit venientem pater: *Cum autem adhuc longè esset, vidit illum pater ipsius, & misericordia motus est, & accurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum.* Lucæ cap. 15. Quid contemplamur, IESV bone? Illa tua colúba, illa formosa, tota pulchra, & in qua non est macula, neque ruga; illa, quæ vulnerauit te in vno oculorum, & in vno crine colli sui, quærit, & in nocte quærit te per vicos & plateas: tu tamen inexorabilis quodammodo ad eius querimonias: nunc veniente illo, qui amplum, quod dederas, patrimonium cum meretricibus dissipauit, qui conuictum tuum contempserat, dedecus domus tuæ, tanta excipis lætitia, tam mitis, tam officiosus in eum? Hæccine facis, vt peccatoribus spem ingeras? Sed nimis eatò stat sponsæ tuæ peccatorum solatium! an instruere velis, delicias contemplantium in hac vita fugaces esse, & breues? sed coniector docere te aliquid pro instituto, de quo agimus. Sponsa dulcissima integrum diem tecum consumpserat. *Dilectus meus mihi*, gloriatur ipsa Cantic. cap. 2. Quousque apud te, ô pulcherrima inter mulieres? *Donec aspiret dies (inquit) & inclinentur vmbra*, à mane sané in vesperum. Verebatur itaque sponsus, ne si familiaritatem & colloquia etiam in noctem produceret, contemneret mulier apud se tandiu manentem: Nimis præsentes fuimus, ait dilectus: timeo, ne consuetudo pariat contemptum, abeamus. Et abit, proh dolor! non per vnam noctem: de noctibus enim queritur illa. *In lectulo meo per noctes quæsiui, quem diligit anima mea.* At verò, quòd occurreret prodigo adolescenti, nullum imminebat periculum contemptus & fastidij: nam veniebat ille rum è longinqua regione, in quam peregrinauerat: tanta absentia incredibilem ardorem & sitim videndi paterni vultus, videndi antiquà domum pepererat: ergo sponsæ præsentia nocumento fuit: adolescenti meretricio absentia vtilitati fuit. Quæcunque tamen illa causa fuit: certè peccatur non petit venire ad se sponsum, & ad eum non tantùm venit; sed & eum præuenit, & accurrens cecidit super collum eius. Sponsa omnibus modis & votis ambit amplexus eius, quem diligit supra cunctos, & ad eius voces, atque lamenta quasi surdescere existimes. Dulciter Gilbertus Abbas serm. 3. in Cantica: *Surgam inquit, & vadam ad patrem meum. Iste de quærendo nil mouetur, tantum de flectendo sollicitus: quæ sponsa est, certa de gratia postulat præsentiam tantum: Surgam (inquit) & circuibo ciuitatem, & quæram, quem diligit anima mea, inuentionem sufficere reputans. Vide, si non in præsenti hæc possit obseruari distinctio quoniam pænitu exposita est, & parata cunctis indulgentia: delicia verò & fugaces, & recondita, & latibulis gaudente: ideo ille dicit: Surgam, & vadam. Ista verò: Surgam, & quæram. Denique & pater occurrit pænitenti: sponsus se subducit diligenti.* Salomon igitur patrias fastidierat puellas; quoniam his sine labore, & absque dispendiis frui poterat: gulosus stomachus incognita lubentius appetebat; non quòd pretiosiores illæ merces; sed, quia inauditæ, & inexpertæ.

Luc. 15. 10.

Dei erga peccatores indulgentia.

Contemplatio in hac vita breuis.

Cantic. 2.

Gilbert.

Isaiæ 6.

1. Pet. 1, 12.

Galfridus.

Bernard.

SECTIO IV.

Christi ardentior amor in sponsam Ecclesiam, quàm in Patrem æternum quodammodo.

CONFIRMATVM *est igitur regnum in manu Salomonis*, verba sunt Regum 3. cap. 3. *& assi-* 20.
3 Reg. 3.
miatur

nitate coniunctus est Pharaoni Regi Ægypti: accepit namque filiam eius, & adduxit in ciuitatem Dauid. Sic nuptias Salomonis describunt nobis Regnorum libri: de quibus dum attentiùs cogito, illud admiror: *Et adduxit eam in ciuitatem Dauid.* Legebam enim, dum futuris coniugiis
Genes. 2. 24. norma præscriberetur Genesis cap. 2. *Quamobrem relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhærebit vxori suæ: & erunt duo in carne vna.* Nunc intueor vice versa contingere: non enim vir, sed femina patrem atque genitricem relinquit: destituit quippe paternos lares Pharaonis filia, Salomone in patria manente apud matrem Bethsabee. Certè hæc Pharaonis filia est, quam Salomon præ ceteris vxoribus vehementiùs semper complexus est, sicut monstrauimus sect. 5. huius Prælocutionis; de rei quis verò testatur Pagina
3. Reg. 11. sacra Regum 3. cap. 11. *His itaque copulatus est Salomon ardentissimo amore.* Si autem amor in alias feminas ardentissimus extitit: vniuersis tamen magis dilecta fuit filia Pharaonis; qualibus in hanc agitabatur ignibus Salomon? Non Ætna tantum flammatum euomuerit: O calidissimum Principis pectus! Et tamen inter tanti amoris incendia, atque vapores, non Hierosolymam relinquit, non à matris latere discedit: denique nec generale mandatum adimplet: *Propter hanc, relinquet homo patrem suum, & matrem.* Apage ab amoris pagina falsum diligentis nomen, qui ne prima cónubiorum elementa obseruat, patrem & matrem propter vxorem deseruisse! Non sic IESVS meus, non sic cum ea, quam sanguine sibi desponsauit, Ecclesia charissima. Volo loquatur Beatus
Iustinian. Pater Laurentius Iustinianus tractatu de triumphali Christi agone, cap. 2. *Nempe Dominus* IESVS (inquit) *Dei & hominum mediator ipse est, qui ob amorem sponsæ immaculatæ Ecclesiæ reliquit in cælo Patrem suum, quando formam serui suscipiens, semetipsum exinaniuit: reliquit & matrem, dum Synagogam, de qua carnis trahens originem, propter infidelitatis demeritum repudiando contempsit: suaque adhæsit vxori, cùm in cruce pendens, dato sanguinis pretio, atque aqua lauacro, sibi eam inseparabilem copulauit: cui etiam pro amoris pignore, próque fœdere maritali, corporis & sanguinis sui Sacramenta concessit, vt non solum in spiritu, verum etiam essent duo in carne vna.* Talia Laurentius pro veri Salomonis amore fideli: non enim alter ille Salomon verè amauit, quando non genitorem, non genitricem propter vxorem deseruit, sicut pacificus iste, totus desiderabilis. Sed, quibus eum circunstantiis id fecerit, dicere aggrediamur.

21. *Surge* (inquit sacer Citharista Psalmo 131.)
Psal. 131. 8. *Domine, in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuæ.* Vnde velis surgere, magne Vates? è Patris sinu? At quomodo illa stabunt, *In requiem tuam?* quando non in alio loco potior requies, non abundantior pax, quàm in paterno sinu? Nam certè sinum illum supra modum diuitem, & inexhaustæ felicitatis contemplantes Angeli, atque homines, beati fiunt: vbique extra illum bella sunt, contentiones, lites: quomodo igitur sinum Patris deserenti tranquillitatem & quietem polliceris? Et tamen inquietus est filius; non desinet lassari, donec à Patre exeat, & veniat in mundum: quippe vxorem duxit, Ecclesiam adamauit, & propter huius charitatem Patrem velit relinquere & adhærere vxori suæ: non consolabitur, donec relinquat, non requiescet. Accipe
Hesych. Hesychij Hierosolymitani Presbyteri de eo Psalmi 131. loco explanationem, hom. 2. de Sancta MARIA: *Dauid (ait) sine intermissione cithara celebrat eum, qui extenuatus est. Surge, Domine, in requiem tuam, tu, & arca sanctificationis tua. Surge: vnde? è sinu paterno: non vt à Patre separeris, (hoc enim dicere, vel cogitare nefas est:) sed vt dispensationem peragas. Surge, Domine, in requiem tuam, quam super terram præscripsisti, & in Bethlehem constituisti.*

Epiphanius, Constantiæ vrbis Cypri Episcopus, serm. de laudibus MARIÆ, Christum 22. Epiphan.
non quidem apud Patrem quasi irrequietum; sed tamen intra cœlos violentum aliquid passum, & nescio ad quas angustias redactum meditatur, dum vterum virgineum alloquens inquit: *O vterum cælo ampliorem, qui Deum in te non coarctasti! O vterum septem cælis sublimiorem, & latiorem!* Hæc si ad litteram intelligamus, quo pacto stabunt? quid enim virginei claustri palmare vix spatium ad vestros cœlorum ambitus? Ergo non de loci breuitate sermo est; quid autem significetur, sic declaro. Habes de musicis auibus philomelam, aliámve ex cantatricibus in domus, siue honorem, siue lætitiam: cauea, qua inclusa est, satis est ampla, satísque laxa, cibi lautiores, quàm in sylua; & tamen loculo illo coarctatã volucrem affirmamus: quid velimus significasse? Equidem id solùm, lusciniam, quandiu ei nemore gaudere non liceat, è frondosis cantillare, aura frui liberiori, semper violentiam pati, fugam cogitare, quacunque data occasione; denique velle magis de rudi & syluestri trunco, quàm de aurata cauea canere. Dixit eleganter Poëta lib. 1. de Ponto:

Cum benè sint clausæ caueâ Pandione natæ, Ouidius.
Nititur in syluas quæque redire suas.

Ad hanc itaque volucris imitationem intelligimus Epiphanium, dum Christum intra cœlos coarctati repræsentat; non quidem quòd intra cœlos non esset spatij satis; sed, quòd amaret terras plusquàm cœlos: ex quo enim duxit vxorem in terris, tædebat ampliùs in patria viuere, apud Genitorem commorari, & dum ad inferiorem orbem non datur delabi, violentiam & coarctationem aliquam velut pati videbatur. Vultis alio exemplo demonstrem? Scitis bonam sententiam, Patres promeruisse de congruo accelerationem incarnationis: legitote Franciscum Suarez tom. 1. in 3. part. disp. 10. sect. 6. dicto 4. ergo in incarnando acceleratio fuit, non quidem in nascendo: nam plenum cursum consummauit, quem alij infantes peragere consueuerunt. Quare itaque celer ad incarnandum, ad cœlestia linquenda; nulla festinatio ad nascendum? Sanè, quia in cœlo coarctabatur, in vtero non coarctabatur: proinde Epiphanius venerem pudicum cœlo præferens, exclamat: *O vterum cælo ampliorem, qui Deum in te non coarctasti!* Dulce solatium angustias sustinenti, coarctato, tempora compendiari: non coarctatatos, non dies, non horas numerat, quippe quiescit, extra molestias est: coarctatur in cœlo Verbum, abbreuiari hebdomadas conueniens est: veniat in virgineam aluum, adhæreat vxori suæ, non iam ampliùs resecabuntur dies; quippe in vtero est, non coarctatur.

Amor Christi erga terrenam habitationem.

Incarnatio Christi accelerata.

Suarez.

Sed ad Patrem oportet redire iterum Filium 23.
deuicta morte. Sanè redibit: verùm tanquam si ad exilium mittatur, tam dolet sponsam dereliquisse. *Homo* (inquit ipse apud Matthæum cap. Matt. 25. 14.
25.) *peregrè proficiscens, vocauit seruos suos,* &c.
Quisnam hic homo? Incertus Chrysostomus Chrysost.

homil. 55. in Matthæum: *Homo (ait) peregrè profectus Christus est, per victoriam passionis ad Patrem iturus, voluntate misericordia homo, non necessitate naturæ.* Christus itaque ad Patrem reditorus, relegatus ibit? itàne quidem? O patria melius exilium! Militia est vita hominis super terram, & in omnibus vanitas, & afflictio animi. Denique clamabat ille gemebundus: *Heu mihi! quia incolatus meus prolongatus est, multùm incola fuit anima mea: quando veniam & apparebo ante faciem Dei?* Et alter: *Tædet animam meam vitæ: quare non in vulua mortuus sum, egressúsque ex vtero non statim perij?* Tantarum igitur lacrymarum locum, tantorum singultuum sedem præfert Magnus ille consilij Angelus, in quo sunt thesauri scientiæ & sapientiæ Dei, loco voluptatis, vbi habitat Pater, vbi torrente voluptatis potat filios, & inebriantur ab vbertate domus eius? sed peregrinationem tamen, sed exilium vocat, quoniam à sponsa recedere oportet: cum hac si morari detur, si illi adhærere, fragosa quæque suauia reputabit; & sine huius consortio, delicias Angelorum eremum reputabit, Beatorum sedes exilium, & peregrinationem dicet. Pulchrè eadem homilia incertus Chrysostomus: *Ad regna enim cœlestia ascensurus, & ad Patrem suum iturus unde descenderat, peregrè se iturum dicit propter charitatem Sanctorum, quos relinquebat in mundo.*

Ascensurus in cœlum Christus ægrè homines deserit.

24. His edoctus mirari desino, quod aliquando stupore affecit; nempe, mundi incunabula dum euoluo apud Moysem, reperiebam Genes. cap. 1. ornatam priùs tellurem, quàm cœlum poliretur: nam die tertio *protulit terra herbam virentem, lignúmque faciens fructum, & habens vnumquodque sementem iuxta speciem suam*: die autem quarto post condecoratam terram, fecit Deus luminaria in firmamento cœli: *Luminare maius, vt præesset diei; & luminare minus, vt præesset nocti.* Verùm, qualis hic ædificiis ordo à diuino & præstantissimo Artifice? quis de Principibus admirandi operis, & ingenij Palatia structurus, fabricam incipit à vilissima magnæ domus parte, & non priùs habitationem sibi adaptat, quàm famulis? Sed attende tu, & vigilantiùs intuere, cui personæ ex tribus diuinis commissa cura creandarum rerum: Verbo absque dubio: nam omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Verbum itaque, cùm sciret affuturum tempus, quo homo factus sponsam duceret, non de angelica natura, cuius locus cœlum; sed de humana, cuius patria inferior orbis; coniugis iam tum ab initio dilectione motus, posthabuit Olympi pulchritudinem, telluris ruditati, & vastæ machinæ fabricam, non à firmamento, non ab astris incepit; sed à puluere, à gleba. Notauit Anastasius Sinaïta lib. 4. Hexameron: *Antè Deus ornauit terram, quam cœlum, tanquam si terra ante cœlum ditata sit Christi mysterio, & aduentu: propterea ante cœlum ornatur, quoniam ante Angelos terra, & terra geniti homines. Deum per carnem vidimus, & ante cœlestia exornans ille hæc inferiora, ea lætificauit, & exornauit.*

Genes. 1.

Patris amor in Christo.

Anastas.

25. Sed nihil Christi ebullientem erga Ecclesiam charitatem sic commendat, quàm quòd in cruce positus, in Patris manus citò emissurus spiritum, pro Ecclesiæ causa, de eodem suo Genitore velut conquestus sit voce sanè elata ac sonora: *Deus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?* Quorum verborum significationem volo accipias ab Arnoldo Carnotensi, tractatu de septem verbis Domini: *Pro his igitur* (intelligit peccatores) *ad Patrem conuertitur, & inauditum dicendi genus nouus Orator assumit, & inimicorum in causa allegans, ipsis inuitis, atque negligentibus, partis contrariæ suffragatur, & vtrum plus possit peccatum, quam iustitia, Deo Patri quæstionem proponit: alioqui subtracta sibi agonum suorum stipendia Christus queritur, protestans non esse quæstuosos tantis discriminis sudores, si hi, quibus tanti laboris opera impensa est, sic relinquantur, & ad salutem eorum inefficax sit hæc humilitas.* Ex his Arnoldi verbis deduco, Christum pro peccatoribus cum Patre æterno, in iudicium velut descendere voluisse, non alio coram Iudice comparens, quàm ipso æterno Genitore: nam *subtracta sibi agonum stipendia conqueritur, apúdque Deo iustitiam causam dicit, & vtrùm plus possit peccatum, quam iustitia, Deo Patri quæstionem proponit.* Hoc autem est litem statuere apud Iustitiæ tribunal, de subtractis, & ablatis conqueri: Hoc verò ego in Christo plurimùm demiror: dicam quamobrem. Certè, etsi iusta litigandi occasio extaret, genitorem tamen à filio ad subsellia & Iudices vocari indecorum est: abhorret à naturum pietate; & iurgia inter parentem & sobolem esse possunt: verùm celari debent, consopiri inter familiares, non in publicum coram vniuersa ciuitate iudiciorum loco prodire. Quòd si filius patri litem dicens, in eundem semper morigerus & officiosus fuisset, ab eiúsque signis, & nutu nunquam discedens: sanè hunc cùm videremus genitorem apud forum & rostra accusantem, cogitaremus statim, grauissimis eum commotum rationibus; alioquin tam obsequentem prolem nunquam ausuram aduersùs parentem, quem semper vnicè coluit, & dilexit, mussitare. At Christo nullus gnatorum vnquam obsequentior; quippe humiliauit semetipsum, Patri factus obediens vsque ad mortem; nec ab eius mandatis aliquando latum vnguem discessit: quapropter de eo in capite libri scriptum, vt faceret voluntatem eius: Hunc igitur paternæ venerationis tam exactum coltorem, quid est, quòd cernamus Patrem ad quæstionem & examen iudiciale vocantem, non in angelo aliquo, non coram paucis quibusdam; sed spectaculum factum Deo, Angelis, & hominibus in potentissimo Caluariæ theatro? Grauissimas causas habuisse Redemptorem, cui dubium fuerit? Sed, quæ istæ? Laribus fortasse Pater expulit Filium; hæredem esse vetuit; verbo, aut verberibus inhonorauit; alium præ Filio isto secretorum conscium habuit, quem specialiùs diligeret? Nil istorum omnium. Quid igitur? Erat de Ecclesia, cum qua Filius per incarnationem matrimonio coniunctus est, portio quædam egregiorum facinorum, fœdissimis maculis supra modum deformata; erant isti peccatores sine fronte, temeraria cohors, infractæ ceruicis natio: his sanguis Christi velut inutilis futurus videbatur, quòd misericordiam consequuturi non essent; atque pro his rogantem Filium Pater non exaudire, ad postulata non descendere videbatur. Hæc igitur tota ratio tantarum querimoniarum; litis, quam Parenti dixerat Filius; & elatioris soni in ipso mortis vestibulo. Sed, quis credat, tantum amoris excessum in sponsam, vt non dicam ipsius causa, (& tamen hoc nimium esset;) sed famulorum gratia, eorúmque, qui de sponsa pessimè meriti fuissent, talis Filius optimum Genitorem ad ius vocaret, déque eo, præsentibus innumeris & Angelis, & hominibus conquestus fuisset, velut qui defraudaret, & stipendia subtraheret?

Arnold.

Ita

Ita tamen res se habuit: & plùs potuisse apud se amorem non tantùm erga sponsam, sed erga vilissimos domus eius rabulas, quàm pietatem & reuerentiam erga Patrem, visus Christus ostendere, quando pro his scelerum mancipiis, & non aliis, publicam querelam, litem apertam aduersùs Genitorem proponit, *agonum suorum stipendia subtracta sibi protestans, si his sic relinquantur; & ita sanguis Filij in conspectu Patris vilescat, vt non omnia postulata obtineat.*

26. Verè iste magnus amor, verè iste Salomon ardentissimè diligens sponsam suam, qui sic propter illius charitatem Patri potius aduersatur, quàm eius filiis peruersoribus. *Exponam*
Chrysost. *vobis* (ait Chrysostomus hom. 1. in 2. ad Timotheum) *de scripturis amicitiam profectò admirabilem* Cupio discere à Chrysostomo huiusmodi amicitiam: nam rarò inuenitur sub cœlo: *Dilexit* (inquit) *Ionathas Saulis filius, sanctum Dauid, & colligata est illi anima ipsius. Quid ergo, num illi inuidit? Minimè, cùm certe inuidendi necessitas indicta videretur ex rerum euentu: cernebat enim regno potiturum, quod sibi per successionis seriem debebatur. Non ait: Hic est, qui me patrio priuabit regno; sed imperij quoque cooperator accessit, patrique, amici gratia, non pepercit. Nihil parentem reueritus est, amici gratia: ea fuit Ionathæ cum iusto amicitia, talisque coniunctio.* De qua sententia assumo extremam clausulam, atque expono: *Patrique, amici gratia, non pepercit.* Certè insidiabatur Saül Ionathæ pater, Dauidis vitæ & capiti, eúmque de medio tollere variis tentauit
1. Reg. 20. modis: sed effugit Saülis malitiam, & effugit Ionathæ ope. Lege Regum lib. 1. cap. 20. & sanè non aliam causam occidendi Dauid Saül Ionathæ significabat, quàm quòd, eo sublato, Ionathas de imperio securus foret: *Omnibus enim diebus* (ait) *quibus filius Isai vixerit super terram, non stabilieris tu, neque regnum tuum. Itaque iam nunc mitte, & adduc eum ad me, quia filius mortis est.* Pater sæuit in Dauid, sæuitque propter filij emolumentum: & tamen plus potest apud Ionatham amor in Dauid, quàm aut genitoris in eum vigilans prouidentia, aut filij ipsius tanta vtilitas, quanta est sceptro potiri & dominari Prouinciis. Iure *mirabilem amicitiam* appellauit Chrysostomus, cùm genitor pro nato zelat, & filius in amicum fidelior inuenitur, quàm pro patre. Ergo Pater æternus, cùm peccatoribus non parcitum vellet, cùm velut inexorabilem se exhiberet, nónne in hoc ipsius Filij honori prospiciebat? Pro Filio est, si qui eius sanguinem, & susceptos in cruce labores contemnunt scelerati homines, debitas exoluant pœnas: hæc tamen cùm pro Filio fierent à Patre, non stetit ille pro Parente; sed pro iniquis aduersùs Genitorem: quia iniqui illi de familia erant suæ sponsæ, quæ & nigra est, & formosa, malos cum bonis complectens, donec cœlum & terra innouentur, mundúsque finem accipiat. Mirabilis itaque amicitia Ionathæ erga Dauid, *quia amici gratia parentem non est reueritus.* Mirabilis planè amor Christi erga Ecclesiam, cùm huius gratia ipse quoque Parentem quodammodo non sit reueritus, quando eum in iudicium vocat, & sublata sibi agonum stipendia queritur publicè, ni peccatoribus parcere velit. Ergo Christi sola dilectio, verum amoris nomen meretur, qui tot, tantáque pro compare sustinuit: Salomonis ardentissimi æstus, ne picti quidem ignes censendi; cùm ob eius gratiam & contemplationem, quam summè deperire visus sit, ne illa perpetrauerit sanè, quæ maritos facere communissimum est, vt vxoris causa patrem, matrémque pariter relinquant.

SECTIO V.

Quæ pro Deo relinquimus, eadem cum fœnore ad nos reuertuntur.

PHARAONIS filia Salomoni nuptura, aulam reliquit, patriam deseruit, & à cognatis abiit: Magna sunt hæc: maiora tamen accepit his, quæ destituerat. Pro Pharaone genitore illius, Rege fortasse non nimiùm locuplete, deformi, indocto; datus illi Salomon; si pulchritudinem contemplere, candidus & rubicundus, electus ex millibus; si sapientiam spectes, mortalium eius præsertim æui atque temporis doctissimus: si diuitias cogites, tantis affluens, vt facere potuerit Hierosolymam argento non minùs quàm lapidibus abundare. Iam, si amissam aulam consideres, struxit vxori Salomon domum integram, materia vbique cum arte contendente, vt dubitares, plúsne miraculi in pretio, quàm in ingenio esset; absolutóque opere, *filia Pharaonis ascendit de ciuitate Dauid in domum suam, quam ædificauerat ei Salomon.* Postremò, si cognatas amisit, ideò vultum eius deprecabuntur omnes diuites plebis, tanquam Reginæ & Dominæ, vpote adstantis Monarchæ à dextris in vestitu deaurato. Quanta beatior mutatio quàm prima sors? Relinque, anima, vilia hæc, & momento peritura: vocat te melior Salomon ad castum connubium: quid nectis moras? quid retardaris? Putásne, illiberalis erit, & non recompensabit? Noli timere: centuplum accipies, & vitam æternam possidebis: quin illa tua, quæ obtuleris, non apud se auarus retinebit; reuertentur ad priorem dominum cum incremento; petit, vt conduplicet: mirabere lætus tam fortunatam bonorum amissionem, & tantùm dolebis, non amisisse plura. 27.

Maledicta erat in Israël omnis sterilis, & omnis gloria in sobolis amplificatione: quæ non peperit, inhonora erat. Denique Elisabeth, Præcursore grauida, opprobrio se liberam exultans gaudet: *Quia sic fecit mihi Dominus in diebus, quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines.* Sic omnis Israël: sed non sicut Israël Mater Domini, quam ille per Dauidem alloquutus, *Audi* (inquit) *filia, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet Rex speciem tuam.* Quid est, *obliuiscere populum tuum*? Noli ad mores eius respicere, noli ad exempla: Omnis populus tuus ad prolem anhelat; omnis fœmina vxor; omnis vir maritus: manda hæc obliuioni, & virginem castam exhibe Deo. Paruit puella mandatis, & elegit magis despectui esse Israël, quàm non obedisse Regi, qui concupiuit decorem eius. Quid pro Deo perdidit MARIA? non esse matrem, non transire in mariti amplexus. Putabat Israël spoliatam hac gloria Ioachimi, & Annæ filiam, & velut sterilem contemnebat: verùm non perdidit, quoniam pro Deo amisit; conduplicauit potiùs, gaudia matris habens cum virginitatis honore. Nulla vnquam tam beata maternitas, ac illa, quam MARIA sortita est, maternitatem pro Deo amittendo. Sic ille eum 28. Psal. 44. 11.

multiplici incremento restituit, quæ pro tius honore contemnimus. Bernardus hom. 3. super Missus est. *Meritò autem concupiuit Rex decorem Virginis: fecerat enim quidquid longè ante à præmonita fuerat a patre suo Dauid, dicente sibi: Audi, filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui: & si hoc feceris, concupiscet Rex decorem tuum. Audiuit quippe, & vidit, & inclinauit aurem suam ad obedientiam, & oblita est populum suum, & domum patris sui; quia nec populum suum augere prolis successione, nec domui patris sui relinquere curauit heredem; sed, quidquid honoris in populo, quidquid de paterna domo rerum terrenarum habere potuisset, omnia arbitrata est vt stercora, vt Christum lucrifaceret. Nec fefellit eam intentio, quando & Christum sibi filium vendicauit, nec propositum pudicitia violauit: Benè igitur gratia plena: qua & virginitatis gratiam tenuit, & insuper fœcunditatis gloriam acquisiuit.* Non igitur dedecori MARIÆ, quòd liberos habere nollet; nec computata est maledicta, quæ proptereà sterilis dici voluit; sed inter omnes mulieres benedicta cunctarum gentium acclamationibus nuncupata.

29. Famescebat siccato torrente Carith rigidus ille Propheta, factúsque est sermo Domini ad eum (Regum 3. cap. 17.) dicens: *Surge, & vade in Sarephta Sidoniorum: præcepi enim mulieri viduæ ibi, vt pascat te.* Heu! quàm ieiunam ad domum mittitur Elias: *Viuit Dominus* (protestatur pia vidua) *quia non habeo panem, nisi quantum pugillus capere potest farina in hydria, & paululum olei in lecytho: en colligo duo ligna, vt ingrediar, & faciam illum mihi, & filio meo, vt comedamus, & moriamur.* Quàm triste nuncium esurienti stomacho! vade, Elia, proficiscere ad Optimatum cellaria, qui à fructu frumenti, vini, & olei multiplicati sunt: non apud miseram feminam locus est, cui vix in hodiernam lucem suppetit: noli geminare infelicis dolorem. Sed, quid ille? *fac, sicut dixisti. Veruntamen mihi primum fac de ipsa farinula subcinericium panem paruum, & affer ad me: tibi autem & filio tuo facies postea.* Iocatúrne Propheta, & ludit sanctè; an seriò confabulatur? *Fac mihi primum.* Non sufficit secunda buccella, Elia? atque vtinam in tantis sopestir angustiis secunda, quam dare possint mater & filius. Vbi charitas, de ore morientium alimenta extorquere? Iustè miratur Theodoretus quæst. 52. in 3. Regum, quàm mitis fuerit mulier in respondendo Prophetæ: *Ego autem admiror mulieris responsi mansuetudinem: non ægrè tulit, quòd in tanta calamitate ab ea petitum sit alimentum; sed tantùm extremam ostendit paupertatem.* Quis enim in tanta egestate positus non excandesceret, audito, *Fac mihi primum*, quando, si secundùm dedisset, insigniter liberalis & benignus fuisset? Quid, quòd, qui petebat, ipse tantarum miseriarum, tam diræ famis occasio fuisset? Eia, bona fœmina, noli excandescere; noli ad singularem Prophetæ petitionem mœstitiam induere: da primùm; dáque secundùm pariter, si postulauerit; da totum: non tu morieris, non filius tuus, etsi pereat totus Israël: Deo ista donas, quem in nomine Prophetæ recipis, non Eliæ; retribuet abundanter pro vno mille. Consumentur fame viri diuitiarum, tabescent à sterilitate terræ: veruntamen flagellum ad te non appropinquabit: quia pro Deo oleum, & farinam reliquisti; hæc ipsa ad te reuertentur cum fœnore: *Hec dicit Dominus Deus Israël: Hydria farina non deficiet, nec lecythus olei minuetur vsque in diem, qua Dominus daturus est pluuiam super faciem terræ.* Eloquenter Ambrosius lib. 1. de Abraham, cap. 5. *Vnius hora hospitio vidua, qua suscepit Eliam exiguo cibo, perpetuum toto tempore famis inuenit alimentum, & mercedem accepit mirabilem, vt nunquam de hydria farina deficeret.*

Non potest Elias exigua petere, non vulgaria; ad magna semper aspirat postulatio: *Fac mihi* (inquit) *primum.* Secunda despicit generosior mens. Didicère à Magistro discipuli, didicit in primis Eliseus, & scandente ignitos currus Præceptore: *Obsecro* (ait Regum 4. cap. 2.) *vt fiat in me duplex spiritus tuus.* Audi, Elisee: non est discipulus supra Magistrum: itur in deterius quotidie; & rarò Ducis laudes, parentum gloriam quisquam oeptum consequutus: sufficit, Elisee, parem fuisse: Multa circa hanc petitionem iactata: an illud conueniens? Eliseus discedente Fundatore Ordinis, Patris deinceps locum occupaturus erat, Congregationis Caput effectus: ampliùs non priuata persona, sed lucerna super candelabrum posita, vt luceat omnibus, qui in domo sunt: in eum cunctorum oculi conuertendi erant, eios exemplum sequuturi: putabat igitur, vt priuato Monacho vnus satis esset spiritus: Superioris tamen nomine potito opus esse geminato spiritu; An indicabat magis Heroüm posteros, seniorum facinoribus non debere esse contentos: supra inuenta Maiorum nepotes ponant noua, & vetustis Scriptoribus recens de penu suo addat; sic mutantur noua antiquis cum incunditate à Scriba docto? Non spernenda ista: sed excogitanda, quæ nostro faueant instituto. Monachorum Antesignani fuêre Elias, eiúsque discipulus Eliseus (vt velint quidam) cum reliquis Carmeli sacris habitatoribus, intelligo de filiis Prophetarum. Hieronymus docebit tom. 1. epistol. 13. ad Paulinam: *Et vt ad Scripturarum auctoritatem redeam, noster princeps Elias, noster Eliseus, nostri Duces filij Prophetarum, qui habitabant in agris, & solitudinibus* &c. Eliseus igitur, vt erat perfectæ obseruantiæ religiosæ typus voluntatem, spiritúmque suum in Eliæ Prælati manus resignauerat: hic, Magistro discedente, ex hominum consortio ad ipsum rediturus erat, ex præsertim in supremi Præpositi officium suffecto: sed, quo se priuauerat spiritu propter Deum, iustúmne, vt ad Prophetam sine incremento redeat, absque fœnore? Non ita Deus consueuit; data sibi, conduplicata possessoribus restituit. Probè igitur Eliseus spiritum, quem ob Deum in Prælati manus resignauerat, (neque enim vel spiritus sui dominus perfectus Religiosus,) reposcens, geminatum postulat: *Fiat in me spiritus tuus duplex*, inquiens. Non fallar, si Ambrosium cum nobis esse dicam, serm. 87. *O hereditas pretiosa, in qua plus heredi relinquitur, quàm habetur: plus consequitur, qui accipit, quàm possideret, qui largitur. Pretiosa planè hereditas, que, dum à patre transfertur ad filium, meritorum quodam fœnore duplicatur!* Igitur Elias cùm simplicem sanctitatis ipse spiritum haberet, Eliseo duplicem reliquit. Benè illud: *Que, dum à patre transfertur ad filium, meritorum quodam fœnore duplicatur.* Sic semper Deus, cum fœnore remittens data.

Quem Numinis motem cùm Anna, Samuëlis mater, cognitum haberet, prolem tenerrimam adhuc, & penè balbutientem sacris altaribus obtulit: *Et adduxit eum secum* (Reg 1. cap. 1.) *postquam ablactauerat, in vitulis tribus, & tribus modiis* 31.

farina

Marginalia: Bernard. — 3. Reg. 17. 9. — Theodoret. — Eleemosyna vtilitas. — Ambros. — 30. — 4. Reg. 29. — In Prælat. maior sufficientia desideratur. — Posteriores Scriptores debent antiquorum inuentis addere. — Hieronym. — Ambros. — 1. Reg. 1. 24.

farinæ, & amphora vini, & adduxit eum ad domum Domini in … Quo feminæ facto non illud mouet, quod communiter admirantur Interpretes, potuisse mulierem, quæ per longa vota, per orationes diurnas, nocturnasque, & lacrymarum riuos prolem acquisiuit, tremulum infantem à sinu amouere, & pertulisse, vt magis apud Heli viueret, quam coram se iucundus in aula lusitaret: id ego suspicio magis, vt quidem Deo, tabernaculique offerre voluisset aliquem ex mascula stirpe, at spetanda erat filiorum multitudo: Cum eam circuirent plures paruuli, tum hunc illúmve sacro ministerio dicasse, ex multarum matrum vsu id erat: sed vnicum infantem tam eirò domo eiecisse, haud dubito arcano aliquo consilio ab Anna commissum: Sic ipse coniectabar: volebat mulier hæc numerosæ sobolis genitrix nominari: erat hoc temporibus illis speciosum apud homines, apud Deum non ingratum, cum

Psal. 127. & de benedictionibus eius fuerit, Psalmista canente: *Filij tui sicut nouella oliuarum* (Psalm. 127.) *in circuitu mensæ tuæ: ecce sic benedicetur homo*, &c. Quid meditata est prudens femina? Scio, (inquit apud se) Deum liberalissimum remuneratorem; eum fœnore semper recompensat. Quod si eum filio donauero vnicè dilecto, patietur me absque liberis esse? Haud vnquam credam; quin potiùs multiplici fœtu augebit. His incitata prolem Deo obtulit. Nec fefellit spes: nam, *Visitauit Dominus*

1. Reg. *Annam* (1. Reg. 1. cap. 2.) *& concepit, & peperit tres filios, & duas filias.* Ad quem locum Regum

Chrysost. alludens Chrysostomus tom. 1. hom. de fide Annæ, inquit: *Tantum autem hac negotiatione lucrum fecit, quantum facere par est eam, quæ cum Deo habuerit commercium: etenim posteaquam eum satum acceperat Deus, reddidit illi alterum filium: imo potius, non vnum, neque duos, neque tres, neque quatuor tantùm; sed bis multo plures, vt iam vsura sortem excederet: talis est enim negotiatio, quæ cum Deo geritur, non ille quantulancunque sortis partem; sed multis partibus conduplicatam reddit.*

31. Didicitne Anna ab antiquo diluuij victore, Noë. Volebat senex filiis obedientibus & verecundis benè precari, quemadmodum irrisori filio maledixerat: cùm ad Sem ventum esset:

Gen. 9. 27. *Benedictus* (ait Genes. cap. 9.) *Dominus Deus Sem, sit Chanaan seruus eius.* Verùm, cuiusmodi hæc formula benedicendi. Non Sem, sed eius Opifex, Deus, benedicitur: alia erit occasio, vt Numini habeantur gratiæ, & condignis efferatur encomiis: nunc filij causa agitur; anhelant ad hanc benedictionem nepotes Sem: conuertere ad gnatum, pater, & muta verborum formulam: *Benedictus* (ait) *Deus Sem.* astutè satis. Amabat filium ardenter senex, & volebat illi plenam benedictionem, cumulatam felicitatem. Hoc quò consequatur, quam meditatur artem? Nouerat, quæ Deo offeruntur, eadem ad veteres possessores postliminio reuertere; sed maiora se ipsis; sed supra modum locupletata: in Deum igitur congerit benedictionem Sem, vt, cùm Deum eius benedictionis semel fecerit Dominum, benedictio ipsa crescat, & demum reuersura ad Sem, vt moris est, diues ad eum redeat, & cum auctuario incredibili. Hinc itaque est, quod non Sem; sed Deum benedixerit, quemadmodum

Chrysost. obseruauit Chrysostomus homil. 29. in Genesim: *Et dixit: Benedictus Dominus Deus Sem, & erit Chanaan seruus illius. Hoc forte quis dixerit: Non est benedicere Sem. Imo valde benedixit illum: quando enim Deus benedicitur, & aguntur illi gratia ab hominibus, tunc vberior ab illo solet istis benedictio dari, propter quos ipse benedicitur. Itaque benedicens Deum, debitorem ipsum fecit maioris benedictionis, quia Deus propter Sem benedicitur.* Aptè extrema hæc verba: *Benedicens Deum, debitorem ipsum fecit maioris benedictionis.* Id quippe moliebatur parens Sem, filij benedictionem Deo offerre, quo hac via Deum cumulatioris benedictionis faceret debitorem.

Iam mihi ex his non inaccessa videtur magni 32.
illius signi, quod in cœlo apparuit, intellectio:
Mulier (inquit sacræ reuelationis liber cap. 12.) Apoc. 12. 1.
amicta Sole, & Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim. Suppono autē hanc feminam, quam duo mundi clarissima lumina, syderáque conuestiunt, Beatā esse Dei Genitricem. Annuit Bernardus serm. 1. de Natiuitate Bernard.
Virginis: *Putasne* (ait) *ipsa est Sole amicta mulier? Esto siquidem, vt de præsenti Ecclesia intelligendum prophetica visionis series ipsa demonstret; sed id planè non inconuenienter* MARIÆ *videtur attribuendum.* Felix ergo hæc, & multifariam lucida virgo Christum aliquando amiciuit. Quo genere vestis existimas? Equidem de nube confecto, de carne sua, quæ non aliud, quàm nubes erat. Disce ab Ambrosio serm. 5. in Psalmum 118. *Illa autem* Ambr.
columna nubis specie quidem præcedebat filios Israel; mysterio autem significabat Dominum IESVM *venturum in nube leui, sicut dixit Isaias, hoc est, in virgine* MARIA, *quæ nubes erat secundùm hæreditatem Euæ, leuis erat secundùm virginitatis integritatem: venit in nube leui Christus in Ægyptum; hoc est, venit in susceptione corporis in hoc sæculum: in nube venit, quem nebula corporis obumbrabat: sed leuis erat caro, quam nulla sua grauabant delicta.* Vestem itaque de nube conflatam Christus à Virgine acceperat: restituere oportebat acceptum. Quid? aliam ex nube amictum Matri daret? Sed decebat liberaliorem esse in retribuendo, & acceptis multò præstantiora voluisse: Hinc itaque loco nubis Sol, Luna, stellæ, totus denique Olympi ornatus, vt quantùm Phœbus nubibus pulchritudine anteit, quantùm decura plùs soror eius, quantùm lucidiores stellæ, tantùm excedat retributio Christi donum vestis, quod à Matre accepit. Vide, si ingens in remunerando Deus iste, quando in vnam vestem congerit totam cœlorum gratiam. Bernardus relato nuper sermone: *Quam familiaris facta es ei, Domina, quàm proxima, imò quam intima fieri meruisti? Quantam inuenisti gratiam apud eum? In te manet, & tu in eo; & vestis eum, & vestiris: vestis eum substantia carnis; & vestit ille te gloria suæ maiestatis. Vestis Solem nube, & Sole ipsa vestiris.* Conciunè, vt differentiam vestimentorum innuat: *Vestis Solem nube, & Sole ipsa vestiris.*

Sed, quid mirum adeò in Matrem beneficum, 33
quando æqualiter ferè liberalis est in creaturas irrationales? Atrata fronte processit præses diei, Sol, cùm Dominus pateretur, contraxit radios luctabundus, diminuit lucem; sic condolebat vtcunque Opifici suo: abit tandem mœror, resurgente Christo; & de primis rediuiui curis restituisse Soli, quod de claritate perdiderat, exposuit Chrysologus eleganter serm. 82. occa- Chrysolog.
sione verborum Marci cap. 16. *Et valdè manè* Marc. 16.
vna Sabbathorum veniunt ad monumentum, orto iam Sole, &c. Si valdè manè (ait) *quomodo orto iam Sole? Sic nescit Euangelista quid dicat? Euangelista, quid dicat, scit; sed, quid audiat, qui non dixerit*

diceris, nescit. Dixerat: Ab hora sexta vsque ad horam nonam tenebræ factæ sunt. Ergo Sol, qui præter horam, vt Domino compateretur, abscesserat; claritate, cùm resurgeret Dominus, ante tempus occurrit. & qui, vt suo commoreretur Auctori, ipsam meridianam suam mortificauerat claritatem, vt consurgeret Auctori suo, euictis tenebris antelucanas erapit. Benè quidem hæc, & ostendunt Christi gratitudinem; sed non probant nostræ ratiocinationis scopum: ostendunt quidem compensata lucis damna, quæ pro Dei Filio Planetarum fulgentior sustinuit: ista nobis non sufficiant: necesse est, monstremus Christi retributionem supra claritatis amissionem longo

Matth. 28. 1. exiitisse interuallo: Æstimo probabit Matthæus cap. 28. *Vespera* (inquit) *Sabbathi, quæ lucescit in prima Sabbathi, venit Maria Magdalena, &c.* Ergo vespertinæ tenebræ in claritatem conuersæ sunt: dies ille occasum nesciuit, dies æternitatis fulgoribus æmula, qui ignorant interitum: sic decebat, Christum recompensasse diminutionem

Chrysolog. lucis. Idem Chrysologus serm. 74. *Vespera Sabbathi, hoc nescit dies sæculi, hoc non habet mundi vsus; vesper finit, non incheoat diem; tenebrescit vespere, non lucescit; non in Auroram vertitur, quia lucis ortum ignorat. Vespera, mater noctis, parturit diem; mutat ordinem, dum agnoscit Auctorem: radiat de nouitate mysterium; anhelat Creatori seruire, non tempori.* Expende illa: *hoc nescit dies sæculi.* Quis igitur dies illud nouit? Æternus ille, & indeficiens æui perennis Beatorum: Tantisne compensandus breuis temporis luctus, & non integer sub tenebris dies, & assimilandus æternitatis diei propter hoc? tam supra labores merces? tanto cum fœnore restitutio? Quid agitis, mortales? Vsquequò graui corde? Cur, si bonorum audi, tam pauci de vobis Principi huic, liberalitatis Principi famulantur? Felix Ægyptia puella, quæ relinquens aulæ delicias, non amittit; sed commutat in ampliora gaudia, Hebræorum Regina facta, Salomonisque sponsa.

Sectio. VI.

In mores, quos sub vitæ exordio hausimus, facilè, data occasione, prouoluimur.

34. Pharaonis filiam per connubium cum Iudæorum Monarcha, consequutam quidquid humanæ est beatitati, monstrauimus initio sectionis nuper finitæ: sedit solio gemmato, in fimbriis aureis, circumamicta varietatibus, suprema inter multas Reginas, pedisequæque eius de Principum filiabus compositæ, circumornatæ vt similitudo templi: promptoaria eius plena, eructantia ex hoc in illud: non est ruina maceriæ, neque transitus, neque clamor in plateis eius: Fortunata sunt cuncta, quiescente toto Israël, vnoquoque sub vite & ficu sua à Dan vsque ad Bersabee sine timore vllo. Quanti inuiderant? Certè beatam dixerunt feminam, cui hæc sunt; Sed ego cum Dauid, non propter isthæc euanida, & momento abitura, fortunatam nominauerim, verùm summè felicem iudicauerim mulierem, *cuius Dominus Deus eius*. Hoc illa per Salomonis thalamos adepta vt Deum cognosceret, coleret deinceps, damnatis in posterum, boue, crocodilo, cæterisque Ægypti vanorum Numinum portentis. Vtinam, vt deuotè sub nuptiarum auspiciis eiurauit detestandos ritus; sic in eorum commendando odio stabilis fuisset, & perseuerans: Bibit sub puerina superstitiones; hic primus nouæ testæ inspiratus liquor: Nescio quid habet ætas illa tenax, & indomabile: tardè, quæ didicit, deponit; atque, vt visa ad tempus obliuisci antiqua, reuertitur facillimè ad assueta, quauis data rima. Tanti interest, rudes illos annos, siue in bonum, siue in malum flexisse. Quam tunc indideris formam, ratò delebunt ventura tempora: consopire poterunt aliquantùm, extinguere penitùs paucis concessum: Ergo illa in nuptiis Iudaïsmi professio, de non duraturis erat: non stupeo lapsum adcò, quando gentilismum edoctam fuisse, vnà cum vberibus, & lacte, constat.

Subtiliter loquutus Tertullianus, comparatio- 35.
ne facta inter viduale continentiá, virgineamque Tertul.
castitatem, lib. 1. ad vxorem, cap. 8. *Tamen vidua habet aliquid operosius: quia facile est non appetere, quod nescias, & auersari, quod desideraueris nunquam: Poterit virgo felicior haberi: at vidua laboriosior.* Sane sermo hic alludit ad continentiæ bellum, quod eius amatores aduersùs inimicam luxuriam exerceant: Sed, quomodo laboriosiores viduæ; feliciores virgines in hac pugna. Imò verò, quæ virgo est, plus habet operis, difficiliores illius luctæ: Nam sanè, quemadmodum cæteræ carnis deliciæ; sic in primis istæ, à longè positæ, & donec experientia est, titillant, blandiuntur, rapiunt post se: postquàm de amore triũphator quisquam est, gaudióque fugitiuo potitus, iam non ampliùs amat ille paulò antè tam sitibundus, tam ardens; horret magis, & detestatur. Nónne vides in Amnon, quem lectulus tener, quem febris consumpsit? tantæ illius flammæ! Fit desideriorum compos, sorore abutitur: statimque subdit tex- 2 Reg. 13.
tus Reg. 2. cap. 13. *Et exosam eam habait odio magno nimis: ita vt maius esset odium quo oderat eam, amore, quo antea dilexerat:* Quæ cum sic eueniant, notum est, facilius viduæ fore, non desiderare virorum amplexus, quàm virgini: virgo enim, quia nunquam experientiam fecit, ardebit cupidine, & desiderio: vidua autem, cùm sciat, qualia illa sint gaudia, quàm spurca & transitoria, tantùm non auebit & concupiscet, vt potiùs cane peius & angue abhorreat. Quæ igitur veritas Tertulliani verbis? Sanè, vt concedamus, magnam esse alliciendi vim in absentibus; possessa contemptum sui, nauseamque generare consueuerunt, vt ostendebamus Sect. 3. atque hac parte præstet virginibus viduarum sors, minúsque sit laboriosa: Sed aliud est, experiri carnis illecebras, & delectamentum vtcunque; aliud, in adolescentia, & sub ætatis exordio experiri. Puellæ igitur, cùm nuptui dentur plerunque, statim ac partui habiles sunt, (quod tempus decimum & quartum annum non superat,) hinc est, vt marita gaudia cum vitæ fere ingressu sentiant: inde itaque est, quòd laboriosiorem viduæ conditionem dixerit Tertullianus, quàm illius, quæ virginitatem semper professa est; nam viduam sub annorum exordio, quid coniugales essent voluptates, expertam esse, & procedente ætate eandem marito orbatam, non velle iterum coniugium, arduum est, atque difficile: virgo semper perseuerans, quos in adolescentia non hausit mores, non multùm, si prouectam iam eorum desiderium non cruciet: Hinc ergo Tertullianus ingeniose virginem *feliciorem* nominauit, viduam *laboriosiorem*.

Expendi

Expendi Sect. 3. num. 15. Hebræorum, qui de Ægypto exierunt indigna vota, concupiscentium ollas carnium, pisces Niliacos, allia, cepas, pepones, & rusticana hæc, diuisque saporis præferentium cibo de cœlis demisso, omne delectamentum in se habenti: accipe huius tam infausti, & desiderij, & electionis, alteram ab ea causam, quam præfato loco dedimus: illa sane querela profecta est ab his vitis, qui primam ætatem in Ægypto consumpserant, cogebantur autem tunc durissimis operibus Pharaonis ministrare; Quid necesse est dixisse, cibū illis fuisse vulgarem, qualis operariorum, qualis villicorum, cùm tam malè tractarentur à regiis operum Præfectis? Comedebant itaque, vt solet ruris & montium plebs addicta laboribus, allia, pepones, & similia. Verùm (inquis) vt tunc fuerint illis hæc dulcia alimenta positis in egestate & labore intolerabili; quid pro iisdem suspirant apud desertum, quando non fames, non labor premebat, & erat ante oculos, ante manus escarum suauissima? Sanè ideò manna postponitur allijs lacrymas elicituris; quia allia cibus fuerunt in adolescentia, dum ædificarent vrbes tabernaculorum, *Phithom & Ramesses*: tam autem difficile est exuere consuetudinem, cui in adolescentia & ætatis principio se quispiam assuefecerit; vt, quamuis ad tempus eius moris oblitus esse videatur propter magnas aliquas causas; mox tamen ad eadem reuertatur. Chrysostomus hom. 7. In Epistolam priorem ad Corinthios: *Et vt consuetudinis vires intelligas, illud considera: siquidem ipsa Dei præcepta nonnunquam superauit. Et quid præcepta commemoro? Nonne ipsa quoque beneficia? Nam & Iudæi, cùm manna haberent, allium quærebant; & cum libertate fruerentur, recordabantur seruitutis, & Ægyptum sæpenumero expetebant, propter consuetudinem: adeò violenta res est.*

Consuetudo difficillimè exuitur.

Chrisost.

37. Non alio tamen clariori testimonio declaratum iri arbitrer, quid illa possint, quibus sub initio assuescimus, quàm Irenæi sententia, siue ad vitium, siue ad virtutem fouendam. Is libro 3. aduersùs hæreses, cap. 5. loquens de Henoch, atque Elia: *Per illas enim manus,* (ait) *per quas in initio plasmati sunt, per ipsas & assumptionem, & translationem acceperunt: assueta enim erant in Adam manus Dei coaptare, & tenere, & baiulare suum plasma, & ferre, & ponere, vbi ipsæ vellent. Vbi ergo primus positus est homo, scilicet, in Paradiso, dicunt Presbyteri, qui sunt Apostolorum discipuli, eos, qui translati sunt, illuc translatos esse.* Scio in his verbis non vnum esse scrupulum: modò sub literæ, aut iustioris mystici sensus rigore non versantur, tu consule, an verum, à Deo ipso portatos Henoch, & Eliam, ac ibi positos, vbi Adam plasmauit, apud Feuardentium Scholiis pro elucidando Irenæo: Pererium tom. 1. in Genes. lib. 3. num. 47. Salianum tom. 1. anno mundi 987. à numero 6. nunc nos liberiori tropologiæ, quæ aliquid laxum permittit, vacamus, præcipuéque consequentiam verborum in Irenæo venamur. Ergo ille inde probat, Henoch ipsius Dei manibus translatum, quoniam ait: *Assueta erant in Adam manus Dei coaptare, & tenere, & baiulare suum plasma, & ferre, & ponere.* Consentiamus in his cum sancto Martyre. Itáne Deus non possit beneuolus esse in Adamum, quin in alios parem beneficentiam ostenderet? beneficia ouila erunt priuata? commune vniuersis, quidquid Dei operabuntur manus, necesse sit esse? Nemo senserit: aduersantur innumera exempla. Non igitur

Irenæus.

Feuard.

Pereira.

Salian

Tropologiæ laxæ sunt regulæ.

id prætenderit Irenæus, Deum eo ipso, quòd Adam portauerit, quasi obstrictum, vt Henoch suis manibus transferret. Eum significare voluisse, quod nunc pronunciauero, opinor. Deus, cùm protoplastum formauit, sub rerum creandarum initiis erat: tum verò quibus se assuefecit? Sanè baiulando Adamo, portando illum, atque adeò transferendo in Paradisum: nam extra voluptatis locum creauit, & inde *tulit Dominus Deus hominem* (Genes. cap. 2.) *& posuit eum in Paradisum, vt operaretur, & custodiret illum. Assueta erant manus Dei* (ait Irenæus) *baiulare suum plasma, ferre, tenere.* Exinde fluxerant nongenti, & eò ampliùs ab Adami ortu ad Henoch transportatum: neminem Deus toto hoc curriculo in Paradisum suis manibus transmiserat, quemadmodum cum protogenitore fecerat: videbatur iam obliuioni commissus mos transferendi in Paradisum: sed ecce inopinatò rapitur Henoch; & rursùm, longiori spatio emenso, leuatur in æra Elias, abiturus & ipse in Paradisum. Quales isti per interualla raptus & translationes? Ecce Deus sub creationis exordio transferendo primo homini in Paradisum assuefecit manus: voluit moris huius quasi obliuisci; inde plurima transeunt sæcula, & nemo transfertur: verùm, quia mos ille sub creationum incunabulis & flore haustus erat, non potuit penitùs quodammodo Deus ipse delere: reuertitur quandoque ad eadem, & nunc Eliam, nunc Henoch raptat. Adeóne ipse quidem Deus (si dicere fas est) eius, quem sub initio ebibit moris, potest immemor esse penitùs: sed, vt ad tempus deseruisse videatur, rursum emergunt vetera, & itur in antiquas primitiuas cogitationes iterum, & sæpiùs.

Genes. 2.

38. Atque cùm Dæmonem non lateret, qui sub principiis ediscuntur mores, non minùs ad virtutem, si illi ex honestatis regula, quàm in vitium efficaces esse, si à rationis dictamine recedant, ideò ipse, quibus poterat modis, curauit, vt Herodes paruulum adhuc, & vagientem Seruatorem opprimeret, fugiendum vt fuerit Matri cum infantulo in Ægyptum, cùm per tot neces quæreretur vnus. At nónne satius erat Redemptoris declarato hosti, adultum expectare, cùm tot vulnerum acerbitatibus sitim explere possit, tot dedecorum generibus, flagellato Christo, quod seruile erat, in crucem acto, latronibus comparato; cùm tamen explere sitim non possit infantis iugulo vno ictu perforato? Sed optabit magis infantiam de medio tolli. Id quorsum? Viderat puerum, antequàm sciret vocare patrem, aut matrem, auferentem fortitudinem Damasci, & spolia Samariæ: id est, conspexerat trahentem ad se de longinquo gentilismum: quando Reges Tharsis, & insulæ munera afferentes venerunt Hierosolymam dicentes: *Vbi est, qui natus est Rex Iudæorum? Et intrantes domum adorauerunt Puerum cum Matre eius.* Sic secum ratiocinabatur malignus: Puer iste adhuc vagiens penè, certè nondum ablactatus, cum ipso viuendi initio Deorum cultui bellum indicit, à paganismo euertendo lucis vsuram inchoat: his imbuitur moribus simul cum Matris vberibus: certè, quæ sub teneris hausit instituta annis, grandis effectus eadem repetet: non possunt illa penitùs obliuisci: ergo destruemur omninò, si ad iustam perueniat ætatem; non enim non exercêre poterit, à quibus infantulus incipit: age, incitemus Herodem: non viuat Puerulus: vita eius paganismi excidium futurum, quando crepundiantis

non alius lusus est, quàm Magos nobis abstulisse: sequentur adultum procul dubio, quos in cunis didicit mores. Chrysologus serm. 1. de fuga Christi in Ægyptum: *Christus, si vinctus pannis, si sub Matris uberibus occupatus, si tacens lingua, si latens opere, si gressu nullus, Diaboli signiferos, hoc est, Magos, in Duces fidelissimos commutauit; perfecta ætatis Christus quid facere possit, Diabolus iam videbat: & ideò mouebat Iudæos, instigabat Herodem, vt Christi suspectam sibi praeueniret infantiam.* Apiè: *Perfectæ ætatis Christus quid facere possit, Diabolus iam videbat.* Velut indubitabile sit, in eadem relapsuros perfectæ ætatis homines, quibus pueri assueuerunt.

39. Hinc illa tam insignis victoria Iacob Patriarchæ, cui canit Epinicion Oseas cap. 12. *In vtero supplantauit fratrem suum, & in fortitudine sua directus est cum Angelo: & inualuit ad Angelum, & confortatus est.* Quippe, quoniam adhuc sub genitricis vulua assuefactus luctari & vincere, adultior factus potuit non mortalem creaturam superare: Transeo hæc, & in aliis sisto. Cur Iacob ausus congredi cum Angelo, cùm vnus totum Sennacherib exercitum deleuerit? Manuë, Samsonis genitor, Iosuë, aliique de fortissimis ad Angelorum visum proni in terram labuntur, non ausi sufferre maiestatem; & hic ad palæstram prouocat? quæ temeritas? Sed ô serò finiendos mores sub vitæ introitu infusos! Pugnax Iacob, antequam natus, quid obstupescis prouectum cum Angelo concertantem? Sperares aliud de moribus in vulua bibitis? Transierunt anni plures, in quibus Iacob cum nemine pugillauit: quis non contentionis immemorem speraret hominem tanto tempore à palæstra abstinentem? Oblata est occasio rixandi, & continuò rediêre pristini impetus, docuitque pugnæ opportunitas, bellicosos spiritus non tam demortuos, quàm sopitos, quando & cum Angelo non veritus est in arenam descendere.

Osee 12, 3

40. Verùm, vt ad priora redierit Iacob, fortasse aliquis non mirabitur: rediit enim ad opus gloria abundans, quando homini Deum superasse concessum fuerit: *Famosa lucta* (ait Rupertus lib. 8. in Genes. cap. 6.) *& totius ore Ecclesiæ per orbem celebrata, qua homo cum Deo luctatus est; & tandiu tenuit donec a victo benediceretur ille, qui vicit:* Illud mirabile, posse primæ ætatis tantùm mores, vt ad laboriosa redire, & propè immensæ fatigationis opera, suadeat, nullo impellente, nullo vim faciente *Ephraim vitula docta diligere trituram;* (Oseæ cap. 10.) *& ego transiui super pulchritudinem colli eius:* Ducta similitudo, non à quibuscunque; sed à vaccis nouellis, vt eum in locum animaduertit Ribera, & ipsum vitulæ nomen satis denotat; vox enim ea propriè florescentes & primigenios denotat. Quid igitur de istiusmodi adolescentibus vaccis? Rupertus in Oseam declarat: *Consuetudo* (ait) *hic terra promissionis tangitur, vbi vitula cum cæteris animalibus fruges terræ terere consueuerunt: cum autem grauissimo labore fatigantur, solent prodire ab area: iterum autem diligentes aream, sponte ad eam redeunt. Igitur Ephraim similis est vacca vitula, quia didicit & aream terere, & nimia consuetudine amare, quod docta est, licèt trituratio laborem inferat.* Eadem Gregorius Papa lib. 20. Moralium, cap. 16. Lyranus, aliique ex commentantibus. Dedimus Ruperti verba, quia significantiora: Qualis à triturando lassitudo, cùm legislator etiam robustissimi animalis, & laborum patientis, supra omnia ferè animantia, acerbam conditionem misertus, iusserit, ne trituranti boui os alligarent, Deuteronomij cap. 25? Ergo vt à vinculis liberum fuerit, ab areáque sepositum animal, non ibit per colles & deserta fugiens; non relinquet stabulum, & per syluas vagabitur, ne iterum sub intolerabili iugo gemere cogatur? & vt vinciatur fortè, cogatúrque ad præsepe stare, non mordebit, non cornu petet ducentem rursus ad aream, & trituram? nihil istorum: quin potiùs nemine torquente, iterum diligens aream, sponte ad eam redit. Verè infensata bestia! Spontè ad trituram, quando ne stimulo ad ossa vsque pertingente, gradiendum erat? Sed tamen parcite infelici aliquantùm. Quid vultis? his assueta est à primis annis: cum vitula, cum nouella didicit triturare. Ibunt facilè in obliuionem illius ætatis mores fortasse? Quoties offeretur occasio, redibit ad eadem, non retardabit trituræ cogitatio: nulla tam magna fatigatio, quæ sufficiens sit impedire, ne rursus sub iuuentutem hausta repetat. Ecce quare vitula Ephraim docta diligere trituram.

Aupert. [Rupert.]

Oseę.10.11.

Rupert.

Triturandi mos in Palæstina.

Gregor.
Lyran.

Deut. 25.

Demus per ista lucem Apostolo ad Hebræos scribenti capite vndecimo: nam ibi postquàm recensuisset prodigia capitalia, quæ Deus à condito orbe ad superatam Hiericho per veteres Patriarchas operatus fuisset, tandem ad longum catalogum subdit: *Fide* (ait) *Rahab meretrix non periit cum incredulis, excipiens exploratores cum pace: & quid adhuc dicam?* Ergo, quæ post Rahab seruatam perpetrata sunt ostenta, Paulus relatione velut indigna arbitratur! Quorsum id? Quasi quidem eius miraculi, per quod Rahab salutem consequuta est, comparatione, subsequuta reliqua stuporem non mereantur: aut potiùs id significauerit, hoc circa Hierichuntinam meretricem commissum miracula vetera vniuersa, quæ præcesserunt, superasse. *Quid adhuc dicam?* Quasi asserat, commemorato miraculo facto cum Rahab, quo seruata est, ne periret, Dei vindice ira vrbem depopulante, superuacaneum esse alia narrasse miranda: hoc enim adeò illustre factum est, vt se solo sufficiens sit omnipotentiam commendare: Sanè referebam ego, quid Abrahæ accidisset; quid filio illius Isaaco; quid nepotibus Iacob, & eius seminibus: sed verebar non satis ostensam per hæc Numinis potentiam. Quare vlteriùs progressus sum, & edocui, quid Moyses, quid Iosue perpetrassent: tandem veni ad Hierichuntinæ stabulariæ salutem: hîc sistere volui libens, inquiens: *Quid adhuc dicam?* Nam tam grande est hoc solum portentum, vt eo narrato non sit necesse aliud de summa potentia & virtute sciuisse: Taceant vniuersa miracula, & præterita, & subsequuta, sicut cum hoc côferantur. Verùm, quid tam exquisitum in hoc prodigio, vt eius comparatione cætera miracula rari, & insoliti nihil habere videantur? Respondeat aliquis: Meretricem fuisse, luxuriæ deditam, Veneris mancipium: porrò tam difficile esse, vt de hac sentina quisquam emergat, salutémque assequatur, vt nihil fuisse existimauerit Paulus, quo virtus omnipotentiæ illustriùs clareret, quàm ex huius narratione facti. Benè ista: Sed habeo, quod interrogem, An non adolescens ille bonorum prodigus consumptor cum prostitutis mulieribus gazam dissipauit, quando dissipasse substantiam luxuriosè viuendo dicatur? At hic salutem consequutus est, rursúsque in patris gratiam admissus; Cur itaque Euangelista ad huius conuersionem

41.

Heb. 11. 31.

Luxuriam exuere difficillimum.

nem non exclamat & stupescit, tanquam ad rem omnibus modis insuetam? quemadmodum Pauli repentinam Hierichuntinæ cauponariæ ad Iudaismum transitum, & in eo perseuerantiam, singulari stupore afficiunt? Sane adolescens iste optimam sortitus educationem in domo parentis (erat enim ille pater recti in primis amans) ex virtutis præscripto primam ætatem consumpserat; vade dedit postea iustitiæ, & sobrietati, in longinquam profectus regionem, factus sceleratissimus, ille quondam optimus: At, quamuis virtutum cœno, & in primis meretricijs amoribus se alte immerserat, sed quoniam in pueritia virtutibus assuefactus est, non fuit difficile ad priora remeare iterum: inde est, quod Christus Dominus apud Lucam cap. 15. narrata illius adolescentis pœnitentia, nequaquam admirabundus exclamauit, quemadmodum alias nonnunquam fecit: non enim mirandum erat, reuerterie ad mores, quos in primæua ætate didicit, immo mirabile foret, si ad hos non rediisset iterum. Mulier autem illa quæ exploratores admisit, à primis anni sub Veneris meruit vexillo, Dodonæa castra mollia sequuta: hanc autem post relictum turpem quæstum, rursum ad antiqua, & quibus iunior assuefacta est non rediisse, sed castam mansisse in finem vsque, non tantùm prodigij instar est, sed miraculorum maximum: idcirco Paulus hoc in primis ostento omnipotentiam diuinam cognoscendam existimauit. Fauet Theodoretus ad caput 11. Epistolæ ad Hebræos: *Est autem iure admiranda (ait) Apostolica sapientia, vel potius est laudanda diuini Spiritus operatio, quòd Moysi, Abraham, & Noe, & Henoch, & alijs, alienam, & meretricem coniunxerit: vt & fidei ostenderet potentiam, & Iudæorum deprimeret supercilium: sexcenta enim eorum millia propter infidelitatem consumpta sunt in deserto: hæc autem quæ ab Abraha quidem cognatione procul aberat, a lege aliena impudicè magnam vitæ partem transegerat, per fidem salutem est consequuta.* Miratum itaque Apostolum in hac fæmina putat Theodoretus, quòd cùm priore vitæ annos in impudicitiis triuisset, per fidem salutem sit consequuta, in qua & perseuerauit, Iudæis labentibus in paganismum, adorato vitulo, vincente illos moliere & ethnica & fornicaria: hæc autem ideò commemorata a Gentium Præceptore, vt fidei ostenderet potentiam: non enim aliud diuinæ & infinitæ virtutis excelsius argumentum existimauit, quam fecisse, ne fæmina assueta ab adolescentia de corpore quæstum facere, ea postquam artes semel reliquit, ad easdem iterum non reuerterit.

Luc. 15.

Theod

42. Denique, quantum valeant, non dicam, crebri, aut repetiti actus in pueritia, aut adolescentia, ad subsecutura adultioris vitæ tempora; sed vnum tantùm facinus illius ætatis, ex Regum 4. capit. 3. non difficulter eruemus: Congregatis Israël, Iudæ, atque Edom tribus Principibus cum numeroso milite vt pugnarent contra Regem Moab, deuenerunt ad loca årida & inaquosa; tumultuantéque vulgo pro aquarum inopia, Rex quoque Israël in primis contristatus est. *Heu! heu!* (inquit) *congregauit nos Dominus tres Reges, vt traderet in manu Moab!* Contristato exercitu, quòd sine sanguinis effusione, degeneri morte occumberent, siti consumpti, en qui iam bene sperare iubet; adesse namque Elisæum Prophetam, quo interueniente viro, haud dubium non fore, quin latices erumpentium aquarum, vel in solo sitienti & inaquoso. Sed, quibus verbis spem

4. Reg. 3. 11.

suam fundat iste, præstat audire: *Est hic (ait) Elisæus filius Saphat, qui fundebat aquam super manus Eliæ.* Quid ad præsens institutum, quòd Elisæus aquam manus lauaturo Eliæ ministrauerit? Egregia sanè laus! quasi id quicunque de tota hominum collectione facere non valeret. Nonne præstabat magis dixisse: Ne timueritis, non deficient flumina: habemus quippe in nostro comitatu virum ingentium meritorum, qui apud Numen omnipotens, ob per morum sanctitudinem plurima gratia pollet; prodigiorum insignis ille operator, vincet naturam, si opus sit, & ex silice faciet emanare torrentes aquarum, de quibus ad satietatem potemus: Hæc & similia recreare poterant inedia iam aridarum faucium: verùm dixisse: *Qui fundebat aquam super manus Eliæ.* nescio, quantam spem generare possit de faticibus: Sed poterant tamen illa verba sitientium animos prudenter recreare: Quod vt ostendamus, sciendum, Eliam 3. Regum, capit. 18. Israëlitis de pluuiarum paucitate iam diu conquerentibus, abundantes imbres ijs impetrasse: id autem cùm per sacrificium adeptus esset, cui circunstantes plures aquarum hydrias superfuderunt, tradere Rabb. Salomonem docet Lyranus ad dictum locum, *vnum de effundentibus illas hydrias. Elisæum fuisse, qui venit illuc cum alio populo, quamuis nondum esset Eliæ discipulus & effundendo hydriam suam effudit aliquam partem eius à casu super manus Eliæ, & tunc aquæ fluere cœperunt de digitis eius miraculosè sicut de fontibus abundantibus,* Elisæus itaque, cùm non dum esset sub Eliæ discipulatu, admodum probabile est iuuenem fuisse, & in adolescentia fecisse, vt ad eius effusionem vndæ copiosæ stillarent de Eliæ digitis: Cùm igitur mortalium existimationi insitum sit, iouentutis mores post seros annos iterum redire, memores Elisæum adolescentem etiamnum, aquam Eliæ palmis aspergentem, lymphæ vt abundarent, facere valuisse; eo iam adulto satis persuasum habent, reuersura eadem, quibus in adolescentia assuefactus est: atque ita ab his, quæ iuuenis perpetrauit sibi solide argumentari arbitrantur, vt prouectus eadem committere possit, inde illud: *Est hic, qui fundebat aquam super manus Eliæ. Quasi dicat* (inquit Nicolaus ad eum locum cap. 3. Reg. 4.) *Iste est aptissimus ad supplendum nobis aquæ defectum, qui iam antè cùm a casu funderet aquam super manus Eliæ, aquæ multiplicatæ fuerunt miraculosè.* Sic ergo, vnde exierunt, iterum reuertuntur mores: & illa melioris quondam Principis ipsa quoque bona consors, in vetera, quæ abiecisse penitus videbatur, tandem prolabitur, ad Ægyptios iterum reuoluta ritus filia Pharaonis.

3. Reg. 18.

Lyra.
Rab. Salom.

SECTIO VII.

Nulla in hac vita tam consummata virtus, quæ si a mortificatione tantillum desistat, non periclitetur.

REVERSAM ad veteres superstitiones Pharaonis filiam doluimus sectione elapsa: sed id seriùs contigisse, certis non distantibus longè annis, insinuauimus: accidit 43.

enim, quo tempore Salomonis cor deprauatum est: is autem, cùm senex esset, deceptus est per feminas, *vt sequeretur Deos alienos.* Reg.3.c.11. Verùm, siue mariti, siue sponsæ in colendis impuris Numinibus perpendamus miseram sortem, id ego indiscussum relinquere vetitus sum, cur aut nondum finita geniali pompa, aut non diu post conflatas nuptias in detestandum barathrum prolapsi sunt; sed tot emensis Monarchiæ annis? Certè sub initis nuptiis, hisque proximiori tempore, amor nuuorum coniugum vehementior erat, licentia maior ad peccandum in adolescentia, pulchritudo illibata & vernans, denique spiritus acriores à sanguine iuuenili: tum, si Pharaonis filia superstitiones Salomoni persuadere cuperet, erant, quæ adiuuabant, recensita omnia; Quare itaque his vniuersis bellum facientibus inimicum, in adolescentia, neque ille, neque illa cecidit? deficientibus autem iisdem, cùm leuior pugna esset ad senectutis ianuam, priorem gloriam fœdissima labe commacularunt? Mihi huius fuisse causam, visum est, quòd Salomon in iouentute cautus admodum & vigilans fuisset:

3. Reg. 3. 3. *Dilexit enim tunc Salomon Dominum*, (Reg. 3. cap. 3.) *ambulans in præceptis Dauid patris sui*: Itaque non perfunctoriè perfectioni acquirendæ studebat; sed omnem conatum ponebat: quæ eadem, Reginam fecisse arbitror, siue optimi mariti stimulatam exemplis, siue quòd recenter ad religionem veram conuersæ Spiritus sanctus largiter indulgebat, & bibens illa de sacratum consolationum nectare cupiebat ardenter, dulciter visitanti eam, in minimis etiam placuisse: At procedente ætate, cùm absoluta templi, & regiarum ædium fabrica, gauderent Principes ampla pace, cunctáque ad nutum essent, quæ mortalea beata compellant, cœpêre de spiritu & perfectionis studio remittere, voluptates non spernere, carnis desideriis conniuere; vno verbo, mortificationi vale dicere: irrepsêre per hæc, vitia, à quibus paulatim animæ vires consumptæ. Heu pestem inuisam, quàm ingentibus Viris insidiata? Quot magni Heroës, quorum per longos annos vita summis Ecclesiæ ædificatoribus par esse potoit, tandem in scelerum chaos prolapsi, quod mortificationis studium, quod totis viribus in adolescentia amarant, progredientibus annis segniter sequuti sunt? Nemo præteritis fisus, dormiter & torpeat; euellat, destruat, dissipet semper vsque in nouissimam horam: non si in tertium rapiatur cœlum, à mortificandis, quæ super terram sunt, membris cesset.

44. Iacob Patriarchâ quis vnquam de palæstritis animosior? ausus in arenam cum Deo ipso de-

Gen 32. 28. scendere, & per integram luctari noctem, Genes. cap. 32. & potuit superasse: nam *inualuit ad*

Osea 12. *Angelum*, teste Osea cap. 12. *& confortatus est.* Cuius fortitudinem miratus is, cum quo luctabator, de nomine percunctatur, & audita voce Iacob: *Nequaquam, inquit, Iacob appellabitur nomen tuum; sed Israel quoniam si contra Deum fortis fuisti, quantò magis contra homines praualebis?* Ergo mandatum dedit, ne Iacob in posterum vocaretur: Obseruatúmne hoc? Minimè quidem: nihil enim crebriùs sequentibus narrationibus, quàm vox Iacob vbique: Quid igitur? Perfunctorium fuit præceptum illud, aut indignus, qui iubebat, ei vt

Israel nomē quid significet? auscultaretur? Nihil horum: verùm animaduertisse est, nomen Israël eum denotare, qui

August. Deum videat, & ciuibus fortunatis extra periculum positis par sit: Sic accipio Augustinum quæstionibus super Genesim, quæst. 14. tom. 4. *Quæritur autem, cùm semel dictum sit. Non vocaberis vltra Iacob, cur legatur postea Iacob vocatus? Nam hoc mirum est, quibus enim semel dictum est, amplius eos non vocari, quod vocabantur; sed, quod eis nomen nouum imponebat; omnino amplius aliquid non vocatos, nisi quod eis impositum sit: istum autem per vitam suam appellatum esse Iacob, cui non semel Deus dixerat: Non iam vocaberis Iacob, sed Israel erit nomen tuum: Nimirum ergo nomen hoc ad illam rectè intelligitur pertinere promissionem, vbi sic videbitur Deus, quomodo non est antea Patribus visus, vbi non erit nomen vetus, quia nihil remanebit vel in ipso corpore vetustatis; & Dei visio summum erit præmium:* Cum igitur Iacob per luctam & mortificationem, eam in hac vita requiem consequutus fuisset, atque à passionibus immolestiam, quæ Beatorum pacem imitari videretur, iussus est vocari Israël: verùm, ne superbum hoc nomen, & securitatis plenum, oscitantiam pugili crearet, Iacob nomen sæpè repetitum est post datum monitum, ne alio, quàm Israël vocabulo nuncuparetur; propterea quòd vox Iacob, à *Iacob vocabulum luctam denotans.* luctando, siue supplantando deducta sit, quemadmodum loquitur Rupertus, & alij apud Lipomanum: Quasi diceretur Patriarchæ: Israël visus es vocari, abolito priori nomine; & tamen te vocamus Iacob: Quamobrem putas? Vt tibi luctam & certamen in memoriam vocemus: quantumcunque enim Israël dicatis, quòd eam de passionibus victoriam reportaueris, quæ patriæ statum æmolari videatur; tamen quia in hac vita adhuc versatis, luctandum tibi continuò est. Noli te immunem à lucta arbitrari, quoniam Israël es: etiamsi Israël, etiamsi videns Deum quodammodo; tamen donec in hac vita manes, nisi indefessè arma mortificationis arripueris, vt pugnes cum concupiscentiis tuis, proculdubio descendes ab Hierusalem in Hiericho, & incides in latrones, qui vtinam semiuiuum relinquant, & non penitùs occidant. Ponamus Aloisij Lip- Lippom. pomani de hac re explanationem ad cap. 35. Genesis, quoniam cum nostra cognationem aliquam habere putauimus: *An fortè & in hoc mysterium illud designatur, quòd qui ab actione ad contemplationem transeunt, necesse sit, priùs in campo actionis probari? & quando contra passiones rationem perturbantes fortiter praualuerint, ac tunc demum ad ipsius contemplationis arcem conscenderint, éxque Iacob Israel facti fuerint; non omninò ipsam deserendam actionem; sed in ea pro loco & tempore exercendos esse: ne per huiusmodi cessationem passiones eadem iterum insurgant? Vnde ad hoc insinuandum, postquam Iacob vocatus est Israël, iterum vocatus est Iacob.*

Quamuis igitur tribuum parens Israëlis titulo 45.
donatus sit, connumeratúsque inter cœlicolas quodammodo, nempe, cùm Deum videns sit: tamen quoniam adhuc non in triumphanti cœlo; sed in militanti lucet, pristini nominis Iacob, quod luctam & concertationem denotat, oportet sæpiùs meminisse, & in eo se Olympo splendescere, de quo stellæ nonnunquam cadunt; certè vt nimium retrogrediantur nonnullæ: qua de re cum elegantia Anastasius Sinaita lib. 4. Anastas. Hexameron, prope finem: *Habet hoc firmamentum (ait) virginem stellam, nempe, Sanctam Virginem, & eos, qui se ipsos castrauerunt propter regnum cœlorum. habet Geminos, stellam, Thomam, qui dicitur Geminus. habet Leonem, nempe, Lucam: stellas etiam Pisces habet hoc firmamentum,*

quos

quos piscati sunt Petrus, & Iacobus, & Ioannes piscatores: habet etiam Lyram, sapientissimum Paulum: habet & Cancrum, rursus Petrum; duplici enim gressu in eo ambulauit Sol, qui cadit sub intelligentiam, nempe, antè, & retrò: habet & septem Planetas, septem Diacones. Ecce quale cœlum nobis depinxit Sinaita Anastasius. At quis in huius cœli vertice nisi Petrus? Ipse Princeps cæterorum, ipse sublimiorem cœlorum locum occupans: cecidit tamen magnus ille, & Cancrum imitatus retrò vertit: sanè cecidit, quia IESV crucem, & mortificationem à longè sequebatur. *Neque enim negare potuisset* (ait Ambrosius lib. 10. in Lucam) *si Christo proximus adhæsisset: vnde accesserat, vt calefaceret se; quia, clauso Domino, calor mentis etiam in ipso refrixerat; denique ad carbones stabat Petrus, quia algebat affectu.* Nemo itaque non timidus, etiamsi in cœlo positus: In Zodiaco leones, fateor: sed etiam ibi cancer, & de cœlo, de perfectionis vertice retrocedit; & Christus negatur ab illo, qui in cœli cacumine constitutus, qui propter firmitatem lapis nuncupatus est, statim ac ille IESVM à longè sequi incipit.

Ambros.

46. Sciebat hoc Virgo Beata: & ideò, quamuis in gratia stabilita, etsi vndique Sole iustitiæ circumamicta, *vt fuerit candidissimus pariter & calidissimus huius mulieris amictus*, (ait Bernardus serm. 1. de Natiuitate Virginis,) *cuius omnia tam excellenter irradiata noscuntur, vt nihil in ea, non dico tenebrosum; sed obscurum saltem, vel minùs lucidum; sed ne tepidum quidem aliquid, aut non feruentissimum liceat suspicari*: Talis illa, & beatis Spiritibus maior, nunquam non carni inimica quoad vixit, domás ieiuniis, somno breui comprimens, veste vulgari, aliisque modis velut si ausura contra Matrem Domini niti caro fuisset. Nihil magis in Virgine demiratus Epiphanius Constantiensis in Cypro Episcopus, serm. de laudibus Beatæ MARIÆ: *Quid dicam* (ait,) *aut quid loquar de præclara, & sancta Virgine? Animus hortatur, & metus deterret. Cùm ergo ab vtroque distinear, expedit mihi, vt sermonem habeam de percelebri, & sancta Virgine*: At post longa exordia, post captam Auditorum beneuolentiam, quid tandem? *Dico enim, illam* (inquit) *esse cœlum, thronum, simul & crucem: extendens enim sanctas vlnas Dominum portauit.* Itáne, Sancte Antistes, post tam accuratam dicendorum meditationem, & diu considerata, quæ pronuncianda essent, in hæc tam discordia prorumpis: *Dico enim illam esse cœlum, simul & crucem?* Vide, obsecro, quos maritas terminos! non enim potest esse coniunctio cœli, & crucis! Crux tormentorum seminarium est: ibi malleus, & claui, & lancea perforans, crurifragium, myrrha cum felle. Cœlum amœna statio est; vbi Deus *absterget omnem lacrymam ab oculis* charorum, *& mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltrà.* Quo pacto itaque, si cœlum Virgo, crux quoque esse valeat? Verùm sapienter loquutus Epiphanius: denotat enim, Virginem in hac vita eum perfectionis gradum consequutam, Deum vt intensiùs amaret, quàm qui ardentissimè eum diligunt ex hominum, Angelorúmque triumphantium numero. Maior extitit charitas in Beata MARIA, nondum clato Dei intuitu donata, quàm in Seraphim, qui non cessant die ac nocte clamare: *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum*: Sed, cùm sic arderet amando, cùm ea puritate niteret, qua maior sub Deo esse non

Bernard.

Epiphan.

posset; non contempsit mortificationis studium, tanquam superuacaneum charitatis apicem tenenti: imò tanto conatu sui victoriam per aspera quæque aggressa, vt non mortificatam disceres, non crucifixam; sed crucem ipsam. *Dico enim illam esse cœlum, simul & crucem*, inquit Epiphanius. Nominibus enim abstractis vtimur, quoties summum aliquid significamus: summam itaque Virginis mortificationem denotat Epiphanius, cum MARIAM crucem appellat: & hoc illa non alio potiùs tempore, quàm illo, quo per amoris magnitudinem, cœlum dici poterat, quin & cœlum vniuersum superans: vt discant illi, qui intra septa morantur religiosa, num liceat quauis de causa, primis mortificationibus supersedére.

Nominum abstractorũ vsus.

47. Putásne, & vbi pax summa est, omnem exuperans sensum, & securitas perfecta, beatæ illæ mentes quasi omnem deposuère proficiendi sollicitudinem? aut non timent, aut non verecundantur, si fortè satis ardent, si tepidi, si negligẽtes sunt in amando? Nota Seraphim solũ gloriæ circunstantia apud Isaiam, cap. 6. *Sex alæ vni, & sex alæ alteri.* Proh! quantùm volabũt tantis pennis suffulti? Sed non ipsi se volare satis arbitrantur, tardos se culpant, & à pudore sancto pennas distribuentes, *duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius.* Hebræa habent, vt aduertit Lyranus, *duabus velabant faciem suam*: Vt non tam Dei vultus, aut pedes abscondisse, quam potiùs suos, concipiamus: Sed, quorsum faciem velant non visuri sic eum, cuius desiderio languent, & tabescunt? Ideò sanè, quia præ amoris excessu languentes; parum tamen se amare, parum ambulare, & erubescunt, & timent. *Quòd si aliter faciem velare intelliguntur* (inquit Galfridus apud Tilmanum ad cap. 6. Isaiæ) *quasi ne videant: timor & pudor possunt non inconuenienter intelligi: metuunt enim, & erubescunt ad vultum gloria magni Dei*: Ergo illi Spiritus Deo viciniores, quibus ab ardore nomen, iam extra pugnam, iam extra discrimina, timent adhuc (sic dicamus) & verecundantur, ne satis ament, ne satis ambulent: & tu inter syrtes adhuc positus, quoniam claustri multos annos numeras, periculi nihil instare arbitraris, si non tam citus ambulas, ac in iuuentute; nón tam feruidè diligis, non sensuum custodiæ tantùm inuigilas, & licere carni aliquid indulgere, tutum opinaris?

Isaiæ 6.

Lyran.

Galfridus.

48. Sed inquies: Si aliquantùm remittimus, id facimus, postquàm portauimus pondus diei & æstus: licet post exantlatos tot labores paululùm feriati, & pristinos rigores moderari: non æquã debet esse sors tyronis, ac veterani militis. Verùm tu, qui hæc astruis, *Nunquid maior es Patre Abraham?* Ipse Religiosorum protoexemplaris iussus namque Genes. 12. exire de terra sua, de cognatione, de domo patris, quibus tres abrenunciationes mundum deserentium figuratas ad longum ostendit Cassianus collat. 3. cap. 6. quæ non per aduersa iactatus Heros ille? quas non expertus peregrinationes? Certè mortificatus tota die propter Deum: an hoc in adolescentia tantùm, an in virili putas ætate? *Postquam nonaginta nouem annorum esse cœperat* (ait Moyses Genes. cap. 17.) *apparuit illi Dominus, dixitque: Circuncidetur ex vobis omne masculinum, & circuncidetis carnem præputij vestri, vt sit in signum fœderis inter me, & vos: infans octo dierum circuncidetur: tam vernaculus, quam emptitius circuncidetur.* Sanè circuncisio, qua superflua, sed

Genes 12.

Cassian.

Genes. 17.

cum dolore resecantur, mortificationis symbolum est. Sed esto, expediat, mortificationi incumbant Ismaël, & similes imperfecti adhuc; quicunque etiam seruus est, & cupiditatibus obtemperat, siue vernaculus, siue emptitius: verùm, num quoque circuncisioni subiacet Abraham, Pater ille excelsus, in perfectionis culmine positus? & saltem in tali ætate nonagintanouem annorum tanquam emeritus non quiescet, sed iisdem patebit legibus, quibus Ismaël, & incipientes quique? Ita sanè: non enim in tali ætate, non post tot immortalia facinora, & initum cum Deo fœdus Abraham suæ saluti consultú existimauerit, nisi eandem, quam infans, octo dierum, ille circuncisionem experiatur, & easdem veteranus exerceat mortificationes, quas tyro exercuerat: Quis tribuat, vt talibus abundent Cœnobia? O Domine, visita vineam, quam plantauit dextera tua, & fac misericordiam cum seruis tuis, vt de illis Viris portendentibus nunquam deficiat semen in domo

Interlin. tua. Sed audiamus Interlineatem apud Lippomanum ad cap. 17. Genes. *Quòd autem tulerit Abraham Ismaël filium suum, & omnes vernaculos domus suæ, & vniuersos, quos emerat, & cunctos mares ex omnibus viris domus suæ, & circuncidit carnem praputij eorum; præfigurante, quia ad omnem professionem spiritualis pertinet circuncisio. Abraham nonagintanouem erat annorum, quando circuncidit carnem praputij sui; & Ismaël filius eius tredecim annos impleuerat tempore circuncisionis suæ.* Aptè illud: *Quia ad omnem professionem pertinet circuncisio.* Siue enim Abraham nonagenarius, siue Ismaël nondum ephebus; omnes, quæ circuncidant, habent; nulla ætas, nulla professio à mortificatione immunis: periclitabitur etiam centenarius, si superflua resecare negligat.

49. Sed velles periculum ex neglecta mortificatione, quia tam immane esse dicimus, & viris spiritalibus in primis formidandum, exemplo aliquo commonstrati eius, qui in magna perfectione constitutus; ceciderit tamen hac de causa. Placet satisfecisse, vocatis in medium Iobo, & primo generis nostri auctore: Equidem, vt fuerit perfectissimus Iobus, & qui diuinis suffragiis approbatus: *Nunquid considerasti seruum meum Iob, quòd non sit ei similis in terra?* tamen excellentioribus donis ornatum Adamum haud dubium est: Iam verò, quæ non adiumenta Adamo, vt staret? Fauebant vniuersa, status iustitiæ originariæ, scientiæ consummatæ, locus, creaturæ, omnia denique: Iobus verò vt caderet, quot faciebant? bonorum amissio, filiorum dirus occasus, vlceratum corpus, vxoris maligna suasio, amicorum & ciuium desiderata fides in aduersis: Quomodo itaque Hussitarum Rex inter tot impellentia ad ruinam constans, & cedere nescius decumanis tentationum fluctibus? Adam verò tantis suffultus, ne rueret, infeliciter succumbens, & se, & posteros perdidit? Pul-

Arnold. chrè id depinxit Arnoldus Carnotensis tractatu de opere sex dierum: *Non erubescebat Iob, nec ad occultandam plagam suam diuersorium quærebat, nec pauebat à facie Dei, coram quo de innocentia gloriabatur, & interrogatus securissimè respondebat: Adam longè aliter se habuit in Paradiso, vbi omnia profectus cooperabantur, ipse nec percussus, nec attritus defecit:* Causam ego lapsus Adam non aliam puto, quàm quòd ne tantillùm mortificare se

Augustin. voluerit, & vxori grauis esse: Præclarè Augustinus lib. 11. de Genesi ad litteram: *Vxorem igitur, quæ iam seducta inuiteauerat, delicias suas noluit Adam contristare, quam credebat à se alienatam tabescere, & sine solatio interire; non quidem carnis concupiscentia; sed amicabili beneuolentia qua sæpè Deus offenditur, ne offendatur amicus:* Quia itaque mortificare & supprimere noluit nimium erga sponsam affectum ex negligentia leuis mortificationis, præcipitio lapsus est de summo & honoris, & voluptatis, & sanctitudinis loco: Videsne, vt etiam perfectis & consummatis, & quibus innumera subsidia firmitatis sunt, non dicam, congruum sit, sed penè necessarium vel leuissimarum mortificationum genera non spreuisse; cùm fieri possit, vt earum contemptu, quemadmodum Adæ contigit, tantin damnum non minùs ingens, quàm irreparabile? Et tantam quidem malorum seriem protogenitori peperit, socordem esse in supprimendis desideriis, appetitúque superando nimio placendi vxori; At non ita robustus Iob, thalami sociam ad prauaricationem festinus repulit, non veritus, si feminea mens, aut excandesceret, aut profundiùs contristaretur: *Quasi vna de stultis mulieribus locuta es,* inquit. Expendit probè Bonæ Vallis Abbas, vbi supra: *Ibi* (sermo illi est de Paradiso) *potuit Diabolus & tentare, & vincere hominem: at multò robustiorem postea expertus est Iob scatentem vermibus, sedentem in stercore, quàm illum Adam in loco voluptatis constitutum, manente integra & persona & substantia: nec deerant Iob linguæ feminea stimuli; sed irrisit mens solida nugas vxoris, & modestissima increpatione præsumptionem muliebrē virili dignitate exercuit:* Ergo Iob cum mortificatione tutus inter sexcenta pericula: Adam, quamuis innumeris recreatus præsidiis, quia tamen sine illa, discrimini obnoxius, & tandem deiectus, & illisus: Sic igitur Salomonis, eiusque sponsæ, inopinata ætate grauissimi lapsus nos admonent, perpetuas excubias agere: vt si quando contingat venire Dominum, siue in secunda, siue in tertia, aut nouissima vigilia, paratos reperiat, & mortuam anima nostra mutei ustotum.

Amicitia particularis magna pernicula.

Arnold

Sectio VIII.

Otium viris spiritalibus, & in diui famulatu permanere cupientibus, maximè fugiendum.

Vamus anteriori Sectione Pharaonis filiam, eiúsque conthoralem Salomonem propterea non in ætatis flore lapsos; sed ad vitæ metam dixerimus, quòd in adolescentia cauti procederent, spiritalique profectui diligentes incumberent; maturis autem annis mortificationis exercitationem neglegerent: puto tamen, præter hanc, aliam extitisse causam momenti & ponderis; nempe, Salomonem, eiúsque sponsam sub primis connubiorum annis curis distractos fuisse, vt festiandi, otióque indulgendi minimè locus esset: nam statim post initam cum Pharaone affinitatem, peractámque nuptiarum celebritatem, cogitatunt noui con- 50.
inges de templi structura, quam subsecuta est regiarum ædium fabrica: quibus operibus ipsi viginti anni consumpti: hoc igitur tempore, otium cùm sublatum esset, periêre cupidinis artes

tes; oon adamauit Salomon ardentissimè alie-
nigenas, non filia Pharaonis occasio pristinas re-
petendi superstitiones: at his subtractis, compo-
sitísque Chananæis montis Libani, qui impe-
rium detrectauerant, successit alta regnorum
p[illegible]; tum non bella curæ Salomoni, non ædifi-
cia, non aliquid negotiosum, itum per voluptates
omnes, nihil quod desiderassent oculis negatum,
nec prohibitum cor, quin deliciis frueretur vni-
uersis: sic viuentem, totum sibi Venus faciè
vindicauit; facilè a Pharaonis filia decipi potuit,
vt sciens Deorum vanitatem, coleret tamen. *Nec*
August. *Salomonem, credibile est* (inquit Augustinus 14. de
Ciuit. cap. 11.) *errore putasse idolis esse seruien-*
Chrysost. *dum, sed blanditiis femineis ad illa sacrilegia fuisse*
compulsum: Sed iuuat Chrysostomum audisse
homil. 26. in epist. posteriorem ad Corinthios:
Quod si hominem vnum priuatim intueri libet, Sa-
lomonem tibi animo proponam: nam cùm hic in cu-
ra, & perturbatione versaretur, de gente, videlicet,
illius imperio, atque gubernatione consilia agitans; di-
gnus habitus fuit, cui visio illa contingeret: cùm au-
tem luxui, & deliciis se dedidit, in ipsam vitij vora-
ginem deuolutus est. Ergo Salomon, dum ab otio
vacans in domo Dei stare potuit, in spirituali via
proficere; à curis expeditus, & nihil operans con-
tinuò à Dei famulatu relegatus, vitiorum seruus
factus est.

51. Protohomines postquàm formauit Deus nudos
reliquit: non illis vestes ad gloriam & osten-
tationem necessariæ, cùm nulli essent inspecto-
res: non ad superandas temporum acerbitates;
etenim

——Ver illud erat, ver magnus agebat
Georg. *Orbis, & hybernis parcebant flatibus Euri.*

Non ad honestatem; non enim tunc pruriebat
caro, & ipsi suam ignorabant paupertatem, quan-
do post delictum aperti sunt oculi, vt se nudos
esse cognoscerent: At fuerint vera isthæc omnia:
sed neque honestati, nec loco beato iniuria fuis-
set facta, si tegerentur: quorsum igitur sine
amictu? Sanè pugilum morem fuisse ad certa-
men descendentium nudatis pectore & humeris
Origen. arenam ingredi, & propterea a lobo consciss-
sos amictus animaduertit Origenes (siue alius
Palæstritarum ritus. potiùs Auctor imperfectæ explanationis in Io-
bum lib. 1 *Ob hoc conscidit, vt illa quæ impediunt,*
a se proiiceret; vt tanquam audacissimus præliator,
& tam singularis monomachus, aduersùs innumeros
inimicos singulariter immobilis perstitisset. Nam &
vere talis mos est in aliquibus gentibus, vt cum ad
durum prælium venerint, currant contra aduersarios
intemperanter nudo pectore cum fiducia se offerentes,
vt est Syrorum gens: Item aliæ gentes spoliantes se,
atque in ipsis tunicis se præcingentes, nudo pectore
atque scapulati viriliter eunt in prælium: Archiho-
minem igitur Adamum, dum Creator absque ve-
stimento in Paradiso collocat, significat, velut ad
Nilus. luctam & certamen eum in loco voluptatis posi-
tum: Sic Nilus in Ascetico: *Quandiu enim restitit*
aduersarius suadentibus, vt Dei mandatũ violaret,
nudus vt luctator in stadio stetit: victus verò, & ser-
uus effectus, deposita, simul cum certandi habitu,
nuditate; indutus: Verùm, quibuscum pugnan-
dum in ea regione, vbi nullus hostilis timor, vbi
cuncta obediunt? factus enim homo, vt præesset
Athletarum quantus labor, quanta abstinentia? piscibus maris, & volatilibus cœli, vniuersæque
terræ. Sanè qui stadio se cómittere audebãt athle-
tæ, siue cursus occasione, siue luctæ, alteriúsve
ludi gratia, non solùm ipsius concertationis tem-
pore, sed etiam longè antea, ab iis omnibus vaca-

bant, quæ viribus & agilitati nocumento esse
possint: sic accipio Paulum priori ad Corinthios 1. Cor. 9. 25.
cap. 9. *Omnis autem, qui in agone contendit, ab om-*
nibus se abstinet: Quid est, Ab omnibus? (inquit Chrysost.
Chrysost. hom. 23. in eam Epistolam.) *Non ab hoc*
quidem abstinet; in alio autem peccat sed & ingluui-
uiem, & litigationem, & temulentiam; &, vt semel
dicam, omnia vincit vitia. Et idem homil. 67. ad
populum Antiochensem: *Nullus athleta genero-*
sus (ait) *balneas quærit, aut mensam cibis & vino re-*
dundantem, hoc non est athleta, sed delicati: athleta
namque pugnat puluere, Solis ardore, sudore largo,
tribulatione, & angustia: Igitur athletarum, qui,
aut stadio luctantur, aut currunt, aliísve exer-
centur, vita omnis semper in laboribus est, nun-
quam illi feriantur: nam ante certamen in abs-
tinentiis est totum tempus, in macerationibus,
& vmbratili pugna: sub ipso certamine sudor
& angustiæ: victoria autem non otium parit;
sed ad acerbiora toleranda incitat: ita vniuersa
ætas in agendo semper est, & otio locus nullus:
Iam facile est coniectari, cur Adamum, tanquam
in procinctu ad luctam, nudum in Paradiso in-
cedere voluerit Creator: quando enim eum in
iustitia originali condidit, & perpetuæ contem-
plationi vacare voluerit, diuinitati famulantem
semper, ne quando de beatis sedibus indignus ex-
truderetur; voluit operosum semper esse, athleta-
rum adinstar, & ne vnquam otio succumberet, la-
psurus proculdubio quàm citò feriari vellet.

Atque hoc ipsum adumbratum illis verbis 52.
Genes. cap. 1. *Tulit ergo Dominus Deus hominem,* Gen. 2. 15.
& posuit eum in Paradisum voluptatis, vt operare-
tur, & custodiret illum: Quæ hostium formido, vt
præsidiario milite opus sit, cùm extra Paradisum
nulli viuerent mortales; bestiæ autem parerent
hominis nutui? Quid terram colere necesse sit,
iuuare naturam artibus, quando

Ipsa quoque immunis, rastróque intacta, nec vllis Ouidius 1. Metam.
Saucia vomeribus per se dabat omnia tellus,
Nec renouatus ager grauidis canebat aristis?

Sanè illa omnis operatio eò tendebat, ne Ada-
mus otio torperet, cui si locum dedisset, minimè
permansisset in eo, quo conditus est statu, cùm
Deus otiosos in familia sua non sustineat: Exci- Barcepha.
pe cum multa eloquentia differentem Moysem
Barcepham prima parte de Paradiso, cap. 28.
Quid ergo sibi volunt illa verba: vt coleret, & cu-
stodiret? Respondemus non id significare, fodiendas
illi fuisse scrobes, in quibus plantas consereret, vt
Noe vineam, aut laboriosis ipsum instrumentis ope-
rando molestiam vllam subire debuisse: sed ita eo po-
situm fuisse cultum illum, vt sibi locum sibi pro ha-
bitatione aptaret, viasque, ac semitas, quibus com-
modè possit obambulare, complanaret; ne, scilicet,
otiosus esset, quando ex otio plurima enascantur ma-
la: Tantis igitur præsidiis communitum Ada-
mum, agriculturæ vacare voluit Creator: *Quid*
enim abhorret à vero (inquit Augustinus lib. 8 de August.
Genesi ad litteram, cap 9) *vt credamus, hominem*
ita in Paradiso constitutum, vt operaretur agricul-
turam non labore seruili, sed honesta animi volupta-
te? Voluit quidem, ne nimia felicitate elatus,
otio indulgens, quemadmodum Salomon, Dei
familiaritate exclusus, præcipitem se, suaque da-
ret: *Ideircò, sicut clemens pater tenero filio* (inquit
Chrysostomus homil. 14. in Genesim) *omni co-* Chrysost.
pia fruenti, ne insolens fiat, paruam & congruam
quandam curam excogitat. sic & Dominus Deus
Adæ operationem, & custodiam præcepit, vt, vnà cũ
voluptate, multáque securitate ac delectatione, hæc

duo haberet, quæ aliquantulum proclivitatem illius morarentur, & impedirent.

53. Iam, quid illa scala Iacob arcani portenderit, non arduum est coniectari: Illud in primis demiror cum Bernardo, quòd in scala illa positi nunquam, ne tantillum, feriantur: *Vidit scalam Iacob* (ait ille epistola 254.) *& in scala Angelos, ubi nullus residens, nullus subsistens apparuit; sed vel ascendere, vel descendere videbantur vniuersi.* Quis hic tam durus exactor, vt famulis ne parum aliquid indulgeat, & ab irrequietis itineribus vacare patiatur vel per momentum? Vbi illæ promissiones speciosæ: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos?* Egregia quidem refectio, non pati, vt vel ad horam requiescant: Sanè reficiet supra quàm promisit, & inebriabuntur ab vbertate domus eius dilecti; sed reficiet in patria, non in via, quam scala illa repræsentabat: Dum in via sumus, excutiendum otium, semper pergendum, non datur per scalam euntibus dixisse: *Sic volo manere*; id est, neque descendere, aut ad conuexa ferri; sed sedere, & otiari: quicunque talis est, descendet absque dubio, præcépsque feretur per scalas: *Nemo proinde dicat* (inquit Bernardus epistola 241. *Satis est: sic volo manere: In via residet, qui eiusmodi est; in scala subsistit, vbi neminem Patriarcha vidit non ascendentem, aut descendentem:* Etenim Paulus 9 ad Romanos loquens de Iacob: *Sicut scriptum est* (nempe, Malachiæ 1.) ait, *Iacob dilexi: Esau odio habui*, id est, quemadmodum declarat Anselmus: *Vnus eorum eligitur, alter reprobatur: vnus succedit in hereditatem, alter exheredatur:* Iacob igitur cùm Deus in charorum numerum elegisset, vidit dormientem in itinere; & quamuis somnus ille athleticus, durus, nempe, quando sub dio, sine strato, lapideo puluinari soporem conciliante; sed dormitio tamen erat, & otium: non tulit in eo, quem iam elegerat, suæque destinauerat familiæ; erectáque scala, *in ea Iacob mysticè corporatam Domini speciem vidit*, (vt loquitur Eustathius Antiochenus apud Lippomanum,) *& triumphale Dominicæ Crucis sub figura scalæ trophæum contemplatus est:* Quasi loquatur de summitate graduum Dominus: Hæc porta cœli, non est hic aliud, nisi domus Dei. Ego te elegi, quem his sedibus donarem aliquando; verùm, quoniam per merita coronandus, apage somnum, pelle otium & indulgentiam: ad hæc amœna, non dormiendo, sed ascendendo triumphale Crucis trophæum, venitur: Vis perfici in te electionem meam, déque meo esse satellitio? gradere per scalam: sic itur ad astra, non quieti indulgendo, non per otium & tranquillitatem: Reminiscere vterini fratris Esaii, quem odio habui, de quo pronunciaui, quia maior seruiet minori: otium illi miseriarum occasio fuit. *Otiosus amisit primatus benedictionem* (Ambrosius epistola 82.) *quia maluit cibum accipere, quàm quærere.*

Bernard.

Rom. 9

Malach. 1.

Anselm.

Eustath.

Ambr.

54. Accipe ab his elucidatum Paschasium libr. 9. in Matthæum ad illud cap. 20. *Exiit primo mane conducere operarios in vineam*, &c. *Sed omnes simul, qui vocantur ad vineam, vna Ecclesia sunt, vtráque vinea de vite, quæ Christus est, propaginatas in qua, & ad quam, qui intrant, vel qui conducuntur, nemo otiosus; sed omnes operarij esse debent:* Ecce Corbeiensis Abbas vineam hanc vult esse vniuersalem Ecclesiam, quæ in terris est; & rectè quidem: in hac enim tantùm pondus diei, & æstus, & plurimus labor: At, quo pacto veritas sit in hanc Ecclesiam de otiosis neminem intrare, qui fodere valeant, putare, sudorem & soles tolerare debere esse cunctos? nónne claudorum bona pars in populo? nónne ægrotantium copiosa messis? Quid facturi in vinea senes viribus destituti? quid feminæ, quid puer, & illi, qui mollibus vestiuntur in domibus Regum, qui tenui sudant in cyclade? Omnes isti intra vineam, nullus non otiosus; fodere enim nesciunt, putare erubescunt? arbitror, non negauerit Paschasius, intra vineam otiosos multos esse; sed intra vineam neminem ex otiosis admitti, qui vocandi sint in vesperam à vineæ patrono, quibus ille, cùm denarium persoluat, lætus dicat: *Intra in gaudium domini tui.* Hoc de iis qui feriantur, & quieti seruiunt, nemo audiat, sit ille claudus, sit ex tabescentium caterua, sit femina, sit puer: Sed quæ in his culpa, inquies, quando, si vellent, laboribus vires nullæ? Quòd si de cultura mystica intellectum velis, ab hac quoque maior pars mortalium abstinet sine vitio: non enim docti sunt; sed nec docere expedit feminas; non laicos reprehendas, si à prædicatione, cæterisque ecclesiasticis functionibus vacent: Quorsum igitur isti omnes propter otium denario careant? Equidem, quòd se ipsos colere potuerint, vineámque suam custodire: ab hoc non aliquis gradus liber absque noxa. *Omnes operarij esse debent*, (prosequitur Paschasius) *quia nemo est, etsi non alios, qui se ipsum exercere, & excolere non debeat, vt fructum ferat in Christo, & in vite maneat:* O nimis beatam vineam! ô verè florentis reipublicæ faciem! vbi nemo ab operando excusatur: non diues, non mancus, non pusilli, non feminæ imbelles, non senes exhausti, & decrepiti: nemo vineam ingreditur animi laxandi gratia, vt spatietur; venatus, conuiuij, voluptatis ergo: vniuersi in curis, & operibus, sine intermissione à mane in vesperam: quicunque aliter fecisse inuentus de patrisfamiliâs contubernio eiicitur, ligatis pedibus, manibúsque, quòd otium sectatus fuerit, in tenebras exteriores.

Paschas.

Matth. 20. 1.

Neminem itaque otio incumbentem, cùm in regno suo partem habere paterfamiliâs, qui Deus est, sinat, inde arbitror, Petri socrum, hæc quoniam non ignorabat, statim ac à febri liberata est, Christo apud Simonis domum cœnanti ministrasse: *Decumbebat autem socrus Simonis febricitans* (ait Marcus cap. 1.) *& statim dicunt ei de illa: & accedens eleuauit eam apprehensa manu eius: & continuò dimisit eam febris, & ministrabat eis.* Opinabuntur quidem alij, his indicatam paupertatem Simonis, quod præter socrum non esset, qui ministraret in domo, adeò tenuis familia, & tam paucos numerans: Mihi id difficile: puto enim ex deliberato inuitatum Christum, vt apud Petrum refectionem sumeret: paratas autem escas autumo, antequàm socrus sanaretur, & qui parauerant, mensæ assistere poterant: Quid quòd ibi non exigua discipulorum portio, præter Petrum, Andreas, Iacobus, & Ioannes? ministrare Christo debuerant, & non sinere feminam nuper ab ægritudine liberatam vexari, ni ipsa extorsisset? Aliqui dicturi sint, ministrare voluisse, quò eo obsequij genere vtcunque grati animi signa exhiberet, nec voluisse beneficij compensationem in crastinum differre: Erit & quorundam cogitatio, cùm magnum apud se Prophetam haberet, indignum ratam fuisse, si ancillis ministrandi opus committeret, 55.

Marc. 1. 30.

Beneficiorum recompensatio celer esse debet.

Christo in eius membris cuicunque seruire gloriosum.

Ecclesiasticorum aula, & domus quales. mitteret, quando homini Deo ministrandum esset: Denique Petri aulam laudabunt Viris ecclesiasticis in primis imitandam: non in ea calamistrati iuuenes, & imberbis turba, non puellarum greges circumornantium, non symphoniaci, non ioculatores, & cætera, quæ gentes inquirunt, & Sacerdotes dedecent supra modum. vna sola femina legitur in domo Principis Apostolorum extitisse, & illam anuosam fuisse probabile est, cùm iamdiu Petrus filiæ eius copulatus esset: Hæc omnia cum ingenio & veri repræsentatione dici non diffiteor: ego feminam existimasse arbitror, dona Dei otio & pigritie facilè amitti: quare quò apud Christum mereretur adeptæ sanitatis confirmationem, æquum iudicasse, non interposita mora aliqua, continuò ac liberata est à febre, labori incumbere: Hæc igitur causa fuit, cùm ancillas haberet, aut filias, ipsa et Christo, cæterisque hospitibus ministrauerit, rata sanitate priuandam citò, ni hanc in Christi, & proximorum

Victor Ant. obsequiis impenderet. Suggessit interpretationem Victor Antiochenus ad cap. 1. Marci: *Socrus Petri à febribus liberata, suum vicissim ministerium, & seruitium exhibet: nos per hoc erudiens, ne sanitatis beneficium frustra, aut præposterè à Deo expetamus; verum eo præcipuè animo, vt sanitatem tam adepti, præceptis illius accuratius parere, sanctisque eiusdem necessaria vita præsidia facilius ministrare valeamus*: Timuit pia femina coram Christi oculis posita otiosa esse, exsurrexit celeriter de strato opus ministrandi aggressura.

56. Non nimius otij lo creatura vindex Deus, quando & in se otium non sustinet: *Faciamus*, inquit, *hominem ad imaginem, & similitudinem*

Genes. 1. 26. *nostram*. Genes. cap. 1. Conuocatio est omnium diuinarum personarum ad hominis constructionem, quemadmodum ex multis Patrum pronun-

Lippom. ciatis ostendit Lippomanus ad recitata verba: Sed, quid opus tanto conato? omnia per Verbum facta sunt, cœlum, & terra, ignis, grando, spiritus procellarum, oues, & boues, & vniuersa pecora campi; ipse dixit & facta sunt: Verbum itaque cætera sine conamine producens, non posset hominem sine adiutorio formare? Et certè, quando operarum socio indigeret, nō sufficeret de tribus personis vna? Sanè non opem desiderantis vox est: *Faciamus*, sed nolebant cæteræ personæ otiosæ videri? verecundabatur quodammodo Pater eum Flamine, soli Filio relictos labores, &

Zeno Ver. ipsos quiete gaudentes nihil agere: Cape à Zenone Veronensi singularem expositionem serm. 3. de Genesi: *Videtisne, Fratres dilectissimi* (ait,) *quia nullus exertè hic alteri iubet? In opere nullus otiosus est; O sancta æqualitas, ac sibi soli dignissima indiuidua Deitatis!* Verùm, si Zenoni tanta commendatione dignum visum sit, neminem ex diuinis personis otiosam esse, dum crederetur homo; at, cur cædem personæ otiosæ, dum reliqua producebantur: facta enim sunt reliqua per Verbum

Gregor. tantùm? Fortasse lucem dabit Gregorius Romanus sic inquiens lib. 9. Moral. cap. 36. *De solo igitur homine dictum est: Faciamus, cum de aliis creaturis legatur dixisse Deum, vt fierent, & facta sunt: & hoc, quia rationalis creatura condebatur*: Erenim Deus condens hominem rationalem, faciebat eum ad imaginem & similitudinem suam: Quid inde? Certè Trinitatem referens homo, si Trinitas otiosa fuisset, haberet, quo otium suum defenderet: non enim repræsentatio excellere debebat rem, quæ significabatur: at homo natus ad peteuuem felicitatem, & indeficiens æuum, quo pacto tam grandia per otium & quietem consequeretur? Nihil horum ad alias creaturas attinebat: neque enim Dei imago sunt; neque, si laborant, immortalia bona eos manent, neque, si feriantur, supplicia sine catena. Quoniam igitur oportebat, hominem, Deum prototypum habentem, à primo exemplari discere, illúdque referre; ideò in hominis formatione tota Trinitas laborans; ne si quieti vacans, quando omnem sectaretur homo, conaretur sibi non esse vitio vertendō, cùm nec in otio quidem ab eo recederet exemplari, ad cuius similitudinem compositus fuisset. Hæc si obseruasset Salomon, quæ multis operum suorum partibus tradidit salutaria documenta, quæque otium fugere monent; fortasse nunquam ab impuro amore superatus fuisset: nec homo alta mente præditus in tantam delatus fuisset dementiam vanissimis vti Numinibus procumberet, & thura daret.

SECTIO IX.

Humana felicitas manca semper; cœlo tantùm integrè gaudere datum.

QVID non gaudiorum consequuta Pharaonis filia per nuptias cum Salomone? 57.
Abundabant voluptates & deliciæ omnes filiorum hominum: cetrabatur in marito, quæ plus vinceret, & conferret, fama, diuitiæ, sapientia, oris decor, regnorum tranquillitas: Inter hæc tam gaudiosa putásne Reginam mœrore vacuam semper? At nunquam non tristabatur inter tam iucunda: Prolem desiderabat anxiè; & quoties cogitabat, Roboamum Naamæ Ammanitis sobolem imperij successorem, feminea inuidiæ flammis succensa, dolore confecta inconsolabili, mulierum se infœlicissimam sæpiùs dicebat, à lacrymis solamen aliquod acceptura, si quando

Sterilitas magnis lætitiis occasio. bas ad satietatem fundebat. Quid miramini Reginam sui impotentem præ sobolis desiderio, quando magnus ille Abraham, Ismaëlem habens, adhuc nihil se à Deo recepisse putat quodammodo, si ex Sara hæredem non suscipiat? Dixitque Abraham: (Genes. cap. 15.) *Dominus* *Genes. 15. 2.*

Deus, quid dabis mihi? quasi certè non pluribus donasset in eum diem? Sed, quæso, Abraham, vide, quid dicas? Quis enim, nisi Deus, illam tuam tam copiosam familiam, quæ trecentos vernaculos numerat, tot camelos, tot asinos, tot boues, tribuit? & tamen etiamnum noua æstuas: *Quid dabis mihi*, inquis? Sed, quandiu ex primaria vxore hæres non est, sordent cætera omnia: *Ego vadam* (ait) *absque liberis, & filius procuratoris domus meæ iste Damascus Eliezer*: Egregiè Chry- *Chrysost.*

sostomus homil. 36. in Genesim: *Postquam meret sibi valdè copiosa promissa, exponit animæ suæ dolorem & mœstitiam propter prolis inopiam, quæ interim in pectore eius toto illo tempore fuit, dicens: Domine, quid dabis mihi? ecce ego vsque ad senectam perueni, & prole carens dimittor*: Abraham igitur vnius filij genitor, quoniam non duorum pater dicebatur, affligebatur, nec dolori mederi poterant vastæ possessiones, non amplum patrimonium, non famulantium caterua ingens: quid femina absque prole vlla? Non poterant consolari festiuæ plaudentium populorum adorationes, non dulcis & beata opulenti imperij pax, nō vermiculata pauimenta, & parietes de infecto elephantis

 dente,

dente, auri, argentique venis intermixtis: inter epulas, & ad plectri subtiliores sonos, profundiores gemitus: Huc, ô qui circuitis mare, & aridam, opum, & honoris, voluptatúmque causa: videte, si est dolor, qualis huius Reginæ mœror, & discite huius mundi gaudia manca, nihil apud illum plenum. sed immatura esse vniuersa; lætis semper tristia admisceri.

58. Certè Christo de virginali vtero egresso plausère cœlum, & terra: vtrobique iucunditas, & læta facie; sed diuersa tamen: Olympum si inspicias, Angeli tripudiant, sydera clariores radios emittunt, Luna fulgentiores amictus induit, nox pullata semper & funerea, diem æmulata, luminosa & candida, tanquam ad lætitiam composita procedit: ergo æthera contemplanti nihil occurrit subrrisse: terra autem & ipsa subridet nascenti, exultant colles, montana gaudiosis resonant clamoribus, ducit agmen modulantium pastorum Tityrus, & respondant nemora atque valles dispari li auenæ: iam & de Eoo littore mouentur dromadarij Madian, & Epha, Reges de Saba veniunt, aurum & thus deferentes: surge, Hierusalem, illuminare, leua in circuitu oculos tuos, & vide: omnes isti congregati sunt, & venerunt tibi: Sed non illa consurgit nisi ad perdendum Puerum: sequitur Herodem magis, quàm Christum, & turbatur cum illo; & si modò parcit infanti, necessariò parcit, quoniam non inuenit: Ergo in cœlis secura sunt omnia, plena & perfecta lætitia, non Angeli, non stellæ, non ipsa nox aduersatur: in terris à pastoribus, à Chaldæis plurimum gaudij; sed quoniam, quæ sub cœlo est, lætitia claudicat perpetuò, & extrema luctus occupat, ecce Magorum aduentum, ecce pastorum modulamina sequitur Herodis acerbum odium in eum, qui non venerat erepturus mortalia regna; sed daturus cœlestia: Sed iuuat Galfridum audisse in Allegoriis triginta Patrum apud Tilmanum ad cap. 2. Matthæi: *Magnitudinem Paruuli* (ait) *qui natus est, nobis cœlum indicat, terra cognoscit: sed cœlum penitus illum glorificat tam per rationales creaturas, quam per rationis expertes, vt Angelos, & stellam: terra autem ex parte: nam Herodes turbatus, & omnis Hierosolyma cum illo: in illo nobis indicat Christus, quòd cœlestis gloria tutior: nam terrena gloria periculosa semper est, & plena discriminis.*

Galfridus.

59. Quibus ante oculos positis, haud impossibile fuerit, difficilem aliquibus visam magni Basilij sententiam tutari: is enim hom. 5. in Hexameron, & hom. de Paradiso, in ea cogitatione est, rosam in Paradiso, & antequàm homines peccauissent, aculeis caruisse: Confortabat itaque tum odore, pulchritudine reficiebat contemplantes; sed non pungebat decerpere volentem: cæteri autem flores non subitò marcescebant, quemadmodum nunc contingit; sed & colorum venustatem, & odoriferum halitum in longa tempora protrahebant: His aduersabuntur, quibus persuasum est, & mente sedit, eandem esse naturam plantis, cæterísque creaturis modò, ac fuit, antequàm generis nostri auctores peccarent: neque enim peccato mutationem accepisse rerum essentias & proprietates: Sic Pererius noster lib. 1. in Genes. ad vers. 11. Salianus ad annum 1. mundi, die tertia, num. 25. Verùm certè rosam, qua nunc potimur, specie differre ab ea potuisse, quæ intra Paradisum creata est, si quis asserat, non eum absurdi quidpiam dixisse arbitrer: quemadmodum balsamum, quod in Europæas prouincias ex India occidente defertur, specie distat ab eo, quod Alexandria, & Cayrum transmittunt per Pharmacopolas, vt rectè aduertit noster Acosta lib. 4. naturalis Historiæ Indiarum, cap. 28: Porrò ex his rosarum generibus, illud attulisse beatum solum tantùm, quod aculeis caret, cùm quæstio sit de facto, non de eo, quod esse potuerit, probabiliter opinabitur, qui id putauerit, cùm pronunciari tutelares habeat magnum Basilium locis iam indicatis: Ambrosium lib. 3. Hexameron, cap. 11. Damascenum lib. 2. de fide, cap. 10. Procopium in cap. 1. Genesis: nec dissentit Augustinus lib. 1. de Genes. contra Manichæos, cap. 13. Hæc præter morem: neque enim concionatorium argumentum, quo in præsentiarum versamur, res ad exactam scholarum trutinam expendi postulat: sed, quando Basilij opinionem de rosa, aliisque odoratis plantis sustineri posse docuerimus, quærendum superest, cur, de rosarum generibus, illud tantùm voluptatis horto enasci voluerit Creator, quod suauia & placentia haberet vniuersa; ad nos remiserit pungentes rosas? Sanè prima illa hominis habitatio referebat per omnia beatarum mentium sedes, puris deliciis læta, cùm abessent ea omnia, quæ molestiam aliquam generare possent: hîc autem, vbi nos versamur, exilium est: ergo, quoniam Paradisus cœli imago; quemadmodum in cœlis lætitia est numeris omnibus absoluta, vinum merum absque fæcibus, aut commixtione: ita, quæ intra Paradisum erant plantæ, defectu omnia carere debuerant; nihilque aduehere, quod tædium pareret; proinde & cùm rosis non sint spinæ coniunctæ, & cætera odorata non marcescant, amatoresque fallant momentanea gloria, sed in æuum suauitatem, fragrantiámque conseruent: hîc autem, in exilio, nempe, nec omninò gaudiosis spoliemur, ne sub tanto malorum cumulo fessi occumbamus; nec tamen gaudia plena sint, quoniam peregrinationis locus est: habeamus itaque à rosarum & odore, & contemplatione lætitiam; sed lætitiam minuant punctionibus, vt imperfectum esse, quod hoc loco præstant, gaudium, indicent. Iam ipse Basilius loquatur: *Verùm rosa tunc spinis carebat* (inquit homil. 5. in Hexameron:) *postea verò pulchritudini floris adiunctæ sunt spinæ, vt nos voluptatis inde capiendæ oblectamento propinquo afficiamur dolore recordatione delicti, causa cuius factum est, vt spinas, vt tribulos tellus huic addicta condemnationi nobis proferret.* Sic ibi de rosis: Et de non marcescentibus floribus homil. de Paradiso: *Et hic quidem transitoria, ac breuis momenti vernorum florum gratia adhuc desiderantes destituit: nondum enim ab illorum collectione domum reuersi sumus; & ecce in ipsis adhuc manibus nostris constituti marcescunt: in Paradiso verò florum splendor non est momentaneus, sed constantem habet iucunditatem, nunquam desiturum oblectamentum, insatiabilem fragrantiam.*

An rosa, quæ nunc fruimur, similis Paradisi rosa?

Pereira. Salian.

Balsami varia species.

Acost.

Ambros. Damasc. Procop. August.

Sed de terrestri Paradiso transeamus ad Empyreum: & sciamus à Ioanne, qualem ibi gloriam intuitus sit: *Et conuersus* (inquit Apoc. cap. 1.) *vidi in medio septem candelabrorum aureorum similem Filio hominis: & facies eius sicut Sol lucet in virtute sua.* Quæro, quid sacramenti habeat particula, *Sol in virtute sua*: Nunquid enim non sufficiebat dixisse, *Sicut Sol*, vt satis radiosum & refulgentem intelligeremus vultum? Verùm notare est, Solem, quando robustè illuminat, omnem vmbram expellere; ideircò sub meri- 60.

Apoc. 1. 13.

diem

diem vmbræ minores, & vbi Phœbus ardentissimus est, vmbræ nullæ, putà vbi torridior cœli plaga: Disce a Plinio lib. 2. cap. 73. *Tradunt in Syene oppido, quod est supra Alexandriam quinque millibus stadiorum Solstitij die medio nullam vmbram iaci, puteúmque eius experimenti gratia factum, totum illuminari: quod & in India supra flumen Hypasim fieri tempore eodem Onesicritus scribit: rursus in Meroë insula, quæ est caput gentis Æthiopum, bis anno absumi vmbras*: Scio experientia doctos iuniores Cosmographos, veteres in describenda torrida zona in multis hallucinatos fuisse: vide Acostam de natura noui orbis, lib. 1. cap. 9. & 10. & lib. 2. cap. 8. & 9. & Thomam Maluendam lib. 3. de Antichristo, cap. 14. Sed credamus Plinio de vmbræ absumptione differenti, & ex eius fide declaremus, quid Ioannes significare intenderit: etenim Christi gloriam iam ad Patris dexteram sedentis, cœlestem proinde, innuere volebat ad differentiam humanæ gloriæ, & eius, quæ infra cœlum est: cùm igitur vtriusque illud sit discrimen, quòd humana manca sit & defectum sustinens, hanc quidem Sole adumbrari concipere possimus; sed eo Sole, qui non vniuersa illuminat, verùm vmbras esse aliquas adhuc patitur, nempe, quòd humana gloria nunquam ex toto luminosa & festiua est, sed cum lumine tenebras admiscens, tristitiam, scilicet; at gloria illa, qua fruitur Filius hominis in cœlis locatus, tota splendescens est, quoniam cœlestia gaudia integra sunt, nullam malorum admixtionem sustinentia. Et fortasse hac de causa Matthæus cap. 19 transfigurati candores describens Seruatoris, de vultu cùm dixisset; *Et resplenduit facies eius sicut Sol*; non addidit, quemadmodum Ioannes, *cum lucet in virtute sua*; Quoniam Christus adhuc in loco exilij, & infra cœlos agebat, quo loco & ipsa immortalis gloria quodammodo imminutionem sui patiatur pro natura regionis; ita vt hanc claritatem Euangelista Soli cum omni virtute splendenti comparare ausus non sit: At iam afferamus de Commentario Richardi Victorini in eum Apocalypsis locum: *Nota, quod dicit: Cum dixisset: Facies eius sicut Sol lucet; statim addidit: In virtute sua: quod potuit, dixit: si plus potuisset, plus dixisset: Nam, si in rebus visibilibus lucidiorem substantiam ad significandam vlterius eius gloriam inuenire potuisset, per eam vtique illam significasset: Clarissimam ergo creaturam ad exprimendam claritatis suæ gloriam posuit, dum faciem eius, sicut Solem, lucere dixit: Sed, quoniam nequaquam hoc sufficere; sed adhuc se plus dicere posse cognouit, cùm dixisset, sicut Sol lucet, protinus adiecit, in virtute sua: Sol autem in virtute sua lucet, quando circa meridiem nubibus ablatis, aere purificato, per eiusdem aeris spatia clarissimo fulgore splendet: Perpendat ergo, qui potest, qualis sit immensa & æterna claritas, incomprehensibilis, atque ineffabilis diuinitatis, si tam mirabilis fuit apparens similitudo suscepta & glorificatæ humanitatis?*

Vmbra quando, & vbi à Sole extinguuntur omnino? Plinius. — Acosta. Maluenda. — Matt. 17. 2. — Rich. Vict.

61. Nil igitur tenebrosum & nubilum, quódque tristitiam repræsentet, cùm non patiatur cœlestis gloria, hinc natum opinor, vt panes illi propositionis, qui super mensam Sanctuarij collocabantur, diuersam haberent speciem à vulgato pane, quibus ad cibum mortales communiter vtuntur: hanc autem sanctorum panum peculiarem formam ex Hebræa origine elicio: nam, vbi noster textus pronunciat Exodi cap. 25. *Et pones super mensam panes propositionis in conspectu meo semper.* Hebræa dicunt: *Panes facierum.* Placet Alphonsi Madrigal verba dedisse, quæst. 29. ad relatum Exodi cap. 25. *Aliter dicitur, & melius, quòd isti erant panes facies, quia non erant panes isti figurati, sicut panes vulgares: nam panes vulgares, cum in fornace coquuntur, in parte inferiori, qua pauimento clibani appropinquat, aduruntur: in superiori autem, qua solo calore tanguntur, albiores sunt, & non ita exusti, partibus inferioribus nigredinem quandam ex adustione contrahentibus: panes autem propositionis, siue facierum, vt in Hebræo habetur, erant eiusdem figuræ superiùs, & inferiùs: quia non coquebantur in clibano, sicut panes vulgares; sed in quibusdam ferreis, siue aureis vasis ad ignem, sicut hostia fiunt in ferreis ad ignem.* Itaque tota Abulensis descriptio in eum scopum collimat, vt eiusmodi fuisse panes propositionis intelligeremus, qui omni ex parte candidi essent, nullum ab adustione nigrorem trahentes, quemadmodum quæ in Missæ sacrificio offertur hostia, vndequaque immaculata est: At, cur de panibus Deus tam sollicitus? Sanè panis Dei non aliud est, quàm vita æterna, & gloria perennans: Vide Hieronymum Lauretum in Allegoriarum Sylua, verbo, *Panis.* Hac immortali gloria pascuntur beatæ regionis ciues, non altera eis alimonia, non alios cibus, & satiantur & esuriunt simul à pane suauissimo omne delectamentum in se habente: Decuit igitur panes cœlestem repræsentantes gloriam, ex omni parte mundos esse, & integro candore perfectam lætitiam indicantes: panis autem, quo homines vulgariter vti consueuère, vnam de faciebus alacrem præfert, candidam, nempe, & sine labe; altera fuliginosa est, & à nigredine subtristis: quoniam certè in humana gloria voluptatis & dolorum inseparabilis est societas; & vt vna sit facies læta, huic proxima sit necesse est altera atrata, & mœsta.

Exod. 27. 30. — *Panes propositionis quales?* Abulens.

Quoniam Sanctuarium semel ingressi sumus, non vna panum cogitatione contenti fuerimus: 62.
illud & disquirere libet, cur super Propitiatorium Cherubim expandunt pennas, & non magis Seraphim, aut certè vterque ordo? Dicat quispiam, Propitiatorium eum in finem constructum, quo, velut de sacra tripode, Deus oracula funderet: *Inde præcipiam, & loquar ad te* (Exodi cap. 25.) *supra Propitiatorium, ac de medio duorum Cherubim, qui erunt super Arcam testimonij*: Cùm itaque de Propitiatorio Creator docturus esset populum, congruum erat, non alias beatas mentes, quàm cherubicas, locum doctrinæ pennis velare, quando Cherub plenitudo notitiæ interpretatur: & quemadmodum amor, ardórque ad Seraphim pertinet; sic ad cherubicos spiritus scientia, & eruditio: At sanè hæc, si quid probauerint, monstrabunt solùm, debuisse quidem Cherub depingi; sed non solitarium, sed sociis seraphicis mentibus: nam certè scientia sine charitate, & ardore magis inflat, quàm prodest: Ad hæc, Propitiatorium, vt nomen ipsum sonat, misericordiam promittebat: ista autem virtus ad voluntatem potiùs, quàm ad intellectum attinet: Conueniens itaque erat, simul coniungi cherubicam scientiam cum amore seraphico: Equidem, vt istis cedamus, debuisse Seraphim in Sanctuario delineari; sed aliud vetabat tamen: Seraphim, nempe, de Spiritibus ij sunt, qui solium maiestatis, & incomprehensibilis gloriæ circumstant: Habes apud Isaiam cap. 6. *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum; & plena erat domus a maiestate eius, &*

Exod. 25. 22. — Isaiæ. c. 6.

ea,

ea, quæ sub ipso erant, replebant templum: Seraphim stabant super illud: sex alæ vni, & sex alæ alteri, &c. Cherub autem Deo pro vehiculo est, dicente Psalmista: *Qui sedet super Cherubim*. (Psalmo 78.); Quoniam itaque seraphicum munus est gloriæ Conditoris assistere, quæ gloria perfecta est, atque modis omnibus integra, opetæpretium fuit intra Sanctuarium non depingi, aut alia templi parte, ne fortè qui descriptos contemplarentur, putarent in fabrica admiranda magnæ Basilicæ diuinum aliquid inesse, certè plenam beatitudioem contineri, vbi tantum esset splendoris, à gemmis, à marmoribus, ab auro, argentóque vndequaque radiantis; cùm tamen isthæc omnia integrè consolari nequeant: In hunc ferè morem philosophatus Abulensis quæst. 19. in cap. 25. Exodi: *Quidam (ait) respondere voluerunt; scilicet, quòd Cherubim sunt ad ministerium Dei, videlicet, vt aliis suis velarent sedem Dei: Seraphim autem sunt ad gloriam. Quod patet, quia Isaia sexto capitulo dicitur: Et clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus exercituum; plena est omnis terra gloria eius: in præsenti autem vita non est nobiscum gloria: ergo non debebant fabricari Seraphim super Propitiatorium; sed Cherubim.*

Psal. 78.

Abulens.

63. Sed iam relinquamus veteris Ecclesiæ Basilicam, & gradum faciamus ad Catholicæ & iunioris Ecclesiæ templa: Illa quidem Sponsi sui memor quotannis, qua potest pompæ imitatione, Dominica Palmarum repræsentat Christi ouationem, quando ille triumphans Hierosolymam ingressus est sedens super asinam, & pullum filium subiugalis: Sed, quòd Mater Ecclesia inter lætam triumphi repræsentationem admisceat passionis memoriam, cùm aliquorum dierum interuallum extiterit inter ouantem, & patientem Seruatorem, historicam de Christi crucifixione secundùm Matthæum narrationem cantans, Bernardo non modico stupori fuit serm. 2. Dominicæ in Ramis Palmarum: *Quid sibi vult mirabilis ista coniunctio, aut quid cogitauerunt Patres nostri passionem addentes processioni? Nam processio quidem meritò repræsentatur hodie, quæ facta est hodie: passio verò, cur addita est, quam sexta feria constat esse sequutam?* Verùm, vt Bernardus miretur, coniunctam triumpho passionem ab Ecclesia; non minor nobis admiratio, post pompam decantati patientis Christi historiam: debuerat enim passio præcessisse gloriam: quando per labores ad gloriam itur: Hinc cogitaueram, Ecclesiam existimasse, hoc Christi triumphali ingressu adumbrata potiùs humana, quàm superna gaudia: sic enim sæculorum omnium experientia compertum, perpetuóque vsu: quæ apud homines gaudia sunt, fines amaros habere, à lætis incipere; è diametro cœlestes voluptates initiis constant difficillimis, & laboriosis, exitus capiunt dulcissimos: Iam igitur Mater Ecclesia, cùm in Christi ouatione similitudinem humanorum gaudiorum legeret, (alioquin non post pompam passionis lugubrem narrationem, sed ante inceptum triumphum cantaret,) putauit in humanæ gloriæ repræsentatione nimium interuallum inter læta, atque amata, sex dierum tempus: coniunxit igitur eadem luce: quid dicam intra eundem diem? Non horam passa præterire, antequàm de alto crucifixionem intonaret: arbitrata quippe humanæ gloriæ non tantùm id proprium, vt tandem aliquando in acerbis desinat, & luctuosis; verùm, ne posse exiguo tempore homines integrè gaudere, (si tamen integrum aliquid momentaneum gaudium:) sed statim ac gaudendi occasio datur, iam citò suboriri mille lugendi causas: ergo non sextum diem, ne in crastinum quidem triumphus, humanæ gloriæ imago amarorem differat: vix gaudia, & ecce subitò luctus; vix erigunt victoriales palmas, & aures ociùs percellit triumphatoris miseranda imprimis sors, dum Barabbæ postponitur ille, cui paulò anteà *Osanna* clamatum; *Opportunè vtique processioni coniuncta est passio*, (Bernardus vbi suprà continuat,) *vt discamus, in nulla lætitia huius sæculi habere fiduciam; scientes, quoniam extrema gaudij luctus occupat: Ab eodem populo, in eodem loco, & ipso tempore, paucissimis diebus interpositis, primò cum tanto triumpho susceptus, postea crucifixus est: O quàm dissimile est, Tolle, tolle, crucifige eum. &, Benedictus, qui venit in nomine Domini, osanna in excelsis!* Salomonis igitur sponsa, etsi beatitatis culmen ascendisse videbatur; acerbam tamen vt vitam inter mœrores duceret, vna faciebat sterilitas: quippe erat illa tantùm humana felicitas, quam integrè gaudere impossibile est: etiam in Salomonis voluptatum plenissima aula, suus luctibus angulus.

Cœlestis & humanæ gloriæ differentia.

Bernard.

Sectio VIII.

Eucharistia, Sacramentum pacis, & reconciliationis: Deus post eius institutionem quasi mitior factus.

64. Salomon sub regnorum initiis planè immitis: Adonias moritur, Abiathar ex amisso sacerdotio pœnas luit, Ioab cadit, Semei de medio sublatus: & talis Salomon, donec affinitate coniunctus est Pharaoni Regi Ægypti: accepit nanque filiam eius: ab his autem nuptiis nihil deinceps in Salomone sanguineum & crudele, nulla post Ægyptiæ puellæ thalamos exilia, nullæ proscriptiones, nemo interfectus: *Verùm Iuda & Israel innumerabiles* (Regum 3. cap. 4.) *sicut arena maris in multitudine comedentes, & bibentes, atque lætantes absque timore vllo cunctis diebus Salomonis*. Fuit & cùm Princeps ille pacis, Deus fortis, Pater futuri sæculi sæuiret: Fugiebat Adam ad vocem deambulantis: clamabat populus: *Non loquatur nobis Dominus*; & etiam Petrus, *Exi a me*, inquit: totum possedère stupor & trepidatio; sed possedère vsque ad nuptias. Indica mihi, quem diligit anima mea, connubia beata, quoniam iniquitates supergressæ sunt caput meum, & timor & tremor venerunt super me à facie iræ vultus tui; Sed ad felix nuncium respiro, sciens, quia post has nuptias non adiicies, vt interficias adhuc: Fortè nuptiæ sunt, quas pridie, antequàm patereris, celebrasti cum his, qui permanserunt tecum in tentationibus in cœnaculo magno strato: quando data carne in cibum, & sanguine in potum, factum est, vt duo essent in carne vna pro nubentium ritu: *De hoc spirituali connubio Apostolus loquens* (inquit B. Iustinianus Laurentius serm. de Eucharistia) *ait: Viri, diligite vxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam, qui tradidit semetipsum pro ea, vt exhiberet sibi sponsam Ecclesiam, non habentem maculam, neque rugam: Huic castissimæ sponsæ nedum in virginali adhæsit vtero, vt essent*

3. Reg. 3. 4.

Laur. Iustin.

essent duo in carne una; verum etiam in Corporis, & Sanguinis sui Sacramento, quatenus sint duo in uno spiritu; si tamen spiritualiter manducetur: Quando igitur constat, per Eucharistiæ institutionem Christum maritali fœdere coniunctum Ecclesiæ fuisse, superest inuestigemus, an ab his nuptiis mitis, atque suauis factus sit, ut iam liceat peccatori confidenter appropinquare, acturo deinceps cum eo, qui etiam calamum quassatum non confringet, nec linum fumigans extinguet: etsi forsan aliquando irascatur, statim atque ad mensam sederit, iucundabitur anima eius, recordabitúrque misericordiæ, & scelera atque delicta post tergum proiiciet.

65. Vide, quam seuerus Pacificus noster, antequàm Corporis, & Sanguinis Sacramenta institueret: Ecce mulier Chananæa à finibus Tyri, & Sidonis egressa, clamabat: *Miserere mei, Domine, fili David. filia mea malè à Dæmonio vexatur.* Mat-
Matth. 15. 22. thæi cap. 15. Et ne respondere quidem miseræ dignatur, qui post Eucharisticas epulas in cruce ad primam latronis vocem Paradisum reseratur: rogant & Apostoli; non flectitur: venit iterum genitrix, & adorat, quò vel sic moueat; nondum mitis, sed ipse tamen mulieri suggessit, quo vincat: *Non est bonum* (inquit) *sumere panem filiorum, & mittere canibus:* Eia, mulier, loquere verbum unum de panibus, & superabis absque discrimine ullo: *Etiam, Domine,* (ait illa:) *nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensis dominorum suorum.* O efficacem feminæ ratiocinationem! quod non potuêre suspiria, non clamosæ querimoniæ, non fletus largior, non adoratio & humilitas, non denique charorum discipulorum oratio, potuit de panibus memoria: Non distulit vlteriùs Christus, & coërcuit duritiem: *O mulier, magna est fides tua. fiat tibi, sicut vis!* Et nondum venit hora eius, qua ascendens in superiora domus, recumbens cum amicis, eos suis de carnibus saginaret: ideò tandiu moratus Syrophœnissam consolari: sed mox ut panis nomen in auribus sonuit, ob reuerentiam futuri connubij deposuit iras illicò, & indulsit benignus, quantùm voluit: Sanè eucharisticis epulis totam de Chananæa narrationem
Gerson. adaptat Gerson 3. parte, tract. 9. super *Magnificat.* explanans illa verba: *Esurientes impleuit bonis,* &c. Eius verba sunt: *Curre iam, ò anima pænitens: clama post Christum cum Chananæa. qui si forte à matre comite rogatus, ut dimittat te, sileat, & præcedat, irrue festinatione tota, præueni faciem eius in adoratione, dicens: Domine, adiuua me. Si rursus opposuerit confundens te: quia panis filiorum non est dandus canibus: responde tota fiducia: Etiam Domine, nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensis dominorum suorum: Tandem mereberis audire. Fiat tibi sicut vis.*

66. Iam expedire est, cur illa de turpitudine famosa, Marthæ & Lazari soror, Simonis domum ingreditur, non verita importunum conuiuij tempus, vulneribus quæsitura remedium: nam ad epulas non inuitatum accessisse, inuerecundum est: feminam verò virorum cœtibus admisceri, eâ præsertim hora, qua à vino calescunt corda, & minùs sobrietatis etiam sapientibus est, dedecet planè: sed ista inuerecundiam temeritas, velle in loco deliciarum, pœnitentiæ & fletibus vacare: Adam extra Paradisum propulsus, ut lugeret: Petrus crimen ploraturus aulam reliquit, *& egressus foras fleuit amarè:* Baptista, pœnitentiæ hortator, in desertis commoratur: Quid tam contraria? ieiunium, & mensa plena? planctus, & cachinni epulantium? vox fracta ad mœrorem, & conuiuij citharista? Sed non his omnibus flectitur Magdalena iam tota Dei: Nouerat illa facilem ad Christum viam quibuscunque diei horis: vespera inuentum à quærentibus eum: manè adstare animæ sitienti illum: Sed ille ipse, qui ad Filium traxerat, Pater suasit, non alio tempore adiret, quàm inter mensalem apparatum: Erant iniquitates feminæ super capillos capitis eius, & verebatur cum tantis sceleribus coràm apparere sine patrono, & auxiliatoribus: Certè si alia hora accessisset, cùm nondum Christus instituisset pacis & reconciliationis arrham, Sacramentum dominici Corporis & Sanguinis, fortè repulisset, aut non tam citò admisisset: ergo, cùm ipsum nondum extaret Sacramentum, de umbra eius sibi patrocinium quærit, nec fefellit spes: accepit plenam condonationem: adeò iam tum vel imago viuifici Panis salutaris. Sed his auctoritatem præstet, eodémque tract. 9. super *Magnificat.* idem, qui suprà Parisien- Gerson.
sis Scholæ Cancellarius: *Accedas, ò peccatrix anima Christiana, nulla te verecundia prohibeat: nullum in peccando modum tenuisti: sta, maneas retrò secus pedes recumbentis in hac sacramentali Cœna: laua lacrymis, terge capillis meditationum sanctarum: iunge oscula charitatis: sic age, ut tandem merearis audire, Fides tua te saluam fecit: vade in pace.*

Verùm iuuat, perfectam eius, de qua agimus, 67.
rei ideam ex Iosephi Patriarchæ gestis depromere: Descendunt ad eum fratres post longam absentiam: nullæ in ipso germanitatis notæ: *Quasi ad alienos durius loquebatur* (Genes. cap. 42.) *inter-* Genes. 42. 7.
rogans eos: Unde venistis? Exploratores dicit, & saluti communi inimicos; tandémque in tres dies custodiæ mancipat: & sic ille quidem. Quousque tandem? Iubet parari conuiuium in meridiem vocari Hebræos, sedere ad mensam: Ah quàm mutatus ab illo tetrico & irato Ioseph iste conuiuans! Nunc totus mitis & iucundus, quin & profusus: adorantes clementer resalutat: percunctatur de genitore. *Saluúsne est pater vester senex?* lacrymatur præ teneritudine ad Beniamini visum, totus officiosus, totus humanus. Descripsit disertissimè Pe-
trus Cellensis Abbas tractatu de panibus, cap. 1. Petr. Cellen.
Ubique gratiosus Ioseph: sed in conuiuio magis, multóque amplius iucundus: in conuiuio etiam venditoribus non negat negatam sibi germanitatem: in conuiuio non retinet iniuriam, extendit munificentiam: in conuiuio iuxta Scripturam cibando inimicum, extinguit inuidiam, & sanat maleuolentiam: Vis contemplari, quàm terribilis fuerit noster Ioseph ante conuiuium, & institutum Sanguinis, & Corporis Sacramentum: *Percussit de viris Bethsamitibus, eò quòd vidissent Arcam Domini* (Reg 1. 1. Reg. 6. 19.
cap. 6.) *& percussit de populo septuaginta viros, & quinquaginta millia plebis:* Oza similes pœnas dedit, ipse quoque aura & luce hac spoliatus tum quidem, cùm gratiam promereri videretur, quòd ruenti Arcæ auxilio esse conatus fuisset: Sed & Deo quondam cum Moyse fabulante vulgo præ-
ceptum: *Cauete, ne ascendatis in montem* (Exodi cap. Exod. 19. 12.
19.) *nec tangatis fines illius: omnis, qui tetigerit montem, morte morietur:* Sic ante institutam Eucharistiam dominator ille omnipotens, terribilis planè super filios hominum, Deus zelator: quis poterit stare ante conspectum eius? Tempestas valida in circuitu illius: At post nouissimum celebratum Pascha, tam mansuetus deinceps, tam patiens in-

iuriatum

iniuriarum, vt iam nimia dissimulatio haberi possit: Ipsis recentibus Sacramentis sacrilegè manducat buccellam Iudas, nec moritur: cùm tamen venturos nepotes eius supplicio edoceri cōgruum videretur, quemadmodum leuioribus de causis Ananiam, & Sapphiram Petrus subitaneo exitu percussit: Apostatæ discipuli audaciam quot sequuti de Catholicis: nam Hæreticorum contumelias quis referat. Tacet tamen ad hæc omnia: nec desunt, qui vltionem sumere possent: *Ambiunt* (inquit Paschasius Prologo tractatus de Sacramento Corporis, & Sanguinis Domini,) *electorum sexaginta fortes ex fortissimis superiorum, si quis superciliosus, inmidus, vel indignus accesserit, vnusquisque ensis super femur vibrat vt talium retundat audaciam.* Sed quàm serò, quam rarò retundunt? Vides igitur, quam asper Ioseph ante conuiuium, quam post conuiuium clemens, & mansuetus: Citemus iam tertiò Gersonem, & non fraudemus Auctorem huius cogitationis gloria: Is nominato tract. 9. super Magnificat. *Contemplabatur, quanta erat patientia Christi, quanta Angelorum beatorum hic assistentium, dum tolerarent indignitatem pertractantium hoc Sacramentum, cum illi tanta seueritate puniebantur accedentes ad montem Sinai: vnde & bestia, si tetigisset montem, obruebatur lapidibus. Sæpè autem potest in hoc Sacramento conqueri Christus: Manus tradentis mecum est in mensa, & illud: Iuda, osculo Filium hominis tradis.*

68. Silet igitur Christus ad iniurias suas in Eucharistia; & quod maiori admirationi est, silet ad Sanctorum iniurias: de his enim non rarò consueuit seueriorem vindictam sumere, quàm de suis: *Et cum aperuisset sigillum quintum* (inquit Ioannes Apoc. cap. 6.) *vidi subtus altare animas interfectorum propter verbum Dei, & propter testimonium, quod habebant; & clamabant voce magna dicentes: Vsquequò, Domine, non iudicas, & non vindicas sanguinem nostrum de iis, qui habitant in terra?* Quodnam hoc altare, sub quo animæ morantur? Augustinus sermone 11. de Sanctis (si tamen eius, nam reiiciunt Louanienses Theologi:) *Rectè sub altari illorum animæ requiescunt, quia super altare Corpus Domini offertur:* Bernardus serm. 4. in Festo omnium Sanctorum, non aliud putat huiusmodi altare, quàm ipsum dominicum Corpus: *Porrò altare ipsum, de quo nobis habendus est sermo, ego pro meo sapore nihil aliud arbitror esse, quàm Corpus ipsum Domini Saluatoris. Credo autem, quòd & ego super hoc sensum eius habeam; præsertim cum audiam eum in Euangelio promittentem: Vbicunque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ.* Verum, si vel in hoc altari Corpus Christi, vel magis, altare non aliud, quàm humanitas Seruatoris, cùm, vii monstrauimus, hoc sit Sacramentum pacis, & propitiationis, quamobrem Sancti vltionem cupientes sub hoc altari collocantur, quando in vindictam non aliquid minùs idoneum, quàm Christi caro? Fortasse ob hoc existimauit Bernardus, verba illa: *Vindica sanguinem nostrum,* &c. non esse animarum, quæ vltionem expectant, sed, quæ citam corporum resuscitationem postulent. Eius sententia est serm. 3. in Festo omnium Sanctorum: *vnde & dicant: Vindica, Domine, sanguinem Sanctorum tuorum, qui effusus est. non tanquam vindictæ cupidi, nec de propria vltionis zelo; sed ex desiderio resurrectionis, & glorificationis corporum suorum; quam, nimirum, vsque in diem iudicij differendam esse non dubitant.* Sed sane, si reipsa sermo ille iniuriarum vltionem non prætendat, tamen vindictæ speciem præferre, arbitrio vocum externo sono, nemo dubitauerit: Itaque ibi saltem est aliqua vmbra vindictæ, & irarum: ob hoc puto dicta animabus, quæ statim subiungit Ioannes: *Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ: & dictum est illis, vt requiescerent adhuc tempus modicum, donec complecantur conserui eorum, & fratres eorum, qui interficiendi sunt, sicut & illi.* Sane tempus istud, in quo illorum differtur, atque vindicta statuitur, iudicij tempus est, quemadmodum explicabat Bernardus: At, quorsum in diem magni Iudicij differtur vltio? Equidem tunc, sicut militans Ecclesia accipiet finem; sic & eius Sacramenta quoque finem capient. Eo itaque tempore, sicut reliqua; ita Eucharistiæ desinet Sacramentum; ergo in id tempus concinnè differtur vltio, quo iam Sacramenta dominici Corporis, & Sanguinis transierint: donec enim hæc steterint vsque in Iudicij diem, non erit vindictæ opportunitas: cùm Sacramenta hæc non vltioni, sed gratia instituta sint; sed potiùs, vt per ea omnis ira, atque vltio tollatur.

De his colligo, quamobrem in horto Gethsemani voluit comprehendi Christus ab his, qui ad eum, tanquam ad latronem, exierant; & non potiùs in domo illius, apud quem Pascha fecit: an, quia protoplasti in horto, & se, & posteros damnarunt; atque conueniebat ex horto quoque malorum remedium prodire, vnde læsio emanarat? Ita sanè Glossæ ordinariæ Auctor ad c. 18. Ioãnis: *In horto capitur, vt deleret peccatum commissum in horto deliciarum, in quem huius sæculi torrentem transiens discipulos introduxit.* An, ne crearet periculũ domus possessori, & hospiti fuisset onerosius? Mihi illa cæteris potior causa. Erat cœnaculum illud, quo nuptiæ eucharistiales coagmentatæ sunt: ibi celebratum conuiuium illud *pinguium medullatorum, vindemia defæcata*, pignus pacis, & duraturæ reconciliationis. Quoniam igitur, quæ Christum comprehensura erat *turba multa cum gladiis & fustibus*, ventura foret, belli & discordiæ non dubiis signis, eùmque in scopum, vt iniurias a Seruatore illatas vlcisceretur; quando Sacramentum ipse propterea instituisset, vt vindictæ & iniuriarum memoriam omnem aboleret; dedecere existimauit eum vltioni locum destinari, qui propter institutum in eo Sacramentum, pacis arrhabonem, paci ipsi singulariter deinceps consecratus fuerat. Hortum igitur destinauit, quò Iuda tradente erat: cœnaculum, quo cum eo in gratiam rediret produxit, si vellet. Paschasius Abbas lib. 12. in Matthæum: *Nec enim conueniens erat eo loco traderetur IESVS, vbi cum discipulis suis manducabat: sed talis eligitur locus, per quem iste mundus significetur, in quo Dominus traditus est.*

Ecce iam, quid Centurio apud Matthæum capit. 8. Ad Iesum Centurio: supplicat pro ægrotantis pueri salute: & Seruator ad eum: *Ego* (inquit) *veniam, & curabo.* At ille: *Domine*, ait, *non sum dignus, vt intres sub tectum meum.* Sed quare indignus hic Centurio, cuius limen iterat Christus? Num quia Gentilis? At *in partes Tyri, & Sidonis.* Matth. cap. 15. qui erant de paganismo. Non minùs familiaritatem cum Samaritanis, quam cum Ethnicis vetuit eius sermo Matth. cap. 10. *In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis.*

Et

Margin notes: Paschas. — Gerson. — Apoc. 6. 6. — August. — Bernard. — 69. Christus in horto cur capitur? — Gloss. ord. — Paschas. — 70. Matth. 8. 5. — Matt. 10. & 15.

Et tamen ipse diu eum Samaritana colloquutus Ioannis cap. 4. quin & biduum mansit apud eos. Num, quia peccatis infectus etiam publicis, & scandalum patientibus? *At factum est discumbente eo in domo* (Matth. cap 9.) *ecce multi publicani, & peccatores venientes discumbebant cum* IESV, *& discipulis eius.* Puto non aliquid istorum causam, quòd Centurionis lares non peteret; verùm id potius quod ab ipso Centuriæ ductore indicatum est: *Nam & ego homo sum habens sub me milites; & dico huic: Vade & vadit: & alij: Veni, & venit.* Igitur, quòd atria milite completa essent, quòd castrensia signa de ædibus prominerent, quòd Bellonæ domus illa esset, Christus ab ingressu abstinuit. Certè, Christo in terris viso, futurum prædixerat Isaias cap. 2. vt mortales *conflarent gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. Non leuabit* (inquit) *gens contra gentem gladium, nec exercebuntur vltra ad prælium.* Cum igitur hæc per Christi aduentum adimplenda essent, fortè dedecebat ea ingredi tecta, in quibus adhuc penderent de alto, & scuta, & gladij, & lanceæ, reliquúsque belli apparatus. Opinor quidem, hoc Centurionis facto quidpiam adumbratum Eucharistiæ Sacramento: sanè prolata ab eo formula vtimur, quoties ad sacram Mensam accedimus. Consentit nobiscum Origenes homil. 5. in diuersos: *Quando manducas* (ait) *& bibis Corpus, & Sanguinem Domini; tunc Dominus sub tectum tuum ingreditur: & tu ergo humilians te ipsum, imitare hunc Centurionem, & dicito: Domine, non sum dignus,* &c. Quando itaque Christi in Centurionis lares ingressu, eiusdem sub panis, & vini speciebus latentis in fidelium pectora illapsus repræsentatur; certè non mirandum, si Christus gentiles ad colloquium admittat, si cum publicanis, si cum peccatoribus familiaritet agat; Centurionis tamen fugiat ædes: nam apud priores illos peccata quidem sunt, & scelera, & vsuræ, atque idololatria; sed non Martis instrumenta, quemadmodum apud Centurionem: Sacramentum autem Eucharistiæ, cùm pacis & concordiæ sit Sacramentum, non tantùm ipsum, sed quæcunque eius vmbra solùm & pictura, procul esto à locis paci, & tranquillitati oppositis, quales Centurionum lares, vbi omnia parata ad bellum, & discordias est, non ad quietem; ad vindictam, & sanguinem: non ad amicitiam, & iniuriarum remissionem. Bellè Adamantius loco superiùs indicato: *Domine, non sum dignus, vt intres sub tectum meum: alienigena sum, gentilis miles gladio accinctus sanguinem fundens, ad prælium exiens; & ob hoc non sum dignus, vt intres sub tectum meum.*

Matth. 9.

Isaiæ 2.

Origen.

Adamant.

71. Locus igitur huius conuiuij, cùm nihil pariatur hostile, & vltioni affine, inde putauerim, Regem, qui fecit nuptias filio suo, tanta humanitate alloquutum de conuiuis temerarium vnum, ausúmque lacero & indigno amictu ad Principis mensam sedere: *Amice,* (inquit Matth. cap. 22.) *quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem?* Sed, quæso, tales amicos habet tantus Monarcha, attrita lacerna, discuptis vestibus, malè olentibus à mendicitate, ab extrema etiam inopia? Nónne, qui in domibus Regum sunt, *mollibus vestiuntur,* vt inquiebat Christus Matth. 11. 8. hic autem non tantùm de dumo, sed Regi quoque ab arcanis tam pannosus? Quòd si certè amictu illo inornato, animæ vitia in nuptialem amictum, sed Regi quoque ab arcanis sub maculis sit grauioribus, quemadmodum communis interpretatio fert; quo pacto Deus

Matth. 22. 12.

Matth. 11. 8.

Sherlogi anteloq. in Cant.

Rege illo adumbratus istiusmodi amicum appellet? Sanè, si ad hominem attendamus, eiúsque indumentum, non ille verè amicus; sed de capitalibus hostibus. Quoniam autem contingit, eum lacerum apparere eo loco, quo conuiuium, Eucharistiæ symbolum, celebrabatur, locus autem ille hoc ipso paci consecratus erat, & iniuriatum obliuioni dicatus; ideò Rex humaniori sermone vsus, non propter conuiuæ meritum, sed ob loci reuerentiam, cui debitum erat, vt ne verbis quidem hostile aliquid, & vltioni cognatum exerceretur. Sic Galfridus intellexisse visus apud Titelmani Allegorias ad cap. 22. Matthæi: *Sanè propter Sacramentum amicum vocat, cuius propter peccata habitum culpat.* Atque ob hanc eandem causam, nempe, propter loci reuerentiam, cùm acres pœnas pendere iusserit sceleratum; non tamen eo, quo peccauerat loco, exoluit, cùm aliunde congruum videretur, vt quo loco delictum commisit, eodem pœnitentiam ageret: verùm locus ille, quoniam Eucharistiæ dicatus, non sustinebat etiam ex iustitia plecti aliquem, proinde extra aulam rapi mandat, & ligatis pedibus & manibus mitti in tenebras exteriores. Galfrid.

72. Neque solùm religio erga locum; sed etiam erga tempus, quod sibi vendicant illa, de quibus hoc Sacramentum conficitur. Excutiamus Cardinalis Damiani sententiam Opusculo 41. cap 2. *Legibus* (inquit) *cautum est, vt tempore messis, vel vindemiarum, nequaquam causarum litigia ventilentur: & temporum ratio fert, vt, quidquid tunc in tribunalibus Iudex im definitur, irritum censeatur.* Sanè vix aliquid in humana vita est, ex quo tot pullulent inimicitiæ ac vindictæ, atque ex litigiis forensibus. Nam, cùm honor, aut substantia apud Iudices plerunque in discrimen vocetur; pauci sunt de his, qui superantur, apud quos æquitatis, aut iustitiæ ratio in pretio est: sed aut bonorum, aut famæ amissione saucij, odium in victores conuertunt, vltionémque moliuntur; Iudicibus etiam dira quæque imprecantur. Tantarum igitur itarum fomenta iusta cessare per messis, & vindemiæ tempora quorsum? An saluti consultum, quoniam tum Phœbus ardentissimus, & vapor omnia consumit? An magis vtilitati mortalium prouisum: quia, si Iudicum subsellia paterent, & essent, qui causas perorarent, maior pars hominum à colligendis vino, & frumento abstinerent, litigiis districti? sic autem nationes laborarent penuria eorum, quæ maximè vitæ necessaria sunt? Nō spernédæ hę causæ. Sed altior nobis assurgit cogitatio: quippe materiā remotā Eucharistiæ esse pané triticeū, & vinū ex vite, elementares Theologi norunt: ex his cōnuersio fit in Corpus, & Sanguinem Christi: sed eius conuersionis qui fructus: Pax profectò, amicitię redintegratio, mors Iniuriarū. Ergo decebat, quo tempore ea colliguntur, de quibus conuersio fit, pacis & reconciliationis procreatrix; tranquilla esse omnia, & amica: at nō fuisset, si illo tēpore forēses causæ audirentur: igitur propterea per messis & vindemiæ tempora forum iudiciarium silet, ne etiam remota Eucharistiæ materia lites & dissensiones quoquo modo patienter tolerasse videretur; & non omnis discordia ad eius præsentiam statim hisceret, coràmque stare timeret. Salomon ergo sub regnorum exordio sanguinarius & feroxǫpost nuptias filiæ Pharaonis mitissimus enasit: Deúsque Sabbaoth, cui nemo appropinquare ausus, quoniam ignis ante ipsum, & tempestas valida in circuitu eius, vt celebrauit nuptiale conuiuium

Pet. Dam.

Vindemiæ & messis tempore non fiebāt iudicia.

F

dato Corpore in cibum, atque in potum Sanguine; deinde tam dulcis apparuit, quem ne paruuli, & inter mortales timidissimi metuant.

SECTIO XI.

Affectus voluntatis si nimij, & vehementes fuerint iudicij, & rationis aciem obcæcant.

73. PHARAONIS gnatam, reliquásque à quibus subuersus est feminas Salomonem ardentissimo prosequutum amore Regum tertius memorat liber cap. 11. vers. 2. ô si non ardentissimus Amor! si temperatæ cordis flammæ! at laxauit passioni habenas, hæc frænum & Rectorem nesciens sapientissimum mortalium ita obtenebrauit, vt non erubesceret diis ligneis & stupidis thura adolère: ô magni ingenij noctem! ô ruinam doctrinæ! sic incompositus & vehemens affectus perturbat; Vrebatur Sichem, & Dinæ potiri amplexibus nimiùm cupiebat, nec modus aliquis in desiderio, ait ad Genitorem, fratrésque Virginis : *Inueniam gratiam coram vobis & quæcumque statueritis dabo; augete dotem, & munera postulate, & libenter tribuam quod petieritis; tantùm date mihi puellam hanc vxorem* Genes. cap. 34. vers. 12. ô improuide Adolescens, & dabis quæcumque statuerint inimicis tuis? Quid si regnum ambiant? quid si vitam periclitari rogent? quid si religionem mutari velint? Quid si omnia diuina, humanáque iura confundi insinuent? ad tam monstruosa parebis? Verum iam nihil est quod facere recusaturus sit; iudicium & rationem passionis abstulit excessus; ratione autem obturata, in quam non prolapsurus amentiam? Chrisostomus hom. 59. in Genes. *vide quantum sit iuuentum malum quando recta rationis fræno caret: vidit Sichem Virginem, & totus propter aspectum captiuus factus est:* vt circumcideretur postulatum ab eis: quantæ in vna petitione difficultates, cum vulnus intentaretur corpori, & violanda esset maiorum religio animæ? placuit tamen oblatio eorum; *nec distulit adolescens quin statim quod petebatur, expleret; amabat enim puellam valdè:* perpende; *quin statim expleret:* at in re grauissima cur tam subiti motus? quando vocandus cætus, audienda sapientum monita, deliberandum nisi in similibus euentibus? sed ecce amabat puallam *valdè*; quid est *valdè*, nisi extrà mensuram? cum igitur affectus eò vsque processerit, vt repagula, & metas effregit; consilij & rationi nullum relinqui locum, mirum non est.

Genes. 34. vers. 12.

Chrisost.

74. Edocti à Magistris suis Pharisæis atque scribis Iudæi Téplum impensè colebát, quamobré Christo morté dari procurabant, quod diceret posse se templum destruere, & in triduo reædificare illud Matth. ca. 26. vers. 62. & cap. 27. vers. 40. sed alibi lego ab iisdem præceptoribus edoctos, nihili faciendum iuramentum cum templi innocatione, sed quod per templi aurum & donaria fieret : *Væ vobis duces cæci, qui dicitis; quicumque iurauerit per templum, nihil est; qui autem iurauerit in auro templi, debet* : Matth. c. 23. vers. 16. sed nonnè irreligiosius est peierasse, quam comminari destructionem templo, præsertim cum pauper & despectus sit, qui ruinam promittit? sed nec de marmoreo templo Christus loquutus, verùm de sui corporis fabrica, & innuebat resurrectionem; quorsùm itáque absoluitur periurus, & Christus in mortem acerbissimam condemnatur? nempè ardebant efferatis in Seruatorem odijs; cum igitur peruersissimo affectui nimiùm permisissent, denoctatus est rationis vsus, atque ita inconstans animus pro affectus lubito, modo Templum zelat, modò non æstimat: sed percunctemur, quare impium detestandumque sit iurare per aurum templi; nullius autem fuerit noxæ in ipsum iurasse templum? pulchrè interrogat Iesus, arguitque falsos doctores : *Quid enim maius est aur, an templum, quod sanctificat aurum?* Nam si per aurum iurare idcircò abominandum, quod sanctum sit, piísque destinatum vsibus; quantò grauius erit per templum iurasse, à quo aurum habuerit, vt sanctum putaretur? intellige asturiam Pharisæorum : Qui iurabat per ea, quæ in templo offerebantur iuramento violato cogebatur talia persoluere, qualia in iuramentum assumpserat, ouem, columbam, siclum; sed ad templi precium immensum cuinam diuitiæ? nihil itaque emolumenti ex peierato Templo Pharisæorum auaritia capere valebat; ecce quorsum despiciebant iuramentum illud; Non enim rationi & iudicio Pharisæi attendebant, sed affectu regebantur, à quo consilium perturbabatur; Quia ergo opum immoderato affectui vtile erat iuramentum per templi munera, inutile autem per ipsummet templum ideo discursus nullam habentes rationem cæco errore docebant, eius solius iuramenti scrupulum æstimandum, qui per templi dona fiebat; ita ab affectu prædominante iudicium supprimitur, Theophilactus in nominatum Euangelistæ caput : *etenim aurum in templo, & Cherubin, & aureum vrceum præferebant templo; ideo & multos docebant quod nihil sit per templum iurare, sed per aurum in templo iacens, quod tamen propterea venerabile erat, quia in templo continebatur; & dona, quæ in altario ponebantur digniora dicebant altario ipso; atque adeò Pharisæi sic docebant, vt si quis iurasset per aureum vas, vel bouem, vel ouem oblatam in sacrificium, & deinde peierasset, similia persolueret; quod si quis per templum iurans peierasset, non potuisset simile templo ædificare, & propterea absoluebatur, videbatúrque postea leuius esse iuramentum per templum propter Pharisæorum auaritiam.*

Matth. 23. vers. 16.

Ardentissimum, in Christum, odium quibus Iudæos excæcam.

Cur apud Iudæos nefas iurare per aurum templi non per ipsum templum?

Astutia Pharisæorum, & cæca cupiditas.

Theophylact.

Saturauit famelicos Iudæos Christus pane humano, & postquàm eximium Prophetam, verúmque celebrauerunt, Regem creare aggressi sunt Ioh c. 6. v. 15. At quare nunc Propheta, & sceptro dignus? nùm propter miraculum excrescentium pauculorum panum in tantæ multitudinis esurientium? Verum nonnè antè hoc in plurimis fulsit prodigiis, seu dum lymphas in vina transmutat, seu dum tumentes sedat fluctus, siue dum morbos propulsat, & defunctos vitæ restituit? cur igitur distulére Monarchiam offerre quoniam non rationi affectus obsecundabat, sed rationem affectus confundebat; venter illis Deus; quem ventri commodiorem putant, Regem optant, quia penes ventrem affectus est : Chrisostomus in catena Græca, in illa : *Hic est verè Propheta &c ô nimium ventris studium! innumera hisce maiora miracula operatus est Iesus, neque id vnquam conf[illegible] i sunt nisi nunc exsaturati;* sed pergamus; & inspiciamus eodem Iohannis sexto capite alter[illegible] excellentiorem panem, quo Christus donat; *ego* (inquit vers. 41.) *sum panis viuus, qui de cælo descendi, contemnunt* 75.

Non miraculorū fulgor, sed propter commodi vtilitate allectus populus, Christum creare Regem voluit.

Chrisostomus.

spirita-

spiritalem cibum panem Angelorum, & indignantur, atque immurmurant dicentes: *Nonne hic est Iesus filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem & matrem?* ecce paulò antea vates & Propheta insignis, & à Deo missus; modo in derisum obiectantur natales obscuri: Nonnè quidem eo celsior Propheta, quòd de cælo lapsus? Nonnè potior Rex, cui olympus patria? Quamobrem itáque tum recusant, eum maximè optasse debuissent? nimirum quia ab affectu vehementi materialis, & humani panis obnubilata est ratio, atque ideò in omnibus præposterè agunt: cum Regem creare debuissent, repudiant; cum non deberent, eligunt: idemmet Chrisostomos dicta Græcorú catena, & hom. 46. in Iob. *Nam cum panem præbebat, & ventrem eorum exsaturabat; & Prophetam appellabant, & Regem creare cogitabant: Nunc verò cum spiritalem cibum, ac vitam æternam edoctis, & à sensu abductis, de Resurrectione, & rebus altioribus disserentem audierunt; cúmque maximè admirari eos oportuerat, tunc murmurant, atque resiliunt.*

Chrisost.

Corporalis, nimius affectus spiritalium parit fastidium.

76. Et quidem tum, cum Regem facere constituissent, proripuit se Christus, & aufugit, imperij quomodo fastum auersatus; nihilominus de regni ambitu coràm Pilato Iudæi accusant: *Hunc* (inquiunt Luc. c. 23. vers. 2.) *inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dare Cæsari & dicentem se Christum Regem esse*: ô stultam ad condemnandum iniquitatem! Nonnè palam contradixit cum vltro diadema populares offerrent? vbi qui suspicionem generassent affectati imperij, diuitiarum thesauri, militum legiones, confederatio Principum? esto quod alias opposuerint Templi destructionem Nam toto quanquàm aberrarent cælo ob non intellectos Christi sermones; veruntamen æquiuocationis excusatio aliqua cum absolutè pronunciaret, Templum licet destrueretur, in triduo reædificandum; sed quid absurdius, principatus obiectare cupiditatem ei, qui semper in egestate vixerit spontanea? erat impotens desiderium necis Christi in cordibus Iudæorum: Quoniam igitur affectus cum superuehemens est rationem obtundit, exæcati sunt; in cæcitate itáque versantes non vident accusationum capita, quibus Christi mors cum aliqua verisimilitudine persuaderi queat, sed id quod summè repugnaret, quodque omnium falsissimum esset, imputant; nimirùm voluisse Regem appellari: Basilius Seleuciensis orat. 24. *An non creare Regem voluistis, & fugit? numquid sine lare, & tecto, sine possessione vlla vitam traduxit abiectam, & ingloriam? hæc dicebant, non id expectantes, sed inuidia percusi:* & paulò inferiùs: *Vides dicta ista plena fuisse simulationis. Nam quid tale monstrauit? numquid satellitio claudebat latus, & vehiculo trahebatur? nonnè desertos locos captabat? Numquid non Christus mansuetudinem docuit? non latius, promptiùsque iniuriam pati, quàm inferre? Hæccine sunt tyrannidem constituentis, an euertentis? Verum inuidentia cernit nihil, animos occæcat.*

Luc. 23. v. 2.

Basilius Seleuc. *Spontanea Christi egestas conuincit ipsum nunquam ambiisse principatus dignitatem.*

77. Gustauit de interdicto pomo Adamus, nè quid vxori denegasse videretur, quam summè diligebat; vocatus ad quæstionem à Numine, & de culpa interrogatus, inhumana timiditate miseram accusat consortem, inquiens; *mulier, quam dedisti mihi sociam, dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi*; Genes. cap. 3. num. 12. vide *singula* penitùs inuersa! Nam cum ad pomi esum alliciebat, fortiter repulisse debuerat; cum angebatur infausta iudice examinante, defendere eam; audiamus eum dulcedine de his scribentem Bernàrdum Serm. 1. in festo omnium Sanctorum: *Iam verò fratres Adæ crudelitatem hac sententia tangit, qui videbatur vxoris amore peccasse: ecce enim fæmina ô Adam, quia os de ossibus tuis, & caro de carne tua est, & eius amore peccasti: opponere discrimini propter illam, & dic: Domine, mulier infirmior est, mulier seducta est, mea est iniquitas, meum peccatum, in me sólum vindicta procedat; sed non loquitur sic: mulier, inquit, quam dedisti mihi dedit mihi de ligno &c. ô peruersitas! pœnam pro ea suscipere refugis, & culpam admittere non recusasti? quomodo prôh dolor omnia confudisti perniciosè crudelis, vbi misericordiam impendere oportebat? nam delinquere propter illam nullo modo, satisfacere verò pro ea libenti animo debuisti.* Quorsum itáque Protoplastus vniuersa confundit, atque permiscet; & obtemperans & repugnans, vtrumque cùm non debuerit? scilicet, dominabatur semper passio, quæ rationem denoctabat; in Paradiso Amor nimius iudicium transuertit; post lapsum, vel metus vehementior, vel odium acerbum in eam, ob cuius gratiá deliquisse igitur affectu prævalescente Rationem caligo obtexit; atque idcirco cum reprehendere æquum esset, adblanditur; cum mulcére iuuaret, & defendere, condemnat.

Gen. 3. v. 12.

Bernardus.

Adæ in vxorem culpam reiicientis crudelitas.

Cum ob adoratum vitulum né in populum sæuiret iustissima vltione Numen deprecaretur Moyses, aiebat; *Né quæso dicant Ægyptij; callidè eduxit eos, vt interficeret in montibus, & deleret è terra; quiescat ira tua* &c. Exod. cap. 32. vers. 12. sed nunquid tam stulti Hebræi vt tàm insana meditarentur? quasi tam imbecillis Creator, vt non nisi ex insidiis adorsos lotet montium cauitates occidere valeret? At numquid non in Ægypto Primogenitos suos interfectos ab Angelo planxerunt? quare igitur non & Hebræi in Ægypto interfici possint? erat grauissimum Ægyptiorum odium contrà Deum Hebræorum; licet ergò nihil faciliùs esset quàm ab extinctis primogenitis ratiocinari, & Hebræos de medio tolli potuisse, sed quia ab odij vehementia quasi extinctum fuerit lumen rationis; nè hoc, quod tam apertum, manifestumque erat, discursu consequi poterant, adeò iudicium affectus potentia subuertit: ô dominatores terræ, ô iudices cauete ab affectu nimio: nisi enim temperatus extiterit animus, atque indifferens, & nigra candida apparebunt: & alba subfusca videbuntur: Abulensis quæst. 18. in relatum Exodi caput: *Quia tamen ipsi valdè inuidebant Deo Hebræorum, qui eis tantas plagas inflixerat: adeò comperta occasione saltem leuissima, licet omnia falsa cognoscerent: quæcumque tamen possent in Deum Hebræorum probra conicerent: sic enim est modus inuidorum detrahentium, vt quotidiè experimur.* 78.

Exod. c. 32. vers. 12.

Vehementissimũ Ægyptiorũ odiũ cótra Deum hebræorum.

Abulens.

Mortem, quam passurus erat sub ænigmatibus obscuriori stylo significabat Christus Iudæis, inquiens Iohan. capite 12. versic. 32. *& ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum*: continuò licet velatam Hieroglyphico, sermonis vim penetrauerunt nam demirantur mortem sustinere posse Christum, quem sempiternè duraturum arbitrabantur: *Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum: & quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis?* loquebatur idem Seruator enim Apostolis de necis genere clarissimis verbis Luc. ca- 79.

Luc. 18. v. 31.

pite 18. versiculo 32. *ecce ascendimus Ierosolymam & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis, tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur, & postquam flagellauerint, occideant eum &c.* Quid huiusmodi oratione manifestius? & tamen subnectit Euangelista: *& ipsi nihil horum intellexerunt, & erat verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur:* Numquid acutiores discipulis fuerant mentis Hebræi? an non sunt, quos Asino & Boue tardiores in intelligendo memorat Isaias, capite 1. versiculo 3? quomodo igitur nunc arcanam phrasim detegunt? Discipuli verò in apertissimis hæsitant? contemplare si vspiam, hoc sanè loco, affectus suprà rationem imperium; cupiebant vehementissimè longam optimo Magistro vitam Apostoli; clausit desiderium istud tam magnum oculos discursui; & ita quamquam nihil manifestius dictione, qua Christi interfectio perhibebatur, in patentibus cæcutiunt, neque aliud capere valent nisi quod affectio dictat; Iudæi autem licet rudi in primis cerebro essent, Hieroglyphica & symbola vincunt, non ob acumen, sed propter vehementiam affectus; cum enim dies noctésque machinarent Christo necem, quicquid proponebatur, de illius interpretabantur excidio, atque ita exaltandum à terra audientes, neci affectus applicauit, quanquam externa verborum facies repugnaret; quid enim obscurius quam vt exaltatus à terra, omnia ad seipsum traheret? Venerabilis Beda in caput 18. Lucæ: *Quid est ergò, quod discipuli toties explicatum dominicæ passionis arcanum intelligere nequeant? at Iudæi ad vnum verbum, & tam obscurè positum, vt hoc expositione dignum Euangelista ducat; hoc autem dicebat, inquit, significans qua morte esset moriturus; mox, quia crucis exaltatio significatur, intelligunt? nisi, quia discipuli, cuius vitam maximè desiderant, eius mortem audire non poterant, neque hoc ita vt sonabat intelligendum, sed amore dictante ad aliud quid allegoricè referendum credebant: Iudæi verò, quia in eius necem conspirauerant, quicquid de eius morte, vel cruce loquebatur, intelligebant; hoc enim loquebatur; quod ipsi summopere fieri optabant.*

Cur Iudæi acio penetrarent arcana verba quæ Christus protulit de sua passione, quæ ipsimet discipuli nullatenus intellexerunt?

Beda.

80. Altercantes Pharisæi cum cæco à natiuitate, cui visum Christus restituit, loquiunt; *Tu discipulus illius sis, nos autem Moysi discipuli sumus: nos scimus, quia Moysi locutus est; hunc autem nescimus vnde sit* Ioan. capite nono, versu vigesimo-nono, sed obsecro, qualem habent de Moyse notitiam? an non ex fide maiorum? an non de scripturarum Historia? verum totum hoc de audito est; sed Christum quotidiè oculis intuebantur; patriam videbant, atque parentes; iam sit Moyses tàm apud eos præclarus, quod stupenda miracula operatus sit, quod legem docuerit; & Christi inaudita fuerant prodigia, & melioribus erudiebat documentis quàm Moyses; quamobrem itáque audita visis præferunt, & cum à multis sæculorum ætatibus à nemine Moyses conspicatus sit; Christus luminibus obuersaretur quotidiè; dicunt nihilominùs, Moysem notum esse, Iesum peregrinum? videlicet, odio habebant Iesum, diligebant Moysem, discursus autem non rationem, sed affectum sequebatur: Quia igitur pro Moyse erat affectus, caligat ratio, & non quod verum sit diiudicat, sed quod affectui beneplacitum est, Moyses, qui longissimè distat, est quem velint, nolint, oculi contemplantur; Christus qui coràm est, ignoratur; Theophylactus in Ioannem; *Non dixerunt autem, Nos audiuimus, sed nos scimus, quod Moysi locutus sit Deus; quæ tamen à parentibus suis audissent, exactam se habere scientiam dicebant de iis, quæ per auditum receperant; eum autem, quem oculis viderant miracula facientem, & quem audierant diuina, & superna loquentem, impostorem vocabant; vides insipientiam a malitia profectam.*

Ioã 9. v. 29. Moyses nunquàm visus, cognitus tamen à Pharisæis; Iesus autem, illis ignotus & peregrinus.

Theophylact.

Fama de præclaris Iesu gestis vbique increbrescente, tandem & Herodis aulam inuasit; nec tamen Iesum esse credit, de quo tam illustria prædicabantur, sed Baptistam: *Hic est Ioannes Baptista* (inquit Matthæus capite decimoquarto, versu secundo:) *ipse surrexit a mortuis; & ideò virtutes operantur in eo.* quare de Ioanne omnis cogitationum mala trepidat conscientia? sed credamus Herodi opinanti tantam Præcursoris fuisse virtutem quem tumba continere non posset, quem Mors diù retinere vereretur; cur huius sententiæ homo necem inferre tentauit? nam si ex mortuis cito rediturus, quid iuuat interemisse? dominabatur Herodi impotens ergà saltatricem puellam, eiusquè matrem amor; Quanquam ergò non latebat confusioni & erubescentiæ futuram Præcursoris necem, sed cum ab effectu obcæcata esset ratio, non quod dignum factu esset considerauit, verum à concupiscentia abripi se passus est; Chrisologus Serm. 173. *Si resurrecturum Ioannem nouerat, cur insanus occidit? si ad totius diuinæ virtutis culmen, si ad totum quicquid est potestatis insigne tali morte sciebat eleuandum, cur se tantæ mortis esse fecit Auctorem? semper febris impietas, a phrenesi semper crudelitas obtinetur, caret clementia furor nescit;* igitur Salomon dum nimium affectui indulget, ex sapientissimo stultus & vecors redditus; quid enim vecordius falsorum adoratione Numinum? 81.

Matth. 14. vers. 2. Vnde Herodes tam altè sentiens de Præcursore illum neci addixit.

Chrisol.

Sectio XII.

Nemo resupinè procedat in via Domini ob confidentiam sanctitatis loci, in quo versatur.

Incredibile subsidium, feliciter opportunitate vtentibus, à loco sancto. Quis enim tam irreligiosus qui ad piorum exempla non compungatur? quem assidua ante oculos virtutum præclarissima facinora non exciteut? velle tamen solùm alienæ gloriæ communione niti, & segnem interea reddi ad imitationem, periculosum est; nam saluatur prophanus nonnunquam, & iustus decidit ab arduæ conuersationis sublimi vertice; quò nec ille desperet, neque iste vltrà modum præsumat ob tonsuram & habitum; ecce Moyses in Ægypto; ecce filia Pharaonis in Ierusalem: stat ille ad idololatriam; stimulantibus Ægyptiis voce, blandimentis, terrore; hæc labitur cum non esset qui impelleret, verùm infinitis contrà ruinam adiuuantibus subsidiis. Quamobrem vates precabatur; *esto mihi in Deum protectorem. & in locum munitum, vt saluum me facias:* Psalmo 70. versu 3. sed omnè Deus locus est omni 82.

Psal 94. v. 3.

est omni creaturæ, quando ipse vniuersa adimplet potentia & diuinitate? At Rex speciale Dei adiutorium implorat, sciens, quia nisi dominus specialiter nobiscum sit ad protegendum, non sufficere contra aduersarium, qui omnia circuit quærens quem deuoret, lo[c]i tantùm reuerentiam; diligentes igitur simus & vigilemus, quò loci prodesse valeat sanctitas non remisse agentibus, vt quidem prodest in infinitum; sanctus Grego-

Gregorius. rius hom. 9. super Ezechielem: *Quia autem loca mentem non muniunt, ipse humani generis primus testatur Parens, qui in Paradiso cecidit; vnde Psalmista vbique in hoc mundo tribulationes esse cernens, quæsiuit locum quo fugeret, sed sine Deo inuenire non potuit munitum; ex qua re & ipsum sibi locum fieri petiit, dicens; esto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum, vt saluum me facias* &c.

83. Acceptum ab Angelo librum Ioannes ore dum masticat, mellis instar dulcis apparebat; simul atque in ventrem traiecit, amarum sensit Apoc. cap. 10. vers. 10. Cur alteratus in ventre sapor? cur non suauis stomacho, qui palato iucundus? Rupertus Abbas hoc significatum volumine arbi-

Numerorum liber est volumen dulce & amarum. tratur cum, qui Numerorum est codex à Moyse conscriptus, vbi recensentur nomina filiorum Israel, qui de Ægypto prodierunt; Quidnā ergo denotet [...]um in ore placidum, in pectore acerbum? equidem læta fuêre initia cum domum seruitutis, idololatriæ & vitiorum matrem Ægyptum destituerent atque hoc eum in scopum, vt in eremum proficiscerentur, quo liberè Deo & pietati vacare possint; sed intuere quemadmodum ea regione, qua optimos fuisse decebat, loci ipsius opportunitate non tacitis clamoribus adhortante, ibi pessimi redditi sunt, exacerbauerunt Deum in inaquoso & inuio peccata peccatis addentes, quamobrem in deserto prostrati sunt, nec optatæ telluris beatitate potiti, hinc igitur in ventre amaritudo amarissima; citatus Doctor

Rupertus. ad cap. 1. lib. 1. Numerorum: *Hic enim* (inquit) *est liber Domini, quo omnes filij Israel iubente Domino recensiti sunt, & tamen in terram promissionis non introierunt; hoc est vnde amaricetur venter hominis spiritualis quicumque librum prædictum studiosè deuorauit; quid enim amarius quàm quod in hoc libro Numerorum prosternuntur?* Et quidem secundum vulgatam Patrum allegoriam

Exitus de Ægypto religiosæ professionis symbolum. exitus ille filiorum Israel de Ægypto in solitudinem magnam, Monachorum de sæculo transeuntium ad locum sanctum [...] lustri, fugam designat: quid illa fuga dulcius ōninò? quamtatū cōsolationū sub illis exordiis vbertas? sed heù processu temporis extrema gaudia luctus occupat, si quando vel Pelagius, vel Lutherus, vel similia degenerant monstra; & considera funestam metamorphō[s]im [...] etiam in Ægypto commorantes diuites fuerunt, nam acceperunt vestem plurimam, & vasa au[ri] & argenti; in eremo vel deesse pepones & allia [c]onquéruntur: prôh, si quando ob nostram remissionem & ingratitudinem accidat, vt memoran[t]es dies an[ti]quos sæcularis conuer[sa]tionis, meli[ores] [...]tes reperiamur, quàm in Paradiso Dei q[u]am in loco sanctorum? itaque perire & decidere eiusm[od]i mirum non est; *igitur* (concludit Rupertus) *cantantes quidem quia dulcia faucibus meis eloquia tua Domine super mel & fauum ori meo, de vocatione nostra gaudeamus; sed de incertitudine cursus, aut comprehensionis nostræ amaricemur.*

84. Venerunt ab oriente Magi longinquo itinere, ad noui Regis incunabula, & Ierosolymā, introgressi, percunctantur; *vbi est qui natus est Rex Iudæorum?* Matth. c. 2. vers. 2. planè quæstio ignorantium de loco natali; alioquin vt sciuerint, quamobrem disquirunt? diuersa tamen Chrysologo sententia; neque enim ignorantium interrogationē fuisse admittit, sed obiurgantium

Interrogat io Magorū non ignorantiū, sed obiurgātium fuit increpatio. increpationem, ait serm. 1. de Magis; *non interrogant, sed insultant, negligentes arguunt, seruum Domino non occurrisse causantur: nam quid ab hominibus quærunt? qui per Deum nouerunt quid quærebant?* Iustissimè quidem reprehendunt; vos qui in Ierusalem vrbe sancta habitatis? vos qui populus segregatus & electus? vos, penes quos oracula Prophetarum? vos, qui propè in foribus Bethlem tam lenti, & segnes in quærendo Seruatore? vt quid templum & sacrificium, & legem frustra occupatis cum tanta inertia? ô iudiciorum Dei arcanum! ô metus ô palloris causam quibuscumque spiritalibus! Gens superstitionibus dedita in medio nationis prauæ ad criniti vnius syderis emicans iubar desertis vxore, amicis, laribus, vastis se itineribus committit, nec tutæ ambulationi, vt Redemptori occurrat; & semen Abrahæ, ciues inclyti Sion, Magistri in Israël non quærunt nisi ad perdendum, & vt interficiant? Theophylactus in cap. 2. Matth. *quare Magi veniunt? in condemnationem Iudæorum: Nam si Magi homines cultui idolorum dediti crediderunt; quam posteà defensionem prætexent Iudæi?* Deindè expendens, vt è remotis Prouinciis iidem venerint, nimirùm ab oriente, subdit, *& hoc ad condemnationem Hebræorum pertinet; illi enim per tantum spatium venerunt: Hebræi verò Christum, quem apud se habebant, persecuti sunt.*

O semper pigros & auersos Iudæos! vtinam non & aliquando in typum quorumdam Chri- 85.
stianorum! Sanauit Iesus simul decem leprosos post recuperatam valetudinem, de tot vnus solùm reuersus, qui gratias haberet: sed qualisnam iste? *& hic* (ait Lucas c. 17. vers. 16.) *erat Samaritanus;* *Luc. 17. v. 16.* Verum quamobtem de patria aduertit Euangelista? profectò ad stuporem ingratitudinis cæterorum; Nam illi quidem Iudæi erant veræ Religionis disciplina imbuti, loco educati sancto & sub religiosis præceptoribus; hic Samarita, vitorum scilicet qui vna cum Hebræorum Numine ementitos colebant Deos; admiratur ergo pium fuisse alienigenam, & schismaticum; nulliúsque tenetentiæ tactos metu, quos obseruantiores esse ob tam varios decebat titulos:

Professione religiosi plerūque à prophanis hominibus in pietate vincūtur. Accōmodat præclarè sacris hominibus Bernardus, vt rubor sit vin-

Bernardus ci à prophana nonnuquam turba claustrum inhabitantes; inquit serm. contra pessimum ingratitudinis vitium: *Heû, heû non inuenitur qui redeat, & agat gratias Deo nisi hic alienigena! quam multos enim videmus, & plangimus fratres, qui dummodò maneat habitus & tonsura, salua sibi omnia arbitrantur, non considerantes miseri quemadmodum ingratitudinis vermis interiora corrodens, ob hoc tantùm, corticem quem vident transforare dissimulat, ne forsè recognoscent & erubescant, ipsaque verecundia emendentur: Vides ergo, non omnibus prodesse, quòd a lepra sæcularis conuersationis, cuius peccata manifesta sunt emundantur; sed nonnullis peius in occulto ingratitudinis vlcus oriri, quod tantò periculosius sit, quantò interius? fœlix samaritanus ille, qui cognouit se nihil habere, quod non accepisset; idcirco conseruauit depositū, & cum gratiarū actione ad Dominum est reuersus* &c.

86. Refert Matthæus, vtì cum esset Iesus in Bethania in domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier habens alabastrum vnguenti pretiosi, & effudit super caput ipsius recumbentis; hócque enarrato pietatis eximiæ gesto cum quibusdam circumstantiis, addit: *Tunc abiit vnus de duodecim, qui dicebatur Iudas Iscariotes ad principes Sacerdotum* &c. Matth. c. 26. vers. 15.

Matth. 26. vers. 15.

Quidnam est: *Tunc abiit?* magni Sacramenti verbum; scilicet, *Tunc* cum si vnquam cópungi & erubescere, maximè oportebat; nam quale prodigium oculis contemplabatur? mulierem à libidinibus famosam anticipare funeris honorem seruatori, ipsum de mortalium paucissimis ad culmen Apostolatus subuectum, in loco sanctitatis commorantem, necem Dei filio moliri? Nam vt a concepto scelere alia non reuocassent; tamen in prostibula adeo excellens religio confundere debuisset: ô horrorem, ô materiam formidinis! Discipulus vadit, vt Magistrum triginta vendat argenteis ad crucifigendum eum; atque *Tunc* potissimum abit, atque discedit, quando meretrix quæ in ciuitate erat peccatrix ob turpidinis immanitatem, in gratiam præceptoris trecentorum denariorum ipso fatente Iuda precium nobilissimi vnguenti largita est; illa pietatem, hic insidias meditatur vno eodem tempore: peroptimè Theophylacti commentarius: *Cum aliena mulier meretrix tantum exhiberet honorem, tunc discipulus abiit proditurus illum; non enim frustrà adiicitur; Tunc abiit, sed vt ostendatur impudentia Iudæ.*

Iudæ proditoris impudentia, eiusdémque & Magdalenæ meretricis perelegans antithesis.

Theophyl.

87. Diuisêre sibi ruris opera primi duo fratres: *fuit autem Abel pastor ouium, & Cain agricola:* Genes. c. 4. vers. 2. vter laboriosior vitæ modus? proculdubio, qui vomere terram findebat, atque ideò Protoplasto dictum: *in sudore vultus tui vescêris pane* Genes. c. 3. ver. 19. Nam si aut frigora instent, vel sol adurat, habent opiliones antra & mapalia, quibus protegantur; cum autem zephyri spirant, & blanda arridet tempestas, in lusitationibus & modulatione conteruntur dies; verum agricolæ sub dio semper agendum, & seu grandinum, seu inimici iubaris, patientiæ superadditur horridum onus, glebæ videlicet procissio; itáque maior contentio agricolæ, quam pastori; Quamobrem ergo qui in laboribus minor est Abel, Caino prælatus fuerit? nempè, quod in sacrificando Cain indiligens & remissus extiterit fortasse austerioris vitæ nimium confisus meritis; horum itaque duorum fratrum tam disparis gloriæ exitu præfigurati in Ecclesia Dei qui sæcularis conuersationis sunt, qui monasticæ; posteriores religiosis constricti nexibus duriora perferunt: Quæ enim comparatio est laborum vitæ mundanæ cum ascetica? denique illi sunt qui mortificantur tota die; Quos locus, quos norma quos exercitatio ad sanctitudinem vbique stimulat: sed ô si veniente filio hominis ad iudicium, reprobetur Religiosus nonnunquam, laudetur sæcularis! Heû iacturam ponderis diei & æstus! Heû non profectutos tantæ disciplinæ, tam rigidæ fines! ô considerare electum genus! nolite soli loco credere, nolite solis statutis quanquàm admirandæ perfectionis; nisi enim & vestra cooperatio accedat tepore excusso, si dissolutæ manus fuerint, honor vester sæculari dabitur, illóque in gaudium Domini intromisso, vos eiiciemini in tenebras exteriores: rectè Lippomanus ad cap. 4. Genes. *Ambo quidem habuêre sancta exercitia, sed Abel sinè mandato Dei vt videri poterat, Cain autē operā dat obediētiæ; dixit enim Deus patri suo, vt operaretur terrā, de qua sumptus fuerat; & nihilominus prafertur Abel ipsi Cain: Cain sanctiori operi, & rei magis necessariæ operam dat, grauius laborat, & pœnam humano generi decretam diligentius sustinet, sed fide, ac deuotione, quam Deus intuetur, minor fuit, quam Abel: similiter & Religiosi sanctiori operi ex obedientia intendunt, quam sæculares, sed multi fide, ac deuotione minores sunt iuxta illud, Publicani & meretrices præcedent vos in regno Dei; & multi ab oriente venient & recumbent &c. filii; autem regni eiicientur in tenebras exteriores.*

Gen. 4. v. 2.

Gen. 3. v. 19.

Quare in laboribus minor Abel, Caino prælatus sit.

Lippoman.

Cain operam dat obedientiæ.

Fidem ac deuotionē in locutur Deus magis quàm ipsa opera.

Perpendamus iterum de Iuda proditore, de quo nuper; latro, cuius in rapina & homicidiis vitæ transacta interualla sub vltimam horam solo Christi aspectu absque prædicationis verbo conuersus est; Iudas, qui dicentem cœlesti eloquentia toties audierat, in præcipitia malorum abit: coniungit Niniuitarum pœnitentiæ Chrysostomus, quam ad vnius Prophetæ vocem obstupescit inductam, cum tot vatum oraculis, tot signorum attentis saxea Hebræorum corda restiterint; ait igitur in *Demonstratione, quod Christus sit Deus* &c. *Nam Iudæi licet signa, & plurima miracula haberent, nunquam tamen per ea meliores euasêre; Niniuita vna tantum voce audita, vitam mutarunt à peccatis liberati: Iudas, quanta doctrina admonitus factus est proditor: latro autem qua admonitione incitatus, in cruce Christum confessus est, & eius regnum prædicauit?* sed nihilo sic attoniti reddamur atque verbis Ioannis cap. 13. vers. 27. de Iuda: *& post buccellam introiuit in eum Satanas*; hoc est post acceptam Eucharistiā, Auctoribus Chrysost. hom. de proditione Iudæ, Isidoro Pelusiota lib. 3. epist. 364. Paschasio de corp. & sang. Domini. c. 8. S. Odone lib. 2. collat. c. 30. & aliis multis veterum; animaduertit egregiè Hieronymus in illud. c. 4. ad Ephes. *nolite locum dare Diabolo* &c. *similique & hoc diligenter attendite, quòd non inuenerit Diabolus locum introeundi in Iudam, cuius pectus iam antea percusserat, nisi in communio saluatoris:* quæ enim summam quamdam, & maximè exquisitam continent medicinam, in prima origine, primisque natalibus virtutis specialiora exhibent documenta; Quare lignum, quod ad conuertendum orbem destinabatur, Diabolo latronem surripuit; cum igitur nihil efficacius ad emolliendos animos Dominico corpore ecce nihil operatur in Iuda Apostolo; cruce scelestus mutatur, & post buccellam Satanas introiuit in Iudam: qoid mage expauescendum? 88.

Niniuitæ ad vnam vocē meliores euasere: Iudas nec ad plurima miracula vitam mutauit.

Chrysost.

Ioan. 13. ver. 27.

Chrysost.

Isidor. Pelus.

Paschas.

Hieronym.

Non inuenit Diabolus locum introeundi in Iudam nisi post sumptionem Eucharistiæ.

Quid sublimius, quid formosius arbore ea, de qua vaticinatio Danielis c. 4. vers. 8. *magna arbor & fortis, & proceritas eius contingens cœlum; aspectus illius erat vsque ad terminos vniuersæ terræ folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius, & esca vniuersorum in ea* &c? Quis non putaret dignum longissimo æuo talem stipitem? Quis non contra flatus ventorum, contra æstatis ignes duraturum arbitraretur? sed ecce sanctus & vigil de cælo metuendam intonat sententiam fortiter clamans; *succidite arborem, & præcidite ramos eius, excutite folia eius, & dispergite fructus.* ô tristem ô miserandam ruinam gloriæ nemoris, arboris incomparandæ! At perpendamus atentè, quonam vigil ille & sanctus, qui iustè iudicauit de nobilissima arbore, tradit, vt quasi 89.

Dan. 4 v. 8.

in

in throno federet? equidem olim à Moyse auditus de medio rubi vociferans: ó domine iam vili tá crudeli & pungéte delectaris ligno! Quis nouit sensum Dei Sabaoth! quam inuestigabiles semitæ Illius! arbor syluæ frondosæ honor & delitium repellitur, rubus voluptati est: At certè quidnam spinosa denotat arbor nisi peccatorum aculeos? quid floridum & iucundum lignum nisi virtutum plurimarum ornamentis conspicuos in Dei Ecclesia? & quidem in deserto Rubus; in nemore exculto & vallato lignum pulchritudinis: At non prodest locus; cadit iustus ob negligentiam & teporem suum; & peccator sanctificatur; & in tantam procedit iustitiam, vt né Moysi concedatur terram in qua rubus sit premere, nisi calceamenta prius deponat; auscultemus parumper Richardi Victorini de arbore Danielis expositioni lib. 2 de eruditione hominis interioris, capite 19. *Recolamus ergò qualis superiùs ex mystica arbore describitur, qui hic præcidi iubetur; & tunc meliùs agnoscimus in qualicumque virtutis fastigio constitutis, morum ruina quam iustè timetur: in magnitudine arboris miramur modum fortitudinis, in altitudine eius profunditatem subtilitatis, in aspectus dilatatione magnitudinem auctoritatis, in pulchritudine foliorum facundiam sermonis, in nimietate fructuum multitudinem eruditionis, in esca vniuersorum doctrinam ædificationis, in subiectione bestiarum rigorem seueritatis, in cohabitatione volucrum prouidentiam circumspectionis: Quis ergò nisi insanus in tanto mutabilitatis ancipiti sibi securitatem promittit, si verè aliquando talis fuit, qui postea succisus eccidit? verè vt scriptura dicit: Beatus homo qui semper est pauidus, nescit enim quid futura pariat dies;* huiusmodi ex parte filia Pharaonis, quæ post longam religionis veri Numinis apud Iudæos professionem, in loco sancto existens Vrbis Sion, postremum relapsa est, iterum ad antiquas Vanorum Deorum superstitiones reuertens.

Quid significat quod Moysi non licitas inuoluto pedibus terrá premere in qua est rubus?

Rich. de S. victore.

SECTIO XIII.

Qui sacra violant & prophanant derisu, schismate, superstitionibúsque eorum fama, & memoria abo- letur.

90. PHaraonis filia ex præcipuis occasionibus Salomoni, vt infinito cum Israëli scandalo, thura emeotitis Numinibus offerret; credibile est hoins tam immanis sceleris in pœnam Deum permisisse, ne sobolem ediderit, quæ post genitorem regnaret in Iudæa, matrísque perpetuaret lineam in nepotibus, sic enim vapulant Principes, qui schismatum Auctores, & contra Religionem veram audent; id quod de Henrico octauo nequissimorum omnium teterrimo obseruatum à nonnullis cuius sine prole filij, gnatæque extincti; præclarum schema in Michol Dauidis vxore; cum enim in festiua arcæ fœderis pompa piissimus non erubesceret Monarcha lineo præcingi Ephodo, & totis viribus saltare coram arca; more filiarum sæculi, quibus sacra contemptui sunt, superba fæmina maritum despexit, tanquam vorum de scutris reputans sapientissimum Regem; qui non ex simplicitate intellectus ita fecerit, sed ex deuotione, Verum quidnam de Michol sacer admonet Textus? *igitur Michol filia Saul* (inquit Reg. 2. cap. 6. vers. 23.) *non est natus filius vsque in diem mortis*; optimè sterilis reddita, ac prouidè eius oblitterata recordatio in futuris generationibus, quòd Principis deuotionem, & in sacra piam affectionem, irridendo contemnere non metuerit; concinnè Ambrosius lib. 4. exa. 30. ad Sabinum: *Non erubuit igitur Dauid fœmineas opiniones, nec opprobria apud mulieres subire pro religionis obsequio verecundatus est, ludebat enim Domino puer suus, & ideò ampliùs placuit, quia ita se humiliauit Deo vt regale postaberet fastigium, & vltimum exhiberet Deo quasi seruulus ministerium; denique illa, quæ saltationem huiusmodi reprehendit sterilitatis damnata non edidit sobolem regiam, né superbos crearet, & quod verum est, nullam est adepta posteritatis suæ, meritorúmque successionem.*

Michol quare fuerit sterilis?

Reg. 2. c. 6.

Principes deuotorum irrisores successore destituti.

Ambros.

91. Referebat Iesus de Diuite, & mendico, qui ad eius fores vlceribus plenus iacebat, sed pauperis nomen expressit *Lazarum* appellans, locupletem innominatum reliquit; qua de causa? num quia substantia mundi effluens? sed hanc & Iobus plurimam retinebat, eius tamen nomen declaratum. Vide locupletem istum in eam superbiæ amentiam deuenisse, vt eum nimio fastui parum arbitraretur prophanis vti vestium formis, ausus sit temerariè sacerdotalibus procedere cum ornamentis in magnum planè Sacerdotij contemptum, & in Religionis ignominiam; sic verò fecisse constat qui dicitur purpura & bysso indutus fuisse, nam byssus ad Sacerdotium spectat; audiamus ex Magno Basilio ex Catena Græca nostri Corderij in Lucã: *& per excessum deliciarum insultans sanctis, in luxuriosa sua vita circumferebat vestem extimam ad imitatiuam similitudinem vestis Pontificiæ eiusmodi vestimentis indutus, quibus Sacerdotes induti introibant sancta pro mundo supplicaturi, quæ suis coloribus elementa referebant, ex quibus constant: & quidem byssus pro terra ponitur &c. hisce assiduis delicijs diues potiùs deformatus erat quàm decoratus*; Cum igitur Sacerdotij factus sit derisor diues iste in religionis magnum opprobrium, venustè quòd eius nomen atque memoria deleatur; contemptorem enim sacrorum nec quoad vocem & appellationem superstitem remanêre, æquum penitùs est.

Diues Epulo Sacerdotalibus ornamentis impiè vsus est.

Basilius

92. Poposcit Deos nonos Israël vecors, & vitulum de auro conflatum adorauit impiè; concitatus ad iracundiam Moyses, *vitulum combussit, & contriuit vsque ad puluerem, quem sparsit in aqua, & dedit ex eo potum filijs Israel* Exod. capite 32. versu 20. Quamobrem non in vsum aliquem seu prophanum, siue sacrum, metalli pretiosi conuertit massam? Bruno apud Tilmannum in Allegoriis; *bibunt* (inquit) *aurum idoli, quia idololatra & sacrilegi*: Ast quid iuuat idololatras aurum liquare? scilicet volebat Moyses ad pœnitentiam conuertere ex suppliciorum metu; conatus igitur per vitulum demonstrare quali pœna digni qui in apostasiam prolabuntur, & erga sacrata impij sunt; vadat ergo aurum detestandæ superstitionis in secessum, nullis proficiat vsibus, deleatur memoria eius; sic discant homines; debitam eis pœnam qui à vero recedunt Numinis cultu, & contra diuina blasphemi existunt, vt eorum fama & recordatio de medio tolla-

Exod. 32. v. 20.

Bruno.

Vitulum aureum in puluerem versus, memoriam impiorum in nihilum redigendam designat.

Augustinus

tur: Augustinus In Psalm. 37. *ô ira Prophetica, & animus non turbatus, sed illuminatus: quid egit? misit in ignem vt forma ipsa prius confundatur, minutatim comminuit vt paulatim consumatur*: rectè admodum; *vt forma ipsa priùs confundatur*; nam ex forma turbata, lineamentísque destructis sequitur in posterum sciri non posse, qualis fuerit is, cuius figura oblitterata; itaque ad eorum seriem redigitur, quorum haberi cognitio nequeat; cúmque hæc societur vindicta eos, qui religionem & sacra violarunt, optimè quod & hanc pœnam vitulus soluat. Lege super his differentem perbellè Hieronymum Epistola ad Fabiolam.

93. Cum ob filij nuptias homo Rex splendidum præparasset conuiuium, intrauit, & accubuit vir non habens vestem nuptialem; subiratus epularum Dominus, iussit ligatis pedibus & manibus mitti in tenebras exteriores Matth. capite vigesimosecundo, versu decimotertio, non de vltione miror, sed quæro tamen quamobrem istius viri nomen ab Euangelista historiæ insertum non fuerit? quid Scribi vetabat quonam diceretur pacto? credo hominem istum illos denotasse qui Christianæ professioni ignominiam afferunt, dum fidem vel Schismate deturpant, vel irreuerentia in diuina & sacra quæque; innuit Theophylactus aiens; *At vita eorum, qui ingressi fuerint postbac non indisquisita erit, sed examen valde magnum faciet Rex eorum, qui post ingressum ad fidem in sordido habitu inuenientur; horreamus igitur cogitantes, quia nisi quis vitam habeat puram, nihil ei proderit nuda fides; non solum enim nuptiis eiicitur, sed & in ignem mittitur*; qua oratione Theophylactus adsignificare videtur, sordidum illum hospitem, & perfricti vultus eos adumbrasse Hæreticos, qui fidem absque bonis operibus ad vitam sufficere æternam noxio imprimis errore docebant; si ergo Hæreticorum vir ille typus, benè quod nomen eius supprimatur, nè qua de illo memoria supersit: eorundem & fuisse Imaginem ficum eam appareat, quæ foliis onusta fructum Christo denegauit; nam fidem sectarij verbis passim crepant, operibus vacui sunt ita explanauit Origenes hom. 16. in caput vigesimumprimum Matth. *Si autem venerit Iesus esuriens, & fructum requirens, & inuentus fuerit aliquis nihil iustitiæ habens nisi professionem tantummodo fidei, quòd est folia sine fructu, mox exsiccatur* &c. quali ego maledicto Christus arborem inulsam castigauit? *nunquam* (ait) *ex te fructus nascatur in sempiternum* Matth. capite vigesimoprimo, versu decimonono, quamobrem non alio persequutus supplicio? nimirùm, symbolum erat fidem & sacra violantium, quorum vltio sterilitas non ad interuallum, sed perpetuæ damnationis, quò eorum funditùs intereat memoria.

Cur viri vestem nuptialem non habentis nomẽ taceatur?

Theophylactus.

Ficus infructuosa hæreticorũ Symbolum

Origenes

94. Quam mali duces illi, de quibus Nahum capite tertio, versu decimoseptimo, *custodes tui quasi locusta; sol ortus est, & non est cognitus locus earum vbi fuerunt?* mali pastores isti, & de mercenariorum numero, qui cum intuentur venientem lupum, fugiunt, & non ponunt animam suam pro ouibus suis; tales in Hæreticorum castris falsi Antesignani, de quibus Glossæ auctor interpretatus est; *& custodes, id est, præpositi tui fuerunt quasi locustæ erigentes se ad volatum Hæresis*: verum quare subiungit Propheta, *& non est cognitus locus earum?* quarum? an materialium locustarum? sed nonnè hæ corrodunt & vastant agros, vt saltem ab effectibus earum satis vbi commoratæ sunt, noscatur; intelligamus ergò Hæreses esse, quorum *non est cognitus locus*: at quomodo hoc? nonne enim scimus vbi exortæ Hæreses, à quibus prognatæ, & quo terrarum angulo? Nouimus quidem, sed ex Catholicorum libris & disputationibus aliquid; nam nisi Orthodoxorum defensionibus inclusa fuissent nomina earum, nec de his constaret, adeò euanuerunt; sic enim congruebat vt impiorum contrà veram fidem Apostatarum nullius famæ nisi ad confusionem remanerent vestigia: Quamobrem Augustinus disertè admodum hyemalibus aquarum vorticibus comparat, qui per brumam sonitu & fluctibus ad horam terrent, æstate adueniente nè viatum periti docère queunt vbi torrentes inundauerunt, perierunt consumpti, obliuioni traditi sunt; ait Beatus Doctor in illud Psalm. 57. *ad nihilum deuenient tanquam aqua decurrens &c. Non vos terreant fratres quidam fluuij, qui dicuntur torrentes, hyemalibus aquis implentur; nolite timère, post paulùlum transit, decurrit aqua, ad tempus perstrepit, mox cessabit, diu stare non possunt: multæ hæreses iam emortuæ, cucurrerunt in riuis suis quantùm potuerũt, decurrerunt, siccati sunt riui, vix eorũ memoria reperitur vel quia fuerint: spernentur tanquam aqua decurrens.*

Glossa

Hæreses ad horam solum terrent.

August.

Producamus Marcionis impugnatorem Tertullianum, & videamus vt Hæreticum aduersùs Christi carnem blatterantem coarguat libro de carne Christi, capite secundo, inquit: *his opinor consiliis originalia instrumenta Christi delère Marcion ausus est, ne caro eius probaretur: en qua oro te auctoritate? si Propheta es, prænuntia aliquid: si Apostolus, prædica publicè, si Apostolicus, cum Apostolis senti, si tantummodo Christianus es, crede quod traditum est: si nihil istorum es, meritò dixerim, morere: nam mortuus es, qui non es Christianus, qui cùm fuisses, excidisti rescindendo quod retrò credidisti*: sed quænam consequentiæ ratio est, vt *moriatur*, qui Christianus esse desiit? imò quidem perfectorum Christianorum est quotidiè mori, quoniam corpus castigando salutem eneruant: qui autem Christianitatem abnegauit, idcircò tepidiauit vt viuat & delicietur, quando non iam ampliùs sub lege esse velit. Deindè, quod affirmet qui ex Christiano non Christianus redditus est *mortuum* censeri, æquè & in Christianos quadrat, nam & inter hos quicumque lethaliter peccando gratiam sanctificantem deperdunt, spiritaliter mortui sunt: quæ igitur comminatio est dummodo apta tamen contra eos, qui à fide defecerunt, vt *mortui* reputentur? Dicamus sanè extinctorum plurimam esse obliuionem apud mortales: itaque bustum, quod oculis surripuit, mox etiam paulatim cordi surripit, vt nulla sæpiùs inuadat recordatio, tanquam si non fuissent nati aliquando: indicaturus ergo similibus puniri modis, qui deficiendo à Religione Christiana, eam infamarunt: iubet illum, qui Christianus esse contempsit post Baptismi professionem, tanquam de mortuis vnum se connumerare, proindè addidit, *nam mortuus es, qui non es Christianus.* 95.

Tertull.

Qui gratiam sanctificantem perdidit, spiritualiter mortuus est.

Permi-

96. Permisit Iehu vt sepeliretur Iesabel eò quod filia Regis esset; cúmque proficiscerentur conquisitum desuoctæ membra, *non inuenerunt nisi Caluariam, & pedes & summas manus* Reg. 4. cap. 9. vers. 35. reliqua canes deuorarunt; quamobrem hæc inflicta pœna est? nempè, quia Sacerdotes & Monachos persequebatur, & quàm poterat contrà sacros Ministros tyrannidem exercebat; sed cur huius sceleris vindicta negatus Iezabeli funeris honor? nempè in Palestina communiter non sicut in alijs regionibus corpora defunctorum concremabant, sed vnguentis & aromatibus condiebant; cúmque pigmenta illa vim haberent contrà vermem, aduersúsque corruptelam, quæ sic præparabantur cadauera durabant nonnunquam in ætates, itáque post obitum superstabat adhuc longo tēpore seu viri, seu fœminæ corpus integra faciei dispositione & lineamentis cum reliquis membris, eratque monimētum diuturnum veterum gestorum & famæ, atque ideò priscorum multis tanta cura extremæ pompæ; perseueraret itáque memoria Iezabelis si more solito tumularetur; atquin aboleri recordationem eius oportebat, quæ pios veri Numinis cultores infectata est, & bellum religioni intulit; igitur, ne vel de sepulchro saltem ei fama aliqua, ne condiri aromatibus valeat cadauer, fiat canibus præda, nihilque inueniatur exceptis inutilibus quibusdam fragmentis Caluariæ, pedum, manuúmque; Drogo Hostiensis: *Hæc sane est impiorum sepultura, hæc digna retributio, quod ex eis non nisi manuum summitates remanent &c.*

Reg. 4. q. 9. vers. 35.

Apud Palæstinos corpora defunctorum non cremabantur, sed aromatibus condiebantur.

Iezabel propter impietatem insepulta, vt nulla illius superesset memoria.

Drogo Hostiensis.

97. Filij Aaron Nadab & Abiu thurificaturi Domino, de igne alieno sumpserunt; excanduit Numen, *egressúsque ignis à domino deuorauit eos* Leuit. capite 10. versu 2. quidnam ignis alienos spiritaliter? scilicet potestas diuersi fori, quando nempè rectores sæculi diuina & sacrata inuadunt, polluúntque debitam religioni & altaribus reuerentiam: si quis tam procax perpendat vltionis huius & magnitudinem & celeritatem! aptè Saluianus lib 1. de prouidentia Dei: *porrò autem etiam ex hoc consulere Deus voluit nostræ correctioni per censuram salubris exempli, vt omnes Laici intelligerent, quantum iram Dei timēre deberent, cum à præsenti pœna filios Sacerdotis nec meritum parentis eriperet, nec ministerij sacri priuilegium vindicaret:* sed quamobrem non alio trucidati more, aut dehiscente terra, aut morbo subitaneo, vel gladio, patibulovè? equidem figurabatur igne prophano, vt dicebamus sæcularium audacia contra diuina & sancta instrumenta; vel vt Isychius & Beda in Leuiticum docent, Cyprianos quoque Libro de vnitate Ecclesiæ, Hæreses & fidei opposita dogmata; iam verò ignibus conditio est, prorsus cōsumere, & in cinerem, fauillámque reducere, vt pristinæ formæ nulla remaneant argumenta; quia igitur hæresum & superstitionum Auctores, & sacra violantes, pœna velut à tergo sequi consueuit, nè quæ supersit illorum memoria apud homines, flammæ contrà illos armantur: & quamquam ob Genitoris fortassè solatium vt consumeret, pepercit; sed tamen à quo luerent elemento, quod natura sua vorax sit, commendatum est, vt priuilegium fuisse, nè penitùs delerentur, attenderemus; iusta ergò Numinis sententia, quæ Salomonem vt à veræ Religionis discederet cultibus impulit, sterilis facta est gnata Pharaonis, obiitque, nulla relicta progenie, quæ matris continuaret memoriam.

Leuit. 10. vers. 2.

Saluianus

Nadab & Abiu cur diuino igne, & non alio quodam supplicio consumti.

ANTELOQVIVM III.

Qui nubentes apud Salomonem iuxta historiam? qui secundùm spiritum? Totius Cantici acoluthia repræsentata.

POLLICITI ad calcem primi Anteloquij, tertio isthoc Præludio ostendere, quos tandem nubentes sacer accinat Hymenæus, quando non Salomonis formam, non Pharaonis filiæ pulchritudinem efferat: lubet promissis stetisse. Dicamus priori loco de sponso secundùm historiam, eiúsque nupta.

SECTIO I.

Quis nubens iuxta literam, quæ eius nupta? qui per geniales dies memorabiles euentus?

DE huius Sectionis longitudo tædium pariat Lectoribus breuitatem amantibus, placet distribuere in Subsectiones aliquas.

SVBSECTIO I.

Coniugum origo, patria, mores, acta vsque in sponsalia.

DVm apud Palæstinos omnia florerent sub Principe Salomone Dauidis filio, adolescens domo Hierosolymitanus, nomine Salomon, secta & patria Hebræus, id est, veri Numinis adorator, nobilitate, forma, opibus in paucis clarus, regia dignitate

tate vni supremo Monarchæ solùm cedere facilis, sæpè Libani iuga petere solitus; siue illum amœnitas semper odorati, & suaue halâtus montis trahebat; seu venari aprum, leonem sternere, feras omnes exagitare maior voluptas, quàm apud Solymos aulæ deliciis frui; siue Tyri, & Sidonis nundinis illectus, nationúmque varietate ad celeberrima emporia confluentium; seu ora maritima, delectatus: *Qua amoris sponsæ occasio.* quibuscunque demùm caussis libanum sæpe inuisens, dum vagatur, & errat in multis partibus vidit, & amauit pastricem sub arbore malo conspectam; siue ille facie captus; *Cant. 2.* seu cantus dulcedine: nam *vox eius dulcis, & facies eius decora*: certè vultum non contem- *Cant. 4.* platus, tegebat pudica, & proptereà *vulneratus in vno oculorum, in vno crine colli eius*: stupebat ad tantam verecundiam inter nemora, & syluas, vbi nullæ populorum frequentiæ, nemo formæ insidiator, & prisca simplicitas omnia occupabat: fraus in vrbibus, synceritas in villa est: sed negata pulchritudo stimulauit magis: atque vt erat ad omnem honestatem compositus Princeps, noluit Virgini grauis esse: percunctatus proinde monticolas, & quibuscum illa familiariter agere consueuerat, didicit sequutura.

2. Puellam esse tantillùm quidem *nigram*, & subfuscam, non à natura; sed, quòd fratres aduersùs eam iniquiores *Sponsa nequaquam subfusca.* compellerent vineam custodire, hœdos ad pastum abigere; proinde ab ardentiori Phœbo decolorem redditam: quamuis & huius nigredinis satis incerta fama; paucis nanque vultus intueri concessum: peruagato *Cantic. 4.* rumore sparsum, esse illam *totam pulchram, & sine macula* aliqua; atque hæc quidem *absque eo,* *Cantic. 2.* *quod intrinsecus est*: nam, cùm ea præter formam corporis, *vt pulcherrima* inter mulieres nominetur, & velut *inter spinas lilium* comparatione aliarum virginum; excedere tamen animi dotes, & longè formosiorem mente, quàm facie ob geminum decorem, delicias esse ruris & camporum: patriam ei Libanum, quo non beatior alius inter montes, qua parte in Tyrum, atque Sidonem excurrit: stirpis antiquam, sed tenuem do- *Sponsa ex Tyro.* mum, propè Tyrum, aut Sareptam habêre inter Sidonios: matrem etiam inter agrestes plebeiam: non certi illi lares de more locupletum: non pauperibus etiam permissa tabernacula, non quod omnibus pastoribus mapale, & tuguriolum: coactam parere sub vmbra pomiferæ arboris: Cæterùm apud quosdam famam vagari, genitorem *Cantic. 7.* non de syluestri turba; sed vnum de Principibus; proptereà ab aliquibus *filiam Principis* nominari: *Sponsa mater plebeia, genitor de Optimatibus.* quippe de optimatibus quempiam, dum venando ferociora animalia persequeretur, in matrem eius incidisse, quæ & ipsa pulchræ filiæ formosa genitrix fuit; inhumanè violasse sub eadem ar- *Cantic. 8.* bore, sub qua posteà gnatam in lucem dedit: *Ibi corrupta est mater, ibi violata*; Asserere plerosque, nullam deinceps Principi de matre, filiáve memoriam: quanquam & esse qui affirment, genitoris secreta iussione in syluis sine pompa educatam; ventura tamen citò tempora, in quibus ignotam de tenebris eruat, mutaturus rusalem chlamydem in purpuram auro, gemmisque intex- *Sponsa pagana.* tam. Hæc, atque alia pastores spargere; an ex fabulosa narratione, præter vnam puellæ genitricem, cæteros latêre? certè in eum diem matris exemplum in omnibus sequutam quoad sacra, *Sponsa, quibus pollerct artibus.* profanáque; Baal, & Astartem colere pro Chananæorum, Phœnicúmque ritu; doctam agnos, hœdósque compescere; vineis, & pomœrio excubias agere; purpura lanas tingere; venando mitiora animalia persequi, *capreas, ceruósque campo-* *Cantic. 2.* *rum*; canere suauissimè, sed coram familiaribus *Cantic. 8.* tantùm, in hortis, *vbi amici solum auscultant*; nihil supra eius ingenium esse: atque tantas naturæ diuitias, coniunctas cum incredibili modestia, fecisse, vt locupletes quique villici ambirent, pete- *Sponsa nuptias ambiunt plures.* rent sæpè à genitrice: non eos retardauit paupertas, non obscuri natales, non inhonora educatio, non vitæ ignobilis conditio: supra aurum *mulier* *Prouerb vlt.* *fortis: procul, & de vltimis finibus pretium eius.* Sed & fuisse de vrbana multitudine, qui postularent: quin & inter procos, annumeratos Dynastas aliquos esse, nisi syluæ mentiantur: Virginem iam nubilem esse, & thoro maturam: hæc esse, neque plura, de quibus Regem docere possint.

Audiebat lætus Salomon, & iam mitius animo alloquutus genitricem, consanguineósque, 3. insperati gaudij magnitudine penè obruit viles, & agrestes animos: sibi Virginis formam placere, in primis moribus attractum, dignam regio thalamo puellam, non aliam regnorum consortem quæsiturum; atque vt deinceps pro patriæ consuetudine plures accepisse vxores oporteret, futuram hanc, quam præ cunctis vnicè adamaret, Reginarúmque Reginam in perpetuum. Intercluserat genitricis spiritum inopinatum nuncium: & cùm oculis, vultu, totóque gestu satis loqueretur: ore tamen loqui non poterat; sed, quibus robustior animus, de cognatis aliqui post exhibitas cumulatas gratiarum actiones, cùm timerent, ne subitæ fuissent Principis cogitationes, neque *Melius esse pastoris vxorem, quam Regis scortū.* verbis fides responderet, cupientes magis consanguineam agricolæ vxorem fuisse, quàm Optimatis scortum, ab ætatis infantia mutuatis excusationi coloribus, quod alia posteà occasione dicturi, fortassè & nunc pronunciantes: *Soror* *Cantic. 8.* (inquiunt) *nostra paruula, & vbera non habet: quid faciemus sorori nostræ in die, qua alloquenda est?* Expecta, ô magne Princeps, donec adolescat, suique compos fit, quæ nunc virguncula est: non sinet ætas pro meritis æstimare connubium, quod nec quidem in mentem aliquando ascenderet, & vix etiamnum nobis ipsis credimus. Quid faciemus in die, *qua alloquenda est*, & marito tradenda? Non aulico sermone pollet, non moribus: qualis apparebit inter Hierosolymitanas Heroïnas è mapali, mulgendisque hœdis subitò vocata ad pompam? Patere tantisper, instruamus: interim sartam, tectam custodiemus: *Si murus est*, fortisque aduersùs pudicitiæ subsessores, adhuc adiiciemus munimen; ædificabimúsque super eum *propugnacula argentea*: sin ostium extiterit, rimámque aperuerit formæ adoratoribus, *compingemus illud tabulis* *Cantic. 8.* *cedrinis.*

Hæc dum consanguinei dicerent, & pro Vir- 4. ginis honore agerent, Virgo tota in Principem defixa, staturam, lineamenta, sermonem, gestus omnes obseruabat. Audierat de hoc ipso Principe iam dudum, quæ penè fidem superarent, opes superbas, stemma ingens, Palladis & Mauortis artibus æquè excellentem, superiorem neminem habentem, parem si aliquem, rarum illum: intuebatur à vertice ad pedes vsque sine næuo totum *desiderabilem, electum ex millibus*: sed illam *Cantic. 5.* non species rapiebat: at pulchro veniens in corpore virtus gratior apparebat: non vna illi virtus, chorus vniuersus circundabat. Iam colligebat ex

bat ex lineamentis, & notis faciei, ipsum esse, de quo per montana tot diuulgabantur: pollicebatur sibi de adolescentis indole & modestia, non vana fore, quæ spondebat. Quare tam consanguineos zelo duci honesto, & laudabili magis, quàm prudenti, & vtili; amouit peplum, vultuque integrè monstrato, quoniam marito se ostendere putabat, rupit tandem silentium: *Ego*

Cantic. 8.

(inquit) *murus, & vbera mea, sicut turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem habens.* Io nubili

Ezech. 16.

ætate sum, ô Principum decus, *quippe intumuerunt vbera mea, & ecce tempus amantium.* Nónne

Cantic. 4. & 7.

quidem intumuerunt, cùm sint velut *duo hinnuli capreæ gemelli, qui pascuntur in lilijs? Statura mea assimilata est palmæ, & vbera mea botris.* Maturos annos hæc indicant vniuersa. Vtinam, vt satis annorum est, nonnihilque formæ, & venustatis, si vera meus mihi narrat Apollo; sic aliquid esset probitatis, déque virtutibus portio vel exigua saltem: his ègo te traxissem celerem ad mea

Sponsæ amores casti.

vota. Si tamen aliquid est desiderasse sobriam, modestámque fuisse; non aliud vnquàm concupiuimus. Testabuntur, qui adsunt, & Libanos vniuersos adsentiet: Tyrij, atque Sidones pronunciabunt, quibuscum viximus: & quoniam iustitiæ nos semper amor habuit, te quoque vt amaremus, iustitia, & æquitas fecerunt: amamus castè: tu nostri amoris miserere: non alius vnquam mi-

Cantic. 2.

hi erit præter te dilectus, *donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ.*

5. Tum Salomon ad circunstantes puellæ cognatos conuersus: Non vnius horæ partus hæc nostra cogitatio, ô affines: sic enim lubet nominasse: diu meditatum super his connubiis; & de Virgine iampridem satis disquisiuimus, satis edocti fuimus: stat corde, stat firmiter, non aliam duxisse sponsam. Vna religio animi constan-

Genes. 2.

tiam opprimere poterit: propter vxorem & *patrem relicturus est homo, matrémque*; sed non

Hebræis illicita matrimonia cum gentibus.

Deum: nobis Hebræis vetitum cum alienigenis, Chananæis præsertim, nuptias inire, nisi ad Iudaïsmum conuersis. Sic donec naturæ perseuerabat lex, magnus ille generis nostri auctor Israël vxores duxit filias Laban idololatræ; Ioseph copulatus est Sacerdotis Ægyptiorum gnatæ, Moyses Æthiopissam accepit: post autem acceptas legis tabulas, promulgatamque, Salmon Hiericuntinam meretricem non spreuit; Dauid Regis Gessur filiam ad licitos thoros admisit; nosterque demum Monarcha Pharaonis gener factus est: Ego, qui auitum gloriam æmulor, qui superasse velim, vt in grandibus imitari coner, sic imprimis in iis, quæ ad Deum sunt; Iudaïsmum, ô Virgo, si mens est amplexari, verique Numinis cultricem esse, habe me sponsum: sufficit tibi secundas post Deum apud amorem nostrum occupasse.

6. Non ad obstacula turbata est iam ferè tanto marito coniuncta puella; non mœsta oculos deiecit; magis gauisa est: quid enim de tam religiosis amoribus non speraret ominosum, faustúmque? Et iam illa inaudierat à nonnullis; quam bonus Deus Israël his, qui seruant testamentum, & mandata; quomodo eduxit populum suum in virtute multa, submerso Pharaone, & exercitibus eius, confregítque dorsa inimicorum; & quia non est alius Deus præter ipsum: Vtque erat alto prædita ingenio, nullis-

Sponsa Iudaismū amplectens.

que irretita cupidinibus, facilè cessit veritati, meditabatúrque ante cognitum Principem ad Mosaicos ritus transire: quare nullo negotio paruit

roganti, promisítque daturam fidem Deo Hebræorum: quibus supra lætatus Princeps non distulit vlteriùs sponsalia: eóque ipso, quo consederant loco, nempe, sub pomifera arbore, vbi sponsæ genitrix violata est, eâmque peperit, dexteras dederunt & ille, atque illa: *Sub arbore malo suscitaui te*

Cantic. 8.

eam, & ad apicem gloriæ euexit per certam nuptiarum promissionem.

SVBSECTIO II.

Prologus sacri dramatis; quid sponsa in dilecti absentia locuta, aperit.

POst nuptiarum sponsionem abeundum fuerat Principi Hierosolymam; paraturus quippe debitam regalibus nuptiis pompam: sed potissimùm familiares, atque parentes conciliatu- 7.

Sponsus ob nuptias sponsæ dura patitur.

rus, qui impatienter laturi erant insolitum connubium: Stetit magnò cognatorum vicisse animos rebelles: cessêre tandem, quibus æquitatis potior, quàm sanguinis ratio, & virtutem puellæ, stemmati prætulêre: sed alij furore abrepti pollutæ nobilitatis per nimium inæquales nuptias, coniurauerant aduersùs Principis caput, exitiúmque moliebantur. Fuit ingens discrimen illud: sed restitit vsque ad sanguinem penè, pro sponsa vitam profusurus libenter: quoniam pro moribus Virginis non pro forma decertabat: Itaque certè dilectio egregia fuit quando non ab amando proposita ab aduersarijs nex reuocauit. Non poterat breui morâ tot, tantáque conficere: interim mittebat crebras ad dilectam epistolas: ibant frequentes Legati; sed non omnibus satiata, quæ nimiùm amabat: Clama-

Cantic. 1.

bat ad absentem: *Osculetur me osculo oris sui.* Veniat ipse, videam, alloquar illum: adstringat me brachiis suis, *quæ meliora sunt vino*, quippe vnguentis optimis delibuta, fragrant super conditum mustum: non sufficiunt amanti literæ, non Legati: Aut, si venire nequeas, ô quem diligit

Ibid. v. 3. 3.

anima mea, *Trahe me, post te curremus* ego, & quæ morantur mecum virgines, *in odorem vnguentorum tuorum* Quidni? *Oleum effusum nomen tuum*: totus pacificus, totus suauis es, & iucundans.

Misit & ante se Princeps variam, atque operosam supellectilem in Libanum, pro nuptiarum gloria: hanc vt Symposiarcha, & epulatum Rex 8.
sponsæ monstrauerat; exultabunda illa, quòd videret tam magnifica congeri pro suis nuptiis,

Ibid. 3.

conuersa ad socias: *Introduxit* (ait) *me Rex in cellaria sua: exultabimus & lætabimur in te:* Et sciebat, varium esse de sponso apud vulgus sermonem; plerisque de plebe indignum visum, quod patrarat: sed tamen apud maturos quosque commendatum, quod mores nobilitati, opibúsque præposuisset: *Recti* (inquit) *diligunt te:* illi factum approbant: de plebe non sit cura. Atque, quoniam non latebat, Hierosolymitanas Heroïnas, longè positam vellicasse ipsam, quòd aut adeò formosa non esset, aut illiberalibus exercitiis addicta, vineas custodiret; vtrunque repellit: nigredinem, si quæ esset, à Sole esse, citò abituram: quòd in vineis maneret, fratrum inhumanitati tribuendum: *Nigra sum* (ait) *quia decolorauit me Sol: filij matris meæ posuerunt me custodem in vineis.*

Et rursum moratum impatiens, diémque nu- 9.
ptialem

ptialem exoptans solennem: *Indica mihi, dilecte*
Cantic. 1. 6. *(ait) vbi pascu, vbi cubas in meridie?* Quando erit prandium illud, quod stabili, & duraturo fœdere nos iungat? Hic autem, cùm nescio quid obaudissent consanguinei, quasi illa alium maritum amatura, si sponsus moras necteret: aiebat enim: *Ne*
Ibid. 7. *forté incipiam vagari post greges sodalium tuorum:* asperè tulerunt, velut nesciuerit ad quantæ felicitatis culmen sublata fuerit, de sericore ad solium decoris, & diadema gloriæ vocata, futurum, vt indignatus sponsus finat pastoritiam, quam eum in diem professa sit, vitam: continuatæ: *Si ignoras te,*
Ibid. *ô pulcherrima inter mulieres, abi post vestigia gregum tuorum, pasce hædos iuxta tabernacula pastorum.*

10. Itaque vniuersa ista, à sponsa, in absentia eius, quem amauerat, prolata, quem cùm teneret Sion, vrbs pulchritudinis, & perfecti decoris; hæc cùm in Libani iucundissima amœnitate moraretur: Atque hic Epithalamij, quod pariter Drama est, quasi Prologus, continens varios affectus sponsæ post dilecti abscessum: nunc optantis celerem reditum: nunc refutantis, quæ filiæ Hierusalem, quę alij de populo opponerent: nunc ad genialem supellectilem visam, gaudentis: nunc denique diem ipsum connubij, & fœderis auidè anhelantis: Et quidem istæc cuncta, à verbis primordialibus capitis 1. Canticorum: *Osculetur me osculo oris sui,* &c. ad ea verba eiusdem capitis: *Equitatui meo in curribus Pharaonis,* &c.

SVBSECTIO III.

Prima Actio, apparatum connubialem, primúmque epulum, complectens.

11. ADest sponsus tandem *in curribus Pharao-*
Ibid. v. 8. *nis*; veniebat quippe nobilium, & virorum, & feminarum innumera caterua stipatus; qui, aut nuptiarum sodales, aut conuiuę futuri: placuit autem in gratiam sponsæ, apud Libanum, eius patriam, genialem celebrare pompam: fortasse, & ne Hierosolymis turbæ à cõsanguineis excitarentur, ferentibus ægrè sponsam adeò obscuram, & humilem: Statim ac in sponsæ præsentiam venit dilectus, dixit, quidem se coniatum; nescire, an assecutus fuerit, vt hæc pompa nuptialis quàm proximè ad eam accederet, quia Pharao Rex Ægypti admirationi fuit Hierosolymitanis propter quadrigarum multitudinem, cùm ducta eius filia, supremus Palæsthinæ Monarcha Salomon Dauidis gnatus illi affinitate coniunctus fuit: *Equitatui (inquit) meo in curribus Pharaonis assimulaui te, amica mea*: Cùmque illicò res nuptialis vrgeretur; & de nympha ornanda in diem connubiorum, déque cætero apparatu tractaretur: faciem sanè, neque collum adscititiis ornamentis egêre,
Cant. 1. 8. facere loquutus sponsus; quòd *genæ* essent, *sicut turturis*, quæ sunt vultus ornamenta: *collum* esset,
Ibi. v. 9. *sicut monilia*: naturam dedisse, quæ ars præstare poterat.

12. At amici, *murænulas aureas* promittunt, *vermi-*
Ibid. v. 10. *culatas argento*: Sponsa, paratum se habere quid-
Ibid. v. 11 quid vnguentorum sit sequisitum, *dum Rex sit in accubitu*, & epuletur cum amicis: neque nardum
Præparatio sponsæ in diem nuptiarum. deesse, neque pretiosiora quæque, stacten, videlicet, & balsamum ex vineis Engaddi. Et quoniam epulæ paratæ erant hospitibus, sedente ad conuiuium Principe, *dum esset in accubitu suo*, nardino oleo, quod suis ipsa manibus composuerat, perfudit sponsa, dixitque blanditias, *fasciculum myrrha* Ibid. v. 11. & 13.
appellans, *botrumque cypro*. Rependit ille, *bis pulchram* appellans, & ad nuptialem apparatum iterum redit sermo: Docuit autem sponsa, thalamum genialem compositum esse, floridúmque: domus fabricam absolutam; superiora ex politissima materia esse; tigna nanque de cedro; laqueatia ex cupresso: sponsus, munia coniugum distribuens, se tanquam *florem campi*, & agrorum, omnium conspectui posse patere tempore nuptiarum: eam à feminarum gynæceo non discessuram, sis valladam, tanquam *lilium spinis* circumambitur: sed illa lilij comparatione, se feminis omnibus à sponso prælatam intelligens; ipsum vi- Mariti, & vatis efficia.
ris omnibus antepofuit, inquiens: *Sicut malus inter ligna syluarum, sic dilectus meus inter* Cant. 2. 3.
filios.

Ergo ab illis verbis cap. 1. Canticorum: *Equitatui meo in curribus Pharaonis*, &c. vsque ad illa 13.
verba capitis 2. *sub vmbra illius, quem desideraueram*, &c. describuntur aduentus sponsi ex vrbe Solymitana in Libanum sponsæ patriam, cum equitatu plurimo, apparatúque in diem festiuum nuptiarum; thalami, vnguentorum, monilium triclinij, nouorum coniugum blanditiæ; primúmque epulum, non nuptiale quidem, sed venientibus ad genialem celebritatem hospitibus paratum ad vesperam nuptiarum; solenne tamen ipsum satis, & propter nubentium, & propter aduentantium summam auctoritatem.

SVBSECTIO IV.

Secunda Actio sponsum nubit; ex epulis secundum, lusitationes amantium, sponsi primam amissionem, & ex amissione lætos fines exhibet.

IAm omnia parata erant; nubunt: itur ad pri- 14.
mum geniale conuiuium: hoc est introduci sponsam *in cellam vinariam*; vt prælibato latice, Cant. 1. 4.
scyphoque nouo marito porrecto, nuptiæ confir- Ibid. v. 3.
marentur: *sedere sub vmbra illius, quem desideraueram*; siue, quia de Hebræorum more sponsus extrema pallij parte caput sponsæ operiebat; cùm matrimonio iungebantur; siue est allusio ad epulum connubiale, quoniam in aperto loco discum- Sponsa deliquio afficitur.
bebant, in domate, nempe, & solario, sub iisdémque frondibus propter Solis ardores sedebant sponsus, atque sponsa; & vna, eadémque vmbra vtrosque defendebat. Sed dum cæteri mensæ lautitiis fruuntur, auocabant ab escis, totáque conuiuij iucunditate nouam nuptam maiora gaudia: dum illi bibunt, & inebriantur, hæc illa cogitatione ad præterita, cum his præsentia conferebat: contemplabatur antiquam miseriam; iámque optatissimum finem fortita illa intuebatur, de quibus si cogitasset anteactis temporibus, somnia atque delubria dixisset cogitationes suas: Ante omnia subiit animum charitas illa sponsi, qua maior esse non possit, qua voluit animam suam ponere pro amica, & formosa sua, quando intentantibus mortem consanguineis, si hanc ducere pergeret; spreuit pro dilecta, aperta pericula. Hoc illud: *Ordinauit in me charitatem*, siue, vt alia le- Ibid. v. 4.
ctio est:

ctio eſt: *Vexillum eius ſuper me charitas:* tum
enim, ſi vnquam, charitas verè triumphauit, vi-
ctoriæ indicem, vexillum erexit. Itaque ab in-
ſperato tantæ felicitatis euentu turbata eſt tota,
præque gaudiorum affluentia amiſit ſpiritum,
Ibid v.5. ſtratúmque & puluinar inuocans: *Fulcite* (ait)
me floribus, ſtipate me malis; quia amore langueo:
Atque cùm pediſſequæ celeres accurrerent; qua-
lem ipſa aueret lectum, ſignificauit illicò, ſpon-
Ibid. v 6. ſi, nempe, amplexus: *Læua* (inquit) *eius ſub capi-*
te meo, & dextera illius amplexabitur me. Porrexit
ille manus libens, cúmque aliquandiu tenuiſſet,
ſtrato repoſuit, ſollicitúſque pro ægrotantis quie-
Ibid. v.7. te, adiurauit *filias Hieruſalem per capreas, ceruóſ-*
que camporum, ne ſuſcitarent dilectam, quoad ipſa
ſomno ſaturata, ſponte expergiſceretur.

15\. Sed intereà meditabatur, quibus delinire mo-
dis ægrotam valeret, & recreare ſpiritum deliquij
violentia feſſum; cernens igitur florum deſide-
rio capi, ad colligendum ſingularem manipulum
ignotarum plantarum periucundè halantium, ab-
ſtruſa montium cacumina ſuperat; reuerſus, cum
adſtantium turbam ſubmiſsè licet de valetudine
iacentis percunctaretur; vocem amantis femi-
Cant. 2. v.8. næ acris perſenſit auditus, & ait, *Vox dilecti mei,*
&c. demiratáque feſtinum regreſſum, capreis, hin-
nuliſque ceruorum comparauit; cúmque ille ad
valuam & feneſtras ludificaret, & allatas florum
corollas appenderet, licet abſcondi tentaret, velari
Cant 2. v.9. non potuit, atque ita inquit; *En ipſe ſtat poſt pa-*
rietem noſtrum, &c. & quoniam veris iucundiſ-
ſima regnabat temperies, ver autem in vnum Li-
banum, ſimul omnes diuitias congeſſiſſe viſum,
Ibid. v.10. adhortatur vt foras prodeat: *Surge propera ami-*
ca mea, formoſa mea, &c. illa obſecundat, & vix
ſe accingit.

16\. Tandem in vineam ventum: ibi ſponſus di-
lectam, vt aliquid accinat, obteſtatur: illa lætior,
vinearum operariis præcipit de vulpeculis inter-
ficiendis, quoniam florenti vineæ animal, quan-
tumcunque puſillum, noxium eſt: ſponſo ab
Cant. 2. 17. eius latere diſcedente, orat, reuertatur citus: *Si-*
milis factus capreæ, hinnulóque ceruorum ſuper
montes Bether. abeuntéque ſponſo cum virorum
comitatu, illa, matronis, virginibúſque enarrat,
quid ei per viſa monſtratum, dum poſt languorem
Cant cap 3. v.1. & 2. ſomno conceſſit: *In lectulo meo* (inquit) putabam
me quærere ſponſum, & non inueniſſe: ſurrexi,
& circuiui ciuitatem per vicos, & plateas, quæ-
Somnium ſponſæ primum. *rens quem diligit anima mea:* Tandem, cùm in-
uentum affirmaret, nec dimittendum, donec in-
troduceret *in domum matris ſuæ*; rurſùm exani-
mata eſt, ſiue à gaudio propter repertum ſpon-
ſum; ſiue à formidine ex ſomnio concepta; quòd
ne quidem cogitare poſſet de amiſſione dilecti,
etſi per fabulam, & phantaſiæ ludibria: atque
ſecundò quieti cùm indulgeret, iterùm ſponſus
filias Hieruſalem adiurauit, ne dormienti obſtre-
perent.

17\. Euigilantem autem cùm extra vineam ad pa-
tentiora ſpatia duxiſſent, veſtimentorum incre-
dibilem fragrantiam à gutta, caſia, ſtacte, domi-
bus eburneis miratæ in loco vaſtæ ſolitudinis,
Ibid. v 6. prætereuntium turbæ: *Quæ eſt iſta* (aiunt) *quæ*
aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi, ex aro-
matibus myrrhæ, & thuris, & vniuerſi pulueris pig-
mentarij? Et quò ſe recrearent matronæ, atque
virgines, ſermonem inſtituêre de apparatu ſo-
lenniſſimo eius diei, quo Hieroſolymam in lares
ſponſi deducenda eſſet: non enim poterat fe-
mineus animus non erigi ad tam faſtuoſa: com-

P. Sherlogi Anteloq. in Cant.

parant autem præſentis pompæ geniale fere-
trum, cum lectica in diem traductionis præpara-
ta: *En lectulum Salomonis ſexaginta fortes am-* Ibid. v.7. & 8.
biunt ex fortiſſimis Iſrael; omnes tenentes gladios,
& ad bella doctiſſimi, &c. Vides hunc tam ſuper-
bum præſentis ſpectaculi ornatum, & ſtipatam
flore militiæ nuptialem rhedam? Sed, quid hu-
ius carrucæ opus cum illius fabrica, qua vehê-
ris, cùm ad ſponſi penates perferenda fueris?
Ferculum fecit ſibi Rex Salomon de lignis Libani: Ibid. v.9. & 10.
columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureũ,
aſcenſum purpureum; media charitate conſtrauit
propter filias Hieruſalem. Ac, velut habeant ob
oculos diem ipſum traductionis, iámque coram,
& in conſpectu eſſet pompa admirandæ gloriæ:
Egredimini (aiunt) *filiæ Sion, videte Regem Salo-* Ibid. v 11.
monem in diademate, quo coronauit illum mater ſua
in die deſponſationis illius. Tanquam dicant: Tunc Ferculi, quo traducenda ſponſa, deſcriptio.
vnicè tempus egrediendi: nam hæc, ad quam
modò egreſſæ eſtis, pompa, charáſque reliquiſtis
domos, Libani eremum toleraſtis, illi ſi compa-
retur oſtentationi, vix pompæ aſſimilatio fuerit.
Et quoniam propter deliquium ſponſæ nuptiale
conuiuium interruptum fuerat! Hymenæúſque,
qui ſponſi, eiúſque nuptæ laudes præcipuè tangit,
cantari non poterat; iuſſi apud vineam, omiſſum
conuiuio geniale carmen inſtaurare, nubentéſque
altiori muſa attollere: illi encomia aggreſſi con-
iugum, iis tantùm Canticorum quartum caput
abſumunt, variis hinc inde ductis ſimilitudinibus
mirificè elegantibus, quibus nubentium, & quæ
animi, & quæ corporis ſunt dotes, politè deſcri-
bunt: atque in Principis fauorem, ſponſam hor-
tantur, vt Hieroſolymitanum ſplendorem, Libani
vaſtitati, & fragoſitati præponat: *Veni de Libano,* Cant. cap.4. v.8.
ſponſa mea; veni, coronaberis de capite Amana, de
vertice Sanir, & Hermon, &c.

Atque iſtis abſoluitur ſecunda Actio Epitha- 18.
lamij, & dramate & comœdia mixti: quæ com-
prehendit matrimonium ſponſi, ſponſæque; epu-
lum ſecundum ex memoratis hoc Cantico, pri-
mum ex nuptialibus, potiſſimúmque; ſponſæ bi-
na deliquia, ſponſi amatorias ludificationes, pro-
greſſum in vineam, ſomnij, in quo ſponſus amitti-
tur, narrationem, prætereuntium ſtuporem de
ſponſæ fragrantia, vehiculi nuptialis picturam,
nubentium denique laudationes, & encomia:
quæ omnia vendicant ſibi à verbis illis capitis
ſecundi: *Sub vmbra illius, quem deſideraueram*
ſedi, &c. vſque ad poſteriora verba capitis quarti
Canticorum.

SVBSECTIO V.

Actio tertia conuiuium offert: ſponſus amittitur iterum ob ſponſæ culpam: inuenitur cum labore: laudibus mutuis certant noui Amantes.

AB initio capitis quinti Canticorum Inchoat 19.
tertium epulum: hoc quidem non intra
domum, quemadmodum quod præceſſit ſym-
poſion, celebratum ipſo fœderis, & coniugij die;
ſed in horto in primis amœno, quem Muſici,
dum Hymenæum canerent, deſcripſerant ſub
calcem antecedentis capitis quarti: *Hortus con-* Ibid. v 12.
cluſus, fons ſignatus: emiſſiones tuæ, Paradiſus ma-

lorum punicorum cum pomorum fructibus, Cypri cum nardo, &c. Rogat sponsa dilectum principio capitis quinti, ne differat hortum inuisere:
Cant. 5.1. *Veniat dilectus in hortum suum, & comedat fructu pomorum suorum*: Inuaserat enim feminam cupido spatiandi per tam cultum viridarium: Paret amatæ votis, amicit sponsus: & discedens ex vinea (qua consederant supra sub finem capitis secundi) cum omni comitatu nouâ nuptâ, præstolabatur ad fores pomœrij venientem dilectus, vtque appropinquantem sensit, obuiam procedens: Ecce, inquit, ego *veni in hortum meum, soror mea sponsa, messui myrrham meam cum aromatibus meis*: de quibus epulantes coronæ discumbentium texerentur: habeo vniuersa parata: nec repuli, quæ obtulerunt agrestia dona turicolæ cum pastoribus, *fauum cum suo melle, vinum cum lacte: Comedite, amici, & bibite, & inebriamini, charissimi*: Postquàm opiparè cœnatum fuerat, noctisque transacta pars bona; gaudio ipso ludisque fessi, cubitum iuêre tandem.

20. *Sponsa secundum somnium.* Postera luce, surgentibus de strato omnibus, sponso quoque, vna in thalamis remansit sponsa: accurrêre, visendi gratia, matres, atque nurus, innuptæque puellæ, siluratáque Regina, mœstam contemplatæ, an bene dormiuisset percunctantibus:
Ibid. v.2. *Ego* (inquit) *dormio, & cor meum vigilat.* quippe terruerant eam horribiles amanti visus, & iteratò soporatæ obiectum sponsum amissum fuisse, & dolebat eò magis, quòd ipsa abeundi causas dedisset: Certè (inquit) ô amicæ meæ putabam, illum animæ plusquàm dimidium intempesta nocte ad meam ianuam pulsitasse: ego autem mulierum ingratissima aperire
Ibid. v.3. renuens inquiebam: *Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illâ? Laui pedes meos, quomodo inquinabo eos?* Exsurrexi tandem: sed ille iustè iratus abierat: quæsiui absentem per tenebras, per theristri spolium, per plagas & vulnera; non inueni, neque nunc præsentem intueor; non surgentem de accubitu sensi: Heu! si non somnia hæc,
Ibid v.8. sed veritas: *Adiuro vos, filiæ Hierusalem, si inueneritis dilectum, vt nuncietis ei, quia amore langueo*: Terrebant feminæ mentem de sponso amisso tam crebræ imagines, quoniam felicitati suæ nondum satis credebat: putabat fieri non posse, quin grandia aliqua tempestas exoriretur, quæ etiam firmata connubia dissolueret: de hoc cum interdiu frequentiùs cogitaret, redibat nocturna imaginatio ad diurnos actus, vt moris est: qui autem circumstabat feminarum chorus, totus ex nobilitate, cùm probè scirent, nulla re sic recreandum spiritum languentis, atque auditis dilecti laudibus; cùm turbatam aliquantùm viderent ab amore, timoréque simul; neque satis vigilē ad ea, quæ dicerentur, fingunt se nescire, qualis sit dilectus illius, ab eáque edoceri vellet:
Ibid. v.9. *Qualis* (aiunt) *est dilectus tuus ex dilecto, ô pulcherrima mulierum, quia sic adiurasti nos?* Ad ista sui satis compos subitò facta, describit eum,
Ibid. v.11. quem amabat à vertice ad plantas: *Caput eius aurum*, & cætera, quæ claudūt caput quintum Canticorum: Cùmque iam ad se integrè reuersam cernerent ob celebratum sponsum coram lectissima corona, tacitósque audientium plausus, vt non aliud quàm somnia fuisse mentis cogitationes planè animaduerteret, ipsam interrogant,
Ibid. v.17. quis habeat sponsum locus, enarret: *Quò abiit dilectus tuus, ô pulcherrima mulierum? quò declinauit dilectus tuus, & quæremus eum tecum?* Vt, quæ se Magistram adsciri ab omnibus, quæ reperiret amatum, perspiceret, certò nosset, non amissum illum; sciebat illa quidem, sed amor tenebras manifesta in luce attulerat, & vt nouerat, ita
docuit: *Dilectus meus descendit in hortum, ad areolam aromatum, vt ibi pascatur in hortis, & colligat lilia.* Cant. 6.1. Quæ cùm proloquuta fuisset, exurgunt vniuersæ, relictoque cubili descendunt è campestri domo ad pomœrium.

Interim de his omnibus, quæ in sponsæ thalamo acciderant, delatus ad sponsum rumor 21. non fictus: atque ille, partim, quòd afflictam erigere cuperet; partim, vt & dolori de sua absentia, encomiisque pares gratias rependeret, vt vidit descendentem sponsam, proximiùs accessit, elogiúmque dixit, compendiosum quidem; sed quod breui epitoma, præcipua quæque feminarum encomia contineret: *Pulchra es, amica mea, decora sicut Hierusalem*: Ibid. v.3. Aliáque, quæ caput 6. Canticorum suppeditabit: Sed illud supra modum confortauit sponsam, quòd eius amor potissimas sedes apud sponsi affectum occuparet: non adolescentularum aliqua, non de concubinis; sed nec Reginarum quæpiam ad hanc accessura: *Vna est columba mea, perfecta mea; vna est matri suæ, electa genitrici suæ.* Ibid. v.8. Sponsi exemplum sequutæ matronæ, atque virgines, laudauerunt pariter & ipsæ: *Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt castrorum acies ordinata*: Ibid. v.9. Exigua sententia, sed mysteriis grauida, sponsæ vsque in eam diem incrementa complexa: quibus tot, tantísque laudationibus illa pristinæ integritati penitùs restituta lætissimam eam lucem agit cum sociabus Heroinis.

Atque hic finis tertij conuiuij, atque Actionis, quæ quidem exordium habuit à verbis illis capitis quinti initialibus? *Veniat dilectus in hortum suum*, &c. finiuit ad verba illa capitis 6. *Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora*, &c. Claudebat epulas intra viridarium celebratas, somnium sponsæ secundum de amisso compare, & vix inuento: encomium dilectæ à nuptæ ore: huius rursus elogia, laudatore sponso, laudatricibusque tota nobilium feminarum caterua. 22.

Svbsectio VI.

Actio quarta dat ex conuiuiis quartum: sponsam terret bellorum rumore: præbet triumphi speciem: sponsa prolem optat: deliquio exanimatur.

Altera iam aderat dies: & quoniam abeunte Aquilone Auster mitior ventus perflabat hortum, fluebant aromata, & omnis voluptas in pomœrio erat, accusabatur nox, quòd tardior iret, & tam pulchram telluris varietatem absconderet: Descendit itaque sponsa *in hortum nucum, vt videret poma conuallium, & inspiceret, si floruisset vinea, & germinassent mala punica*: Cant. 6. 10. Sed descendit nunquam flebilior, quam tum non iam terrebant insomnia, sed verum nuncium: Quippe Salomon Palæstinæ Imperator, & Regum multorum Rex, *expletis viginti annis, postquam ædificauit domum Domini, & domum suam* (vt 2. Paralip. cap. 8. scriptum) *abiit in Emath Suba, & obtinuit eam: omnem populum, qui derelictus fuerat de Hethæis, & Amorrhæis, &* 23.

2. Paralip. 8. 1. Salomon Chananæorum reliquias delet.

Pherezæis,

Pherezais, & Heneis subiugauit Salomon in tributarios vsque in diem hanc. De qua belli expeditione Iosephos libr. 8. Antiquit. cap. 6. *Salomon Rex* (ait) *reliquias Cuananaorum, qua Libanum montem vsque ad vrbem Amathen incolebant, & imperium eius detrectabant, sub ditionem suam redactos, tributum pendere coëgit:* In hæc igitur tempora, quibus Libani incolæ rebellionem aduersùs Salomonem cogitabant, verosimile est sponsæ genialem incidisse lætitiam: quoniam autem illa sæcula ferebant ex quadrigis in acie dimicari, *misit Princeps populi*, Salomon, videlicet, currus, atque equitatum contra refractarios, atque

Ibid.v.15. *hæ quadriga Aminadab*, id est, *Principis & ducis populi*, quæ sponsam conturbatant: nisi fortasse Irami Tyriorum Ducis hæc bella fuerint, quem in castra sponsus sequeretur, de cuius pugnis Iosephos eodem lib. 8. cap. 5. Sed quid illa dolebat? Patriæ suæ excidium fortasse, & non profuturos Chananæorum conatus aduersùs potentissimum Monarcham? Mouebant hæc sanè; sed vulnus

Sponsa bellorum rumore conterrita. hoc ferendum; intolerabile illud, cùm cogitaret sponso ex necessitate in bella abeundum: neque enim eius stemmatis nobilitas, neque ipsios virtus; sed nec fides, amórque in Regem aliud sustinebat: Sciebat quidem de fortissimis Israel, & *in millibus electum*; sed pensitabat incertos belli euentus, & non raro strenuissimos duces infortunatè ad ictum imbellis militis cadere: Ergo quadriga Aminadab turbauit; Quidni enim? *Nesciui* quippe; vix cognitus mihi sponsus; vix didici, qualis sit; & ecce auellitur à nobis, fortè nunquam reuersurus: Me miseram prius viduam, quàm coniugem! Sic illa & de lugentium more solitaria petebat pertinax, vt semel atque iterum

Cant.6.12. reuocasse necessarium fuerit. *Reuertere, reuertere, Sulamitis; reuertere, reuertere, vt intueamur te:* Atque hîc primùm prodit nomen proprium sponsæ; hactenus enim per appellatiua nuncupata est, *columba, soror, amica, dilecta, pulcherrima mulierum*, & similibus aliis vocibus monstrata; nunquam non hoc nomen, quod ab initio illa sortita; sed à marito Salomone dicta est Salomonia, & honoris caosa, & in beneficiorum memoriam; nomen autem priscum potuit esse, quod Septuaginta

Sponsæ duo nomina. Seniorum versio correctior præfert: *Sunamitis*, nempe, à nominis significatione, quod apud Patres aliquos *despecta, & captiua* intelligitur: vel, vt alij fortasse aptiùs, *coccineam* interpretati sunt, quòd cocco paludamenta, vestésque alias inficere nouerit.

24. Igitur à mœrore victam cùm matronæ, sociæque virgines animaduerterent, belli formam fingunt, quò hilaresceret, triumphatricémque

Cant. 7. 1. ad sponsum ferunt, quem sic alloquutæ? *Quid videbis in Sulamitide, nisi choros castrorum?* An non comitatus bellicus, magis quàm puellaris, ô Princeps? Cantant deinde ad longum victricis laudes à vestigiis exorditæ: quibus maior pars septimi capitis absumitur. Sed, cùm illa sponsum contuita, non adeò hilarem vidisset, cognouit à suo dolore mœstum: finxit igitur citò alios vultus: & postquàm in crastinum destinauit vi-

Ibid.v.12. neas petere, quò sciret, *si floruissent, si flores fructus parturiissent, si florebant mala punica*: inuitat ad conuiuium: parauerat autem epulas in domus vestibulo propter vernam temperiem; atque ab odore mandragoræ propè adesse epulis

Ibid.v.13. destinata loca intelligens: *Mandragora* (inquit) *dederunt odorem: in portis nostris omnia poma: noua & vetera, dilecte mi, seruaui tibi:* Hîc inter

epulandum vt marito blandiretur, iam sibi ad felicitatis cumulum nihil deesse ait, nisi vt fausta & beata proles virilis ex tam fortunato connubio nasceretur, & certè talis omninò, quæ pa-

Cant.8.1. trem ad viuum exprimeret: *Quis mihi det te fratrem meum, sugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris,* &c. Atque vt illa multùm dissimu-

Sponsa prolē masculam exoptat. lauit mœrorem, quem incusserant quadrigæ Aminadab, ne sponsus contristaretur: at non tanto mœrori ferendo satis virium femineo animo nimiùm amanti: succubuit tandem, sed cum arte, ne toties genialem lætitiam interturbaret: & finxit vinci à sopore: cùm tamen à deliquio superata fuisset, tertióque in sponsi sinu requieuit:

Ibid. v.3. brachia eius postulans: *Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me:* Admouit ille pectori placidè, & soporatam sentiens, quoniam Solymitanæ nurus inprimis de eius sanitate sollicitæ erant, adiorauit *per capreas, ceruósque cam-*

Cant.8.4. *porum*: ne nimia cura molestæ essent, & aut vocibus, aut ambulatione, & discursibus per thalamum suscitassent, donec ipsa vellet: nisi potiùs ab exultatione hic languor, quoniam absoluta fuisset nuptiarum pompa, & gaudiorum apex, traductio in domum sponsi, iam propè in ianuis esset.

Atque his iam clauditur quartum, nouissimúmque huius Cantici symposion: tertia quoque sponsæ turbatio à quadrigis Aminadab, cum alias duas somnia peperissent. Habuit hic Actus initium à verbis illis cap. 6. Canticorum: *Descendi in hortum nucum, vt viderem poma conuallium:* Accepit coronidem à verbis illis cap. 8. *Adiuro vos, filiæ Hierusalem:* Compactus ex fine capitis 6. initio octaui, & toto septimo capite: inuoluit consternationem sponsæ à quadrigis, & equitatu Principis populi: triumphum sponsæ inter Heroïnas nuptiarum comites, & profusam earumdem laudationem, epulas in domus adito & ingressu, prolis masculæ votum: somnum denique inter dilecti sui brachia. 25.

SVBSECTIO VII.

Epilogus Canticorum, populorum de sponsæ gloria stuporem repræsentat; sponsæ data monita aduersùs formæ insidiatores: vineam dotalem commendat: nuptialem conuentum aspergit.

POstquàm è somno expergefacta sponsa, in apertiorem auram, liberiorémque ducendam existimauit vir eius, quò spiritum recuperaret: neque enim latebat eam malè habere: ergo ad alios paradisos & pomœria iter accinguor omnes, ad quos vt deuenerunt, posteà sponsam dilectus ad canendum prouocauit, quoniam intra hortum res erat, non in publicò, & amici tantùm auscultabant: sed antequàm viridarium attingerent, placuit per montem, eremúmque aliquandiu vagari: & certè Reginas etiam, & quantumcumque delicatas, teneràsque, gradientes pedissequæ solùm suffulcire solitæ: De Esther 26.

Esther 15.6. habes cap. 15. *Assumpsit duas famulas, & super vnam quidem innitebatur, quasi præ deliciis, & nimia teneritudine corpus suum ferre non susti-*

nens: altera autem famularum sequebatur dominam, defluentia in humum indumenta sustentans. Sponsus igitur, quò amoris erga dilectam magnitudinem palàm faceret vniuersis, non aliquam de Heroinis quidem, quæ fecissent ex animo; non de Optimatibus quempiam passus sponsam iuuare euntem per solitudinem; ipse brachiis se supposuit, ipso innixa ferebatur deliciarum plena: Magno fuit hæc res stupori nobilibus, & inuidebant Heroïnæ omnes ratum in maritis affectum: sed prætereuntium ruricolarum turbæ in primis admirabantur, tam teneram modò, tam non ambulare valentem, nisi Principis humeris incumbentem, quam nouerant non multò anteà Soles pati scientem, & hœdos ad pastum ducere, & vineis excubias agentem: Attonitæ itaque nationes: (Cant. 8.5.) *Quæ est ista* (dicebant) *quæ ascendit de deserto deliciis affluens, innixa super dilectũ suum?* Ne autem à tanta populorum admiratione superbiendi occasionem captaret, reuocauit sponsus in memoriam vitæ exordia, primósque natales pauperes satis atque obscuros, fortasse acceptâ ingeniosè ansâ à pomifera arbore, sub qua inter ambulandum paululùm consederant: (Ibid.) *Sub arbore malo* (ait) *suscitaui te: ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua.*

27. (Sponso monita aduersùs procos data.) Et quoniam iam genialis pompa in occasum pergebat, stabàtque tempus, quo ex Libano Hierosolymam transferenda esset noua nupta in mariti domum: putauit adolescentulam teneræ ætatis, & aulæ fraudibus inassuetam, præceptis communiendam aduersùs vrbanos, Palæstinos præsertim, pudicitiæ acerrimos oppugnatores: (Ibid. v. 6.) *Pone me* (ait) *vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum*: totam te possideam solus intùs, forísque: Et quidem ille de feminæ probitate satis confisus; sed aulicorum artes, & faciei peregrinus decor timidum faciebant.

(Helena Paridi.)
De facie metuit, vita confidit, & illum
Securum probitas, forma timere facit.

Et ne in vanum formidare putet, procorum quàm sit vehemens flamma graphicè delineat: cui neque mors terrori sit, non Inferorum domus, non vnquam satietur, quæ flocci faciat omnem substantiam profudisse, si per bonorum absumptionem concupitis potiri liceat: (Ibid. v. 6. & 7.) *Quia fortis est, sicut mors, dilectio; dura, sicut Infernus, æmulatio: si dederit homo omnem substantiam domus suæ, &c.* nisi iis verbis, zelotypiæ non ferenda vis, magis expressa; neque posse apud Moysis sectatores adulterium delitescere; sed infami adulteræ morte palàm fieri vniuersis, Numerorum cap. 5. (Adulterij pœna apud Iudæos.) *Et inflato ventre computrescet femur, eritque mulier in maledictionem, & in exemplum omni populo:* Quæ quoniam illa, nondum satis docta ritus Hebræorum, adhuc forsan ignorabat, declarauit asperâ & vrgenti phrasi, & ad terrorem compositâ sponsus; non posse quippe via aliqua liberari ab infami, enormíque supplicio, quæ adulterio consensisset.

28. Audierant sermonem sponsæ consanguinei, & affines, déque non committendo adulterio illi securi quidem sua æstimatione; nouerant enim retroactam cum omni sobrietate & modestia ætatem; sed timebant à repudij libello, quem non rarò, ob non nimiùm graues causas ab Hebræis datum vxoribus, audierant: quid, si Princeps pertæsus amorum facilè dimisisset? Ausi igitur sunt postulare, ne tam subitò Hierosolymam, suásque in ædes ferret; sed relinqueret cognatis erudiendam adhuc: vsque nunc eadem eloquentia, quâ sponsi animum vincere conati sunt ante lustratas nuptias, vbique falsâ immaturæ speciè ætatis decipere aggressi, iterant modò: (Ibid. v. 8.) *Soror nostra paruula, & vbera non habet: quid faciemus sorori nostræ in die, quando alloquenda est?* Quòd si Principi fixum sit, non diutiùs Libano stare, sed necessarium sit Metropolim petere; facturos eos, vt sponsa sarta, tecta sit, nemínique ad eam pateat aditus: quippe firmanda omnia, obstruendáque, & propugnaculis murum, & ostium cedrinis tabulis, quæ fissuram, aut rimam non admittunt, muniendum: At sponsam pudebat de affinium conatibus; neque opus esse custodia, vigilibúsque, ex quo pacem, felicitatémque, coram tali Principe illa consequuta sit: *Ego* (ait) *murus, & vbera*, mollissima mei pars, turritam fortitudinem induent. (Ibid. v. 10.)

29. Sic, dum sermocinarentur, & Princeps, & noua nupta, & consanguinei illius; non iter illis longum, non hora prolixior; fefellerat omnia colloquium, & apparet inopinatò viarum meta, alter, quem petebant, hortus vineæ coniunctus: (Vinea, quæ sponsæ dos.) erat autem vinea hæc, quam pro dote sponsæ dederat Princeps: sic enim ferebat vsus, maritum dotem pendere: Qua præter spem conspecta: non enim tam propè esse putauerat; *Vinea* (ait) *mea coram me est.* (Ibid. v. 12.) Atque sponsi erga se amorem, liberalitatem pariter summam commendare volens, describit celeberrimam in vniuersa Palæstina vineam, quam sponsus ad Hierosolymitana suburbia positam habebat, quippe *vir affert pro fructu eius mille argenteos*: at potiorem hac donatam se vinea, cùm præter *mille argenteos*, quos possessor colligeret, *ducentos* lucrarentur illi, *qui custodiunt fructum eius*: Sponsam igitur in eam contulisse quidquid in possessionibus optimum & præclarissimum haberet, vt non mirandum, si tam magnifico benefactori fidem indemnem perpetuùm seruaret: Vineam ingressi, ad hortum delati sunt, quòd ea pars agrorum cultior, & speciosior esset: hîc cùm amœno loco accubuissent, sponsus luminibus in omnem partem versis, cùm non adesse aliquem de exteris conspicaretur, sed domesticos esse cunctos, atque amicos, sponsam obsecrauit, vt dulce aliquid & iucundum cantillaret: *Quæ habitas in hortis*, (ait) *amici auscultant, fac me audire vocem tuam*: (Ibid. v. 13.) Illa paruit hilariter, & astutè simul: nam, cùm nõ aliud tam cupere sponsum sciret, atque vt noua nupta oblivisceretur populum suum, & domum patris sui, cúmque eo Hierosolymam ouans & victorialiter traducta pergeret, hoc ipsum sibi cordi esse finxit; & velut moram sponsi reprehensura, quòd nimiùm apud Libanum pausaret: *Fuge, dilecte mi*, (ait) *& assimilare capreæ, hinnulóque ceruorum super montes aromatum.* (Ibid. v. 14.) Fuge, dilecte mi; dissolue cœtum nuptialem, accelera, festina; & sponsæ tua dulcissima comitatus, instar hinnuli ceruorum, qui charam genitricem ambit, quocunque illa pergat, transcende Libani iuga, relinque eremum, & posthabe Salomonis aulæ gaudenti, opulentæ, nobili: tædet vlteriùs in loco isto stare, locò horroris & formidinis, vbi *cubilia leonum, & montes pardorum*: (Cant. 4. 8.) anhelat illuc animus, vbi cum Rege pacifico commorantur iustitia, & pax, opes superbæ, & deliciæ filiorum hominum: millia millium ministrant ei; & cùm satellitum infinitus sit numerus; nulla tamen est in multitudine confusio: verùm tam mirabilis ordo, vt præ stupore Sabæorum Reginam penè spiritum amisisse referant.

referant: Duc me (animæ meæ delicium) in hanc beatam regionem: fuge, propera, vince celeritate *capreas, hinnulósque ceruorum*; vince Euros, & sagittas: moriar si tantillùm moreris. Ita illa cantauit, & ad eius musicam genialis pompa finita est, Epithalamium siluit.

30. Cuius hæc nouissima portio, quæ catastrophæ vicem gerit, incepit ab illis verbis capitis octaui, atque vltimi: *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, delicijs affluens*, &c. traxit secum vsque in postrema capitis eiusdem verba: clausit admirationem gentium de sponsæ delicijs, iter in nouum pomœrium, sponsi monitionem ad nuptam nouam de cauendis aulicorum insidiis contra formam, & pudicitiam eius, vineæ dotalis cum Hierosolymitana æquiparantiam: denique cantum sponsæ intra hortos, & cum vocis eius silentio totius apparatus finem.

SECTIO II.

Salomonis Cantici spiritale & mysticum propositum quale, quàm varium?

QVONIAM hæc Sectio, quod varia amplecteretur, quæ sine incommodo diuelli non poterant, nimiùm excreuit; quemadmodum antecedentem Sectionem in plura membra partiti sumus, sic & hanc diuidere operæpretium duximus.

SVBSECTIO I.

Quis Ecclesiæ sponsus? & qualis ipsa, antequàm desponderetur Christo?

31. SVb Tiberij Cæsaris imperio, procurante Pontio Pilato Iudæam, adolescens *speciosus forma præ filiis hominum*, natione Hebræos, lare Bethlehemiticus, Virgine, Deóque prognatus; Christus, quia vnctus; Salomon, quia pacificus, dictus; dignitate Rex Regum, & Dominus dominantium; hic tantus, talísque, *postquam pertransiit benefaciendo, & sanando omnes oppressos*, à ligno pendens, sopésque arborem vitæ positus *dilexit Ecclesiam, & se ipsam tradidit pro ea, quam acquisiuit sanguine suo*: Erat autem hæc coniux eius, *prout Expositores Catholici communiter dicunt, Ecclesia, quatenus diuiditur contra Synagogam*; patria sponsæ Libanus, *mons arduus apud Phœnices superbo imperio gentiũ comparatus: vnde vel maximè sponsa hæc euocatur audiens vocem Christi dicentis: Veni à Libano, sponsa: veni à Libano, a cubili leonum, à montibus leopardorum, scilicet, vt horrentem idololatriæ syluam deserens, ac stabula immanium ferarum, Dæmonum quippe cubilia derelinquens, ad omnipotentis Dei cultum properet, eiúsque amplectatur fidem.* Genitrix illi superstitio: *Sub arbore malo peperit eam, ibi corrupta est mater eius, ibi violata est. Aut, si quis artifex faber de sylua lignũ rectum secuerit, & huius, quod ad nullum est vsum, sculpat diligenter per vacuitatem suam, & per scientiam suæ artis figuret illud, & assimilet illud imagini hominis, aut alicui ex animalibus comparet, perliniens rubrica, in pariete ponens illud, & confirmans ferro, ne fortè cadat, sciens, quia non potest adiuuare se: imago enim est, & opus est illi adiutorium: & pro sanitate quidẽ infirmum deprecatur, & pro vita rogat mortuum, & in adiutorium, inutilem inuocat.* Hæc idololatriæ origo & natiuitas, nónne sub arbore quidem?

Ecclesia Catholica sponsa Canticorum.

Ephes. 5. & Actor. 20.

Lyran. ad v. 1. Cant. Gaudent. tract. 8.

Sap. c. 14.

Sherlogi Anteloq. in Cant.

32. Genitor eius Princeps superbus, *qui aduersatur, & extollitur supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur; ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus*: conatus sedere in monte testamenti, & in lateribus Aquilonis; officio meretrix & fornicaria assueta in hortis habitare, & vineas custodire, vbi *sub omni ligno frondoso prosternebatur*: & in omni colle sublimi, & inter syluarum nemora atque lucos pascebat hœdos lasciuientem gregem atque petulcum genus, *ædificans lupanar in cunctis plateis, ad omne caput viæ signum prostitutionis attollens*, abiénsque post greges sodalium. meretrix proinde spiritaliter quemadmodum & colore super carbonem denigrata, inops & esuriens adeò, vt cuperet de siliquis saturari, & nemo erat qui dabat: nomen vetus derelictæ & sterilis atque prostitutæ; nouum honoris & gloriæ à Christo *Christiana* dicta. At, quomodo tam sapiens, tam formosus iuuenis, nudam, adulteram, fœdam concupiuit: próque ea se tradidit in mortem acerbam? *Sanè vt illam sanctificaret, mundans lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi; sed, vt sit sancta & immaculata. Amata est fœda, ne remaneret fœda; non enim verè fœda amata est, quia non fœditas amata est: nam si hoc amaret, hoc seruaret: euertit fœditatem, seruauit pulchritudinem. Ex captiua libera, ex peregrina ciuis, ex vilissima Regina & sponsa Creatoris, Verbi Dei Christi benignitate effecta. Laceris quondam obsita pannis, nunc in vestitu deaurato Regi assistens.*

2. Thess. 2.

Ezech. 16.

Ephes. c. 5.

Aug. in Ps. 44. initio.

Apponius lib. 1 in Cant. initio. Theod. ad illa cap. 1. Cant. Nigra sum.

33. Et inuidebant cognati omnes, sorores, atque fratres ex matre Synagoga: acerbè loquebantur, quoniam Æthiopissam duxisset, eam, quæ Dæmones anteà miserè coluisset, eorúmque cultu fœdata nigrum colorem contraxisset; veriti, ne propter hanc à Moyse recederet, *quoniam lex per Moysem, gratia & veritas per Iesum Christum*: potuitque tandem odij magnitudo formosissimum iuuenem Barabbæ postponere, *& lignum mittere in panem eius*; sed non charitatem erga sponsam minuere, nedum extinguere; pro qua triginta tribus annis seruiuit *in labore, & ærumna, in vigiliis multis, in fame & siti, in ieiuniis multis, in frigore & nuditate*; & videbantur ei pauci præ amoris granditate; & hæc, quæ ille patrarat vsque in diem desponsationis, & lætitiæ cordis, quando sæua nouerca coronauit diademate ludibrij flagellatum priùs, spinis factum verticem transfigentibus.

Theod. ibid.

SVBSECTIO II.

Proœmium Ecclesiæ varios affectus in triduo mortis Christi ostendens.

SEd abiit ille liberaturus populum, qui sedebat in vmbra mortis, rediturus ad nuptias cum stola immortali victor tumuli, & mortis; Nec diu sanè moratus, nisi amaret, quæ expe- 34.

 ctabar,

ctabat, & amanti nulla breuis mora. Leuabat igitur manus puras ad Patrem ſponſi orbata coniux, & orabat humilis: *Non dabis ſanctum tuum, Domine, videre corruptionem*: Quin magis pro eo, quòd laborauit anima eius, videbit & ſaturabitur, & erit *ſepulcrum illius glorioſum. & dominabitur à mari vſque ad mare, a flumine vſque ad terminos orbis terrarum: omnes gentes ſeruient ei*: Iam ſatis dormiuit: veniat deſideratus Gentibus,
Cantic. 1. *& oſculetur me oſculo oris ſui!* Non, ſi ad me Moyſem, aut aliquem de Prophetis mittas, Pater, ſatiabor: non, ſi Angelus de cœlo euangelizet:
Ibid. v. 2. *quia nemo ſic locutus eſt ſicut ille: Diffuſa eſt gratia in labiis eius*: Illius vbera concupiſcu, *quia meliora ſunt vino*, & duritie legis, *quippe fragrantia vnguentis optimis*, ſuauitate delibuta: Quidni & oſculo & vberibus dulciſſimus, cuius *oleum effuſum*, nomen? Propterea *adoleſcentulæ*, imperfectæ etiam & nouitiæ animæ, quæ omnia metuunt, dilexerunt illum: Quòd ſi nondum venit hora, qua ſolutis inferni doloribus glorioſus procedas ex monomento, ſaltem hoc anime di-
Ibid. v. 3. lectæ tuæ, vt pergam ad te: *Trahe me*: ibimus per mortem, per ſepulcrum, vt tecum iungamur: *curremus in odorem vnguentorum tuorum*: quia melius eſt nobis mori apud te, quàm viuere ſine te: Atque hæc dicebat illa, *plorans in nocte, & lacryma in maxillis eius*, cùm miſeratus Rex ſponſi Genitor, *introduxit eam in cellaria ſua*, quæ ſunt Scripturæ ſanctæ: ibi contemplata eſt, quemadmodum dilectus veniens veniret, & non remoraretur: ſed poſt triduum rediret diues & abundans, accepturus omnem poteſtatem *in cœlo, & in terra*, vt in nomine eius omne genu flectatur: gauiſa eſt, nec potuit voluptatem non exprimere: *Exultabimus, & lætabimur in te, memores vberum tuorum ſuper vinum.*

35. Sed audierat neſcio quos contumeliæ ſermones aduerſus abſentem ſponſum: ſeductorem enim
Matth. 27. v. 63. vocabant: *Recordati ſumus, quia ſeductor ille dixit adhuc viuens: Poſt tres dies reſurgam*: & velut conſolatura eum, quem amauerat: *Recti* (ait) *diligunt te*: Sufficit, ſi ament boni: laus eſt malorum inuidia: Verùm & ipſam, quæ de circuncisione erat, congregatio mordebat acriùs: ſui quoque
Cant. 1. 4. defenſionem aggreſſa: *Nigra ſum* (inquit) *ſed formoſa*: neque enim apud gentes vllo tempore defuerunt vero Numini, qui famularentur: Sunt apud nos & pelles ſpecioſæ Salomonis, quamuis maxima portio de Cedar & tenebroſis: habet tamen culpa noſtra, quod gratiam aliquam conciliet: errauimus quidem; at ſecuti ſumus Aſtrorum Deum, mundi oculum, Planetam fulgentiſſimum. *Decolorauit nos ſol*: non ſicut vos vitulini capitis adoratores ſtupidi fuimus: Ad hæc Philo-
Ibid. v. 5. ſophi, *filij matris meæ, poſuerunt me cuſtodem in vineis*, vt inter lucos, intérque nemorum opaca Diis, quos fecerant manus hominum, ſacrificarem: ipſi, qui ſcientiæ clauem habuerunt, decepe-
Rom. 1. rant me; *propter quod reuelata eſt ira Dei de cœlo ſuper impietatem eorum, quoniam veritatem Dei in iniuſtitia detinuerunt, quia quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt illis.*

36. Sic diſputabat pro dilecto, pro ſemetipſa; cùm rurſum tædiorum impatiens pro die nuptiarum ſupplicat, Paracliti, nempe, luminoſi, calentíſque
Cant. 1. 6. aduentu. *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie?* Idque tantoperè auet ab ignorantiis cupida liberari, plenéque edoceri à gratiarum largitore: *ne incipiam vagari poſt greges ſodalium tuorum.* Sed amici monuêre, per Scripturarum lectionem, ſeniorúmque doctrinam, atque per creaturam mundi, Dei inuiſibilia cognoſci; nec fore vt labatur, ſodaléſque falſi fratres in errorem trahant, modò ſe ipſam noſcat, humiliſque ſit, & non *exaltetur cor, neque elati ſint oculi eius*: non poſſe ſemper ab ipſius ſponſi ore diſci vniuerſa; hunc ſecurum tramitem, donec perueniamus ad eum, & videamus *in lumine eius lumen*: *Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi poſt veſtigia gregum tuorum: & paſce hædos tuos iuxta tabernacula paſtorum.* Ibid. v. 7.

Atque his continetur Prologus Salomonis Cantici iuxta myſticam de Eccleſia interpretationem: à verbis quibus caput primum inchoat: *Oſculetur oſculo oris ſui*, vſque ad verba ea eiuſdem capitis: *Equitatui meo*: quibus clauſa Eccleſiæ, quam ſibi Chriſtus in paſſione deſpondit, ab eáque per mortem abierat, deſideria de celeri ex mortuis ſponſi ſuſcitatione, eiuſdem conſolatio ex Scripturarum intellectu citam eius, quem ardebat, promittentium reuerſionem; ſparſorum in dilectum, inque ipſam conuiciorum refutationem; genialis diei anxia vota, & amicorum ſalutaria monita; Eccleſiæ (inquam) contenta ratiocinia illius, quæ *noua, Catholica, ex gentibus* nuncupatur: *noua* ſanè, quòd à morte Chriſti originem accepiſſet, deletis Synagogæ ritibus: *Catholica*, quia vniuerſalis eſſet, & *illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum*; non quemadmodum prior illa vnius Prouinciæ limitibus circumſcripta: ex *Gentibus* denique; quoniam, etſi Apoſtoli, primíque ductores eius de circuncisione fuerant, proptereáque Patres non tardò Synagogam eius vocent matrem; tamen quia ſubintrauit illicò plenitudo nationum, & illi ipſi primi ductores non Synagogæ cæremonias, legéſque ſequuti; verùm illas, quas ſemper amplexata Eccleſia de gentilitate conflata, ideò de Gentibus ad differentiam Synagogæ nuncupata. 37.

SVBSECTIO III.

Actus primus ſacræ comœdiæ primum epulum, apparatúmque nuptialem complectens; & potiſſima Chriſti geſta ab anaſtaſi vſque in diem, quo aſſumptus eſt.

EXurgit tandem ſponſus, quia à morte teneri non poterat, ſponſámque alloquutus: *Equi-* 38.
tatui (ait) *meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te,* Ibid. v. 8.
amica mea: Aut, quia certè, vt quondam Pharaonem & exercitum eius demerſit in profundum; ſic modò triumphator redibat morte ſubacta, *mors mortua namque eſt*: aut, quia Sanctorum caterua comitatus, Regum Ægyptiorum pompam in quadrigarum multitudine referebat: Matth.
Nam monumenta aperta fuerunt, & multa corpora 27. 53.
Sanctorum, qui dormierant, ſurrexerunt: & exeuntes de monumentis poſt reſurrectionem eius, venerunt in ſanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Prima autem ſponſi ſtatio apud Matrem fuit: & quoniam in terris remanſurus erat adhuc per quadraginta dies loquens de regno Dei, agens de Sacramentis, de Hierarchiis, de ritibus in ventura tempora, imprimiſque tractans de ornanda ſponſa, cæteróque geniali apparatu in diem nuptiarum; hanc continuò adortus euntem, ge-

nas,

nas, collúmque satis decorata alebat, neque adscititiis artibus indigeic: [Cant. 1.9.] *Pulchra sunt genæ tuæ, sicut turturis: collum tuum, sicut monilia.* [*Christus repurgens Ma- ... apparet.*] Intelligebat autem Genitricem suam, pulcherrimam Ecclesiæ portionem, collúmque, per quam omnis gratiarum esca in corpus deriuatur: Huius, ipsæ genæ, turtures, seu faciei ornamenta; nam talia turtures: collum, monilia; id est, natiuus decor artificis opus superans: Quare, cùm in hac nihil inornatum, ad alia membra apparatus transferẽdus: quoniam autem principia illa, in quibus cum gentilismo dimicandum erat, egebant feruidis in primis verbi Præconibus, & qui tanquam carbones desolatorij, sagittæque ignitæ pertingerent vsque ad diuisionem animæ, pollicentur amici, videlicet, aut Angeli tutelares, aut Apostoli, *auri*, id est, feruoris, charitatisque, cum prædicationis argentato eloquio fidam coniunctionem: [Ibid. v. 9.] *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.*

39. Sed quodam die, cùm Simon Petrus, aliíque de nouellæ sponsæ Principibus ad Tiberiadis vada [*Apparitio Christi ad vada Tiberiadis.* Ioan. 21.12.] piscarentur incassùm per noctem, manè videndum se sponsus obtulit, inuitauitque ad mensam: *Venite,* (ait) *prandete: Et nemo audebat discumbentium interrogare eum: Tu quis es? scientes, quia Dominus est*, propter reuerentiam Magistri: De [Cant. 1.11.] his epulis sponsa: *Dum esset* (ait) *Rex in accubitu suo*, prandens, nempe, cum discipulis: *nardus mea dedit odorem suum*: placuit quippe ei humilitas, atque reuerentia erga eum, qua non ausa sum per quempiam filiorum, qui accumbebant rogitare: [*Sacramenti Pœnitentiæ institutio.* Ioan. 20. 22.] Tu quis es? Deinde refert, vt Sacramentum Pœnitentiæ in lapsorum gratiam instituit, cùm insufflauit Apostolis, & dixit: *Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt:* Declarauit autem eleganti metaphora à myrrhæ natura postulata, quæ amara est, & cruciatum potaturis generas, [Cant. 1.12.] nisi ad aculeata folia, ramósve potior allusio: *Fasciculus myrrhæ, dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* Atque vt corporis sui Sacramentum arcanum exhibuit euntibus in Emaüs, qui [Ibid. v. 13.] cognouerunt illum in fractione panis: *Botrus cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi:* His tam pretiosis accumulatam donis iam non dubitauit sponsus bis pulchram, & conspicuam no- [Ibid. v. 15.] minare: *Ecce tu pulchra es, amica mea; ecce tu pulchra es:* Et, quidni formosa, quæ botrum cypri [Zachar. 9. 17.] possidebat? *Quid enim bonum eius, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* At specialiùs tamen ob internam, externámque iustitiam; columbis assimilat ob fecunditatem in multiplici sobole bonorum fidelium.

40. Sed illa stupefacta admirabilem dilecti sanitatem, quem fuerat contemplata virum dolorum, & non habentem speciem, & velut leprosum reputauerat; [*Christi ex resurrectione gloria.*] nunc supra Solis claritatem, radiosum & micantem cernens; adeò, non hominem crederent de discipulis aliqui, sed existimarent se spiritum videre, turbati & conterriti ad fulgores immorta- [Cant. 1.15.] lis æui & decoris: *Ecce*, inquit, *tu pulcher es, dilecte mi.* Verè tu solus formosus; Non tibi, quo dormieras, mortis soporem, crucis insuaue stratũ, non sepulcralis rupes corruptionem attulit; sed [Ibid. v. 16.] florem iuuentæ, & immarcessibile robur: *Lectulus noster floridus est:* Vniuersa cedrina atque cupressina sunt immortalitatem spirantia: quomodo enim aliter ingressus fuisses vna Sabbathorum, cùm fores fuissent clausæ? *Tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina:* putredo, abito; procul esto, vermis & corruptela.

Et iam propè aderat tempus, vt ad Genitorem reuerteretur sponsus, alloquutúsque discipulos: 41. *Euntes* (ait) *docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, docentes eos seruare omnia, quæcunque mandaui vobis:* [Matth. 28.19.] Non enim ampliùs in solo Israel, notus Deus; sed in omnem terram exibit sonus eius, & cognoscetur in populis & nationibus: [*Mittuntur Apostoli ad prædicandũ.* Cant. 2. 1.] *Ego enim flos campi, & lilium conuallium*; cunctis mei copiam in posterum facturus: Venite ad me, omnes, qui laboratis, & onerati estis, sine vllo discrimine Iudæi, aut Græci, aut Barbari: *Vos autem sedebitis in ciuitate, quoadvsque induamini virtute ex alto:* [Luc. 24. 49.] Quare, ô dilecta, pete Hierosolymitanum cœnaculum, ibique latita paululùm, *Sicut lilium inter spinas*; sic ego relinquo te Synagoga vndique cinctam: Sed non terreamini, neque tu, neque pusillus tuus grex: quia complacuit Patri vestro dare vobis tandem regnum & victoriam: *Ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi.* [Matth. 28.20.] *Et eduxit eos foras in Bethaniam, & eleuatis manibus suis benedixit eis: Et factum est, dùm benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in cœlum:* [Luc. vbi supra.] *Ibat autem tinctis vestibus de Bosra, formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suæ:* [Isaias 63. 2.] Millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei: [*Ascensio in cœlum Christi.*] neque triumphi iucundior pars illa, qua ducebat captiuam captiuitatem; sed eminebat inter tantos ipse ab humero, & sursum *& non erat ei similis in omni populo:* Quare abeuntem ilsencomiis prosequuta sponsa: [Cant. 2. 3.] *Sicut malus inter ligna syluarum: sic dilectus meus inter filios:* Quasi enim infructuosæ arbores, & sine honore videbantur, Angeli, hominésque beati, huius si feminæ sponso iungantur.

Atque istis absoluitur prima Canticorum pars, 42. præparationem, & ornatum sponsæ pro die connubiali complectens à verbis illis capitis primi: *Equitatui meo in curribus Pharaonis, &c.* vsque ad ea verba capitis secundi: *Sub vmbra illius, quem desideraueram, &c.* quibus comprehẽduntur præcipua Seruatoris gesta ab anastasi ad ascensum in cœlos, videlicet, sanctorum corporum de monumentis suscitatio, Virginis Matris laudes, Præconum verbi partes, epulum cum piscantibus Apostolis. Pœnitentiæ Sacramenti institutio, panis in dominicum Corpus apud Emaüs transubstantiatio, sponsæ stupor de gloria & immortalitate dilecti, mandatum de Christo vbique annunciando, ascendentis denique pompa & triumphus.

SVBSECTIO IV.

Actus secundus prodit nuptias Ecclesiæ; eiusdem propagationem; secundum conuiuium; Imperatorum iras & persequutionem; pacem sub Constantino; sub eodémque felicissima incrementa.

POstquam igitur, videntibus Apostolis, Iesus eleuatus est, vt sederet ad dexteram Patris, 43. *& nubes suscepit eum ab oculis eorum, tunc reuersi sunt Hierosolymam à monte, qui vocatur Oliueti;* [Actor. 1.] & cœnaculum intrantes perseuerabant vnanimiter in oratione, donec optata Pentecostes luce exoriente, Ecclesiæ cum Christo nuptiæ cum sono [*Spiritus sancti super Apostolos descensus.*]

& clamore valido innotuêre, descendente cum
ignibus connubiorum Parocho, Patris, Filiique
sempiterno amore: Et quoniam tantis ardoribus
mortalis impar infirmitas, obumbrauit nouellam
Ecclesiam virtus Altissimi, quò sufferre possit:
Cant. 2. 3. *Sub vmbra illius, quem desideraueram sedi: & fru-*
ctus eius dulcis gutturi meo: Nec tamen sic con-
fortata plenitudinem conuiuij sustinere valens:
nam, vt *in cellam vinariam* introducta est, & bi-
bit, & inebriata est de torrente voluptatis, scili-
cet; musto saturatam dixêre, cùm *nondum hora*
diei esset tertia: Sui impotens, gaudiorum multi-
tudine obruta, in deliquium & languorem inci-
Ibid. v. 4. dit; primúmque illud beneficium agnouit, *ordi-*
natam in se charitatem: quippe Synagogæ chari-
tas sine ordine ferebatur, quòd non amatum di-
ligeret; sed munera: ergo anhelabat tota ad filio-
rum generationem; maledicta quippe habebatur
sterilis in Israel: omnis gloria & felicitas in pos-
sessionibus, vineis, oliuetis, atque substantia huius
mundi. Ad hæc, quæ apud eius studiosos pluri-
mos iustitia, omnis in superficie erat, & quæ ho-
Matth. 23. 27. minum plausus aucuparetur: *Mundantes quod*
intus est tantum calicis, & paropsidis, similes sepul-
cris dealbatis, quæ à foris parent hominibus speciosa,
intus plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurci-
Synagoga ab Ecclesia Catholica discrimen. *tia.* Ecclesiæ igitur charitas ordinata, sponsum nō
se quærere docta, virginitatem continuò professa,
floribus fulciri auet; temporalia denique & peri-
tura, *leuâ* adumbrata sub se, æterna *dexterâ* signi-
Cant. 2. 6. ficata super se habere: *Laua eius sub capite meo, &*
dextera illius amplexabitur me: Nec tantùm ca-
duca ista capiti; sed pedibus etiam supposuerat:
Act. 4. 34. *Quot enim possessores agrorum, aut domorū erant,*
vendentes afferebant pretia eorum, & ponebant an-
te pedes Apostolorum. Habuitque noua nupta ad
tempus pacem, sponso adiurante *filias Hierusalem*
per capreas, ceruósque camporum. id est, per quæ
erant eis chariora; *ne suscitarent, neque euigilare*
facerent dilectam. Sic enim eam decebat teneram
adhuc non subitò, & in ipso limine conturbari.

44. Et iam cœperat dilectus experiri etiam ab ini-
Act. 2. 41. micis; *Et appositæ sunt in die illa animæ circiter*
tria millia, ad vnam Petri vocem, & verbum Do-
mini crescebat, & multiplicabatur numerus disci-
Samaria conuersio. pulorum in Hierusalem valdè; multa etiam turba
Sacerdotum obediebat fidei: & factus est nume-
rus credentium virorum ob aliam concionem
quinque millia: sed & Samaria verbum recepit:
Videns igitur sponsa ad fidem venientium ingen-
tes populorum cateruas, & in his de Principibus,
Cant. 2. 9. Sacerdotes, nempè, læta exclamat: *Ecce iste venit*
saliens in montibus, transiliens colles. Similis dile-
Euangelij ostia reserātur Gentilibus. *ctus meus capreæ, hinnulóque ceruorum.* Verùm ad-
huc Iudæam & Samariam non extra progressus,
& Gentes sponsi hæreditas, de quibus Pater ad
Psal. 2. eum: *Postula à me, & dabo tibi Gentes hæredita-*
tem tuam, iacebant in vmbra mortis, & dilectum
non nisi obscurè nouerant: viderant enim tantùm
Cant. 2. 9. per cancellos: *En ipse* (ait) *stat post parietem no-*
strum, respiciens per fenestras, prospiciens per can-
cellos? Sed non diu interclusa Gentibus ianua,
Cornelij Baptismus. Simone ad Cornelium destinato; Antiochensium
plurimis ad veritatem traductis, vbi primùm disci-
puli Christiani dicti; diuisis pariter Apostolis per
Ibid. v. 10. omnes mundi plagas: *En dilectus meus loquitur*
mihi: surge, propera, amica mea: iam hyems transijt,
imber abijt, & recessit: Flores (ait) *apparuerunt in*
Prospera initia prædicationis Apostolorū. *terra nostra:* Nam hoc mirabile est, cùm terra il-
la inuia esset, & inaquosa, maledicta etiam, ac pro-
inde tribulos & spinas productura solùm; *suam*

vocat: quia Gentes hæreditas filij, vt dicebamus
ex Psalmo secundo: *Tempus putationis aduenit:*
regnat mortificatio Christi, vbi Venus, & Bacchus
dominabantur: ibique *turturis*, hoc est, castitatis
vox audita, vbi etiam pueri prostituebantur: *ficus*,
damnata arbor, *grossos* produxit: denique & *in*
foraminibus, & in maceriis non ingrata habitatio.

Et sanè Marcus Essenorum choros instituit
apud Alexandriam, & Ægyptum: de primis illis 45.
Christianorum Monachis, *cantabant hymnos* Primi Christianorum Monachi.
in laudem Dei compositos, variis metrorūm, carmi-
numque generibus, nunc vno ore, nunc alternis, non Philo de
sine decoris, ac religiosis gestibus, & accentibus. Pro vita contempl.
his rogat sponsam: *Ostende mihi faciem tuam, so-*
net vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, Baron. tom. 1. anno 64.
& facies tua decora. Nónne enim formosi illi, qui Cant. 2. 14.
candidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo,
sapphiro pulchriores? Sed, quoniam Simon Ma- Simon Magus Hæreticorum Antesignanus.
gus, Hæreticorum Antesignanus, pessimo conta-
gio facem prætulit, viuénsque asseclas assequutus,
& mortuum imitati, Menander, Saturninus, Basi-
lides, Carpocrates, Cerinthus, Ebion, Nicolaüs,
Marcion, in initiis extinguendam luem salutari &
opportuno consilio monuit sponsa: *Capite nobis* Ibid. v. 15.
vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas: nam vi-
nea nostra floruit. Et volebat illa cū dilecto quiete
gaudere: *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur* Ibid. v. 16.
inter lilia, donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ:
Sed, heu! non tempus quiescendi est: ecce iam
abiit ille totum tuum solamen: *Reuertere* (inquit
abeunti) quàm citò! vide, ne moreris! *similis esto* Ibid. v. 17.
capreæ, hinnulóque ceruorum super montes Bether!
O si tu scires, sponsa, in hac die, quæ tibi ad pacem
est, quantæ malorum te manent myriades! O si Decem persecutiones Imperatorū Gentilium.
nosses, quàm serò dilectus ad te reuersurus sit! Ec-
ce, ô dulcissima, illæ decem persequutiones iam
ad limen sunt, iam pulsant, ad quarum solam nar-
rationem, steterúntque comæ, & vox faucibus
hæsit.

In lectulo meo (ait) *per noctes quæsiui, quem dili-* 46.
git anima mea. Non fuit vna nox illa; sed multæ, Cant. 3. 1.
& productæ noctes per trecentos ferè annos, *ex*
quo primus Nero in hanc sectam tum maximè Ro- Tertull. in Apolog.
mæ orientem Cæsariano gladio ferociuit, vsque in
Constantini lætum, diuinúmque imperium: *Quæ-*
siui (inquit) *& non inueni.* Ah! quomodo non in- Cant. 3. 1.
uenisti illum, qui etiam à non quærentibus inuē-
tus est? *Sed tantis Gentilium pressuris sponsa hæc* Beda lib. 2.
non solùm afflicta, sed etiam fœdata est, vt (si fieri in Marc. ad
posset) Redemptor ipsius eam prorsus deseruisse ad cap. 6.
tempus videretur: vnde est illa vox eius inter vn-
das, procellásque tentationum deprehensa: Vt quid, Cant. 2. 2.
Domine, recessisti longè: despicis in opportunitati-
bus, in tribulatione? Surgam, & circuibo ciuitatem
(addit:) *per vicos & plateas quæram, quem diligit*
anima mea: quæsiui, & non inueni: Credo quidem:
quid enim tunc inuenisset in plateis & loco ve-
nali, nisi edicta Principum formidanda, proscri-
prionem bonorum, exilia, *Crucibus & stipitibus* Tertull. in
imponi Christianos, vngulis deradi latera, cruces Apolog.
poni ante plumbum, & glutinum, & gomphos; ad Martyrij varia forma.
bestias impelli, ignibus vri, in metalla damnari, in in-
sulas relegari. Inuenerunt me vigiles, qui custodiunt Cant. 3. 3.
ciuitatem: & pessimè lacerarunt sanè Consules, at-
que Imperatores Romæ, quæ vrbs & ciuitas abs-
que addito nuncupata. *Num, quem diligit anima* Ibid.
mea, vidistis? Quem interrogas, mulier? Vigiles
ciuitatis obsecras? Planè illos rogat. Et ab eis de
lecto percunctaris, qui omni studio Galilæum tuū
de medio tollere nituntur, apud hos reperire pu-
tas? Et tibi constas, quando sic putas? Putat pro-

fectò

fectò in carceribus ipsorum: namque cum Martyribus in foueam descendit. & in vinculis non reliquit eos: *Si enim vobiscum non intrasset (ô beati testes) nec vos illic hodie.fuissetis.*

Tertull ad Martyres

47. Ea lætare, Mater Ecclesia: non deficiet *hæc secta à tyrannorum impietate, quæ tunc magis ædificatur cum cædi videtur.* Modicùm iam, & apparebit dilectus: *Paululum (inquit) cùm pertransissem eos, inueni, quem diligit anima mea.* Sed ecce, quàm sublimia pollicetur femina hæc? *Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.* Nam, quænam huius sponsæ (quam Gentilitatem fuisse monstrauimus) parens, nisi Roma? *Hæc namque ciuitas ignorans suæ prouectionis auctorem, cùm penè omnibus dominaretur Gentibus, omnium Gentium seruiebat erroribus: & magnam sibi videbatur assumpsisse religionem; quia nullam respuebat falsitatem.* Ergo in Romanas arces sponsum introducere, audet promisisse? Nónne ita? cùm transacto momentaneo & leui tribulationis pondere pax magna per Constantinum data, qui & noua condita apud Byzantinos Roma, veterem Christo apposuit, vt iam deinceps publicè profiteretur Iesum Christum, & hunc crucifixum; *Attende gloriam: iam in fronte Regum Crux illa fixa est, cui inimici insultauerunt.* At, qui de semine crucifigentium erant, Christianæ propagationis inuidiâ, postquàm disputando cùm Syluestro nihil profecerunt, ad arma & seditiones conuersi, turbas commouerunt: sed repressit temeritatem Catholicus Princeps Constantinus ad sponsi hortatum: *Adiuro vos, filiæ Hierusalem, per capreas, ceruósque camporum, ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectam.*

Idem ad Scapulam. — Cant 2.4. — Ibid. — Roma amores Deos colebat. — Leo Papa serm. 1. in N. Apost. Petri & Pauli. — Roma Christo subiugata — Aug in Ps. 14 — Baron. ad an. Christi 315. — Cant 2.5.

48. Etiam euocauerat Archiantistitem Christi Legatum à Soractis deserto, & specubus, vt de cryptis ad Romanum splendorem & lucem exiret Ecclesia, quæ à Principe incredibilibus locupletata denariis, cùm sit auro, & gemmis sacrificaret agnum immaculatum, redolerentque altaria & lychni à balsamo, à myrrha, à nardinis, omníque pretioso suffimento, demiratæ nationes sibitam dexteræ Excelsi mutationem, & vna hora cohonestatam pauperem: *Quæ est ista* (dicebant) *quæ ascendit per desertum,* (nam à Soractis antro venerat) *sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij?* Iam ex illo tempore crescere Pontificum gloria, etiam quoad visibilem apparatum, vt simul Rex esset, atque Sacerdos visibiliter, & de more Magnorum, qui sunt in terra, excubias habere: *Sexaginta fortes, qui ambiunt lectum eius ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimos.* Quippe donauerat Sylnestrum, & successores Procluistos Lateranensi Palatio Constantinus: Sed nihil sic recreabat eam, quæ sub persequutione fuit; atque propter sponsum patrem, & matrem dereliquit; *fratribus quoque dixit: Ignoro illos:* quàm, non contentum dilectum ad humanæ ambitionis fastigium sustulisse; præter centuplum hoc; vitam quoque æternam possidendam præbere: Vt igitur geminarent gaudia exultabundæ, nuptiarum sociæ & amicæ; Parum est (aiunt) quòd dilectus mamilla Regum te lactauerit, & in superbiam sæculorum posuerit; prouinciarum substantia locupletauerit: quid isthæc, & quæcunque Constantinus contulerit, ad eam pompam, quæ exeuntem de hoc sæculo decoratura sit, cùm finita hac geniali lætitia, ad domum sponsi transuehenda

Syluester de serto antro Soracti. — Romana Ecclesiæ splendor — Ibid v.6. — Romani Pontifices maiestas — Ibid. 8. — Bellarm. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 17. — Constantini erga Ecclesiam Romanam liberalitas.

sis? Nos describemus vtcunque: *Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani: columnas eius fecit argenteas,* &c. Tum etiam Virtutes cælorum commouebuntur ad spectaculi magnitudinem: Quid non illæ vident, quæ videntem omnia contemplantur? Desiderabunt tamen ipsæ prospicere: *Egredimini, filiæ Sion, & videte Regem Salomonem,* &c.

Ibid. v. 10. — Ecclesia sub Constantino felicissimus vultus.

Deinde pergunt Epithalamij cantores felicissimum Ecclesiæ statum sub Constantino Principe ad miraculum depingere: nam sub eo Antonius, Monachorum Pater, Cœnobitarum chiliades ducturus, germine sancto repleuit breui Palæstinam, Syriam, Asiam minorem, Pontum, Armeniam, aliásque regiones immanitate barbaras, multitudine infinitas: *Hi illi dentes Ecclesiæ, sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro:* Pachumij quoque sanctissimi Abbatis, qui & ipse contemplatiuis studiis cum innumera sobole excellebat, soror castarum Virginum regebat Gynæcitidem, quam propè infinitæ sequutæ feminarum turmæ, muliebrem ementitæ imbecillitatem, *velut hortus conclusus, fons signatus,* &c. Sub eadem tempora Nicææ congregati trecenti decem & octo Episcopi, probarût collum huius sponsæ, turris instar, se habere, validissimæ, vtpote, *quæ ædificata est cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Difficile est cuncta conscribere: Quamplurima siquidem ciuitates ad Christianam religionem tunc temporis cum fiducia accesserunt, vltróque, Imperatore nihil præcipiente, templa sua, & statuas demolitæ sunt; & domos oratorias ædificarunt: Cùm autem hoc pacto Ecclesia per vniuersum Romanum imperium creuisset, ad barbaras quoque etiam religio Christiana peruenit. Christianismum receperunt, quæ ad Rhenum habitant Gentes, Gothi, Celtæ, Galatæ. Iberi, Armenia, apud Indos quoque disseminatum Euangelium.* Hæc illa vocatio Gentilitatis à Libano: *Veni de Libano, sponsa, veni de cubilibus leonum, de montibus Pardorum. Eleganter Libani vtique montis mentione facta, qui thuris vocabulo est penes Græcos; de idololatria enim sibi sponsabat Ecclesiam:* Cuius in montis vertice sublime Veneris fanum, impudicitiæ cloacam Constantinus dimuit: sed Christi Basilicas, aut iniuria temporum, aut persecutorum scelere laceras, & inhonoras redintegrari præcepit & vbi necessitas postularet, nouas extrui, prouinciarum Magistratibus necessarios sumptus ministrantibus, quibus ad amussim speciosa reddita Ecclesiæ facies, vt eam intuitus sponsus clamare non dubitauerit: *Tota pulchra es, amica mea, & macula non est in te.*

49. — Athanasius in vita Antonij. — Cant. 4.2. — Antonij, atque Pachomij Monachismus. — Ibid 12. — Conc. Nic. — Ibid. v. 4. — Sozom. lib. 2. c. 5. & 6. Socrates lib 1. c. 15. — Indorum sub Constantino conuersio. — Tertull cōtra Marcionem, lib. 4. cap. 11. — Euseb. lib. 2. de vita Cōstantini. — Cant. 4.7.

50. Hanc capitalia gesta capitis quarti Canticorum: quo absoluitur capite, secunda pars Hymenæi sacri, cùm ordiretur à verbis illis capitis secundi, *Sub vmbra illius, quem desideraueram,* &c. inuoluens nuptias sponsi cum Ecclesia per Flaminis descensum in Hierosolymitanum cœnaculum; multitudinem credentium primùm intra Solymorum arcem tantùm; deinde apud Samaritas; postremò confluentium Gentilium, ad Baptismum, acceptos Apostolis in omnem orbem dispersis; persecutionem Romanorum Imperatorum; pacem per Constantinum ad fidem traductum Ecclesiæ præstitam, eiusdémque Ecclesiæ & amplitudinem, & faustissima incrementa.

Sva

Svbsectio V.

Actus tertius hæreses describit, & confutat; sponsum secundò amittit; tertium ex epulis apparat: sponsam contra hæreses armat.

51\. CVm igitur per Constantini virtutem iustitia, atque pax dexteras dedissent, & à Solis ortu vsque ad occasum cognitum esset magnum Dei hominis nomen; sponsa, vt se palam ostendat, dilectum rogat, neque ampliùs in foraminibus petræ, in cauernis maceriæ lateat, quemadmodum procellæ, & insequentium temporibus: *Veniat dilectus in hortum suum, & comedat fructum pomorum suorum*: Patet amicæ postulatis: & quoniam viuifici Panis salutaris esca, non in specubus & solitudinibus paucis quibusdam angustiatis & afflictis proponebatur; sed iam apud Christianorum delubra patebat vniuersis, ad huius mensæ conuiuium inuitat: *Comedite, amici, & bibite, & inebriamini, charissimi*: Ebrietatis autem vocabulo frequentem secessum ad sacras epulas denotat, vt prima Ecclesiæ ætate, *quotidie perdurantes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panem*: Deferbuerat enim sacri pabuli esuries: Sed qualiter frequentanda mensa, in qua Deus ipse sumitur, monet; nempe, præuia exomologesi, & carnis, quæ aduersùs spiritum confligitur, maceratione per mortificationis, & Pœnitentiæ exercitationem continuam & sedulam: *Messui* (inquit) *myrrham cum aromatibus*: & sic amatore priùs gustato, *comedi fauum cum melle meo; bibi vinum cum lacte meo.* Sed à tanta prosperitate incrassatus est dilectus Ecclesiæ populus: *Incrassatus, impinguatus, dilatatus dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo*: Origo tantorum malorum tepor & pigritia, quibus non aliud peius monstrum incubat spiritali agone contendentibus: *Ego dormio, & cor meum vigilat*: Vtinam, aut perfectè dormires, aut perfectè à somno suscitata: Non placet mihi *calix iste mixtus ex hoc in illud: sed quoniam tepida es, incipiam te euomere*: Nondum euomuit: voluit priùs excitare. *Vox dilecti mei pulsantis: Aperi, soror mea, amica mea: quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium*: Intuere, ô sponsa: verticem spinis coronatum, profluentibus per maxillas innocuas sanguineis stillis: sic oportuit, eum, in quo Pater sibi complacuit, intrare in regnum: Nunquid tibi per rosarum molles corollas cœli patebunt? Consurge, & robusta esto, sicut in diebus antiquis: ignauum pecus à præsepibus arce.

Catholicorum in pace tepor. — Cant. 5. 1. — Ibid. — Act. 2. 46. — Cant. 6. 1. — Ibid. v. 2. — Ibid.

52\. Sed iam ad medullas lues venerat, & tota pigricans: *Expoliaui me tunica mea* (ait) *quomodo induar illa? laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Quoniam igitur sponsus tam ingratam contemplatus est, & ab ipsis beneficiis immemorem, percussit eam plaga pessima, hæreses permittens; quarum ortum ab Arrianismo ducimus: *Quæ, tametsi complures certè hæreses ante illorum ætatem exortæ essent, quæ quidem extra modum audaciæ euagata ad extremam dementiam sunt tandem prolapsæ: isti tamen, vtpote ad Antichristum propius accedentes, atque sua oratione, Verbo diuinitatem auferre molientes, illas hæreses priscorum errorum impietate victas esse, quodammodo declararunt*: Nulla hac diuturnior, cuius & in hodiernum diem reliquiæ; nulla, quæ palmites sic extendit, *cum totus orbis se pene Arrianum esse ingemuerit*; nulla tam sæua & truculenta, si Hugonottas & Lutheri asseclas excipias: Timuit ab immani Harpyia sponsa, dilecto significante aliquid, *cum misit manum per foramen, & venter intremuit ad tactum eius.* Surrexit itaque, vt aperiret: *pessulum ostij operuit: at ille declinauerat, atque transierat.* Ah! quantos per labores quærendus nunc sponsus? O si appareat tandem! Certè non lego nunc, quemadmodum cùm suprà abierat: *Paululum cum pertransissem, inueni, quem diligit anima mea. introducam eum in domum matris meæ*: iam & vulneratur, & pallium deperdit, quarum nihil iniuriarum suprà, & omnia nunc in deteriora abeunt. *Maiorem tunc persecutionem Dei populus passus est, quàm illa iam superiùs dicta vsque ad tempora Constantini: maius est enim in corpore, & anima, quam in solo corpore persecutionem pati*: *Inuenerunt me custodes, qui circumeunt ciuitatem: percusserunt me, & vulnerauerunt me: tulerunt pallium meum mihi custodes murorum*: Quid enim aliud theristri ablatio, quàm illa vestis discissa; quam cum sponsus Petro Alexandrinorum Antistiti apparuit, & ab Arrio diuulsam testatus sit? Quid percussiones, & vulnera, nisi eiusdem insanæ hæresis infanda rabies, quæ sacra & profana omnia demolita est sub Constante Arriano, impióque Monarcha? *Quando homines iumentis similes* (sic enim per visionem magno Antonio ostensum) *crebris calcium ictibus sancta Christi dissipabant?* Sed non vnam Arrij sectam delineauit sponsus: vniuersas subsequutas descripsit: Heu! quaniæ à Donatistis strages? quis furor Manichæorum? quo Iconomachorum insania? qualia bella Albigenses, qualia Hussitæ mouerunt? Et Lutheranorum, Caluinistarúmque immanitates, quæ vnquā natio sub barbaris experta? O semper sanguinolentam hæresim, & sacris infestam! Et tanta quidem incommoda permisit dilectus, vt sponsa, quæ tepidè diligebat, arderet in amando, consequutúsque: nam vsque ad deliquium & languorem videas amantem; *Adiuro vos, filiæ Hierusalem, si inueneritis dilectum meum, vt nuncietis ei, quia amore langueo.*

Ibid. v. 3. — Theodor. lib. 2. Hist. cap. 2. — *Arrij infestissimo heresis, & omnium vt prima!* — Cant. 5. 4. — *Maior ab hæresi persecutio, quàm à tyrannis.* — Euseb. Gallic. hom. in illud Lucæ 21. Erunt signa, &c. — Cant. 5. 7. — *Christi apparitio Petro Alexandrino.* — S. Athan. in vita S. Antonij. — Cant. 5. 8.

53\. Quoniam verò hæresis Pseudochristos plurimos quotidie pariebat, per milléque variabat formas sponsum, nunc diuinitatem minuens, nunc auferens penitùs, nunc duas personas constituens, nunc vnam tribuens tantùm operationem: solliciti amicæ de tanta confusione, sponsam obtestantur vera de sponso oracula promat. *Qualis est dilectus tuus ex dilecto, ô pulcherrima mulierum?* Venustè quidem ortis de sponso quæstionibus, non præter sponsam eius alium Delium consulunt; ipsa est Ecclesia, quæ per Conciliorum, Pontificúmque Sanctiones indubitatas edit sententias: Illa igitur de summis colligens capitibus fecit verbum abbreuiatum eorum, quæ per decem & octo Concilia vniuersalia approbata hactenus locuta est, quæve in posterum pronunciatura: sic exorsa sermonem: *Dilectus meus candidus & rubicundus.* Hominem simul atque Deum significans: refutans Ebionem, & Cerinthum, qui purum hominem prædicabant. *Electus ex millibus*: nempe, oleo lætitiæ præ consortibus vnctum denotans: quia non ipse filius adoptiuus, quemadmodum illi, sicut Felix, & Elipandus mentiebantur: sed filius naturalis Dei,

Hæresum variarum dogmata. — Ibid. v. 9. — *Romanus Pontifex Iudex controuersiarum.* — *Concilia generalia approbata decē & octo.* — Ibid. v. 10. — *Ebion's, & Cerinthi heresis.* — Ibid. v. 20. — *Felicis, & Elipandi error.*

Dei, melior cæteris effectus, cùm nemini etiam Angelorum dixerit Pater: *Filius meus es tu, ego hodie genui te, Caput eius aurum optimum.* Nam certe diuinitas auro descripta, summa atque præstantissima est, non suffert imparitatem. Quare Filius, cùm Deus sit, Genitori æqualis est, quantumcunque blatteret Arrius; & Spiritus cùm Deus quoque sit, creatura nequeat esse, vti Macedonius stolidè promebat; nec potuit non à Patre, Filióque procedere, quidquid Græcia incassum vociferetur; hoc est, omnem diuinitatem, aurum primum esse; nihil secundi, & imparis ordinis in ea esse: *Coma eius*, attributa diuinitatis atque arcana opera, atque consilia; nigræ, sicut coruus: credat Hæreticus, quoniam si sapientiam comprehendere conetur, opprimetur à gloria: *sicut elata palmarum*, depressæ exurgunt, & fugiunt magis: *Sic exaltata est scientia tua à me, & non potero ad eam: Oculi eius sicut columbæ, quæ lacte lotæ sunt, & resident iuxta fluenta plenissima.* Ministri Sacramentorum & Rectores Ecclesiarum sunt, qui velut columbæ, atque instar Spiritus gratiarum largitoris, per Sacramenta, fidelium corda donis, quæ de sursum sunt à Patre luminum, replent non parca & auara manu: resident quippe iuxtà abundantia stagna, *iuxtà fluenta plenissima*: quantumcunque Vvicleffus, Hussitæ, & Lutherana colluuies obganniat. Nec refert ab impio Hus vocatam Ecclesiam, Synagogam Satanæ, nullis Hierarchiis, nullo ordine constantem, & pulchra officiorum variatione: Sponsa audienda; non illi, quorum os abundauit malitia, & iniquitate: *Genæ eius sicut areola aromatum, consita à pigmentariis*: Quasi iucundus hortus docti artificis manu compositus, vbi quæque suis locis aptè distributa; non diuersitas, non multitudo deformat: *Labia eius lilia distillantia myrrham primam*; Romani Pontifices supremi controuersiarum Iudices; ac si loquatur sponsus ipse, os eius, labiúmque illi; velint nolint Græcorum populi, Vvaldenses, Hussitæ, Lutherani, Caluinistæ: *Manus eius tornatiles*; illæ, quæ supra tornum faciles in producendis orbibus: *Ipse dixit, & facta sunt: Plenæ hyacinthis.* nam, quidquid Dei manus fabricauerunt, pretiosum & decorum fuit: *Vidit omnia, & erant valdè bona*: Non igitur vnus Creator bonus, & alter malus, vti somniabant Gnostici, Marcion, Manichæus, Albigenses: *Venter eius eburneus*: caro, nempe, eius singulariter casta, quia ex Matre Virgine, *& distinctus sapphiris*; hoc est, diuinum aliquid habens & cœleste: vnitam sibi diuinitatem, videlicet; licèt ennomat Nestorius MARIAM Theotocon, & Deiparam non fuisse: *Crura illius, columnæ marmoreæ, quæ fundatæ sunt suprà bases aureas.* Nimirùm, gressus i[...]us, actáque in terris, candida, Parij instar marmoris, & sine labe; sed theandrica & Dei vir[...]a, fundata super diuinitatis aurum, ita vt non solius Dei, soliúsque hominis essent; sed ab homine Deo, reclament quamuis Monothelitæ: *Species eius, vt Libani*; nempe, templo (quod Libani sæpè vocabulo dictum) altaribusque adoranda, & Corpus in magno Sacramento, & Imago, & Crux, fremat etsi Leo Isauricus, cæterique Iconoclastæ: *Electus vt cedri*, ex morte incorruptus resurgens, quemadmodum & nos incorruptionem induemus aliam ab ea, quam somniarunt Chiliastæ, Carpocrates. Origenes: *Guttur eius suauissimum*; quia sub Scripturarum cortice latent dulcissimi sensus mysti-

Ibid. v. 11.
Macedonij blasphemia.
Ibid.
Ibid. v. 12.
Vvicleffus.
Hus.
Ibid. v. 13.
Vvaldenses.
Ibid v. 14.
Gnostici.
Manichæi.
Albigenses.
Ibid. v. 15.
Monothelitæ
Ibid. v. 1[..].
Leo Isauri.
Iconoclastæ
Ibid.
Chiliastæ.
Carpocrat.
Origenes.

ci; negauerit licèt Iudæos sequutus Theodorus Mopsuestensis: Vbi igitur sponsum ab imposturis defendit, nihilque in eo esse non summè commendandum probauit, subiicit congruè: *Et totus desiderabilis, talis est dilectus meus; & ipse est amicus meus, filiæ Hierusalem.*

Theodorus Mopsuest.

54. Postquam à sponsa instructæ, qualis esset dilectus illius, quærunt præterea, vbi commoretur? nam de hoc quoque rixæ apud Donatum, contendentem in sola Africa, partibúsque Donati veram esse Ecclesiam, ac proinde ibi solùm inueniendum sponsum: *Quò abiit dilectus tuus, ô pulcherrima mulierum, & quæremus eum tecum? Dilectus meus* (respondet illa) *descendit in hortum suum ad areolam aromatum, vt ibi pascatur in hortis, & lilia colligat*: Videte, ô socia, qualis illa Ecclesia, vbi cuncta disposita mirificè, vbi bonus odor Christi ab aromatum fragrantia, vbi virginum, continentúmque lilia; ibi sponsus, apud Catholicam, nempe, Ecclesiam, quæ his abundat: nam Hæreticorum cœtus, agri sunt, quos spinæ & vepres repleuerant; ibi nihil Arabiæ, fœtor intolerabilis à vitiorum putredine, & corruptela; denique nunquam in campis illis lilia visa, *Quia Hæreticum sine femina viuere tam impossibile est, quam non est possibile, hominem non esse.* Et iam propè aderat sponsus tandiu quæsitus à dilecta: quam ille aduersùs hæresim salutaribus præsidiis communire aggressus: *Pulchra* (ait) *est amica mea, suauis, & decora, sicut Hierusalem, terribilis vt castrorum acies ordinata.* O sponsa, primùm quidem blandire Hæreticis; in funiculis Adam, in vinculis charitatis attrahe, quoad fieri possit; sin contumaces extiterint, apprehende scutum & arma, ignis ante te, & tempestas valida in circuitu, quæ rebelles absorbeat: Sis suauis quidem, *sicut Hierusalem*, sed quoque *terribilis* adinstar instructæ aciei: Institue fidei Censores, verendúmque Tribunal. Fugiant à facie arcus Apostatæ omnes, & ab acribus flammis: Deinde hos, qui Scribæ docti sunt in populo, hortare, ne scrutatores sint mearum viarum, quæ inuestigabiles sunt; sed intellectum in fidei obsequium captiuent: *Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt.* Hoc vnicum aduersùs hæreses antidotum.

Donatus Hæresiarc.
Cant. cap. 6. vers. 1.
Hæreticorũ incredibilis luxuria.
Lutherus tom. 5 serm. de Matrim. habito anno 1522.
Ibid. v. 3.
Quom Hæreticis vt procedendum.
Sancta Inquisitionis tribunal.
Ibid v. 4.

55. Atque his effatis, deinde auxiliares turmas pollicetur inuictæ militiæ: *Capilli tui, sicut grex caprarum, quæ apparuerunt de Galaad*: Pontifices hi sunt, Ecclesiarúmque Pastores, qui capiti proximiores, quemadmodum cæsaries: Dabo tibi strenuissimos populi ductores, qui per fragosa & horrida currant, seu per rupes capræ Galaaditicæ, Ambrosios, Augustinos, Basilios, Athanasios, Cyrillos, Fulgentios: quanti illi aduersùs hæresim bellatores? *Dentes tui*, Religiosorum niueæ & immaculatæ cohortes, *quæ ascenderunt de lauacro*; exoriente hæresi vehementiori, nascentur & ipsæ: Exurget Arrius; & vnà prodibit Antonius, Pachomius, aliique Monachorum Patres: Pelagius orietur; & ducet aduersùs eum Augustinus conduplicatum agmen Eremitarum, Canonicorúmque. Abaliardus docebit gradus inæquales in diuinis personis; & refutabit Bernardus: Suscitabunt Manichæorum deliramenta Albigenses; ibunt obuiam Dominicus, & Franciscus: Euomet sub Luthero Infernus scelera omnia, & renascentur sub vno hoc omnium ætatum hæreses; producam de nomine meo Sodalitium, *Hæreticorum excidiis clarissimum, & vnus Franciscus Xauerius plura tibi cumulabit,* quàm

Ibid.
Doctores Ecclesiæ.
Ibid. v. 5.
Religiosorũ Ordines varij
Thom. Bozius tom. 5. signo 20.

quàm totus Septentrio abstulerit : Dabo & quæ
sanguinem profundat purpuratam Martyrum le-
gionem, sicut *cortex mali punici* : Nónne aspicis
stagnantem cruore sub Arrianis Ægyptum, sub
Donatistis Africam, sub Iconomachis Græciam,
sub Hussitis Boëmiam, sub Lutheranis Germa-
niam, sub Hugonottis Galliam, sub vtrisque An-
gliam, Hyberniam, Scotiam?

56. Post hæc enumerat Principis Dæmoniorum
Reginas, concubinas, & pellices, hæresum lon-
gam seriem; ac primùm præcipuas, potioresque
hæreses ad eam excreuisse multitudinem, vt
sexaginta inueniantur; minùs famosas ad octo-
giora accedere; plebeias, & non multi nominis
vix ad ordinem redigi posse; tantæ illæ, & hæc
Cant 6.8. vna, soláque: *Vna est columba mea, perfecta mea.*
Sed, quomodo *persequebatur vna hæc mille, & fu-
gabat decem millia?* Non mirum; *Electa est geni-
trici*: Petra mater eius, supra quam fundata est, &
Ibid. portæ Inferi non præualebunt aduersùs eam : *Vi-
derunt eam, & beatissimam prædicauerunt, Reginæ,
& concubinæ laudauerunt eam* : At, quo pacto
extollunt Reginæ & concubinæ capitales ad-
uersariæ, declaratique odij? Nempe, tam mira-
bilis est huius feminæ virtus, vt etiam ab hoste
Ibid. v.9. laudem extorqueat: *Quæ est ista* (aiunt) *quæ pro-
greditur quasi Aurora consurgens, pulchra vt Lu-
na, electa vt Sol, terribilis vt castrorum acies ordi-
Ecclesiæ in-ter aduersa fortitudo stupenda. nata?* Duo stupescunt : primum, à tot inimicis
vnam, & insociatam vinci non posse, non minùs
quàm dispositæ turmæ superari nequeant : alte-
rum, cùm hæresis id in primis conetur, errores
indocere, veritatem, luménque de medio tollere;
Ecclesiam per hæreses adeò non caligasse, vt pro-
fecerit magis sapientia, quantùm distat Phœbi
matura claritas ab Auroræ imperfectis radiis:
Castro de hæresibus lib.2. cap.2. *Proficit enim, vt in virtutibus, & bonitate; ita in
scientia & doctrina, Deo eam quotidie plenius il-
lustrante: nimirum, progreditur Aurora, consurgit-
que Sol, effunditque ob oculos nostros lucis suæ vbe-
riores radios: quo fit, vt multa nunc sciamus, quæ à
Patribus, aut dubitata, aut prorsus ignorata fuerũ.*

57. Sed cum istis iam claudamus tertiam Cantico-
rum partem, & ab exordio quinti capitis vsque
ad verba illa capitis sexti. *Descendi in hortum nu-
cum*, &c. quibus comprehensa, epulum sponsi vo-
cantis ad Corporis sui sacrum pabulum; sponsæ
tepor erga dilectum; amissio eiusdem dilecti per
hæresim; hæresum catalogus earúmque confuta-
tio; strages editæ ab Apostatis fidei; erectum Tri-
bunal Iudicibus in Religionis causis; Doctores,
Martyres, Regularium Patriarchæ, qui contra hæ-
resim peculiariter dimicarunt; Ecclesiæ inter tan-
tas procellas inconcussa stabilitas : eiusdem deni-
que mirabiles in sapientia profectus.

Svbsectio VI.

*Actus quartus tangit schismata ab Anti-
papis, bella à Sarracenis, malísque Im-
peratoribus: Academiarum, Ordinúm-
que principia: Indorum conuersionem,
Hebræorúmque: nouissima tempora de-
scribit: quartum conuiuium exhibet.*

58.
Ab anno Christi 700. Respirauerat Ecclesia post Iconomachorum
hæresim cruentam per ducentos, plúsve
annos, quibus nulla ferè grauior hydra caput
erexit : Voluit igitur per eorum diruta & col-
lapsa restituere per omnem populum : *Descendi* Cant 6.10.
(ait) *in hortum nucum, vt viderem poma conual-
lium.* plebem, scilicet, Christianismi abiectiorem
partem, quæ in depressis & humilibus moratur:
Qui ergo essent huius plebis mores, it visitare:
Deinde *ad vineas*, quæ sunt particulares Eccle-
siæ, progreditur : *Et inspicerem, si floruisset vinea*:
Posterior cura de Religiosis est, qui intra septa
Monasteriorum egregiè clauduntur, seu grana in-
tra Punici mali corticem : *Et germinassent mala
Punica.* His dum incumbit sedula Mater, ecce
noua consternatio, noui tumultus: *Nesciui, anima* Ibid. v.11.
mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab.
Diximus, litteram explanantes, his verbis signi-
ficata duo; nempe, schisma: nam volebant Li-
bani incolæ Salomonis imperio absolui, & alium
creare Regem : prætereà, hinc exorta vtrinque
bella, vastationes, incendia : Hæc eadem mala Pseudopon-tificum schis-mata.
Ecclesiam sub hæc tempora & subsequuta sæcu-
la nimis diu vexarunt, & adhuc vna pars molestat;
schismata, nempe, Pseudopontificum : quæ etsi
hac ætate anteriora; sed nunc sæuiunt magis, *à
Sergio Romanæ Sedis inuasore, cum meretricum ar-* Ann Christi 908 apud Baron.
bitrio res agerentur : Reclamatum quater præci-
puè contra diuisionem, Lateranensi primo, &
quinto Concilio, quæ ex approbatis; Constan-
tiensi, & Basiliensi Synodo : *Reuertere, reuertere,* Cant. 6.12.
Sulamitis; reuertere, reuertere, vt intueamur te.
Mirantur enim tantùm discordiarum in Sulami-
te, quæ *pacifica* interpretatur : & tandem toties
vocata rediit in pristinam quietem.

At, præter schismata, bella etiam à Sarracenis; 59.
qui etsi longè ante hæc sæcula sub Mahumethe Bellum à Saracenis & Mahumetanis.
exorti; verùm non multò priùs quàm Sergij
schisma pullulasset, Ioannis VIII. Pontificatu
miserandas ab Agarenis clades passa Ecclesia,
Quas omnia ligna syluarum, si vertantur in lin- Ioan. VIII. ep.21. & 55.
*guas, enarrare non valeant; redacta est terra in so-
litudinem, & ablatis hominibus ferarum saltus ef-
fecta est: sed & venerabilia loca destruentes, altaria* Sarracenorũ impietas & sæuitia.
*Domini suffoderunt, Ministros, & seruos eius occi-
derunt: sedet in tristitia Domina orbis* (Roma, nẽ-
pe) *Mater Ecclesiarum, Magistra Gentium: non est,
qui adiuuet; non est, qui consoletur eam*: Sed, nescio, Christianorũ Imperatorum con-tra Ecclesiã odia.
an grauiora altera bella, quæ subsequuta : quo-
niam, si inimicus maledixisset, sustinuissem vti-
que; nunc verò domestici & amici lacerant, imò
filij, & quibus ipsa imperium dedit, occidenta-
les Imperatores, *Henricus IV. & V. Otho IV.* Bellarm. de Rom. Pont. lib.5 c.9.
Fridericus I. & II. vt omittam minores Princi-
pes : Turbatur itaque sponsa, & penè inconsola-
bili obruitur passione propter quadrigas Ami-
nadab; hoc est, ob schismata inter Romanos Pon-
tifices, ob Agarenorum bella : dolebat enim in
primis, loca Christi vestigiis calcata sub impiæ
gentis potestate esse; proptérque Christianorum
Imperatorum quorundam in genitricem barba-
ram inhumanitatem.

Sed non amicos sponsæ terret malorum tan- 60.
ta congeries; plures enim pro illa dimicare cer-
nunt; quin, nihil intra Ecclesiæ spatia præter
armatorum legiones intuentur : *Quid videbis* Cant. 7.1.
(inquiunt) *in Sulamite, nisi choros castrorum?* Ter-
rent Sarraceni: sed dabit Philippos, Carolos, Fer- Militares Ordines
dinandos Hispania, qui profligent; Lusitania
Ioannes, Emmanueles, Sebastianos; Ludouicos,
& Balduinos Gallia; Sigismundos Polonia; Cæ-
sares Germania; dabúntque omnes prouinciæ
& nationes militares Ordines, Templarios, Hie-
rosoly

rosolymitanos, Theutonicos, Christi, Andreæ, Iacobi notis conspicuos; & eripietur Hierusalem de manibus tormicurum: Formidini sunt, Henricus, Fridericus, Otho: excitabit Pontifices magnanimos, Gregorios, Leones, Alexandros qui pro domo Dei stare nouerint, *donec ponant inimicos scabellum pedum suorum*: Sed veteris, per schismata, & Bellonæ inquietus fluctus sacrarum scientiarum incuriam, cæterarum disciplinarum obliuionem? At vocabit ex Hybernia, atque Anglia Sponsus, qui Parisinam Scholam condant; iidémque Hyberni Patauinam, Coloniensem, Oxoniensem Academiam proferent; quorum imitati alij exempla, dein plurimas instituent generales studiorum nundinas, quódque attollat caput Salmanticense Lyceum: Times inter procellas ingentes, Cœnobiorum nitelam deturpandam, defuturósque, qui sæculo valedicant? At nunquam iam læta seges: ipse magnus Pater Benedictus emittet nouam prolem; Cluniacenses, Camaldulenses, Vallem Vmbrosam, Cistercium, Cœlestinos: virebit Augustini eremus simulque Canonicorum fulgentes turmæ, reflorescet Carmelus; exurgent Francisci duo; Dominicus ingens nomen; & qui captiuos redimant, qui Hieronymum sequantur: denique producet & Clericorum Ordines, *Atque in hu nouum quendam spiritualem intellectum, sine etiã promissionis filios, & prolem præ cæteris spiritualem; hoc est, ipsum Ordinem, quem designat* IESVS, *qui, videlicet, Ordo præ multis alijs, qui præcesserunt eum, amabilis & præclarus*: Veniet & in spiritu Eliæ, Virago agmina agens virorum, feminarúmque.

Ioan. Marquez de orig. Eremitarum, c. 15 §. 5. *Academiarũ fundatores.*

Ioachimus Abbas ad c. 3. Apoc.

61. Quoniam autem nec tantis incrementis erigebatur sponsæ animus, subtristis adhuc, & deiectus; procedunt ad describenda extrema Ecclesiæ tempora: vt, cùm similes videas nouissimus fore his, qui sub prima ætate floruerunt, mirandum in modum recreetur spiritus: Hinc non à capite encomium exordiuntur: sed à plantis: *Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia Principis?* Quoniam posterior hæc Ecclesiæ pars, prioris cum gloria quasi certare possit; nimirum, hic status ille, quem futurum prædixit Euangelij tuba, Vincentius Fererius, *Virorum Euangelicorum nihil cogitantium, aut loquentium, aut saporantium, nisi solum* IESVM *Christum, & hunc crucifixum, & per conuersationes imaginari debes eos ipsos, vt cantantes Canticum Angelicum cum iubilo citharizantium citharis cordis sui Hæc imaginatio ducet te, plusquam credi potest, in quoddam impatiens desiderium aduentus illorum temporum*: *Quare dubitandum non est, diuinitùs fornandos in illa tempora Viros excellentissimos, atque ipsius Apostolicæ gloriæ propemodũ æmulos: quemadmodum in acie, vt solet esse præcipua gloria primorum; ita secunda, vel par extremorum, qui totum agmen absoluunt, & muniunt*: Atque hi in omni professione & vitæ conditione: A coniugatis principium ducunt, qui feminibus adumbrantur: *Iunctura feminum tuorum, sicut monilia, quæ fabricata sunt manu artificis*: quorum conuersationem ob præstantiam monilibus polite elaboratis comparant. *Vmbilicus tuus*, seminalis, nempe, sedes, & Prædicatores denotans, qui Christo sobolem multiplicant, *velut crater tornatilis, nunquam indigens poculis*: nam totius hispida omnia absumit, & calici specialem quandam gratiam conciliat: *Venter tuus, aceruus tritici, vallatus lilijs*, ipsi sunt Religiosi, *lilia* propter immaculatam virginitatem; *triticum*, quia sicut granum frumenti cadunt in terram, & moriuntur propter Christum tota die: *Duo vbera tua*, nouum, vetúsque Instrumentum, *sicut duo hinnuli gemelli capreæ*, tanta velocitate disseminatum per illos, quorum pedes speciosi sunt, pacémque euangelizant; & vt nubes, atque tanquam columbæ volant: *Collum tuum, sicut turris eburnea*; Principes sunt, diuitésque, qui temporalem escam Ecclesiæ ministrant; quia dignus est operarius mercede sua; candidi, atque impolluti, qualis elephantis dens. *Oculi tui*, Patriarchæ, & Episcopi, animarúmque Rectores; mundi, pellucidíque, *sicut piscinæ in Hesebon, quæ sunt in porta filiæ multitudinis*: ipsi nanque sunt ciuitas supra montem posita in quam totius multitudinis oculi respiciunt. *Nasus tuus*, Imperator singulariter, & quisque de Catholicis Monarchis, *sicut turris Libani, quæ respicit Damascum*, vt defendat à bibentibus sanguinem, quod Damascus significat. *Caput tuum*, scilicet, Romæ Antistes sanctus, *sicut Carmelus*; mons, cuius fragrantia inæstimabilis à floribus suaue halantibus, nempe, odor ipsius, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus, *Coma capitis tui*, videlicet, Cardinalium cœtus, velut purpura dibapha, omniúmque dignissima, *sicut purpura Regis vincta canalibus*. Iam ornatam in omnibus membris, dum contemplantur, exclamant: *Quàm pulchra es, & quam decora, charissima, in delicijs!* Verè grandis facta est, verè proceræ & stupendæ magnitudinis: *Statura tua assimilata est palmæ, & vbera tua botris*: Concupiuit Rex iam formosam, iam auctam & maturam, dixitque: *Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius, & erunt vbera tua sicut botri vineæ*: Non lac præbebunt, quod paruulorum potus est; sed perfectorum pocula, vinum: nihil enim in te non integrum, & suis numeris absolutum. Et quoniam iam perfecti odoris es, quidquid loqueris, mihi iucundissimum est: *Odor oris tui, sicut odor malorum: guttur tuum sicut vinum optimum, dignum dilecto meo ad potandum, labijsque & dentibus illius ad ruminandum*: nam laus ab ore peccatoris speciosa non est, nec grata.

Cant. 7. 1.

Posteriorum Ecclesia quãta gloria.

S. Vincent. Ferrer. l. de vita spirituali.

Acosta lib. 3 de temp. nouissimis.

Cant. c. 7. v. 1.

Ibid. v. 2.

Ibid. v. 3.

Ibid. v. 4.

Ibid. v. 5.

Ibid. v. 6.

Ibid. v. 7.

Ibid. v. 9.

His tam sublimibus de extrema sæculorum ætate audiens pollicitationibus, gauisa est sponsa, mœroréinque deposuit: nec iam ampliùs cantatura lugubre desiderij carmen: *Quis mihi det vt sim iuxta menses pristinos: sicut fui in diebus adolescentiæ meæ quando erat Omnipotens mecum?* Sciebat enim adesse sponsum, sicut a principio: vnde secura inquit: *Ego dilecto meo; & ad me conuersio eius*: Et iam tempora illa non nimiùm distare præsentiens, post extincta schismata Antipontificum, post edomitas Imperatorum iras, post expulsos de ingentibus Europæ prouincijs ferè Agarenos, ad Indorum longè positas regiones, atque orbe diuisas toto veterũ opiniones, Sponsum inuitat: sciebat enim post publicatũ vbique Euangelium mundi instare interitũ, nouissimáque non posse sæcula esse procul: *Veni* (inquit) *dilecte mi, egrediamur in agrum, cõmoremur in villis*: Cõgruè cõparatione Christianismi, qui hortus est, & ciuitas, loca illa agrũ, villámque nominat: *Manè surgamus ad vineas*: nam, etsi diluculò peramus, erit, in quo diem integrũ laborando absumamus; inculta quippe sunt vniuersa, & multa seges tam paucis operatis: *Ibi dabo tibi vbera*, nam erit, cui lac præbeamus, innumerabilis soboles: *Mandragoræ dederunt odorẽ*: Planta illa, quæ steriles adiuuat, ipsa odore suo inuitat, & fœcunditatem pollicetur.

62

Iob.

Cant. 7. 10.

Ibid. v. 13

63. His effatis, vocat ad epulas: *In portis omnia* [Ibid.] *poma noua & vetera, dilecte mi, seruaui tibi.* Erant autem appositæ escæ ex illis, de quibus quondam [Ioan. 2.4.] ad discipulos: *Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis. Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me; vt perficiam opus eius.* Certè animarum conuersionem; nam & tum Samaritanæ instruendæ incumbebat: *In portis* igitur, id est, in vltimis mundi finibus, seu in extremis [*Indiæ orientalis, & occidentalis conuersio.*] sæculorum temporibus, *poma noua & vetera seruauit dilecto*: *Noua* quidem; quoniam occidentis Solis habitatoribus Peruanis, Mexicanisque incolis, cæterisque per longos terrarum tractus diffusis nunquam Euangelium innotuisse plurimi autumant: *Vetera* autem; quia apud Orientales Thomas laborauit; Sinenses Christum audière; Æthiopia quondam Catholica fuit: Sed & hìc de nouis fructibus, Iaponiorum insulæ, Martyrum fœcunda gleba: ignoramus enim, an [Tursellin. in vita B Xauerij, lib. c. 8.] IESVM ante Magni Xauerij prædicationem sciuerint: Latent etiamnum regionum spatia, & telluris incognitæ portio multa: at nobis latent, non Sponso; sed & nobis quotidie apparebunt, prodibunt citò: nam Sponsus mittet egregios [Ieremiæ 16.] multos venatores, *& venabuntur eos de omni monte, & de omni colle, & de cauernis petrarum*: Quæ enim non dabit vinctas post terga manus natio, quando Æthiops mutat pellem? Vnius [Anno 1628.] anni circulo traxit Ignatij Soboles ad Christi ouile supra ducenta millia de Æthiopum populis.

64. Postquàm igitur sponsa vidit plenitudinem Gentium subintrasse, orat pro Iudæorum reditu; sic enim sciebat, [Roman. 11.] *Quia cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo Gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret.* [Cant. 8.1.] *Quis mihi det te, fratrem meum, sugentem vbera matris meæ?* Vocat [*Hebræi ad finem mundi conuertendi.*] autem fratrem suum, Israëliticum populum, Synagogæ filium, quæ & parens Ecclesiæ ex Gentibus fuit: initium enim habuit in Sion, & Hierusalem: quoniam autem terra sancta sub finem temporum recuperanda est, & publicè lex gratiæ apud Solymitanos profitenda; hoc concupiscit in primis, vt Hierusalem mater eius audacter, & in facie populorum Christum colat & deprædicet; hoc est, *Vt inueniam te solum* (solus enim restabat Israël tunc, qui conuerteretur) *foris: & deosculer te; & iam nemo me despiciat.* Nam Gentibus, & Israël redoctis, à quibus poterat ampliùs Ecclesia contemni, quando omnes tribus & nationes colla inclinassent? [Ibid v. 2.] *Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.* [Lyran. ad c. 38. Ezechielis.] *Quia ante aduentum Antichristi, Christiani de pluribus terris venient in Iudæam, & capient eam; & ibi pacificè habitabunt ad tempus*: Florente autem ibi vera religione, confluent Hebræi ad priscam genitricem: ducet tum *in domum matris*, quæ est Hierosolyma; *& in cubiculum genitricis*, quod est templum Hierosolymitanum: *Ibi docebis*, Messiamque palàm defendes: *Et dabo tibi poculum ex vino condito*, sacrum Christi sanguinem à Iudæis, & in templo Hierosolymorum adorandum, potandúmque: *& mustum malorum granatorum*; cruorem, videlicet, Martyrum, qui cum Antichristo [Lyran. Ibid.] pugnabunt pro templo, & fide Mediatoris: *Licèt enim Antichristus veniat ad vastandam vbique Ecclesiam; tamen specialiter veniet in Hierusalem, vt in templo Dei sedeat, tanquam sit Deus, vt dicitur 2. Thessal. in cap. 2.*

65. Iam igitur sponsa videns consummata omnia, & prædicatum vbique Euangelium; quodque *plenitudo Gentium intrauit, & saluus fiebat Israel*: quemadmodum sub felicibus Euangelij initiis, gaudio delibuta præ consolationum abundantia, se ipsam ferre non valens incidit in deliquium, & languorem, inquiens: *Fulcite me floribus, stipate me malis; quia amore langueo*: supponendáque fuit deficientis capiti læua Sponsi pro ceruicali; *dextera* desuper tegenda erat: ita nunc ad lætissimos Euangelij exitus, cùm spiritum tenere non valeret, & viribus destitueretur, implorauit eadem: *Læua eius* (ait) *sub capite meo, &* [Cant. c. 8. v. 3.] *dextera illius amplexabitur me*: Quoniam autem de Iudæis erunt, qui malè ferant Christo adhærere contribules, belláque & seditiones moneant; compescit maleuolos Sponsus: *Adiuro vos, filiæ Hierusalem, ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit.* [Ibid.]

Afferunt autem hæc verba capitis octaui metam quatro huius Hymenæi membro, cùm exordiú accepisset à verbis illis capitis sexti: *Descendi in hortum nucum*, &c. clausit varia, admirandáque; sponsæ dolorem à Pseudopontificum schismatis; à Saracenorum, Imperatorúmque Christianorum aliquorum rabie aduersùs Ecclesiam; Vniuersitatum, Religionúmque fundationes; Ecclesiæ sub vltimis temporibus felicissimum æuum; Indorum, Hebræorúmque populos ad Christum vocatos; propagatum per omnes nationes Dei verbum; denique suauem, iucundissimámque ecstasim, virtúmque amissionem propter bonorum tam ingentem cumulum, & compressos à voce sponsi inquietos Hebræos. 66.

SVBSECTIO VII.

Epilogo contenta Antichristi sæuitia; Iudicij magni, & vniuersalis descriptio; Epithalamij, rerúmque finis.

IAm igitur toto orbe Euangelij radiis illustrato, conflataque ex Gentibus, & Hebræis vna Ecclesia; sponsa dilecto suo innixa de virtute in virtutem ibat: quam lætè gradientem demirati nuptiarum sodales; *Quæ est ista* (inquiunt) *quæ ascendit de deserto, delicijs affluens, innixa super dilectum suum?* At iam ad ostium pulsabat Antichristus, quippe aderant Elias, & Henoch, à quibus, Elia præsertim, Iudæi ad Christi agnitionem tracti: *Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis, & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorũ ad patres, ne fortè veniam, & percutiam terram anathemate.* Volens itaque dilectam sponsam animare aduersùs tribulationem magnam, *qualis non fuit ab initio mundi: & nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro*: reuocabat ei in memoriam, quanta pro illa sustinuerit, pro qua se tradidit manibus nocentium, & humiliauit vsque ad mortem Crucis; simúlque obscuros ipsius natales; vt, quàm ex vili loco erecta fuerit considerans, beneficium iustis ponderibus libraret: *Sub arbore malo suscitaui te*; hoc est, à ligno pendens, acquisiui te per vulnera & liuores: Sponsa sanguinum tu mihi es. *Ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua*; nempe, superstitio, & idololatria, quæ te genuerunt: sub stipite, quem Deum fecerunt, 67. [Cantic. 8. 5.] [Malach c. 4. Vide Aug. lib 20. de ciuit. cap. 25. & 30.] [*Elia, & Henoch aduentus.*] [Cantic. 8 5.]

pepererunt

Ezechielis cap. 16.

peperetunt te: Non despexi ego tam obscuram indignámque; sed *expandi amictum meum super te* (hac cæremonia Sponsam faciens) *& operui ignominiam tuam. & vestiui te discoloribus, & calceaui te hyacintho. & cinxi te bysso, & indui te subtilibus.*

68\. Quando igitur in te tanta contuli, & animam posui pro te, tu redde vicem, & dilige me tota virtute.

Cantic. 8. 6.

Pone me, vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum. non aliud cogites, non aliud opereris; intus, foris que volo possidere totam: vt sic ames, non nimiùm diliges:

Antichristi crudelitas.

Ecce instat æmulatio, & dilectio Antichristi, insida illa dilectio, quæ perdit, quos diligit: sæua tamen, & vinci nescia, ita vt in errorem inducantur (si fieri possit) etiam electi: quippe *fortis est, vt mors; dura, sicut Infernus. Nam recusantes imperium ipsius, pœnis incomparabilibus, acerbissimi quetormentis, & machinis absumet; qualia nunquam fuerunt, nec auribus homo percepit, nec oculis mortalium conspecta sunt:*

Ibid. Hippolyt. lib. de Antichr.

Cantic. 8. 6.

Lampades eius lampades ignis atque flammarum: Aqua multa non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. Quantumcunque enim laceretur Martyr, & sustineat vniuersa tormentorum nomina non satiabitur crudelis hostis, tantùm ardet Christi abolere memoriam, Satanæ amplificare imperium: Hæc charitas eius, & mala dilectio: *Si dederit homo omnem substantiam domus sua pro dilectione* veræ religionis Antichristo, atque huius mundi opes, tanquam stercora habeat, quasi nihil despiciet argentum & aurum: non enim ditescere vult homo ille peccati, sed à Christo auertere: quin ad hoc ille largitionibus, & honore, si quando minæ non sufficiant, alliciet: *Multiplicabit eaum gloriam, & dabit eis potestatem in multis, & terram diuidet gratuitò*: Hunc igitur inimicum tam formidabilem, qui non vult solùm destruere corpus? sed etiam perdere animam in gehennam, si superare desideras, ô sponsa, ama validè. *Pone me super cor tuum, super brachium tuum.*

69\. Hæc dum audirent socij, sponsam miserri, fortasse Henoch, & Elias, loquuti cum sponso:

Cantic. 8. 8.

Soror (inquiunt) *nostra paruula, & vbera non habet. Quid faciemus sorori nostræ in die, quando alloquenda est?* Nempe, ex Antichristi aduentu colligebant, propè esse tempora, quibus in domum sponsi deducenda esset ad triumphantem Ecclesiam transferenda, qui allocutionis dies futurus erat: Et quidem non ita pridem dixerant, *statura eius assimilata est palma*, & vbera botris vuæ: nunc autem paruam, & sine vberibus compellant; quoniam, quæ in pace grandis apparebat, & giganteæ molis, sæuiente tam ferociter Antichristo pusilla videtur: sunt enim exiguæ vires tam valido turbini:

Aduersùs Antichristi arma.

Sed optimum assequuti consilium muniunt contra inimicum bellè: *Si murus est, ædificemus super eam propugnacula argentea: si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis*: Duplicibus itaque valliant & muro, & propugnaculis, & ostio, & insuper cedrino tabulato, hoc est, præceptorum, consiliorúmque obseruantia: quicunque enim euangelica consilia attendat in præceptorum munimen, ne illum vel Antichristus cum Tartaro vniuerso superet: Sed animosior sponsa, non timere se ait nebulonis iras; sed forti & robusto esse animo: quoniam in adiurorio Altissimi habitat, & in protectione Dei cœli, qui est sponsus illius:

Ibid. v. 10.

Ego murus (ait) *& vbera mea turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens: ipse mihi pollicitus, quoniam portæ Inferi non prævalebunt aduersùs me:*

P. Sherlogi Anteloq. in Cant.

Cur igitur timebo in die mala? Etiamsi exurgant aduersùm me castra, inuocabo Dominum, & ab inimicis meis saluus ero: Egredietur ipse in salutem populi sui, in salutem cum Christo suo, qui interficiet impium spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui: Deleto Antichristo per IESVM veniet calamitatis & miseriæ dies amara nimis sceleratis & infandis: nam *iusti respicient, & leuabunt capita, quoniam appropinquat redemptio.*

Iudicium finale.

Stantibus autem omnibus *ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque, prout gessit, siue bonum, siue malum*, aperientur libri, & erit quæstio super vineæ custodia, atque cultura: *Vinea fuit pacifico in ea, qua habet populos*, nempe, in hoc mundo: nam cœlum desertum est, vbi dimisit Pastor bonus nonagintanouem ex omibus, & iuit ad vnam, quæ perierat, donec inuenit eam: Hanc vineam *tradidit custodibus*; scilicet, vitæ vniuscuiusque spatium, vt in eo operarentur, dum lux est, & tenebræ non comprehenderent eos:

Ibid. v. 11.

Vinea mea coram me est: nam in hoc Iudicio præsentia habeo tempora omnia, ætatésque vniuersas: certè in hac vinea & Dominus ipse vineæ Christus IESVS laborauit, fructúsque amplissimos sudorum retulit, infinito præmio donatus: *Vir affert pro fructu eius mille argenteos: mille tui pacifici*, Nam tam ingens merces ex puris creaturis nemini concessa nisi pacifico & Salomoni, qui sponsus est, solùm: Cæterùm *ducenti his, qui custodiunt fructus eius*: quæ ipsa satis cumulata, & gloriosa remuneratio est: seruos autem, qui vineam non custodierunt; sed *cœperunt percutere conseruos suos, manducare & bibere cum ebriosis, imò & apprehensum hæredem eiecerunt extra vineam, occiderunt; malos hos malè perdens*, mandabit in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis eius: atque compensatis bonorum laboribus, punita impiorum licentia, dissoluendus iam ille cœtus vniuersalis: Quoniam autem Iudicio electus locus, vallis Iosaphat;

Acosta lib. 4. de nouissimis temp. c. 13.

Consurgent enim gentes in vallem Iosaphat: ibi sedebo, vt iudicem omnes gentes in circuitu: ibi, vbi quondam horti morantem sponsam, vt receptui canat, rogat sponsus: *Quæ habitat in hortis, amici te auscultant, fac me audire vocem tuam*: Illa læta super omnibus diebus vitæ suæ paret continuò: *Fuge, dilecte mi*, (ait) *& assimilare capreæ hinnuléque ceruorum super montes aromatum*: Eamus celeres, quasi solent capreæ, hinnulíque ceruorum rapi festinatione, cùm amissam genitricem implorant, transcendúntque volucres inaccessa; non cursus ille, sed volatus: sic eamus; possumus nanque; non enim iam corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam: sed eamus ad montes aromatum, ô ad vitam illam felicissimam,

Ecclesiæ in sponsi lares traductio.

Aug. tom. 9. lib. Medit. c. 22.

O ad regnum verè beatum, carens morte, vacans fine, cui nulla tempora succedunt per æuum; vbi continuus sine nocte dies nescit habere tempus; vbi victor miles illis hymnidicis Angelorum sociatus choris, cantat Deo sine cessatione Canticum de Canticis Sion, nobili perpetua caput amplectente corona.

SVBSECTIO VIII.

Conferuntur inuicem duæ explanationes, mystica, atque historica: quanta in his vniuersim germanitas quærenda?

QVoniam verò vigiliis nostris principem scopum præfigimus, germanum huius Epi- 70.

thalamij mysticum intellectum, qui de Christo, & Ecclesia præcipuè est, vna omnium attestatione, quoad eius fieri valeat, prodere; nempe, hæc medulla, & succus Operis; hoc, in quo sibi potiùs complacet diuinus Hymenæi Auctor; placuit breuiter consertuisse inter se spiritalem, atque historicum sensum: quippe is demum solidus inter mysticas significationes sensus est, qui litteræ cognatus est, atque cum ea similitudinem, proportionémque habet: quæ dotes, si in ea, quam nos exhibemus, explanatione non mediocriter eluceant, erit spes, vt genuinam Cantici huius interpretationem attigisse videamur, pro qua vna re votum nostrum omne & desiderium.

71. Ergo sponsus, iuxta historiam, ætate adolescens, patria Iudæus, vrbe Hierosolymitanus, dignitate Rex, nomine Salomon, siue Pacificus. Totidem in Christo reperias: Hierosolyma, quæ sursum est, patria, qua parte Deus est; inferior & dici quoque patria queat, cùm in ea haberet consanguineos & affines, plurimam nobilitatis partem: cætera constant. Vxor sponsi secundùm litteram professione Gentilis, ortu extra Palæstinam, nata sub arbore; vineis commorans; hœdos pascens, sola indole honesta; præter faciei pulchritudinem, & moribus commendabilis. Splendent in mystica sponsa eadem? religio, gentilismus, natiuitas; vltra Iudææ limites in lucem edita sub arbore, nempe, sub idolo, quod ex arbore artifex adaptauerat; sub arbore quoque Crucis desponsata, quemadmodum alteram illam sponsus sub arbore malo suscitauit; officium, in vineis sacra Priapi, & Veneris facere; in collibus & excelsis hœdos, id est, lasciniam pascere; eidem Veneri delubra constituens, quibus omnis turpitudo exerceretur. Sata vna Principe, qui matrem eius oppressit: & violauit: sata altera eo, de quo pronunciatum: *Venit Princeps huius mundi, & in me non habet quidquam*: Tantùm dissimiles sponsæ, quòd alterius laudatissima vita si tamen ob virtutes morales encomio digna eius sub ethnicismo professio? quomodo bona quæ pagana & idololatrix? alterius, quæ à Christo adamata est, per omnes spurcitias transacta ætas, & si quid in Philosophis sobrium, ex apparentia solùm; Verùm conueniebat ita, vt Christi charitas magis emineret, qui nec probrosam & sputcam dedignatus: Denique vterque sponsus ab affinibus & consanguineis plurimùm molestiarum passi, quoniam alienigenam, & ethnicam puellam patriæ feminis anteponerent; & vterque post nuptiarum sponsionem, antequàm matrimonio iungerentur, abiêre à conspectu dilectarum.

72. Iam sponso à limitibus sponsæ, quam littera efformat, semoto, illa ab initialibus capitis primi Canticorum vocibus vsque ad verba illa eiusdem capitis: *Equitatui meo in curribus Pharaonis*, &c. suspiria fundit pro absentia amati; gaudet introduci in supellectilis domum, nempe, in cellaria, refutat rumores vanos de sua, déque sponsi fama; exoptat auidè diem nuptiarum, & stabilia atque mansuri fœderis: hisque absumitur velut Prologus Epithalamij: Singula hæc etiam perlucent in mystica explanatione, quemadmodum aperiri cupientibus patebit. Inchoat primum, siue conuiuium; siue membrum, & pars, seu denique actus, aut scena Hymenæi ab iis verbis capitis primi: *Equitatui meo in curribus Pharaonis*, durat vsque in verba illa capitis secundi: *Sub umbra illius, quem desideraueram*: ambit epulum hospitibus datum, comitatum ingentem Principis cum pompa ad nuptiarum solennia venientis, & in primis de ornanda sponsa in lucem publicæ lætitiæ agitur serió, déque vniuerso apparatu geniali: Hæc, neque alia, iisdem versibus complectitur spiritalis expositio: A verbis illis capitis secundi: *Sub umbra illius, quem desideraueram sedi*, &c. orditur secundum conuiuium, siue secunda carminis portio; extenditur vsque in nouissimam capitis quarti sententiam: claudit matrimonij cæremonias, & ex genialibus epulis reliquis præstantius primum nuptiale conuiuium; sponsæ deliquium à gaudio, & ab amore: recreat eam sponsus variis spectaculis, post lang[illegible]: deinde, quin abeundi occasionem exhibuisset aliquá sponsa, elabitur: mœret illa, & lacrymatur nimiùm elapsum; lustrat diligenter, & tandem reperit: mirantur insolitos sponsæ honores, qui abiectam cognouerant: comparant nup[illegible] in pompam cum ea, quæ in tradu[illegible]ionis ad sponsi lares diem reseruatur, gloria: adiurat dilectus his filias Hierusalem ne soporem sponsæ interrumpant: demum toto capite quarto depingi[illegible] nubentium felicitas, pulchritudo, maiestas: Paria offert mystica declaratio: introducit primùm nuptias ipsas, & epulum abundans spiritalium consolationum ad diem Pentecostes; lætitiam deinde Ecclesiæ de Hebræorum ad Christum adiunctione, déque eodem inter Gentes annunciato: ad hæc tam læta subsequitur tristissimus casus sæuissimæ & diutinæ Imperatorum persecutionis, amisso sponso, probationis causâ, non quoniam illa offendisset: inuenit tandem, quem deperit, & amat: mirantur nationes insolitos Ecclesiæ sub Constantino honores: comparatur illorum temporum prosperitas cum eius diei fastu, quo in domum sponsi ad triumphantes ciues transferenda sit: Hebræi feminis populi semel, atque iterum prohibentur, ne graues sint Ecclesiæ tranquillitati: postremò pulcherrima Ecclesiarum facies sub Constantini imperio, toto capite quarto graphicè aperitur.

Succedit tertium conuiuium, tertiósque Hymenæi actos. Præbent initium prima capitis quinti verba, & absoluunt verba illa capitis sexti: *Descendi in hortum nucum*, &c. Habet discubitum intra hortum, appositis melle cum fauo, & vino cum lacte: succedit sponsæ pigritiès, & tepida charitas: abit cum ira sponsus vix inuenitur à sponsa post vulnera, & amissam chlamydem: laudat & describit dilectum sponsa: illam & sponsos, & quæ in comitatu erant Optimatum Reginæ, atque concubinæ extollunt: His æqualia parturit interior expositio: proponit ante cætera conuiuium dominicæ Mensæ: deserit sponsam, propter eius negligentiam, dilectus, & sinit per hæreses affligi, ita vt tæderet viuere: post exquisitos conatus reperit amissum: laudat, & in laudibus refutat diuersorum sæculorum hæreses per Concilia in Spiritu sancto aggregata: sponsam dum euehit dilectus encomiis, simul præsidia salutaria offert contra hæresim, à Doctoribus, à Martyribus, à fundandis Religionibus, ab instituendis fidei causarum iudicibus: mirantur deniq; nuptiarum sociæ, & amicæ Sponsâ per hęreses adeò non exinanitam, & quassatam, vt magis creuerit ad miraculum, pulchra effecta *vt Luna, electa vt Sol*. 73.

Quartum conuiuium, siue genialia carminia quartum membrum, cœpit à verbis illis capitis sexti: *Descendi in hortum nucum*, &c. continuatur vsque ad verba illa capitis octaui: *Quæ est* 74.

ista

ista, qua ascendit de deserto delicijs affluens, &c. In limine illius consternatio sponsæ à quadrigis Aminadab, hoc est, à schismate populi, & diuisione, & a bellis: quam vt consoletur sponsus, aut ipse, aut nuptiarum, siue amici, siue sociæ virgines, dilectam longiori encomio celebrant, à vestigijs exorditæ laudationem: itur in hortum, epulis accumbunt, optat prolem sponsum referentem, vincitur ab ecstasi, & deliquio, somno acquiescit, & prohibentur filiæ Hierusalem, ne suscitent, neque euigilare faciant: Pro istis exhibet mystica explanatio turbatam quoque Ecclesiam in ipso vestibulo, & non nisi à schismate Antipaparum: bella quoque horrida, quæ Sarraceni inferant, quæ aliqui Imperatorum occidentalium: solatur sponsus, & quòd satis armorum ipse præbeat aduersùs qualescunque hostes; & quòd nouissima Ecclesia, quæ latè depingitur, pulchra nimis futura sit: affertur pabulum ex Indorum conuersione: succedit Hebræorum ad Messiam reuersio; hæc proles, quam desiderabat sponsa dilectu similem, id est, eiusdem patriæ, & de eodem semine Abrahæ: incidit in languorem sponsa præ exultatione, & lætitia: Iudæi, qui sociis Christo adhærentibus molesti esse volebant, supprimuntur.

75. Succedit Operis Epilogus. Sumit exordium à verbis illis capitis octaui: *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, delicijs affluens*, & finem eundem habet, quem totus Hymenæus: Eo comprehensa præcipuè monita salubria sponsi, quibus sponsam communit contra aulicorum artes, eorúmque omnium, a quibus venustior forma timere debeat: offerunt amici, & cognati puellam sartam tectam habere: describuntur prouentus à vineis, & sponsi, & dilectæ: postremò canit receptoi sponsa, & dissoluit ad nuptialem lætitiam conuocatos: Ad horum imitationem spiritalis seorsus describit sponsum, qui Ecclesiam communiat aduersùs Antichristi immanissimam rabiem: quo omnium, qui vixerunt, nequissimo de medio sublato, succedit generale mortalium Examen, déque vineæ cultura, habitâ in Comitiis vniuersalibus quæstione; cùm boni laudem, & coronas; mali supplicia recepissent; cantat vltimum vale sponsa, & itur cum incredibili gaudio in perpetuas æternitates.

76. Possem ego non exiguo exonerari labore, & diligentia, si litteræ, atque mystici sensus præcipua tantùm capita, patiésque contulissem, minutiora relinquens: quare, si in omnibus historiæ allegoria non responderet, veniam prudens Lector facilem daret, cùm sciat, meliores ex veteribus, nouisque Scriptoribus sentire, allegoriam non nimiùm vrgendam esse; & in parabolis plura esse, quæ Emblemata solùm sunt, & vnius ornatus causa apponuntur: Docuit Tertullianus libro de pudicitia, cap. 9. *Nec valdè laboramus* (ait) *omnia in expositione torquere, dum contraria quaque caueamus*. Basilius ad interrogationem 154. in Regulis breuioribus: *Sanè, quæ afferuntur similitudines, nequaquam eo omnino singulis earum rerum, ad quas allata sunt partibus respondent; sed illud agunt, vt mentem ad id, de quo agitur argumentum, dirigant*. Celebre est Augustini documentum lib. 16. de Ciuit. ad Marcellinum. cap. 2. *Non sanè omnia, quæ gesta narrantur, aliquid etiam significare putanda sunt; sed propter illa, quæ aliquid significant, etiam ea, quæ nihil significant, afferuntur: solo enim vomere terra proscinditur; sed, vt hoc fieri possit, etiam cætera aratri membra sunt necessaria: ita in prophetica historia dicantur & aliqua, quæ nihil significant; sed quibus adhæreant, quæ significant, & quodammodo religentur*: Chrysostomus homil. 65. in Matthæum in eadem opinione est, quemadmodum & Theophylactus ad cap. 16. Lucæ: Priscos duces sequuti Maldonatus ad cap. 18. Matth. Iansenius Concordiæ cap. 79. ad illud: *Ego sum Pastor bonus*, &c. & cap. 87. ad illud: *Et vos similes hominibus*, &c. Pererius lib. 14. in Genesim, tom. 2. num. 209. Lauretus præfatione ad Syluam Allegoriarum: & huius Cantici Interpretes Luysius Legionensis initio primæ explanationis capitis primi Canticorum: Sotomaior in præfatis, pagina 57. Delrius Isagogæ cap. 4. §. *Notanda denique*, &c. Gislerius præfationis cap. 7. num. 17. His ego contentus, fortasse cutis supersedere potui: malui tamen ad examen & libram cuncta referre, ni decipior; vel quia putarem vniuersa mysteriis grauida esse, cùm audiam Chrysostomum disserentem initio homil. 21. in Genesim: *Neque enim vel syllaba, vel apiculus est, in sacris Litteris, in cuius profundo non sit grandis quispiam thesaurus*: Vel, quoniam eo modo allegoriæ maiorem fidem conciliarem, cuius etiam minuta, cum historia proportionem haberent: vel denique, quia mysticum sensum litteralem simul esse docuissem Præloquutione 1. Sect. 4. num. 24. Et quamuis *tropologia libera sit* (Auctore Hieronymo in cap. 1. Habacuc, ad illud: *Ecce ego suscitabo Chaldæos.*) *historia tamen stricta est, & euagandi non habet facultatem*.

Regula: Allegoria non nimium vrgenda.
Regula: In parabolis multa ornatus solum gratiâ.
Tertul.
Basil.
August.
Chrysost.
Theophyl.
Maldon.
Iansen.
Pereira.
Lauret.
Legian.
Sotomaior.
Delrius.
Gisler.
Tota Scriptura mysteriis grauida.
Chrysost.
Tropologia laxa est, historia stricta.
Hieron.

SECTIO III.

Qui surgunt scrupuli aduersùs tradita primâ Sectione de historiæ filo, & consequutione?

NE historiæ narrationem insuauem redderemus, crebris digressionibus, & hiatibus, quibus, emergentibus difficilium salebris, satis erat faciendum necessariò; rejecimus in hunc locum; seorsim obiectiones proposituri.

SVBSECTIO I.

Num vera, quæ secundùm historiã pronunciamus; & quali patrocinio suffulti docemus? Sponsus domo Ierosolymitanus, potentiâ Rex; Sponsæ genitor Dynasta; vxor ob virtutem magis quàm ob prosapiam & opes ducenda: Sponsa canticorum ignobilis: Num huius libri gesta, tacta alijs Scripturarũ voluminibus?

PLacet mihi, quod homo acris ingenij maturæ eruditionis, & in hoc interpretando Cantico de principibus, noster animaduertit Sanctius prologo ad Lectorem, argumentum huius Epithalamij iuxta literam aliquid esse, quod aut contigisset in Hebræorum republica, aut solitum fuisset nonnunquam euenire: Hæc mihi sufficiant: nam, vt possibile fuerit accidisse, satis habemus: sic enim historiæ campus aperitur, & litterali significationi, quæ cum mystica non confunditur: sed tamen perpetrata fuisse, rerúmque verè gestarum ordinationem esse, atque seriem, 77.

Gaspar Sanctius laudatus.
Canticorum volumine contentum aliquid, Hebræorum republica accidere solitum.

 quid

quid si quispiam dicat? Habet ille pro se plura veteri, nouóque Instrumento dispersa exempla, quæ cùm difficiliores multò euentus contineant; veras tamen iudicatas historias à classicis Scriptoribus, monstrauimus Anteloquio 1. Sect. 5. Habet, non aliud documentum pro dignoscenda historia frequentiùs tradi à Scripturarum Versatoribus, quàm si nomina personarum narrationi intexantur: Egimus ex deliberato de canone isto, eodem Præludio 1. sect. 7. num. 49. At Salomon diuino Hymenæo non vnum nomen coniugum offert; natales, educationem, patriam, ætatem, pluráque alia memoranda describit: Habet denique (vt parabolam esse concedamus) parabolarum plerumque mysterias ex verè gestis assumi, vt ostendimus eadem sectione 7. num. 53. *Nemo enim* (inquit Alcazarius noster notatione 15. procemiali ad Apocalypsim) *ficta vtitur narratione, quando veram nouit historiam, qua æqualiter eidem instituto possit conducere:* Et sapienter ille: quorsum enim labor in fictis, vbi vera abondant, & æquè deseruiunt? His itaque stimulari poterunt, quibus placuerit existimare, narrationem esse rerum apertè gestarum: nobis sufficiens est potuisse vniuersa contigisse.

Alcazar. *Fictarum narrationũ in Scriptura rarissimus vsus.*

78. Sed nihil horum apud alios Scriptores? Imò omnia. Nam, quòd non Salomon sponsus; ille, inquam, Dauidis soboles, quàmmulti docuêre, de quibus adi 1. Anteloquium, sect. 10. num. 80. esse autem adolescentem ex Hierosolymitana nobilitate, scribit noster Sanchez prolegom. 2. & satis insinuant voces eiusdem ad Sionides, quas ter adiurat *per capreas, ceruósque camporum, ne dilectam suscitent, & euigilare faciant:* quarum gratiâ quoque vehiculum illud operosum, diuésque, cuius columnæ argenteæ, reclinatorium aureum, ascensus purpureus, *media charitate constrauit*: Vinea quoque fuit illi, & possessio insignis, non alio situ, quàm *in Beelamon*, vt habent Septuaginta duo; aut in ea, *qua habet populos*, vt interpretatur vulgatus, quem situm Hierosolymæ explicat Chaldæus Paraphrastes: Abenezra nomen loci asserit prope Solymorum muros positi, éstque vtraque sententia, quarum vnam, alterámve sequitur ferè omnis Interpres: Regiam in sponsu eminentiam indicat, qua sæpè vocatur, Regis appellatio: probant meliùs comitatus insignis lectuli, siue quo ferebatur in carpentis, & essedis, siue quo dormiebat intra thalamum, & excubias agebant *sexaginta ex fortissimis Israel.* Ferculi genialis & materia & fabrica insignior; confluebant quippe pretiosa quæque, aurum, purpura, argentum, gemmæ; tigna ædium de cedro, laquearia ex cupresso: caput ex auro optimo propter diadematis præstantiam, thorax eburneus distinctus sapphiris, digiti pleni hyacinthis: sandalia ex auro, super quibus basibus fundantur crura tanquam columnæ marmoreæ, bysso, scilicet, splendenti & candida tecta: Iam illæ tot vineæ, tot horti, quorum *emissiones Paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus, cypri cum nardo, crocus, fistula, cinnamomum cum vniuersis lignis Libani, myrrha & aloë cum omnibus primis vnguentis:* Denique Regem fuisse, illi non dubitauerint, qui Salomonem Dauidis successorem fuisse sponsum autumant: sunt autem hi neque pauci Auctores, neque obscuræ famæ, reperies Prælocut. 1. Sect. 9. num. 68. Sed de his nunc raptim actitamus: si pleno ore haurire liber, consule Anteloquium quintum.

Sanchez. *Sponsus Canticorũ Hierosolymitanus.* *Chald.* *Abenezra.* *Regia maiestate pollens sponsus.*

Sponsam autem miserè natam fuisse, in syluis sub arborum frondibus, hœdos ad pastum ducere, vineas custodire solitam Salomoniam a viri nomine appellatam, idola Chananæorum in cultu & honore habuisse, patriam Libani etenim fuisse, tempus, locúmque nuptiarum, singula monstrauimus citata 1. Prælocutione, sect. 7. num. 51. Addimus modò ex probabili coniectura, eam Principe satam, quamuis mater etiam de turis plebe fuerat: Idipsum existimauit Sotomaior ad verba illa cap. 7 *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia Principis?* Proinde quidem, non qui genitricem sponsæ primariam, secundariámve haberet vxorem; sed, qui violenter oppresserat, dum fortuitò venanti in Libani [illegible] ticibus occurreret. Si enim legitima [illegible] quoquo modo vxor, non passus fuisset, vt vel sub arborum edidisset ramis, quòd latibus caruerit; vel obscurè educauerit, seu in vinearum, seu in agrorum pastibus; Quòd si equidem Auctoribus caruissemus, qui ea scripsissent, quæ nos docemus; debuisset tamen æquus Lector id in primis contemplari, an ea traderemus, quæ cùm inter se consequentiæ, & vinculi plurimùm haberent, casta quoque essent: & honestis auribus conuenientia: quas si nostra interpretatio secum attulisset conditiones, ferenda esset, quando plerisque huius Cantici Explanatoribus post Christopolitanum Antistitem, contingit, nouas inire vias, & superiorum vestigiis non calcatas, vt dicebamus Prolegomeno 1. sect. 5. num. 33. 79.

Sponsa genitor, Princeps. *Sotoma.*

Sed inauditum est, inquis, certè nimis pere[grinum], Principem à supremo Monarcha secundum, rectæ indolis, compositæ mentis, patriæ virginibus desertis, in quibus cum summa nobilitate certabant ingens pulchritudo, opes, honestas: ducere voluisse alienigenam, vilem, despectam, pauperem! Nec iuuat dixisse, per Scripturarum vasta æquora occurrere frequenter rara, atque inusitata exempla compertarum historiarum: his enim assentimur captiuantes intellectum in obsequium fidei: vbi autem Scripturarum textus non viget, nec fidei reuerentia stimulat, sobriè cogitandum est, eáque in medium proferenda, à quibus communes rerum leges non abhorrent, alioqui figmentum magis, quàm historia existimabitur, quod proponitur: Respondeo, non paucas à nobis descriptas historias difficilis & implexæ connexionis Prælocutione 1. sect. 3. num. 18. & sect. 5. num. 39. quas vt credamus, fides non viget: credimus tamen cum quadam probabilitate: quia eruditi & diligentes Interpretes sic docent; & inprimis, quia cum eo interpretandi genere mirificè cohæret textus: Ex hac igitur historiarum norma dicimus, illam esse, quam Salomonis Epithalamium celebrat. 80.

Sed veniamus ad inauditum, nimísque peregrinum de impari coniugio pronunciatum: Assero itaque, sponsum Hebræas puellas posthabuisse Syrophœnissæ virgini, & alienigenæ: quoniam hæc, quæ peregrina erat, & non de Iudæis; etsi diuitiis, maiorúmque gloria illis impar; vincebat tamen modestia & virtute, quantùm illæ superabant nobilitate & substantia. Hoc sanè rarum est, atque insolens, modestiam in vxore plus quæsitam á marito, quàm possessiones & gazam: sed hoc quoq; paucissimis cócessum, assequutus noster spósus, quoniá Princeps erat iustitiam, probitatémque plus diligés, quá externa ornamenta: Æmulabatur ille prisca Heroum tempora, & gloriabatur potiùs imitatione Patriarcharũ, quàm nominibus: Audi 81.

Sponsus Canticorũ duxit vxorem ob probitatem eius.

Chry

Chrysost.

Patriarcharum veteres in deligenda vxore.

Chrysostomum loquentem de nuptiis Isaac cum Rebecca hom. 48. in Genesim: *Et attende, quomodo veteres non quærebant substantiam multam, non diuitias, non seruos, & iugera agri tot, & tot, non externa venustatis formam; sed animæ pulchritudinem, & morum nobilitatem: Vidisti, quomodo magis animæ generositatem, quam opum abundantiam inquirebant.* Ambrosius lib. 1. de Abraham Patriarcha, cap. . *Non enim tam pulchritudo mulieris, quam virtus eius, & grauitas delectat virum: Qui suauitatem quærit coniugij, non superiorem censu ambiat, non monilibus ornatam; sed moribus:* Atque ex Ethnicis Legislatoribus Lycurgus ille, referente Plutarcho, *cuidam percunctanti, quam ob causam lege cauisset, vt sine dote Virgines elocarentur? Vt, inquit, neque propter inopiam vlla relinquerentur innuptæ, neque ob diuitias expeterentur: sed vt iuuenum quisque ad puellæ mores respiciens, ex virtute faceret electionem: eadémque de causa fucos, & ornamenta, quibus aliæ formam, vel fingere, vel commendare solent, ex vrbe submouit.*

Ambros.

Plutarch.

Recté Seneca in Octauia, Act. 2.

Seneca.

Probitas, fidésque, coniugis mores, pudor.
Placeant marito: sola perpetuò manent.
Subiecta nulli mentis, atque animi bona.

Hæ igitur causæ mouerunt sponsum, vt inopem, & plebeiam duceret, relictis locupletibus, quoniam animi dotibus excellebat, quæ possessiones, & thesauros non habebat: Quemadmodum propè ob similes rationes Traianus ad imperij colmen euectus, de quo Dion Cassius in Nerua: *Cæterùm in hoc bonitas Neruæ, & studium in Rempublicam maximè apparuit: nulla intercedebat cum adoptato cognatio: imo verò propinquos, & cognatos quamplurimos habebat publicæ tamen vtilitati, atque salutis societatem sanguinis postposuit: neque eo deterritus, quòd Traianus genere Hispanus, aut ex Italia oriundus non esset, quódque ante eum peregrinus, & alienigena Romanum imperium non tenuisset. Virtutem hominis, non genus, aut patriam spectari oportere existimauit;* Insigniter Nerua: *Plato quippe aiebat* (inqoit Seneca epistola 44.) *neminem Regum non ex seruis esse oriundum, neminem non seruorum ex Regibus: omnia ista longa varietas miscuit, & sursum, deorsum fortuna versauit: Quis ergo generosus? ad virtutem benè à natura compositus.* Sed de his quamplurima apud Stobæum sermone 70.

Dion Cass.

Traianus ad imperiū euectus propter virtutes.

Seneca.

Iustitia etiam Regū obscura, & vilia.

Stobæus.

82\. Verùm non sine exemplari, & quin haberet, quos sequeretor, tale consilium amplexus: Salomon enim, cùm de Hebræorum Optimatibus esset, Hietichuntinæ cauponatrix thalamos non est dedignatus simili motus desiderio, quo noster sponsus; nempe, feminæ probitate allectus: Transcribamus incerti Chrysostomi verba hom. in Matthæum: *Cum esset Salmon nobilis inter filios Israel, & quia de tribu Iuda erat, & quia filius Principis, vidit Rahab illam fidelem sic conuersam ad bonum, & à Deo dilectam, & computatam inter filios Israel, quasi magnam aliquam illam constitutam, meruit Salmon accipere in vxorem:* Sic & Booz, cùm agris & possessionibus diues esset, non contempsit Ruth Moabitidem pauperem, & inhonoram. *Itaque considera* (inquit Chrysostomus hom. 3. in Matthæum) *ea, quæ in Ruth facta sunt: hæc enim erat alienigena, & in extremam delapsa paupertem: sed videns eam Booz, qui nec ob ipsius paupertatem despexit, nec ob impietatem gentis exhorruit: sicut etiam & Christus Ecclesiam suscipiens & alienigenam, & magnorum laborantem egestate bonorum, suo consortio copulauit.* Dauid quoque quales vxores habuit? Nam, vt sanè regia editam stirpe acceperit Michol, Gessur etiam Regis filiam; duxit tamen Abigail viri agricolæ, quamuis potentis & locupletis, coniugem Nabalis, scilicet, & duxit ob feminæ præstantes animæ dotes, quemadmodum probè aduertit Salianus tom. 3. anno mundi 2977. num. 43. quarum egregium specimen dedit, cùm inccolum aduersùm barbaram mariti inhumanitatem, Dauidem facilè placauit submissione & eloquentia: At Betsabæa, quam primariam vxorem habuisse coniectamor eò, quòd Salomonem eius filium, regnorum hæredem nominauerit; nónne illa priùs nupta priuato militi Vriæ Ethæo, & quidem Ioabi militiæ Ducis armigero, vt libro 7. cap. 7. prodit Iosephus? sed tamen insignis materfamiliàs ipsa, vti Salomonis educatio commonstrat, pro qua consule Pinedam lib 1. de rebus Salomonis, cap. 10. num. 15. & sequentibus: Denique veteres omnes Hebræi duo vxorum genera obtinuère: alterum earum, quæ Reginæ & primariæ vocarentur, quarum filij hæredes paternorum bonorum stabiliom: alterum illarum, quæ concubinæ, & secundariæ dicebantur, quarum posteritas ex genitoris testamento dona solùm accipiebat: Vnde est illa querela Iudic. cap. 9. *Et constituistis Regem Abimelech, filium ancillæ eius, super habitatores Sichem, eò quòd frater vester sit:* Vtrumque genus legitimi thori, & fœderis: Ex his itaque vt concedamus, primarias vxores, paris cum marito fuisse nobilitatis, & honoris: sed erant secundariæ illæ ancillæ tantùm, & ignobilis portio. Chrysostomus hom. 3. in Matthæum: *Propterea igitur & duodecim Patriarcharum intulit mentionem, vt hinc quoque humiliaret immodicam de progenitorum nobilitate iactantiam: multi enim eorum ex ancillis matribus nati sunt;* nempe, ex duabus Iacob concubinis, & secundariis vxoribus, Bala, & Zelpha: Verùm & quam primariam habuit vxorem post obitum Saræ Abrahamus, Cethuram videlicet, longo tempore ancillam fuisse, cum Delrio asserit Salianus tom. 1. anno mundi 2179. num. 6. ergo sponsus alienigenam, proletariam, & inopem accipiens thori consortem, non à Maiorum imitatione, non à gentis suæ consuetudine recessit: adeò non inauditom aliqoid aggressus est.

Hebræi nobiles & opulentiores vxores duxerūt plebeiam, aut inopes.

Chrysost.

Salian.

Vrias, cuius fortuna homo.

Ioseph.

Vxorum duo genera apud Hebræos.

Iudic. 9. 8.

Chrysost.

Cethura Abrahæ vxor primaria.

Salian.
Delrius.

Denique in hoc Epithalamio Salomon cecinit Dei & Ecclesiæ noptias, vt est omnium Catholicorum Interpretum perpetua & constans opinio: Siue autem Ecclesia hæc vetus illa Synagoga est, siue noua & de Gentibus assumpta congregatio, certe Patrum communis delineatio est (qui in his Scripturarum genuina sensa sectantur) Ecclesiam pauperem, mendicam, ignobilem repræsentare: sponsum verò, nempe, Numen ipsum immortale, maiestate, gloria, diuitiis sublimem: Sic in hoc Cantico explanando ad illa verba Cantic. 1. *Nigra sum, sed formosa,* &c. Sponsæ ab æmulatricibus ignobilitatem obiectam existimauit Auctor 4. homiliarum, sub Origenis vocabulo, homil. 2. sub initio; Theodoretus egestatem significari putat; Eusebius, siue Athanasius, in Synopsi, barbaram, fœtidam, putridam indicari: Bernardus homil. 30. in Cantica, vile ministerium subintelligi excubiarum in vineis. Sed verba illa capitis 6. Canticorum: *Reuertere, reuertere, Sulamitis,* &c. plures ex antiquioribus, cùm aliter legerent, nempè, substituerent pro *Sulamitis, Sunamitem*, eam vocem sic interpretati sunt, vt *despectam, & captiuam* denotare arbitrarentur, quam 83.

Ecclesia, antiquá Christo desponderetur, ignominia, egregiè in sponsá Canticorum delineata

Origen.
Theod.
Euseb.

 sequuti

Sponsa Canticorum cur mancupata captiuat

Commentarius in Cantica sub nomine Greg. Pap. an eius?

Greg. Pap. Beda Anselm. Honor. Guilielm. Philipp. Hug. Vict. Cassiod. Appon. Vvolber. Rupert. Philo Carp. Hieron. Halgrin.

Sunamitis quid significet

sequuti etymologiam verborum, sponsam abiectæ & deploratæ conditionis, qualis fuit semper mancipiorum, faciunt, omnemque nobilitatis honorem adimunt; super his inspeximus Gregorium Romanum ad ea verba (si eius sit Commentarius, dubitat namque Posseuinus in Apparatu sacro, verbo, *Gregorius*: nam germanam explanationem flammis absumptam putat ex malevolorum inuidia;) Vidimus Bedam, Anselmum Cantuariensem, & Laudunensem in Glossa paruula & interlineari, Honorium Augustodunensem, Guillelmum Abbatem, Philippum quoque Abbatem, Hugonem de Sancto Victore Miscellaneorum 1. lib. 3. titulo 9. Cassiodorum, Apponium, Vvolberonem, Rupertum, Philonem Carpathiorum Episcopum: S. Thomam, Petrum de Alliaco: & ferè laini ita semper. Non disputo modò, an hæc a Patribus tradita nominis declaratio cum originario idiomate satis consentiat: mallem enim in his Hieronymo adhærere, qui epist. 2. ad Nepotiam, Sunamitem, *coccineam* interpretatur, quem sequitur Cardinalis Halgrinius ad cap. 6 Canticorum: Mens fuit ostendisse, Patres in ea fuisse sententia, vt Ecclesiam aliquando pauperem, ignobilem, de more ancillarum, seruorúmque exitiile existimauerint, quo pacto loquutum Chrysostomum monstrauimus numero anteriori: Loquutum Augustinum ad illa Psalmi 122. *Sicut oculi ancillæ*, &c. Loquutum Hieronymum lib. 15 in Isaiam ad illa cap. 54. *Paupercula tempestate conuulsa*, &c. At Bernardi omisisse mellita verba, religio fuerit. Is itaque sermone secundo in Dominicam 1. post Epiphaniam: *Multum enim hæc sponsa sponso suo inferior genere, inferior specie, inferior dignitate: attamen propter Æthiopissam istam de longinquo filius æterni Regis aduenit, & vt sibi desponsaret illam, etiam mori pro ea non timuit: unde tibi tam inæstimabilis gloria, vt eius sponsa merearis esse, tu quem desiderant Angeli prospicere, cuius pulchritudinem Sol, & Luna mirantur, ad cuius nutum vniuersa mutantur?* Sed, quid moror? cùm Augustinus libro de catechizandis rudibus, capite 20. tom. 4. doceat, quæ de Hierosolymitana vrbe in Scripturis referuntur, in typum Ecclesiæ pronunciari: Hieronymus idipsum apertè profiteatur lib. 1. in Hieremiam ad illa cap. 4. *A voce equitis, & mittentis sagittam*, &c. De Hierosolymis autem Deus per Ezechielem, cap. 16. manifestè testetur: *Et eras nuda, & confusione plena; & vestiui te discoloribus, & calceaui te hyacintho*: Cùm igitur constet de Ecclesiæ mendicitate, de conditione & stemmate ex populi fæce, rursúmque de sponsi amplitudine; verosimile, Spiritum sanctum Epithalamij Scriptori inspirasse, eiusmodi vt historiam genialem caneret, quæ maximá cum re significata proportionem, & similitudinem indueret: At, vt huiusmodi texeretur narratio, debuit coniuges proponere diuitiis, nobilitate, gloria longè inæquales: Igitur, quòd imparem marito in scenam producamus vxorem, id ex Patrum omnium consensu, id ipsius textus vinculo, & cohærentia velut coacti facimus.

August. Hieron. Bernard. Hieron.

84. Obiicias: Si tam memorabiles nuptiæ, regnante Salomone, contigiissent, casúsque tam insolens, nempe, de regni Proceribus primum, aut secundum post Monarcham, ea Libani vastitate sponsam petere in derisum femineæ nobilitatis, sordibus enutritam; meminisset alicubi vetus Instrumentum euentus inusitati: sed, ne verbum de tanto nubentium apparatu. Respondeo, Scripturas satis meminisse horum connubiorum, quando iis concinnendis integrum Canticorum volumen absumunt: *Sed ex littera non satis constat, quis sponsus, quæ sponsa* (vt inquiebat Lyra proœmio in Cantica) Verùm, id quorsum mirandum in libro, cuius stylus ænigmaticus, quemadmodum vniuersi agnoscunt? Itaque in hoc Epithalamio nominatur sponsus, eiúsque vxor; describuntur origo, patria, ætas, aliáque multa: sed quoniam, vt Augustinus asserit tom. 9. lib. de Pastoribus, cap. 15. *Cantica Canticorum ænigmata sunt, paucis intelligentibus nota sunt, paucis pulsantibus aperiuntur*; hinc est, quòd non statim appareat Hymenæi genius; sed opus sit multo labore, & industria: Hanc meam cogitationem Theologico exemplo vtcunque commonstrare conabor: Multa didicit Mater Ecclesia processu temporum, multa stabiliuit, declarauitque fidei dogmata, quæ olim opinionibus iactabantur: *Quo fit, vt multa nunc sciamus* (inquit Castro lib. 1. de hæresibus, cap. 27.) *quæ a primis Patribus, aut dubitata, aut prorsus ignorata fuerunt*: Sic ostendit, canonicas esse aliquas Scripturarum partes, de quibus prisca ætas anceps fuerat: sic definiuit animas beandas ante corporum resurrectionem: &, quemadmodum conspicuis Theologis placet, decreuit in Baptismo, gratiam, & virtutes infundi; Sanè continebantur hæc in Scripturis; sed latebant, sed operiebantur, quoad venit hora, vt sponsam suam doceret Spiritus sanctus, & enuclearet illa, supérque candelabrum, & in aprico poneret, quod sub modio abscondebatur, vt sapienter idem Castro ponderat præfato lib. 1. cap. 5. Canus lib. 5. de locis c. 5. §. *At postremũ*, &c. multíque alij, quos proferemus Prælocutione 4. Sect. 13. Quemadmodũ itaque in his argumentari non est commodè, ea in Scripturis minimè contineri, sed dicere est solùm latitasse aliquando; ea sacro autem textu eruta suo tempore ab Ecclesia: sic asseueramus, in Cantico Salomonis occludi historiam nuptialem, eruendam probabiliter ab Interpretibus, quemadmodum Ecclesia certò eruebat, quæ latebant fidei dogmata.

Lyra. August. Castro.

Ecclesia procedente tempore multas veritates didicit.

Castro. Canus.

Sed dixerint, oportuisse, vt præter librum Canticorum, aliæ Scripturæ meminissent, repeterêntque id ipsum; inde enim affulgeret lux indubia ad hæc arcana penetranda: Respondeo, necessarium non fuisse: quota enim Christi gesta omiserunt Euangelistæ, quota documenta? vt expendit cum sapientia Castro lib. 1. de hæresibus, cap. 5. *Sunt autem & alia multa, quæ fecit* IESVS, *quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros.* Ioan. cap. 21. Inefficax itaque argumentatio est à Christo plura non fuisse perpetrata, quoniam nusquam apud Euangelistas leguntur. Sanè consueuit Spiritus sanctus extra propriæ narrationis locum aliqua conscribere, sed quæ ibi omissa fuẽre: Ita ex Psalmo 77. didicimus de plagis Pharaonis, Ægyptóque afflictis non pauca, de quibus Exodo non est mémoria; atque ex Sap. cap. 16. de his, quæ in extremo contigerunt, eodem volumine non recensita: ignoraremus Iacob cum Angelo luctantem fleuisse, si Oseæ cap. 12. non consuleremus: atque huius generis magna congeries est, de quibus si edoceri es cupido, perlustra Cantapretensem hypotyp. lib. 5. cap. 1. Toletum ad cap. 12. Lucæ, annot. 96. Gasparem Sanchez ad vers. 22. cap. 9. Iob. Eundem ad cap. 7. lib. 3. Regum. 85.

Angusta Canticorum libro aliis Scriptura locis repetantur?

Castro.

Regula: Scriptura narrationibus multa omissa, quæ contigerunt.

Ioan 21.25.

Regula: Scriptura, omissa vno loco, altero refert.

Psalm. 77. Sap. 16. Oseæ 12.

Cantapr. Sanchez. Tolet. Lorinus.

Regnum. Lorinum ad vers. 55. cap. 20. Actorum: Riberam ad cap. 12. Epistol. ad Hebræos, num. 41. & ad caput 10. Oseæ, num. 53. Mendoçam tom. 1. in lib. 1. Regum, ad versic. 21. cap. 1. num. 7. At, quæso, cui isthæc Auctoribus iis, qui ex professo de tota se egerunt, non suggessit Spiritus? Quis nouit sensum Domini? nam certè in promptu erant tunc ei, cuius calamus velociter scribens, aut Moyses, aut alius Prophetarum: Ergo num benè argumentabimur, ea, quæ Psalmo 77. cecinit Dauid de plagis Ægyptiorum, non certa esse, & indubitata: quia Moyses, qui ex deliberato texuit historiam, omisit? Quid, si Dauid quoque tacuisset, vt facilè euenire potuit? Igitur Spiritus sanctus quædam omninò profundo silentio mersit, quædam vno loco prætermittit, altero publici iuris fecit; quædam semel locutus solùm, de quibus fortasse huius abstrusi Epithalamij argumentum: quoniam mirabile hoc Canticum abscondi voluit à prudentibus etiam, & sapientibus, & reuelare illud, cui placuisset: Quanquam fortasse aliis Scripturarum tractatibus easdem materias complexus fuerit Spiritus, Psalmo 44. *Eructauit cor meum*, &c. Apocalypsi, & alibi Nam quid plures scriptores de argumento Psal. 44. sentitent, aperuimus Anteloq. 1. num. 73. quid de Apocalypsi existimandum, docemus Anteloq. 9. num. 41. Sed vbique posuit velamen super faciem, ne agnosceretur: & quoniam eiusmodi velamen vsque in hodiernum diem positum est, ideò sententias nostras non tanquam certa dogmata venditamus; sed velut probabiles theses, & in quibus veritatem attingere nisi sumus.

Ribera.
Mendoça.

SVBSECTIO II.

Num legitimè, & secundùm veteres nubentium ritus, tria solùm conuiuia assignamus? de tempore genialis lætitiæ & numero conuiuiorum longior tractatio obiter de funerum diebus; Biblicis sententiis splendor, specialiter Esteri, Ieremiæ, Ioanni.

86. NOn vnum in nuptiis celebratum epulum extra discrimen videatur: Tertullianus lib. de cultu feminarum: *Præterea, vt conuiuiis multis, ac molestiis superfederent quæ fermè ex more nouo mariti obeunda sunt: Multa* dicit, & quidem molestiam præ numero, satietatemque generantia. Maximus Monachus in Scholiis ad D. Areopagitam in epistolam octauam differens de celebritatibus, quibus *Hilaria* nomen: *Dies* (ait) *quidam erant idololatris addicti, quos Hilarios appellabant: priuata antè censebantur, vt cùm quis vxorem primùm duxerat aut ex vxore susceperat filium: communes & publica, vt cùm quispiam regno inauguratus primùm receńsque Rex declaratus, publicæ Hilarias indicebat. Nulli per eos dies licebat gestare quidquam lugubre, sed spectacula, sacrificiáque in dies singulos celebrabantur: a luctu sibi temperabant, qui in luctu erant, atque interérant spectaculis; inque publicis conuiuiis transmittebant eiusmodi Hilarios dies*: Quibus verbis manifestè significatus, plures fuisse Hilariorum dies, atque in singulis Symposium exhibitum. Porrò de eo genere erant geniales dies. Adstipulatur Plutarchus in Arato, loquens de Antigono: *Nuptias Corinthi celebrauit, ludósque edidit, & conuiuia agitauit quotidie*. Promamus & de Poëtis vnum, alterúmve. Horatius lib. 2. Satyr. 2.

Plures in nuptiis epula.
Tertull.
Maximus Monach.
Hi at erum quid essent dicti
A luctu abstinentes veteres
Plutarch.
Ludi in nuptiis.
Horat.

Illerepotia, natales, aliósque dierum
Festos albatus celebret.

Etant autem repotia nuptiales cœnæ. Ausonius Burdegalensis epist. 13. de ostreis:

Auson.

Sed festos quia sæpè dies partim ipse meorum
Excolui, inque vicem conuiua vocatus adiui,
Natalis si fortè fuit solennis amico,
Coniugióque dapes, ac festa repotia patrum
Audiui meminique bono laudare frequenter.

Natalitia festa.

Atque istis sanè apertè innotescit, plures epulas datas nuptiatum sodalibus, & conuiuis: Verùm dixerit quispam, stare cum nostro pronunciato, á tria conuiuia plura sunt: Quare alio argumento vtemur robustiori, quod ab eo tempore deducemus, quo tota genialis lætitia persistebat.

87. Sanè Ioannes Rosinus Antiquitatum Romanarum lib 5. cap. 37. duplici cœna totum genialem apparatum absoluit: altera, quæ dabatur à nouo marito ipsa coniugij luce, & dicebatur cœna nuptialis: altera, quam postridie idem post solutam sponsæ zonam celebrabat: cui nomen, *repotia* propter redintegratam hesternam comportationem. Sed Iulius Scaliger Poëtices lib. 1. qui Idea inscribitur, tertium addit diem: distribuit autem spatium ita: primum diem sponsalibus assignat; secundum destinat nuptiis; tert o tribuit ducendam nuptam in domum mariti: A que hæc diuisio tritior Criticorum, qui de hac quæstione ieiunè tractaruni, quantum hactenus perlegere licuit: Reperi tamen de triduo hoc in vita Sanctæ Godolouæ, 4 Surij tomo, die 6. Iulij: *Celebrabantur* (inquit) *triduo nuptiæ: sed eis sponsus nolunt interesse; ne, quam habebat exosam, aspicere cogeretur*: At, per quot tridua productæ illæ nuptiæ Assueri cum Esther, de quibus Iosephus Flauius libro 11. Antiquit. cap. 6. *Dimisitque* (inquit) *quos Angaros vocant, per omnes Gentes, nuptiale festum eu indicens: ipse verò Persis, & Medos, & Primores aliarum Gentium accepit conuiuio nuptiali per mensem integrum*: Ad hoc interuallum penè accessère, quas Antiochus Syriæ Rex summa cum gloria nuptias ostendit, de quibus Athenæus lib. 10. Dipnosophistarum sic differit: *Peractis ludis, gladiatoriisque certaminibus, ac venationibus per triginta dies, quibus hæc spectacula celebrata sunt*, &c. Dimidio cumulatior fuit hæc pompa genialis illa, quam Papinius depingit Thebaidos 2. quæ duodecim tantùm Soles intuita est: Ita pangit ille loquens de coniugio filiarum Adrasti cum Tydeo, & Polynice:

Rosinus.
C abinum nuptiale triduanum.
Scaliger.
Surius.
Ioseph.
Conuiuium nuptiale per mensé integrum.
Athen.
Spectacula & gladiatoria in nuptiis.
Pompa nuptialis duodecim dierum.

Postquam regales epulas, & gaudia vulgi
Bisseni clausère dies, Ismenius Heros
Respicere ad Thebas, & iam sua quærere regna &c.

Nescio an Statianis nuptiis duodecim spectaculorum, an illis quibus mensis absumptus est, annumerem eas, pro quibus scribit Trebellius in duobus Gallienis: *Fuit enim Gallienus* (ait) *quod negari non potest, oratione, poemate, atque omnibus artibus clarus: Huius est illud Epithalamium, quod inter centum Poetas præcipuum fuit: nam, cùm fratrum suorum filios iungeret, omnes Poetæ Græci, Latinique Epithalamia dixissent, idque per dies plurimos; cùm ille manus sponsorum teneret, ita dixisse fertur*, &c. Quod igitur & multorum Epithalamiorum meminit, & afferat plurimos elapsos dies paugendis Hymenæis, suspicio est ad non vulgare

Statius.
Trebellius.
Epithalamia multa cantata in nuptiis.

vulgare temporis ſpatium alloſiſſe: quanquam, vt inſignis fuerit genialis ornatus, quatuor, aut quinque diebus peragi potuerit: nam Alexander, quemadmodum ex Charis Hiſtorici voluminibus tranſcribit Athenæus, lib. 12. Dipnoſophiſtarum, *ſublato Dario, ſuas, amicorúmque nuptias celebrauit thalamis nonagintaduobus in eodem loco ſtructis*: Ac quanquam eius feſtiuitatis incredibilis fuerit apparatus; tamen quintus dies finem attulit: Atque hactenus vagè errauimus, quin certum aliquem diem nuptiarum pompæ, atque celebritati præſcriberemus.

Athen.

Multorū nuptiæ eodem loco celebratæ.

88. Temporibus igitur fixas ponamus leges, dicamúſque, hebdomadam, ſiue ſeptem Soles ex Gentium conſuetudine geniali lætitia abſumi conſuetos, neque his anguſtiora ſpatia; ſed neque extra hos limites progreſſum: Donatus ad Phormionem Terentij Act. 1. ſcen. 1. *In nuptiis*, (ait) *ſeptimus dies inſtaurationem voti habet, vt in funere nonus, quo Parentalia clauduntur*: Acro vetus Horatij Illuſtrator ad illud ſatyr. 2. lib. 2. Sermonum, carmen: *Ille repotia, natales, &c. Repotia* (inquit) *dicuntur ſeptimus dies, quo noua nupta ſolet redire ad parentes ſuos*: Porrò repotiorum vocabulo docti intelligunt vltimum ex genialibus epulis, quod ſeptimo die, quo terminabantur nuptiæ, exhibuiſſe mos erat: qua etiam luce ſeptima optimus quiſque Muſicorum canebat, dulciùs modulans in finem, velut cygnea ams, cùm fata vrgent: quam ad nuptiarum cæremoniam puto alludere Claudianum præfatione in nuptias Honorij. & Mariæ, vbi connubium Pelei & Thetidis dum tangit, poſt alia ſubdit:

Septiduum communiter nuptiarum apparatui, & ſumptum. Donatus. Acro. *Funeribus nonus in dies datus.* *Nuptiarum dies poſtremo optimum Muſicorum canebat.*

Claudianus

Septima lux aderat cœlo, totiéſque renatos
Viderat exactos Heſperus igne choros.
Tu Phœbus, quo ſaxa domat, quo pertrahit ornos,
Pectine tentanis nobiliore lyram.
Venturúmque ſacris fidibus iā ſpondet Achillē,
Iam Phrygias cædes, iam Simoenta canit.
Frondoſo ſtrepuit felix Hymenæus Olympo,
Reginam reſonant Othrys, & Oſſa Thetim.

Durauit etiam in Chriſtiana ſæcula, nuptiáſque hebdomadalis pompa: nam Metaphraſtes apud Laurentium tom. 2. in Vita S. Abrahami Confeſſoris ad Martij 16. diem: *Sex quidem præterierant dies* (ait) *ex quo peragebatur conuiuium, & celebrabatur nuptiæ, & canebatur Hymenæus: ſeptimo autem die, in quo erat eis ſoluendum matrimonium, fit res quædam admirabilis, & quæ vix credi poſſet,* &c. Quòd ſi huius ritus vetuſtatem optamos, inueniemus facilè etiam ante ſcriptæ legis tempora, cùm adhuc, natura duce, regerentur mortales vniuerſi: tum quidem Iacob Patriarcha, cùm ſpecioſæ Rachelis ambiret thalamos apud Meſopotamiam Syriæ in domo Laban, loquit ei ſocer Geneſ. cap. 29. *Imple hebdomadam dierum huius copula. & hanc quoque dabo tibi*: Quam quidem hebdomadam ſeptem fuiſſe dies genialium Hilariorum, ſcripſit, ſeu Euſebios, ſiue Hieronymus, Auctor quæſtionum Hebraïcarum ſuper Geneſim: Bellarminus illam traditionum partem genuinum Hieronymi fœtum profitetur; Andreas Maſius ad cap. 10. Ioſuë, de vniuerſo tractatu loquens, mendis aſperſum putat: verùm hanc eius loci interpretationem confirmat quoque Auguſtini auctoritas tom. 4. quæſt. 89. ex his, quas pro Geneſi excitauit: adhæſêre Gloſſa interlinearis, Lyra, & Interpretes communiter ad præfata verba: Poſt legis ſtatum iterum de ſeptiduo redit oratio Iudicum cap. 14. *Quòd ſi ſolueritis mihi intra ſeptem dies conuiuij, dabo vobis triginta ſindones*, &c. Eſt autem ſermo de nuptiis Samſonis cum Philiſtæa, atque hunc in modum declarant Abulenſis, Nicolaus de Lyra, noſter Serarius, aliique eius loci Commentatores.

Metaphraſtes. *Pompa ſeptem dierum in Chriſtianorum nuptiis.* *Nuptialis pompa vetuſtas* Geneſ. 29. 27. Euſeb. Hieronym. Bellarm. Maſius. *Liber Traditionū Hebraicarū cuius? an incorruptus?* Auguſt. Lyran. Iud. 14.

Abulenſ. Lyra. Serar.

89. Habemus itaque, & apud Hebræos, apúdque cæteras nationes, in primis verò inter Orientales, genialem lætitiam ſeptiduo productam: at per hebdomadam totam non ceſſabant epulæ? Quid eſt igitur, quoniam tria apud nos ſympoſia? nam etſi quartum addimos ad verba illa cap. 1. *Dum eſſet Rex in accubitu ſuo*; ſed non inter geniales menſas nonteramus illum diſcubitum: atque eo vehementiùs vrget difficultas nos ſanè, qui non tenuis alicuius, & proletarij ſponſi coniunctionem præſentamus, ſed eius, quocum opibus, & gloria pauci contenderent, liberalitate, & magnificentia cariſſimus certaret: Porrò quotidiana fuiſſe conuiuia non mediocriter indicat cap. 14. Iudicum: *Septem igitur diebus conuiuij flebat ante eum*, &c. Velut vnum continuatum ſympoſium adſignificans totius hebdomadæ epulas: Plutarchus datus num 86. de Antigoni nuptiis: *Et conuiuia agitabat quotidie.* Ioſephus num. 87. prolatus de Aſſueri connubiis: *Medos & Perſas, & Primates aliarum gentium accepit conuiuio nuptiali per menſem integrum*: Nempe, quòd ſingulis diebus ſterneretur triclinium lautum per illud interuallum: Sed maior fides ſeptuaginta ſenibus quàm Ioſepho, qui hebdomadam concedunt geniali compotationi: *Et fecit Rex conuiuium* (inquiunt Eſtheris cap. 2. verſ. 18.) *omnibus amicis ſuis, & virtutibus ſuis per dies ſeptem, & exaltauit nuptias Eſther*, &c. Metaphraſtes citatus numero antecedenti: *Sex præterierant dies, ex quo peragebatur conuiuium*, &c. Quid, quòd acroamata, & ſcenici ludi frequentabantur; Monet eccleſiaſtica Antiphona: *Ante thorum huius virginis frequentate nobis dulcia cantica dramatis*; Erat autem thalamus, quo nubentes ad genialem menſam accumbebant: nam datus numero elapſo Metaphraſtes: *Sedebat quidem* (ait) *ad menſam Abrahamus, tanquam ſponſus reuera in thalamo ſuo: tumultu autem, & plauſu omnis domus perſtrepebat*, &c. Ante conuiuantes igitur fiebant acroamata, & dramaticæ actiones: & quemadmodum hæ frequentes erant; ſic & epulæ, quarum gratia adhibebantur: Quid, quòd non vnus cantabatur Hymenæus, ſed alius veſpere Epithalamium occinebatur; aliud manè, vti obſeruat Auctor argumenti ad Edyllion 15. Theocriti, putà, ad cœnam, & prandium: Non vnum igitur erat epulum cuiuſque diei, ſed alterum meridie, alterum poſt Solis occaſum. Vtriuſque meminit Canon 53. Concilij Laodiceni ſub Sylueſtro Papa, parte 1. tom. 1. Conciliorum apud Binoium: *Quod non oportet Chriſtianos ad nuptias venientes ſe turpiter, & indecorè, gerere, ſed modeſtè cœnare, & prandere, vt decet Chriſtianos.*

Conuiuia ſiebāt quotidie per totū nuptiarū tempus. Iudic. 14. 17. Plutarch. Ioſeph. Septuag. Metaphraſt. *Acroamata, & ludi ante nuptialem thalamum.* *Hymenæus duplex, matutinus, & veſpertinus.* Cōcil Laod. *Prandium & cœna in nuptiis.*

90. Sed in hac vltima aſſertione oriunt duo, quæ diſpliceant Ariſtarchis. Primum, quòd cœnare, & prandere veteres diximus, cùm verior ea ſit exiſtimatio, quæ prandium antiquis adimit: Secundum, quoniam ad menſam cantari Hymenæum affirmabamus, cùm potiùs caneretur à virginibus, quando noua nupta in lecto viri collocata fuiſſet, quemadmodum Muretus opinatur ad nuptias Iulij &, Manliæ apud Catullum: atque hic eſt Hymenæus ille conſopitorius, de quo noſter Sanchez prologo in Cantica 5. num. 31. Verùm, quòd ad prandia attinet antiquorum,

Quo tempore, quóve loco Hymenæus cantatur. Muret. Sanchez *Hymenæus conſopitorius qualiſnam?*

quorum, erit, vt ex professo differimus, ad ea verba cap. 1. Canticorum: *Vbi pascis, vbi cubes in meridie?* Certè Laodicena Synodus prandium, & cœnam refert in nuptiis: atque vt in comedendo sobrij fuerint priscæ ætatis homines; licentia tamen amplior est in geniali hilaritate. De Epithalamio autem, vt non pertinax defenderim, haudquaquam modulatum sponsâ ad mariti cubile perlatâ: sic neque ausim negare, cantari solitum, dum aut pranderent, aut ad cœnam accumberent, qui ad nuptias vocati fuissent: nam sanè apud me fidem habent Augustini verba ad Psal. 44. *Solent* (ait) *dici ab Scholasticis carmina quædam vxores ducentibus, & nubentibus, quæ vocantur Epithalamia: quicquid ibi cantatur, ad honorem cantatur sponsi, & sponsæ.* Laudes igitur nubentium præcipuum Hymenæi argumentum sunt: vnde verba illa Psal. 77. *Virgines eorū non sunt lamentatæ*: ex Hebræo vocabulo, *Hilalu*, vel *Hulelu*, non pauci vertunt Rabbinos sequuti: *Non sunt laudatæ*, vel *exaltatæ*, scilicet, hymnis, & Canticis nuptialibus: Placuit Genebrardo, Iansenio, Marianæ: Oleastro autem ad cap. 12. Genesis Quòd si certe Epithalamij scopus laudasse coniuges recèns nuptas, equidem opportunior locus conuiuij tempus, cùm plurima corona adesset, quam cubile, quod paucos testes habere decet: Sane, & hac de causa, nempe, vt plurimi essent, qui auditu exciperent nubentium encomia, Hebræis mos fuerat, vt in plateis Hymenæus sonaret, vti Hieremias significat cap. 17. vers. 34. *Et quiescere faciam de vrbibus Iuda, & de plateis Ierusalem, vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem sponsi, & vocem sponsæ, in desolationem erit terra*, &c. Nec à Hieremia longè abit Plautus in Casina Act. 4. Scena 3.

Augustin.

Nubentium laudes celebrata in Epithalamiis.

הוללו

Psalmi 77. versio emendatur

Genebrard. Iansen. Mariana Oleaster.

Hierem. 17.

Plautus.

Age, tibicen, dum illam adducunt huc nouam nuptam, foras
Suaui cantu concelebra omnem hanc plateolam Hymenæo:
O Hymen, Hymenæe, ô Hymen.

His itaque cùm probabiliter ostenderimus, & manè, & ad vesperam epulatum genialibus diebus; cùm hi ad minimum explerentur septiduum, detinatur, symposia nuptialia quatuor & decem fuisse; sed à tam copiosa multitudine, quantùm distant qualia nos signamus, tria tantùm conuiuia?

91. Sanè ego arbitror, quemadmodum luctus non enum fuit aliquod, definitùmque spatium apud Hebræos; sed varium pro auctoritate defunctorum: sic nec geniali pompæ certum aliquem præfixum scopum, quem vniuersi, siue locuples, siue pauper, siue de Optimatibus quispiam, obseruarent: verùm alios fuisse vsus mediocrium, alios diuitum, atque nobilium: fuerunt sane lugendo dies septem consumpti communiter, vti & nuptiali hilaritate totidem: sic accipio Ecclesiastici sententiam cap. 22. vers. 13. *Luctus mortui septem dies: fatui omnes dies.* Sed, si quispiam, qualis Iacob Patriarcha, vitâ fungebatur: *Flebat Ægyptus* (Genes. cap. 50.) *septuaginta diebus*: Si Aaron aliquis Sacerdos, & populi apud Deum intercessor decedebat: *Omnis multitudo plangebat super eo* (Numerorum cap. 21.) *triginta diebus per cunctas familias suas*; Si Moyses Legislator, & Dei amicus ad meliora vocatos fuisset, dolebant filij Israël (Deuteronomij cap. 34.) *in campestribus Moab triginta diebus.* Quemadmodum ergo vulgare lugendi spatium diebus septem claudebatur; in Heroum tamen funeribus per septuaginta dies nonnunquam, sæpè per triginta habenæ laxabantur gemitibus: sic nuptiis communiter septiduum dabatur; sed ad vulgi differentiam Primates nòn rarò ad longiora tempora extendebant. Quare Assuerus, cum ostendere cuperet (Esther cap. 1.) *diuitias gloriæ regni sui, ac magnitudinem, atque iactantiā potentiæ suæ*, epulas quidem exhibuit *fortissimis Persarum, & Medorum inclytis, & Præfectis Prouinciarum, centum, videlicet, & octoginta diebus*: At populo, *qui inuentus est in Susan, à maximo vsque ad minimum, iussit septem diebus conuiuiū præparari in vestibulo horti, & nemoris, quod regio cultu, & manu consitum erat*; Itaque multitudinis symposio hebdomada tributa; sed Principum gulæ ex mensibus non pauci. Quare & nostri sponsi pompa fortasse in triginta diès de more summorum Virorum producta, septendialis ad minus fuit: pluráque multò quàm tria conuiuia per id temporis? Sed, quare cæterorum memoriam prætetierit sacer Hymenæographus, iam aggredior monstrare.

Neque funestæ, neque genialis pompæ certus dierū scopus

Eccl. 22.

Genes. 50. 3.

Numer. 21.

Deuter. 34.

92. Scripturarum vsus est, aliquando præcipua factorum capita describere, cætera legentium iudicio relinquere; non quòd ea gesta non sint; sed, quoniam ex principali cætera diuinare facile est; Tractat eruditè regulam hanc Martinez lib. 9. hypotyposeon, can. 4. Ego modò Tertulliani exemplo vsurus: Is loquens aduersùs Hermogenem, de protoplasti fabrica sic inquit: *Et ita nouum non est, vt id solum, quod continet, nominetur. ecce si dicam: Ciuitas extruxit theatrum, & circum: scena autem erat talis, & talis, & statuæ supra euripum, & obeliscus super omnia ferebat: quia non & has species edixerim factas à ciuitate, non erunt ab ea cum circo, & theatro? Aliud de auctoritate Scripturæ ipsius arripiam: Fecit, inquit, Deus hominem de terra, & afflauit in faciem eius flatum vitæ: Faciem quidem eius hic nominat. Quid respondebit Hermogenes? Nunquid & membra hominis ad materiam pertinebunt, quia non nominatim facta referuntur?* Sanè, vt benè à Tertulliano consideratum, Scripturæ verba, faciei animationem tantùm sonant: *Et inspirauit in faciem eius* (Genes. cap. 2.) *spiraculum vitæ*: Sed, cùm omnes partes animatæ fuissent, de principe hominis portione sermonem instituit: Non inuenustum exemplum alterum Ruth cap. 4. Nam, cùm recèns nuptæ benè precarentur, sobolémque numerosam optarent: *Faciat* (inquiunt) *Deus hanc mulierem, quæ ingreditur domum tuam, sicut Rachel, & Liam, quæ ædificauerunt domum Israël*; Certè ædificauerunt etiam Zelpha, & Bala, ancillæ, secundariæque vxores Iacob, è quibus prodière tribuum non modica pars: sed tacet Scriptura, contenta nobiliores parentes nominasse: atque ex his, vt Lyra tetigit, primo loco posita Rachel, quæ natu minor erat, quæ pauciores filios peperit; quoniam in maiori honore apud Iacob, & ab eo plùs dilecta.

Regula Scripturarū mos est, aliquādo præcipua gestorum capita tangere solùm.

Martinez.
Tertull.

Genes. 2. 7.

Ruth. 4. 11.

93. Ad hanc igitur normam, Canticorum Poeta sacer tria solùm conuiuia inter quinquaginta fortasse, Epithalamio memorauit, quoniam capitalia erant, cæterísque eminebant; & cùm summa tetigisset, minora transsiliit, prout Canonici Scriptores non rarò fecerunt: Potuit & esse altera causa: quoniam à diuino Spiritu, Salomonis regebatur calamus mouit ad ea solùm scribenda, quæ præcipuo instituto deseruirent: itaque non omnia Hymenæo conclusit, quæ per dies geniales euenere; sed illa solúm, quæ Ecclesiæ

Salomon non omnia descripsit, quæ inter nubendum contigerunt.

varios

varios casus delineare possent: Ecclesia igitur, quemadmodum tribus potissimum vexata est malis; Imperatorum Gentilium rabie, & insectationibus; hæresi; Saracenorum bellis, atque Pseudopontificum seditionibus: sic triplici lætitia, quæ excelleret, recreari decuit: quoniam sicut abundant passiones, sic & consolatio: Sicut igitur Epithalamij littera, ter, neque ampliùs, sponsam mœrore confectam offert, bis ab amisso sponso, atque iterum propter quadrigas Aminadab ob bellorum strepitus, quo tribus istis sponsæ doloribus repræsentaret tres Ecclesiæ potissimos labores: sic conueniebat eadem litera describi tria celeberrima conuiuia, quorum quodque comitaretur sponsæ aduersum & lugubre aliquod, quo triplex accumbentium iucunditas, Ecclesiæ tria potissima gaudia declararet.

94. *Ioannis locus ex c. 2. specialiter declaratus.* Hæc dum colligerem pro vereri nuptiarum rito, cœpi cogitare, an per ista lux aliqua afferri possit Ioannis cap. 2. vers. 1. *Et die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ: & erat Mater* IESV *ibi. Vocatus est autem &* IESVS, *& discipuli eius ad nuptias*: Nam, quæ sit illa dies tertia, vix satis à quouis declaratum, Vide sententiarum differentias apud Maldonatum ad id capitis: apud Pereiram tom. 4. selectarum disputationum, disp. 1. in cap. 2. Ioannis: Num igitur dies illa tertia ex septiduo, quo celebrabatur genialis festiuitas? nempe, ibi à principio Mater Christi aderat: quoniam autem à Genitrice didicerant, filium eius adeò humanum, & mitem, vt si rogaretur, conuiuium non sperneret, miserunt supplicatum, vti dignaretur nuptiarum sodalis esse: Vocatus est igitur IESVS, & discipuli eius: & quoniam non à principio celebritatis accersitus, seriùs accessit, nempe, tertia nuptiarum die. Sanè hæc viam aperiunt quibus initium secundi capitis Ioannis cum fine primi connectatur facilè, fuitque hæc opinio Nonni Panopolitani Paraphrasi in cap. 2. Ioannis, dicentis: *sed quando tertia Aurora cubicularia, seu nuptialis pingebat & signabat purpureas petras in campo cananæo, plani gena Galilea erant nuptiæ &*; poëticis phaleris tertiū diem ex dedicatis pompæ geniali appellauit *tertiam Auroram nuptialem.*

Maldon.
Pereirus.

SVBSECTIO III.

Num bene diuidimus in varios Actus canticorum Drama? An capitum, & numerorum distinctio in scriptura ab initio? Num eadē in Biblijs canonicæ authoritatis?

95. DIuisimus Epithalamium Salomonis in sex partes, harum prima, atque vltima de vnius capitis portione conflata, reliquæ ex centonibus, cùm sæpiùs duorum capitum versus aliquot actum de nostra scena constituerent, aliquando & ex trium capitum sententiis conficeretur. Sed tamen illud fixum apud nos fuerat, vbi quisque actuum finiretur, ibi integrum esse sensum, & quo lectoris animus quiescere valeret; Hæc autem vt comperta sint, en emergit difficultas: Par est, atque secundùm ordinem, rectámque methodum, caput finiri vnum, alterúmque inchoare, quando aut absoluitur omninò narratio, aut ad integrum aliquod rerum gestarum punctum ventum est: At nos sæpè facimus initium vnius capitis pendere ab vltimis vocibus alterius, non minùs quàm eiusdem capitis vnus pendet versus ab altero: Ergo è duobus alterutrum: aut capita Canticorum non sunt iuxta sanam methodum distributa, quando perfectū sensum non absoluunt; aut nostra Epithalamij diuisio in sex membra propter ordinem est, rectámque normam.

Sed huius obiectionis quodcunque est pondus, non solos nos premit, vniuersos tangit, qui litteræ corticem ex instituto declararunt: Quotusquisque enim eorum non diuidit Hymenū in plura seu Cantica, seu dramata, atque actus; 96. *Canticorum varia partitio.* Atque alius quidem decem constituit, alter septem laudauit magis, nonnullúsque quinque proposuit: prætereo nomina Scriptorum, atque loca indicare, quoniam res est in confesso: Iam verò horum quisnam capitum ordinem non inuertit, quò suos componeret actus? Atque certè non integrum absolui sensum, finito quouis capite, multi, & de veteribus, & de nouis Interpretibus sensere; Ponamus de manifestioribus vnum exemplum: Capitis quinti ea est postrema sententia: *Quò abijt dilectus tuus, ô pulcherrima mulierum? quo declinauit dilectus tuus, & quæremus eum tecum?* Quæso, an non hæc interrogatio est? Quid aliud sonant verba, quid totiùs capitis scopus insinuat? At quis perfectus sensus ab interrogatione, & quæsito? Hæret auditor, ancépsque vacillat, donec interroganti fiat satis; Huius autem quæstionis resolutio initium est sequentis capitis sexti: quemadmodum vterque Gregorius Græcus, atque Romanus docuère, Greg. Pap. Nissenus.
Theodoretus, tres Patres, vulgus denique & multitudo Interpretum, vti Sotomaior concedit Theod. Tres Patres.
diuersum ipse opinatus: Sic igitur cùm caput Sotomaior.
quintum quæstionem habens, resolutionem non claudat; imperfectum sensum parit: rursúmque capitis sexti principium ea quidem continens, quibus percunctantibus fit satis, ipsum quoque mancum est, quoniam ea non profert, ad quæ respondet: Non insociata esse debent, & quæsitum, atque illius resolutio;

Animaduertere autem est vniuersim, ab initio sacrum Instrumentum conscriptum absque 97 *An capitum & numerorū distinctio in Scriptura ab initio?*
numerorum, capitúmve distinctiōnibus; De Esdræ, & Nehemiæ libris, quos in duos habemus diuisos testatur planè Hieronymus in vnum coniectos volumen præfatione in eos tractatus ad Hieron.
Domnionem, & Rogatianum: idémque prologo ad eosdem in libros Paralipomenon: *Hoc* (inquit) *primum sciendum, quòd apud Hebræos Paralipomenon liber vnus sit, qui propter magnitudinem apud nos diuisus sit: quod nonnulli etiam in Bruto Ciceronis Dialogo faciunt, vt eum in tres partes secent, cùm vnus à suo Auctore editus sit.* De libris Paralipomenon eadem adstruit Damascenus lib. 4. orthodoxæ fidei, cap. 18. qui & Roth Damasc.
Historiam cum Iudicum actis continuari solitam tradit: Moysis Pentateuchum interruptum fuisse, & sine librorum discrimine aliquo, probat Gueuara ad cap. 3. Habacuc, num. 154. testibus Caietano ad initium Deuteronomij, & Lindano libro primo de optimo genere interpretandi, cap. 3. Gueuara. Caiet. Lindan.
Sciendum igitur est. (inquit Sixtus lib. 3. Bibliothecæ sanctæ, titulo, *De partitione*, Methodo 4.) Sixt. Sen.
hanc arithmeticam capitum diuisionem, quam nunc

in Bibliis habemus, recentem esse: nam ante quingentos annos nullus, siue apud Hebraeos, siue apud Graecos diuinæ Scripturæ locus numeratim citatus, præter Psalmos, quorum, vt ex Actis apostolicis apparet, vsque ab initio nascentis Ecclesiæ adiectis numeris mentionem facere solebant: hos enim numeros, vt Hilarius in præfatione Psalmorum testatur, Septuaginta Interpretes Psalmis apposuerunt; Et qua nunc, tam in Græcis, quam in Hebraeis exemplaribus spectantur capitum diuisiones, ac numeri, à nostris Latinis Codicibus accepti sunt: partiebantur namque vetustissimi illi Expositores diuinas Scripturas, easdémque citabant, non capitum enumeratione, numerorúmque citatione; sed per allegationes particularium Historiarum, &c. His per omnia respondent, quæ Salmeron prodit tom. 1. prolegomeno 9. quinquagena 1. canone 22. Fuit igitur facta partitio propter tractatuum longitudinem, vt aiebat nuper Hieronymus, *Vt sic minùs in iis legendis,* (inquit Antonius Senensis præfat. ad Opera sancti Thomæ) *humanum defatigetur ingenium:* Aut memoriæ iuuandæ causa, vt putat Gretserus tom. 1. defensionis Bellarminianæ ad cap. 9. libri 1. de verbo Dei: Sed & Aristotelis, & non paucorum de Patribus monumenta alios vetustis temporibus habuére vultus quoad librorũ, capitúmque sectiones, quàm nunc ostendunt, vti Gueuara, & Antonius Lusitanus monstrant. Quæ fuit occasio Theologis antiquioribus, aliter vt citarent Patrum Opera, atque referunt iuniores Scriptores: verùm & eadem causa fuit, vt non infrequenter apud Patrum quosdam aliter distribuantur Scripturæ capita, quàm exhibet vulgatus Codex, & quæ nonnulli volunt inchoationem esse capitis, alij contendant postrema esse antecedentis membri. De qua re tractat eruditè noster Sanchez ad cap. 12. Danielis.

Salmeron.
Scriptura partitio quare facta?
Aut. Sen.
Gretserus.
Gueuara.
Sanchez.
Patrũ alia antiqua methodus, quàm nunc.

98. Hæc cùm noster Seratius vera esse cogitasset Prolegomenis Bibliacis cap. 19. quæstiuncula 18. docuit eiusmodi capitum sectiones & numeros canonicam fidem non habere? Certè Bellarminus Cardinalis planè testatur tom. 1. lib. 1. de verbo Dei cap. 7. septem illa capita libri Esther, quæ sunt postrema in vulgata editione, haud esse reipsâ vltima: *Sed quædam eorum spectare ad libri initium, vt caput 11. & 12. quædam ad medium, vt cap. 13. 14. 15. quædam ad finem, vt caput 10. pati tamen Ecclesiam ea capita simul ad finem libri persistere, vbi Sanctus Hieronymus ea collocauit, vt intelligamus, quid huius libri sit, & quid etiam non sit in codicibus Hebræorum:* Cùm igitur ea capitum diuisio canonica non sit, nihil fidei aduersum committeret qui vt suam accommodaret explanationem, meliúsque Scripturarum sensibus consuleret, capitum ordinem inuerteret; At ego post correctorum Bibliorum auctoritatem piaculi loco haberem; à quibus latum vnguem recedere religio sit: sed eo ipso suspecta & callida mihi appareret interpretatio, quòd eò deduceret, vt à vulgato quouis modo recedendum esset, tantùm abest emendare statuisse; Nos igitur, cùm Epithalamium Salomonis in sex partes dissecamus, haud animus vnquam est velle corrigere capitulorum vulgatam diuisionem, absit: sed, quoniam nos latet eius, qui diuisit, sensus, quem putamus reliquis præstantiorem fuisse, accommodamus nostris vigiliis octo capita, atque ad sex membra deriuamus apud nostram peculiarem Commentationem, non quòd in communi aliquid correctum vellemus; Itaque damus quidem libenter, eum, qui in octo capita diuisit, interpretationem sequutum, quæ vnumquodque caput integro, & perfecto sensu absolueret: hanc quoniam ignoramus, qualis fuerit expositio, atque inter Doctores dissidium ingens inueniremus, an vnius capitis verba ab alterius penderent, elegimus, quæ nobis certiora visa sunt, atque imitati omnes Interpretes, qui præcesserunt, nihil in Scripturæ numeris, aut capitibus immutauimus: diuisimus tamen actus eum in modum, vt sæpè de multorum capitum verbis vna nostra conficeretur actio.

An capitum & versuum distributio in Bibliis, canonica auctoritatis.
Serar.
Bellarm.

99. At aliquis: Si ibi perfectus sensus, vbi actus terminantur, quamobrem non his potiùs accommodabimus capita & diuisiones? Doctrinarum quippe methodus sic postulare videtur: Iam dixi, eum, qui primò capita diuisit, normam aliquam ante oculos habuisse, quæ ad finem cuiusque capitis sensum integrum reperiret, proptereáque & optimè ab eo diuisum Epithalamium: posteriores autem, quoniam hæc latebat methodus, vnusquisque, quod veritati proximius erat, scribebat: Ad hæc, quemadmodum numero 97. ex Hieronymo dicebamus, Antonio Lusitano, Gretsero nostro, librorum capitúmque distinctio opitulandæ memoriæ, fastidij, quod longa generat lectio, tollendi gratia, adinuenta fuit: Non igitur oportet vnius sectionis narrationem independentem esse, & semotam ab alterius membri gestis: hoc enim fastidij remedium, hoc memoriæ iuuamen non postulant: Quàm sæpè in criticis elucubrationibus vnius capitis acta, præsertim si de historia tractatio est, ab alterius gestis pendent? Sed tamen, ne lassetur quisquam prolixa versuum continuatione, ponitur hiatus tituli interiectione; Sic igitur cum Bibliorum capita distributa fuerint, & sic quidem optimè, atque ex conuenienti methodo diuisa, vt vnius sectionis res gestæ ab alterius historia penderent, decorum fuit vtriusque, aut plurium aliquando capitum narrationes in vnum congeri actum, vt quò tenderent, perspectum haberet Lector, omnísque tolleretur confusio: Quare & congruenter in vulgatis Codicibus Epithalamium in octo capita dissecatur, & non malè nos in sex partes diuisimus.

Vulgatam qui diuisit, optimè partitus est Scripturæ capita.

100. Quòd si quis vniuersim sustineri non posse asserat, capita Scripturæ sic diuisa esse, vt nihil præcedentium in subsequentibus contineatur, non deerunt pronunciato tutelares Viri admodum insignes, ex quibus Cardinalis de Vio Thomas verba illa vltima capitis secundi Actorum, *in idipsum*, arbitratur ad principium subsequentis narrationis magis pertinere, & ab illis ordiendum caput tertium: Ex eodem Purpuratorum ordine noster Bellarminus tom. 1. lib. 1. de verbo Dei, cap. 15. verba illa cap. 1. lib. 2. Machabæorum, *anno centesimo octogesimo octauo*, dicit non pertinere ad principium Epistolæ à Iuda & Senatu missæ, sed esse finem alterius, quæ antecessit Epistolæ scriptæ à toto populo Iudæorum, duce Ioanne Hyrcano: cùm sanè, siue sensum consideremus; seu quo Scripturæ notantur, modum; non minùs difficile appareat istud, quàm si id ipsum asseruisset de diuersis capitibus: Et in hoc ille sequutum se profitetur Melchiorem Canum, aliósque: Gaspar Sanchez ad cap. 12. Danielis planè existimat verba initialia capitis duodecimi spectare ad finem capitis vndecimi: Seratius præloquio sexto ad Machabæorum volumen asserit, omnia, quæ secundo libro referuntur, coniuncta esse cum his, quæ primus liber explicat,

Verba vnius capitis pertinent ad sensum alterius in Scripturis.
Caiet.
Bellarm.
Sanchez.
Serar.

explicat, sine quibus declarari aptè nequeant: Quare ipse Commentarios suos inchoat à versu vigesimo capitis secundi libri secundi, & admiscet frequenter vtriusque libri & capita & gesta, quo dictorum sufficientem proponat concordiam.

Svbsectio IV.

An ex Epithalamij norma, quòd sponsam sæpè mæstam, turbatámque describamus? In nuptiali festiuitate nihil lugubre permissum; illustratio Ieremiæ, Apocalypsis, Ioannis, Deuteronomij; Prouerbiorum locus cum singularitate.

101. *Nuptiarum tempore nihil non iucundum.*

SAnè genialis pompa quodam sibi iure vendicat, vt non dicam, inter nuptias appareat luctuosum quidpiam, & infaustum; sed etiam in alia tempora reiiciatur quicquid seuerum, & tetricum est: Audiamus elegantem Sidonium Apollinarem epistol. ad Heronium lib 1. epist. 5. (Sidon. Apol.) *Intercedeat nuptiis Patricij Ricimeris, cui filia perennis Augusti in spem publicæ securitatis copulabatur. Igitur tunc in ista non modo personarum; sed etiam ordinum, partiúmque lætitia, Transalpino tuo latere coadducibilius visum: quippe cùm hoc ipso tempore, quo hæc mihi exarabantur, vix per omnia theatra, macella, prætoria, fora, templa, gymnasia, Thalassia, Fescenninus explicaretur: atque etiamnum è contrario studia sileant, negotia quiescant, iudicia conticescant, differantur legationes, vacet ambitus, & inter scurrilitates histrionum totus actionum seriarum status peregrinetur.*

Feriatio à litibus, & negotiis tempore nuptiarum.

Quare idem Sidonius in Epithalamio Polemij, qui erat Philosophus, hortatur, vt inter geniales lætitias Stoicam grauitatem exuat:

> *——— ——Consurge, Sapherum*
> *Egregium Polemi decus, ac nunc Stoica tandem*
> *Pone supercilia, &c.*

Claudian.

At verò nec armatas excubiarum custodias stare iuxta aulam velit Claudianus, dum nuptiarum hilaria aguntur, ne armatorum solus aspectus terrorem aliquem incutiat, vbi gaudiosa esse cuncta oporteat: Sed canet ipse nobis ex Hymenæo Honorij, & Mariæ, excelliori Musa:

> *Gradiuum, nostri comites, arcete parumper,*
> *Vt soli vacet aula mihi: procul igitur horror*
> *Thoracum, gladiósque tegat vagina minaces:*
> *Stent bellatrices Aquilæ, sæuique Dracones:*
> *Fas sit castra meis hodie succumbere signis:*
> *Tibia pro lituis, & pro clangore tubarum*
> *Mille lyræ, festúmque canant: epulentur ad ipsas*
> *Excubias, mediis spirent cratera in armis:*
> *Laxet terribiles Maiestas regia fastus,*
> *Et sociam plebem non indignata potestas*
> *Confundat turba Proceres: soluantur habenis*
> *Gaudia, nec leges pudeat ridere seueras.*

Sic apud illum Venus docet, qualis esse debeat aulæ facies, cùm nuptiæ celebrantur.

102. Atque eundem in finem, donec genialis festiuitas clauderetur, *Nulli per eos dies licebat* (ait sancti Areopagitæ Scholiastes Maximus Monachus ad epistolam 8. illius) (Maxim Monach.) *gestitare quicquam lugubre; sed spectacula, sacrificiáque in dies singulos celebrabantur: A luctu sibi temperabant, qui in luctu erant, atque intererant spectaculis, inque publicis conuiuiis transmittebant eiusmodi dies:* Sed nec virgini, quæ desponsata fuerat, funus prosequi permittebatur. Synesius epistola tertia: Euoptio fratri: *Tertia die quam obierat Æsebines, consobrina tum primum ad sepulcrum veni: neque enim opinor sponsis fas est ad funus progredi: sed & in purpura tunc eras, & pellucidum et reticulum, auriúmque, ac lapillos suspenderat, atque induerat, ne sponso mali esset ominis:*

Funus prosequi desponsata vetitū. Synes.

Hinc apud Romanos mense Februario nunquam matrimonio iungebantur, quòd mensis ille Parentalibus celebrandis dicatus esset: inter funera autem nuptiis non poterat esse locus, quibus alacris frons est; & atrata tumuli, lugubriáque horruêre. Naso libro secundo Fastorum:

Februarius mensis luctibus dicatus.

Ouidius.

> *Posteà præteriti tumulis redduntur honores,*
> *Prodigiisque venit, funeribúsque modus.*
> *Dum tamen hæc fiunt, viduæ, cessate, puellæ:*
> *Expectet puros pinea tæda dies.*
> *Nec tibi, quæ cupidæ matura videbere matri,*
> *Comat virgineas hasta recurua comas.*
> *Conde tuas, Hymenæe, faces, & ab ignibus atris*
> *Aufer: habent alias mæsta sepulcra faces.*

Fortasse & veteres propterea non nisi Lunâ plenâ nuptias inibant, vti commonstrat Dempsterus Paralipomenis ad cap. 37. libri 5. Antiquitatum Romanarum Ioannis Rosini: quoniam extra id tempus obfuscatur aliquantùm noctis Regina: nuptias autem decet sydus omninò renidens, nihilque atratum, & funereum habens.

Lunâ plenâ inita nuptia quamobrem? Dempster.

103. Consonant profanis sacra monumenta. Ieremiæ cap. 25. vers. 10. *Perdámque ex eis vocem gaudij, & vocem lætitiæ; vocem sponsi, & vocem sponsæ.* & cap. 33. v. 11. *Vox gaudij, & vox lætitiæ, vox sponsi, & vox sponsæ, vox dicentium: Confitemini Domino exercituum, &c.* Atque eodem cap. 16. v. 9. quo loco ingeniosè noster Sanchez per vocem sponsi, atque sponsæ intelligit Epithalamia, & Hymnum genialem, qualia liber hic Canticorum, & Psalmus 44. *Eructauit cor meum, &c.* quæ Hymenææ laudationes sunt: De his igitur Ieremias dixit concinnè, voces esse lætitiæ, quoniam Hymenæus nihil mœstum, & plorabundum admittit: Atque paria Apocalypsis cap. 18. vers. 22. vbi loquens de euersæ Babylonis lacrymando statu: *Et vox Citharædorum, & Musicorum, & tibia canentium, & tuba non audietur in te amplius, & vox sponsi, & sponsæ non audietur adhuc in te.*

Epithalamium nihil mœstum admittit. Ierem. 25. & 33. Gasp. Sāch. Apoc. 18

Præstat autem Ambrosium de his mirificè disserentem protulisse libro 6. Commentariorum in Lucam ad cap. 7. Euangelistæ: (Ambros.) *Iubetur ergo Propheta (ait) plaudere manu, & percutere pede: quia sponsi nuptias iam videbat, in quibus desponsatur Ecclesia, Christus adamatur: In his Propheta Dauid nuptiis nos ludere voluit, & quasi in ipso actu nuptiarum positus, nos ad celebrationē festi muneris adhortatur dicens: Exultate Deo adiutori nostro, iubilate Deo Iacob: sumite Psalmum, & date tympanum, psalterium iucundum cùm cithara. Nónne actum quendam Prophetæ saltātis aduertis? Deniq; alibi: Psallam tibi in cithara, sanctus Israel, gaudebunt labia mea, cùm cantauero tibi. Audis citharizantium voces? audis saltantium strepitus? Nuptias crede:* Venustè Mediolanensium Beatus Patronus, quòd iucunditate personare vniuersa intueretur, intulit: *Nuptias crede:* Quem volo associet Haymo ad initium Psalmi 44. (Haymo.) *Eructauit cor meum, &c. Psalmus iste* (inquit) *vocatur Canticum: quia Propheta coniunctionē Christi, & Ecclesiæ præuidens futuram, eam in hoc Psalmo cum magna exulta*

exultatione pronunciat. Exultationem dixit, & magnam; quoniam de nuptiis agebatur.

104. Verùm percipiamus ab ore Seruatoris de geniali alacritate quidpiam. (Matth. c. 9.) Matthæi cap. 9. vers. 11. *Et ait illis Iesus: Nunquid possunt filij sponsi lugere, quandiu cum illis est sponsus? Venient autem dies, cùm auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt.* (Chrysol.) *Conuenienter* (ait Chrysologus sermone 31.) *ergo discipulis Ioannis Magistri sui voce respondit, vt vel illi crederent, & non cogerent læta sponsi tempora tristis intrare ieiunij: quia, qui quærit sponsam, ieiunia seponit, relinquit austera, totum se dat gaudiis, epulis indulget, totus blandus, totus amabilis, totus festiuus incedit:* Certè filij sponsi, nuptiarum sunt sodales, & familiares, atq; amici nubentis, (Maldon.) vt rectè considerauit Maldonatus eum ad locum; His autem quandiu sponsus præsens est, id est, toto eo tempore, quo genialis perseuerat pompa, nulla lugendi occasio offerri debeat: sed nec ieiunare conueniat, quoniam tunc potiùs conuiuandi opportunitas est: Sanè ipse quondam apud Patrem residens, nondum homo, populum in deserto, pane de cœlo præstito saturauit: pérque Mosem sitienti multitudini amaritudines aquarum temperauit; non vina tamen obtulit. (Ambros.) *Cui petra aquam vomuit* (inquit Ambrosius libro de Elia, & ieiunio) *potus & vini abundantia non deesse. Denique dixit Deus: Percuties petram, & exiet aqua ex ea, & bibet populus. Non dixit: Exiet vinum populo: periculosum erat vinum populo ministrare, quod fortiores ferro vix possent.* (*Vinum in eremo cur Deus Israelitis non administrauit.*) Sed neque carne circumdatus in similitudinem peccati, cùm in eremo pauisset innumeros semel atque iterum, vini aliquando copiam fecit: at ille tam parcus vini ministrator, apud Canam Galilææ, quoniam ad nuptialem mensam sedebat, locúsque ille iucunditatem postulabat, sex hydrias in eos conuertit latices, quibus lætificatur cor hominis, vti eum acumine animaduertit noster Peretius (Peretius.) tom. 4. selectarum disputationum, in disput. 7. in cap. 6. Ioannis.

105. Et sanè, quæ multis erat communis lætitia, (*Genialis lætitia per annum durās.*) nempe, conuiuis, & nuptiarum sodalibus, durabat ex consueta lege septiduum, vti monstrauimus Subsectione præterita: sed ipsorum nubentium læta tempora in annum integrum producebantur: (Deut. 24. 5.) Docuit me Deuteronomij caput 24. *Cum acceperit homo nuper vxorem, non procedet ad bellum, nec ei quippiam necessitatis iniungetur publicæ: sed vacabit absque culpa domui suæ, vt vno anno lætetur cum vxore sua:* De quibus primis nuptiarum gaudiis puto intelligendum Parœmiasten, (*Prouerbiorū verba ex cap. 5 vario modo enucleata.*) cap. 5. versu 18. *Sit vena tua benedicta, & lætare cum muliere adolescentiæ tuæ.* id est, per annum conuiue illi: qui locus, quoniam perplexus, dabo, si valeam, claritatem aliquam: Fuit igitur sermo ad eos, qui meretriciis amoribus seducuntur, quemadmodùm capitis Initia manifestè ostendunt: Aduersùs hos igitur conueniens remedium proponit sapiens, si matrimonio iunganatur adolescentes, vt præ domesticis deliciis vagam illam turbam, & ad seducendum compositam spernant: *Bibe* (ait) *aquam de cisterna tua, & fluenta putei tui:* hoc est, habe propriam, stabilémque comparem: *Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide:* Alludit, nempe, ad genialem pompā, qua cum musica & plausu ducebatur per plateas noua nupta, & eam contemplandi omnibus copia præstabatur. *Et quiescere faciam de vrbibus Iuda.* Ieremiæ cap. 7. vers. 34. *& de plateis Ierusalem, vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem sponsi, & vocem sponsæ:* Vide, quæ scripsimus Subsectione 2. num. 80. At post transactam matrimonij festiuitatem: *Habeto eas solus: nec sint alieni participes tui:* Claudebantur enim intra septa & gynęceum Hebræorum nuptæ: quemadmodum ostendimus in illud cap. 1. Cant. Adolescentulæ dilexerunt te, &c. *Sit vena tua benedicta, & lætare cum muliere adolescentiæ tuæ, cerua charissima, & gratissimus hinnulus: vbera eius inebrient te omni tempore, & in amore eius delectare iugiter:* quæ sic expono; Postquàm clausa nuptiali pompa introduxeris vxorem in domum tuam, viue, & lætare cum illa per annum, quemadmodum Legislator præcipit Deuteronomij cap. 24. vt si ad bella posteà procedere necessarium sit, iam relinquas matrem, & sic benedicta vena nominetur in Israel, vbi sine liberis decedens maledicta habebatur: Sed ita dege cum noua coniuge, vt charam, & in deliciis habeas, diligásque tenerrimè, quasi solent virgines in honore & pretio habere ceruam, eiúsque hinnulum, quos pectunt, lauant floribus ornant, delicatiori pabulo nutriunt: de quo more nos ad verba illa Canticorum cap. 2. *Adiuro vos, filiæ Hierusalem, per capreas, ceruósque camporum,* &c. Hoc si exequaris, satiaberis omni tempore à contoralis amoribus, & contemnes facilè alienas feminas: Hæc pauca ex noua incude in gratiam abstrusæ sententiæ: Sed vocat nos iam præcipuè difficultas.

Ostendimus satis genialem celebritatem turbidum nihil, & inquietum admittere, procul abigere quicquid vexat, & onerosum est: quî fit igitur, vt toties sponsa nostra inimicis casibus iactetur? toties lacrymabunda in theatrū prodeat? & 106.
quorsum à fletu abstineat, quæ sponsum bis amisit, semel vulnerata est, theristro violentè spoliata, quam terruerant quadrigæ Aminadab? (*Salomonis carmen, an strictè Hymenæum?*) Notandum, hoc Salomonis Canticum non esse strictè Epithalamium; sed *dramatohymenæum*, hoc est, de comœdia, aut dramate, & Hymenæo simul participans: Monstraui Præloquio 1. sect. 5. num. 29. à Patribus, & nouis Enucleatoribus sæpè nuncupatum sacram actionem, fabulam, comœdiam, drama: Quare Origenes, seu quis alius Prologum quatuor homiliarum exarauit, speciem Epithalamij habere dixit, dum inquit: *Istud vero vnum Canticum est, quod ipsi iam sponso, sponsam suam suscepturo, canendum erat Epithalamij specie:* Et in principio homiliæ 11. ex quatuor, monet, cum Epithalamij similitudine simul habere formam dramatis: *Meminisse* (ait) *oportet, quod in Præfatione monuimus: quia libellus hic, Epithalamij habens speciem, dramatis in modum conscribitur:* Cassiodorus etiam in procemiolo Epithalamium nominat; sed comico stylo conscriptum.

Iam igitur, cùm à natura comœdiæ non abhorreat, hilares euentus tristibus admiscere 107.
(quamuis id respuat Epithalamij consideratio:) (*Comœdia atque tragœd. adiuersitas.*) sic quidem vt insuauia, & mœrorem afferentia principium sibi vendicent, & desinat in lætum finis: quandò Canticorum liber comœdia quoque sit, alienum ab eo non est, sponsæ labores referre, cùm tandem exitus gaudiosus sit semper, vti sect. 1. & 2. huius Anteloquij patefecimus: Lege Franciscum Fernandez de Corduba in Didascalia sua multiplici, cap. 21. acriter discceptantem aduersùs vulgi opinionem, quæ comœdiæ aut essentiam, aut proprietatem esse velit à diris casibus inchoare, absoluere cum gaudio, & exultatione: tragœdiam è diuerso statuit, ordiri solitam à prosperis, cum lamentis finire: Sed aliud (Fernandez.)

est,vt sine his, si subtiliter agendum sit, stare valeat comœdiæ, tragœdiæve vsus: aliud, vt hæc omnis vera comœdia, & tragœdia omninò respuat: secundum istud minimè nobis persuaserit Franciscus, cùm clarissimorũ Auctorum theatralia poëmata, quibus omnis ætas comœdiæ, tragœdiæque nomen indidit, eum in modum extent conscripta: Vide Delrium nostrum præfatione ad tragœdias Senecæ, cap. 2. De quo genere comœdiarum asseueramus esse Salomonis nuptiale carmen: nisi placeat appellasse *tragicomœdiam*, (nam nostro instituto hæc vox satis deseruit.) quemadmodum dixit Cosmas Damianus Hortulanus Abbas Isagoga sua ad Canticum Canticorum.

Delrias.

Cos.Dam.

108. *Somnia in Cantico Salomonis.*

At, concedamus, Epithalamium esse cum rigore: sunt tamen luctuosa eius euenta non vera, sed vel à falso mortalium rumore, vel à nocturno ludibrio, & somni vanis imaginibus: nam, si sponsum bis desiderauit noua nupta, si percussa est à vigilibus, si pallium deperdidit, somniabat tum: consternatio autem à quadrigis Aminadab rumor fuit, & suspicio, quæ delata ad sponsæ aures ab incauto aliquo: non enim debuerat inter genialia gaudia narrasse, quod femineum animum terreret: Debent igitur a nuptiali hilaritate exulare quæcunque ex consilio & natura sua laborem aliquem afferentia: quæ autem præter spem accidunt, sicut mortalium prouidentiam labilem & incertam superant, sic nec amoueri possunt, aut diuelli etiam à maxima voluptate: Quare nec Hymenæographo vitio vertendum, quòd einsmodi casus referat, qui in fortunæ arbitrio sunt, præsertim cùm narratio talium euentuum ad inferendas nubentium laudes singulariter faceret, quæ laus, Epithalamij præcipuus scopus est.

Sectio IV.

Quæ in mystica nostra Canticorum expositione Sect. II. declarata, reprehendi valeant, excussa, & diluta.

VLTIMVM hoc Prælocutionis membrum, claritatis amore, atque ne legentem offendamus, subdiuidemus, quemadmodum hucvsque fecimus elapsis Sectionibus, quas in minores partes distribuimus.

Svbsectio I.

Christi, & Ecclesiæ connubium an malè à nobis compactum? Variæ opiniones de tempore: prælata quæ in mortem Seruatoris transfert: repudiata tum Synagoga Mosaicis cum ritibus: sponsus munera dans mutatis ad genialem pompam: Isaiæ versus excussus: fœcunda Ecclesia in spiritali sobole, sterilior Synagoga.

109. *Nuptiæ cum Ecclesia num per Incarnationem celebratæ* Gisler.

DE Christi & Ecclesiæ thalamis agere Salomonis Canticum, neminem memini, qui inficias iret ex Catholica manu: verùm, vt sunt in hoc asserẽdo vnius labij prisci, recentésque Interpretes; sic frequens apud illos est docere coniugiũ Christi cum humana natura, aut potiùs Ecclesia, vt scribit cum proprietate Gregorius Papa homil. 38. in Euangelia, intra virgineũ Mariæ cubile imprimis modulari, atque adeò primas illas Epithalamij voces, *Osculetur me osculo oris sui*, Synagogæ, & fidelium inter Gentes commorantium suspiria esse, diem ominosum sacræ coniunctionis desiderantium: Euoluat, cui placitum est, Gislerij Appendicem: nolo enim actum repetere, transcribendo Patrum effata in re admodum nota. Occurret statim apud Athanasium in Synopsi: Apponium initio libri 1. in Cantica: Theodoretum Commentarij limine: Richardum Victoriensem in prologo, quem aliàs dixi Nysseni esse Gregorij: Rupertum in prœmio. & alios multos quos ad citatum allegamus versum. Quid est igitur, quòd nouum interpretamenti genus aggressi, de magno Incarnationis Sacramento tacemus, & ferimur ad posteriora vitæ Seruatoris tempora, ibíque nuptias, & connubium Verbi cum Ecclesia venamur? quasi non satis compertum sit, per Incarnationem nuptias a Dei Verbo celebratas, quemadmodum tradũt ad illa verba Canticorum cap. 3. *In die desponsationis, & lætitiæ cordis sui*: Gregorius (quemadmodum & homilia nuper relata 38. in Euangelia,) Beda, Anselmus, Cassiodorus, Isidorus Hispalensis, Guilielmus Abbas, Honorius, Alanus, Philippus Abbas, Halgrinus Cardinalis, Thomas Cisterciensis, atque obiter eadem explanantes verba Bruno Carthusiensium Protoparens in Psalmum 18. Innocentius Papa serm. 3. in consecratione Pontificis, Petrus de Tarantasia in cap. 2. epistolæ ad Hebræos apud Delrium pro iisdem Canticorum vocibus? Absolute autem Augustinus lib. 1. quæstionum euangelicarum, cap. 31. idémque serm. 247. de tempore, & oratione contra Iudæos, Paganos, & Arrianos, tom. 6. Hilarius Arelatensis homil. 1. de nuptiis in Cana Galilææ & multi alij ex Patribus frequenter.

Greg. Papa.

Athanasius. Appon. Theod. Richard. Victor. Nyssen. Rupert.

Beda. Anselm. Cassiod. Isid. Hisp. Honor. Alanus. Philip. Abb. Halgrin. Thom. Cist. Bruno. Innocent. Tarantasia. August.

Hil. Arel.

Sanè non vnum matrimonium Christo tribuunt ecclesiastici Auctores sacrorum Bibliorum testimoniis manuducti: nam præter vulgatam de coniunctione per Incarnationem, sententiam, ad Epiphaniæ solennia cantatur: *Hodie cælesti sponso iuncta est Ecclesia: quoniam in Iordane lauit Christus eius crimina.* Cum Eucharistiam instituit Dominus Iesus, nuptias iniisse docent Theodoretus, & Apponius ad verba illa cap. 3. Canticorum: *In die desponsationis, & lætitiæ cordis sui.* Laurentius Iustinianus serm. de Eucharistia: ad Resurrectionem, & Ascensionem Seruatoris refert Augustinus, vbi & eam de Eucharistia opinionem insinuasse visus, sermone nempe 54 ex diuersis; *Occisus est ad nuptias suas ipse innocens Agnus, occisus est ad nuptias, & quoscunque inuitauit, de carne sua pauit: occisus epulas præparauit, resurgens nuptias celebrauit: occisus voluntariam pertulit passionem, resurgens dispositam duxit vxorem: in vtero Virginis humanam carnem, velut arrham, accepit, in cruce pretiosissimam dotem suum sanguinem fudit: in Resurrectione, atque Ascensione suà æterni matrimonij fœdera roborauit.* Philo Carpathiorum Antistes ad illud Canticorum cap. 3. *In die desponsationis*, &c. cùm tres distinxisset dies, quibus Christus variè coniunctus est: *Tertia verò dies* (ait) *& vltima, cùm ascendens ad cælos Spiritus sancti ignem in filios adoptionis effudit ad conuersionem Gentium.* Glossa ordinaria ibidem: *Desponsationis illius, si illum, (ait) referimus ad Matrem: dicimus in tempore Annunciationis: si ad filium, Resurrectionis, quæ præcipua lætitia*

110. *Christi varia matrimonia apud Patres.*

Per Eucharistiam nuptias celebrauit Christus Theodor. Appon. Laur. Iust.

Nuptiæ Christi in Ascensione, & Pentecoste. August.

Gloss. ord.

Thom. Cist. Bernard. Hug. Vict. Tarantasia. Apoc 19. *Ecclesia nūc desponsata solum, nuptura sub finem mundi.* Beda. Amb. Ansb. Orig. Chrysost. Hilar. Arnulph. Bernard.

ria fuit. Thomas Cisterciensis libr.6. in Cantica ad eadem verba: *Vnde dicitur, in die desponsationis suæ: ecce matrimonium nunciatum, in passione perfectum, in sancti Spiritus aduentu consummatum.* Atque easdem sacri Hymenæi voces ad coronam gloriæ, qua Pater Filium decorauit, cùm ascendit in altum, captiuam ducens captiuitatem, trāstulit Bernardus serm.2.de Epiphania: Hugo Victorinus Miscellaneorum parte 1.lib.1.titul.117. & part.2. libro item 1. titulo 49. Petrus de Tarantasia in cap.2. Epistolæ ad Hebræos: Ad nouissimam autem glorificationem sub finem mundi deriuant ad verba illa Apoc.19.vers.7. *Gaudeamus, & exultemus, quia venerunt nuptiæ Agni. & vxor eius præparauit se*, &c. Beda, Ambrosius Ansbertus, & Interpretes plerique, quemadmodum & Parabolam Matthæi cap.25. in eundem morem construunt: Quo pacto & aliam Matthæi similitudinem cap.22.de homine Rege, qui fecit nuptias filio suo, accepisse putes Origenem tractat.20.in Matthæum, Chrysostomum homil.69. in eundem, Hilarium canone 21. Arnulphus Episcopus Lexouiensis sermone habito in Synodo: *Nec enim adhuc nisi sponsalia sunt (ait) nondum celebratæ sunt nuptiæ, nondum matrimonium consummatum: Porrò complebuntur omnia in futuro, cùm sponsus aduenerit, & intrabunt, qui parati fuerint cum ipso ad nuptias, imparati foribus excludentur:* Bernardus sermone 2. de Dominica 1. post Epiphaniam: *Iam enim desponsata est illi, iam nuptiarum prandium celebratur: nam cœna quidem in cœlo, & in aula æterna paratur:* Atque ita aptiùs pronunciari existimat noster Maldonatus ad illa cap.9 Matthæi: *Nunquid possunt filij sponsi*, &c. si hic sponsalia celebrata dicantur, nuptiæ in beatam vitam referantur: sic quoque arbitratur Ribera ad vers.7.cap.19. Apocalypsis.

Maldon. Matth. 22. & 9. Ribera.

111\. Sed nulli authoritate aut fundamento secunda cogitatio eorum, qui matrimonium Christi, & Ecclesiæ, certè ad minus sponsalia in patiendi tēpora incidisse autumant: Sanè celebrem Canticorum locum cap.3. *Egredimini, & videte, filiæ Sion, Regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater sua, in die desponsationis illius*, &c. de sponsato Redemptore ad mortis articulum accipiunt apud Deltium Proclus in Concilio Ephesino, tom.6.cap.7. Ruffinus in Symb. Apostolorum, ad fin. libr.1. Angelomus, Vvilleramus, Honorius: à nobis autem inspecti Bernardus serm.5. in Festo omnium Sanctorum: Hugo Victorinus, & Tarantasia locis numero elapso indicatis: & in Cantica scribentes perspicuis verbis, Theodoretus, trium Patrum Commentario, Cassiodorus, Apponius, Anselmus, Iustus Orgelitanus, Philo Carpathius, S. Thomæ adscripti Commentarij, Matthæus Cantacuzenus, Hugo Cardinalis, Ioannes Halgrinius, Gillebertus serm.20. Thomas Cisterciensis: ex quibus Philo Carpathiensis, & Cantacuzenus sine hæsitatione declarant de Ecclesia Gentium. Ab Augustino audiuimus numero antecedenti. serm.54. ex diuersis. Hilarius Arelatensis hom.1. de nuptiis in Cana: *Itaque sponsus procedens de thalamo suo descendit ad terras Ecclesiæ ex Gentibus congregandæ, suscepta Incarnatione iungendus: cui & arrhas, & dotem dedit: arrhas, quando Deus homini iunctus est; dotem, quando pro salute hominis immolatus est:* Andreas, Cæsareæ Episcopus, serm.23. in Apocalypsim: *Scitè autem sponsam agni vxorem appellat* (inquit) *quando namq; voluit Agnus occisus est, tunc illam propriè sanguine sibi desponsauit:* Salmeron tom.7. in Euangelia,

Christo desponsata Ecclesia ex vetere opinione, cùm in ligno pateretur. Cant. 3. Proclus. Ruffin. Angelom. Villeram. Honor. Bernard. Hug. Vict. Tarantasia. Theod. Tres Patres. Cassiod. Appon. Anselm. Iust Org. Philo Carp. S Thom. Halgrin. Gilbert. Thom Cist. Cantacuz. August. Hilar. Arel. And. Cæs. Salmerun.

tractat.37. Sed iuxta Scholarum morem disputat subtiliter Abulensis 6.parte, quæstione 73 in cap. 22. Matthæi, probátque eas propriè habendas Christi cum Ecclesia, siue sponsione, siue nuptias, quas discessurus ex hoc mūdo Redemptor inierit.

Tostatus.

112\. Hoc ipsum sentire eos omnes necessarium est, qui mortuam Synagogam, & abolitam legem quoad cæremonialia, iudicialiáque per Christum, in morte existimant: At quis non id veterum & iuniorum Theologorum docuit? vt benè annotat Luysius Legionensis in cap.2. Epistolæ ad Galatas, §. *Quod vt demonstrem.* Salmeron disp.6. in cap.7. ad Romanos: Pererius disp.5. in idem caput? Sed ad longum, & cum eruditione, atque studio Tena tota difficultate 6. ad cap.8. Epistolæ ad Hebræos: Esto Iudaicorum rituum non omnis vsus ab initio interdictus: permittebatur enim aliquis, si iustæ postulassent causæ, qua de materia legendæ epistolæ duæ inter Augustini epistolas tom.2. nempe, 11. quæ est Hieronymi ad Augustinum, & 19. Augustini ad Hieronymum: adeundi recentiores, Salmeron tom.12. in Acta, tract. 51. §. *Sequenti autem die*, &c. Lorinus ad versum 10 cap.15. Actorum: Tena nominata difficultate 6. sect.2. & 8. P. Vasquez tom.2. in 1.2. disput. 181. cap.9. Seuerinus Binnius tom.1. Conciliorum, initio primæ partis: Baronius tom.1. anno Christi 58. qui numero 81. astruit, B. Ignatij temporibus, qui floruit cum Apostolis, sublata fuisse legalia; vt durauerint in id temporis, non quasi ad salutem desiderata, sed permissa tantùm ob momenta grauia: verū quoad salutis spem & conducentiam cæremoniæ per Christum destructæ sub finē vitæ, quemadmodum Origenes attestatur lib. 6. in Epist. ad Romanos, ad initium cap.7. Chrysost. homil.12. in eam Epistolam: Theodoretus, Primasius, Oecumenius, Anselmus, Bruno Carthusiensis satis manifestè: Theodulus Cœlesyriensis Presbyter, S. Thomas lect.1. Nicolaus de Lyra, omnes in Paulum ad Romanos, cap.7. Quid ex tam longa probatione deriuamus? Equidem, Christum valedixisse Synagogæ, cùm moreretur, atque illa dimissa, aliam duxisse sponsam; Ecclesiam, videlicet, ex Gentibus; propter quam reliquit patrem suum, populum, putà, Iudaicum; & matrem, Synagogam arbitrare: & quoniam ab his nostri pronunciari dependet cardo, dabimus Patres suo stylo loquentes.

Per Christū aboluta Synagoga, & eius ritus, quomodo? Legion. Salmeron. Pereira. Tena. *Iudaici ritus an omnes ab initio Ecclesiæ penitus interdicti?* Hieron. August. Salmeron. Lorinus. Tena. Vasquez. Binnius. Baron. Origen. Chrysost. Theod. Primasius. Oecumen. Anselm. Bruno. Theodul. S. Thom. Lyra.

113\. Augustinus igitur tract.9. in Ioannem, cuius verbis loquitur Beda ad cap.5. epist. ad Ephesios: *Quomodo* (ait) *reliquit matrem? relinquendo Synagogam Iudæorum, de qua secundùm carnem natus est, & inhærendo Ecclesiæ, quam ex omnibus Gentibus congregauit, & illuminauit per Apostolos Deus.* Primasius in cap.5. eiusdem Epist. *Quoniam Christus reliquit matrem, id est, relinquendo Synagogam Iudæorum, de qua secundùm carnem natus est, & inhærendo Ecclesiæ, quam ex omnibus Gentibus congregauit.* Anselmus, Bruno Carthusianus, S. Thomas lect.10. in cap.5. ad Ephesios eodem more pronunciant, nisi quòd Ecclesiam tantùm dicunt, quin exprimant ex Gentibus fuisse; sed tanquam superuacaneum omisēre, cui enim Ecclesiæ adhæsisset Christus, nisi aut Synagogæ, aut illi, quæ vniuersalis fuit, & ex Gentilitate assumpta? Qua generali formula vtitur Chrysologus serm. 164. Rupertus ad cap.4. Genesis, Synagogam sacrificio Caïn adumbratam scribens, cuius holocaustum Deus contempsit: Bernardus serm. 2. Dominicæ post Epiphaniam. Sed planè de Ecclesia Gentium Anastasius Si-

Christus Synagogam repudiauit, coniuncta sibi Ecclesia ex Gentibus. August. Beda. Primas. Anselm. Bruno. S Thom. Chrysol. Rupert. Bernard. Anast Sin.

naïta lib.9.in Hexameron: *Reliquit patrem suum secundùm carnem, nempe, populum Iudaicum; & matrem suam, quæ ipsum peperit, Synagogam; & adhæsit vxori suæ, scilicet, Ecclesiæ Gentium*: Laurentius Iustinianus serm. de Eucharistia: *Et adhæsit vxori Ecclesiæ, scilicet, de Gentibus congregata, quam sibi annulo fidei desponsatam coniunxit in sponsam*: Qui repudium Synagogæ docet etiam cap. 2. de triumphali Christi agone. Gillebertus serm.20. quin certis notis Ecclesiam designaret: *Denique hic dies desponsationis, quando repudiatis ritus, noua Ecclesiæ Sacramenta instituit; quando in perpetui matrimonij signum, & copula nuptialis, de latere eius, sanguinis, & aquæ mixtura profluxit: Hodie Synagoga dedit libellum repudij, & a priore odiosa ad posteriorem dilectam transiit: a vetere transiuit ad nouam, quam sibi ipse exhibuit gloriosam, non habentem maculam, neque rugam, aut aliquid huiusmodi.* Claudat agmen nostræ Hyberniæ antiquum, ingénsque ornamentum Caius Cælius Sedulius, qui libro Paschalis operis 4. ad calcem accinit:

Laur. Iust. — Gillebert. — Sedul.

Discedat Synagoga suo fuscata colore,
Ecclesiam pulchro Christus sibi iunxit amore:
Hæc est conspicuo radians in honore Maria,
Quæ tum clarifico semper sit nomine Mater,
Semper Virgo manet.

Eadémque repetit libro 5. Paschalis operis, soluta oratione, cap.21.

114. *Ecclesia ex dormientis in Cruce Seruatoris latere formata Catholica, & de gentilitate.*

Sed spatiemur adhuc per veterum Theologorum prata: Quid in eorum campis crebriùs occurrat, quàm de latere Christi in Cruce dormientis formatam eius coniugem Ecclesiam, nempe, vti de latere primi hominis soporati Eua Archigenitria fabricata est? Tertullianus libro de anima, cap.43. *Somnus Adæ mors erat Christi dormituri in mortem, vt de iniuria perinde lateris eius vera Mater viuentium figuraretur Ecclesia.* Augustinus expositione in Psal.116. ad illud: *Qui manducatis panem doloris, &c. Sed vbi dormiuit? In Cruce: Quando dormiuit in Cruce, signum gestabat, imò implebat, quod significatum erat in Adã: quia cùm dormiret Adam, costa illi detracta est, & Eua facta est: sic & Dominus, cùm dormiret in Cruce, latus eius lancea percussum est, & Sacramenta profluxerunt, vnde facta est Ecclesia: Ecclesia enim coniux Domini facta est de latere, quomodo Eua illa facta est de latere: sed quomodo illa non est facta nisi de latere dormientis; sic ista non est facta, nisi de latere dormientis.* Eandémque iterat sententiam tom. 6. libro 12. contra Faustum Manichæum, cap.7. & tom.9. tractatu 9. in Ioannem: Leo Papa primus eius nominis epist.23. ad Clerum, & plebem Constantinopolitanæ vrbis: Hieronymus ad cap.5. epistolæ ad Ephesios: Ruffinus in expositione Symboli: Ambrosius libro 2. in Lucam ad cap.3. titulo *De Iesu baptizato, &c.* Chrysostomus hom.83. in Ioannem: *Exiuit enim* (inquit) *sanguis, & aqua. Non casu & simpliciter hi fontes scaturierũt: sed quoniam ex ambobus Ecclesia constituta est.* Beda ex Augustini gutture pronuncians ad cap.5. Epistolæ ad Ephesios: Anselmus ibidem: Andreas Cæsareæ Cappadociæ Episcopus serm.23. in Apocalypsim: Bernardus serm.2. Dominicæ 2. post Epiphaniam: *De latere enim suo te reformauit, quando propter te obdormiuit in Cruce, & ob hoc somnum mortis excepit.* Anastasius Sinaïta eruditè, & fusè libr.9. in Hexameron: Rupertus lib.3. in Genesim, cap.17. Gillebertus serm.20. in Cantica: Hugo de sancto Victore lib.1. Allegoriarum in Genesim, cap.7. Drogo Hostiensis Antistes libro de sacramento Dominicæ Passionis. Amalarius Fortunatus libr. 3. de ecclesiasticis Officiis cap.26. Magister denique in 2. Sententiarum libro, distinct.18. & cum eo plures de Scholasticis, eius distinctionis enarratores. Magistri dicta non prætereo: *Quia sicut mulier de latere viri dormientis formata est: ita Ecclesia ex Sacramentis, quæ de latere Christi in Cruce dormientis profluxerunt, scilicet, sanguine, & aqua, quibus redimimur à pœnis; atque abluimur à culpis.* Ex qua sententia (quoniam mens est Augustini, & ferè Patrum, quoties de his proloquuntur) infero sermonem esse de Ecclesia vniuersali & ex Gentibus compacta, non de Synagoga, quoniam ad Gentium Ecclesiam pertinent Sacramenta, ex quibus vxor facta est, quæ de latere Christi in ligno pendentis, processit.

Tertul. — August. — Leo Papa. — Hieron. — Ruffin. — Ambros. — Chrysost. — Beda. — Anselm. — Andr. — Bernard. — Anast. — Rupert. — Gillebert. — Hugo Vict. — Drogo. — Amalar. — Mag. sent.

115. *Canticorum materia nuptiæ Christi, non cũ Synagoga; sed Ecclesia ex Gentibus.*

His declaratis affirmo primò, Canticorum argumentum non esse nuptias Christi cum Synagoga; sed eiusdem connubium cum Ecclesia Catholica, & quæ fuit ex Gentibus vocata: Primùm, *quia Expositores Catholici dicunt communiter* (ait Lyranus ad verba illa cap.1. Canticorum: *Osculetur me osculo oris sui, &c.*) *quod iste liber loquitur de amore Christi, & Ecclesiæ, accipiendo Ecclesiam, prout diuiditur contra Synagogam, quæ processit de latere Christi dormientis in Cruce, sicut Eua formata fuit de costa dormientis Adæ.* At hæc Ecclesia, quæ distinguitur à Synagoga, & quæ enata est de latere Christi à ligno pendentis, Catholica Ecclesia est, & quæ ex Gentibus conflata fuit, vti duobus numeris anterioribus monstrauimus: Igitur ex communi Catholicorum Magistrorum calculo, non de Synagogæ, sed de Ecclesiæ vniuersalis coniugio actitat Canticorum volumen. Deinde, cùm hoc sit omnium Canticorum dignissimũ, carménque cæteris sublimius, atque hoc nominis à materia, de qua ludit, præcipuè deriuet, vti ostendo Præloquio 9. Sect.3. num.24. de eius Ecclesiæ thalamis tractare, oportet asseramus, quæ ipsa excellit magis, cuiúsque præclara, & immortalia facinora Musam requirunt, cui omnis cedat Helicon, & Parnassus sacer etiam; Sed hæc tam ingens Ecclesia, quæ famâ & gestorum gloria impleuit vtrumque axem, est Ecclesia Catholica: *Quam pro eo, quod fuerat derelicta, & odio habita, & non erat, qui per eam transiret* (Isaiæ 60. vers.15.) *posuit Pater misericors in superbiam sæculorum, vt sugeret lac Gentium, & mamilla Regum lactaretur, ad quã venerunt curui filij eorum, qui humiliauerunt eam, & adorauerunt vestigia pedum illius*: Igitur de huius Ecclesiæ nuptiis par est credidisse, Epithalamium, quod ob summam eminentiam Canticorum Canticum nuncupatum est, à Salomone cõscriptum fuisse: quæ fuit opinatio Origenis prologo in quatuor homilias, ad finem, sic inquientis: *Videntur enim cætera Cantica paruula adhuc sponsa, & quæ nondum vestibula maturæ ætatis ingressa sit, decantata: hoc verò Canticum Cãticorum adulta, & iam valdè robusta, & quæ capax sit iam virilis potentiæ, perfectique mysterij decantari videtur, secundum quod dicitur de ipsa, quia vna sit perfecta columba: quæ si perfecta, ergo & perfecti viri sponsa perfecta suscepit verba doctrinæ.* Quæ quidem Origenis dicta in nouæ legis Ecclesiam tantùm propriè conueniunt.

Lyran. — Isaiæ 60. — Origen.

116. *Canticum Canticorum dialogismus.*

Tertia demum, & potissima causa est: quoniam ex antiquis Patribus, & Explanatoribus, ne vnus quidem negauit de Ecclesia Gentium tractari in Cantico Salomonis, etsi aliqui asseruerint agi etiam de Synagoga, & velut dialogismum quendam

confici

confici ex vtriusque gestis, quemadmodum attestatur, seu Eusebius Pamphilus, siue Athanasius in Synopsi: Recentiores rectè in eandem sententiam ex his, quos viderim, excepto Georgio Edero Oeconomiæ lib. 2. tabula 123. Tum sic: De Ecclesiæ Catholicæ nuptiis agere magnum hoc Epithalamium communis veterum, & iuniorum affirmatio est: At, cum huius thalamis coniungere impossibile est eâdem scriptura nuptias Synagogæ: Igitur de Ecclesia Gentium sola tractatus est in Cantico Canticorum: Minorem huius argumentationis, quæ sola indiget stabilimine, demonstro: Is tantùm mysticus sensus genuinus est, & à Spiritu sancto intentus, qui cum historia maximè cohæret, & litteræ annectitur: probaui Prælocutione 1. Sect. 9. num. 70. Sed maritari nequeunt cum littera Canticorum, ambarum coniugum nuptiæ, Ecclesiæ, videlicet, & Synagogæ; cùm secundùm historiam, vnius nuptæ coniugium canat Vates, quæ nunquam sæua in sponsum & crudelis extitit, nunquam ab eo derelicta, vti Synagogæ accidit: Verùm, neque de Synagoga solitariè accepta construi valeant tam gloriosa: vt, quòd sit reliquis prælata vxoribus: *Vna est columba mea*, (Cantic. cap. 6.) *perfecta mea, vna est matri suæ*; aliáque sublimia: Cùm igitur Canticorum textus, neque in Synagogam congruat separatim sumptam, neque in eandem cum Ecclesia coniunctam; omnia autem mirificè, & sine salebris adaptentur Ecclesiæ Catholicæ, fit, vt ea tandem sit germana expositio Canticorum, quæ solius Ecclesiæ Catholicæ res complectitur.

Lib.

117. Dicturus sic, nuptias Verbi cum humanitate per vnionem hypostaticam fuisse omnium præstantissimas, cùm ea vnio sit maxima inter vniones, coniunctionésq; omnes, vt fert tritum Scholæ Theologicæ placitum apud Suarez tom. 1. in 3. partem, disput. 9. sect. 2. Igitur hoc Verbi connubium, quod cuncta superat, oportebat celebrare Canticum reliqua excellens carmina: Quid quòd sensêre ita bona pars antiquorum Interpretum ex his, qui auctoritate pollent, vt dicebamus in huius Subsectionis limine, num. 109. Respondeo, haud propriè dici per vnionem hypostaticam nuptam humanitatem cum Verbo Dei; Docebit Gregorius Papa, quamobrem improprium coniugium affirmemus hom. 38. in Euangelia: *Sed, quia ex duabus personis fieri solet hæc nuptialis coniunctio, absit hoc ab intellectibus nostris, vt personam Dei, & hominis, Redemptoris nostri Iesu Christi, ex duabus personis credamus vnitam: ex duabus quippe, & in duabus naturis hunc existere dicimus; sed ex duabus personis compositum credi, vt nefas vitamus: apertius ergo, atque securius dici potest, quia in hoc Pater Regi filio nuptias fecit, quo ei per Incarnationis mysterium sanctam Ecclesiam sociauit;* Verùm, quamuis concederemus per Incarnationem maritalia fœdera; tamen de hac coniunctione interpretari Canticum Canticorum nobis permissum non fuit ob eadem motiua, quorum causa numero præcedenti, Synagogæ nuptias reiecimus: Etenim, si de Incarnatione interpretaremur; neque cum littera vnire possemus mysticam explanationem; sed neque hanc filo consequenti deducere: distorquenda igitur erant multa, & pulchri ordinis, continuatíque facies deturpanda; Fuit hæc occasio, cur ab aliquibus Patribus recederemus, alios multos sequuti; non quoniam eorum declarationes maximo in pretio non haberemus; sed, quia ducatum illorum sectantes non potuimus antecedentia cum sequuturis in longa & varia euentuum Ecclesiæ expositione satis alligare & vincire: Sed iuuat nostræ causæ Aduocatum audire Gregorium prologo ad lib. 1. Regum: *Ad quam profectò sententiarum pronunciationem aliquando ex necessitate ducor: quia & Patres venerabiles, si seriatim cuncta exponerent, quæ ex parte tetigerunt, eam seriem locutionis, quam tenere visi sunt, obseruare nequaquam potuissent: Dum igitur sanctorum Patrum intellectus prætereo; aliquando necessitate, aliquando commoditate vtor: quia & fastidium Lectori amoueo; & dum totum seriatim discutio, multa ex mediis contra me veniunt, quæ illorum sequi sententiam non permittunt*: Ita Gregorius: neque alia nobis defensio: Quamobrem coacti fuimus licet pauciores nobis subsidiarentur, verba illa cap. 1. Canticorum: *Osculetur me osculo oris sui*, &c. non de Incarnatione; sed de Christi resurrectione interpretari; quâ de tota materia egimus fusiùs Proloquio 1. Sect. 5. à numer. 33. Transeamus ad alterum assertum.

Suarez.

An impropriè dicitur nuptia facta cum humanitate per Incarnationem?

Greg Papa.

Patres filum continuatũ, num in suis expositionibus seruarint

Greg. Papa.

118. Affirmo secundò, connubium Christi cum Ecclesia Catholica sic ordinandum, vt sponsalia obiens peregerit; nuptiarum festiua, die Pentecostes celebrauerit: nam, quòd coniunctio in patiendi tempora inciderit, infinita penè attestatione monstrauimus à num. 112. Iam verò aptam esse sponsalium, & connubiorum distributionem manifesto: Eatenus Christi nuptias cum Ecclesia Gentium, atque orthodoxa statuimus, quatenus Synagoga dimissa, in eius locum suffecta est noua Ecclesia, cùm ipsa sit, propter quam Christus reliquit patrem suum, id est, populum Iudaicum; & matrem, hoc est, Synagogam, quemadmodum ex Patrum effatis declarauimus numero citato: Tum sic: De extinctâ Synagogâ sententia certa & constans apud Theologos, cum nempe doceant per Christi mortem sublata legalia, nec deinceps obligasse: *Nam de legalium obligatione* (inquit noster Bellomontanus tom. 2. in 1. 2. disput. 181. cap. 1.) *certum est apud omnes, in ipsa Christi morte cessare: neque vllum hactenus legi, qui oppositum doceret:* At, vt hæc opinio ab omnibus celebratur; sic alia sententia in ancipiti est, nempe, qua periodo legis nouæ Sacramenta, & præcepta cœperint obligare: nam euangelica à morte Christi statim obligasse post Vasquesium nostrum disput. nuper citata, cap. 1. Valentiam tom. 2. disput. 7. quæst. 7. punct. 1. acriter tuetur Ludouicus de Tena difficult. 6. in cap. 8. Epistolæ ad Hebræos, sect. 6. numer. 75. refert pro assertione S. Thomam, Bonauenturam, Paludanum, Richardum, Durandum, Adrianum: Sed Dominicus Sotus asseruit lib. 2. de iustitia, & iure, quæst. 5. art. 4. non nisi Christo à mortuis suscitato legem gratiæ astrinxisse: verùm non pauci protendunt in diem Pentecostes, & sacri Flaminis ignitum delapsum: Referuntur illa 6. sect. num. 51. à Tena: noster Hyberniensis Scotus in 4. distinct. 3. quæst. 4. §. *Quantum ergo*. Capreolus, & Gabriel: Ex recentibus Andreas Vega lib. 5. super cap. 13. Tridentinæ Synodi: Lorca tom. 2. in 1. 2. disp. 37. §. *Sed, vt verum fatear*: qui Patronos sequitur Augustinum, Leoné Magnum, Bernardum: Sic igitur post hæc annotata disputo: In id temporis conueniens est Ecclesiæ nuptias referre, in quo ipsa tanquam Domina & Regina intelligitur sine controuersia imperasse, eiúsque statuta, & iussiones adstringendi vim habuisse: nã hęc per connubium feminæ consequuntur, vt domui præsint, cùm per sponsalia spem solam imperandi habuissent: Atqui dubium est, an continuò ac Christus tradidit spiritum in paternas manus,

Sponsalia Christi & Ecclesiæ in Cruce facta: nuptia in die Pentecostes.

Vasquez.

Quãdo desierit obligatio legis veteris obseruãtiæ

Valent.
Tena.
S. Thom.
Bonaueut.
Palud.
Richard.
Durand.
Adrian.
Sotus.
Scotus.
Capreol.
Gabriel.
Vega.
Lorca.
August.
Leo Pap.
Bernard.
Suarez.

nouæ Ecclesiæ duæ leges, obligauerint; ancépsque, an post Christi è monumento anastasim vim acceperint: citra verò quæstionem est, saltè quinquagesimo die, dum Pentecostes festiuitas rediret, promulgatum palàm Euangelium, & in posterum obligasse: Igitur in hanc lucem potiùs, quàm in obitum Seruatoris, eiúsque Resurrectionem iuuat Christi cum Ecclesia connubium retulisse.

119. Confirmatur primò: Nam ante Spiritus sancti descensum Ecclesia infirma adhuc erat, & imperfecta. Quare Leo I. serm. 1. in Pentecosten, explanans verba illa Ioannis cap. 16. *Cum autem venerit Spiritus veritatis, ille diriget vos in omnem veritatem: Numquid* (ait) *sese Dominus inferioris scientia volebat intelligi, aut minus aliquid, quàm Spiritum sanctum, à Patre didicisse? cùm ipso sit veritas, & nihil Pater, nihil Spiritus sanctus possit docere sine verbo, ideóque dictum sit: De meo accipiet: quoniam, quod accepit Spiritus, Patre dante dat filius? Non itaque alia insinuanda erat veritas, nec alia prædicanda doctrina: sed oportebat capacitatem eorum, qui docebantur augeri, & multiplicari constantiam illius charitatis, quæ omnem formidinem foras mitteret, & furorem persequentium non timeret.* Præterea erat recens in lucem edita Ecclesia; processerat enim de latere in Cruce dormientis nuperrimè: Decuit itaque sponsam rudem adhuc, & inornatam componi in diem nuptiarum: Igitur rectè id spatij, quod à Christi suscitatione ad Spiritus aduentum, elapsum fuerat, componendæ sponsæ damus in diem solennem connubiorum: nam per Paraclitum maturitatem consequuta est, vti loquitur Tertullianus libro de velandis virginibus.

Ecclesia ante Spiritus sancti descensu, imperfecta.
Leo Pap.
Tertull.

120. Confirmatur secundò: In nuptialibus conuiuiis, cæterâque celebritate geniali solent sponsi, præcipuè locupletes, & qui de prima nobilitate, beneuoli esse, donatiuúmque conferre magnificum: Percipiamus ab Athenæo lib. 4. Dipnosophistarum: *Apud Macedonas* (inquit) *vt tibi iam significaui, nuptiale conuiuium Caranus cum exhiberet, conuocati ad id viginti fuère, quibus statim vt accubuerunt, dono datæ sunt argenteæ phialæ; antè quoq; aureâ corollâ, priusquam ædes intrarent, æstimatâ quinque aureis, vnusquisque coronatus fuerat:* Iulius Capitolinus in Antonino Pio: *Nuptias filiæ suæ Faustinæ, cum Marco Antonio eam coniungens, vsque ad donatiuum militum celeberrimas fecit:* At Christus ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dona dedit hominibus: Quando autem? Sanè, cùm Paraclitus gratiarum ministrator ab alto lapsus est: *Nos autem, dilectissimi* (ait sanctus Leo serm. 2. de Pentecoste) *sacratissimi festi istius diem, rationabili obsequio, & casta lætitia celebremus, confitentes cum B. Paulo Apostolo, quòd Dominus Iesus Christus ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus, vt Euangelium Dei per omne humanæ vocis eloquium prædicetur, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris:* Atq; de collatis eiusmodi à Christo donis in die Pentecostes, exponit Augustinus enarratione in Psal. 67. ad verba illa: *Cepisti captiuitatē, accepisti dona in hominibus:* Nicolaus Lyrensis ad eundem versum, Anselmus, & Bruno Carthusianus ad c. 4. Epist. ad Ephesios: Igitur tunc Christus munificentiæ gloriā magis ostēdit, quoniam Paraclitus descendebat cum strepitu, vt in nuptiarum pompa cōtingit: *Ecce clamor factus est* (Math. 25.) *exite obuiam sponso:* ad celebranda maritalia fœdera inter Filium Dei, & Ecclesiam ex nationibus.

Sponsus munera dat inuitatis ad nuptias.
Athen.
Capitol.
Leo Pap.
August.
Psal. 67.
Lyra.
Ephes 4.
Bruno.
Anselm.
Matth. 25.

121. Confirmatur tertiò speciatim: quippe inter Synagogam, & Ecclesiam magnum ea fuit præter multas alias differentia singularis: diu enim Synagoga partum distulit, serò enixa est: Ecclesia verò recens statim ab ipsis nuptiis grauida facta est: non expectauit illa consueta puerperij tempora; sed, quemadmodum præter legem creaturarum vno partu dedit innumerabilem sobolem, sic definita pariendi spatia anticipauit. Nunciauit cum stupore Euangelicus Vates Isaias cap. 66. vers. 7. *Antequam parturiret, peperit: antequam veniret partus, peperit masculum:* Vides subitam fœcunditatem, & non expectata interstitia grauidarum? *Quis audiuit vnquam tale? & quis vidit huic simile? Nunquid parturiet terra in die vna, aut parietur gens simul, quia parturiuit, & peperit Sion filios suos?* Porrò hanc Isaiæ sententiam, de Ecclesia noua, eiúsque stupenda in pariendo celeritate, atque quòd tam breui mater numerosæ prolis diceretur, plerique antiquorum interpretum, atque recentium intellexère; Consule Leonem Castrensem in Isaiam, si Patrum effata desideras. Huius autem primam, eámque solennem lucem æstimant, cùm Paraclitus missus est in discipulorum corda, quòd statim eo ipso die ad Petri vocē, *appositæ sunt animæ circiter tria millia:* Ex quibus argumentor: Ecclesiæ iunioris matrimonium statim consequuta est fœcunditas: hoc enim admiratus fuit Isaias, cùm vix tempus extitisset, vt grauida haberetur, genitrix nuncupata sit: *Antequàm parturiret, peperit: antequàm veniret partus, peperit masculum:* At, si connubium referimus in resurrectionis, aut pariendi interualla, non erit Ecclesiæ fœcunditas prodigio, & stupori, cùm ante natam sobolem non pauci præterierint dies: Igitur, quò Isaiæ verba solidè interpretemur, atque ad Patrum mentem; quò nouæ Ecclesiæ gloriam cumulemus, tribuamúsque fœcunditatem, quæ diuinam & infinitam Verbi generationem æmulari aliquo modo videatur, vt quemadmodum semper cum Filio Pater; sic illa à primæua nuptiarum luce semper genitrix; necessarium est asseramus, non alio tempore marito per nuptias coniunctam, quàm Pentecosten celebrantibus Hebræis: sic enim componemus facilè, vix vxorem nuncupatam, via traditam viro, quando repentè mater appellata est.

Synagoga sterilis, Ecclesia Catholica fœcunda.
Isaiæ 66.
Leo Cast.

122. Confirmatur quartò, atque vltimò: Quoniam hoc Pronunciatum suos quoque Patronos habet Augustinum, Philonem Carpathium, Glossam ordinariam, Thomam Cisterciensem, quos exhibuimus superiùs num. 110. quibus adiungi possunt, qui per verba illa cap. 1. Cantic. *Osculetur me osculo oris sui.* efflagitare putant Ecclesiam Spiritus sancti aduentum, Ambrosius serm. 1. in Psal. 118. vers. 1. & 2. & libro de Isaac, & anima, cap. 3. Bernardus serm. 8. in Cantica. S. Thomæ Commentarius. Porrò illis verbis sponsa optat dilecti aduentum, quò promissa connubia celebrent iuxta germanam litteræ intelligentiam: Prætereà, ex Patribus maior numerus, & de primoribus multi, iis Canticorum verbis cap. 3. *Egredimini, & videte, filiæ Sion, Regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater sua in die desponsationis,* &c. tradunt describi sponsalia Dei hominis cum Ecclesia, dum Christus pateretur. Nuptiarum igitur pompam in aliam occasionem distulisse, significare videntur: non enim subitò à sponsalibus ad nuptias proceditur: August. lib. 8. Confessionum, cap. 3. *Institutum est, vt iam pacta sponsa non tradantur statim, ne vilem habeat maritus datam.*

Cant 1. & 3.
August.
Philo Carp.
Gloss.
Thom. Cist.
Ambros.
Bernard.
Inter sponsalia, & nuptias apud veteres intercedebant non pauci menses.
August.

tam, quam non suspirauerit sponsus delatam: Idémque quæstionibus in Genesim disputans, cur Pharao introductam ad se Abrahæ vxorem non violauerit, scribit, morem fuisse, non nisi post annum accedere ad promissam thalami consortem; Hieronymus in Hebraicis traditionibus confirmat; Subscribit Lyrensis ad cap. 12. Geneseos: Bernardus homil. 2. super *Missus est.* apud sponsum ipsum asseruari pollicitam coniugem per tempora vsque ad matrimonij nexum: De profanis consule Dionem in Augusto, libro 54. Cùm igitur inter sponsalia, & connubium intercederet interuallum, celebratis à Christo, cùm pateretur sponsalibus, distulit nuptias in longiora spatia: at opportunum æquè nullum fuisse tempus, si cum Pentecoste alia conferantur, probauimus satis à num. 118. qui secundo Pronunciato locum dedit.

Hieron. L. ian. Bernard. Dion Cass.

SVBSECTIO II.

Propono difficultates aduersùs superiori membro tradita, & expedio. Quid sit prodiisse Ecclesiam ex latere Christi dormientis in Cruce? & quomodo per lateris apertionem Christus meruerit? Humanarum, & spiritualium cum Christo nuptiarum differentia; vxoris & mulieris nomina quid significent apud Hebræos.

123. PRimum difficile. Non potuit Christus despondere sibi Ecclesiam in Passione: Probo: Non enim, antequàm Spiritum daret, despondit: quoniam nondum extincta legalia, neque Synagoga repudium sustinuit: Ecclesia autem per Synagogæ depulsum, Christi sponsa facta est, vti monstrauimus numero 112. non in articulo mortis, quia Patres affirmant, prodiisse Ecclesiam de aperto Redemptoris latere dormientis super lignum: hoc satis ostendimus numero eodem: At Christi viscera lancea militis patefacta sunt, vt manifestè constat ex Ioannis cap. 19. post mortem eius: Non denique tum, quando latus perforatum est: nam ortum Ecclesiæ promeruit Christus: seipsum *tradidit pro ea*, (ad Ephes. 5.) *vt exhiberet ipse sibi gloriosam, quam acquisiuit* (Actor. cap. 20.) *sanguine suo*: Sed Christus post mortem nihil promeruit, cùm iam non esset viator, ac proinde nec in statu merendi? Igitur nullum punctum assignari valeat, quo Christus patiens sibi desponderit Ecclesiam. Respondeo, Synagogam extinctam fuisse ab articulo, quo Christus viuere desiit, eodémque puncto desponsatam Ecclesiam; ita vt desponsatio huius fuerit extinctio & corruptio illius; quæ duo euenerunt ante vulneratum Seruatoris latus; Dicunt tamen Patres non indoctè, natam Ecclesiam ex apertione cordis; quoniam tunc innotuit, aliam à Synagoga Christo esse coniugem: nempe, tum fluxerunt symbola duorum Sacramentorum, Baptismi, atque viuifici Calicis, quibus præcipuè innititur Ecclesia. Per notas igitur Ecclesiæ ipsam definiunt, vocantes Sacramenta illa Ecclesiam; eum in morem, quo peccatum non infrequenter nihili, priuationis, carentiæ nominibus afficiunt; cùm tamen hæc sint proprietates ad peccatum sequutæ, quod antecedenter existit ex positiuo coalescens, quemadmodum clarioris famæ Theologi autumant: Itaque aliquando asserunt, Sacramenta promanasse ex apertis costis, aliquando Ecclesiam, vtrumque loquendi vsum pro eodem vsurpantes: Atque hac de causa, etsi etiam Synagoga profluxit de latere Christi secundùm eam significationem, quòd, videlicet, Christi meritis redempta sit, & donis ornata cœlestibus: tamen Patres numquam de Synagoga sic loquuti sunt: quoniam notæ externæ, quæ de aperto latere prodierunt, sanguis, nempe, & aqua, ad Ecclesiam Catholicam spectant, & eius signa sunt, Calicis, nimirùm, & Baptismi symbola; non autem ad Synagogam aliquo modo pertinuerunt.

Ephes. 5. — *Quando Synagoga deleta?* — *Quid sit prodiisse Ecclesiam ex latere Christi dormientis in Cruce?*

124. Quod verò ad meritum spectat: dixit sanè Alfonsus Abulensis Episcopus, quæst. 351. in Genesis cap. 13. haud ita concinnè loquutum Magistrum in 2. distinct. 18. aliósque de Theosophorum Lyceis; quòd Ecclesiam ex latere mortui Seruatoris extitisse affirmarent, cùm potiùs de viuente Christo prodiisse asserere debuerint, quoniam Iesus, non mortuus, sed viuens redemit illam. Sed prudenter animaduersum à nostro Pereira lib. 4. in Genesim, disput. de formatione Euæ, quæst. 1. nimis ad viuum resecasse Tostatum, cùm largè proloquerentur Theologi, & metaphoricè agerent, indicantes solùm ex costa Christi promanasse exemplaria Baptismi, & Calicis; aquam, nempe, & sanguinem: qua exemplarium, & symbolorum phrasi vsus Sotus in 4. distinct. 1. quæst. 3. artic. 5. tandémque non aliud dixisse videatur noster Vasquez tom. 1. in 3. partem, disp 76. cap. 2. numero 12. Equidem, vt non meruisse Christum per apertionem lateris, concedamus, non sequitur, ex eius meritis Ecclesiam, aut non redemptam, aut non enatam, cùm quibus alia meruerit actibus, hoc quoque meruisse potuerit: sed, quoniam Patrum phrases id non infrequenter adsignificare videntur, puto & Christum lateris vulneratione meruisse: ita quidem; quoniam, antequàm pateretur, præuidit iniuriam defuncto cadaueri cuspidis ictu inferendam: quam iniuriam, quemadmodum cæteras contumelias, libens amplexus est: Ab ea igitur voluntate, quam ante mortem habuit, illatum vulnus post obitum, meritorium nuncupatum est. Qua in re quoad Pronunciati substantiam non potest esse dissensio: quoad nomen possit esse lis aliqua; an, quoniam non extaret volitio Christi, cùm lancea vulneratus est, plaga illa meritoria propriè dici queat? Sed loquutioni, vt dixi, fauent Patres; fauent noster Ragusa, tom. 2. in 3. part. disput. 5. §. 1. P. Suarez tom. 1. in 3. part. dispur. 39. sect. 3. Non me fugit, arduum esse explicatu, qua via potuerit Christus velle cuspidis ictum, præsertim efficaci, & quasi prædefinitiua volitione, quemadmodum carmij recentioris Scholæ Theologi cogitant, quin peccatum vulnerantis vellet plusquàm permissiuè; neque latet, haud facilè declarari, quo pacto lateris vulnus, cùm neque imperauerit Christus, neque egerit, sed passus fuerit, meritum exterius dici queat, quando hoc ab eodem prodire oportere videatur, à quo meritum interius: sic enim ex vtroque vnum adæquatum meritum aptè consurgit. Sed prolixum examen ista desiderant, & extra huius tractatus cancellos: Satis nobis est, hæc aduersùs vniuersam Christi passionem pugnare respectu earum actionum, quæ prauæ fuerant, &

Christus an per lateris apertionem meruerit? — *Theologi aliquando largè, & metaphoricè loquuntur.* — Mag. sent. Abulensis. Pererius. — Sotus. — Vasquez. — *Auctoris opinio.* — Ragusa. Suarez.

ab

ab aliis, non ab ipso Christo, ipso solùm permittente, processerunt: quare nihil peculiariter probant contra lateris adapertionem. Atque hæc cùm meritoria extiterit, quoniam vltima iniuria fuerat ex illatis Redemptori, velut cæterorum conuiciorum complemento benè Patres adserïbunt Ecclesiæ ortum: sicut, quamuis Christus omnibus totius vitæ gestis meruerit redemptionem humanam; hæc tamen passioni, quæ coronidem reliquis actionibus posuit, speciali nomenclatura, & titulo tribuitur.

125. Secundum difficile. Quo pacto matrimonium Christi cum Ecclesia ordinamus, mansisse potiùs viduam, quàm coniugem apparet: sponsalia enim moriens celebrauit, proindéque defuncto, non viuente potita est, quæ despondebatur: nuptiæ autẽ aduentante Paraclito celebratæ, cùm iam à terris abfuisset Dei Filius, & ad Patris sederet dexteram gloria, & honore coronatus: semper igitur abfuit? Et quale coniugium est inter perpetuò distantes & diuisos coniuges? Respondeo, peculiare esse huic sponso, pro eminentia potestatis suæ, vt etiam abitutus non discedat, & longè positus propè quoque sit: Sic, cùm peregrinaretur, & ad locum, vnde venerat, rediret, dixit charissimis commilitonibus: *Ecce ego vobiscum sum* (Matth. 28. v. 20) *vsque ad consummationem sæculi*: Causa horum: quoniam coniugium hoc spirituale est, atque in gratia, & charitate fundatur, proindéque animorum magis, quàm corporum indiuulsionem & glutinum constituit: Quare Paulus dicebat, certò sciens ipsum: *Quia neque mors, neque vita* (ad Rom. 8. vers. 38.) *neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neq; creatura alia poßit separare a charitate Dei, quæ est in Christo Iesu:* Sed non grauabor transcribere, quæ hanc materiam declarent, ex oratione habita tertio Nonas Maij, anno 1514. sessione nona Concilij Lateranensis, sub Leone X. à Reuerendo Patre, Domino Antonio Puccio, Cameræ Apostolicæ Clerico: *Non est igitur mirum, tale, tantúmque matrimonium, non modo secundùm legem, diuortium nullum pati: sed, quod omnem naturæ ordinem, modum, consilium, atque decretum excedat; nec ipsa quidem temporali sponsi morte dirimi vllo modo potuisse: Siquidem mortales matrimonio coniungit Deus: quos licèt homo separare non poßit; mors tamen ipsa dirimit, atque dissoluit: In Christo verò, Ecclesiaque matrimonio coniungitur ipse Deus, qui, vt per se incorruptibilis, immortalisque existit; ita incorruptibile, & immortale matrimonium cum sponsa contrahens, & consummans, insolubili eius consortio, atque amplexu post mortem magis, quam in præsenti vita potitus est. Quam sanè mutuam, insolubilémque coniunctionem, ascendente Iesu ad Patrem, vehementissimè admirantes Angeli conclamarunt: Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, deliciis affluens, innixa super dilectum suum?*

Christi, & humanarũ nuptiarum discrimen.

Matth. 28.

Rom. 8.

Aug. Pucc.

126. Sed præter spiritalem, moralémque præsentiam, physicam quoque tribuimus Christi sub Eucharistia velati, de qua meditatus B. Laurentius Iustinianus hunc in modum, *De triumphali Christi agone*, cap. 2. *Nam diuinitatis natura vbique præsens est, variósque (prout vult) præsentia sua operatur effectus; aliter in cælo, aliter in Inferno, aliter in Angelis, aliterque in cæteris agens creaturis. Quoddam autem præcipuum idem Mediator sua volens conferre Ecclesiæ, quod nunquam noscitur fuisse collatum; corpus illud visibile passibile, palpabile, & mortale, quod susceperat Verbum, communicauit in cibum: tale siquidem munus, taléque dilectionis pignus sua iturus ad Patrem Ecclesiæ dereliquit: Hoc autem illi solatium præstitit, hoc ardentissimæ charitatis indicium demonstrauit; quatenus visibilis humana absentia eius illi fieret tolerabilis: voluit nihilominus, vt vsque ad sæculi finem hoc modo eadem Mater Ecclesia de sui capitis sacramentaliter præsentia lætaretur, aggregarentúrque ipsius merita, quum de visibilis formæ absentia patientiam, atque de corporali occulta specie fides robustissimam exerceret constantiam:* Similiáque proferunt Drogo Hostiensis libro de Sacramento dominicæ Passionis: S. Thomas Opusculo 57.

Christus vir sponso Ecclesiæ, quo more præsens?
Laur. Iust.

Drogo.
S. Thom.

Tertium difficile. Nunquam in toto Epithalamio auditur vxoris, matrisfamilias, coniugis nomen; sed sola sponsæ vox: Igitur de sponsalibus tantùm agit Hymenæus: non de nuptiarũ pompa, alioquin, si nuptam cecinisset, vxoris appellatione quandoque vteretur. Respondeo, ex Scripturarum vsu, éxque Hebræorum norma confundi non rarò vxoris, & sponsæ vocabula; sic, vt quæ sponsa sit, dicatur nonnunquam vxor, & versa vice vxor nominetur sponsa: qualis illa poßit esse loquutio Apocalyp. cap. 21. vers. 9. *Veni, & ostendam tibi sponsam, vxorem Agni.* Haymo, Episcopus Halberstatensis in illud Matth. 1. *Cum esset desponsata, &c. Consuetudo* (ait) *est sacra Scripturæ, vt sponsi appellentur viri, & sponsæ vxores.* Hieronymus in idipsum cap. 1. Matthæi: *Iam & supra* (inquit) *diximus, sponsas vxores appellari, quod plenius liber aduersus Heluidium docet*: Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi 12. *Meminimus enim & Iacob, qui priusquam Rachel acceperat, dicebat ad Laban: Da mihi vxorẽ meam: Sicut enim illic ante nuptiarum constitutionem, cum tantum promissio intercessisset, vxor Iacob nominabatur: sic & Maria propter solam desponsationem vxor Ioseph vocabatur*: Sic etiam apud Hebræos mulier commune nomen virgini est, atque matri, vti eodem loco probat Cyrillus, & docet Tertullianus multis Scripturarum prolatis exemplis: *Spiritus sanctus* (ait) *vno nomine mulieris, etiam virginem intelligi voluit.* & cætera, quæ ibi ad longum prosequitur: Ex his liquet, inefficax argumentum deriuari ab omissione nominis, quod maritatam denominat; Verùm, quòd nunquam vxoris, aut nuptæ vocibus vtatur, puto in causa esse, quoniam Epithalamium hoc totum in amoribus versatur: vnde & non pauci veterum Explanatorum Canticum Amoris vocauêre; quoniam specialiter tractaret de dilectione: quales fuerunt Augustinus libro de Pastoribus, cap. 15. Nyssenus homil. 1. in Cantica: Beda lib. 2. in Cantica, in principio: Bernardus serm. 59. in Cantica: Gregorius Papa, Anselmus, Rupertus, S. Thomas, Richardus Victorinus, omnes in Præludiis ad Canticum Salomonis: At verò ad exprimendum syncerum amorem, & non mercenariam dilectionem; sed simplicem & castam, solum amatum concupiscentem, nulla vocabula sponsi, sponsæque nominibus aptiora, teste Bernardo serm. 7. in Cantica: *Nec sunt inuenta æquè dulcia nomina, quibus Verbi, animæque dulces ad inuicem exprimerentur affectus, quemadmodum sponsus, & sponsa: quippe, quibus omnia communia sunt, nil proprium, nihil a se diuisum habentibus; vna vtriusque hæreditas, vna domus, vna mensa, vnus torus, vna etiam caro: Denique propter hanc relinquet ille patrem, & matrem: hæc quoque iubetur nihilominus oblinisci populum suum, & domum patris sui. Si ergo amare specialiter sponsis, principaliterque conuenit, non immeritò sponsæ nomine censetur anima, quæ amat.* 127.

Regula: Sponsa & vxoris nomina confunduntur ab Hebræis.

Apoc. 21. 9.

Haymo.

Hieron.

Cyril. Hier.

Regula: Mulier, nomen commune virgini, & maritatæ.

Tertull. lib. de veland. virginib.

Canticum Canticorum dictũ, Amorum carmen. Vxoris vocabulum quare omissum in Cãtico Canticorum?

August.
Nyssen.
Beda.
Bernard.
Greg. Pap.
Anselm.
Rupert.
S. Thom.
Rich. Vict.

Sponsus, & sponsa, nomina amatoria.

Quartum

128. Quartum difficile. Iuxta mysticam nostram explanationem Hymenæus extenditur vsque ad Iudicij vniuersalis tempora: complectitur itaque sæculorum seriem. At quis non obseruet longa nimis hæc nuptialis pompæ spacia, quibus secundùm litteram septiduum solùm respondit, vti monstrauimus Sect. 3. Subsectione 2. num. 91. Respondeo, post magni Examinis diem traducendam hanc Ecclesiam quoad electos suos in sponsi domum: quò in perpetuas æternitates cum eo viuat: Cum hoc igitur perenni coniugum quo conferenda sunt genialis pompæ interualla: Quòd si fiat comparatio, modicum apparebit spatium: *Quoniam apud Dominum* (Petri 2. cap. 3.) *mille anni sicut dies vnus:* Certè Ioannes Theologus sic Reuelationes suas exorditur: *Apocalypsis Iesu Christi, quam dedit illi Deus palam facere seruis suis, quæ oportet fieri citò.* Atque cùm Apostoli prophetiæ etiam vltima sæculorum respicerent; tamen vt citò eueniant, affirmat: cuius non alia communior Patrum interpretatio est, quàm quòd omnia tempora vsque in mundi fines, æternitati comparata, velut hesterna, quæ præteriit, dies, habeantur: Qua de re noster Acosta lib. 1. de nouissimis temporibus, cap. 5.

An nimium interuallum inter sponsalia & nuptias Ecclesiæ.

2. Petr. 3.

Acosta.

129. Sed ego hanc rem, si valeam, non inconcinno exponere exemplo aggrediar: Non pauci bonæ notæ Auctores Isaacum Patriarcham quinto ætatis anno ablactatum affirmant: Sic Hieronymum in quæstionibus Hebraicis, Tornellum, Pereiram, Delrium, sequutus Salianus tom. 1. anno mundi 2143. Quòd si his tantis Scriptoribus obiiciamus hodiernum vsum; quòd si Machabæorum tempora, quibus triennio sugebant vbera infantes? responsuri sint, Patriarcharum æuo vitam in longissimos annos productam, posteà diminutam hominum ætatem, ita vt Dauid de sua tempestate caneret: *Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni,* (Psal. 89. vers. 10.) *si autem in potentatibus octoginta anni: & amplius eorum labor, & dolor:* Quare, sicut virilis ætas, atque senectus productiores erant orbis initio; sic & ablactationis diuturniora fuisse spatia: Ad hanc itaque normam vellemus & nos philosophari: Sanè comparatione coniugum, quorum societas per octoginta, aut centum annos perseueret, sat temporis datum geniali pompæ per hebdomadam: sed facta mensura cum indeficienti vita, & cui nullus aliquando terminus; decem mille annorum si nuptiarum festiuitati assignentur breue interuallum est.

Lactandi a ad veteres quantum tempus?

Hieron. Tornell. Pererius. Delrius. Salian.

Psal. 89.

130. Quintum difficile. Genialis pompæ tempora debere esse festiua, iucunditatis plena, nullis intermixta aduersis, quemadmodum statuimus Sect. 3. Subsect. 4. Nos autem in qualia tempora Ecclesiæ nuptias coniecimus? nimirum, in huius vitæ periodum: Quid autem in hoc exilio non miserum, & laboriosum? Propterea sancti Patres hyeme, nocte, luctibus, & si quid est in Scripturis ærumnosum, his veluti symbolis aptissimis vitam hanc adumbrari passim adstruunt: Denique ipsa est Ecclesia militans; & in castris an non omnia dura, atque ad patientiam? Certè ille, vt amantium labores exprimeret, amorem militiæ speciem quandam, contentus dixisset

Militum & amantium vita laboriosa.

Ouid. 2. de Arte.

Militiæ species amor est: discedite, segnes,
Non sunt hæc timidis signa tuenda viris.
Nox, & hyems, longæque viæ, sæuique labores,
Mollibus his castris, & dolor omnis inest.
Sæpè feres imbrem cælesti nube solutum,
Frigidus in nuda sæpè iacebis humo.

Ecce quales militum ærumnæ! Hæccine idonea nuptialibus gaudiis, & thalami lætitiæ? Respondeo, hanc obiectionem vrgere Patrum, atque Interpretum omnium cœtum venerandum: quis enim non aliquas cum militante Ecclesia Christi nuptias agnouit? Imò quis hactenus Hymenæum hunc de solius gloriosæ & triumphatricis Ecclesiæ connubio exposuit; Dicimus igitur, tempora harum nuptiarum læta esse, in quibus nihil acerbum & graue perpessa sit, nempe, Euangelij, & gratiæ sæcula, quibus si quod premat quidpiam est, onus leue est, & iugum suaue: Abierunt illa non ferendi ponderis, de quibus Princeps Apostolorum testatus: *Quæ neque Patres nostri* (Actor. cap. 15. vers. 10.) *neque nos portare potuimus: Lætabuntur nouæ legis cultores sicut qui lætantur in messe,* (Isaiæ cap. 9. vers. 4.) *sicut exultant victores capta præda, quando diuidunt spolia: quia omnis violenta prædatio cum tumultu; & vestimentum mistum sanguine, erit in combustionem, & cibum ignis:* Quòd si mortales plorant, & ingemiscunt adhuc; non temporum vitium est, sed morum: inter enim innumeras calamitates *secura mens quasi iuge conuiuium,* Prouerb. cap. 15. v. 15. Et Paulus in frigore, & nuditate, in plagis supra modum, replebatur consolatione, superabundabat gaudio; atque Apostoli ibant gaudentes à conspectu Concilij, quoniam digni habiti fuerant pro nomine Iesu contumeliam pati: Sancti autem cùm hyemem appellant, incolatum, vallem fletuum, carcerem, exilium, ad extrinseca mala tantùm attendunt, & pœnalia, à quibus malis tantùm abest impediri Heroum gaudia, vt nihil potiùs iuuet lætitiam, quoniam secundùm multitudinem dolorum lætificauerunt consolationes animas iustas, atque magnanimos, adultæque virtutis spiritus.

Euangelij tempora læta, & iucunda: Synagogæ onus graue.

Act. 15.

Isaiæ 9.

Prou. 15.

Vnde hæc cur hyems dicatur, & quibus sit difficultas toleranda?

131. Sextum, postremúmque difficile. Nihil tam celebre, tam admirandum in nuptiis, atque sponsæ traductio in mariti domum: de hac autem traductione, secundùm nostram Commentationem, non tractat Epithalamium? nam traductio sponsæ finale Iudicium subsequitur: Iudicium autem terminat Hymenæum. Respondeo, quemadmodum traductio sponsæ in lares mariti non est descripta à Poëta sacro in cortice litteræ, ex professo; sed leuiter tacta solùm per verba illa cap. 3. *Ferculum sibi fecit Rex Salomon,* &c. Ita neque depictam mysticæ sponsæ traductionem, quæ est gloria completa beatarum animarum, quando corporibus rursum vnitæ ascendent duplici stola amictæ post absoluta generalia mortalium Comitia: Omisit autem Vates litteram condens, traductionis ambitionem & gloriam; quoniam non loco nuptiarum, apud Libanum, scilicet; verùm Hierosolymis celebranda erat: & quoniam non minùs operis continebat, imò excedebat multùm genialis hebdomadæ festiuitatem; forrasse proprio & distincto carmine ad amussim describere putabat: quem tractatum de sponsæ traductione diuersum ab hoc Epithalamio, an de facto composuerit Salomon, nescimus: aut, si fuerit ex metris, quæ perierunt: nam, cùm loquutus fuerit *tria millia Parabolas,* (Regum 3. cap. 4. vers. 32.) *& fuerint carmina eius quinque & mille,* de tanta copia periisse nonnulla, communis existimatio est, quorum ad posteritatis cognitionem non venêre: Itaque tanta fuerunt de traductionis multiplici pompa, & honore canenda, vt iustam desiderauerint poësim, quæ vel ab hoc Cantico omninò diuisa fuisset,

Traductio sponsæ cur omissa in Cantico Canticorum? & quamobrem?

3. Reg. 4.

fuisset, vel alteram æqualis molis partem fecisset: quod metrum si habuissemus, illud, non hoc, quo fruimur, Canticum Canticorum, id est, inter vniuersa carmina præstantissimum, diceretur, cùm maiora caneret, & super huius Epithalamij materiam: Dici quoque illud queat, ex peculiari causa, diuinum, à quo regebatur Salomonis calamus, Spiritum voluisse, ne de traductionis magnitudine verba faceret: Quorsum id? Etenim Spiritus eatenus Salomonem mouebat ad humana pangenda, quatenus bis diuina, & sublimia adumbraren-tur: hic præcipuus impellentis scopus, cælestia delineare: Quid tum? Traductio sponsæ symbolum futura erat gloriæ perfectæ Beatorum, quãdo resumptis corporibus, Ecclesia electorum in domũ æternitatis, quæ est sponsi habitatio, & Basilica, ducenda erat: quò igitur denotaret hanc beatæ visionis, dotúmque beatarum gloriam tantam esse, quæ nullis comprehendi possit verbis, nulla complecti eloquentia, vtpote quæ nec in cor hominis ascendit; statuit silentio obuoluendum: quo ipso silentio meliùs significaret, quanta eius rei fuisset magnitudo, quam dictione se assequi posse diffideret.

Gloria beatorum declarari impossibilis in hac vita.

SVBSECTIO III.

Explanatio de memorandis Ecclesiæ euentibus, an noua, & præter vsum Prophetiæ per euentus cognoscuntur: de Mahomete, Indorum conuersione, Luthero & similibus; à viris sapientissimis Bibliorum multa declarata loca.

132. ERunt fortasse aliqui, quibus mystica nostra expositio peregrina, & insolens videatur: quippe, dum Patrum in hunc Canticorum tractatum vigilias nocturno, diutnóque studio euoluunt, & conferunt cum nostris laboribus, reperêre toto cælo distantes semitas: Nam apud seniores Ecclesiæ inuenêre perpetuas sententias de Christi œconomia & gestis, atque vix vltra eius Ascensionem, & Paracliti delapsum euagatos: Hæ metæ antiquæ interpretationis: his cohibentur cancellis Origenis, Nysseni, Theodoreti, Apponij, Cassiodori, Gregorij Papæ, Bedæ, Philonis Carpathij, Iust. Orgelitani, Anselmi, Bernardi, reliquorúmque veterum cogitationes; Nos autem per immensum spaciati æquor, vastúmque pelagus; quod Patribus Omega est & terminus, hoc nobis Alpha & principium: atque inde velut è portu soluentes nauigamus in sæculorum fines, legentes tanquam varia littora, quidquid memorabile accidit à Christi morte; cuius si velitationis haberemus socios posterioris æui Scriptores, vtcunq; tolerandum fuisset, conspirantibus in idipsum multis: at hi priscorum vestigia sequuti omnes quoque de Ecclesiæ, & Synagogæ actis declarant: Ecclesiæ autem prima tantum gesta celebrant, neque ventura sæcula explorant.

133. Dicamus ad hæc obiecta in primis, prophetias per euentus rerum dignosci: vnde, cùm Patrum ætate plura latuissent, quæ posteriora sæcula in apricum protulêre, propterea eiusmodi casibus nõ accommodasse priscos Christianos Scriptores vaticinia: Hoc dogma Cantapretensis roborauit libro 1. hypotyposeon, cap. 1. Irenæi testimonio lib. 4. aduersùs hæreses, cap. 44. ex Euthymio confirmat præfatione in Psalmos, cuius illud est monitum, nonnunquam Apostolos fugisse, quę Christus diceret, quoad rerum successibus edocerentur: vnde, cùm Ioannis cap. 2. dixisset Dominus: *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* subiungit Euangelista versu 22. *Cum ergo resurrexisset a mortuis, recordati sunt discipuli, quia hoc dicebat, & crediderunt Scripturæ, & sermoni, quem dicebat Iesus:* Ecce, quemadmodum ab euẽtu Resurrectionis didicerunt Apostoli, quæ anteà non intellexerant, quemadmodum ea ad verba peritè obseruat Maldonatus: Sed præter Irenæum, atque Euthymium, adducit Ioannes Fredericus Lumnius lib. 1. de extremo Dei Iudicio, & Indorum vocatione, cap. 2. Ambrosium in Psal. 43. Augustinum lib. 16. de Ciuit. cap. 2. *Quis, quæso,* (ait Fredericus) *putasset ante passum Christum, agnum paschalem eius figuram prætulisse? Quis deglutitionem Ionæ, Christi mortem adumbrasse?* At verò Thomas Maluenda lib. 3. de Antichristo, cap. 17. postquàm de noui Orbis conuersione loca Vatum eruditè explicasset: *Ecce, sanctus Hieronymus* (inquit) *has explanationes non viderit, abiecitne forsan? quasi Deus eas his temporibus reseruare non potuerit, cùm prædicta Propheta adimpleta sunt?* Ludouicus Legionensis ad illa verba Abdiæ: *Et transmigratio Hierusalem, quæ in Bosphoro est,* &c. loquens de reuelatis Indorum regionibus: *Fecerunt ergo* (loquitur de Prophetis,) *istarum rerum mentionem, eas que suarum vaticinationum inuolucris inclusas, litterisque consignatas, posteris prodiderunt, non antè cognoscendas a nobis, quam ipsi rerum euentus, tanquam illato lumine, duces essent nobis ad ingrediendum in eorum sinuosa, & tenebris obsita scripta* Noster Delrio tom. 1. adagiali, ad illud Esaiæ cap. 18. *Væ terra cymbalo.* Adagio 724. postquàm de Indis declarauit: *Nec mirum,* (dicit) *si Hieronymus, & alij veteres hunc sensum non attigerint: quia, vt inquit Irenæus lib. 4. contra hæreses, cap. 43. vaticinia occulta sæpè non intelliguntur, donec completa sint: nostris autem fermè temporibus hæc completa videmus.* Ioannes Fernandez tomo 1. Thesauri, verbo, *Æthiopia*, numero 4. Pereira lib. 15. in Danielem ad illa cap. 12. *Tu autem Daniel,* &c. Denique Leo Castrensis hoc ipsum documentum Origenis auctoritate, in illud Matthæi: *Sanguis eius super nos,* &c. nititur confirmare, ad illa verba cap 1. Esaiæ: *Et cum extenderitis manus,* &c. Iuxta hunc igitur canonem dicimus, prætermissum à Patribus hoc interpretamenti genus, non quasi Scripturarum aut fide, aut maiestate indignum; sed quoniam iuuari debuerant rerũ euentibus, quæ res in illorum tempora vt non inciderunt; sic de iis docere non poterant, nisi noui etiam Prophetæ fuissent.

Regula: Prophetia per euentus cognoscuntur.
Cantapr.
Irenæus.
Euthym.
Ioan. 2.
Maldon.
Lumnius.
Ambros.
August.
Maluend.
Legion.
Delrius.
Fernand.
Pereira.
Leo Cast.

Verùm inquies: Quamobrem Patres non de iis saltem casibus, qui in suam vsque ætatem euenêre Scripturas interpretati sunt, cùm hi fuerint & numero, & magnitudine memorabiles? Quare conueniens est, affirmemus, proptereà ab hac exponendi norma abhorruisse, quòd eam præter Spiritus sancti cogitationem esse, arbitrarentur. Respondeo, à præstantissimo quoque veterũ Scripturas sæpè declaratas pro iis, quæ aut sua tempora antecesserant, aut in eam, quam viuerent, ætatem inciderant, aut etiam de futuris in longinquũ euentibus. Nam, quis ex antiquis Ecclesiæ Theologis non ea præsertim, quæ Daniel, & Ioannes scripserunt, magna ex parte ad Antichristi sæuitiam retulêre? Atq; iidem, & ante Hieronymum, 134.

Sancti Patres Scripturam interpretati de casibus sui temporis & futurorum sæculorum.

& post

& post illuut, an non caput secundum Danielis, de statua ex variis metallis compacta; eiusdemque caput . de quatuor bestiis, ad quatuor Orbis Principes Monarchias transtulêre, Chaldæorum, videlicet, Persarum, Græcorum, Romanorúmque imperia? nisi quòd in prima visione Prosper Aquitanicus lib. de promissionibus & prædictionibus parte 22. cap. 33. Orosium sequutus, per ventrem & femora ærea, dixerit significatum esse Punicum, siue Carthaginis regnum? Ambrosius lib. 2. de fide, cap. vlt. prope finem, Gog, & Magog, de quibus Ezechielis cap. 38. & Apoc. cap. 20. Gothos esse intelligit. Eusebius libr. 9. de demonstratione euangelica, demonstratione 3. Romanos esse putauit: Sed fateor, vetustiores quosque, si quatuor Monarchiæ, & Antichristus excipiátur, de reliquis pauca tradidisse: At Petrus Lombardus duodecimo sæculo cœpit dispersam apud priscos Theologos de Deo scientiam in ordinem colligere: atque ab his tẽporibus quemadmodum scholastica doctrina cœpit vrgeri atque acriùs expendi; sic quoque Scripturarum tractationi accidit: quamobrem subsequuti Interpretes parciores fuère in allegoriis meditandis, litteræ incubuère: ex quibus scripsit ante exitũ duodecimæ ætatis Ioachimus Abbas in Isaiam, Hieremiã, Apocalypsim: atque certè in Apocalypsi interpretanda non vnius Antichristi bella explanauit, verùm Commentationem septem præcipuè Ecclesiæ statibus accommodauit; quem posteà imitatus Vbertinus Casalensis, qui ante ducentos annos vixit: sed floruit ad initium decimiquarti sæculi Petrus Aureolus Minorita, Archiepiscopus Aquensis: is planè non veritus asserere, Apocalypsim de memorandis omnibus Ecclesiæ casibus agere: quod synthronos & eiusdem Instituti Commilito, Nicolaüs Lyrensis, latiùs exequutus est, qui esse Catholicorum Doctorum sententiam scribit præfatione in Reuelationem Ioannis: cuius moralis expositio, sicut doctioribus non multùm placet; sic literæ interpretatio apud eruditos commendationem meruit. Vide Sixtum lib 3. Bibliothecæ sanctæ, & Riberam præludiis in Zachariam, & Malachiam; Adhęsêre Lyrano, quoad Apocalypsis sensum, in multis S. Antoninus, atque Dionysius Carthusianus, qui ante ducentos vixêre annos: Ioannes Annius Viterbiensis, qui Sixti IV. Pontificatu floruit: verùm de Hispaniis nonnulla Abdiæ Vatis interpretantem Nicolaum imitatus est Paulus Burgensis in additionibus, qui & ipse in humanis erat ducentis abhinc annis: Ecce omnium horum iunior est Ioannes Annius: & tamen ille plusquàm centenarius: nouúmne igitur interpretamenti genus, quando vltra centũ annos itur?

Quatuor Monarchia a Prophetis adumbrata quonam? Prosper. Orosius. Ambr. Euseb. Magister sententiarum Theologiam dispersam collegit. Veteres in allegoriis scribenda frequentiores; in littera nuperi. Ioachim. Quando Scripturà de cũ omnibus Ecclesiæ euentionibus declararunt? Vbert. Cas. Pet. Aureol. Lyra qualis expositio? Sixt. Sen. Ribera. S. Antonin. Carthus. Annius. Burgensis.

135. Sed præbeamus Antiquitatis, suo iudicio, acerrimis vindicibus, proceres illos, ob senium cum omni sanctitate & doctrinarum genere coniunctum, semper suspiciendos, haud fauere: certè recentiorem Scholam nobis haud negare poterunt: voco autem recentiorem Scholam, quæ ab annis plùs centum effluxit: Nam sub hæc tempora Iacobus Perez de Valentia, Christopolitanus Antistes, cùm aliàs nonnunquam, tum in primis Psalmo 70. de septem mundi ætatibus tractationem instituit; & eo carmine decantatas Ecclesiæ persecutiones, hæréses contra eam, subsidium à Doctoribus, & Regularium Cohortibus, Mahomethismum, & prætereà non pauca, neque obscura: de quo eodem Mahomethe Ezechielis cap. 38. & 39. aliqua construxit Hector Pintus: declarauit ex Apocalypsi Ioannes Annius Commentariolo, quem in extrema septem capita conscriptum Sixto IV. obtulit. Annij cogitationes approbarunt Ioannes Henthenius præfatione ad Arethæ Commentarios in Apocalypsim: Gilbertus Genebrardus in Chronographia ad annum Christi quingentesimum nonagesimum: Benedictus Pereira sequutus Duces interpretationis Ioachimum Abbatem, Seraphinum Firmanum, Cælium Pannonium, aliósque disput. 16. & 17. in cap. 6. Apocalypsis, quarti sigilli apertionem concinnè declarat de eodem Mahomethe: id ipsum Basilius Ponce de Leon, 1. parte variarum disputationum, quæst. 6. expositiua, cap. 2. comparatione cap. 13. Apocalypsis, Salmeronem nostrum citans disput. in Apocalypsim, sub finem tom. 16. suúmque Luysium Legionensem: verùm non vnius Mahomethis gesta; sed magnos prætereà alios euentus Apocalypsis sacro arcano obseratos, & quidem præcipuos quosque idem Basilius indicauit quæst. 1. exposit. cap. 1. Cosmas Damianus Isagoge in Cantica Canticorum: Pereira tom. 3. disputationum selectarum, disput. 4. & 5. ex procœmialibus, qui disertissimè sæuos, acerbósque casus, & enumerat & accomodat, nihilque eminens & conspicuum à Ioanne prætermissum commonstrat: deduxère vsque ad Constantini imperium potissimùm Blasius Viegas Commentario 3. in cap. 6. Apocal. per sectiones duodecim, & Commentario 5. in cap. 7. sect. 3. Alcazar notatione 23. procœmiali, §. *Sequitur argumentum.* atque Cardinalis Bellarminus oratione illa, quæ ad frontem tom. 1. legitur, textum Apocalypsis de stella cadente, fumo, locustis, &c. non minùs doctè, quàm grauiter de Luthero, eiúsque asseclis ad longum explanat.

Recentior Theologorũ Schola Bibliorũ multa loca de Ecclesia Catholica euentibus singularibus declarauit cũ laude. Iacob. de Valent. Pintus. Annius. Henthen. Genebrard. Pereira. Firman. Pannon. Poncius. Salmeron. Legion. Cosm. Dam. Pereira. Mahomethes & Lutherus in Apocalypsi figurati: Viegas. Bellarm.

136. Iam, vt ad noui Orbis, Indorúmque conuersionem veniamus, quanti de hac, varia Scripturarum loca incredibili cum eloquentia, pari ingenio declararunt? Nam, vt ab Esaia auspicemur: verba illa cap. 18. *Væ terræ cymbalo*, & quæ sequuntur, de allata Indorum populis Euangelij face construunt, eum ad Vatis locum, Arias Montanus: Ioannes Fredericus Lumnius lib. 1. de extremo Dei Iudicio, & Indorum vocatione, c. 1. qui cap. 6. vaticinium de hominibus Sodalitij nominis IESV loquutum opinatur: Ludouicus Legionensis ad illa verba Abdiæ: *Transmigratio Hierusalem*, &c. Basilius de Leon quæst 8. expositiua, cap. 4. Ioannes Fernandez tom. 1. Thesauri, verbo, *Æthiopia*, num 4. Ferdinandus Rebellus 2. parte de obligatione iustitiæ, lib. 18. quæstione 25. sect. 3. Thomas Maluenda lib. 3. de Antichristo, cap. 12. Bozius lib. 10. cap. 5. tomi 2. Delrius tom. 1. Adagio 724. Gueuara in cap. 3. Habacuc, num. 98. eiusdem Prophetæ versum 22 cap. 49. *Afferent filios tuos in vlnis*. &c. in eundem scopum deriuat Leo Castrius. Denique sententiam illam cap. 66. *Et ponam in eis signum*, &c. Acosta noster peculiariter adimpletam hisce temporibus, India Christo aggregatis testatur lib. 5 de Christo reuelato, cap. 4. qua de re egerat lib. 1. de procuranda Indorum salute, cap. 1. & 2. & lib. 1. de natura noui Orbis, c. 15. Transeamus ad vnum de minoribus Prophetis, sitque ipse Sophonias, cuius sermonem illum cap. 3. *Vltra flumina Æthiopiæ*, &c. eodem pacto explanant Vatablus, Montanus, Emmanuel Sà: Bozius, vbi suprà: Maluenda citato iam libro cap. 13. Lumnius Fredericus, vbi diximus c. 5. Luysius; atque Basilius de Leon, quo declarauimus loco: Ioannes Fernandez

Indorum conuersio variis Scripturæ locis. Arias. Lumnius. Legion. Poncius. Fernand. Rebell. Maluend. Bozius. Delrius. Gueuara. Castrius. Acosta.

eodem verbo. Atque, vt absoluamus, quæ ad Prophetas spectant, Danielis cap. 7. ex parte ad noua Orbis imperia non inuenustè nuper editis in Flauium Dextrum Notis transtulit Franciscus

Viuarius.

Viuarius: differuit de vaticinio in Appendice Operis. Sed dicamus de altero, qui superest, Vate, Abdia nempe, cuius eam prædictionem, quæ inchoat: *Transmigratio Hierusalem, quæ in Bosphoro.* Ludouicus, & Basilius de Leon Indis applicarunt, vbi superiùs: probabilis ea visa interpretatio Maluendæ indicato libro, cap. 16. Sed cùm per Toletum iter haberemus, & nostram Professorum Domus Bibliothecam euolueremus, incidimus in manuscriptum codicem hominis ad miraculũ eruditi Patris Hieronymi Roman Hi-

Higuera.

gueræ, de Antichristo, vbi loca multa ex vaticinationibus Isaiæ, Ieremiæ, Abdiæ, Sophoniæ, Zachariæ, Apocalypseos, de conuersione Iaponum, atque Sinarum agere sentit: Antonius Ca-

Caracciol.

racciolus ex Clericis regularibus Theatinis, controuersia de sancti Iacobi accessu ad Hispaniam, num. 15. verba Abdiæ: *Et transmigratio Hierusalem*, &c. applicat eiusdem aduentui: déque Hispania Christiana exponit versus ex capit. 18. Isaiæ: *Væ terræ cymbalo*, &c. Frater Ioannes de la

De la Puente.

Puente tom. 1. concentus duarum Monarchiarum, lib. 3. cap. 31. §. 1. Ex Psalmis versum 34. Psalmi 67. nempe, *Qui ascendit super cœlum cœli*

Genebrard.

ad orientem, &c. Genebrardus de nuper cognito

Viegas.

mundò interpretatus est: & duo nostratum, Viegas Commentario 1. in cap. 16 Apoc. sect. 4. n. 8.

Fernand.

Antonius Fernandez tom. de visionibus, vigesima visione, ad cap. 47. Ezechielis, sect. 4. At

Legion.

verò Basilius Legion. nõ aliud describi toto Psal. 60. cuius initium: *Te decet hymnus Deus, in Sion*, &c. probare nititur ea, quam nominauimus. q. 8. expositiua, cap. 4. vbi etiam ab illis verbis: *Habet Argentum venarum suarum*, &c. magnam partem cap. 28. Iob exponit eandem ad normam:

Perer.

Noster Benedictus Pererius disp. 5. ex præludialibus in Apocalypsim, Ioanni quoque monstratam Indorum ad fidem vocationem existimat,

Mendoça.

quemadmodum & P. Mendoça, ex quibusdam Apocalypsis partibus ostendere conatur tom. 1. in librum 1. Regum, annotatione 15. ad cap. 2. vers. 10. sect. 13. num. 13.

137. Sed nemo Scriptorum hactenus Canticorum abstrusa ad posteriores Ecclesiæ, siue labores, siue gloriam retulit. Verùm, cùm alia retulerint ferè ad quadraginta Auctores, partim ex veteri, partim ex iuniori Schola, quid nos deberemus facere in simili argumento docuêre. At non destituta Patronis hæc etiam Prouincia.

Canticorum libro continētur omnes præcipui Ecclesiæ casus

Appon.

Apponius, inter primarios huius Epithalamij Interpretes meritò numerandus, initio lib. 1. in Cantica: *Sicut* (ait) *in monte Sina Beato Moysi ostensum est in figura, eius pulchritudinis, vel mensura tabernaculum faceret, sicut ei dicitur à Deo: Vide, vt ita facias tabernaculum, sicut tibi in monte monstratum est: ita sapientissimo Salomoni, quicquid ab initio mundi, vsque in finem, in mysteriis egit, acturúsve est Dei sermo erga Ecclesiam, in figura, & ænigmatibus designatum.*

Anselm.

Anselmus prologo in Cantica: *Salomon enim* (inquit) *adhuc tenens domum sapientiæ, illuminatus à Spiritu sancto prophetizat, qualiter Ecclesia ante aduentum Christi: deinde secundùm singulos status, vsque ad finem mundi, sit se habitura erga Deum*:

Vuolbero.

Vuolbero Abbas sancti Pantaleonis intra Coloniam Ordinis Sancti Benedicti, qui claruit circa annum millesimum centesimum quinquagesimum, prologo Canticorum: *Et vt totum comprehendamus* (inquit) *quicquid in sancta Ecclesia generaliter, vel specialiter agitur, vel actum celebratur; pulcherrimis allusionibus decantur, vt merito tali nomine, quod est Cantica Canticorum, iste liber pro sui excellentia appelletur*:

Titelman.

Sequuti hos tantos Duces Titelmanus proœmio in Cantica:

Delrius.

Delrio cap. 4. Isagogæ. citans præter relatos Apponium, & Anselmum: Manuscriptum anonymum Louaniensis nostri Collegij, quam & multorum dicit opinionem:

Legion.

Luysius Legionensis principio tertiæ explanationis in Cantica.

Agath.

Agathius Guiddaccerius præfatione in Cantica:

Roßet.

Prosper Rosetus præfatione item in Cantica, lectione 1.

Osor.

Osorius Nepos paraphrasi in Cantica ad finem cap. 2.

Gomez.

Alexius Gomez Abbas Sancti Dominici de Pediaza, Epigraphe sacræ Scripturæ. & pagina 162. in Scholijs ad cap. 1. Canticorum:

Poncius.

Basilius de Leon. quæst. 2. expositiua, cap. 1. Sed non aliud nos asseueramus, quàm quod à tantis Magistris antiquis, nuperisque prolatum; nempe, sacro Hymenæo claudi, *quicquid ab initio, vsque in mundi finem*, (vt differit Apponius) *in mysteriis egit, acturúsve est Dei sermo erga Ecclesiam*: Mysteria itaque quæque memoranda Ecclesiæ à Salomone prędici volumus, neque pręter eà aliquid.

Valent.

Verùm, neque his generalibus sermonibus contenti sumus: certè Iacobus de Valentia epistola ad Alfonsum Aragoniæ, argumentum Canticorum dixit esse, discursum Ecclesiæ ab Incarnatione Christi, vsque ad Iudicium: deinde per decem Cantica pergit eadem ostendere; nunc de tyrannorum insecutionibus agens; nunc de pace à conuerso Constantino; nunc de Turcismi 138.

Indorum conuersio Canticorū libro adumbrata.

Cosm. Dam.

origine: Amplexus eam interpretandi viam Cosmas Damianus Hortulanus Abbas, vnus ex Tridenti Patribus, ingentisque suo æuo nominis: scripsit ille Isagoga in Canticum Salomonis, septem Ecclesiæ status sub inuolucris occultari, distinxitque & persecutiones, & hæreses, & quieta Constantini imperia: addidit eandem tractatu materiam, de qua Ioannes Apocalypsim concinnauit: quod Pronunciatum

Alcazar.

Alcazario nostro arrisit annotatione proœmiali 23. in Apocalypsim: qui annotatione 18. dixerat, ex penetralia Apocalypsi ingentem lucem allatam ad indaganda Canticorum arcana:

Almonac.

Hieronymus Almonacirius sub proœmij calcem, Canticorum materiam ad Constantini solùm tempora deduxit: At ne Indorum mentionem facere duo Interpretes omisêre:

Legion.

Ludouicus Legionensis 3. explanatione ad illa verba cap 8. *Soror nostra parua*, &c. & ad illa ibidem: *Vinea fuit Pacifico*, &c.

Tuccius.

Tuccius Tuccius, Patritius Lucensis annotatione 8. cui titulus, *Cincinni*. ad verba illa Cant. 4. *Capilli tui sicut grex caprarum*, &c. cùm anteà asseruisset annotat. *Amor.* loco 38. verba illa cap. 8. *Quæ est ista quæ ascendit de deserto, deliciis affluēs; innixa super dilectum suum*? intelligi oportere de prosperitate Ecclesiæ sub Constantino, Syluestro Papa ex Soractis antro ad Romanæ magnitudinis splendorem vocato: sed & vltimum eum versum cap. 4. *Surge, Aquilo, & veni, Auster*, &c. legisse se in peteruditi, & admodum pij hominis Cõmentario Indorum saluti accommodatum scribit Delrius ad eum ipsum versum in litteræ expositione: Sed recentissimo Opere

Alcazar.

Alcazarius noster, eo, scilicet, quo exponit veteris Instrumenti partes, quas respicit Apocalypsis libro 3. in continuatione Cantici ad superficiem considerati, postquàm ostenderat complecti Salomonis Hymenæum præclara quæque decora

nouæ

nouæ legis, subdit: *Non posse noui fidei cultoribus summo esse solatio, quòd Ecclesia Romana veritas, & Ordinum religiosorum fructus ad viuum sit depictus in hoc libro, nihilque dignius Spiritu sancto esse, quàm vt hoc agat.* Verùm & verba ea cap.7. *Mandragora dederunt odorem*, &c. interpretatur de vtriusque Indiæ missionibus in Xauerio, & aliis Apostolicis hominibus,

139. Et quoniam istis abundè satisfactum arbitramur his, qui dictorum Patronos desideraturi sint, experiamur tandem, quantùm iuuet rationis virtus nostrum Pronunciatum: Priùs autem cupio conuenire vniuersos, Ecclesiam Catholicam, quemadmodum donis, & honore prælata est Synagogæ; sic vltra illam à Deo adamatam: qua in assertione nescio quæ possit esse sententiarum diuersitas: Legat tamen indiligens quisque Augustinum libro 18. de Ciuitate Dei, cap. 48. Ex huius igitur dicti consensu sic argumentor: Cumulatior fuit diuina munificentia quoad vniuersa dona, tam quæ ad corpus spectant, quàm quæ animæ bona censentur, erga Ecclesiam Catholicam, quàm erga Synagogam: speciosè quippe Angelicus Præceptor Opusculo 57. *Immensa diuinæ largitatis beneficia exhibita populo Christiano, inæstimabilem ei conferunt dignitatem: neque enim est, aut fuit aliquando tam grandis natio,* (Deuter. cap.4. vers.7.) *quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut adest nobis Deus noster.* Neque mirum: sic enim ipse per Aggæum pollicitus cap.2. *Magna erit gloria domus istius nouissimæ, plusquam primæ*: Ecclesiam significans comparatione Synagogæ, vti Augustinus loco nuper indicato admonet, Ambrosius epist. 12. ad Irenæum, Cyrillus libro 5. in Genesim, aliique Seniorum frequenter: At qui inter munera in Synagogam collata, non infimus fauor extitit, prædici à Vatibus Dei Spiritu agitatis, præcipuos quosque populi illius euentus: concinnè quippe Hieronymus epistol.140. ad Principiam: *Ruth* (ait) *Esther, & Iudith tanta gloriæ fuerunt, vt sacris voluminibus nomina indiderint*: Indiderunt autem, quoniam de eorum gestis Scriptores canonici tractationem instituerunt: ob quod meritò gloriosas nuncupauit Maximus Doctor Scripturarum: Igitur & quoad hanc gratiam potior fuit Ecclesiæ Catholicæ sors, meliúsque affulsit sidus, ac proinde memorabiles omnes casus illius vaticiniis Prophetarum comprehensi.

August.

Ecclesia Catholica supra Synagogam amata, atque dicata.

S. Thom.

August.

Ambros.

Cyrill.

Synagoga fauor eximius habuisse Prophetas.

Hieronym.

140. Hinc Basilius Poncius quæst. 8. expositiua, cap.4. *Cùm videam* (ait) *minutissima quæque ex his, quæ pertinebant olim ad Synagogam, prædicta multo ante à Prophetis, nunquam animus inclinabit, vt sentiat, quin quæ ad legem euangelicam attinent, vaticinationibus contenta sint.* Atque hæc ipsissima verba ferè sunt Luysij Legionensis ad illud Abdiæ: *Transmigratio Hierusalem, quæ est in Bosphoro*, &c. Ferè eadem oratio est Maluendæ lib.3. de Antichristo, cap.12. Francisci Viuarij appendice ad Commentaria in Flauium Dextrum: Pererij disp.4. ex procemialibus in Apocalypsim: Verùm prætermissum ab omnibus his Auctoribus demus Tertullianum lib. de Resurrectione carnis, cap 19. nam, cùm ille ad longum disputasset de prædictionibus, quæ Synagogæ res tangerent: *Sed etsi temporalia* (inquit) *& localia, & personalia Dei decreta, atque iudicia in vrbes, & gentes, & Reges tam apertè Prophetia iaculata est; quale est, vt æterna dispositionis eius, & vniuersalis in omne hominum genus lucem sui fugerint? Quæ quantò maiora, tantò clariora esse deberent, vt maiora crederentur? Et puto Deo nec liuorem, nec dolum, nec inconstantiam, nec lenocinium adscribi posse, per quæ ferè promulgatio maiorum cancellatur*: Ecce, vt nolit maiora à Vatibus vllo modo præterita dici Tertullianus: euidens autem est, apud Ecclesiam Catholicam maiora extitisse: Adiungam Moysem Barcepham part.4. Commentariorum de Paradiso, cap. 3. *Si enim* (inquit) *quòd capiendi Iudæi, inque exilium ducendi, quódque rursus liberandi, reducendique in patriam essent; suffi sunt diuini Vates typis, atque figuris quibusdam prædicere; quò, videlicet, Dei prouidentia iam tum cognosceretur: quantò magis consentaneum putabimus, in lege, atque Prophetis mysticè, figuratéque illa admiranda, atque præcellentissima, neque vnquam satis laudata opera, quæ verbum Dei Christus, dum in carne versatur, patrauit, esse prænunciata?*

Poncius.

Legion.

Maluenda.

Viuar.

Pererius.

Tertull.

In lege & Prophetis, maiora de Ecclesia Catholica euentibus sunt prænunciata, quàm de Synagoga.

Barceph.

141. Produco nunc rationem à priori. Præclarè igitur noster Ribera in cap 2. eiusdem Prophetæ: *Cùm verba Scripturæ* (ait) *propriè accepta aliquid enunciant, quod à recta doctrina fidei, aut morum minimè discrepet, ac benè cum præcedentibus, & subsequentibus cohæret, ille omninò historicus sensus est, vt eruditè docet Augustinus lib.3. de doctrina Christiana, cap.10. & 11. alioqui nihil haberemus in Scriptura constans, & firmum*: Et sanè hac vnica causa, quicunque recentiorum Interpretum eos Scripturarum sensus reiecerunt, qui ad Iudæorum reuelationem referuntur, moti sunt; quoniam non satis connecti cum præcedentibus, subsequentibúsque Prophetæ verbis arbitrarentur: at in nostra expositione, omnia concatenantur inter se, priora posterioribus respondent; nihil non in fidei, & morum commendationem prolatum, imò ea scriptionis occasio, Ecclesiæ Catholicæ gloria, quam pudebat inferiorem existimari Synagoga, & Vatum oraculis exclusam: Igitur is legitimus Scripturarum sensus est, & ex diuini Spiritus mente, quem tradimus: Non ego asseruerim à nobis exarata difficultatibus vacare: fecimus pro virili satis his, quæ obiiciebantur: quis autem indemnis ab hoc conuicij genere? aut cuius tam syncera explanatio, vt placuerit vniuersis, neminem habuerit mastygem? Sed accommodationes sunt, inquis, cum ingenio elaboratæ, magis quàm veritas: Verùm interrogatos velim accommodatitios istos, an singula satis congruant? Quòd si cohærere semel annuant, si non hæc genuini sensus certa, constánsque nota, edant ipsi nouos Canones, quibus in posterum germana significatio dignoscatur, quibúsque hactenus caruit Ecclesia: Mihi Alcazarius noster multa cum sapientia monuisse visus notatione 20. ex procemialibus in Apocalypsim de historico, & indubio eius libri filo: *Videant ergo* (asserit) *quid dicant, qui nouam aliquam Apocalypseos explicationem quadrare quidem contextui fateantur; sed ex Ioannis adinuentione non esse sufficienter: Ioanni enim, vel Spiritui sancto irrogatur iniuria, si quis dicat, explicationem quadrare, sed non ad eorum esse mentem.* Et paria idemmet sæpè tom. 2. locorum, quæ Apocalypsis respicit, lib.3. præfat. in Cantica, & eiusdem continuatione atque filo.

Ribera.

Historici Scripturæ sensus genuina indicia.

Alcazar.

Svbsectio IV.

Roboratur mystica nostra expositio ab eneruatis quibusdam obiectionibus. Cur de Angelorum creatione silentium apud Moysem? quare tam pauca Euangelistæ de B. Virgine? Hæreses quando præualere in Ecclesia cœperint? Futura post nostram ætatem quo pacto in Cantico Canticorum claudantur? Canticorum textus an de B. Virgine ad litteram? Nouæ quæ expositiones admittendæ?

142. Opponas primò, haud verum esse, non omitti à canonicis Scriptoribus præcipua quædam: sic nanque Moyses tacuit de Angelorum creatione; cùm tamen horum Spirituum productio fuisset inter primæuas molitiones præstantissimum opus: sic etiam in gratiæ, & Euangelij Instrumento de virgine Matre pauca quædam ab Euangelistis recensita; & tamen huiusmodi silentium, neque Deiparæ honori, neque Angelorum gloriæ officit: ergo etiam, quamuis capitales Ecclesiæ euentus tacerent Prophetæ, nō sequeretur, inhonoram existimandam Ecclesiam, atque Synagogæ postpositam. Sanè Augustinus lib. 12. Confessionum, & lib. 1. de Genesi ad litteram existimauit, sub nomine cœli, & lucis figuratè insinuatam à Moyse Angelorum creationem, quæ placuit opinatio Bedæ in Hexameron: quæ si dura appareat sententia, vti nonnullis visa est, dicamus, omisisse quidem: at alibi loquutas Scripturas de Angelis, nempe, Psalmo 148. qui incipit, *Laudate Dominum de cœlis*, &c. & Danielis cap. 3. Cantico in fornace modulato à pueris: non est autem nobis animus, vt vbique Scriptura de Ecclesiæ casibus texat narrationem; sed hoc, illóve loco saltem: Fuêre etiam Moysi iustæ causæ silendi: aut quoniam doctrina de Spiritibus, Hebræorum rude ingenium transcenderet: aut ne daretur eis occasio falsæ adorationis, ad idololatriam enim procliues fuerant: Sic classicos Magistros sequutus Pereira lib. 1. in Genesim, disput. *Cur Moyses creationem Angelorum tacuerit?* Fortasse & illa causa, ne si cognoscerent, empyrea loca à præstantiori creatura habitari, vt erant liuoris maximi, Numen minùs amarent, quoniam plus honorasset aliam creaturam: postponi enim cuiuis sustinere non poterat superba natio: Quòd si ea cogitatio, quam ex Græcis Patribus amplexati sunt multi, ex Latinis non spernendus numerus, de conditis ante mundum Spiritibus, hòdie staret; facilis erat resolutio, cùm Moyses de his, quæ mundi natiuitatem præcesserant, sermonem non instituisset: sed explosa est à Scholis sententia illa, quam non pauci clari nominis Theologi erroris traduxêre post definitionem Concilij Lateranensis 2. cap. *Firmiter. de summa Trinitate, & fide Catholica.* Lege Molinam 1. parte, quæst. 61. artic. 3. §. *Contrariam videtur.* Quod ad Virginem immaculatam spectat, in veteri Instrumento nullam nō paginam (sic dicam) occupat: Quare Andreas Cretensis serm. de Assumptione illius, peritè eam nūcupauit *Summam diuinorum Oraculorum*: In Euangeliis pauca dicuntur: *Quoniam* (ait noster Suarius præfatione tom. 2. in 3. partem) *tota Euangelistarum intentio ad Christum ferebatur: quia illo cognito, eiúsque fide satis fundata, non poterat eius excellentia, aut ignorari, aut occultari.* Sanè Anselmus libr. de excellentia Virginis, cap. 6. scitè loquutus: *At, si aliquis quærit, quare Euangelista non referunt, ipsum piissimum Dominum, a morte resurgentem, huic suæ dulcissimæ, dilectissimæq; Matri, vt eius dolores mitigaret, primè ac præcipuè apparuisse? dicimus, quod à quodam Sapiente de hoc ipso sciscitantes audiuimus, sic: Tanta est auctoritas narrationis euangelicæ, vt nihil in ea dependens, nihil inane, nihil superfluum reperiatur. Ita quod si Matri Domini, & Dominæ mundi, ipsum Filium ab Inferno resurgens scriberetur, sicut alijs cuilibet, apparuisse; quis non tale scriptum superfluum duceret, Reginam, videlicet, cœli, & terræ, omnisque creaturæ coæquare illis, quibus apparuit, viro, aut mulieri?* Equidem Mariam Christi Genitricem esse, scire oportebat: hoc Euangelistæ satis declararunt: eo autem manifestato Virginis honore, cætera colligi poterant tacentibus illis.

An de Angelorum creatione mentio in Scriptura?
August.

Psal. 148.
Daniel.

Pereira.
Sententia de Angelorū creatione ante conditū orbē à scholis explosa.

Molina.
B. Virgo in lege passim præfigurata: cur de illa apud Euangelistas pauca?
And. Cret.

Suarius.

Anselm.

Opponas secundò, agere nos seorsim de persecutionibus, & ab his diuidere hæreses; cùm tamen intermixtæ fuerint persecutionibus: primum quoque locum tribuere tyrannorum vexationibus, cùm Hæreticorum Antesignanus Simon praua dogmata spargeret, antequàm Neronis gladius sæuiret, à cuius irâ initium habuit persequutio: Insuper circunstantiæ, & minora quæque teguntur, recensentur solùm capitalia: hæc autē omnia non segniter indicant, artificium committi; & plus in accommodandis rebus studij absumptum, quàm in veritatis indagatione: Quare non immeritò Augustinus de eorum exponendi genere, qui Ecclesiæ tribulationes cum Ægypti decem plagis cōponere studebant, censuram tulit lib. 18. de Ciuit. c. 52. *Sed ego illa re gesta in Ægypto istas persequutiones prophetice significatas esse non arbitror: quamuis ab eis, qui hoc putant, exquisitè, & ingeniosè illa singula his singulis comparata videantur, nō prophetico spiritu, sed coniectura mentis humanæ, quæ aliquando ad verum peruenit, aliquādo fallitur:* Respondeo, in anteponenda Imperatorum tyrannide aduersùs Christi adoratores ad heresum exortum, sequutos nos Iacobum de Valentia Cantico 10. in hoc Salomonis Epithalamiū: Cosmam Damianum Isagoga in Cantica: ex nostratibus Benedictum Pereiram tom. 3. selectarum disquisitionum, disp. 13. in cap. 6. Apocalypsis: Potuit autem Viris doctissimis occasio huius pronunciati esse: quoniam Diocletiani, & Maximiani persecutio, quæ postrema fuit ante agnitum à Constantino Dei Filium, Iesum Christum, omnium immanissima fuit: Adi Baronium ad annum Christi secundum supra trecentesimum, & sequentem: suppeditabit ex illius temporis Chronologis diras historias: Hanc autem tribulationem caput cæterarum subsequuta est hæresis, princeps inter infandas doctrinas, Arrianismus nempe: *Nam, qui præcesserūt errores*, vt scribit Eusebius lib. 4. Histor. ecclesiasticæ, cap. 7. *ad nihilum prolabentes obsolescere cœperunt, & ad extremū funditus deleti sūt:* Ob hanc igitur causam, & cum Diocletiano finiūt persecutiones, quoniā subsequentes cum hac collatæ mites fuère: & ab Arrianismo exordiuntur hæreses; quia præcedentes cum hac assimilatæ, tolerabiles videbantur; & quia ad maximam persecutionem sequuta summa inter hæreses, agunt priori loco de vexationibus, posteriori de hæresibus: Quòd autem simul colligunt, in vnúmque 143.

Augustini censura de expositione decem plagarum Ægypti.

Persecutiones Ecclesiæ an hæresibus antiquiores fuerint.
Valentia.

Cos. Dam.
Pereira.

Baron.

Arrianismus hæresum initium quoad modos.

manipu

[illegible] ex persecutionibus [illegible] ordine [illegible] dispos isse [illegible] in hoc Cantico iam [illegible], *Verbum abbreviatum fecit Dominus.* R[illegible] itaque [illegible] dispersim [illegible] fine in Augustini, Ambrosii [illegible] Patrum scripta [illegible] tractatus; sed [illegible] ordine, [illegible] testimoniis [illegible] sumque [illegible] A: M[illegible] illimque [illegible] de gratia [illegible], sub [illegible] [illegible] de Deo [illegible], de V[illegible] cum catue, [illegible] gratia: Atque quoniam hoc Canticum velut epitome & [illegible] summa & capitula [illegible] præcipuus Au[illegible] D[illegible]; neque [illegible] Ecclesiæ pl[illegible] Consule Molin[illegible] quæst. 12. art. 8 disput. 3. Beatæ con[illegible] D[illegible] attribuens, [illegible] hoc est, [illegible] communi [illegible] omnis [illegible], & [illegible] esse [illegible] penetrant, [illegible], & habitudines ad [illegible] lati; [illegible] ad omnes illas: Denique [illegible] plausum [illegible] frondes, sed solida Scripturæ [illegible] quoniam [illegible] connectuntur. quæ [illegible] est genuinæ significationis, quando simul ex[illegible] ad fidem, & mores [illegible] Aug[illegible] autem [illegible] interpretationem [illegible] per decem [illegible] quorum [illegible] inventores illius [illegible] derivare conabantur, nullam deinceps [illegible] esse persecutionem, transactis decem Gentilium Imperatorum vex[illegible], [illegible] illam, quæ [illegible] temporibus [illegible] Antichristi [illegible] solidus non potuit esse sensus, ex quo tam ingens absurditas enasceretur: loquimur autem nos de eo genere interpretationis, quod nullam secum adducat implicantiam.

144\. Opponas tertiò, hanc Canticorum nostram qualemcumque ex[illegible] sitionem ad [illegible] solùm dedu[illegible] ei, quæ [illegible] ætatem [illegible]: neque [illegible] Prophetæ [illegible], qui [illegible] possimus: Fortasse [illegible] adhuc, an [illegible] veniat [illegible] sæculi, [illegible] dies, & tempora [illegible] ingentes casus, [illegible] [illegible], [illegible] prodigiis, expleto iam Canticorum volumine, per ea, quæ decem, & sex ætates à Christo nato [illegible]? Ob hanc [illegible] commentationem Pererius [illegible] ex præludiis ad Apocalypsin, Aureoli, Lyrani, Dionysii [illegible], Ioan[illegible] A [illegible] expositiones nimis aptas iudicavit, quòd subsequentium temporum casibus post [illegible] ætatem, [illegible] delineatam [illegible], cùm, si quæ fuerunt tempora stupendis [illegible] da eventibus, hæc in[illegible] præcipuè nomin[illegible] cant, amisso Orientis imperio Turcis Byzantium [illegible], [illegible] Hæreti[illegible] novique. [illegible] blasphemiis per Lutherum, [illegible], aliosque, generis humani monstra, Iudæis post superata maris infanda pericula,

P. Sherlogi Anteloq. in Cant.

cognitis, devictis, Christo subiungi: Ob hoc denique Augustinus, vt inspici[illegible] numero præcedenti, similes interpretationes haud esse ex Spiritus sancti mente opinabatur. Respondeo, à nobis nunquam pronunciatum, persecutiones impiorum, hæreses, bella, schismata, fortunatos casus finem accepisse, neque deinceps in eodem genere plura expectanda: hanc existimationem, tanquam vanam, & ineptam planè, meritò reprehendit Augustinus: sed neque diximus aliquando, instare Antichristi sævitiam, & versari mortales in vltima, atque decrepita mundi ætate: denique à prophetalibus loquutionibus abstinuimus, nisi [illegible] ex aliorum auctoritate, [illegible] vi [illegible] docuimus Sect. 2. Subsectione 6. num. 61. in genere, futura novissima Ecclesiæ tempora, quæ splendore penè certare possent cum initiis: Nos igitur cet[illegible] de per[illegible] [illegible] tyrannorum, distincto altero loco de hæreticis, [illegible] separato ab his tractatu de schismate, & bellis [illegible], denique [illegible] septimum caput [illegible] prosperitati [illegible] Ecclesiæ [illegible] & quoniam [illegible] & hæreses, & [illegible], & [illegible] schismata [illegible] Pontificibus eiusmodi fuere, quibus [illegible] excepis Antichristi immanitatibus; ad [illegible] potuerunt, quæcumque [illegible]: verbi gratia, si [illegible] apud Indos [illegible] gant. & [illegible], ad ea [illegible] valeant, quæ de Indorum conversione [illegible] si hæresis de Christi divinitate diversis [illegible] pullulet omnes [illegible] errores [illegible] obtinent, vbi semel illa hæresis confutata est: itaque nos signavimus [illegible] ipsa, & [illegible], ad quæ modi omnes, & particulares habitudines annumerentur.

Opponas quartò, totum Canticorum [illegible], non solùm per accommodationem; sed etiam in sensu aliquo à Spiritu sancto intento, Virginem præcinere, vti omnes ferè Patres, qui illum interpretantur, [illegible]: Sic effatur noster Suarez præfatione 2. tomi in 3. partem. Assentit Rutilius Benzonius, Lauretanus Antistes, lib. 1. in Canticum, *Magnificat*, cap. [illegible]. Denique, quòd ita existimarent ex recentioribus veterum sententia sequuti. ex[illegible] de Ch[illegible] Delrius, Gislerius, Placidus Nigidius: S[illegible] nostris principiis [illegible] bequeu[illegible]: [illegible] enim est, historicum sensum [illegible], patuet & Ecclesiæ [illegible] compositum, non est autem à Spiritu [illegible] intentus mysticus ille sensus, qui supra literam, velut supra basim, non [illegible]. Respondeo, [illegible] eodem historiæ sensu, & Virginis [illegible], & Ecclesiæ gesta adumbrari. quid namque obstet? An, quoniam contraria, & dissimilia? Sed eodem typo non rarò oppositæ res significantur: Sic [illegible] Augustinus tom. 2. ep. [illegible] 9 ad Deogratias, quæstione 6. Ionam fugitivum Vatem, & Christi figuram præ[illegible], cùm a belua evomeretur; & populi Iudaici [illegible] repræsentasse, cùm illi tristitia fuit de [illegible] gentilis vrbis, nationisque ethnicæ: Docet [illegible] epist. 99. ad Euodium, diluvium, & Baptisma significasse fidelibus, & infidelibus pœnam: *Sicut in* [illegible] *non res gestæ* (alii) *sed tantummodo dictæ, quod de lapide scriptum est, quo significatus est Christus, duo quædam prænunciata sunt, & infidel*[illegible]*us offendiculum, & fidelibus ædificium.* Si [illegible] iuxta varias considerationes, & sæpe sub iisdem, idem sponsus,

Margin notes: [illegible] *temporum* [illegible]. — [illegible] *à* [illegible]. — *Futura post nostram ætatem quæ pacto in Canticum à lumen* [illegible] *donentur.* — M[illegible] — *Pererius. In expositione Cant.* [illegible]. — 145. *Canticorum textum ad B. Virginem adspirare.* — Suarius. Benzon. — Delrius. Gisler. Nigidius. — *Regula: Eodem textu res contrarias signari.* — August.

eadémque sponsa, & virginem, & Ecclesiam significare possint.

146. *Patres non omnes Canticorum, & aliarū Scripturarum explanationes assequuti?*

Opponas quintò, si is sit genuinus Canticorum sensus, quem tradimus, mirabile esse, quòd Patres, & vetustiores Interpretes omninò latuerit. Respondeo, Patres homines fuisse: & quia ars longa, vita breuis, cuncta assequi non poterant: Ac, vt concedamus non paucis scientiæ infusæ donum, non voluisse Spiritum omnia reuelare; certè Richardus Victorinus prologo in visionem Ezechielis, animalium, & aptatum, syncerè attestatur, omissa à Patribus aliqua, falsamque nominat reuerentiam, nolle ab ipsis intacta perquirere: Melchior Canus lib. 7. de locis Theologicis, cap. 4. §. *Argumentatur itaque*, &c. in sacris Bibliis loca esse multa, atque adeò libros integros, in quibus Interpretum diligentiam Ecclesia desiderat, in quibúsque proinde iuniores possint, & eruditionis, & ingenij posteris ipsi quoque suis monumenta relinquere: Pater Suarez præfat. 2. tom. in 3. part. miratur Theologos tam diligentes fuisse in tractandis quæstionibus de Angelorum creatione, natura, proprietatibus, statu viæ, gloria, donis scientiæ, atque gratiæ; tam leuiter disputasse, & vix ex professo de Angelorum Regina, eiúsque dignitate, mentis, intellectus, & voluntatis diuitiis magnificentissimis: Placidius Nigidius epistolam, quam Commentariis in hunc librum præfixit, sic orditur: *Ludouicum Torres Cardinalem amplissimum, & montis Regalis Archiepiscopum felicis recordationis dicere solitum memini, Canticorū drama expositionem adhuc desiderare, cùm tamen Expositores ad ducentos habeat*: Atque à tanti Viri dicto, quem Purpuræ honore insigniorem faciebat exacta disciplinarum cognitio, se commotum ad scribendum; Denique Alfonsus à Castro lib. 1. contra hæreses, cap. 2. sine ambagibus, sine fuco pronunciat, nos modò plura scire, quæ à primis Patribus, aut dubitata, aut prorsus ignorata fuêre: Caussæ horum duæ possint esse: Vna ostensionis diuinæ magnitudinis, & potentiæ, quæ cùm eos Doctores, & Scribas eruditos sponsæ dedisset, quorum acumen, & calamum vix quidpiam fugisse videatur; nouos tamen fœtus quotidie producat, atque eos nonnunquam, quibus præter solam antiquitatem nihil deesse appareat vt cum summis conferantur: Hinc ad Danielem vox cap. 12. *Tu autem, Daniel, claude sermones, & signa librum vsque ad tempus statutum: plurimi pertransibunt, & multiplex erit scientia* Quæ verba de nouis eiusdem voluminis explanationibus in singulas ætates emergentibus, & ab his, qui præcesserunt, omissis, multi clari Interpretes construunt; Altera caussa est, vt vicissitudine fastidium legentibus tollatur. Augustinus tom. 3. lib. 2. de doctrina Christiana, cap. 6. *Quod totum prouisum (ait) diuinitus esse non dubito, ad edomandam labore superbiam, & intellectum à fastidio reuocandum: cui facilè inuestigata plerunque vilescunt*: Animaduerte illius Augustiniani dicti vim *Prouisum diuinitus*, &c. qui, vt exemplo probet, discutit sententiam illam cap. 4. Canticorum *Dentes tui sicut grex tonsarum*, &c.

Richard. Victor. — Canus. — Suarez. — Nigid. — Castro. — Dan. 12. 4. — August.

147. *Noua quæ opiniones admittendæ*

Quæ dum ego vehementiùs pensito, mirari non desino ineptiam quorundam, indistinctè quascunque nouas opinationes condemnantium: Infausta proles otij simul adoleuit: nec tantùm assequuta vnquam dominium, vt, quæ essent respuenda, quæ admittenda, sciret: Nam si ea, quæ Patribus aduersantur in his, quæ ad fidem, & mores faciunt, temeritas seuerè comprimenda sit à Magistratibus: si in iis, quorum veteres non meminêre, si fidem, mores que adiuuent, liberum est. quæ Spiritus & veritas suggerunt, publicè iuris facere, laudabile, nec ... est, ne abscondi [illegible] talentum arguamur: Vide Alphonsum de Mendoça quæst. 2. c[illegible] positiua, num. 2. §. *Quid si*, &c. Basilium Legionensem quæst. 4. expositiua, cap. 4. Verùm ita se res habent; tam multis in sponsa vinea laborantibus, omnis ita aduersùs nouissimos [illegible] solùm [illegible]: quasi verò, qui prima hora venerunt, non ipsi aliquando noui, recentioresque extitere. Sed Arnobij [illegible] verba posuisse lib. 2. contra Gentes: [illegible] *est, quam gerimus: quandóque & ipsa vetus, et [illegible] vetus, quam vos agitis, sed temporibus, quibus [illegible] pit, noua fuit, ac repentina. Religionis autem au[ctori]tas non est tempore æstimanda, sed Numine: nec [illegible] ere, qua die, sed quid cœperis, conuenit intueri: Ante quadringentos annos (inquiunt) religio vestra non fuit. & Dij testes non fuerunt ante mille annorum duo*, &c. Verùm, quemadmodum [illegible] clamatur aduersus nouas doctrinas [illegible] zelus, quando in [illegible] tiam progreditur Catholicæ [illegible] (est) sic excande[scit] [illegible] contra nouos mores: Heu! si conuertamur [illegible] ad Patrum instituta, qualis ille disciplinæ rigor, & qualis iste tepor? Ad hæc nemo exclamat, nulli tragœdias excitat, nō fiunt tumultus, nisi eum solum, si fortè quispiā veniens in spiritu Eliæ cupiat prisca sæculorum suscitare iterum, & maiorum æmulari præstantiam: Auscultemus secundò Arnobium: *Nam, si mutare sententiam culpa est vlla, vel crimen, & a veteribus institutis in alias res nouas, voluntatésque migrare; criminatio [illegible] & [illegible] os spectat, qui toties vitam, consuetudine; que mutastis, atq; ad alios ritus priorum condemnatione transistis: nunquid enim quinque in classes habetis populum distributum, vestri olim vt habuerunt maiores? Nunquid Magistratus per populum creat[is]? [illegible] pa[gatis] bella, signum mōstratis ex arce? cùm in matrimonium conuenit, toga sternitis lectulos, & maritorum genios aduocatis?* & multa præterea, in quibus acerrimi vetustatis defensores (quæ eodem loco enumerat) à priscis moribus recesserunt: Diceres imitasse ex eadem Africa Tertullianum eo iuniorē Arnobium: *Nunc religiosissimi legum, & paternorum institutorum protectores, & cultores* (inquit cap. 6. Apologetici) *respondeant, velim, de sua fide, & honore, & obsequio erga maiorum consulta, si à nullo desciuerunt: si in nullo exorbitauerunt? si no necessaria, & aptissima quæque disciplina obliterarunt?* Atque deinde de singulis disserens, & omnia mutata fuisse commonstrans, claudit orationem: *Habitu, victu, & instructu, sensu, ipso denique sermone proauis renunciastis: laudatis semper antiquitatem, & noui de die viuitis: per quod ostenditis, dum a bonis maiorum institutis disceditis, ea vos retinere, & custodire, quæ non debuistis; cùmque debuistis, non custoditis.* Sic ille iustè inuehebar contra Romanos, qui cùm vetera omnia obliterassent, Christianæ religionis exordia, propter institutu infantiam, acriùs insectabantur.

Mendoça — Legion. — Arnob. — Tert.

Sectio V.

Non pauca omissa fuisse à Veteribus, quæ Iuniorès eruerunt; ab iisdem inuentis recentiores sæpe splendorem addidisse; proinde nouas opiniones eo solùm titulo quod nouæ sint haud esse repudiandas, ex Patribus latè constabilitum.

148. Qvidem ne quis nouas Orthodoxorum Scriptorum sententias hoc solùm nomine quòd recentis incudis opera sunt, fastidiret, sufficerent dicta sub exitum antecedentis Sectionis: verum, quia in condemnatione nouarum opinionū quidam vetustati se plurimùm obsequi arbitrantur, ... bit longiori dissertatione probasse, vel in hoc potissimùm dogmate eos optimis quibúsque prisci ... Ecclesiæ luminum contradicere manifesta in iutiâ: Sanè cum oppositis turmis nobis dimicatio: altera Hæreticorum, altera Catholici nominis: vtraque improbanda: Contendit hæretica factio, quemadmodum probè annotauit Bannez Commentario ad art. 7. quæstionis 1. 2. 2. quò plus a Christo exorto distant fideles, maiores pati doctrinarum tenebras: quare nihil eximium cogitare nouissimorum temporum ingenia: Orthodoxorum autem non satis prudens quædam portio, nullo exorientium opinationum facto discrimine, quead raucedinem clamitat, noua quotidie emergere, antiqua pessundari dogmata, compescendam nimiam in docendo licentiam, proculcari ab adolescentibus venerandam canitiem veterum Theologiæ ducum: Atque equidem mitto Sectariorum spissum, & insolens in tanta Scriptorum copia, tanta etisi mendacium: nullū enim, quod scimus, effluxit sæculum, ex quo gentes esse cœperunt, quod librorum parem multitudinem protulerit: Vnius nostri Sodalitij conatus quis enumeret? integram Bibliothecam solus noster labor, per Dei misericordiam, requirit: Deseramus igitur hos, vt, qui in aperta luce cæcutiunt: veniamus ad Catholicum certamen: qua in pugna difficilior ... triumphus; quoniam non cum iis digladiamur, qui intellectu, & ratione feruntur; sed, quos in transuersum agere, videatur affectio impotens conceptæ indignationis aduersus nouos ingeniorum partus; *Habet quippe hoc conditio generis humani* (ait Opus Sixto Papæ III. adscriptū, de diuitiis) *vt nec proprio, nec extraneo iudicio acquiescat, & contra omnium, suámque etiam conscientiam ventre malit, quam id impugnare, quod ingenti ardore dilexit*: Sed coërceamus iustam bilē, quoniam etiamnum in limine versamur, & dicamus ante cætera, huius extra quæstionis circulum ponendos Apostolos, cum quibus nulla cæterorum habenda comparatio; Probant ad 2. 2. quæstionem primam, articulum septimum, Bannez in Commentario; quemadmodū & Aragon, & Puteanus: Lorca disput. 17. P. Suarez de fide, disp. 2. sect. 6. P. Valentia tom. 3. disp. 1. quæst. 1. punct. 7. P. Tannerus tom. item 3. disp. 1. quæst. 1. dub. 7. Prætermissis itaque Christi discipulatu, de illis ... loquitur, qui post Apostolorum ætatem florere cœperunt, quales Iustinus, Athanasius, Origenes, Hippolytus, & quæ sequuta est per singulas generationes pulcherrima legio: de nemine autem speciatim iudicantes, si tamen de tota complexione loquamur, statuimus potuisse in nonnullis quæ ipsi leuius attigerunt veterum præstantissimos superatos à iunioribus; de facto etiam multa assecutos nepotes omni commendatione dignissima, quæ priscorum indagationem latuerunt.

Bannez. Hæreticorum ... de posterioribus Ecclesiæ dictis.

Sixt. III.

nonnulla D... conferenda. A... Puteau. Lorca. Suarez. Valent. Tanner.

149\. Et quoniam, vt aduertit Canos lib. 12. de locis, cap. 11. §. *Multò verò magis*, &c. Augustinus omnium consensione theologici ludi Antesignanus habetur; auspicemur ab eius dictis; quæ ad longum referemus, non quòd noua præbeamus, & ab aliis indiscussa; sed quia huic argumento necessaria in primis. Is igitur, cùm pronunciasset doctis amicis illudi, si ne illos offendamus, in omnibus cum iis conspiremus, subdit: *Ego enim fateor charitati tuæ, solis eis Scripturarum libris, qui iam Canonici appellantur, didici hunc timorem, honorémque deferre, vt nullum eorum Auctorem scribendo aliquid errasse firmissimè credam: alios autem ita lego, vt quantalibet sanctitate, doctrináque præpolleant, non ideo verum putem, quia ipsi ita senserunt; sed, quia mihi, vel per illos Auctores Canonicos, vel probabili ratione, quòd a vero non abhorreat, persuadere potuerunt; Nec te, mi Frater, sentire aliquid aliter existimo. prorsus, inquam, non te arbitror sic legi tuos libros velle, tanquam Prophetarum, vel Apostolorum, de quorum scriptis, quod omni errore careant, dubitare nefarium est: absit hæc a pia humilitate, & veraci de temetipso cognitione*, Sic Augustinus epist. 19. scribens ad Hieronymum: Nec fefellit eum spes de mente Doctoris Maximi, qui epist. ad Theophilum aduersus Ioannis Hierosolymitani errores: *Scio (ait) me aliter habere Apostolos, aliter reliquos Tractatores: illos semper vera dicere; istos in quibusdam vt homines aberrare*: Sed sistamus cum Augustino parumper, antequàm ad alios feramur: cum relatis quidem germana tradit epist. 111. ad Fortunatianum: *Neque enim quorumlibet disputationes, quamuis Catholicorum, & laudatorum hominum, velut Scripturas canonicas habere debemus, vt nobis non liceat salua honorificentia, quæ illis debetur hominibus, aliquid in eorum scriptis improbare, atque respuere, si forte inuenerimus, quòd aliter senserint, quam veritas habet diuino adiutorio, vel ab aliis intellecta, vel à nobis: talis ego sum in scriptis aliorum, tales volo esse intellectores meorum.* Idem lib. 1. de Baptismo contra Donatistas tom. 7. cap. 18. loquens de celebri rebaptizandorum Cypriani errore: *Quod non rectè fieri tanto viro, nimirum, propterea Dominus non aperuit, vt eius pia, & humilitas, & charitas salubriter Ecclesiæ patesceret; & non solùm illius temporis Christianæ, sed etiam posterioris ad medicinalem, vt ita dicam, notitiam signaretur.* Et lib. 2. cap. 3. *Quis autem nesciat, sanctam Scripturam canonicam, tam veteris, quàm noui Testamenti suis terminis contineri, eámque omnibus posterioribus Episcoporum litteris ita præponi, vt de illa omninò dubitari, & disceptari non possit, vtrum verum, vel vtrum rectum sit, quicquid in ea scriptum esse constiterit: Episcoporum autem litteras quæ post confirmatum Canonem vel scriptæ sunt, vel scribuntur, & per sermonem fortè sapientiorem cuiuslibet in ea re peritioris, & per aliorum Episcoporum grauiorem auctoritatem, doctiorémque prouidentiam, & per Concilia licere reprehendi, si quid in eis fortè a veritate deuiatum est.* Et cap. 5. *Homines enim sumus, vnde aliquid aliter sapere, quam se res habet, humana tentatio est: nimis autem amando sententiam suam, vel inuidendo melioribus vsque ad præ-*

Canus.

Solis canonicis libris Augustinus defert, vt in nullo errauerint.

August.

Cum debita honorificentia, licet Doctorum asserta confutare.

scindenda communionis, & condendi schismatis, vel hæresis sacrilegium peruenire, diabolica præsumptio est; in nullo autem aliter sapere, quam res se habet, angelica perfectio est. Quare & ipse frequenter indicta voluit, emendauitque antiqua placita; quod præter Retractationum volumen alia sæpe loca testantur lib. 6 contra Iulianum, cap. 11 atque epistola 48. ad Vincentium, & alias: quibus Augustini sententiis, quoniam mirifice consonant Ruperti verba ad illud cap. 11. Apocal. *Et datus est mihi calamus similis virgæ, &c.* placet adiungere: *Calamus* (inquit) *similis virgæ facultatem scribendi significat cum magisterij auctoritate & sunt, vel fuerunt aliqui, quibus calamus datus est; sed non cum illa magisterij dignitate, vt de nulla illorum sententia, sine discussione liceat cuiquam Ecclesiastico dubitare: hoc namque magisterium tantummodo, & Apostolorum est, & illis solum hæc virga data est: vnde in Psalmis sic determinatum est,* (Psalm. 86.) *Dominus narrabit in Scripturis populorum, & Principum horum, qui fuerunt in ea. & Principum horum, inquit, id est, Prophetarum, & Apostolorum, siue Euangelistarum: Vide, quid dicat, qui fuerunt, non qui sunt; vt exceptis Apostolis, quodcunque aliud postea dicitur, abscindatur, nec habeat postea auctoritatem; quantumuis ergo sit aliquis sanctus post Apostolos, quamuis disertus sit, non habeat auctoritatem; quoniam Dominus narrat in Scripturis populorum, & Principum horum, qui fuerunt in ea.*

Augustinus non raro priora retractauit.

Rupert. Apostolorum prærogatiua, vt de nulla eorum sententia liceat dubitare.

150. Docet itaque Augustinus, docet Hieronymus, vtriusque palæstræ, positiuæ, & scholasticæ lumina, præter canonicos Scriptores, cæteros labi potuisse. *In nullo aliter sapere, quam res se habet, angelicam perfectionem esse;* Cyprianum tantum Doctorem, Martyrem fortissimum errasse; non ideò *vera habenda, quæ dixerunt, quia ipsi ita senserunt; sed, quia vel per Auctores canonicos, vel probabili ratione, quod à vero non abhorreat, persuadere potuerunt;* Supra hanc regulam de vigiliis suis sentire quempiam, alienum esse à Christiana modestia: ex quo sequitur (ait postea Gillius tom. 1. in 1. part. lib. 1. tract. 7. de locis theologicis, cap. 11.) *certa apud omnes conclusio, nempe, nullius singularis hominis dictum, tantum pondus auctoritatis habere, vt absque examine, & delectu, quia ipse dixit, ab aliis admitti necessario debeat; Quæ est sententia Patrum.* Verùm pro instituto, de quo agimus, potior sententia Cani lib. 7. de locis, cap. 3. §. *Ecclesiastici Auctores, &c. Atque Auctores canonici* (inquit) *vt superni cœlestes, diuini, perpetuam, stabilemque constantiam seruant: reliqui verò Scriptores sancti, inferiores, & humani sunt, deficiuntque interdum, ac monstrum quandoque pariunt, præter conuenientem ordinem, institutúmque naturæ;* Quod genus monstri, nempe illa, in quibus à veritatis scopo aberrauerant: ipse multis declarat eodem cap. §. *At Gelasius, &c.* prosequutus ad longum Picus Mirandulanus in Apologia disput. *de descensu Christi ad Inferos;* Bellarminus de Scriptoribus Ecclesiasticis, Possenius in sacro Apparatu, Sixtus Senensis tom. 1. Bibliothecæ sanctæ: P. Azor tom. 1. lib. 2. Institutionum moralium, cap. 9. & alii quæ sequuntur. Patres igitur, & antiqui Scriptores, cùm nonnunquam à veritate deflexerint humana ignorantia; posterior ætas potuit emendare priorum vitia, quemadmodum & in multis correxit: Atque equidem in hoc pronunciato mitis aliquantum fuit Melchior, aliud alibi afferere, Stephanum Leuitam sanctissimum, Spiritu sancto plenum, humani aliquid passum oratione ea, quam

Certa conclusio: Singularis Doctoris eo quod talis sit dictum solum, certa probatio non facere. P. Gillius.

Canus, Sixt. Sen. Azor.

habuisse legitur Actorum 7. videlicet, in longa narratione, & ponderis aliqua, & memoria lapsus fuerit. Quod forsasse tam insolens dictum hausit ex Caietani fontibus, qui germanè profatur ad cap. 12. epistolæ prioris ad Corinthios; sed ipsam Cani sententiam eruamus ex lib. 2. de locis, cap. 18. §. *Tertia vero, &c. Nos autem* (ait) *non Stephanum ab omni lapsu, sed Euangelistam vindicare debemus: Solis quippe Apostolis, Prophetis, & Euangelistis hunc honorem deferre Catholica fide docente didicimus, vt nullum eorum, vel memoria lapsum esse credamus, nullum nec in magnis, nec in paruis errasse; At Stephanus plenus erat Spiritu sancto? Fateor. At Spiritus loquebatur in eo? Et id quidem fateor. Sed aliter in Christo Spiritus loquitur, aliter in Prophetis, & Apostolis; aliter in Cypriano, & Ambrosio;* Quid igitur Patribus concessimus sit, qui ne tum Stephanum ab omni ignorantia, & ingenij imbecillitate liberum esse velit, cum Spiritus sanctus in eo loqueretur, dirigeret linguam, acueret mentem? Sed nos, si aliquando Patres veritatem non assecutos diximus, quoniam ad hoc asseuerandum, & exemplis, & ipso rerum magisterio cogimur, quos eorum nævos potuit docta posteritas emaculare: at Stephano, isve quorum sermones moderabatur diuinior Spiritus, errorem ascribere, periculum æstimauimus: cùm in historia speciatur, difficillimum sit ipsius Prophetæ auctoritatem sartam tectam habere; Quare Salmeron noster catholico zelo motus aduersùs Canum, tom. 12. tract. 24. §. *Quædam ex his, &c. Pro ello* (inquit) *nouitatis & temeritatis plena est hæc expositio, & contumeliosa ipsi Stephano, & iniuria in Spiritum sanctum:* Quæ eadem & repetit Salmeron ad calcem tom. 16. epist. ad Cardinalem Caraffam, § ad 3. difficultatem, &c. perstringunt acriter ob eandē opinionem Ribera in cap. 5. Michææ num. 30. Pereira ad vers. 19. cap. 23. Genes. disput. 11. §. *Primam rationem, &c.* Delrio in eodem cap. vers. 20. Leonardus Marius ibidem; Gaspar Sanctius in cap. 7. Actorum. num. 44. Salianus tom. 1. anno mundi 2105. num. 7. Basilius Legionensis quæst. 4. expositiua, cap. 5. § *Tertium denique:* Escalante clypeo concionatorum lib. 5. pag. 967. Hieronymus de la Rua ... quæstione 4. positiua, §. *In quorum, &c.* horum cumulatam discussionem propositi huius ... pergamus vlterius ... in nostro proposito ... scopum.

Actor.

151 Alterum igitur Assertorum firmamentum in Patrum loquutionibus fundatur, quibus dicunt, Ecclesiam progressu temporum profecisse scientia. Docuit Tertullianus libro de velandis virginibus, sermonem hunc auspicatus oratione; *Regula quidem fidei vna omnino est, sola immobilis, & irreformabilis: hac lege fidei manente, cetera iam disciplinæ & conuersationis admittunt nouitatem correctionis, operante, scilicet, & proficiente vsque in finem gratia Dei; quale est enim, vt Diabolo semper operante, & adiiciente quotidie ad iniquitatis ingenia, opus Dei aut cessauerit, aut proficere destiterit, cum propterea Paraclitum miserit Dominus, vt, quoniam humana mediocritas omnia semel capere non poterat, paulatim dirigeretur, & ordinaretur, & ad perfectum perduceretur disciplina ab illo Vicario Domini Spiritu sancto? Quæ est ergo Paracleti administratio, nisi hæc, quod disciplina dirigitur, ... reuelantur, quod intellectus reformatur, quod ad meliora proficitur?* Docuit Vincentius Lirinensis commonitorio 1, cap. 27. *Crescat igitur, oportet*

Ecclesia progressu temporum profecisse scientia. Tertull.

Vinc. Lyrin.

& multùm, vehementérque proficiat, tam singulorum, quam omnium, tam vnius hominis, quam totius Ecclesiæ ætatum, ac sæculorum gradibus intelligentia, scientia sapientia: Ab hoc doctrinarum genere non longè abest illud Gregorij effatum lib. 2. in Ezechielem, homil. 16. *Qua in re hoc quoque nobis sciendum est: quia & per incrementa temporum creuit scientia spiritualium Patrum: Plus namque Moyses, quam Abraham; plus Prophetæ, quam Moyses; plus Apostoli, quam Prophetæ, in Omnipotentis Dei scientia eruditi sunt: fallor, si hæc ipsa Scriptura non loquitur: Pertransibunt plurimi, & multiplex erit scientia:* Quæ Gregorij verba, & repetunt, & approbant Beda clarissimè lib. 5. de tabernaculo, & vasis, cap. 5. qui & distinctionem ipsam de more ex parte minoatur; Bernardus epist. 77. ad Hugonem de sancto Victore: idémque Hugo tom. 3. lib. 1. de Sacramentis, part. 10. cap. 6. & omissis Apostolis, ad quorum gloriam nemo accessit; referunt ad Ecclesiam posteriorem cum debita expositione, nimirum, multa apparere in voluminibus iuniorum, quæ seniorum qui extant codices, non continent; multos veterum Tractatus locupletiores redditos, Alfonsus Castrensis lib. 1. aduersùs hæreses. cap. 2. Aragon. ad artic. 7. quæstionis 1. de 2. 2. Ægidius de Præsentatione lib. 3. de immaculata Virginis Conceptione, quæstione 4. art. 5. §. 4. Lucas Vvaddingus Legatione pro Conceptione Virginis, orat. 8. sect. 5. §. 5. ex nostris P. Canisius lib. 1. de Deipara, cap. 7. §. *Quanquam minùs.* P. Suarez de fide, disp. 2. sect. 6. n. 14. P. Valentia tom. 3. disp. 5. quæst. 5. punct. 6. Sed dabo ipsa verba duorum, Canisij loco indicato: Dominici Bannesij in 2. 2. quæst. 1. artic. 7. ex quibus noster Petrus: *Denique habuerint Patres suorum temporum rationem, quibus multa, vel prorsus incognita erant, vel obscura, neque satis euoluta; quæ posteris diligentiùs excutienda, & clariùs illustranda, explicandáque non sine certo Dei consilio relinquebantur: non enim hominis tantum, sed etiam Ecclesiæ Christi tempus auget sapientiam, & Spiritus sanctus, vt ex Tertulliano diximus, aliam, atque aliam doctrinæ lucem patefacit:* Bannez autem conclusione 3. *Non itaque quantò magis secundum tempus distamus à Christo, maioribus tenebris (vt Hæretici contendunt persuadere) inuoluimur: quin potiùs nouissimi Doctores fideles antiquorũ Patrum vestigiis insistentes, iuxta illud Ecclesiastici 39. Sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens, in quibusdam expressiorem intelligentiam assequuntur, quam antiqui Patres assecuti fuerint, excipimus Apostolos semper: quantùm ad scientiam scholasticæ Theologiæ, quæ humana diligentia comparatur; nec obstat, quominùs asseramus succedentibus sæculis quædam vberiùs, & subtiliùs à posterioribus Ecclesiæ Doctoribus pertractari, quàm fuerint à prioribus definita: nam pro temporum varietate Deus etiam Ecclesiæ suæ Doctores varia facultate & doctrina præditos contulit.*

Gregor. — Beda. — Bernard. — Hug. Vict. — Castro. — Aragon. — Ægid. Lusit. — Vvadding. — Canisius. — Suarez. — Valent. — Bannez. — *Ecclesiæ tempus: auget scientiã.* — Canisius. — *In theologicis præsertim quædã subtiliùs & vberiùs à iunioribus tractata.* — Bannez.

152\. Tertium posui thematis stabilimen deriuatur ab iisdem Patribus, quoties variè pronunciant, generaliter quidem de omni scientia, quæ Deum attingit, speciatim verò de sanctis Scripturis; nempe, tantam esse arcanorum multitudinem, cui exhauriendæ omnes omnium ætatum mortales non sufficiant: aut tam abstrusa mysteria, quæ in hac vita ad plenum peruestigare homini impossibile sit. Irenæus lib. 2. cap. 47. *Si ergo & in rebus creatis, quædam quidem eorum adiacent Deo; quædam autem & in nostram venerunt scientiam; quid mali est, si & eorum, quæ in Scripturis requiruntur, vniuersis Scripturis spiritualibus existentibus, quædam quidem absoluamus secundùm gratiam Dei; quædam autem commendemus Deo, & non solum in hoc sæculo, sed & in futuro, vt semper quidem Deus doceat: homo autem semper discat, quæ sunt à Deo?* Origenes homilia 5. in Leuiticum: *Veruntamen sciendum est, quòd ex hostiis, quæ offeruntur, licèt cõcedantur Sacerdotibus ad edendum, non tamen omnia conceduntur; sed pars ex ipsis aliqua Deo offertur, & altaris ignibus traditur: vt sciamus etiam nos, quòd & si conceditur nobis aliqua ex diuinis Scripturis apprehendere, & agnoscere; sunt tamen aliqua, quæ Deo reseruanda sunt: quæ cum intelligẽtiam nostram superent, sensúsque eorum supra nos sit, ne fortè aliter, quàm se habet veritas, proferantur, meliùs igni ista seruemus;* Andreas, Cæsareæ Cappadociæ Episcopus, prooemio in Apocalypsim: *Etenim verè veterum Prophetarum libri, tametsi à quamplurimis olim explanati, Sacramentorum, quæ in ipsis latent; profunditatem etiamnum abditam habent, habebúntque vsque ad diem illam, qua scientia, quæ ex parte est destructa; ea, quæ perfecta est, succedet:* Dionysius autem Alexandrinus loquens speciatim de Apocalypsi: *Ego autem de hoc libro iudico, quòd excedant, atque emineant, quæ in eo scripta sunt, humanæ audientis modum, & sit in eo arcanus quidam, & reconditus, atque admirandus omnibus sensus, quem & ego admiror, & veneror, etiam si non intelligo:* Sic ille apud Eusebium lib. 7. Historiæ, cap. 23. Paulus verò Burgensis prologo suarum additionum, propterea laboratum asserit à se post Lyrensis postillam: *Quia (inquit) nullum opus humanum adeò perfectum est, quin ei superaddi aliquid posset: & de sola Scriptura diuina scriptum est. Ne addas quicquam verbis illius:* Iam quod ad textus diuini vbertatem attinet, Chrysostomus homil. 21. in Genesim, *Thesaurum* appellat, *qui absumi nequeat:* Atque homilia 23. in Acta apostolica: *Abyssus (ait) quæstionũ Scriptura est, quoniam quæstionum nullus erit finis: ecce vnum, si hanc soluere, mille aceruos ostendam quæstionum:* Drogo Hostiensis libello de Sacramento Passionis Dominicæ: *Intelligo enim Domine, vasa vacua esse litterales quosdam, ac historicos sensus Scripturæ tuæ, quæ non pauca sunt, vt totus mundus ea capere non possit:* Arnoldus Carnotensis præfatione ad tractatum de septem verbis Domini, agens de verbo Dei scripto: *Et cùm propiùs accesseris, & infuderit se tibi illuminans sensum tuum diuina radius veritatis; intelliges, & videbis in scintilla incendium, & in stilla reperies pelagus, & in lecytho oleũ, vnde creditori reddas debitum, & tibi affatim suppeditabit inconsumptibilẽ cibum:* Quòd si igitur Scripturarum sensa eiusmodi sunt, quæ non dicam vnus aliquis, quantumcunque Achilles, deuorare valeat; sed ne multitudo omnis vsque ad sæculorum fines; planum apparebit, latere adhuc diuitias plurimas; hæc comperta sunt: Quid est igitur, quòd nouos fœtus admiramur, si luxuriat in partus gleba fœcundissima perenni indeficientia? Quid aut auaros, si negent; aut pauperes, si non habeant, velimus facere sanctarum disciplinarum sata læta, vberrimos campos?

Scripturarũ idcircò profunditas, vt eius librorum multitudo exhaurire non valeat. — Irenæus. — Origen. — And. Cæs. — Dion. Alex. — Paul. Burg. — Chrysost. — Drog. Host. — Arn. Carn.

153\. Quartum columen ex Patrum quoque penu fit: ipsis aliquando obiectam nouitatem, quam quibus depulerint viis, his iuniores causam suam communire valeant: Atque equidem exorientem Christianam religionem hoc armorum genere confundere sæpe conati Gentiles: asserebant namque dedecere viros cordatos Maiorũ cæremonias

Patres, hæc illis obiectabatur nouitas in opinãdo quid respondebant?

monias posthabere recenti sectæ; suspectam esse fidem antiquitate non firmatam: Verùm dicat eorum temporum testis Lactantius lib. 2. diuinarum Institutionum, cap. 7. *Hæ sunt religiones, quas sibi à Maioribus suis traditas pertinacissimè tueri, atque defendere perseuerant: nec considerant, quales sint; sed ex hoc probatas, atque veras esse confidunt, quòd eas veteres tradiderunt: tantáque est auctoritas vetustatis, vt inquirere in eam, scelus esse ducatur; Maioribus nostris etiam nulla ratione reddita, rationis est credere;* Sic illi muro fortissimo recti: Sed arietat validissimè aduersùs eos Firmianus ibidem: *Docet ecce te ratio,* (inquit) *non esse veras religiones Deorum: quid facies? Maioréstne potiùs, an rationem sequeris? Si rationem mauis, discedere te necesse est ab institutis, & auctoritate Maiorum: quoniam id solùm rectum est, quod ratio præscribit: Sin autem pietas Maiores sequi suadet: fateris igitur & stultos illos fuisse, qui excogitatis contrà rationem religionibus seruierint; & te ineptum, qui id colas, quod falsum esse conuinceris:* Itaque, vt antiquitatis iusta æstimatio habenda sit; verùm id ante reliqua obseruandum, num vetustas rationis ducatum sequatur; quem si spernat, relinquenda est; Talia & nos iuniorum dogmata approbamus, quæ ratione præstent, qua firmior, & constantior veritas enixa sit; At pergat Lactantius eloqui cap. 8. *Non quia nos illi temporibus antecesserũt, sapientia quoque antecesserant, quæ si omnibus æqualiter datur, occupari ab antecedentibus non potest: quare cum sapere, id est, veritatem quærere omnibus sit innatam, sapientiam sibi adimunt, qui sine vllo iudicio inuenta Maiorum probant, & ab aliis pecudum more ducuntur: sed hoc eos fallit, quod Maiorum nomine posito, non putant fieri posse, vt aut ipsi plus sapiant, quia Minores vocantur. aut illi desipuerint, quia Maiores nominentur:* Et his affinia sunt illa Tertulliani ad eosdem Ethnicos Apologetici cap. 4. *Nónne & vos quotidie experimentis illuminantibus tenebras antiquitatis, totam illã veterem, & squallentem syluam legum, nouis principalium rescriptorum, & edictorum securibus truncatis, & cæditis? Quot autem vos repurganda leges latent, quas neque annorum numerum, neque conditorum dignitas commendat; sed æquitas sola?* Dicit eadem Prudentius lib. 2. contra Symmachum:

Lactant. *Ethnici opponebant Christianis, quòd noua esset religio eorum.*

Antiquitatis iusta æstimatio, rationis fulcire debet viribus.

Tertull.

Prudent.

> *Quid mihi tu ritus solitos, Romane Senator,*
> *Obiectas, cùm scita patrum, populique frequenter*
> *Instabilis placiti sententia flexa nouarit?*
> *Nunc etiam quoties solitus decedere prodest?*
> *Præteritósque habitus, culta damnare recentî?*

Haud inconcinnè Aloysius Veronensis Antistes, præfatione ad Lectorem, Catena in Genesim annotauit, iniustè concitatos, qui hora sexta, aut nona in vineam profecti sunt aduersùs nouissimos, velut ægrè passus adolescentes senioribus æquari, quandoquidem & ipsi iuuenes sint comparatione eorum, qui hora prima, aut tertia venerunt: *Non ergo vndecima hora in vineam Domini ad operandum conductis nobis inuidendum est,* (ait,) *nec ab his quidem, qui nona, vel sexta hora missi sunt, ne & ipsi inuidia apud primam, & tertiam pateant: eadem namque de illis dicere poterunt:* Sanè Anastasius Sinaita, qui ante mille annos floruit, lib. 1. in Hexameron, vndecima se hora accessisse ad Scripturarum vindemiam affirmat, inquiens: *In Deum spem eorum, qui dictaturi sunt, collocans, post illos, qui antea laborarunt, vestigiis eorum insisteas, qui circa horam vndecimam æquè celeriter manus porrigunt, & in metendo, & rursus in vindemiando:* Quæ ille asseuerare poterat Clementis respectu

Lipoman.

Opiniones veteres aliquando nouæ fuerunt.

Anastasius Sinaita, Auctor mille annorum, hora tamen vndecima venisse se asserit.

Romani, Dionysij Areopagitæ, aliorúmque, quibus cum Christi Apostolis consuetudo fuit; singularia tamen ille proferre, & prioribus inaudita, licèt nouissimus, tum non veritus: *Quòd si etiam aliquid nouum* (inquit) *& minùs consuetum nostra dictat oratio; rogamus & obsecramus tam præsentes, quam futuros filios sanctæ Ecclesiæ, ne inimico, & inuido, malignóque animo; sed fraterno audiant, quæ dicuntur:* At, quantæ vetustatis eius dicta nũc. Nimiùm igitur, aut indoctæ, aut malitiosæ mentis est, stupere ad nouitatem, & hoc solo titulo sapiẽtium vigilias labefactare, cùm, si quid huc vitij sit, commune fuerit omnibus mortalibus, & eximios quosque comprehenderit: In libris, non quo die scripti sint, considerandum; sed quàm benè, quàm peritè, quàm catholicè: sine his præsidiis senectus inutilis est; cum iis iuuentus satis aucta, & matura: atque Gentiles, quemadmodum vniuersæ Christianæ professioni odioso nouorum dogmatum titulo inuidiam conflare nixi sunt; ita cœnobiticæ vitæ deformare gloriam iisdem artibus, & auorum temporibus, & nostro conati sæculo Hæretici, Sed obuiam progressi sunt, Bernardus epistola ad Fratres de monte Dei: Thomas Vvaldensis in Doctrinali fidei, tit. 9. cap. 89. *Hoc modo* (ait) *Paulus ipse Epicureis, & Stoicis Philosophis nunciator nouorum Dæmonum dicebatur esse:* Sed Iacobus Latomus confutatutus huius æui Apostatas: celeberrimus is fuit in Louaniensi Academia Professor: *Quod igitur* (inquit lib. de Institutis monasticis, cap. 1.) *hoc Monachorum genus nouum esse dicitur, si verum est; non parua laus est nostri temporis: non enim continuo bonum non est, quod recens est: recens fuit mundus, recens lex, recens Euangelij prædicatio: denique recens Christi secundum hominem natiuitas, & mors:* Sed à religionis exẽplo sufficiant hæc desumpta propugnacula: veniamus ad ipsam litterariam arenam, & experiamur eius suffragia;

In libris non quo die scripti considerandum: sed quàm benè.

Hæretici religioso instituto, quasi opprobrium, antiquitatem obiecerunt. Bernard. Vvaldens. Latom.

Quis igitur ignorat nouum Hieronymi Opus in translatione Bibliorum? Sed, quis nescit, quantæ aduersùs eum ob hoc tragœdiæ, quanti tumultus? Audiendus parumper Ruffinus Inuectiuà in Hieronymum: *Nam Origenis dicta, siue placent, vt hominis dicta placent; siue displiceat, vt hominis falsa dicta facile contemnuntur: illa verò, quæ nunc tu interpretaris, & per Ecclesias, & Monasteria, per oppida, & castella transmittis, quomodo suspiciamus, tanquam diuina, an tanquam humana? Et quid facimus, quòd quæ Prophetarum, vel Legislatorum nominibus titulantur, veriora hæc abs te, quã illa, quæ Apostoli probauerunt, affirmantur? Illud commissum, dic, quomodo emendabitur; imò nefas quomodo expiabitur? Quis ex tot, ac tantis prudẽtibus, & sanctis Viris, qui ante te fuerunt, ad illud opus ausus sit manum mittere? Quis præsumpserit sacras sancti Spiritus voces, & diuina volumina temerare? Quis in eruditorum virorum copia ausus est Instrumentum diuinum, quod Apostoli Ecclesiis tradiderunt, & depositum sancti Spiritus compilare? An non est compilare, cum quædam quidem immutantur, & error dicitur corrigi?* Huiusmodi acerbitatibus abundat præsertim posterior illius Catilinariæ pars: Sed, ne suspecta habeatur Ruffini contra Hieronymum oratio, tanquam ab hoste profecta, probemus, an meliora de illius versione sentiat Augustinus, qui epistol 8. inquit: *De vertendis autem in Latinam linguam sanctis Litteris canonicis, laborare te nollem: nam, aut obscurã sunt, aut manifesta, si enim obscura sunt, te quoque in eis falli potuisse, non immeritò creditur: si au-* 154.

Hieronymus de nouitate accusatus, quibus suscepit? Ruffin.

August.

tem

tem manifesta, superfluum est, te voluisse explanare, quod illos latere non potuit: Et epistola decima recenset concitatas in Ecclesiis turbas, ob immutatam veterem translationem: Verum, quid ad hæc Hieronymus respondeat, percipiamus ex eius epistola, quæ est vndecima inter Augustini; *Porro quod dicis, non debuisse me interpretari post veteres, & nouo vteris syllogismo: aut obscura fuerunt, quæ interpretati sunt Septuaginta, aut manifesta: si obscura, te quoque in eis falli potuisse, credendum est: si manifesta, illos in eis falli non potuisse perspicuum est: tuo tibi sermone respondeo: Omnes veteres Tractatores, qui nos in Domino præcesserunt, & qui Scripturas sanctas interpretati sunt, aut obscura interpretati sunt, aut manifesta: si obscura, quomodo tu post eos ausus es disserere, quod illi explanare non potuerunt? si manifesta, superfluum est te voluisse differere, quod illos latere non potuit. Respondeat mihi prudentia tua, quare tu post tantos, ac tales Interpretes in explanatione Psalmorum diuersa senseris? Si enim obscuri sunt Psalmi, te quoque in eis falli potuisse credendum est: si manifesti, illos in eis falli potuisse non creditur; ac per hoc vtrunque, superflua erit interpretatio tua; & hac lege post priores nullus loqui audebit, & quodcunque alius occupauerit, alius de eo scribendi non habebit licentiam:* Igitur, quemadmodum Augustinus, Hieronymusque suis temporibus æquum duxerunt post longam Enarratorum seriem, Psalmos nouo modo declarasse, versionem antiquam corrigere; cur non ipsum hoc datum à Patribus præclarum exemplum boni imitabuntur nepotes? Proh! quanti latratus aduersus Hieronymi translationem! Circumdederunt

Hieronymi translatio cæteris versionibus prælata. eam canes multi; tauri pingues obsederunt eam: Testantur eius Opera passim; vel illæ in Biblia præfationes, quid tam frequenter sonant? Multis in Apologia contra Ruffinum, multos Commentationibus in prophetas in his refellendis; & tamen illa tot iaculis petita versio vicit tandem & prælata est vniuersis translationibus: & fortasse ideò supernatauit reliquis, quia diu diuexata est nimium; aut certè ideò conuulsa est grauissimè, quoniam supergressura fuerat.

155. Quinta denique probatio hausta à Patribus, miscellanea est, & variarum thesium: O.diamur

Basil. à Basilio Magno epist. 79. ad Eustathium: *Quemadmodum* (ait) *semen, dum crescit, maius quidem è modico redditur; idem tamen est, quod antea, non immutatum genere, sed perfectum ex incremento: ita & mihi eandem sententiam quidem, suis auctam profectibus; non autem, quæ nunc est, ei, quæ ab initio erat, aduersam esse arbitror:* Significat Basilius,

Veterum inuenta quantum per nos accrescere debent! retinendas veterum opiniones; sed à nobis incrementum accipere oportere, vt quantum matura ætas superat adolescentiam, tantùm vincat nostra solertia industriam eorum, qui præcesserunt;

Vinc. Lyr. Hoc illud quod Lyrinensis Vincentius affirmabat Commonitorij cap. 29. *Imitetur animarum religio rationem corporum: multum interest inter pueritiæ florem, & senectutis maturitatem.* Et plura alia, quæ ibi cum elegantia disputat: hoc illud cap. 30. *Fas est etenim, vt prisca illa cœlestis Philosophiæ dogmata processu temporis excurentur, limentur, polantur:* Verùm, vt sequenda sit antiquitas, regulam ponit cap. 4. *Tunc operam dabit,*

Patres quando sequendi omnino? *vt collatas inter se Maiorum consulat, interrogétque sententias, eorum duntaxat, qui diuersis licèt temporibus, & locis, in vnius tamen Catholicæ Ecclesiæ Communione, & fide permanentes, Magistri probabiles extiterunt, & quicquid non vnus, aut duo tantum; sed omnes pariter in vno, eodémque consensu apertè, frequenter, perseueranter tenuisse, scripsisse, docuisse cognouerit id sibi quoque absque vlla dubitatione, credendum intelligat:* Hierony- *Hieron.* mus Apologia contra Ruffinum: *Quid igitur? damnamus veteres? Minimè: sed post priorum studia in domo Domini quod possumus, laboramus:* Et ad finem defensionis: *Nam, cùm nouas semper expetant voluptates, & gulæ eorum vicina maria non sufficiant, cur in solo studio Scripturarum veteri sapore contenti sunt?* Sed qualiter iuuenescant diligentia iuniorum anti-

qua placita, exponit haud inconcinnè Ruffi- *Ruffin.* nus scribens aduersùs Hieronymum: *An non videmus vetustas ædes (ait) nouellis ad ictus profuisse? & interdum assumitur lapis de abditis, & abstrusis antiquæ domus parietibus, qui nouæ domus frontem decoret, & exornet ingressum: & interdum totum nouellæ constructionis ædificium vnius antiquæ trabis stabilitate munitur: Agamus ergo nunc aduersus eos, qui veteribus rectè vtuntur in nouis:* Sanè huiusmodi, siue trabes, siue marmora, quæ recentem fabricam honorant, rursus ad malleum, & securim reuocantur, vt difficillimum sit nosse, an prisca sint: Atque ob hanc causam decipiuntur plurimi, quoniam parum versati in seniorum voluminibus, quidquid ipsi proletaria lectione non offenderunt, statim nouitatis arguunt: si penitiùs introspexissent, inuenirent hoc, quod nuperrimum arbitrati sunt, Mathusalæos annos superare: Sed pergamus incepta prosequi, prodeátque Saluianus, Massiliensis An- *Saluian.* tistes, procemio in libros, quos ad Ecclesiam Catholicam scripsit: *Siquidem* (inquit) *tam imbecilla sunt iudicia hominum huius temporis, ac penè tam nulla, vt hi qui legunt, non tam considerent, quid legunt, quam cuius legant, nec tam dictionis vim, atque virtutem, quàm dictatoris cogitent auctoritatem:* *Non tam persona, quã potius firmitatis doctrina ratio habenda.* Quo sermone indicat, rerum, quæ dicuntur, habendam potiorem rationem; & vltimo loco cogitandum, quis pronunciauerit, an iunior, scilicet, an ex vetustioribus quispiam: Sanè Victor Antiochenus Enarrationibus in Marcum, *Victor. Ant.* vestibulo Operis testatur, postquàm diligenter Scriptorum syllabum perlustrasset, neminem à se repertum, qui in eum diem Euangelistam declarasset, cùm tamen ingens Doctorum manus præcessisset: floruit namque Victor post Christũ editum sæculo 4. Iuliano Apostata imperij habenas moderante: Paschasius autem procemiolo in Threnos Hieremiæ affirmat, ex Latinis nullum exposuisse Lamẽta illa; elapsis nihilominùs octingentis annis, ex quo Seruator natus fuerat: vt sciamus Dei speciali iudicio commissum, ne priores omnia persuaderent; sed quædam relinquerentur sequuturis Doctoribus: Atque idem Paschasius prologo in Matthæi Euangelium: *Ne-* *Paschasius.* *que enim putandum est* (ait) *nulli nunc temporis gratiam intelligentiæ largiri, cùm pateat illud propheticum: Pertransibunt plurimi, & multiplex erit scientia: Sed & Philosophus sæculi tale aliquid post priorum studia ratione vrgente probatur concessum quorum Doctores, quantò iuniores fuêre, tantò vtique perspicaciores:* Petrus verò Cellensis episto- *Cellensis.* la ante tractatum de panibus: *Siquid autem quasi nouum sancti Spiritus illustratione apprehendere potui, quod tamen Cherubin, & Propitiatorium vultu tam sedulè, quàm humili respiciat, non respui:* Hugo *Hugo Vict.* autem de sancto Victore lib. 1. de Sacramentis, p. 10. c. 6. *Propheta, & qui illustriores videbantur in populo,*

populo, non omnes omnia aliquando æqualiter cognoscere valuerunt: sed alij plus, alij minus prout Spiritus dabat, diuidens singulis, prout volebat: idque absque præiudicio suæ sanctitatis, atque perfectionis: Quam eandem dictionem penitius reperias apud

Bernard.

Bernardum epist. 77. ad eundem Hugonem, vbi prætereà asserit: *Dauid quoque super Doctores suos, & seniores donum sibi intelligentiæ audacter præsumis dicens: Super omnes docentes me intellexi. Sed & Propheta Daniel: Pertransibunt (ait) plurimi, & multiplex erit scientia: ampliorem, scilicet, rerum notitiam promittens & ipse posteris:* Richar-

Rich Vict.

di Victorini egregiam, & manifestam crisim de veterum in explanandis Scripturis industria, dedimus ex prologo in visionem Ezechielis rotarum, & animalium, suprà, Prælocutione 1. Se-

Anselm.

ctione 5. num. 34 & 35. Anselm. Cantuariensis ad illa c. 3. Epistolæ prioris ad Chorinthios: *Dei enim sumus adiutores. Nam in libris Sanctorum (ait) Doctorum, quos authenticè legit Ecclesia, nonnunquam inueniuntur quædam praua, vel hæretica; non tamen pro his, vel libri, vel Auctores damnantur: Perlegat eorum libros prudens Lector, & inueniet esse verum, quod dico:* Sed Victorini Richardi altera non despicienda sententia tractat. 1. de tabernaculo fœderis, in prologo: *Non est magnum, (ait,) vel mirum, si in vno aliquo aliquid addere possumus: hæc propter illos dicta sint, qui nihil acceptant, nisi quod ab antiquissimis Patribus acceperunt: Sed, qui assiduè producit nouos fructus ad recreationem hominis exterioris, nunquam credendus est de cætero scientiæ profectus impertiri ad innouandos sensus hominis interioris?* Huc spectat clarissimorum virorum calculis posteriores Magistros frequenter prio-

Hieron.

Origenis hom.

ribus antepositos esse: Hieronymus præfatione ad Damasum in Origenis homilias affirmat, in cæteris libris vicisse illum vniuersos; seipsum in Cantico Canticorum: Sixtus Senensis lib. 4. Bi-

Sixtus Sen.

bliothecæ: *Haud vnquam parem tulisse Græciam, à Didymo nuncupatum secundum Ecclesiæ Magi-*

Augustini encomium.

Conc. Tol.

Conc. Flor.

strum post Apostolos: De Augustino octaua Synodus Toletana pronunciat, *inueniendi arte præcipuum extitisse*: Florentinum sub Eugenio IV. Concilium, Latinorum illustrissimum Doctorem appellat: Gregorium verò Romanum nominatus Toletanus consessus, *in ethicis assertionibus penè cunctis meritò præferendum*. Vbi Isidorum Hispalensem dicit, *præcedentibus ætate, non doctrina comparatione inferiorem; atque, quod maius est, iam sæculorum finitorum doctissimum*: Sed de Gregorij commentatione in Iobum illustre

Gregorij Romani in scriptis eminentia.

Ribera.

testimonium noster tulit Ribera procemio in Malachiam: *Equidem* (inquit) *ita iudico, cum de libris moralis expositionis Iob sermo incidit, nullum habere librum Ecclesiam præter eos, qui diuinitus inspirati sunt, illis doctiores, aut vtiliores:* Atque idē prologo in Zachariam definierat, in iis, quæ ad vetus Testamentum attinerent, neminem, siue ex Græcis, siue ex Latinis, Hieronymo parem esse

Hieronymus quantus Doctor:

indicandum: *Itaque de illo meritò dici posse, quod de Terentio scripsit Afronius in compitalibus: Terentio non similem dices quempiam.* De Ruffino

Ruffini expositio in Symbolum.

Gennad.

Sozomen.

Gennadius scribit, ita exposuisse Symbolum: *Vt eius comparatione alij non exposuisse credantur.* De seniori Apollinari prodit Sozomenus lib. 5. Historiæ: *Nisi vetustatem homines honorarent, æqua veteribus Apollinaris Opuscula decreuissent:* Faciamus finem differendi, monentes, Viennensis Concilij Patres Clementina vnica, *De summa Trinitate, & fide Catholica*. opinionem eam, quæ asserit in Baptismo infundi gratiam, & virtutes, tanquam probabiliorem, modernisque Theologis magis consonam proponere fidelibus tenendam, & eligendam: Sed hoc postremum

Concilium Viennense præfert opinionem modernæ Scholæ.

de Viennensi cœtu alij non sarò tetigerunt: nos ad selectiora, quoad fieri valeat, properemus: & quoniam mille viis nobis Patres fauent, transeamus ad Scholasticorum castra, si fortè apud hos inueniamus dogmatis insignes aliquos tutelares.

A quo autem magis auspicari conueniens sit, 156.
quàm ab Aquinate Thoma? Is Opusculo 72. quod incipit: *Pertransibunt plurimi, &c. Est (ait)*

S. Tom.

& alia offensa in Scripturis, & quidem satis frequēs deueniendi in mentem Auctoris, quod dicitur esse in tantum à quolibet studioso; pauci enim, vel nulli aliquid scripserunt, qui ab hoc immunes sint: quia secundum Augustinum 5. de Trinitate, nunquam fuit aliquis, qui in omnibus ab omnibus intelligeretur: Quæ cū Angelicus Doctor de cuiusque scriptis accepisse videatur, quid dignum est, censeamus de abditissimis Theologiæ sensibus? Sed quemadmodum diuersa opinari liceat, & alias tentare vias, quàm aut hic, aut ille Doctor; tametsi eximius, præmonstrauerit, ostendit quodlibeto 3. quæst. 4. artic. 10. *Respondeo* (inquit) *dicendum, quòd diuersæ opiniones Doctorum sacræ Scripturæ, siquidem non pertinēt ad fidem, & bonos mores, absque periculo Auditores vtranque opinionem sequi possunt: tunc enim habet locum, quod Apostolus dicit, ad Roman. 4. Vnusquisque in suo sensu abundet. Qui autem assentit opinioni alicuius Magistri contra manifestum Scripturæ testimonium, siue contra id, quod publicè tenetur secundum Ecclesiæ auctoritatem, non potest ab erroris vitio excusari:*

In opinionibus, quæ extra fidei, & pietatis periculum sunt, licet quodlibet sequi.

Non possum omittere aureum illud angelici Doctoris præceptum, quanquam alij multi transcripserint, qui 1. part. quæst. 1. artic. 8. ad secundum: *Auctoritatibus* (inquit) *canonicæ Scripturæ vtitur sacra doctrina propriè ex necessitate argumentando: auctoritatibus autem aliorum Doctorum Ecclesiæ, quasi argumentando ex propriis, sed probabiliter: vnde dicit Augustinus epistola ad Hieronymum*, &c. Desino proferre, quoniam superiùs posita sunt numero 89. huius Sectionis ex epistola 19. Augustini: cuius placitum S. Thomas ambabus vlnis amplexatur, decernitque rationi plùs tribuendum, quàm dicenti; & falli potuisse Doctores particulares, quantalibet sanctitate præpolleant:

Theologia ex auctoritatibus singularium Doctorum, probabiliter solum disputat.

Subnectemus ex eodem ordine de vetustioribus duos insignes Theologos, quorum alter, S. Antoninus 1. parte Summæ, titulo 3. §. 10 cùm docuisset sæpè, Doctores scientia, & morum integritate summos, ferri in opposita dogmata; & probasset exemplis Bonauenturæ, & D. Aquinatis, vniuersim præscribit: *Constare communiter inter Theologos, in materia fidei, dum doctores sentiunt contraria, licitum esse ante determinationem Ecclesiæ tenere vnam partem, vel alteram sine periculo peccati, vel fidei:*

S. Antonin.

Ante definitionē Ecclesiæ licet quamuis partem controuersorum sequi.

Definiens autem quibus modis colligenda sit certitudo moralis: *Vel* (ait) *colligitur ex alterius auctoritate, quod pertinet ad incipientes, qui, scilicet, erudiuntur per alios in doctrina, & addiscunt, & obediunt, iuxta illud Deuteronomij 32. Interroga Patrem tuum, & annunciabit tibi, &c. vel ex propria eruditione, quod congruit proficientibus studendo in Scripturis; vel ex circumspectione circumstantiarum: & hoc quoad perfectos.* Vides, postrema tribuisse Florentinum Archi-

Durand.

præsulem auctoritati: Alter is est Durandus à sancto Portiano, clarissimi nominis Magister,

qui

qui præfatione in libros sententiarum, ita definit. *Modus autem loquendi, ac scribendi in cæteris, quæ fidem non tangunt, est, vt magis innitatur rationi, quàm auctoritati cuiuscunque Doctoris, quantumcunque celebris, vel solennis: & parui pendatur omnis humana auctoritas, quando per rationem elucescit contraria veritas: quamuis enim captiuandus sit intellectus noster in obsequium Christi & in his, quæ fidem tangunt plus acquiescere debeamus auctoritati sacræ Scripturæ, quam cuicunque rationi humanæ, quia diuina notitia, quam exprimit sacra Scriptura plus excedit humanam notitiam, quam humana notitia bestiales: tamen omnis homo dimittens rationem propter auctoritatem humanam incidit in insipientiam bestialem vt comparatus sit iumentis insipientibus, & similis factus sit illis: quis enim, nisi temerarius existens, audeat dicere, quod magis sit acquiescendum auctoritati cuiuscunque Doctoris, quam auctoritati sanctorum Doctorum sacræ Scripturæ, Augustini, Gregorij, Ambrosij, & Hieronymi, quos celebritate condigna sancta Romana Ecclesia sublimauit? Et tamen Augustinus inter Doctores celeberrimus, dicit de se ipso 3. de Trinitate, circa principium: Noli meis litteris quasi Scripturis canonicis inseruire: sed in illis, & quod non credebas, cum inueneris, incunctanter crede: in istis autem, quod certum non habebas, nisi certum intellexeris noli firmum retinere; Ex quibus patet, quod compellere, sed inducere aliquem, ne doceat vel scribat dissona ab ijs, quæ determinatus Doctor scripsit, est talem Doctorem præferre sacris Doctoribus, præcludere viam inquisitionis veritatis, & præstare impedimentum sciendi, & lumen rationis non solum occultare sub modio, sed comprimere violenter:* Quid ad hoc illi, qui nihil dictum velint, quod non ex alieno penu depromptum sit? Commiabuntur hos Cancellarius Parisiensis Gersoo, & Alfonsus, Abulæ Episcopus, quorum prior 3. parte, tractatu de oratione, & eius valore, ad finem disceptationis: *Denique (ait) attendatur pro præmissis & alys similibus resolutiuè definiendis, quod Doctores sancti priores vtentes rhetoricis persuasionibus in aggrauationem vitiorum, & laudem virtutum, non ita tradiderunt resolutionem moralium materiarum, imo nec speculabilium sicut Doctores recentiores, qui per quæstiones, & argumenta processerunt ad vtranque partem, & per decisiones: propterea magis insistendum est istis doctrinis, quantum ad erudit[ionem] intellectus, licet quantum ad inflammationem affectus efficaciores alia iudicentur.* Tostatus autem, quem inter Scholasticos locamus quoniam scholæ methodum ubique sectatur, vt notabat Senensis lib. 4. Bibliothecæ sanctæ; prologo in Matthæum quæstione 5. *Et communiter antiqui non ita bene, vere, & completè tradiderunt, sicut noui: Ratio est: quia noui potuerunt videre, quicquid dixerunt veteres, & insuper multa potuerunt ex seipsis cogitare, & tempus quotidie nouas tribuit inuentiones: alia ratio est secundum quosdam asserentes ingenia nouorum esse excellentiora ingenijs antiquorum: & hoc tenet Priscianus in Prologo maioris voluminis: istam tamen rationem nec improbo, nec approbo, quoniam à fructibus cognoscetis eam:* Sed his comitem damus quamuis ætate iuniorem propter ingenij prodigium Mirandulæ, Concordiæque Comitem Ioannem Picum qui in Apologia ait: *Profectò ingenerosum est, vt ait Seneca, sapere solum ex Commentario, & quasi Maiorum inuenta nostræ industriæ viam præcluserint, quasi in nobis effœta sit*

Magis innitendum rationi, quàm auctoritati cuiuscunque Doctoris particularis.

Nemo cogendus ne dissona particulari Doctori, si ratio suadet, non doceat.

Gerson.

Recentiores Doctores veteribus præstantiores in speculabilibus, & in morali.

Tostat.

Sixt. Senen.

Antiqui quamobrem iuniores an intellecto pos[se]runt

Pic. Mirand.

Ingenerosum est sapere solum ex Commentario.

Sheologi Ante q in Cant.

vis naturæ, nihil ex se parere, quod veritatem, si non demonstret, saltem innuat, vel de longinquo: quod si in agro colonus, in vxore maritus odit sterilitatem; certe tanto magis infœcundam animam, oderit illi complicita & associata diuina mens, & quanto inde nobilior longè proles desideratur, propterea præter communes doctrinas, plurima quoque per nos inuenta, & meditata disputanda proposuimus.

Atque hactenus recentiora doctrinarum inuenta antiquitate defendimus: descendamus ad proximiora nobis sæcula: percipiemus à Caietano 1. 2. quæst. 1. artic. 7. non negari, *quin etiam post Christum vna ætas posterior habeat Doctores in his, quæ sunt fidei, præstantiores aliqua ætate anteriori, quamuis non omnis: puta, quod in ætate anni millesimi fuerunt doctiores Doctores in fide, quàm in ætate anni octingentesimi: quia etsi regulariter diuina doctrina procedat secundum propinquitatem ad Christum, non tamen alligata est illuminatio eius ad ordinem istum:* Dominicus Bañez ad eundem articulum conclusione 2. *Non est necesse, (ait,) vt quanto remotior fuerit Ecclesia a tempore Apostolorum, tantò sit in illa minùs perfecta cognitio mysteriorum fidei: Probatur: quia post Apostolorum tempora non statim fuerunt in Ecclesia Dei viri doctissimi in rebus fidei intelligendis, & explanandis dexteritatem habentes: fuerunt quidem fortissimi Martyres, vt opus erat,* &c. Qui eodem Commentario pergit narrare: *Nouimus* (inquit) *ex narratione Patrum in Schola Salmantina, imò in tota Hispania abhinc annos sexaginta minus peritos fuisse Theologos Scholasticos: donec gloriosæ memoriæ Frater Franciscus a Victoria, qui fuit nostri Ordinis insignis Magister, scholasticam doctrinam vna voce velut alter Socrates suis lectionibus in cathedra sacræ Theologiæ huius Salmanticensis Academiæ primaria, in methodum perspicuam, & eruditione plenam ad intelligentiam D. Thomæ reduxit, atque illustrauit:* Sed, qualis fuerit eius æui, quàm incompta Theologiæ facies, depingit apto penicillo Victoriæ discipulus, & successor Canus, lib. 8. de locis, cap. 1. § 1. *Intelleximus autem fuisse in schola quosdam Theologos adscriptitios, qui vniuersas quæstiones theologicas friuolis argumentis absoluerunt, & vanis, inualidisque ratiunculis magnum pondus rebus grauissimis detrahentes, ediderunt in Theologiam Commentaria vix digna lucubratione aniculàrum: & cum in his sacrorum Bibliorum testimonia rarissima sint, Conciliorum mentio nulla, nihil ex antiquis sanctis oleant, nihil ne ex graui Philosophia quidem, sed ferè è puerilibus disciplinis; scholastici tamen, si superis placet, Theologi vocantur: nec scholastici sunt, nedum Theologi:* Hæc illorum temporum diuina sapientiam quam & corrigi cupiebat adhuc Cano adolescentior Dominicus de Soto: nam præfatione lib. 1. de natura, & gratia: *Res* (inquit) *scholastica amputanda, nempe, à sophismatum quidem nugis, & Metaphysicorum vanis portentis, quibus est ordibus apud nonnullos Auctores vndiquè fœdata:* Confer cum his Theologiæ splendorem nunc, & vide an posterior dies sit melior priori. Quid si disciplinarum Reginam satis exornatam prodire, est Bibliorum, Patrum, Conciliorum, veteris ecclesiasticæ Historiæ floribus amicitam, quo se ad gloriæ fastigium perduxerint nostræ familiæ homines, aliorum determinatio esto: Coniungamus cum nominatis alios duos eiusdem professionis, Ambrosium Catherinum, qui variis tractatibus contendit, non omnia adeptos fuisse

157.

Theologia postremis his temporibus repurgata, & aucta.

Bañez.

Soto.

Canus.

Soto.

Catherin.

veteres Chriſtianos Præceptores ; creſcere in dies Eccleſiæ ſapientiam per recentiorum ingenia, & induſtriam, nempe, lib. 2. de Conceptione. § 2. lib. 1. aduersùs Caietanum. §. 1. epiſt. ad Cardinalem Contarenum, ante opus de perfecta iuſtificatione : Hieronymum Oleaſtrum præfatione in Pentateuchum, vbi inquit : *Neque mortalium aliquem tam inſolentem puto, aut arrogantem, qui ſe cuncta difficilia in Scripturis ſanctis, aut intellexiſſe, aut explicaſſe glorietur :* Sed Hieronymi Vielmij, ex eodem cœtu Epiſcopi Trimoniæ, verba omiſiſſe integra non debui : is libros duos pro S. Thomæ doctrina ſcripſit: atque priori quidem, vt ſatisfaceret iis, qui nouitatem B. Aquinati obiectabant, eúmque tanti non habendum putabant, ſi cum veteribus fieret comparatio : reſpondet ille : *Quamuis* (inquit) *aurea Eccleſia ætas, qua Dominus noſter verſabatur in terris, Apoſtolique Principes noſtri, & beatiſſima in primis Virgo, ſic orbem illuſtrarunt, vt ſplendidior nunquam fuerit : nihilominùs Spiritu ſancto Eccleſia Magiſtro aperiente, Thomas, & recentiores nonnulli melius res quaſdam aſſecuti ſunt, quàm Baſilius, vel Hieronymus, vel veterum complures: quòd ſi dixeris, hos accepiſſe à Patribus ſemina eorum, quæ dixerunt : nos reſpondebimus, veteres ab Apoſtolis, & Prophetis, monumentorum ſuorum ſemina, & ſegetem mutuatos.* Atque ibidem ex Baptiſta Egnatio profert, priores vniuerſos, qui contra Gentiles ſcripſerunt, ſi cum Angelico Doctore conferantur, *elium, & operam perdidiſſe videri poſſint.*

Oleaſt.
Vielm.

158. Atque, ne in tranſcribendis ſingulorum verbis, & apicibus modum exceſſiſſe videar, commonſtrabo tantùm præſtantiſſimorum Theologorum loca, quibus illi docent, aut in nonnullis potuiſſe decipi Patres pro humana conditione, in quibus nepotes meliùs ſenſerint ; aut non vniuerſa cognita fuiſſe veteribus, aut poſſe Patrum bonam partem derelinqui à nouis Scriptoribus, quando ex ipſis Patribus minor numerus ſaniora tradidit : ſic præter iam relatos inter diſputandum Bañez. Aragon, Alphonſum de Caſtro, Ægidium de Præſentatione, Lucam Vvaddingum, Suarez, Caniſium, Valentiam, Tannerum, ex iiſdem Caſtro libr. 1. contra hæreſes, cap. 7. Caniſius lib. 4. de Deipara, cap. 19. Tannerus tom. 3. diſput. 1. de fide, quæſt. 1. dob. 7. ex aliis Corduba lib. 1. quæſt. 44. §. *Alio modo ad ſupradictum* : Alphonſus de Mendoça quæſt. 2. expoſitiua, num. 2. §. *Quòd ſi.* Baſilius Legionenſis quæſt. 4. expoſitiua, cap. 4. Lorcaio 1. 2. quæſt. 1. art. 7. diſput. 17. Antonius Perez in laurea Salmantina, certamine 10. ſcholaſtico, cap. 6. Martinez hypotypoſeon lib. 1. cap. 14. & procemio in lib. 6. Leo Caſtrenſis diſput. de tranſlationibus ſacræ Scripturæ, cap. 3. Aloyſius Nouarinus in Electis ſacris, monitione ad Lectorem : Laurentius de Aponte in librum Sapientiæ, præludio 1. num. 12. & ad verſ. 4. cap. 1. digreſſione 2. §. 4. num. 51. Ex noſtra Hybernia Minoritæ duo Hugo Cauellus, Armacanus Antiſtes, tom. 1. Operum Scoti, vitæ eius cap. 5. Dermitius Thadæus in Franciſcana Nitela, pag. 34. & ſequentibus aliquibus : Iam de noſtræ Congregationis Doctoribus, P. Salmeron tom. 1. prologo 9. quinquagena 1. canone 50. P. Azor tom. 1. lib. 2. cap. 9. & ſequentibus : P. Pereira lib 7. in Geneſim, diſput. de Chronologia ſacræ Scripturæ, quæſt. 7. P. Ribera procemio in Commentarios duodecim Prophetarum : P. Pineda præfatione in Iob, cap. 8. num. 7. P. Alcazar notatione procemiali in Apocalypſim, 19. ad longum : P. Chriſtophorus Gil. tom. 1. in 1. part. lib. 1. tract. 7. de locis Theologicis, cap. 11. & ſequentibus : P. Faſſulos in eadem 1. part. tom. 1. dubitatione 9. ad articulum 8. quæſtionis 1. P. Auguſtinus Quiros tomo Commentariorum exegiticorum, diſput. de ſenſibus ſacræ Scripturæ, ſect. 1. P Baëza tom. 4. Commentariorum Moralium in Euangelia, lib. 16. cap. 7. §. 7. Denique P. Franciſcus Turrianus, qui quoniam fuerat vnus ex lectiſſima corona Tridentini conſeſſus, atque is, quem & ſingularis eruditio, & morum integritas commendat ; placuit ea eo ad verbum mutuare, quid de nouis Scripturarum interpretamentis ſacroſancta illa Synodus ſenſerit : loquitur ille procemio ad 1. tractatum de Euchariſtia in hanc normam : *Non enim eò ſpectat Synodi Tridentina Decretum* (ne quis erret,) *vt in interpretanda Scriptura nihil dicatur, ſicut quidam Comicus dixit, quin prius dictum ſit ; ſed ne quid, præterquàm quod à ſanctis Apoſtolis traditum eſt, Eccleſia, doceant. Ille igitur contra eum ſenſum, quem tenuit, & tenet Sancta Mater Eccleſia, cuius eſt iudicare de vero ſenſu, & interpretatione : & contra vnanimem conſenſum Patrum, Scripturam audet interpretari, quod totidem verbis Synodus Tridentina decreto ſuo vetat, qui ſenſum elicere conatur vera doctrina, quam profitetur Eccleſia, repugnantem : quod quidem qui minimè facit, nequaquam is contra normam, & legem interpretandi hoc Decreto ſancitum facere exiſtimandus eſt.*

Recentiores, qui hactenùs ſtatuis aſtimantur.
Bañez.
Aragon.
Caſtro.
Ægid. Luſit.
Vvadding.
Soarez.
Caniſius.
Valent.
Tanner.
Cordub.
Mendoça.
Legion.
Perez.
Martinez.
Leo Caſtr.
Nouarin.
Aponte.
Cauell.
Thadæus.
Salmeron.
Azor.
Pereira.
Ribera.
Pineda.
Alcazar.
Gil.
Faſſol.
Quiros.
Baëza.
Turrian.
Quod genus nouarum opinionum deſpiciendũ ſit.

159. Et quanquam aliter longè de eccleſiaſticis Præceptoribus ſentiendum, quàm de profanæ ſapientiæ Inſtitutoribus, non pigebit tamen & hoc ſaltem libare argumentum, vt quid, natura ipſa duce, intellexerint Ethnici, percipiamus : Ac quidem ſi de re metrica, & Poëtis ſermocinemur, Horatium auſcultare iuuabit lib. 2. epiſt. 1. ad Auguſtum :

Si meliora dies, vt vina, Poëmata reddit,
Scire velim pretiũ chartis, quotus arroget annus?
Scriptor abhinc annus centum, qui decidit, inter
Perfectos, veteréſque referri debet, an inter
Viles, atque nouos ?

Horat.
Ingenia, non quaſi vinum ex vetuſtate ſola, probanda.

Non ineruditè pronunciauit, Poëmata quaſi muſtum à vetuſtate commendantes, qua loquendi formula vtitur Hieronymus apologia aduersùs Ruffinum : *Periculoſum opus certè, & obtrectatorum latratibus patens, qui me aſſerunt in Septuaginta Interpretum ſugillationem noua pro veteribus cudere, ita ingenium quaſi vinum probantes.* Verùm pergamus attentos eſſe Horatio :

Hieron.

Si veteres ita miratur, laudátque Poëtas,
Vt nihil anteferat, nihil illis comparet, errat,
Si quædam nimis antiquè, ſi pleraque durè
Dicere credit eos, ignauè multa, fatetur :
Et ſapit, & mecum facit, & Ioue iudicat æquo.

Sin ad omne genus Scriptorum conuertamur, multus eſt in patrocinandis iunioribus Seneca Philoſophus epiſtola 33. *Quouſque ſub alio moueris ? Aliquid & de tuo profer. Omnes itaque iſtos nunquam Auctores, ſemper Interpretes, ſub aliena vmbra latentes nihil puto habere generoſi, memoriam in alienis exercuerunt : aliud eſt meminiſſe, aliud ſcire : meminiſſe eſt rem commiſſam memoria cuſtodire : at ſcire eſt, & ſua facere quæque, nec ab exemplis*

Seneca.

Non est generosum aliena semper repetere.

exemplis pendere, & toties ad Magistros respicere: qui ante nos ista mouerũt, non domini nostri, sed duces sunt. Et epistol. 64. *Multum adhuc restat operis, multumque restabit, nec vlli nato post mille sæcula præcludetur occasio aliquid adhuc adijciendi. Multum egerunt, qui ante nos fuerunt; sed non peregerunt.* Et epistol. 79. *At qui præcesserunt, non præripuisse mihi videntur, quæ dici poterant, sed aperuisse. Sed multum interest, vtrum ad consumptam materiam, an ad subactam accedas: crescit in dies, & inuenturis inuenta non obstant. Ætnam, quominus Ouidius tractaret, nihil obstitit, quod iam Virgilius impleuerat: nec Seuerum quidem Cornelium vterque deterruit.* Marcus Tullius de Oratore, ad principium Operis: *Nec verò Aristotelem in Philosophicis deterruit à scribendo amplitudo Platonis: nec ipse Aristoteles admirabili quadam scientia, & copia cæterorum studia restinxit:* Hippocrates epistola ad Democritum: *Plus quidem reprehensionis, quàm honoris hanc artem nancisci propterea puto, quoniam eam nemo penitus nouit: nam nec ego ad summum medicæ artis perueni, quamuis senex iam sum: nec ipse huius inuentor Æsculapius: nam & ipse in multis recantauit, quemadmodum Scriptorum libri nobis tradiderunt:* His conferunt illa Claudij Imperatoris apud Tacitum lib 11. cap. 8. *Patres conscripti, quæ nunc vetustissima creduntur, noua fuère: plebeij Magistratus post Patricios: Latini post plebeios: cæterarum Italiæ Gentium post Latinos: inueterascet hoc quoque: & quod hodie exemplis tuemur, inter exempla erit:* Verissimè loquutus Cæsar: quam enim agimus nunc causam, nouissimi mortalium in hanc diem; eandem egerunt illi ipsi, quos in exemplum, & præsidium vocamus: eritque fortasse, vt à nobis patrocinari quispiam deinceps velit.

A veteribus Scriptoribus non omnis consumpta doctrina.

Tull.

Hippocr.

Tacit.

Omnia vetera aliquando recentia fuère.

160. Obiicias ex volumine Decretorum, distinct. 9 cap. *Noli*, &c. Commentatoris satis cognitam illam sententiam: *Loquitur secundum ea tempora, quum adhuc scripta Augustini, & aliorum Patrum non erant authentica: sed hodie iubentur teneri vsque ad vltimum iota: vt infra 15. distinct. cap. vltimo:* Quibus adde dicta quintæ Synodi aientis: *Sequimur per omnia Sanctos Patres, & Doctores Ecclesiæ, Athanasium Hilarium, & Augustinum, Ioannem Constantinopolitanum, Cyrillum, Proclum: & suscipimus omnia, quæ de rebus fidei, & Hæreticorum condemnatione exposuerunt:* Cùm igitur vtrobique asseratur, ne in minimis quidem à veterum doctrina recedendum, audacia erit prætulisse noua dogmata antiquis: Porrò, cui fuerit cupido cognoscere, quanta sit priscæ sapientiæ auctoritas, legat ex nostris, P. Salmeronem tom. 8. tract. 2. P. Alcazar notatione 19. procœmiali in Apocalypsim: P. Gillium tom. 1. in 1. part. lib. 1. tractatu 7. de locis theologicis, cap. 11. P. Mendoça annotatione 2. procœmiali in lib. 1. Regum, sect. 2. & ad verba illa Epistolæ prioris ad Corinthios, cap. 6. vers. 20. *O Timothee, depositum custodi*, &c. Sotomaior, Iustinianum, Magallanez, aliósque Enarratores: Adde Patribus, quos afferunt, Petrum Cellensem epistola, quæ antecedit tractatum de panibus: Pacianum epist. 1. ad Sempronianum, de Catholico nomine; Hildebertum Cenomanensem Præsulem epist. 12. ex proximioribus Magistris Thomam Waldensem doctrinalis fidei tractatu 1. capite 4. Respondeo, vt hæc omnia comperta sint, & præter dubium, aduersùs nostra themata non facere: probant quippe contra veterum institutionem, præceptionésque non esse pergendum: de hoc puncto non altercamur; contendimus quippe præcipuè, saltem plura esse, quæ in priscorum cogitationem non venerint, quæ à iunioribus attingi poterant: atque in his, quæ seniores tractauerunt, posse nonnunquam speciosiora proferri à nepotibus: quæ cùm illi faciant, loquuntur aliquid, non quod seniorum placitis aduersetur; sed quod aut scribere omiserint, aut ita tractauerint, vt locum reliquerint sequentiorum laboribus, & industriæ: Sed præbeamus, dixisse nos, Augustini, aut cuiusuis alterius Doctoris placita deseri posse, quid inde? Erraoimus nos, an Glossator ille? Sanè Alfonsus de Castro lib. 1. aduersùs hæreses, cap. 7. glossamen illud, aut ineptum, aut temerarium, effrónsque censendum putat: errasse igitur demonstrant ibi Castro: Canus lib. 7. de locis, cap. 3 §. *At Gelasius.* P. Gillius tom. 1. in 1. part. lib. 1. tractatu 7. de locis theologicis, cap. 11. P. Fassolus tom. 1. in 1. part. dubitatione 9. ad artic. 8. quæstionis 1. quibus autem modis deceptus fuerit, quoniam nominati copiosè declararunt, repetere supersedeo: Tantùm illud obseruasse placeat cum ipsis; neque ex Gelasio 15. distinctione Decret. cap. *Sancta Romana:* neque aliunde sufficienter deduci, eam auctoritatem nactum quempiam Sanctorum, cuius iudicio contraire nefas habeatur consideratione omnium, quæ exarauit: sed, aut commendatam doctrinam vt in plurimum & communiter certam: aut id, quod Melchior Canus testatus est indicatis locis, ex his quos Gelasij approbatio laudat, neminem errasse in fidei dogmatibus his citra dubium, quæ suis temporibus, aperta & manifesta fuerant: Synodus autem quinta non omnia Athanasij, Hilarij, aut Augustini dicta confirmat; sed ea solùm, quæ pro recta fide tuenda, & in condemnationem hæresum pronunciata sunt.

Decret. dist. 9.

V. Synod.

Vetustati quantum deferendum?

Salmeron.

Alcazar.

Gill.

P. Mendoça.

Sotomaior.

Iustini.

Magall.

Petr. Cell.

Pacian.

Hildeb.

Castro.

Canus.

Gillius.

Fassol.

Gelasij approbatio de D. Patribus qualiter intelligenda?

161. Quid verò de antiquitate censemus? Veneramur quidem: sed cum delectu, cum discrimine: didicimus quippe ex Sapientiæ volumine, cap. 4. *Senectus enim* (inquit) *venerabilis est, non diuturna neque annorum numero computata:* Quam sententiam pulchrè illustrat Bernardus epistol. 253. ad Abbatem Garinum Alphensem: Sed insignis admodum est Moysis Abbatis declaratio apud Cassianum collatione 2. de discretione, cap. 13. *Diuitia enim senum* (ait) *non sunt canitie capitis, sed industria iuuentutis, ac præteritorum laborum stipendijs metienda: senectus enim venerabilis est, non diuturna neque numero annorum computata; & idcirco non omnium seniorum, quorum capita canities tegit, quósque vitæ longæuitas sola commendat nobis, sunt imitanda vestigia, vel sectanda, seu, traditiones, ac monita suscipienda, sed eorum, quos laudabiliter vitam suam, ac probatissimè comperimus in iuuentute signasse; nec præsumptionibus proprijs, sed maiorum traditionibus institutos: sunt enim nonnulli, qui in tepore suo, quem ab adolescentia sua conceperunt, atque ignauia senescentes auctoritatem sibi non maturitate morum, sed annorum numerositate conquirunt:* Quod igitur Sapiens, & ex eo spiritalis vitæ Præceptores de moribus prodidère, hoc nos de scientiarum præstantia, eam, scilicet, tum demum omnibus anteponendam cognitionem, quæ simul & ratione, & diuturnitate pollet: sin autem posteriora tempora veritatis scopum feliciùs attingant, præponi debere senioribus adolescentiores, quoniam senectus venerabilis non

Antiquitas venerab[ilis] ea est quæ aut sanctitate fulget, aut in doctrinæ ratione nititur fulcro.

Sap. 4.

Bernard.

Cassian.

annorum numero computatur, sed meritis, (si ad sanctitudinem respiciamus, animæque ornatum, virtutibúsque, ingenio, eruditione errorum præclarioribus triumphis, (si doctrinæ attendamus:) Nam, quam dicas excellentiorem disciplinam, quam nunc Roma Christiana profitetur, an quam eadem Ethnica ante bis mille sæcula suscipiebat Deorum vanissimis delectata fabulis; Vtra harum duarum sectarum verior, vtra vetustior? Quamobrem Arnobius lib. 1. contra Gentes, illorum temporum mendacia contemplatos, non est verius adstruere, desipientiæ seminarium vetustatem extitisse: *Sed antiquiora (inquiris) nostra sunt, ac per hoc fidei, & veritatis plenissima? Quasi verò errorum non antiquitas plenissima mater sit, & non ipsa peperit res eas, quæ turpissimas Dijs notas ignominiosis continnauerunt in fabulis?* Itaque antiquitatis nomen solitariè sumptum, nullius momenti fuerit; sicut neque nouitatis appellatio, nodè posita, incommodat: vetustatem, vt aut colamus, aut detestemur, faciunt circunstantiæ: hæ quoque, nouitia dogmata, aut erigunt, aut deprimunt.

Arnob.

Igitur de remotis, proximisque Ecclesiæ Ma-
162. gistris, si apertè sentire cupiamus, duo erunt, quæ asseramus: Primum, extra aleam esse, priores in aliquibus deceptos fuisse, quæ emendauerunt subsequentes: latuisse quædam priscos, quorum inuentio sit debita iunioribus: nonnulla, in quibus veteres laborauerint, aucta esse ab adolescentibus: Si tamen non de parte quadam sermo sit. verùm de omnibus; simpliciter præstantiores dicendos Dionysium Areopagitam, Origenem, Augustinum, Hieronymum, & eiusmodi quicunque gigantizant, quos superauerint posteriores secundùm quid tantùm; Itaque penes illos triumphus est absolutè, atque ore pleno, vt dici consueuit: Probat noster Ribera Proœmio in Haggæum: quoniam omnia doctrinarum adiumenta in his potiora fuêre: nam, vt parem ingenij aciem nepotibus concesserimus, in cæteris præter controuersiam veteribus illis excessus: maior eloquentia, maior linguarum peritia, multiplex, & abstrusa eruditio, indefessus ardor cognoscendi, & vitæ intemerata actio. quæ sola Scripturarum non tardò adyta reserauit: Nam, vt Guillelmus in vita Bernardi Abbatis, cap. 4. scribit: *Quicquid in Scripturis valebat, quicquid in eis spiritaliter sensit, maximè in sylnis, & in agris meditando, & orando, se fatebatur accepisse, & in hoc nullos aliquando se Magistros habuisse, nisi quercus, & fagos, ioco illo suo gratioso inter amicos dicere solebat:* Quare (ait) prudenter Bañesius ad art. 7. quæstionis 1. & 22. *Neque tamen propterea nouissimi Doctores pluris sunt æstimandi: sunt enim veluti paruuli super humeros gigantium positi, quos non est mirum, si Gigantum proceritate eleuati altiùs attingant.* Tostatus autem Prologo in Matthæum, quæst. 5. *Est tamen hoc tenendum* (inquit) *quòd, licèt noui videantur antiquos excellere; semper tamen antiquos magis laudare debemus; quoniam, nisi propter eos, non excederemus ipsos.*

Antiqui Patres doctiores simpliciter, hoc est, in plerisque.

Ribera.

Vita immaculata, q. studium conferat ad disciplinas?

Bernard.

Bañez.

Tostat.

Secùndum dependens ab his, quæ modò di-
163. ximus: mirum non habendum, si ex nuperis quispiam, quandoque eas proferat opiniones, pro quibus neminem, aut de Patrum, aut de Scholasticorum cœtu nominare valeat: de quibus cogitationibus curandum, ne fidei definitionibus, ne morum integritati, ne vniuerso choro præcedentium Magistrorum aduersentur: à quibus noxis, si liberæ sint, in suspicionem vocari minimè par est, quoniam Patrum testimoniis non fulciuntur, cùm ob hoc præcisè veræ non sint, quòd Patres licet interdùm non pauci docuerint eandem rem: quantos enim Patres numerare valeat, qui Angelos corporeos affirmaret, qui eosdem ante mundum conditos niteretur? quas opinationes iampridem omnis Schola relegauit: Sed nec stupere conueniens est, si non vni, alterive ex Patribus resistamus aliquando; verùm & maiori factioni contradicamus, quod ipsum de Theologis pronunciatum cupimus. Tenet dilucidè Canus lib. 6. de locis, cap. 3. conclus. 3. Bañez ad articulum octauum, quæstionis 1. ex 1. parte, dubio 5. conclus. 3. quoniam quidem maior pars probabilem tantùm argumentationem facit: nam, quod de Angelorum corporibus tetigimus, communis fuit apud veteres existimatio paucioribus in diuersum abeuntibus, quorum tandem prælata est paucorum sententia: Conandum quidem, ne ab vno ex Patribus, quoad fieri possit, recedamus: contemnere verò, aut ipsos, aut quempiam de grauissimis Theologis, piaculum fuerit: verùm, si ratione, & veritate impellamur, plures quoque deserere honestum arbitremur: quantò magis præ Scoto amplexandus Albertus, si meliora loquatur? præ Thoma, Alensis, Bonauentura, Magister? Hæc ægrè ferre, excandescere vehementiùs, indignari vsque ad concitandum tumultum, mentem arguit, quam aut philautia in præceps agit, aut ignorantia: Denique, cùm vnus nemo perfectissimè vniuersa pertractauerit; sed in quibusdam excelluerit magis Augustinus, in aliis vicerit Hieronymus, Beatus Thomas de Eucharistia optimè loquutus sit, Scotus de Conceptione Mariæ intactæ: Præclarè nanque Ioannes Picus Mirandulanus Apologiæ exordio: *Nam in vnaquaque familia est aliquid insigne, quod non sit ei commune cum cæteris: atque vt a nostris, ad quos postremò Philosophia peruenit, nunc exordiar: est in Ioanne Scoto vegetum quiddam, atque discussum: in Thoma solidum, & æquabile: in Ægidio tersum, & exactum: in Francisco acre, & acutum: in Alberto priscum, amplum, & grande: in Henrico, vt mihi visum est, semper sublime, & venerandum:* Theologi sapere volentis studium erit, in nullius effata pertinaciter iurare, & nunc has sequi partes, nunc illas, quando non in vnius myropolio; sed omnium selectissima pharmaca inuenire possibile sit: qua in re, vt eruditus quisque nunquam peccat, sic vulgus facilè labitur, & armatur vsque ad iurgia, & contentiones, affectibus, non veritati obsecundans: Odêre luem hanc Viri clarissimi, cane peius, & aspide, & inuecti sunt in disciplinarum monstra acriùs: Durandus tot elapsis annis, prologo in libros sententiarum dixit, *Insipientiam bestialem huiusmodi, præcludere viam inquisitioni veritatis, præstare impedimentum sciendi, lumen rationis violenter opprimere:* Ambrosius Catharinus tertio quoque verbo insectatur: *Præiudicium iuuentutis* appellat: *passionibus acquiescere, non verum amare* dicit: *veterum Magistrorum intelligentiam ignorare: præbere se doctis ludibrio, Hæreticis occasionem dare blasphemandi, æmulis indignandi causam:* Legatur lib. 1. de Conceptione, §. *Sunt ex nostris.* §. *Si quod hoc.* lib. 2. §. *Non eo inficias:* Melchior Canus proœmio lib. 12. de locis: *Theologo* (inquit) *nihil est necesse in cuiusquam leges iurare: maius est*

Pro omni opinione non est necesse afferre Doctores.

Maiori Patrum, aut Theologorum factioni posse aliquando contradici.

Canus.

Bañez.

Pic. Mirand.

Vnus Doctor alio in quibusdam præstantius loquitur.

Theologus sapere volés non debet in vnius Doctoris verba pertinaciter iurare.

Durand.

Catherin.

Canus.

opus

opus, atque præstantius, in quod ipse tendit, quàm vt Magistri debeat vestigiis semper insistere: siquidem futurus est Theologia laude perfectus. Atque hoc à Præceptore suo Fratre Francisco Victoria didicisse monitum asserit; Ioannes Picus loco paulò anteà indicato: *Angusta* (ait) *profectò mentis est, intra vnam se porticum, aut Academiam contrusisse*: Dominicus Bañez ad 1. partis quæst. 1. art. 8. dubio suo 5. tales asseuerat *Scholarum risum, & sibilum euadere*: Alfonsus de Castro lib 1. aduersùs hæreses, cap. 7. *miserrimam seruitutem* vocat, *& sibi valdè displicere, quod Sodalitium Minorum in verba Scoti ferè iurasse videatur*; Quod tamen dictum temperare potuit; Hugo Cauellus cap. 5. vitæ Scoti: *Litterariæ tyrannidis speciem quandam nuncupat*; Dermitius Thadæus in Nitela Franciscana, pag. 18 ait illos, *Omnem veritatis inquirendæ viam præcludere, omnes humani ingenij vires tollere, & extinguere*; Martinez procœmio lib. 6 hypothyposeon, *duram me-hercle legem contendit esse*, Noster Gillius relato tractatu 7. de locis theologicis, cap 11. *iniuriam fieri Ecclesiæ, & Theologiæ*: P. Fassolus dubitat. 9. ad art 8. quæstionis 1. ex 1. parte, æqualia cum superioribus sententiis penè; Consulendi prætereà, qui istis cognata scribunt: Fr. Lucas Vvaddingus tractatu pro Legatione Conceptionis, 10. orat 9 §. 8. Leo Castrius disp. de translationibus sacræ Scripturæ, cap. 3.

ANTELOQVIUM IV.

Argumentum Canticorum mysticum, & historiale accommodatum ad mores.

SVPERERANT adhuc non pauca, neque injucunda, quæ cum elapso Præloquio cognationem haberent, quorum tractationem distulimus in venturam disceptationem; partim, ne excresceret supra modum præcedens controuersia; partim, quò vicissitudine Ethicorum discursuum Lectoris fastidium alleuaremus.

SECTIO I.

MARIA *peccatrice vulua concepta, de originaria culpa non contraxit.*

1. SPONSAM nobis proposuit Epithalamij initium hœdus ad pastum agentem, vineis excubantem Sole sub ardenti ad meridiem, nempe, post greges sodalium. Hanc duris assueram laboribus, rusticis educatam exercitationibus subita mutatione núcupat *pulcherrimam inter mulieres* ac tandem totam speciosam, & sine macula proclamat, Itáne formosa absque næuo, in vineis inter pastorum mapalia, Phœbo grauiori percussa? Et nónne hæc vniuersa speciei dánnosa, nocitora potiùs faciei, quàm decorem iuuatura! Sic equidem in reliquis femineæ conditionis: sed habet femina hæc priuilegium supra feminas omnes: quibus illis forma minuitur, his incrementum accipit sponsæ nostræ species: deturpent cæteras mulieres rusticana opera, vineæ cucumerarium, pastoris tabernaculum, meridianus candor sub æstiuo Cane; his decorabitur magis sponsa: Iam intueor MARIÆ fauores: concipitur illa Annæ vtero, non contrahit corruptelam antiquam generis: quid hoc est? Nemo ex viro & femina conceptus à prima culpa immunis: omnes quippe peccauerunt in Adam, & in omnes pertransiit noxa: Sed non, quæ pro omnibus lata lex est. MARIAM comprehendit: excipitur generali diplomat.; & vbi viriatur totum humanum genus, emergit illa purior: Astra non sunt munda in conspectu eius, cuius splendorem Sol, & Luna mirantur: sic, quæ reliquos mortales deformant, sponsæ nostræ pulchritudinem potiùs promouent.

2. Sedebat Elias super verticem Carmeli, & iam propè aderat tempus, vt nubes laxaret ille, qui ad vocem Prophetæ tot annis cohibuit, ne pluerent super terram inimicam: ergo ad puerum suum: *Ascende* (ait Reg 3. cap. 18 vers. 43.) *& prospice contra mare. In septima autem vice: Ecce nubecula* (inquit) *parua quasi vestigium hominis ascendebat de mari.* Proh qualem partum nobis edit mare! quàm dissimilis genitrici soboles! Mare ex grauibus est, deorsum fertur: nubecula ista supera & conuexa petit, tranat aërem, astra penè superuolitat: Oceanus amarus est, potaturis insuauis; lymphas præbet, sed quæ siti non medentur, accrescunt magis: quæ de nubibus veniunt stillæ, iucundi saporis sunt, palatum recreant, arentem consolantur: MARIAM in nubecula, Annæ vterum in mari agnouit Ioannes Hierosolymitanus tractatu de Institutione Monachorum, capit. 32. Anna quippe amara, falsa, & mordicans ab originario contagio: *Anna à prima noxa pondere ima petens, erigi nescia:* 3 Reg. 18. 43.

Ioann. Hier. *licèt autem hæc nubecula* (nempe, Virgo Beata) *esset originaliter eiusdem naturæ cum mari; alterius tamen fuit qualitatis, alteriúsque proprietatis: mare quippe ponderosum est, & amarum; sed nubecula illa leuis fuit, & dulcis:* Hæc magna Virginis gloria, ab aquis esse, & nibil insalubre de salsissimo gurgite trahere: viri, feminæque complexibus concipi, culpa non commaculari: vbi cæteris præcipitium est, MARIA ascendit: vbi super Æthiopes fuscantur, illa candida, & impolluta euadit.

3. Hæc est Virgo sapiens, etiam à primis crepusculis, statim ac concepta rationis vsu donata, quam iam tum intelligentem Pater eius Dauid alloquitur Psalmo 44. *Audi, Filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, &* Psal. 44. 11. *domum patris tui; & concupiscet Rex decorem tuũ.* Quid est, *concupiscet decorem tuum?* id est, in matrem, paritérque sponsam assumet Rex immortalis, & æternus, vnigenitus, nimirum, qui est in sinu Patris: Verùm pro tanta dignatione, animaduerte, quale pretium postulet: *Obliuiscere populum tuum, & domum patris tui.* nempe, populus tuus totus conceptus in ira, & immunditia: graue nanque iugum à prima culpa super filios omnes Adam: cuius contagionis nec populus sanctus Israël, & Deo dilectus, liber: pertransiuit & in domum tuam: nam in Ioachimum, & Annam peruenit originalis transgressio: Tu igitur, vt Sponsa, Genitríxque Verbi fias, detestare mores populi tui, renuncia proauis, dissimilis euade & conciuibus, & cognatis: illi nanque statim atque animati fuerunt, deformes euasêre; incubuit nox atra super eos à pomi noxialis infando morsu: te oportet lucidam prodire, quoniam concupiuit Rex decorem tuum: hoc est *obliuisci populum tuum, & domum patris tui:* diuersè concipi, atque illi concepti sunt. Illa prima animatio tua in splendoribus Sanctorum, circumamicta lumine, tota clarifica: populus tuus, & domus patris tui sedebat tum in tenebris, & in vmbra mortis: alioquin, si non tu talis concipere Mulier amicta Sole, & vestimenta tua candida sicut nix, quomodo speciosus ille præ filiis hominum, atque oleo lætitiæ præ consortibus vnctus, concupisceret decorem tuum; & Matrem, Sponsámque assumeret, iræ filiam, & tanquam vnam de stultis mulieribus? Præclarè Leo Imperator, cognomento Sapiens serm. de Annunciatione: Leo Sapiens Imperator. *Cum adhuc in lumbis paternis contineréris, progenitor tuus clamabat: Audi, Filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui: Audisti verè, ô Filia, commonitionem, & oblita es populi tui, & sortis, & domus paternæ; sortis, videlicet, illius, quam Eua progenitrix toti generi distribuit: infinito illo affectuum, passionum, animi perturbationum cumulo, quasi hæreditario relicto. at nihil horum tu in domum tuam intulisti.*

4. Cantet & nobis aliud Dauid de Filia ex Psalmo 67. Psal. 67. 14. *Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri:* Ex Hebræo plures vertunt, apud Folengium, Foleng. quam etiam lectionem Iansenius non despicit: Iansen. *Si dormiatis inter chytropodes:* & explicant quidem de cacabis, ollisque fuliginosis & atratis: Modò non discussurus sum, an hæc satis apta versio: sequor nunc, quoniam non paucorum est. Atque sanè difficultas loci communis, statim se oculis ingerit: nam mirum positos inter nigricantes tripodas, quorum fuligo nullo negotio inficit, non maculari, non fuscos fieri: at candore excellere non qualicunque, verùm, qui columbarum argentum æmuletur, stupendum prorsus est: auscultemus Guillelmo paruo Guillielm. de Virgine Matre construenti apud Delrium illa cap. 2. Canticorum: *Adiuro vos filiæ Hierusalem, &c. Dormiebat pia Mater inter medios cleros, & erant pennæ eius, pennæ columbæ deargentatæ: Quis mihi dabit alas sicut columbæ huic, & volabo, & requiescam? Quippe non illi datum est, sicut cæteris: sed sic inter omnes participes vanitatis, habeat priuilegium Mater Veritatis; Pennæ eius virtutes eius, quibus subleuatur à terra, licèt originaliter esset ex terra: pennæ eius deargentatæ, id est, mundæ, nihil obscuræ, vel sordidæ admixtionis habentes, cùm dormiret in medio duorum clerorum, id est, sortium:* Sanè MARIAM si vtcunque tersam dixerimus, si nitidam, si super lac, & quidquid albidum est, candidam, non magnum aliquid pronunciauerimus: de Regina quippe cœlorum, & quæ adstat à dextris dilecti in vestitu deaurato: hanc tamen si cogitemus positam in medio, hinc atque hinc circundatam cacabis fuliginosis, & nigricantibus, non atratam prodire, non deturpari vestes, niueas & immaculatas; erit, quod supra modum suspiciamus: Dicam semel: non nasci ex femina, & viro, Adæ posteris; non concipi aluo, cuius integritas læsa, & liberam esse ab originario næuo, felicitas est: sed Annæ, & Ioachimi lumbis prodire, qui à prima noxa super tripodas, & fumosos cacabos nigri, atque inter tenebriones locatam, fulgidam, & micantem esse, cum auri, & argenti nitore certare, iis prodeuntem sedibus, quibus vniuersi decolorantur, vni MARIÆ concessa tanta gloria: Ipsa ergo est, & ipsa sola, quæ inter medios cacabos requiescit; & tamen pennæ eius columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi illius in pallore auri.

5. Sed loquatur nobis Moyses, & concelebret vnà cum Dauidis Lyra MARIÆ priuilegium: is igitur de Noëno loquens cataclysmo cap. 8. Genes. 8. 10. vers. 10. *Expectatis autem vltrà septem diebus aliis, rursum dimisit columbam ex arca: at illa venit ad eum ad vesperam, portans ramum oliuæ, virentibus foliis in ore suo.* Quæro, cuius ætatis hic surculus oleæ? eiúsne, quæ antecessit generale diluuium? At periisset ab aquarum violentia: volutabantur in profundum vrbes muratæ cum turribus suis; cedebat vndis rapidissimis quicquid in rerum naturâ duraturum, & adamantinum videbatur; & staret arbor, non de magnis, & tempestatem pati aptis? Si nos ad subsequentia tempora referamus, quomodo frondescere potuit septem diebus, quibus extra aquam fuerat? Minùs autem credibile est sub aquis germinasse, Denique, vt pepercisset impetus fluminum, quia fragile lignum erat: rapida enim quæque, & ingentium virium, non nisi aduersùs contumacia, & cedere nolentia, virtutem exercent: quo pacto virorem tanto tẽpore sub vorticibus conseruauit, & non à nimia humectatione computruit? Pererius lib. 13. in Genesim, num 84. Pereira. Chrysostomum sequutus, & ex parte Ambrosium, Chrysost. Ambros. putat, oleam hanc ex his arboribus fuisse, quæ cataclysmum præcesserunt: itaque liberatam communi vastatione; sed & nullo vnquam tempore virorem amisisse: Lubet in huius oleæ admiratione defigi, & commorari; Quæ est hæc tam digna, tam beata arbor, quam communis

ruina

ruina non comprehendit: non prostrauit? Quis hic tam eximius surculus, qui viret, & recens est, squalentibus vniuersis, & senium induentibus à longa vndarum continuatione? Sed quæ est hæc olea, stare sola potens, cùm raptaret cuncta torrentis impetus, nisi Mater illa intacta, quasi oliua speciosa in campis? *Nam sicut oleum reliquum liquorem supernatat,* (inquit Halgrinius Cardinalis ad cap. 1. Cantic. loquens de MARIA:) *sic nomen eius, & inuocatio nominis eius, omnium Sanctorum nomina, & inuocationem nominum superexcellit, & superat in efficacia subuentionis, & obtentu diuinæ gratiæ, & Dæmonum fuga.* In hac igitur olea quid potissimum? Quòd viret? Parum hoc: At inter diluuia malorum, cùm validissima quæque superaret tempestatum immanitas, & decorem, venustatémque omnem amitterent iucunda euocta, illæsam mansisse, iouenili flore gaudentem: vbi squalor reliqua occupauit, ibi speciei incrementa accepisse: conceptionem, quæ vniuersos Adæ posteros maculauit, MARIÆ gratiam, & splendorem attulisse: hæc verè sunt *ex Magnis illis, quæ fecit huic Virgini, qui potens est, & sanctum nomen eius.*

Halgrin.

6. Pergamus vlteriùs audire Moysem. Nam, vt virentem ramum conspexit senex mirabilis arcæ gubernator, subiungit textus: *Intellexit ergo Noe, quòd cessassent aquæ super terram.* Quibus placet adiungere Ambrosij velut paraphrasim libro de Noë, & arca. cap. 19. *Vir iustus gauisus est, fructum de veteri semine aliquem reseruatum; & indè collegit misericordia insigne diuina, quod in diluuium remouisset, quæ fructum demonstraret, cui non potuissent nocere diluuia.* Hæreo in illis verbis: *Cui non potuissent nocere diluuia:* Inde collegit, quòd diluuium remouisset. At, quomodo philosophatur ex frondescentis oleæ conspectu? An, quia virebat? Sed olea continuò viret, nunquámque iuuentæ honore spoliatur, Plinio assertore lib. 16. cap 20. Quid, quod viror ille potuit esse ab arbore de nouo producta, vt ibidem sentit Ambrosius? Non igitur satis colligi potuit de stirpibus esse, quæ diluuij vim euasissent? An ideò existimauit aquas absumptas; quoniam ex humilibus & depressis lignis olea est, atque adeò cùm ipsa caput super gurgitem erexit, indicio certo fuisse, vndas imminutas omninò? Ita visum Saliano tom 1. anno mundi 1656. num. 53. Sed Plinius & in collibus prouenire oleam affirmat lib. 17. cap. 20. & non proceriorem arborem in Bætica, eiusdem lib. cap. 12. Ergo dixerimus respexisse Noë ad mysticam oleam, puellam, videlicet, illibati pudoris, & Matrem tamen: Igitur ille vt præsensit decreuisse Deum Virginem formare, quam communis peccati vitus, & aura pestilens non attingeret: *Cui non potuissent nocere* (vt Ambrosij sermone vtar) originalis noxæ *diluuia*: inde collegit pacificata, & quę in cœlo, & quæ in terris sunt: videbat enim in Spiritu, statim ac huiusmodi femina prodiret, quę, cùm ex semine Adæ fuisset, maculam primá non contraxisset, vti reliqua progenies; Dei Filiú aptam se Genitricem inuenisse contemplatum, venturum continuò in terras; egressurúmque à summo cœlo in salutem populi sui: collegit igitur probè, & alto ingenio philosophatus est, consopitas iras veteres diluuium & interitionem cessasse & decantandam deinceps à multitudine militiæ cœlestis, gloriam in excelsis Deo, & in terra pacem hominibus bonæ voluntatis.

Ambros.

Olea semper virens.
Plin.

Salian.
Plin.

Audiamus & Moysem de seipso enarrantem: 7.
Dum itaque pasceret oues Iethro soceri sui, Exod 3. *Videbat, quòd rubus arderet, & non combureretur:* Inuasit cupido mysterij singularis; & dum appropinquaret, clamatum de medio rubi: *Ne appropies huc: solue calceamentum de pedibus tuis: locus enim, in quo stas, terra sancta est.* Disquiro, quamobrem Legislatori imperatum, discalceatum incedere, præsertim cùm non vulgaris ignominiæ genus esset, discoopertis ambulare pedibus? Portenti quippe instar fuit, quòd euangelicus Vates (Isaïæ cap. 20.) calceamenta deponere iussus sit. Erit, vt respondeant, textum ipsum causam innuere, quòd locus, in quo staret, sanctus fuisset, & Orientales in more haberent (vt memorat Lyranus) cùm loca sancta ingrederentur, pedes discooperire: Sed hæc vt vera sint, quamobrem filiis Israël præceptum Exod. cap. 12. num. 11. dum agnum paschalem comederent, vti calceamenta in pedibus perferrent; Vrgeo ista: Non alia sanctitas loci illius, quàm quòd rubum eum sustineret, qui, ob incombustionem, virginei, aut conceptus, aut partus imaginem repræsentaret: Atqui typicus agnus Sacramentorum maximum, Eucharistiam, nempe, adumbrabat: Igitur non minor sanctitudo rubi, quàm agni: vtraque namque in figuris erat: Quamobrem itaque, si ponendorum ratio est calceamentorum, religio, & sanctitas, non etiam in manducando agno idem obseruantur cultus, nempe, vt Hebræi nudipedes appareant. Sanè dum calceos abiicere Moysi imperatur id significatum reor: modò velit particeps esse eius, quem rubus denotabat, arcani, oportere tanta excellere puritate, quanta ipsi immortales Spiritus, hoc est, ab omni næuo liberum esse, siue originales sordes intelligantur, seu personales offensæ mortiferæ, aut veniales: Arbitror ad hæc intentum Origenem homil. vnica in libros Regum, prope medium, ita scribentem: *Sic dicitur ad Moysen: Solue corrigiam calceamenti tui: locus enim, in quo tu stas, terra sancta est. Et quid putamus, quod in his non aliquid mysterij obtectum sit; sed, quia Deus execrabatur calceamenta corporalia, ideo hæc iubebantur? Aut illud magis putandum est, quòd cum exiret de terra Ægypti, habebat calceamenta de pellibus mortuis, & erat velut quadã mortalitate constrictus: cùm verò cœpit proficere ad virtutem, & ascendere ad montem Dei, atque ibi immortalibus ministrare mysterijs, tunc dicitur ad eum, vt indicia mortalitatis abijceret, quæ in calceamentis pelliceis designantur.* Venustè illud: *Vt indicia mortalitatis abijceret:* Nec enim vel notas, & symbola portare, quæ mortem, & corruptelam designent, permittunt; adeò omnia volunt æmula cœlestibus: At, cur hoc potiùs comparatione significatorum per rubum, quàm eorum, quorum figura agnus typicus; Nempe, agnus Eucharistiam adumbrabat: ad hanc si quis cum venialibus accedat noxis, non ideo mensâ absolutè indignus habetur: rubus autem vniendam cum humana natura diuinitatem repræsentabat, vt multis ostendit noster Fernandez visione 6. Comment. 2. sect 4. Pererius in Exod. cap. 3. disp. 5. Ad hoc autem tam sublime opus non sufficit mortifera labe carere, exuenda omnis prorsus culpa; etiam leues & veniales defectus: Quid dixerim de originali labe? Præcipitur itaque Moysi calceamenta, hoc est, omnem corruptelæ, & mortalitatis sensum deponere, & in angeli-

Exod 3. 2.

Lyran.
Orientales ingressuri loca sacra, calceos exuebant.
Isaiæ. 20.

Origen.

Fernand.
Pereira.

eam transire munditiem; non quia loca sancta vtcunque calcaturus esset; sed, quoniam eam terram ingredi oporteret, quæ Incarnationis mysterijs inseruiret: Quibus indicatur, Verbum haudquaquam ab ea femina carnem sumpturum, quæ prima, & communi noxa comprehensa fuisset: non enim aliquod cuiusuis culpæ vestigium suffert tellus, locúsque incarnando Deo destinatus.

8. Verùm, stare non posse hanc expositionem asseras: quippe spatium illud glebæ, quod rubus occupauerat, terra erat spinas & tribulos procreans; de hoc enim genere rubus aculeatus, quemadmodum Philo in Vita Moysis declarat: at verò terra tam malignos fructus producens, maledicta est: sic enim Adæ testatum ab initio: *Maledicta terra in opere tuo*, (Genes. cap. 3. vers. 18.) *spinas, & tribulos germinabit tibi*: Quomodo igitur terra maledicta, & peccati anathemate odiosa, eius esse potuerit symbolum munditiei, quæ omne genus delicti excludat? Respondeo, hoc esse rarum admodum, & prodigij instar, terram spinosam, & maledictioni obnoxiam ferre fructus immaculatos; & descendere ignem, hoc est, Spiritus sancti gratiam, (sic enim explicat Augustinus serm. 86. de tempore) super rubum, cuius spinis repræsentantur delicta: *Putamus* (ait idem Augustinus serm. de rubo, ad finem tom. 10.) *rubum bonum aliquid significare, cùm sit spina*? Ob hoc itaque Moyses visionem magnam appellauit: Verùm, cui reseruata ingentia prodigia, si non MARIÆ? Concepta intra Annæ vterum: locus ille portio erat ex terra maledicta, originali nempe, infecta est Anna contagio: at in primo Marianæ animationis instanti dignatus forsan descendere ignis, Paraclitus cum gratiarum abundantia, quoniam claustra, quibus puellula continebatur, ex senticosis erant, & spinas protulit genitrix ab initio, quemadmodum cætera Adæ progenies? Imò verò descendit cum plenitudine ignis. disce à Bernardo: *Longè verò aliter* MARIA *meruit* (testatur serm. 1. de Natiuitate Virginis) *non velut summatim tangi; sed operiri magis vndique, & circumfundi, & tamquam ipso igne concludi: Candidissimus sanè, & calidissimus huius mulieris amictus: cuius omnia tam excellenter irradiata noscuntur vt nihil in ea, non dico tenebrosum, sed obscurum saltem, vel minùs lucidum, sed ne tepidũ quidem aliquid, aut feruentissimum, vt quantùm sine personali vnione creatura conditio patiatur, luci illi inaccessibili videatur immersa: Meritò quidem admiraris, Moyses sancte, & curiosiùs desideras intueri*. Stat igitur terram spinosam esse, & sanctum germinare: stat, Annam sub Adæ peccato gemere, & MARIAM concipere næui omnis expertem. Quid? Spinæ prohibent? Sed audi ex nostris partibus sacrum Poëtam lib. 2. Operis Paschalis.

Ac velut è spinis mollis rosa surgit acutis,
Nil quod lædat habẽs, matrémque obscurat honore:
Sic Eua de stirpe, sacrà veniente MARIA
Virginis antiqua facinus noua Virgo piaret.

Quæ eadem solutâ oratione iterum repetit Paschalis Operis capite primo: Alios citat Ægidius de Præsentat. lib. 3. pro immunitate MARIÆ, quæst. 4. art. 1. §. 1.

Philo.

Genes. 3.

August.

Ingens prodigium in immaculata Mariæ Conceptione cernit.

Bernard.

SECTIO II.

Non decuisse originario vitio MARIAM *infici, quando in Dei Genitricem eligenda fuerat.*

SEd, quando ab exteris Prouinciis Sponsam accire nobilissimo placuit Dynastæ, quorsum ex Libano? Imò ex Libano quidem: oportebat namque virginem tanto Principi iungendam, ea excellere pulchritudine, quæ næuum omnem repudiaret: sed in Libano talis puella solùm, quæ tota formosa, in qua macula nulla, non inquinamenti vestigium aliquod: O Libani priuilegium! inde assumantur Regum quæ futuræ vxores, puto & quæ matres etiam: Regis certè Genitrix, & Regis, cuius cum Sole, & Luna permanet imperium, MARIA: atque ideo à Libano vocatur: *Veni de Libano, sponsa mea: veni de Libano, veni*. Cantic. cap. 4. vers. 8. Cuius ô sponsa: Equidem Patris sponsa, Filij Mater: Benè de Libano, id est, candidatione, quæ talis: non enim decebat ingnari parentem eligi, nisi quæ dealbata esset, & quidem semper dealbata, & pura: si enim vel ad instans noctem passa fuisset, Matrem Verbum incarnandum non habuisset: Et quomodo non contempsisset immundum aliquando vas? Mittitur vnus de Seraphim, vt purget Esaiæ labia, tulitque forcipem, & de ignibus extraxit calculum, quo mundaretur Vates, Esaiæ cap. 6. vers. 6. Opus & Hieremiæ purificare linguam: *Et misit Dominus manum suum, & tetigit os eius*, Hieremiæ cap. 1. vers. 9. Quare non & forcipe Dominus vsus, aut cur hero famulus delicatior est? Nunquid verebatur, ne accensus carbo tangentis palmam notaret, vstularetúrque? Sed Spiritus erat, qui lædi non poterat à flamma: At percipe: quoniam Hieremias innocens & purus, siquidem puerum se esse dicit, & ex balbutientibus, sanè, vt qui loqui nesciret; talis verò ætas innocua est: Esaias autem de sordibus conqueritur, quas sermocinando contraxerit; polluta enim se habere labia fatebatur: Ergo indignum putauerit Seraphim manu attrectare labia immunda? non quanquam Esaiæ os sit, modò inquinatum: Exploremus quid Adamantius sentiat hom. 1. in Hieremiam *Obserua* (ait) *differentias Hieremiæ, & Esaiæ: Esaias, quoniam confessus est, immunda verba habere se, non extendit Dominus manum suam, neque vnum ex Seraphim manu sua labia eius tetigit: sed forcipe solùm tangens ait: Ecce abstuli iniquitates tuas: Hieremiæ autem, quia sanctificatus erat in vulua, non forceps mittitur, neque de altari carbo incensus: nihil enim habebat igne dignum; sed ipsa manus Domini tetigit eum*: Iam igitur, si de ministris summi Regis vnus indecorum reputat, manum Prophetæ adhibere palato, eò quòd esset immundum, quonam modo arbitrabimur, Verbum, candoris æterni speculum, de ea passibilitatis indumentum sumpturum, quam non ignoraret Dæmonibus subiectam aliquando, filiam iræ ob contractam origineam labem extitisse? Non equidem talem in Matrem vllo pacto elegisset, qui potuit sibi Genitricem creare sine ruga aliqua. 9.

Cantic. 4. 8.

Esaiæ 6. 6.

Hieremiæ c. 1. 9.

Cur forcipe, & non manu, Isaiæ labia Seraphim attrectauerit

Origen.

Fabricauit

10. Fabricauit Deus statim à primordio rerum olympum; sed informem aliquandiu reliquit. Percipiamus à Magno Basilio homil. 2. in Hexameron: *De cælo etiamnum dicere licuerit non admodum dissimilia, quando id ipsum excultum nondum erat, aut perpolitum: necdum enim sic decentem ornatum obtinebat, quippe quod non iam splendescebat radiosissimo Sole, Lunáque circumfusum, at neque stellarum choris, tanquam sertis redimibatur: neque enim dum istiusmodi erant condita: a veritate igitur nihil aberraueris, cælum quoque si dixeris fuisse inconditum:* Sed, quamobrem distulit Creator ætheris & firmamenti ornatum? Singulariter quidem opinatus est Anastasius Sinaïta, propterea factum, vt Hebræi proni ad Phœbum, Dianámque, & reliqua adoranda astra, scientes per Moysem, informem fuisse primam ætheris molitionem, diuinitatem negarent illis: Sic multis anagogicarum contemplationum de Hexamero libro primo: Sed, quam vim habent ista, vt Idololatras terreant? Maximam sanè, pulcherrimam quoque: venustè enim cogitauit Moyses in suspicionem meritò vocari posse eius diuinitatem rei, quæ in sordibus iacuisset aliquando, cuius exordia obscura fuissent: diuina esse nequeat, sed neque diuinitatis apta sedes, quod non perpetuò nitens & indefæcatum extiterit: Benè, quòd cœlum inornatum proponatur: despicient pro Deo colere facilè Israëlitæ, quod norint incomptum fuisse sub initio creationis: quæ enim conuentio diuinitatis, & deformis olympi: Equidem MARIÆ vterus, nedum anima, cœlum. Epiphanius serm. de laudibus MARIÆ: *O vterum cælo ampliorem, qui Deum in te non coarctasti! ô vterum septem cælis sublimiorem, & latiorem:* Dicemúsne igitur, hoc cœlum aliquando impolitum fuisse? Verùm, nónne, si tale quidquam affirmaremus, consequens esset, vt doceremus, nequaquam vterum, nempe, feminæ, cuius anima primæ & communis noxæ crimine polluta fuerit, diuinitatis incarnatæ vehiculum fuisse? Ergo, quò assentiamur, carni de MARIÆ visceribus sumptæ vnitam diuinitatem, asseramus meliorem olympum corporeo hoc, & aspectabili fuisse quòd nimirum, simul ac è fingentis elapsus sit digitis, ornatissimus prodierit, sic vt ruditatem atque infantiam vniuersam ignorauerit: vtique MARIA semper adulta, gratiosa, splendescens, & opus perfecti decoris ab initio formationis.

Basilius.

Anast. Sin.

Eximia ratio propter quam firmamenti ornatum distulerit Creator.

Epiphan.

11. At, quando cœlum rude & impolitum formasse voluptas, cur non etiam & hominem, quem in perfecta ætate creatum, integrum, & suis absolutum numeris Theologorum sententia est? Quamobrem creandarum rerum mutatus ordo: Sanè Deus hominem condens ad Christum ferebatur, eámque in similitudine carnem aptabat, quæ Verbum sub humanis lineamentis occultaret: quanquam igitur formandi præstituto tempore corporis Messiæ imago illa solùm, sed in typo innuere voluit, quod veritas portaret: arbitratus igitur decere, vt caro diuinitati iungenda nesciret vitia rudis & indoctæ ætatis, ab exordio consummatum effinxit: Atque hinc, cùm cætera imperio produxisset, *fiat*, inquiens, & luci & aliis creaturis; lutum, vnde prosiliret Adam, manibus ipse suis composuit, distinxit, sequestrauit: Certè illud Angeli facere nouerant: cur non eis creditum? Equidem summi artifices, cùm discipulos numerant, qui inuentione, & scientia excellunt, exempli causa, pingendi gnarus quispiam, iis committunt vti manum tabulæ admoueant, lineamenta scribant, colores superinducant, ipsi adstant, tantúmque voce de his, illisve admonent, penicillo interim feriante: at si opus, eius ad viuum exprimere effigiem, qui summa in Republica gubernatione potitur; ecce continuò ad operam magister ipse accingitur; & cùm famulorum abundet multitudine, ipse omnia præparare, ipse etiam minora quæque agere; quin & interdicit seuerè discentibus, ne vel tangatur ab eis tabula: Quid est hoc? Ille tam otiosus tota die; & mensibus, & anno, nunc tam sollicitus, tam vigil, tam pertinax in laborando? Sanè ideò quoniam non plebeio alicui, non etiam honesto ciui, sed vel Consuli, vel regia conspicuo auctoritate, pictura aptatur? quamobrem necesse est, iterum, atque iterum prouidere, ne quid sit, non dicam reprehensione dignum, sed quod non summum, atque eximium iudicetur: In hunc morem, quoniam & Deus Adamum plasticans Christi efformabat iconem, eámque pingebat carnem, quæ diuinitati copulanda erat; quasi veritus quodammodo, ne omnia prodirent summa commendatione dignissima; ne Angelis, sanè doctissimis ministris, credidit opus; ipse ducere lineamenta, ipse secernere, ipse conglutinare massam: Facundè Aurelius Prudentius in Apotheosi, titulo, *Aduersus Phantasmaticos*: Prudent.

Tantus amor terræ, tanta est dilectio nostri:
Dignatur propinguis humi comprehendere molle
Diuinus glebam digitus, nec sordida sensit
Hærentis massæ contagia: iusserat, vt lux
Conficeret, facta est, vt iusserat, omnia iussis
Imperante, nouas traxerunt edita formas:
Solus homo emeruit Domini formabile dextra
Os capere, & flabro deitatis, figmine nasci
Decreuerat quoniam (nempe, hoc attentionis tantæ causa) *Christum Deus incorrupto*
Dignum habuit digitis, & ebo ii condere pignus.

Iam itaque argumentabimur: si tanta de carne cura, quæ diuinitati sociaretur, & tum quidem, quando vmbræ solùm efformabantur, nempe, vti proderent vniuersa absolutissima; quid arbitrabimur de nobiliori eius, quæ carnem subministratura erat, parte; nempe, de sacratissima Virginis Beatæ Anima? Credemus passum, vt in sordibus Adæ iaceret infaustè captiua: & dignum Deo iudicabimus, vt tantus sit in polienda carne; spiritus, mentisque ornatum negligat? imò, quæ vel carnis prouidentia est, eam sibi copulare voluisse, quæ menti impuræ, Satanæ mancipio quondam conglutinata extiterit? Docet itaque caro ab initio perfectè creata, cùm typus effingeretur, & spiritum ab exordio cum ornamentis pulcherrimis omnium gratiarum à Deo prosiliisse.

Perfectissimũ hominẽ statim ab initio Deus Creauit, quia formatio hominis typus erat formationis Christi.

Nondum producta integrè creanda, nec quæ formata, suis distincta locis, cùm motæ velut impatiens adest imperfecto operi Spiritus, *& ferebatur super aquas*, Genes. cap. 1 vers. 2. Hebræa indicant, vti communiter adnotant Explanatores, quasi in modum gallinæ incubantis super oua, & calore fouentis, sic Flamen aquis superenatasse: Grande amoris pignus! Siquidem, cùm & Seruator innuere cuperet, quã tenerè dilexisset Ierosolymitanos ciues, à gallina mutuatus exemplum inter volucrum genus: *Ierusalem, Ierusalem* (inquit Matth. cap. 23. vers. 37.) *quoties volui* 12. Genes. 1. Matth. 23.

congregare

congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? Sed, quamobrem præ elementis omnibus aquas depetit Spiritus salutis? Nec miror quidem terræ prælatas ab eo vndas: quoniam, vt Alcuinus monuit: *Terra maledicendum erat, non aquis: quia homo de fructu terræ contra vetitum manducauerat, non de aquis*: Non autem erat conueniens Spiritum elemento insidere, quod aliquo tempore maledictionis feriretur anathemate: Atque hoc in gratiã præsentis instituti apprimè commodum: si enim Flamen elementum detestatur, quoniam maledictioni subiaceret, quomodo Verbum Genitricem admitteret, quæ etiam maledictioni obnoxia fuisset, Adæ maculam contrahens? Sed de aliis duobus elementis disquisitio est, nempe, de igne, atque aëre, quamobrem non & in his deliciatur æquè Flamen, atque fouet, velut gallina pullos suos, dilectionem ita contestans? Sanè contemplabatur in generationes venturas ex omnibus elementis latices aquarum eligendos, qui implacabile odium exercerent aduersùs peccatum originale, quod destruerent etiam in non habentibus arbitrij vsum: delectatus est autem hoc victoriæ genere spiritus ita, vt sine mora in aquarum ruere amplexus decreuerit, & perpetrauit: Huiusmodi aliquid Tertullianus de Baptismo, cap. 4. *Sanctus autem vtrique super sanctum ferebatur, aut ab eo, quod superferebatur, id, quod ferebat, sanctitatem mutuabatur; quoniam subiecta quaque materia, eius, quæ desuper imminet, qualitatem rapiat, necesse est: ita, de sancto sanctificata natura aquarum, & ipsa sanctificare concepit.* Sed applicemus nostræ Reginæ: Miraris, cur hanc puellam præ omnibus virginibus Genitricem habere voluerit Filius: mirare, cur & Spiritus sanctus præ omnibus elementis vnicè dilexit vndas: nempe, dixeris, eò quòd aquæ inter omnia elementa inimicitias proclament aduersùs peccatum originale: itidem & de MARIA, propterea electam, quia sola ex omni pura creatura inimicitias singulares traheret cum serpente; caput eius, nimirum, doli initium ipso animationis puncto fractura, cùm Adæ fugeret contagium: Sed venusta illa Tertulliani particula: *Sanctum autem vtrique super sanctum ferebatur.* Velut significet, Spiritum, qui diuinus esset, sanctam habitationem desiderare; alioquin nec aquis incubaret quidem, si non illæ sanctitudinis datrices; atque ideo & ipsæ sanctæ vocatæ, quoniam mundarent & abluerent: At certè quid Archangelus Virgini denunciauit; *Ideóque* (ait) *& quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.* Luc. cap. 1. vers. 35. Si igitur sanctum, quod MARIA paritura sit: & quando sanctum, non nisi super sanctum fertur, vt docebat Tertullianus; quomodo non sancta MARIA: Sancta quidem ad Filii imitationem, velut antonomasticè: quia perpetuò sancta & impolluta, omni, scilicet, & originali, & actuali labe carens.

Alcuinus. *Quamobrem præ elementis omnibus Spiritus sanctus aquas adamauerit.* Tertull. Luc. 1.

Optabat Verbi descensum Esaias, & inclamabat cap. 45. vers. 8. *Aperiatur terra, & germinet Saluatorem*: Leo Castrensis ex Hebræo transferendum putat, *& germinet* IESVM: bonum quidem germen, sed non à gleba adaperta, certè magis ab horto concluso; neque enim læsum MARIÆ claustrum: Quid est igitur, *aperiatur terra?* Scitè equidem noster Sanchez num. 28. probat vocabulo isto alludi ad vernale tempus: Certè Aprilem, sub quo mense vir adolescit, ab aperiendo nominatum, Fastorum 4. Naso memorat canens:

15. Esaiæ 45. Leo Castr. *Ver, tempus aperitionis dictum.* Sanctius.

Nam, quia ver aperit tunc omnia, densáque cedit
Frigoris asperitas, fœtáque terra patet,
Aprilem memorant, ab aperto tempore dictam,
Quem Venus iniecta vindicat alma manu.

Naso.

Neque ab hoc discedere vsu Hebræorum nomina, quibus menses signant, atque distinguunt, breuiter adnotabimus sequuturo Anteloquio, num. 47. & 95. ergo, quæ Deum genitura sit, femina iubetur vernam imitari iucunditatem: quid hoc est? Scitis ab Eua introductum væ, atque lamentum: illa brumæ horrorem intulit, dum Adam ad peccandum incitauit: Iubetur igitur de Euæ fletibus nihil habere; illis sanè, qui ob noxam instiguntur, eámque indicant; sed totam in lætitia esse: vt vernans mentis alacritas facilè testetur, de culpa non communicasse, quæ sub tristitiis non sit. Sanctius numero 29. eleganter: MARIA *ergo veris nobis speciem, & delicias restituit, quas Eua per fraudem in terras hyeme inducta, quondam abstulerat*: Pingit etiam Augustinus MARIAM veris gratiam serm. 17. in Natali Domini, qui est vigesimus de tempore, quanquam dubito plurimum, vt sit eius stylus: *Expandat nunc fides splendentis veri pulchra tentoria, spiritus sibilet naturali calore depulso, tenuis Virginum aura resonet, & fluente refrigerio spiramentis cœlestibus ventiletur: aluus virginalis sertis verecundiæ coronetur, flammeus ibi rosa fulgor anhelet, albens lilium candicet, mollis viola rutilet, purpurei spargantur flores, & vario nitore depictus Christi thalamus exornetur:* Sed hæc sunt de pariturae vtero, nos mentis indagamus nitelam: Sanè si felix illud æuum durasset, quod statui originalis iustitiæ promittebatur, omnia anni tempora perpetuam veris serenitatem repræsentarent, cui non insipienter aliqui Latini Vatis metrum accommodant ex secundo Georgicorum:

Mentis alacritas secura & innocentis conscientiæ indicium. August.

Non alios prima crescentis origine mundi
Illuxisse dies, aliúmve habuisse tenorem
Crediderim: ver illud erat, ver magnus agebat
Orbis, & hybernis parcebant flatibus Euri.

Virgil.

Ergo redintegrari tempora illa, & iterum redire ver, postulatur à Vate, vt Saluator exeat in lucem: quid est autem illa voluere iterum tempora, nisi eam, quæ Deum aluo adinstura sit, feminam, & carnem illi subministratura ad eum redire statum, à quo prima mulier excidit? id est, vt in iustitia creata sit, & peccatum nescierit originale? Hoc si contingat, tum demum apta erit terra, quæ producat Saluatorem sæculorum, & iustum Domini.

Angelicæ legationis historiam sic exorditur 14.
Lucas cap. 1. v. 27. *Missus est Angelus Gabriel ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph.* Vt quid opus fuerat huius desponsationis meminisse? Nempe, vt intelligeremus, propterea destinatum Nuncium, vt Iosepho eam, quæ desponsata fuerat, præriperet, & meliori traderet viro: Nouum planè dictum, nisi assertorem haberet Chrysologum serm. 140. Audi, quonam more declaret peregrinam thesim: *Peruolat* (inquit) *ad sponsam festinus Interpres, vt à Dei sponsa humana desponsationis arceat, & suspendat affectum: neque auferat à Ioseph Virginem; sed reddat Christo, cui est in vtero pignorata, cùm fieret: Christus ergo suam sponsam recipit, non præripit alienã; nec separationem facit, quando suam sibi totam iungit in vno corpore creaturam:* Equidem ementiuntur

Luc. 1. Chrysol.

vsus est, antequàm integrum rei possidendæ soluat pretium, quasi pignoris loco, pecuniæ summam aliquam dare simul ac conuentum & quanquam apud veterem dominum res, quæcunque illa sit, perseueret, donec argentei numerentur omnes, de quibus pactum; tamen iam non licet deinceps alteri cuiquam vendere: quòd si quisquam occupet, ab eo repetere valebit ille, qui pignoris vice nummos apud emptorem reliquit: Deus igitur, *cùm fieret* MARIA, in ipso creationis instanti præuenit vniuersos emptores: & quoniam optabat sponsam Filio, etiam & Matrem, antequàm dotem persolueret iustam, & tali dignam coniuge, pignoris vice quædam ex abundantissimis thesauris deprompsit: Quamobrem, cùm in hoc agendo Iosephum anticipasset, repetit, quæ iure venditionis ad ipsum pertineant; sic tamen vendicat, vt & relinquat etiam, & hoc illud Chrysologi: *Christus ergo suam sponsam recipit, non præripit alienam*: At in hoc discutiu, illud mouet speciatim: *Cui est in vtero pignorata, cùm fieret.* Quamobrem in ipso *fieri*, & produci Virginis? nempe, Pater æternus sollicitus de puella, quam Filij & vxorem, & Genitricem nominaret, vidit hanc Virginem exemptam esse pacto cum Adamo inito, scilicet, maculandam fore omnem eius progeniem, si transgrederetur positam legem de non probando vetitæ arboris fructu: quare istud contemplatus, continuò vendicauit suis vsibus, pignus obtulit, quo stabilis esset emptio; hoc est igitur pignoratam esse MARIAM in vtero, cùm fieret: O felix Virgo, pro qua comparanda sic vigilat Trinitas beata! ô certè absque peccato originali! non enim sic properaret ad emendum Omnipotens, si, cùm fieres, squaleres sordibus primæ noxæ. O sacrum mercaturæ genus, & ter inuidendum! & lætor, & doleo, Regina admirabilis: gaudeo pro te, pro me contristor: nam, vt aliquid haberem, pauperculus & miser, quo emi possis, superexaltabit diues emptor Deus Pater: quis poterit stare in conspectu eius? Sed habeat quidem, ipse dignus possidere; quoniam, cùm tenuerit, non dimittet amplius sicut nos, qui citò fastidimus, citò tepescimus.

Maria ab originali labe immunitas fuit velut pignus quo sibi eam Deus specialiter reseruauit.

15. Moriebatur Iacob in terra Ægypti, & dilectissimum filium Ioseph discedens adiurauit, vt defuncti cadauer transferret in Chanaan; quamobrem & Ioseph integrum illud, aromatibus, nimirum. præseruatum, multa cum pompa in Palæstinam detulit, Genes. cap. 50. vers. 7. At verò ipse Ioseph, quæ mandata fratribus dederat: *Deus* (ait) *visitabit vos: asportate ossa mea vobiscum de loco isto.* cap eodem, vers. 24. Quamobrem non & carnem, & pelliculam quoque, vnguentis contra putredinis violentiam præmunita? Cur aliquid sui apud Ægyptios perstare sustineat Ioseph, aut cur non aliquid sui Iacob? Auctor de mirabilibus sacræ Scripturæ, lib. 1. cap. 15. causam autumat, quòd Ioseph alienigenæ feminæ matrimonio coniunctus sit, nempe, Asteneæ Putipharis Sacerdotis Heliopoleos filiæ: Iacob autem externo sanguine non fuerat mixtus: Verùm ego altiori consilio factum putem; nempe, erat illa regio impiorum hominum, terra plane maledicta: nam pessimi erant Ægyptij: nolebat igitur sanctus Patriarcha, ne tantillum sui requiescere apud semen iniquum: illam, illam desiderabat terram, in qua nato Seruatore, obuiarent sibi iustitia & pax; terram, quæ daret benignitatem suam: Sed, quorsum non idipsum concupiuit Ioseph genitoris ad exemplum? Deo equidem permittente: nam certè ex Iacob per Iudam descensurus erat Messias, cuius inter tritauos ille numeraretur, non sic Ioseph; neque enim eius ex linea descendit Christus, quando nec sacerdotium, nec regnum obtinuit: Quoniam ergo de Christi progenitoribus Iacob, oportebat, vt integrè maledictam terram fugeret: quoniam si maledictum amasset, quasi opus esset Euangelistarum fide, vt crederemus, eius ex semine Christum prognatum: Scio non esse stabilia hæc secundùm historiam: sed nunc laxa est disputatio mystica.

Gen. 50.

Auctor de mirab. sacræ Scripturæ.

O Virgo Beata, gratias ago Filio tuo immortales, quoniam dies venerunt, in quibus nemo mussitare audeat, te conceptam originario cum næuo: Proh! quot amici tui clamarunt in cœlum, vt diem istum viderent, gemitibus inenarrabilibus, & non potuerunt videre! Vidit seruulus tuus iste; vidit sanè, atque gauisus est plurimùm: At cuius tam ferreum pectus, quod non emollietur toto conspirante Orbe, pro tuæ mentis integritate? nam de corpore, nemo Orthodoxorum vnquam dubitauit: Certè quis tam pertinax, atque Hebræus vir, qui nondum venisse Messiam credit? Sed tamen & de hoc silicibus duriori pollicetur Apostolus Romanorum c. 11. vers. 26. *Quoniam cùm plenitudo Gentium intrauerit, tunc omnis Israel saluus fiet*: Quem in locum Anselmi Commentarius: *Terminus* (inquit) *cæcitatis Israel erit, vbi plenaria multitudo ex omnibus Gentibus ingressa fuerit: quia tunc Iudæi, qui inuenti fuerint, credent, & lumen oculorum mentis recipient ad prædicationem Eliæ, & Henoch*: Ac quamuis multi celebres Interpretes ex veteribus, nouisque, non omnes Israëlitas salutem consequuturos existiment, vt qui futuri de præcipuis Antichristi instrumentis; tamen S. Aquinas in ea sententia est, vt neminem excludat, quem Caietanus, & Dominicus Sotus sequuti: *Omnis Israel saluus fiet; id est,* (inquit Angelicus Præceptor ad nominata Paul. verba) *non particulariter aliqui saluabuntur Iudæi, sicut modo; sed vniuersaliter omnes*: Quid est autem intrare plenitudinem Gentium, nisi Euangelium vbique Gentium disseminari, cui nationes colla subdiderint? Consule Patrem Suarez tom. 2. in 3 partem disp. 56. sect. 1. Riberam in cap 4 Michææ: Maluendam lib. 3. de Antichristo, cap. 32. 16.

MARIA immacula a conceptione hodierna ætate non acquiescere, maximam animi duritiem innuit.

Rom 11.

Anselm.

S. Thom. Caiet. Sotus.

Suarez. Ribera. Maluend.

Igitur certè tum, postquàm omnis natio, & lingua, & populus confessus fuerit, quoniam Christus est ad dexteram Dei sedens, & quia præter IESV nomen, aliud non est, in quo saluemur; pudebit Israël non eam recepisse doctrinam, quam omnes terrarum plagæ admiserunt, & barbarus, & cultus quisque amplexus est: O vos, filiæ inclytæ Sion spiritalis, quibus neque cæcitas incubat, neque liuor erga sponsam, quid moramini totam pulchram, & sine ruga & macula, vel aliquo huiusmodi, siue originali, seu actuali deprædicare? Expectatis, vt subintret nationum plenitudo, & in fines orbis exeat sonus iste? Ecce iam Gentes audierunt vocem, quæ ad extremum terræ protenduntur, Gangis habitator, & Americæ incola, & qui Sinam occupant, & Iapones, & Æthiopum populi; omnes Virginem hanc Beatissimam dixêre, singulariter à Deo præelectam, & seruatam, ne communi primæ noxæ contagio inficeretur: Adiungete tantis MARIÆ immunitatem 17.

Maria immunitas ab vniuerso penè orbe iam agnita & recepta.

tem vociferantibus; adiungere, vt sit gaudium plenum in Ecclesia Sanctorum: alioquin time, ne quis subiratus ex Bernard. epist. 126. sugillet, animaduertens mundo resistentem: *Et tamen adhuc isti, nescio qua contentiosa importunitate, & importuna contentione reclamant: vocant in causam orbem: & cùm sua paucitate Vniuersitatem flagitant iudicari.*

Bernard.

Sectio III.

A virtute sola diuitiæ, & splendor, & vera nobilitas.

18. NVLLÆ in sponsæ nostræ atriis auorum, qui aut Consules, aut Senatores terræ, fumosæ, & attritæ imagines: nulla in vestibulo pendebant de hostibus erepta trophæa: non pensiles horti in fastigiis turrium: non aromatum domus, non laquearia ex Africanæ belluæ dentibus, non crustati parietes, non vermiculatum pauimentum: aberant muliebris mundi infinita illa pondera, quæ enumerat comptioris styli Vates; *lunula, & torques*, (Isaïæ cap. 3. vers. 19.) *& monilia, & armilla, & mitra, & discriminalia, & periscelides, & muranula & olfactoriola.* His omnibus destitutam præsidiis, & summè egentem adamauit impensè sponsus, & *exquisiuit à iuuentute sua: sobrietatem enim, & prudentiam contemplatus in ea, & iustitiam,* (Sapientiæ c. 8. vers. 7.) *& virtutem, quibus vtilius nihil est in vita hominibus: habiturus propter hoc claritatem apud Seniores iuuenis, & in conspectu potentum admirabilis futurus.* Rectè, *apud Seniores:* apud ipsos enim morantur consilium & sapientia: quis autem sapiens, & integræ mentis non hunc adolescentem supra astra extollat, cùm videret, posthabitis patriæ virginibus, ad quas confluxerant glomeratim stemmatis honor, gazæ immensæ, iugera terrarum prouincias æquatura, quicquid in fortunæ bonis venustum; voluisse maritari peregrinæ, incogniti nominis, in sordibus educatæ puellæ, quoniam virtus exibat de illa, & animo excellebat impolluto, à peccatoribus segregato, superis proximo? ratus eam demum veram nobilitatem, non quam vulgus falsis opinionibus commendat; sed qua homo, per iustitiæ imitationem ad Deum propior accedit, auctorémque magis refert, cuius quantò fuerit expressior imago in creatura, tantò illa sublimior, & supra creata reliqua nobilis, & ingenua.

Sponsa virtutes, non diuitias contemplatus Sponsus, ipsā adamauit.

Isaiæ 3.

Sap. 8.

19. Quanta maiestas Salomónici templi? quæ dignitas operis? quis Ministrorum splendor? quæ vasorum opulentia? quanta victimarum multitudo? Super hæc omnia Deo vero dicata Basilica. Quidquámne tali mole nobilius? Cur Deus permisit, Romani vt diruerent, & ciuitatem quoque sanctam, vrbem perfecti decoris, gaudium vniuersæ terræ conculcarent ita, vt non relinquerent lapidem super lapidem, & vtrunque in pomorum custodiam conuerterent? Vbi sunt miracula illa antiqua, Domine, quæ operatus es coram Patribus eorum: cur cessant modò? Vbi zelus domus tuæ, qui comedat te? Tres pueros de fornace ignis liberasti, & de manu Regis iniqui, & non liberabis templum tuum, in quo habitasti? Dicet quispiam, forsan tunc non extitisse nisi reliquias aliquas Salomonici delubri, & templum de nouo ab Herode constructum veteri ædificio gloria & sumptibus impar fuisse: Atqui, Basilicam illam, quæ Christi, & Apostolorum temporibus extitit, & quam ad priscam fabricam Herodes adiunxit, splendore, & opibus vicisse Salomonis opera sacra, qui velit intelligere, legat Riberam ad cap. 2. Aggæi, à num. 46. Placet igitur Ruperti cogitatio lib. 6. de victoria Verbi Dei, cap. 25. meditatur enim ille, cùm Romani obsidione premerent Hierosolymitanos, templum illud nihil solidi cultus, & intemeratæ religionis habuisse: nam legalia à Christi morte cessarunt; atque, vt antiquam obtinerent vim, sacrorum Ministri de nulla re minùs solliciti, quàm de rituum Mosaicorum obseruantia syncera & absque fuco: Templum itaque tunc si defendisset Deus, videretur in pretio habere, quæ filij huius sæculi tantoperè æstimant, opes, nobilitatem, famam, externam gloriam; nam, quæ tunc in templo amaret Numen, hæc tantùm erant: de virtute enim, & iustitia, nulla remanebat portio: Vt igitur significaret Deus, apud se, probitatisque cultores, forinseca hæc, quæ nationes adorant, non esse in honore; virtutem solam nobilem & locupletem apud eum haberi; permittit ab hostili manu profanari, dirui, expoliari, quoniam religione & cultu vacuum, nihil continebat coram Deo ingens: nam aurum marmora multifaria, Leuitarum numerositas, holocaustomata, byssinæ, & purpureæ Sacerdotum stolæ gemmis intextæ, operis & ingenium & venustas, absente pietate & iustitia, velut peripsema reputat magnus ille, certúsque rerum æstimator: *Planè poterat defendisse* (ait Rupertus loco iam allegato:) *sed erudiendus erat mundus, vt sciret, quod Deus excelsus non pulchris lapidibus, aureisve parietibus templo delectatur; sed fidei claritate, & mundis cordibus, & ille est ei optabilis locus.*

Templum ab Herode constructum, quàm augustum!

Ribera.

Rupert.

Deus mundi pompam, quàm nihili faciat!

Mirum illud; Dauidem, despecto Adonia, diadema & regnum in Salomonem transtulisse. Debebatur honor ille inter multa præterea decoramenta, & singularis priuilegij notas primogenitis: Disputat latè Abulensis ad cap. 25. Gen. quæst. 6. cum Pereira ad prophetiam 13. cap. 49. Gen. num. 14 at maior natu erat Adonias, & defunctis fratribus, qui priùs in lucem prodierant, primogenitus euasit: vnde & ipse Reg. 3. cap. 2. vers. 15. ad Bethsabeam: *Tu*, inquit, *nosti, quia meum erat regnum*: Asseras, non à Dauide, sed Numinis cœlestis significatione delatum Salomoni regnum: nam eodem loco Adonias: *Sed translatum est regnum, & factum est fratris mei: à Domino enim constitutum est ei:* Verùm, vt hæc concedamus, premunt eadem difficilia: Nam Deus rerum naturis se accommodat; quas si aliquando prætergrediatur, pro portento habeatur; quia contra naturam, aut quoad modum, aut quoad substantiam (vt loquuntur Scholæ) agit: Atqui natura ipsa docere videbatur, deferendos præcipuos honores primùm in lucem editis: certè Gentes vniuersæ ferè naturæ velut magisterium sequutæ, in primis quæ cultiores erant prouinciæ, & synderesi patebant magis, perpetuo vsu id sequutæ: Hanc igitur communem Gentium, & nationum doctrinam, quamobrem comparatione Iudaici scepti, & potestatis Deus inuertere voluit? Equidem apud Deum, virósque secundùm cor Dei, qualis erat Dauid, cætera sordent, si absit prudentia, si magnanimitas, si religio, cæteræque 20.

Cùm Regnandi gloria deberetur primogenitis, cur Salomon Adonia prælatus fiet

Abul.

Pereira.

3 Reg. 2.

cæterique iustitiæ comites: Erat Adonias maior natu, primus inter fratres, Rege satus: rapiebant hæc vulgi oculos, & sententias; & imperij successorem faciebat calculis suis multitudo: *Et me* (ait ipse) *præposuerat omnis Israel sibi in Regem:* Ar non hæ apud Numen aptæ dotes gubernaturo: quare, quoniam contemplabatur Salomonem, etsi minorem natiuitate, iis carentem vitiis, quibus abundabat Adonias, ambitione, scilicet, incredibili, contentione, fastu? transtulit in iuniorem, purpuram, & regiæ dignitatis insignia: arbitratus in Rege spectandum præcipuè, non quàm diues sit, quantos numeret Cæsares inter proauos; sed quàm moderatus, quàm sapiens, quàm ad res arduas gerendas promptus: Non omittamus Lyrensis considerationem ad cap. 48. Genes. *Quia propter maiorem ætatem non est aliquis ponendus in regimine sæculari, vel ecclesiastico, nisi conditiones aliæ ad regendum requisita concomitentur: hoc etiam modo Dauid Salomonem Regem instituit, reprobata Adoniæ institutione, 3. Regum cap. 1. eo quòd Salomon sapientior erat:* Quam in normam loquuntur etiam cum elegantia Pineda lib. 2. de rebus Salomonis. cap. 1. num 5. Salianus tom. 3. ad annum mundi 1089. num. 12.

Virtus sola imperio digna.

Lyrensis.

Pineda.
Salian.

21.
Genes. 48.

Dabunt hæc facem verbis Genes. c. 48. Nam Ioseph cùm duos filios, Manassen, & Ephraim, attulisset benedicendos vtique à Iacob nepotes, posuit Ephraim ad dexteram suam, id est, ad sinistram Israël: Manassen verò in sinistra sua, ad dexteram, scilicet patris, applicuitque ambos ad eum: *Sic enim posuerat eos Ioseph,* (ait Lyra,) *volens, quòd Manasses, qui erat primogenitus, esset sub manu dextera Iacob, tanquam principalis in illa benedictione:* Quid verò accidit? cui potissimam benedictionem impendit senex? Sanè cancellatis brachiis, & transuersim actis fefellit & spem, & desiderium Ioseph: commutans nanque manus, dexteram posuit super caput Ephraim iunioris fratris; sinistram autem super caput Manasses qui maior natu erat: Doluit Ioseph, tulitque vehementiùs: intellexit nanque prælatum in donis & gloria Ephraim germano natu maximo: nec distulit significare oraculum Iacob: *Et iste quidem erit in populos, & multiplicabitur: sed frater eius iunior maior illo erit, & semen illius crescet in gentes:* Videamus præpositum seniori iuniorem fratrem, quantumcunque genitor nisus fuerit in aduersum; quæ causæ singularis differentiæ? quid commisit Manasses? quæ egregia facinora Ephraim in eum diem Ambrosio adhæreo qui anteriori fratre Manasse adumbratum putauit semen reprobum & maledictum; adolescentiori germano repræsétatos sanctos & electos Dei filios: Eius verba sunt serm. 14. in Psalm. 118. ad illud: *Voluntaria oris mei beneplacita, &c. Sed frater iunior maior illo erit. In quo maior? In eo vtique, quia semen eius multitudo Gentium sit, quæ in hoc sæculo laborem elegit, credens in Dominũ* IESVM, *vt consolationem haberet futurorum: Manasses semen est populus obliuionis, qui proprium oblitus auctorẽ, exaltatus ad tempus in hoc sæculo, est daturus in reliquum pœnas graues, qui Deum suum, & Dominum denegauit.* Quæ sic explano. Reprobi figurati per Manassen cupiebant potiora loca, digniorésque sedes occupare. Sed, quibus freti meritis? Nobilitate, robore, diuitiis: nam præter hæc non aliud apud eos, quàm sentina malorum, quàm iniustitia, & delictum: Non sustinuit Numen superbos ausus: excitauit senilem Iacob spiritum,

Lyra.

Ambros.

& iuniori deferenda præstantiora decreuit, quem virtutum chorus ambiebat: Itáne arbitrabantur scelerati à viro sancto congerenda meliora in malitiam, & iniquitatem? aut Deum non flocci facere auorum gloriam, corporis speciem, boues eorum crassos, promptuaria eructantia ex hoc in illud, absente æquitate? Discant stulti & infelices damno suo, virtutem solam, bonósque mores apud Deum pretiosa esse: O vos omnes, quorum est primos accubitus distribuere, siue in Ecclesia, & claustris, siue apud sæculum; attendite ad exemplar magnum Iacob Patriarchæ, & discite iudicium, & æquitatem. Ecce filij obliuionis, Luciferi progenies, intentant conscendere latera Aquilonis, sedere ad dexteram in monte Testamenti, esse priores in donis, maiores in imperio. Non est vestrùm dare talibus: sinite filios obliuionis, qui foderunt pecuniam Domini, & absconderunt talentum, latere in angulo: ponite super candelabrum semen fertilitatis, filios, nempe, Ephraim; ipsi enim dabunt fructum centesimum benedixit nanque Dominus coronæ anni illorum, & ideò campi vestri replebuntur vbertate: Sed prosequamur institutum sermonem, & Matthæi lares vnà cum Seruatore intremus.

Officia speciosa bonis danda.

Ingressus igitur Christus ædes Matthæi, ex Publicano iam discipuli, *Factum est* (ait Marcus c. 2. v. 15.) *cùm accumberet in domo illius, multi publicani, & peccatores simul discumbebãt cum* IESV: *erant enim multi, qui & sequebantur eum:* Sed non in his nobis mysterium: verùm in explanatione horum verborum Victoris Antiocheni: sic enim mediatur: *At is, qui illum in discipulorum numerum cooptauerat, nihil prorsus cunctatus, aut veritus, statim in domum illius ingreditur: in qua præter vnam patrisfamilias pœnitentiam nihil prorsus boni comperit: neque ob id tamen succenset, aut quod acciderat, probrosè obiectat; verùm vnà cum cæteris comedit, & bibit, neque oblatam interim benefaciendi occasionem negligit:* In qua Victoris sententia peregrinus, & difficilis illorum verborum sensus: *Domum illius ingreditur, in qua præter vnam patrisfamilias pœnitentiam, nihil prorsus boni comperit* Interrogo enim Victorem, an non fuerint illæ ædes hominis admodum locupletis, atque potentis? Non puto, negauerit, quando constat fuisse Publicani, quod genus hominum substantia, & diuitiis abundasse nemò denegat: Hoc sufficiat nobis: nã sanè in hominis locupletis tecta, conuenientibus præsertim tot conuiuis, paratam opiparã mensam, citra quæstionẽ est: Portò, cùm triclinium sternebatur epulaturis, produci solita in apricum, & publici iuris fieri quicquid in supellectile pretiosum, & exquisitum erat; itaque & mensæ, & abacus, & lecti, & aulæa & vniuersa erant ad ostentationem composita: Iam itaque patet difficultas; Quocunque oculos verteret Christus, non poterant non rara quædã & exquisita obijci: si dapes intuebatur, videbat selectas, aëris, nemorum, oceani: si conuiuas, aspiciebat discumbentes in vestitu deaurato, purpura quoque & byssus indumentum eorum: Iam quid refert vnguenta descripsisse? quid vina epulantibus antiquiora? quid testudineos, & eburneos thalamos? quid laquearia ex odorata arbore? Tot igitur, tam superba, ingentia cum intueretur Christus, quo pacto dixerit Victor, nihil *boni* comperisse præter vnius patrisfamiliàs pœnitentiam? Probè loquutus: nam ea omnia, quæ enumera-

22.
Marc. 2.

Vict. Ant.

Bona mundi ante oculos Dei vilescũt. nimus, Christo Iudice, bona non erant: siue quòd tantum apparatum Matthæus rapinis, fraude, malis artibus conquisierat; sic autem coaceruata Christus boni titulis afficere non possit: siue, vt concedamus sine violentia, aut technis comparata; sed ornamenta erant extrinseca, quæ possessores ex se rectos, probósque non faciunt: Quid itaque nobile in oculis Christi, quid bonum & pulchrescens? Sola virtus, & æquitas: Venustè ergo præter iustitiam pænitentis aliud præterea boni nihil contemplatum Redemptorem in domo Matthæi asseruit Victor, cùm tamen vndique cerneret collucere aurum, argentum, purpuram.

23. Sed alia Marci verba expendamus, adiutore eodem Antiocheno Victore: nam docente IESV populos viam salutis, delatum ad eum nuncium; Matrem & Fratres expectare foras: atque ipse, Marc 3. tanquam indignantis similis, *Quæ est* (ait Marc. cap. 3. vers. 33.) *Mater mea, & fratres mei?* Cur Dominus Genetricem, & cognatos nolit agnoscere? an, quia pauperes? (nam, quæ possit esse altera occasio?) Pater, de fabrorum catalogo; quæ peperit, lanificio viuens; consanguinei, Zebedæus, & filij eius, piscatores? Sicne decet euangelicum præconem, qui proclamat à loco alto ad mortales: *Beati pauperes, quoniam ipsorum est regnum cælorum*; erubescere, vereri, ne cognoscantur parentes, & coniuncti, siue affinitate, siue sanguine; quoniam nemo illorum est de Consulibus, aut Dynastis? Absit à Seruatore talis cogitatio, qui gloriæ, dum nasceretur, stabulum elegit; ignominiæ, & passioni, locum confertæ multitudinis, metropolim designauit: qui sic vixit, vt non haberet, vbi caput reclinaret. Non itaque pauperes despexit cognatos; Ioan. 7. Quid igitur eum offendit? Habes sanè Ioannis cap. 7. vers. 5. Inter rebelles, & incredulos numerat: s Christi fratres erant ex his, qui veritati obsecundare renuebant: *Neque enim fratres eius* Marc. 3. (ait) *credebant in eum*: Habes hoc eodem Marci cap. 3. velut insanum, & cerebro vacuum computatum ab illis: *Et cum audissent sui* (vers. 21.) *exierunt tenere eum: dicebant enim; quoniam in* Virtutẽ soli Christi cognatis: *furorem versus est*: Ergo cognationem fide, & iustitia carentem repudiauit: erant quidem consanguinei ea nobilissimo stipite, nempe, de domo David: quid tum? quasi dicat: Nemo mihi obtendat generis canitiem, & deducta stemmata à secundo Iudæorum Monarcha per tot sceptra: non hac ego glorior prosapia: flocci facio: qui fecerit voluntatem Dei; hic frater, & soror Vict. Ant. mea, & mater est. Nunc transcribamus Victoris commentum: *Sed & alia quoque data responsionis ratio reddi potest* (ait) *Nam, vt ex Ioanne discimus, fratres illius nec dum in illum credebant: quare etiam, vt paulò antè ex Marco audiuimus, conati sunt illum aliquando comprehendere, vinculisque tanquam mente captum, & furiosum constringere: quia ergo nonnulli, saltem ex illis, eius mentis erant; mirum videri non debet, si Dominus non magnam aliquam illorum, tanquam cognatorum, rationem habendam putarit.*

24. At, vt fuerit culpa quorundam cognatorum, qui restiterint signis, & prædicationi, & parere nolebant veritati; quid Genitrix peccauerat, quæ perfectissimè credidit; quæ semper integerrimè obtemperauit? Forrasse parum refert è tali Genitrice ortum esse, quæ illæsa virginitate peperit? Sed quæ par gloria? Quisquámne vnquam mortalium tanti honoris particeps? Non hoc prodigium inauditum à generationibus antiquis? Christus igitur tanta contempserit; nihil fecerit, quando pronunciat, *Quæ est Mater mea?* Fateor quidem Christi ortum ex vtero impolluto, & virilis congressus inscio, magnum esse, si quid aliud, & supra natales omnium hominum: nam de hac genitura illud etiam: *Generationem eius quis enarrabit?* At, si per impossibile, quæ sic enixa est, mente intemerata non fuisset: denominationem geniti ex Virgine non sancta Christus nullo in pretio habuisset, apud quem seclusa iustitia & virtutibus cætera iacent sine honore; Puto significare id Ambrosij discussum Ambros. ad cap. 8 Lucæ, lib 6. *Nec iniuriosè refutantur parentes* (inquit) *sed religiosiores copulæ mentium docentur esse quam corporum.*

Hinc enodare conabimur, quod sacram Histo- 25.
riam cum profanis conferentibus nobis, insuetum apparuit: nam Historici gentium his, qui aut in Olympicis, aut in Academicis, aut in naualiterrestriue pugna excelluère, Magni cognomenta tribuunt; sacra narratio ab his abstinet Regula: Magni titulus in Scripturis nõ consueuit nisi Sanctis tribui. titulis, cùm tamen illa referat, quæ nationum facinora longè superent: Dices, Sanctis quibusdam, & Deo charis tribuere: verùm hinc orta quæstio: quamobrem non magnos nominet alios quoque vitiis seruientes: nam, quòd profana Chronica multos eo honoris vocabulo afficiat; non sanctitudo occasio fuit; sed gestorum gloria, siue inter Palladis, siue inter Bellonæ artes: quare igitur non magnus à diuitiis quispiam in Scripturis, alius ab ingenio, alter à robore? Sanè, si quempiam Deus Magnum scriberet ab auri, argentique congestis aceruis; si à victis prouinciis, & domitis Barbarorum viribus; si à reliquis fortunæ donis; indicaret, hæc apud se ingentia esse: non enim quis Magnum appellauerit alterum ob ea quæ reputat inania, & contemnenda: quò igitur intelligamus, nihil coram Numine magnum præter vnam sanctitudinem, præter sobrietatem, modestiam, cæteràsque charites, ideò singulariter Scriptoribus canonicis insinuauit, neminem vt magnum nominarent, nisi de Sanctorũ Origen. cohorte: Animaduertit Origenes homil. 12. in Leuiticum: *Aut ostende mihi in Scripturis,* (ait) *vbi aliquis peccator, aut parui meriti Magnus appellatus sit? Nusquam, vt opinor, inuenies. Audi verò qui sunt, qui Magni appellantur: De Isaac dicitur: quia proficiebat valdè, vsquequò factus est Magnus valdè. Moyses Magnus dictus est; & Ioannes Baptista, Magnus dictus est: nunc autem* IESVS *Magnus dictus est: quomodo ergo Magnus est sub peccato positus? Meus autem Sacerdos Magnus* IESVS, *Ideo magnus est, quia peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius*: Sponsus igitur agrestem puellam, quia virtutibus condecorabatur, satis magnam iudicauit: nec thalamo suo indignam consortem, quæ vera nobilitate, veris afflueret opibus tantis, nempe, animi dotibus.

SECTIO IV.

Gloriosa aggressuris nulli imminent sæuiores inimici domesticis, & parentibus.

RARVM in Principe exemplum aggressurus 26.
sponsus; & quod omnis posteritas summè admiraretur

admiraretur, nempe, coniugem quæsiturus, non quam aurum, & margaritæ, & auorum longa series, & iugera terrarum commendarent solùm; sed, quæ pudica esset, quæ marito obtemperans, quæ ad omnem grauitatem composita; non ab aliis mortalibus acriorem pugnam sustinuit, quàm à consanguineis, & domesticis: ex his filiæ illæ Hierusalem, quæ puellam vellicabant, tùm nigram pronunciarent: quo vocabulo non vnam faciei labem indicabant, quæ nulla erat in virgine tota pulchra, & absque macula; sed significabant viles ortus ex plebeia genitrice, inter pastorum humiles casas, sordidum vitæ genus; siue, dum hœdos regeret post greges sodalium; siue, dum pro vineis vigilaret: Erat hæc persecutionis vafræ, pariter & crudelis quædam forma: traducebatur nanque virtus nominibus vitij, & quod ex honestate erat, ex delicto esse asserebant? Nam, quid excelsius, contempsisse diuitias, nobilitatem, amicitiam Optimatum; his antepofuisse vxorem probam, modestiæ specimen, pudicitiæ censum? Sed hoc ipsum nunquam pro dignitate laudatum facinus domestici aliis tingebant coloribus: affirmabant nanque dedecere masculos spiritus ad tam vilia descendere, leuitatem animi, mentísque inconsideratæ temeritatem sæpè appellabant, accusabant immaturos iuuenis annos, & stare oportere contendebant seniorum consiliis, præsertim domesticorum & parentum, quorum erat illa communis causa; ô nunquam non armatos aduersùs grandia consanguineos. O germanitatem magnarum cogitationum nouercam! Vtinam ad Abraham gentis originem attendisset Princeps iste! fortasse inconsultis domesticis & cognatis connubiale fœdus concelebrasset. Sed quid Abraham?

Sponsa appellatur nigra propter viles ortus ex matre plebeia.

27. Sanè post plurima experimenta athletam prouocauit Deus ad ingens certamen, factúmque in id tempus incognitum, vt filicida esset sine scelere: Iussit igitur dilectissimum Isaac super vnum montium, quem monstraret, victimam offerre, illum senectutis sobolem, lætitiam veteris domus, spem innumerabilium nepotum: paret genitor supernis imperiis: *Et de nocte consurgens* (Genes. cap 22. vers. 3.) *strauit asinum suum, ducens secum duos iuuenes, & Isaac filium suum*: Verùm quorsum Patriarcha itineri se antelucano, nondum dispergente aurora tenebras nocturnas, committit? Non scimus Deum præcepisse, vt per tenebras graderetur, & erat ambulatio discriminis plena: non parceret saltem adolescenti Isaaco, & sineret plenè quiescere? puto voluisse senem, ne domestici sentirent abeuntes, ne mater præsertim iuuenis: At oportebat magis genitricem conscium esse; nec possumus non aliquantùm inhumanum dixisse Abrahamum: an non decebat vltimum vale à matre pignori charissimo datum fuisse? non lauaret filij vultus riuis lachrymarum? non sequeretur oculis recedentem? Sed, quid timebat? ne Sara oraculo non auscultaret, ne obstaret cœlesti monito? Sed suspicionem hanc vetuerant, feminæ probitas, in Superos religio, in maritum obseruantia: Sanè, quanta esset vxoris pietas, quanta reuerentia erga Numen immortale, satis perspectum Abrahæ per longa documenta: sciebat feminam sanctam, perfectæ iustitiæ: sed nouerat etiam homo alta sapientia donatus, quantum à coniunctissimis discrimen res arduas, & per omne æuum memorabiles, aggressuris: Committam, inquiebat, genitricis auribus facinus, cui nullum simile ab origine sæculorum? Putero: religiosa est: non morabitur discessuram ad mortem prolem: Sed ex coniunctissimis natura est; caro, & sanguis est: quid, si impediat? humanum nihil ab ea alienum: Tutiora eligamus: nihil loquamur matri: & ne sentire quidpiam possit, dum somno indulget, & potentiæ sopiuntur, eamus celeres: nox abscondet fugientes, & silentium opitulabitur conatibus nostris: Opituletur & nostris dictis Abulensis ad cap. 22. Genesis: *Vel fortè* (inquit) *de nocte surrexit, ne vxor, vel serui ab eo quærerent, quò tenderet, & eum impedirent.*

Gen 22.

Cur Abrahã filium suo mo curru de nocte itineri se commisit.

Abulensis.

Tot plagis Iob à Dæmone inflictis, dispensante Deo, cur vxor superstes relicta: Fortasse, vt remaneret solatium aliquod inter malorum diluuia? nam femina in adiutorium viro concessa: Sed credet aliquis tam mitem aduersarium communem, Inferni Rectorem? Quare trita Patrum, & Interpretum opinatio, ad probationem relictam, nouámque acerbitatem miserandi Regis, nempe, quòd cæteris artibus consequi non poterat, inuictum spiritum vt prosterneret, huius blanditiis, & persuasione consequuturum se non diffidebat Ita Auctor ille sub Origenis titulo lib. 2. in Iob: *Confugiam* inquit) *ad antiqua arma mea, per quæ Adam seductum supplantaui: illic serpentem me induens ad Euam locutus sum, deinde per Euam locutus Adam seduxi: habet etiam Iob vxorem, qua me induens, subtiliter per illam eum seducam, atque fraudulenter per eam illi persuadeam.* Gregorius eundem in modum meditatur lib 3. in Iob, cap. 6. Chrysostomus homil. 3. in Iob: Nazianzenus orat. in laudem Athanasij: Basilius orat. 11. Gaudentius præfat. in tractatum ad varia loca Scripturæ; & alij plures. Hanc ergo sententiam fidelissimam arbitror, & propter summam Doctorum auctoritatem, & propter rerum congruentias; sed aliter interpretandam paulò existimo, ac commune fert iudicium: Patres quippe id insinuare visi cum reliquis Scriptoribus, feminam Satanæ instrumentum esse ad decipiendas animas compositum: quare sexum ipsum in genere respicere videntur. & à quauis muliere strenuissimo cuique athletarum timendum esse: Quòd si his assentiamur, non opus erat superstitem relinqui Iobi vxorem, cùm femina quauis vti possit aduersarius ad deceptiones, & alioquin non possit non esse solatio, deiecto & morbido Principi pignus omnium charissimum superesse: Puto igitur quidpiam singulare intentum ab hoste, quòd non ex liberis aliquem, sed thori consortem communi strage liberauerit: sic, nempe, philosophatus: Magna & inaccessa penè adoritur Iobus: post superatas inimicæ fortunæ omnes machinas, seipsum vincere tentat; si triumphet, discent mortales, ab homine superari posse quicquid funestum Tartarus euomat; despicient tetriores nostros: iuuat initiis obstitisse: Sed quibus armis? Non regna amissa, non filiorum inopina mors, non corpus lacerum & biulcum vndique mouent: iam habeo, quò prosternam: vxor etiamnum salua est: Docuit nos annosa experientia nulla potentiora tela contra Heroës, & maiora audentes domesticorum pugna, horúmque, quos sanguis coniunxit: volui in hunc scopum, natorum quempiam reseruare; sed noui, vt egregiis facinoribus omnes natura & carne proximi, hostes sunt iurati; sic inter cognatos ipsos, quò con-

28.

Origen.

Femina potens instrumentum ad euertandos iustos

Gregor.

Chrys.

Nazianz.

Basil.

Gaudent.

Theophaa.

iunctior vnusquisque, eò grauiorem inimicum esse eximiis conatibus? at verò quæ pars vxore vicinior, cùm vxor, atque maritus duo sint in corpore vno, cùm propter thalami sociam, vir patrem, matrémque relinquat? Hanc igitur reseruauit Satan, quoniam coniunctissima erat portio, ac proinde omnium potentissimum aceorum: *Vt hanc haberet pro nouissimo Iob laqueo* (ait Commentatius Origenis nomine lib. 5. in Iob,) *vt postquàm per omnem rem desperaret, tunc per vxorem iustum perderet, sicut ipse arbitrabatur infelix, æstimabat, atque sperabat.*

Origen.

29. In varias allegorias compulit veteres Euangeliorum enarratores sententia illa Matth. cap. 6. vers. 3. *Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua:* Nam rectè Eusebius Gallicanus, quem alij Emissenum nuncupant, homilia in hæc verba: *Sed nunquid istud natura corporis sinit? aut intelligentia sensum manuum ministeria sortiuntur?* Quibus oculis pollet læua pars hominis? & vt videat, quæ tam diligens prouidentia cauere possit, ne cernat, quæ socia agit manus? Quid, si vna non possit sustinere dextera, quæ offert pauperi misericors; non succurret compari sinisterior portio, & poterimus tùm non scire, quæ contrectauerunt manus nostræ: Sanè Laurentius, Nouariensis Antistes, indicari opinatur, non impediendas esse animæ salutares exercitationes à carne, quæ concupiscit, & bellum ciet aduersùs spiritum: *Nesciat sinistra*, inquit, *quod facit dextera: tale est, quod dicit: Quando bonum aliquod conatur facere dextera, id est, anima; non illam impediat sinistra, quæ est caro: sed, tanquam dormiente sinistra, festinet dextera furtiue more operari bonum*: Sed, quamobrem, non pedes, non crura, non dorsum, non verticem prohibuit cognoscere, quæ dextera operaretur? Equidem significabat S. Spiritus, agenda, cum sanguine, & carne coniunctis non esse conferenda: at inter hos coniunctiores esse potissimùm vitandos: ideò de viciniori dexteræ membro loquutos, læuam signanter nominauit. Notauit Ambrosius lib. 1. Officiorum, cap. 30. *Nesciat* (inquit) *sinistra tua, quid faciat dextera tua: non de corpore loquitur: sed etiam vnanimus tuus, frater tuus, quod facis, nesciat.* Quorsum prohibentur parentes, ne conscij sint bonorum operum, & inter hos recentur magis, qui proximiores sunt? nunquid iactantiæ causa, & ne gloriæ feramur aura? Sed, si præcauendum hoc fuerat, celanda potiùs erant peregrinis, & exteris gesta laudatione digna: nam iostat peruagata fama, & exterorum plausus supra domesticum encomium: non magnum quippe est, si domi solùm quempiam cognoscant, & efferant: exiguus rumor est, qui intra patriæ cancellos continetur: Alius igitur Pronunciati illius finis: Sciebat Christos Dominus non alios acerbiores contrarios bonis operibus, quàm domesticos, & sanguine nobis copulatos: horum igitur fugiendas in primis insidias salutem consequi volentibus: inter hos proximiores maximè vitandos: cautio autem omnis à silentio pendet: cum illis igitur haud deliberandum, cùm magna aggredimur; tantùm namque distabunt à iuuando, bonúmque fouendo desiderium, vt potiùs duces existant eorum, qui impedire cupiant: & offendiculo esse nobis ad ad insolita properantibus.

Matth. 6.
Euseb.

Quid sit, sinistram manum nescire quod facit dextera?

Laur. Nou

Ambros.

30. Sed comitemur paulisper exploratores missos ab Hebræis in tellurem promissam: *Pergentes igitur vsque ad torrentem botri* (Num. cap. 13. v. 24.)

Num. 13.

absciderunt palmitem cum vua sua, quem portauerunt in vecte duo viri, reuersique post quadraginta dies, omni regione circuita, venerunt ad Moysem, & Aaron, detraxerúntque terræ, quam inspexerunt, apud filios Israel, dicentes: Terra, quam lustrauimus, deuorat habitatores suos. Equidem hæc oratio malitiosè composita ad deterrendos Hebræorum animos, ne velut parta iam præda fruerentur, & optatis potirentur regionibus! nam, quòd asserant tellurem habitatores deglutire, non aliud extitisse refert ex Rabbi Salomone Nicolaus Lyrensis, *quam vidisse eos in illa terra, in quadam villa homines sepelientes mortuos suos: quod Dominus faciebat ad bonum filiorum Israel, vt pauci remanerent ad pugnandum cum eis: & ipsi exploratores retulerunt ad malum populi Israel:* Itaque inde sompserunt ansam maledicendi, vnde occasionem sumere oportuerat stimulandi ignauos spiritus, cùm ante visum inimicum Deus prosterneret hostem, & pugnaret pro eis: Sed ne Rabbinicis traditionibus credidisse videamur; concedamus Chananæorum nationes formidandas fuisse; homines ad omnem immanitatem, & sæuitiam natos: at, nónne speculatores pauci numero omnes eorum terminos circuierant quadraginta dierum interuallo, & emensis spatiosis finibus tandem ad suos redierant diuites, cum botro, nempe stupendæ magnitudinis, cum ficis quoque, & malogranatis onusti? Quemadmodum itaque pauci remearunt illæsi, siue illos humana virtus, & robur membrorum protexit; seu præter generalem prouidentiam adstitit eis Numen singulariter; Non poterat hoc ipsum euenire numerosis exercitibus, & plebi propè infinitæ? Quid, quòd promiserat eis Deus certam, facilémque victoriam? Docet Deuteronomij c. 1. aliáque varia Scripturarum oracula: Sed discamus, quibus gentibus orti hi exploratores? Equidem constat ex nominato cap. 13. Numerorum, ex ipsis Israëlitis fuisse; atque adeò florem multitudinis, Principes, nempe, tribuum: Siccine domesticos suos, & consanguineos mittunt exploratum Hebræi; & ab horum sententiis pendebit optatæ telluris ingressus? Iam non mirur infortunatos speculationis exitus: quid enim aliud fecissent domestici, & parentes, quàm impedimento esse ad sublimia aspirantibus? Nemo, si Ægyptum deserat, & terram beatam Religionis melle & lacte fluentem ingredi concupiscat, cum his, quibus carne, & sanguine coniunctus est deliberet: facient trepidare, vbi non est timor; & regionem viuentium appellabunt glebam quæ deuorat habitatores suos; auertent cor eius, ne sequatur Deum suum; in loco spatioso ne ponat pedes suos.

Lyran.

Mali, quæ bona sunt, detorquent in prauum.
Deut. 1.

31. Quibus artibus tum conatus fuerat humani generis apertus hostis, ne Hebræi pollicitas sedes occuparent, ibíque vero Creatori debito cum honore & cultu obedirent; iisdem vsus fraudibus, ne mortalibus per Christum Paradisi valuæ paterent: Singulare, quòd Seruatori è Crucis trabe pendenti non legantur Ethnici insultasse, præsertim in irrisorias illas voces prorupisse, quas à Principibus Sacerdotum cum scommate, à seruis, & senioribus pronunciatas auctor est Matth. cap. 27. vers. 42. *Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere: si Rex Israel est, descendat nunc de Cruce, & credimus ei:* Taceo, quàm stulta hæc postulatio: quasi fidem habituri essent lignum relinquenti, qui Lazarum

Matth. 27.
Dæmon per ora Iudæorum locutus, cùm ipsi insultarunt Christo è Cruce pendenti.

quamdiu Iudaei suscitanti fidem non habuerunt?
Quare Daemonem per ora hominum loquutum
arbitratur Bernard. serm. 1. in die sancto Paschae:
Bernard. *Christus, inquit, Rex Israel, descendat de Cruce O*
venenata lingua, verbum malitiae, sermo nequam!
hoc plane tuum est: magis autem eius, qui mendax
est ab initio: Sed quid per ista serpens moliebatur.
Equidem volebat, non perfici opus redem-
ptionis a Filio Dei: *Hoc est enim, quod dolet vene-*
nata serpentis astutia; (prosequitur Bernardus)
exaltatum in deserto serpentem aeneum, cuius intui-
tu sanentur vulnera, quae infixit: sera ducitur poeni-
tentia, & quos instigauit ad crucifigendum, instigat
ad suadendum, vt de Cruce descendat: Verùm, non-
ne potuit satius Gentibus persuadere, vt haec
à patibulato Redemptore peterent, quoniam Dae-
monum imperiis subiiciebantur supra Israelitas?
Non sedò sanè aggressus Israelitas, quos incitauit
ad blasphemiam, potius quàm Gentes, quo-
niam meliores existimaret Gentium mores, sed
quia aptiora instrumenta Hebraei ad praestitu-
tum scopum: intendebat quippe malignitas Tar-
tarea, ne Dei soboles inceptum saluationis hu-
manae opus absolueret: difficilis admodum hic
labor, velle deficere ab inchoatis eum, qui omnia
portat verbo virtutis suae: sed conueniebat fieri
subterraneae potestati nouerat Israel carne Chri-
sto coniunctum; nam semen Abrahae apprehen-
dit Verbum caro factum: nouerat ad conatus
insignes disturbandos, ad impedienda egregia
facinora nullam comparandam virtutem cum
domesticorum, consanguineorúmque artibus:
quoniam igitur Israel Christo carne copulatus
erat, propterea, cum vniuersalem salutem im-
pedire cuperet, non Gentes commouit, sed He-
braeos, qui Domino persuaderent delapsum è
Cruce: Acutè Bernardus allegato sermone *Haec*
planè serpentis astutia haec adinuentio nequitiae spi-
ritualis: Audierat impius Saluatoris vocem dicentis:
Non sum missus, nisi ad oues, quae perierunt domus
Israel; & nouerat, quantum pro salute illius populi ze-
lum gerere videretur propterea malitiosè nimis lin-
guas eorundem blasphemorum suggerebat, vt dicerent:
Descendat, & credimus, quasi iam nihil posset obsta-
re, quin descenderet, qui eorum credulitatem tanto-
perè desideraret: Sed quid machinatur aut cui mo-
uet insidias versipellis? Ideo mouetur vana pollicita-
tione, quia nouit omnium corda, eo quippe tendebat
malitiosa suasio, non vt ipsi crederent, sed nostra quo-
que, si qua erat fides in eum, omnimodis deperiret.
32. Iosephum supra reliquos fratres sublimare
Numini placitum: reuelabat puero venturos
Genes. 37. honores sub aenigmate: *Putabam (ait) nos ligare*
manipulos in agro, (Genes. cap. 37. vers. 7.) *& quasi*
consurgere manipulum meum: Territi erant germa-
Tantus fuit tumidus liuor in fratribus Ioseph, vt etiam non obstantibus propriis emolumentis ipsum de medio voluerunt tollere. nos somnia, necémque puero machinantur, tan-
démque mitiores redditi vendunt negotiatori-
bus ex Ismaëlitarum genere; vt sic appareret,
quid illi somnia profutura essent: haec enim me-
ta liuoris, somnia mendacia facere: Timebat
fortasse Diabolus magna aliqua portendi per ea,
quae à Iosepho inter quiescendum visa: quid, si
per illum conuertendae nationes? quid, si Aegy-
ptus superstitionum genitrix verum cognosceret
rerum Auctorem, & Croco illum & Bouem
contemneret? cupiebat de medio tollere, ingen-
tibus obstare eueotis: à quibus subsidium pete-
ret? Cognouerat nullum potentius telum do-
mesticis, & sanguine vicinioribus: Hos igitur
prae caeteris mortalibus ex consilio aggressus:
Sherlogi Anteloq. in Cant.

sic enim certus vincere: Verùm, non dicam, po-
terunt fratres aduersùs germanum inhumani
esse, & efferi, innocuum tam duriter accipere? sal-
tem sibimet ipsis non consulent? Si Ioseph po-
tens euaserit, si magnarum opum, & secundus
post Aegyptiorum Regem, fratrum obliuiscetur?
Et cui tanta seruauerit nisi domui patris
sui? Quis vnquam doluit de germanis quem-
piam regiis honoribus auctum, ac non magis
sperauit, fratre ad excelsa sublimato, sibi non
defutura quaecunque mortales in pretio po-
nunt, honores, Magistratus, populorum adora-
tionem, diuitias, possessionésque amplas? Scitè
Chrysostomus homil. de vendito Ioseph, tom. 1.
germanos alloquens: *Cur innocentem zelas, ini-* Chrysost.
mica fraternitas: Cur modestum persequeris? Cur
probum non diligis? Serua tibi, serua, inimica fra-
ternitas, iuuenem, quem sentias aliquando placatum:
serua incolumem quem necessitatis tempore inuenias
prouisorem: multis prouides, si istum distraxeris;
tibi nocuerit si innocentem animam iugularis: Er-
go in seipsos conuertuntur fratres, si Iosephum
de medio tollunt non erit, qui famescentes satu-
ret; non, qui coram Aegypti Principe gratiosos
reddat non, qui possessionibus ditet: Non mone-
tur pertinax rabies: ferale, & insuperabile est do-
mesticum odium; & modò valeat consanguineos
ab immortali clarissimorum facinorum gloria di-
uertere, aduersùs propria emolumenta facilè vi-
perina saeuitia armatur.
Clausulam huic discursui ponat idem, à quo 33.
exorsi sumus Abraham Patriarcha: *Egredere* ait Genes. 12.
illi Dominus Genes. cap. 12 vers. 1. *de terra tua*
& de cognatione tua, & de domo patris tui: Difficil-
limum fuisse hoc praeceptum Augustinus ele-
ganter commonstrat serm. 68. de tempore: *Ve-* August.
rum (ait) probationis genus habentis propria, exilia
indicere peregrina, ingerere laborem senectutis quie-
scenti, imponere penuriam possidenti, & tantarum
facultatum domino necessitatem imponere peregri-
nandi: libenter tamen fides accepit, quidquid ar-
duum videbatur incredulis: Leue non est cuiquam
dimittere propria, & sectari aliena incerta? quis
enim propria sine dolore & lacrymis dereliquit?
Suppono autem cum Lyrano, Abrahamum tunc
in tyronum & incipientium statu positum: nam *Abrahamo exilium à patria indicit Deus, ne ipsum ad superna versus à con anguineis retardaretur.*
haec initia familiaritatis cum Numine: Stupesco
igitur, quòd nouitio etiamnum tam strenua
proponeret: his enim lac, non escas difficiliores
porrigendas monet Paulus. sic & Deus iste po-
pulum de Aegypto exeuntem circunduxit prius
per plana, ne territi sub exordio itineris coele-
stia contemnerent promissa: Abrahae itaque ty-
rocinio nondum absoluto, cur ea imperauerit,
quibus vix ferendo sint gigantes: Equidem
Deus Patriarcham ad magnifica vocabat: *Fa-*
ciámque te in gentem magnam. (ait,) & benedicam
tibi, & magnificabo nomen tuum: Haec tam gran-
dia, si inter domesticos remaneret, consanguinei,
vt moris est impedirent: nam illi capitales hostes
sunt magnorum conatuum: Quò igitur cognati
Abrahae impedimento non essent ad excelsa cur-
renti, tyroni adhuc non veretur exilium indi-
cere, & ardua imperare, reuelare: Aptè Hierony-
mus epistola 28. ad Lucinum: *Abraha dicitur:*
Egredere de terra tua, & de cognatione, & de do- Hieron.
mo patris tui, & vade in terram, quam monstra-
uero tibi: Relinquit Chaldaeam, relinquit Mesopota-
miam: quaerit, quod nescit, ne perdat, quod inue-
nerat: non enim arbitratus est simul se habere posse,

& patriam, & Deum: Compre dixit: *Simul habere posse:* Nam anhelantibus ad superna, præcipuus obex, patria, domestici, consanguinei. Expertus summo cum vitæ, & fortunarum discrimine Sponsus, vt vidimus Præloquio antecedenti, Sect. 1. num. 7.

SECTIO V.

Formidabile, & acerbum vituperandi genus, ex laudibus, pariter & iniuriis compositum.

34. PERPENDIMVS Sectione elapsa, quanta à domesticis & consangnineis mala sustinuerit sponsus: parum hoc, si non & in sponsam contumeliosi extitissent: De sponsi cognatione filiæ Hierusalem aulæ fuscum obiectare colorem pulcherrimæ inter mulieres! Sed inquis: Laudauerunt pariter: nam formosam dixerunt, sicut pelles Salomonis: O calicem hostilem deforis auratum, intus aconita porrigentem! extollunt; vt vituperent magis: Non est secuta laus ab ore inimici: vult per encomia fidem conciliare malitiæ: ingreditur blandè, & in nouissimis mordet sicut coluber: Si acerbè de cunctis pronunciasset, inimicè loquutum suspicio esse possit: nemo inimico cognito credidisset: ergo, quò vehementiùs feriat, & pertingat vsque ad diuisionem animæ, admiscet conuiciis encomia: Et quò tendebat iniquitas adulatorij sermonis? Certè, ne dilectus promissis staret, thalami sociam faceret: En, si formidabilis vituperatio laudibus commixta: Fatemur quidem, dicebant Principi, Syrophœnissam illam egregiis cumulatam donis: non tam pulcher est Salomon in omni gloria sua, quàm Chananæa virgo: aut saltem tam speciosa ipsa, quàm pelles Salomonis, & tentoria ad opum & magnitudinis ostensionem composita: sed, quemadmodum hæc, rumor, tanquam probata iactitat, sic spargit illud, nigram esse, siue his candorem faciei minuere velint: siue significent obscuros ortus, & indignas, vulgatásque exercitationes, hædorum magistram vocant, & cucumerarij in vineis custodem: Decérne primum inter Dynastas vilem ducere puellam? Formosa est; sed ex parte tantùm: Ergo laudationis scopus, connubia irrita fecisse;

Sponsam vituperantium simul & laudantium scopus connubia irrita fecisse.

35. Hanc noxiam, atrocémque luem suis coloribus depingit Augustinus; ducta similitudine à duabus auibus, coruo, scilicet, atque columba: Nam, quemadmodum columbæ sibi inuicem blandiuntur, séque deosculantur: ita & corui, vt scribit Plinius Aristotelem referens lib. 10. cap. 12. Quòd si illud vnicè commendandum in Veneris alite, quoniam fidem seruat compari: in cornicibus etiam summam esse inter marem, feminámque concordiam, & fidem coniugij inuiolatam seruari tradit Ælianus lib. 2. de animalibus: Pierius lib. 20. hieroglyphicorum: Alciatus emblemate 30. Illud quoque in columbis celebratissimum, internuncia esse in rebus magnis, & pedibus annexas epistolas in castra ferre, vt prodit eodem libro 10. cap. 37. Plinius, & ex eo, aliísque, Alexander Neapolitanus genialium lib. 1. c. 27. De cornicibus quoque testatur Valerianus hieroglyphicorum citato volumine: & propterea & sepulcri, & columnæ honorem

Coruorum inter se amor, & concordia

Plin.

Ælian.
Pier.
Alciat.
Columba tabellionum vice gerites.

Plin.
Alex. Neap.

positum cornici à Marrhe Ægyptiorum Rege cùm igitur & in coruis, & in columbis concordiæ symbola, oscula, fides coniugalis, aliáque; quamobrem columbæ omnium linguis commendantur, coruos nemo non detestetur? Sanè corui ab osculis inchoant: hoc autem pacis, & amicitiæ pignus laniatus & discerptio sequuntur: nihil eiusmodi in columbis, infida igitur sunt oscula coruorum, ob idque auis pessimè audit, quoniam per amicitiæ speciem sæuit crudeliter. Sed, quoniam Augustini esse cogitationem dixi, demus ipsum disserentem tom. 9. tract. 8. in Ioannem, in principio: *Sic ergo oportebat demonstrari Spiritum sanctum venientem super Dominum, vt intelligat vnusquisque, si habeat Spiritum sanctum, simplicem se esse debere; sicut columbam: habere cum fratribus veram pacem, quam significant oscula columbarum: habent enim oscula & corui. sed in coruis falsa pax, in columbis vera pax. Non omnis ergo, qui dicit,* Pax vobiscum, *quasi columba audiendus est. Vnde ergo discernuntur oscula coruorum ab osculis columbarum? Osculantur corui, sed laniant: a laniatu innocens est natura columbarum. Vbi ergo laniatus, non est vera in osculis pax; Illi habent veram pacem, qui Ecclesiam non laniauerunt: nam corui de morte pascuntur; hoc columba non habet: sunt passeres breuissimi, qui vel muscas occidunt: nihil horum columba; non enim de morte pascitur;* Præclara illa particula: *Vnde ergo discernuntur oscula coruorum ab osculis columbarum?* Quasi asserat: Vultis syncerum laudatorem à versipelli, & hostili distinguere? attendite ad genus osculorum: si basia sequatur laniatus, fugite ocyùs; coruus est, vastator est, Harpya crudelis est ille, quiscunque est.

Corui deosculantur, sed laniant etiã.

August.

Iacob ex hac mortalitate abiturus quorundam filiorum sceleribus maledixit: nam, quamuis ea Patriarchæ oratio communiter vocetur titulo benedictionum; tamen haud congruere satis nomen, si rigida adhibeatur expositio, docet ex Ambrosio, Ruffino, Theodoreto Pereira præfat ad cap. 49. Genesis, nam dire precatum fuisse Ruben primogenito, duobúsque aliis ex gnatorum numero, Simeoni, videlicet, & Leui, verba textus indicant manifestè: Verùm, quid est, quòd aduersùs hos acerba pronunciaturus, cùm Ruben perstringit, à laudibus exorditur? *Ruben primogenitus meus: tu fortitudo mea, prior in donis, maior in imperio:* Encomiis autem absolutis subinfert delicti graues pœnas: *Effusus es, sicut aqua, non crescas; quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius:* Contra Simeonem verò, & Leui onerosa dicturus, à commendatione non incipit, sed continuò prorumpit in maledicta: *Simeon & Leui, vasa iniquitatis bellantia in consilium eorum non veniat anima mea; Maledictus furor eorum, quia pertinax,* &c. Equidem culpa à Ruben commissa, quam genitor reuelaturus erat, excedebat longo interuallo, enormitate, patratum à Simeone, eiúsque socio, facinus: vindicta etiam superabat multùm pœnas, quas duo fratres daturi erant: Quoniam igitur illud vituperationis, maledictíque genus omnium acerbissimum est, & in primis formidabile; vt indicaret Iacob seueram animaduersionem sceleris Ruben, eiúsque supplicia, quemadmodum & delictum; atrociora, quoniam pessimè precaturus erat Ruben, à commendatione, & præconiis inchoauit: Rectè Origenes homil. 17. in Genesim: *Sed quòd in initiis laudis et aliquid videtur adscribere*

36.
Benedictiones Patriarchæ an sit vocando.
Pererius Gene. 49.3.

bere

bere, dicens: Tu virtus mea idcirco sit, vt grauius notetur in crimine. At hæc iuxta germanum Scripturarum sensum stare non posse dicas, quoniam Moyses Deuteronomij cap. 33. cum tribubus benediceret, tribum Simeonis sine benedictione prætereit: cuius facti non potuit alia esse occasio, quàm quòd scelere reliquas superasset Simeonis tribus. Non probè igitur supposuimus, atrociorem fuisse Ruben noxam, ac proinde omnium iniquissima maledictione percussam fuisse ea, videlicet, quæ laudis, & præconij haberet secum partem annexam. Verùm Moyses eo loci ad antiqua crimina non aduertit: alioquin nec Ruben, nec Leui benedixisset: Ob recentem igitur culpam vapulauit tota tribus, nempe, eam, quam Numerorum cap. 25. Zambri Simeonitica tribus Princeps legitur commisisse, ingresso illo Madianitarum lupanar, spectante Moyse, & vniuerso Israël: nocuit itaque vnius offensa multitudini: Sic Pererius ad cap. 49. numero 34. Salianus tom. 2. ad annum mundi 2583. num. 309. & dixerat ante ipsos Abulensis ad cap. 33. Deuteron quæst. 2.

Deut. 33.

Moyses cur tribum Simeonis sine benedictione præterit.

Culpa vnius multitudini nocet.

Pererius. Salian. Abul.

37. Iam, quid illa oratio Seruatoris portenderit, cognoscemus: cùm Hierosolymam ingressus sedens super asinam; & pullum filium subiugalis, clamantibus victoriale carmen, & quæ præcedebant, & quæ sequebantur, turmis dicentibusque: *Hosanna filio Dauid*. *Quid fuit* (ferè dixit Bernardus serm. 2. in Dominicam Palmarum) *quod processionem habere voluit, qui mox futuram nouerat Passionem?* An, vt significaret, nobis incerta esse hujus vitæ gaudiosa, & extrema risos luctum semper occupare? Moralis hæc consideratio apta, vtilisque simul, quam mellifluus Abbas ad longum dilatat: Nunc autem aliquid subtilius eruendum est, eodem adiutore: Volebat Christus propter nimiam charitatem, qua diligebat mortales, pati, non vtcunque, sed acerbissima quæque sustinere: de quo patiendi ardore disertissimè Tertullianus libro de Patientia: *Cùm verò traditur, cùm adducitur vt pecus ad victimam, (sic enim non magis aperuit os, quam agnus sub tondentis potestate.) ille, cui legiones Angelorum, si voluisset, vno dicto de cælis adfuissent, ne vnius quidem discentis gladium vltorem probauit: patientia Domini in Malcho vulnerata est: itaque & gladij opera maledixit in posterum, & sanitatis restitutione ei, quem non ipse vexauerat, satisfecit per patientiam misericordiæ matrem: Taceo, quod figitur: in hoc enim venerat; Nunquid tamen subigendæ morti etiam contumeliis opus fuerat? Sed saginari voluptate patientiæ discessurus volebat; despicitur, verberatur, deridetur, fœdis vestitur, fœdioribus coronatur.* Pulcherrimè *sagine* vocabulo sitim Seruatoris immensam atrocia perferendi expressit; Cupiebat igitur dirissima tolerare, & ob hoc triumphum præmisit: nam certè à declarato, & capitali hoste miserandè lacerari, dolorem & lacrymas sæpè etiam strenuissimis elicuit: ab eo autem inhumanè accipi, & barbaricè, qui amicitias venditat: exordiri à tripudio, Regem acclamare, frondes præferre, sub gradientis planta vestem ponere, atque ab iisdem, non diu post contumeliis, verberibus, maledictis onerari; nihil supra huiusmodi iniuriam: non sufficere humanam patientiam; diuinâ opus esse substantiâ ad tam immane conuicium arbitratus Tertullianus loco memorato: *Hinc vel maximè, Pharisæi, Dominum agnoscere debuistis,*

Bernard.

Christi ardor patiendi pro hominibus.

Tertull.

patientiam huiusmodi nemo hominum perpetraret: talia namque documenta, quorum magnitudo penes nationes quidem detrectatio fidei est; penes nos verò ratio, & structio, satis apertè, non sermonibus modò in præcipiendo, sed etiam passionibus Domini sustinendo, probant his, quibus credere datum est, patientiam Dei esse naturam effectam, & præstantiam ingenitæ cuiusdam proprietatis: Sed quòd triumphum præire patibuli ignominiam voluerit, quod Passio ipsa acerbior extitisset, fecisse discamus à Bernardo serm. quem nominauimus 2. in Dominicam Palmarum: *Forte vt amarior esset Passio* (inquit) *quam processio præcessisset: ab eo enim populo, in eodem loco, & ipso tempore paucissimis diebus interpositis primo cum tanto triumpho susceptus, postea crucifixus est: O quam dissimile est: Tolle, tolle, crucifige eum. & Benedictus, qui venit in nomine Domini: Hosanna in excelsis: Væ tibi, amaritudo peccatorum nostrorum, propter quæ soluenda tanta amaritudo necessaria est.* Verùm, quid producti discursus isti cum instituto, de quo agimus? Maxima sanè cognatio est: quemadmodum enim inter vindictas, quæ facti nominantur, illæ horrore & acerbitate supremæ censentur, quæ ad populorum applaudentium acclamationes, & tripudialem sonum subsequuntur; hoc commonstrauimus ex Bernardo, & Tertulliano: sic inter verborum iniurias, vt fuerint omnes toleratu difficiles; illa tamen vituperandi forma, quæ à laudibus, aut inchoat, aut illis admiscetur; omnium pessima est: Hinc Christus præmitti voluit triumphalem sermonem: *Hosanna filio David: Benedictus, qui venit in nomine Domini.* vt vehementius cruciaretur subsequentis vocibus liuoris, & iracundiæ: *Tolle, tolle, crucifige.*

Redeamus igitur ad exploratores terræ Chanaan, quibuscum versati sumus paucis elapsis paginis, Sectione antecedenti, num. 20. Remensi ad suos post lustratam promissam regionem: *Venimus* (inquiunt Numer. cap. 13. vers. 28) *in terram, ad quam misisti nos, quæ reuera fluit lacte, & melle, vt ex his fructibus cognosci potest: sed cultores fortissimos habet, & vrbes grandes, atque muratas: Stirpem Enac vidimus ibi,* &c. Quamobrem ab encomiis exordiuntur, & solum beatum nominant: postea inuehunt in habitatores? Tostatus quæst. 43. in dictum Numer. caput: *Si omnia* (ait) *dicerent contra terram Chanaan, fortasse essent suspecti, quòd odissent: ideo dixerunt aliquid in laudem eius, & hoc fuit principio vt ea, quæ postea dicerent in odium illius, crederentur:* Suprà autem dixerat: *Quia ista erat maxima detractio:* Dixerat eadem, omninò longiori circumlocutione, qui ante Abulensem vixerat, Nicolaüs Lyrensis ad cap. 13. Numerorum: non tamen propterea necesse est transcripsisse Tostatum ex Nicolai Codice, quasi impossibile sit, duos consentire super terram in idipsum? siue mutuatus alter ab altero, siue vtrique obiectum, inscia alterius mente: verùm dixêre ambo: & ea est maleuolorum conditio, per laudes sternere viam conuitiis. Hoc tamen loco adhuc nosse desidero, quorsum cùm bis de Chananæorum Prouinciis acerbè loquuti sunt, qui exploratum missi fuerant versu, nempe, 28. & versu rursus 33. quando primùm habuêre sermonem versu 28 & laudauerunt, & minuerunt pariter; cùm verò secunda haberent verba versu 33 nihil speciosum & commendabile pronunciarunt; sed quæ odium generare possent, Omnia? Equidem, primâ, quâ locuti sunt, vice,

38.

Num. 13.

Tostat.

Exploratores ab encomiis terræ chanaā exordiuntur vt illam vituperando faciliùs credantur.

Lyra.

nondum commota erat multitudo, nondum malè affecta erga Chananæorum regiones secùs postea accidit: Quoniam igitur in principio agendum cum illis erat, qui benè [illegible] de Palæstina, de qua toties tam grandia audierant, res subtilissimè tractanda fuerit, atque eiusmodi propinandum virus, quod cùm veneni speciem non præferret; nulla tamen ea nocentior esset cicuta: & quia tale toxicum, vituperationis forma, quæ laudibus intexitur; propterea tanquam virus cæteris pestilentius, propinauerunt initio illud, vt statim dementarent populum, & melioribus consiliis non acquiescerent: quod totum consequuti sunt, non enim Moyses, non Caleb, non Iosuë salutaria pronunciantes compescere valuerunt: tanta vis nequissimæ detrectationis.

39. Hinc ille magnæ vltionis Deus tam stomachabundus, & indignans Psalmo 54. vers. 14.
Psalm. 54. *Quoniam, si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique: tu verò, homo vnanimis, dux meus, & notus meus. qui simul mecum dulces capiebas cibos: veniat mors super illos, & descendant in Infernum viuentes.* In quibus verbis annota illa: *Quoniam, si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique, id est, per ferrem apertum hostem; amicum & familiarem non sustinerem*: vti Bruno
Bruno. Carthusianus declarat: At, nonne notos quoque, & secretorum conscios pertulisti, Domine? Adamus quondam dilectus, quoniam sustinuisti eum, potuit etiam declinare: Dauid, cui incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti, recessit aliquando, & [illegible] misericors lacrymanti: Petrum, quem beatum prædicasti, quoniam caro, & sanguis non reuelauit, sed Pater, qui in cœlis erat; cecidit ad vocem ancillæ, & respexisti clemens, & exiuit foras, & fleuit amarè: Amicos igitur sustines; alioquin meliùs inimicum esse, (quod absit,) si pro hostibus solis est indulgentia; Annoto deinde etiam aliam particulam: *Veniat mors super illos, & descendant in Infernum viuentes:* Quæ sententia alludit ad infandum Dathan & Abiron exitium Numerorum cap. 16. quos terræ hiatus subitò vorauit, arbitratur Augustinus ad hunc
Num. 16. Psalmum 54. & plures eum sequuti: denotantque
August. terribiles minæ, Numen non concessurum huiusmodi hominibus pœnitendi spatia; sed abrupturum sine mora, & continuò ac deliqueriot, vitæ stamina: Sed nónne hic longanimis ille Creator est, de quo cùm insigni eloquentia Tertullianus lib. de Patientia: *Sustinens ingratissimas nationes, ludibria artium, & opera manuum suarum*
Tertull. *adorantes, nomen familiam ipsius persequentes, luxuriam, auaritiam, iniquitatem, malignitatē quotidie insolescentem; vt sua sibi patientia detrahat: plures enim Dominum idcirco non credunt, quia sæculo iratum tandiu nesciunt*: Hoc ergo Numen tam placabile, & mansuetum sic excandescere, vt pœnitentiæ spatia longiora non concedat, sed subitò offendentem opprimat, necesse est atrocitatià facinoribus, quæ communem malitiam malignis superent enormitatibus: Quale igitur hoc scelus tam detestandum? Bruno Carthusiensis:

Dei clementia quodámodo patientiā abutuntur peccatores.

Bruno. *Quoniam, si inimicus meus, Gentilis populus, qui nunquam mentitus est se esse amicum meum, sicut tu, plebs Iudaica, mentiris, dicendo: Magister, scimus, quia verax es, &c. qui, Gentilis populus apertè mihi inimicatur non habens mei fidem, maledixisset mihi, vtique sustinuissem. id est, patienter eius pœnam omnino distulissem vsque in futurum: non concederem, vt hic præcipitaretur, sicut de te concedo:* Ecce quos vehemens indignatio comprehendit; illos, nempe, qui sub amicitiæ larua vltionem armant: qui vna manu offam ostentant, altera lapidem iaculantur: qui denique, vt acerbissimè nomen, existimationem, honorem saucient, à laudatione, & encomiis vituperationem inchoant.

Ex his venari iuuat causas, quamobrem grauiori anathemate percussus Cain, quàm genitor eius, primusque vitorum: nam maledixerat Adæ 40.
Dominus; verùm mediatè solùm, terræ, quam operatus esset, malè peccando; *Maledicta* (ait
Genes. cap. 3. vers. 17. *terra in opere tuo in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ*: Cain Genes. 3 & 4
autem immediatè, suaque in persona, inquiens: *Nunc igitur maledictus eris super terram*, (Genes. cap. 4. vers. 11. *quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua*: Fuisse autem atrociorem multò pœnam fratricidæ inditam, animaduertit Chrysostomus homil. 19. in Genesim: *Vides* (ait) *maledictionis diuersitatem, dilecte?* Chrysost.
Ne igitur inconsiderate hinc transeas, sed ex maledicti magnitudine, flagitij immanitatem expende: nam, quanto maius sit hoc peccatū præuaricatione primigena hominis, ex maledictionis varietate scire volens, licet. illic enim inquit: Maledicta terra in operibus tuis: & hîc: terrā effusa est maledictio sententiā suā in hominē curā: hic verò, quia res perniciosa, facinus iniquum, & inexpiabile flagitium ipse perpetrauit: Et nunc maledictus, inquit, tu de terra. Sanè Chrysostomus adsignificasse visus, Cäinam noxā Adæ crimine grauiorem fuisse; Verùm, si circumspicias singula, quo pacto stare valeat sententia? Nam Protoplasto sublimior fuit notitia, & diuinarum rerum, & fœditatis ipsius delicti. ad hoc potioribus beneficiis à Deo cumulatus: quid loquar tantum ab eius piaculo nocumentum in omnem posteritatem? At, si culpatior Adam, quamobrem non diriori maledictione, punitus? Sanè Adam peccauit: sed non aliquem decepit, nullo doli genere vsus, nemini mentitus fuit: Quid verò Cain: *Dixitque ad Abel fratrem suum: Egrediamur foras:* Ad laxandum animum in aprica trahit germanum Cain, proculdubio, vt decerpant de liliis, de rosarum purpura; violam, narcissúmque iungant; nunc de pomiferis arboribus fructus legant; nunc prosilientes è nemore feras exagitent; nunc de ridentibus lymphis bibant; nunc sub odoratis frondibus requiescant, & philomela somnos conciliet erudito gutture: harum gratia voluptatum itur in planitiem suaue-halantem, in syluas, in iuga montium: pudet narrasse: ducit in apertum aërem quasi recreatum, & vulnerat in loco voluptatis: *Quid facis, ò Cain!* (exclamat Chrysostomus vbi suprà:) *quid noui accidit, quòd nunc fratrem in* Chrysost.
campum trahis, & amicitiæ occasione, fraternam beneuolentiam prætexendo, hostilia quæque perpetrare deliberas? Ob hoc igitur tam seuerè mulctatus, quòd germanum decepisset: incitauit ad rus, quasi lætari fraternè vellent, vt occideret tamen: cœpit à iucundis, quò in luctuosa desineret: hæc sunt illa scelera, quæ Numen tam atroci maledictione condemnat; sub amicitiæ imagine iugulum petere, exordiri ab encomiis magnificis, super astra euehere; atque hoc ipsum meditari, quò subsequutura vituperatio lædat vehementiùs; parùm sauciatura, si incomitata venisset, & sine laudibus: Sponsæ igitur, quoniam, si possent, grauissimè nocere cupiebant cognati & familiares, Principisque animum ab ea amanda distra-

Diriori maledictione Cain percellitur quàm Adam, quòd sub prætextu captandæ voluptatis fratrem foras eduxerit atque Abelē interemerit.

hete

here ; genus illud vituperationis aggressi, quod cæteras malitia vincebat ; sic næuos puellæ considerandos adolescenti proposuerant, vt adderent etiam non pauca, quæ in commendationem virginis facerent.

SECTIO VI.

Deum humaniorem se præstare quodammodo, indulgentioremque erga peccatores conuersos, quàm erga Sanctos.

41. MVltæ nuptiæ factæ in Israël : sed in multis nuptiis nunquam talis connubiorum pompa, qualis in nostræ sponsæ coniunctione. Vbi talis Hymen cantatus, qui, propterea quòd cætera genialia carmina vinceret, & rerum granditate, & poeseos venustate, Canticum Canticorum diceretur ? Mirabile est, puellam alienigenam, despectam, idolorum cultricem, loco, parentibúsque obscuri nominis ortam, iis cumulari honoribus, quibus nulla virgo in Israël donata est aliquando : Sed agnosco Sacramentum : Repræsentabat Sponsa nostra Gentiles, peccatorésque omnes : ipsi plebe contempta, vanitati subdita, quæ abiit in regionem longinquam, & aduenæ, atque peregrini facti sunt, procul positi à Sion super flumina Babylonis, captiui & miseri sub Principe tenebrarum : Hos igitur ex captiuitate redeuntes, & domum seruitutis exosos, cùm in se reuersi pergunt ad Patrem, & præ contritionis magnitudine non audent cœlum intueri ; Deus totius consolationis tam mitis excipit, tam blandè alloquitur, tantis delinit obsequiis, momento vt & ad secreta admittat, & dicet magnificè : vt super filias Israël, super eas, quæ non coinquinauerunt vestimenta sua, nec pactum, aut mandatum eius transgressæ sunt, dilexisse videatur : Hoc est ob quod nulli virgini in Israël tale carmen cantatum est, in die desponsationis, & lætitiæ cordis eius, quale Sponsæ nostræ : quoniam ipsa similitudinem portabat conuersi & dolentis peccatoris : *Et gaudium erit in cælo.* (Luc cap. 15.) *coram Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia.*

Quomodo Deus excipiat blandimentis peccatores ad se conuersos.

Luc.15.

42. Sed ego alterum Canticum in Scripturis reperio ; Psalmum, nempe, quadragesimumquartum : *Eructauit cor meum verbum bonum*, &c. Salomonis Hymenæo cognatum imprimis, fortasse eiusdem argumenti : Sic non paucos, neque proletarios Scriptores existimare ostendi Præloquio 1. Sect. 9 num. 72. Intueamur, pro quorum nuptiis cecinit Dauid manu fortis Epithalamium illud ? Sanè titulus Operi inscribitur : *Pro his, qui commutabuntur:* Qui sunt autem illi, qui commutantur, præter rebelles filios, cùm veterem exuentes hominem ; nouum ; qui in Christo est, induunt, à tenebris translati in lucem, & claritatem ? Horum igitur in gratiam modulatum insigne metrum arbitratur Augustinus : nam verba tituli explanans : *Sed vnusquisque nostrûm, Frater,* (ait) *ex veteri homine in nouum mutatur, ex infideli fidelis fit, ex raptore largitor, ex adultero castus, beneficus ex malefico : ergo cantatur nobis pro iis, qui commutabuntur :* Verùm huic interpretationi altera pars tituli obicem ponit : Legitur enim *Canticum esse pro dilecto:* Quomodo autem *dilecti* nuncupatio in peccatorem congruat, quæ Sanctorum appellatio est ? Et demus quidem peccatorem per conuersionem ad vltimum finem (loquamur cum Schola) iustificatum esse ; poterit sanè gratus Deo, sanctificatus, filius adoptiuus nominari ; sed dilectus, id est, singulariter charus, & erga quem Domini indulgentior affectio, in recèns erutum è vitiorum gurgite huiusmodi nomen non conuenit, quod ne ij, qui portauerunt pondus diei, & æstus, consequuntur, cùm inter Apostolicum cœtum vnus tantùm fuerit discipulus, quem ita specialiter diligebat IESVS. Porrò dilecti vox in fronte Psalmi, cùm absolutè, & absque addito posita fuerit, amatum per excellentiam denotat : Quare & Hieronymus transfert Canticum amantissimi, seu charissimi: Respondeo tamen, recèns ad Dei castra translatos non tantùm charos ei fieri ; sed etiam præ reliquis amari : ita vt inter multos ipsi sint, quibus singulariter dilecti appellatio congruat : Quare optimè inscriptus Psalmus, *& pro iis, qui commutabuntur*, & simul pro dilecto : Sed, quoniam insolens apparebit assertio, quæramus fidem Pronunciato.

Psal.44.

August.

Hieron.

Recèns ad pœnitentiam conuersi per excellentiam à Deo diliguntur.

Meminisse igitur oportet, quod Principi Apostolorum acciderit, cùm nouissimè cœnaret Christus Dominus : nam pronunciante Seruatore : *Quia vnus ex vobis tradet me.* (Ioan. cap. 13. vers. 22.) *aspiciebant ad inuicem discipuli hæsitantes, de quo diceret : Erat autem recumbens vnus ex discipulis eius in sinu* IESV, *quem diligebat* IESVS: *Innuit ergo huic Simon Petrus, & dixit ei: Quis est, de quo dicit ?* Cur Petrus præceptorem nunc alloqui timet, & Ioanne mediatore vtitur ? Chrysostomus homilia 71. in Ioannem, propterea non ausum percunctari Verticem Apostolorum, Cepham, arbitratur ; quoniam paulò anteà increpitus fuisset à Magistro, cùm pertinaciter diceret: *Non lauabis mihi pedes in æternum:* Subscribit Chrysostomo Lyranus: At mihi placet, rem illam fuisse, quam Christus difficulter reuelaret : cæterùm quod reliquit negasset, haud celaturum discipulo illi, quem supra cunctos amaret : itaque Petrum adbibuisse Ioannem intercessorem ; quoniam ex commilitonibus erat is, qui singulariter adamabatur ; specialiter autem dilecto putabat licere ab amante quæque interrogare ; non enim huiusmodi clausa aliqua pars cordis : Porrò hanc contextus significationem colligit inde Chrysostomus : quoniam, dum hæc refert Euangelista, sæpè repetit, discipulum illum, cui Petrus innuit, Magistrum vt percunctaretur, fuisse eum, quem amabat IESVS, & qui in sinu eius recumbebat ; vt his innueret, Petrum non propterea per internoncium voluisse cognoscere proditorem, quoniam aliquis commilitonum eò maior extitisset: sed, quia alicui maior familiaritas cum filio Dei. Chrysostomi verba sunt citata homilia ad illa: *Et recubuit super pectus* IESV, &c. *Ego autem & alia ratione hoc dictum arbitror, ne nimiùm sibi tribuere videretur : cur enim aliàs non dixit, sed cùm Apostolorum Princeps innuit ? Ne ergo arbitreris tanquam maiori Petrum innuisse, amoris causam affert :* Maneat igitur, Ioannem ausum, & pro se, & pro aliorum causis intrepidè Christum affari, quoniam erat discipulus singulariter dilectus. Moritur Redemptor hominum ; consurgit de tumulo rediuiuus ; docet Apostolorum Ducem, qua morte eum clarificaturus esset : & continuò ille

43.

Ioan.13.

Chrysost.

Lyra.

Amicis Intimus nihil clausum.

Chrysost.

ille *conuersus vidit discipulum, quem diligebat* Iesvs (Ioan.cap.21.) *qui & recubuit in cœna super pectus eius. hunc ergo cum vidisset Petrus, dixit* Iesv: *Domine hic autem quid?* Quæ hæc mutatio rerum? In cœna veretur Simon pro se interpellare Christum, & nunc pro filio dilectionis postulat? Vide, obsecro, Cepha, ne temeratius, ne audax habeare. Nuper Ducem, & Præceptorem, feminæ voce conterritus, semel, iterúmque negasti; atque vt crimen laueris, præpropere tamen ad tam grandia aspiras: hæc sunt priuilegia perfectorum: hoc illis solum donatum, quos Iesvs super vniuersos diligit: filius prodigus, qui patrem inhonorauit, quemadmodum tu, inter mercenarios panem comedat, non se cœtui nobilium & ingenuorum interserat: Veruntamen Petrus modò cum fiducia Magistrum interpellat quidem, ante Passionem non audebat: quoniam nunc amantissimus Domini factus est, & Ioannis sortitus vices: At, vnde hæc Simoni? Sanè nuper in barathrum perfidiæ lapsus, emersit citò benignitate Præceptoris; & quoniam pauci præterierant dies, versabatur adhuc in primis gemitibus & lamentis: denique erat peccator heri conuersus; recenter autem ad Dominum versos iisdem ille amoris, & dilectionis notis excipit, quibus charissimos quosque: sic vt, qui ad indicia, consolationúmque abundantiam attendat, planè existimet, hos primas sedes occupare: Petrus igitur, vt comprobet, non esse potentiora Ioannis suffragia apud Christi amorem, quàm sua sint postulata, non pro alio, quàm pro Ioanne rogat, vt cùm supplicantem perspexerint pro illo, quem in delicijs habet Præceptor, singularissimam eius cum Magistro esse familiaritatem non dubitent: Igitur in cœnaculo, nec pro sua causa audet ad Seruatorem accedere Petrus; quoniam non erat intimus Domini familiaris: post lapsum autem, quia per delictorum contritionem ad penitiorem amicitiam admissus fuerat, etiam alienarum causarum aduocatus fit: An hæc velit Chrysostomus homil.87. in Ioannem in illa verba cap. 21. *Qui & recubuit in cœna super pectus eius*, &c. *Qua gratia recubitus illius meminit? Non abs re; sed vt ostendat Petri, post negationem, fiduciam: qui enim tunc non est ausus* Iesvm *interrogare; sed id muneris alteri delegarat: hic commissa sibi fratrum cura, non modò alteri vicem suam mandat; sed & ipse Magistrum interrogat: & Ioannes quidem tacet; ipse autem loquitur*: Sed, quoniam clariora sunt Caietani Cardinalis verba, libuit apponere: sic ille ad cap.21. Ioannis: *Non vanè Ioannes, qui solitus est describere seipsum ab vna conditione, (scilicet quem diligebat* Iesvs *familiaribus signis,) modò describit seipsum à casu super pectus in cœna, & actu interrogandi de proditore: sed vsus est tot præcipuis beneuolentiæ, familiaritatis, ac fiduciæ indicijs ad significandum, in qualem gradum post Christi negationem Petrus adscitus fuerat, vt, scilicet, ipse Petrus interrogaret pro Ioanne tam dilecto, tam domestico* Iesv: *qui Petrus, antequàm negaret Christum, interpellabat Ioannem, vt interrogaret* Iesvm: *vt intelligamus in magis internam amicitiam Dei adscribi quandoque homines post crimina, quàm anteà habuerant.*

Ioan 21.

Petrus per delicti contritionem ad intimiorem Christi amicitiam admissus.

Chrys.

Caiet.

44. Quorum si abundantiorem desideramus probationem, suppeditabit genitoris summa humanitas erga filium, *qui perierat, & inuentus est* nam impertiuit citò *proferri stolam primam* (Lucæ cap.15. vers.22.) *dari annulum in manu eius, & calceamenta in pedes eius*: Equidem, quòd tunica talari donet, consentaneum id, siue ad honestatem, siue ad necessitatem, ne calor, ne frigida tempestas noceat: quòd pedes protegantur, & vepres, & saxorum durities, & hyemis asperitas monent: hoc vtrunque salutare & commodum: quæ ab annulis vtilitas? non digitos à sudoribus, non à frigoribus liberant, non defensant à sordibus, non à vulneribus; si scribas, si ludas, oneri magis sunt, quàm alleuamento: Sed Petrus Rauennas serm. 3. de duobus filijs, dati à genitore annuli eiusmodi causam perhibet: *Paterna (ait) pietas contenta non est innocentiam reparare solum, nisi pristinum restituat & honorem*: Fuit itaque ex Rauennatis Antistitis opinione annulus pignus restitutæ veteris gratiæ filio iuniori. Sed, quæ hæc gratia, aut qualiter annulo parta? Sanè ita euenire consueuit in familia, vt filij natu minores sint, quos parentes præ tota sobole magis diligant, certè erga quos blandioris affectus plura indicia emineant: vnde Genes.cap.37. *Israel autem diligebat Ioseph super omnes filios suos, eò quòd in senectute genuisset eum.* Significari autem putat Theodoretus quæst.93. in Genesim, amatum dulciùs à patre, quoniam soboles recentior esset: quem in modum construas probabiliter verba c.4. Prouerb. *Nam & ego filius fui patris mei tenellus, & vnigenitus coram matre mea*, &c. Vnigenitum enim se vocat Salomon; non, quoniam non haberet alios germanos ex Bethsabea, & Dauide; sed, quia mater ita amabat impensè, velut si vnam tantùm prolem haberet: diligebat autem præ cæteris fratribus, quia iunior omnibus; ipse enim vltimo loco numeratur Paralipomenon libro 1. cap.3. vers.5. Vide Salianum tom.3. anno mundi 5989. à num. 3. nec etiam nunc rem rigidè premimus: scio nanque Salazarium nostrum ad cap.4. Prouerb. rectè contendere, Salomonem inter natos ex Dauide, & Bethsabea primogenitum extitisse: sed, vtcunque accidat, pronunciatum nostrum multa docet experientia; nimirum, adolescentiorem progeniem plùs diligi à Patribus; erga eam indulgentioris affectus plures notas exhiberi: Satis hoc pro declaranda Chrysologi sententia: nam quid ille? Filio (inquit) reuertenti antiquus restituitus honos: sed quis hic honor? nempe, cum esset proles recentior, diligebatur super fratres: Hoc ipsum igitur est, quo pœnitentem donat genitor, vt maioris charitatis signa ostendat erga prodigum adolescentem, postquàm doluit eum, peccasse; quàm erga eum, qui nunquam domum eius destituerat, nunquam mandatum eius (si ipse sufficiens, & fidelis testis in propria causa) prætergressus fuerat: Hæc sunt illa priuilegia lamentantium peccatorum, transire momento in filiorum amantissimos; cæteris præferri dilectionis ostensione: Verùm, quo pacto annuli donatio hæc adstruat? Venustè quidem: nam veteres annulos iis tantùm committere soliti, quibuscum intima familiaritas, quos præ cæteris, & diligebant, & honorabant: Æmilius Probus in Eumenis vita scribit, Alexandro apud Babylonios defuncto, cùm regna inter amicos dispertirentur, summum tamen locum Perdicæ concessum, quòd huic moriens Alexander annulum reliquisset: Adi Marcellum Donatum in Scholiis ad Latinos Historicos ad cap. 73. Suetonij, in Vita Tiberij: Hoc illud, quod Pharao, cùm præ regni Optimatibus vniuersis Iosephum extolleret (Genes. cap. 41. vers.29.)

Luc. 15.

Chrysol.

Filij natu minores diliguntur magis à primogenitoribus.

Gen. 37.

Prou 4 3.

Salian.

Salazar.

Annulum signatorium dabant Reges amicis summè coniunctis.

Æmil Prob.

Donat.

Gen. 41.

Tulit

Tulit annulum de manu sua, & dedit eum in manu eius: Hoc, quòd Assuerus annulum ab Aman ablatum Mardochæo tradit, Esther cap. 8. vers. 2. Hoc denique, quòd, cùm amici & domestici nouæ nuptæ dona offerrent; nam filiæ Tyri in muneribus vultum eius deprecabantur: tamen annulum digitis imponere non licebat, nisi quem sponsus misisset, vt docet Hispalensis Isidorus etymolog. lib. 20. & innuit Tertull. Apologetici cap. 6. *Aurum* (inquiens) *nulla norat præter vnico digito, quem sponsus oppignorasset pronubo annulo:* Aliis igitur diuersa offerentibus, mittebat annulum sponsus, vt significaret, amandá à se deinceps sponsam super omnes mortales. Pater igitur filio pœnitenti, & ex naufragio recèns libero annulum porrigens, non velit, colligamus, hunc præ cæteris charum futurum, hunc inter familiares intimum, hunc amoris medullam, & animæ dilectissimum pignus? O Domine, quid est homo, quia sic magnificas eum, & apponis cor tuum erga eum, qui cum meretricibus substantiam consumpsit! Confiteor tibi, Pater cœli, & terræ, quia me annulus iste filij tui iunioris confortat supra modum: respiro suauiter ad conspectum eius, erigor in fiduciam grandem, quoniam non Deus es tu volens mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur, & viuat.

Esth. 8. — Isid. Hisp. — Tertull. — *Annulum sponsus ad sponsam mittebat.*

45. Parum est prætulisse peccatorem iniquitatis, & scelerum pertæsum hominibus iustis, nisi etiam Spiritibus beatissimis, in quibus nulla vnquam fuerat noxa, anteponeret: Terram cœlo longè inferiorem nobilitate & officiis, quorsum prius adornat Verbum? Nam die tertia tellus iussa, *germinare herbam virentem* (Genes. cap. 1. vers. 11.) *& facientem semen, & lignum pomiferum: & factum est ita:* Distulit autem in quartam lucem producere duo luminaria magna in firmamento cœli, vt essent in signa, & tempora, & dies, & annos: An, quia depressa & humilis terra; cœlum autem eleuatum, & in sublimi positum: Deus verò humiliora respicit, & exornat, alta à longè tantùm cognoscit? Sanè propterea priori loco processum ad terræ ornamentum arbitratur Anastasius Sinaita, vt norma ea, quam in incarnando Dei Filius obseruaturus esset, præsignaretur: futurum enim erat, vt incarnato Deo antè potirentur homines, quàm Angeli; hoc autem fuit antè decorari terram, quàm Olympum, quoniam Deus homo factus antè habitaret cum creatura soli, quàm cum cœli creatura: Sed verba Anastasij singularia sunt lib. 4. Hexameron: *Antè Deus ornauit terram, quam cælum, tanquam si terra ante cælum ditata sit Christi mysterio, & aduentu: Propterea ante cælum ornatur, quoniam ante Angelos terra, & genus hominis Deum per carnem vidimus: & ante cælestia exornans ille hæc inferiora, ea letificauit, & exornauit ante Cherubim, & Seraphim: Magi, & publicani, & latrones, & meretrices, facie ad faciem Deum viderunt, eóque se oblectauerunt: deinde eum sic transmiserunt videndum supernis Virtutibus!* Primùm disquiro, quamobrem, cùm pariendi tempus aduenit, Mater Dei non sit rapta in Paradisum, vt intra empyreas sedes prodiret in auras infans, ibique paululùm commoratus, descenderet ad inferiora deinceps, atque ita noua gloria accederet inclytæ vrbi propter natum in ea hominem Deum? Nam fieri potuisse hoc, Christo manente posteà passibili, eiúsque pariter Genitrice, concedent, quicunque aut Virginem ipsam, aut Paulum, Moysem, aliósque existimant beata visione ad tempus donatos, dum in hac vita agerent: Quare igitur potioribus honoribus terra, quæ auctori rebellis extitit, & propterea maledicta est; quàm regio illa, cuius alatæ Virtutes semper in veritate steterunt, cumulata fuerit, loquor de Angelis beatis? Equidem humani generis noxa licet omnes pertransiit, exceptis CHRISTO, & MARIA: tamen non fuit eiusmodi præuaricatio, aut generalis illa, aut personales plurimorum, quæ delendæ non essent: Vidit igitur Verbum, fore vt, inter homines ingens multitudo lamentis, & pœnitentia commissa delicta abstergerent: hæc vt vidit, decreuit maioribus honoribus afficere: statímque exiliens è solio gloriæ, reliquit nonaginta nouem oues in deserto, id est, Angelorum bonorum legiones in cœlis, & venit quærere vnam, quæ perierat, humanum scilicet genus: quæ est veterum communis sententia: Plures refert Maldonatus ad cap. 12. Matthæi: apponam solius Theophylacti discursum: *Manifestè* (ait) *Parabola hac iustos dici per oues nonaginta nouem, & peccatorem per vnam: dicunt autem nonnulli centum oues omnem creaturam rationalem: vnam autem ouem rationalis naturæ hominem, quem errantem requirat Pastor bonus, relictis nonaginta nouem in solitudine, hoc est in superno loco cælesti:* Igitur, quia in homine peccatorem contemplatus est, quem errasse pigeret; hunc amplioribus affectum beneficiis, plus decorauit, & naturam eius sibi vniens, & apud eum, non apud Angelos nascens.

Gen. 1. — Anast. Sin. — *Vere pænitentes, etiam supra Angelos à Verbo Deo honorantur.* — Maldon. Theophyl.

46. Deinde secundò disquiro, quid Sinaïta illâ particulâ denotet? *Magi, & publicani, & latrones, & meretrices, facie ad faciem Deum viderunt, eóque se oblectauerunt: posteà eum sic transmiserunt videndum supernis Virtutibus:* Profectò sic comparatum est Gentium vsu, vt prima, potioráque his deferantur, qui auctoritate antestant, siue digniores fecit ætas, seu sanguis, siue res gestæ cum laude, belli, domíve: Sumamus exemplum ex conuiuiis veterum: Sic Genesis cap. 43. vers. 33. cùm Iosephus ad epulas vocasset fratres, maioribus natu digniora loca detulit, faciens sedere coram eo *primogenitum iuxta primogenita sua, & minimum iuxta ætatem suam:* Quoniam verò iuniori inter germanos, Benjamino, scilicet, maior pars venerat: *ita vt quinque partibus excederet, mirabantur nimis reliqui fratres, sumptis partibus, quas ab eo acceperant:* quoniam ordo postulabat maiorem partem tribui senioribus: Sic Esther cap. 1. Assuerus primum fecit symposion Principibus, & Optimatibus: deinde post illos lautissima excepit mensa omnem populum, qui inuentus est in Susan, à maximo vsque ad minimum. Sic denique præstantissimus quisque bibebat primùm de cratere inter epulandum, transmittebat ad proximum dignitate, & sic ad omnes transmittebatur seruata cuiusque auctoritate: ita Latini carminis Princeps de Tyriorum Regina 1 Æneid. cantat:

Primáque libato summo tenus attigit ore:
Tum Bitiæ dedit increpitans: ille impiger hausit
Spumantem pateram, & pleno se proluit auro:
Post alij proceres.

Iam igitur, quòd dicat Sinaïta, Deum hominem factum priùs se videndum exhibuisse Magis, & publicanis, & latronibus, & meretricibus, atque postquàm hi se oblectauerunt, deinde transmissum

Pro maiori ætate potiora loca in conuiuiis. — Genes. 43. — Esth. 1. — *Ad digniores missa primùm in conuiuiis pocula.* — Maro.

sum

ſum ad Angelos; indicat planè plùs honoratos à Verbo homines, quàm ſupernas Virtutes, cùm potiora in homines conrulerit: Ergo, inquies, humana natura Angelicæ nobilitate præferenda: alioquin, ſi ſublimior creatura Angelus, non ex ordine & methodo fecerit Verbum, digniora conferens in homines; Verùm ſit nobilior Angelus; ſed charior homo eſt: dedit namque Ioſephus in conuiuio (de quo nuperrimè loquuti ſumus) auctiores partes Benjamino, non quoniam ille fratres, aut ætate, aliiſve ſuperaret meritis; ſed quoniam plùs diligebat illum Ioſephus: amabat autem ampliùs; quia vterinus frater eius ex Rachele; quia filius doloris; quia partus illius genitrici grauis fuit: nam vt ille in lucem prodiret, matri luce carendum fuit, eiúſque vita parienti mortem attulit: Verbum itaque ſupra Angelos hominem honorat, quia vterini fratres, id eſt, ſecundùm humanitatem de terra, quemadmodum nos; quia homo filius doloris eius, pro quo redimendo factus eſt vir dolorum, & non habens ſpeciem, neque decorem; quia denique, vt viueret homo, & non periret in æternum, ipſe languores pertulit, & vulneratus eſt, tandémque inclinato capite ſpiritum emiſit: Putáſne iniuſtè Benjaminum ditar ſupra reliquos fratres? ac non iniuſtiſſimus magis Benjaminus, ſi non in ſæcula meminerit charitatis huius? O bone IESV, ſi oblitus fuerit tui Benjaminus iſte, quem ita dilexiſti, ornaſti, locupletaſti, obliuioni detur dextera eius: adhæreat lingua faucibus eius, ſi non meminerit tui, ſi non propoſuerit te in principio lætitiæ ſuæ.

47. Sed pluſquàm Ioſeph humanus erit, & officioſus erga conuiuas ſuos meus IESVS: *Amen dico vobis, quòd præcinget ſe.* (Luc. c. 12. verſ. 37.) *& faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit eis:*
[Luc 12]
Quando hæc euenient, & celebrabitur conuiuium iſtud deſiderabile, & exhilarans? Tum profectò *cùm Dominus ad Iudicium venerit*, (affirmat Gregorius Romanus homil. 13. in Euangelia,)
[Greg Pap.]
præcinget ſe, id eſt, retributionem præparabit, & faciet illos diſcumbere, id eſt, æterna quiete refoueri: Tranſcribit Gregorij ſermones Beda lib. 4. in Lucam, cap. ſuo 54. ergo tunc homines boni, qui delicta iuuentutis, & ignorantias lacrymis abſterſerunt, in gaudio eiûs, & lætitia magnificata, comedentes, & bibentes cum iucunditate in domo Dei:
[Beda.]
Angeli verò, & Principatus, quales apparebunt, cùm affulſerit ſignum Filij hominis, & venerit in nubibus cum maieſtate congregare Electos à quatuor ventis? Equidem fore, vt tunc commoueantur Virtutes cœlorum teſtatur Matth. c. 24. v. 29. Quid autem commoueri Virtutes cœlorum? Sanè ſtupore quodam afficiendas Angelicas mentes, & in horrorem quendam rapiendas pro rerum incredibili turbatione, opinatur Chryſoſtomus hom. 77. in Matth. Hieronymus apud S. Thom. Euthymius, Gloſſa interlinearis: Siccine decet Angelos velut trementes, & attonitos ſtare, & homines in pace, & lætitia eſſe? Pro quibus terrifici lictores, & Iudicij vniuerſus apparatus, formidabiles, niſi contra inſenſatos, & rebelles? Angeli autem ſemper obedientes extitêre: Quid vultis? Sic placitum fuit Redemptori, honoraſſe eos, pro quibus ſtillauerunt manus, pedéſque eius myrrham primam, ſanguinis immaculati riuos: Amice, non facit iniuriam: venit enim peccatores ſaluos facere, & recreare: Deſiderio deſiderauit epulari cum dilectis ſuis,
[Matt 24. *Stupor Angelorum in die Iudicij.*]
[Chryſoſt. Hieron. S Thom. Euthym. Gloſ. interl.]

& illis diſcumbentibus ſtare accinctus in morem ſeruorum, & miniſtrare eis. Sed ne cui inſolens appareat explanatio, nouerit à Philippo Solitario traditam lib. 3. Dioptræ, cap. 3. alludens enim ad verba illa Epiſtolæ 1. Petri, cap. 1. *In quem deſiderant Angeli proſpicere*, &c. inquit: *Dicam, quod maius eſt: affirmat Chriſtus, cùm venerit in die Iudicij, Virtutes cœlorum commotas iri præ timore: iuſtos autem homines faciet diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis: Hæc, & ſimilia à Chriſto data ſunt nobis, in quæ Angeli proſpicere, id eſt, intrare deſiderant:* Hæ itaque cauſæ ſunt, ob quas in ſponſæ noſtræ tædis tale carmen modulatû eſt, quale in nullius ea filiabus Iſraël nuptiis: quoniã ipſa, cùm alienigena eſſet, & vanorum quondam cultrix Numinum, repræſentabat eos, qui aliquãdo peccatores fuerant: hos autem vt ad ſe trahat Chriſtus ſuauiter, fortitérque ſimul, honorat ſupra iuſtorum choros, eas exhibet externas ſignificationes & lætitiæ, & benignioris cuiuſdam clementiæ, vt qui ſpecie rerum ducatur ſolùm, putet nouiores hos filios plùs diligi.
[Philip. Solit.]

Sectio VII.

Sponſus erga egregias animas, & robuſtæ pietatis quaſi immitis, & durior: nox, & deſolamen ſanctarum mentium, deſcripta.

MOnſtrauimus nuper peragrata Sectione, quàm iucundus ſponſus, quàm dulcis erga nouitias animas: nunc erga Heroum mentes nonnunquã rigidum oſtenſuri ſumus: Quis talia credat, benigniorem dilectum erga tyrones, quàm cum veteranis? Dabit fidem dictis noſtris huius Epithalamij ſponſa: Quid cum eius hilaritate cõparemus, ſi duo prima Canticorum capita inſpiciamus? Quid cum deliciis, & ſponſi erga eam amoribus? Hæc eſt, quam curribus Pharaonis aſſimilat; hæc, quam bis pulchram nominat; hæc, quæ ſic iudicio mariti ſpecie cæteras vincit fœminas, quantum lilia ſpinas ſuperant: Denique tantis illam beneficiis, talibus proſequutus blanditiis ſponſus, vt ſui impos reddita, quoniam gaudiorum magnitudinem ſufferre non valeret, in deliquium inciderit, & amiſſionem ſpiritus; & fulciri floribus petierit, ſtipari malis: Fuêre quidem hæc exordia: ſed quinam progreſſus? Ah miſeram virginem! fugit inſperatò ſponſus, fugitque non rediturus in plures noctes: Surgit illa de ſtrato, non remoratur nox, non terrent vigiles, qui cuſtodiunt ciuitatem, quærit per vicos & plateas gemitibus inenarrabilibus, & induratur ad pias querelas dilectus: non ſemel deſtituit lacrymoſam: iterum etiam cùm illa peſſulum oſtij aperiret, declinauit, atque tranſierat: En quàm mitis cum anima hac ſub ſpiritalis vitæ tyrocinio: poſtquàm autem illa adoleuit, & perfecti decoris facta eſt, ſeueros induit vultus, & iracundiam velut ſimulans, abiit, receſſit, euaſit: non ſuſpiria reuocare poſſunt, non humilis ſupplicatio, non quòd tota nocte plorans plorauerit, & fletus adhuc in maxillis eius: Diſcamus ab Ambroſij eloquentia ſponſæ labores lib. 2. de Virginibus, in fine: *Equorum vis (ait) plauſa ſonitum diſcit amare ceruicis, ne recuſet iugum: deni-* 48.
[*Prius ſponſa pius delinitur blandimentis, vt ſic tandem ſub Sponſi iugo & laboribus colla manſueſcant domita.*]
[Ambroſ.]

quo

que prius assuescitur verbo lasciuia, quam verbere disciplina: ast vbi colla subdiderit iugo, & habenæ constringit, & stimulus vrget, & compares trahunt, & iugales inuitant. Sic etiam virgo nostra debuit prius amore pio ludere; aurea thori regni cælestis fulcra mirari; in ipso vestibulo nuptiarum, & postes frondium sertis cernere coronatos, & choris strepentes interius haurire delicias, ne se prius dominico iugo tumefacta subduceret, quam vocata inclinaret: Hic nos magisterium non inuenimus, sed accepimus; Sic instituit mystici carminis doctrina cælestis: Osculetur me ab osculo oris sui, quia bona vbera tua super vinum, vnguentum exinanitum est nomen tuum: Totus iste deliciarum locus plausum excitat, ludum sonat, amorem prouocat; Ideo, inquit, adolescentulæ dilexerunt te: in odorem vnguentorum tuorum curramus: introduxit me Rex in tabernaculum suum: Ab osculis incepit, vt ad tabernaculum perueniret: atque illa tam patiens duri laboris, exercitataque virtutis, vt aperiat manu claustra, in agrum exeat, in castellis maneat: in principio tamen raro in odorem currit vnguenti, mox cùm in tabernaculum venit, vnguentum mutatur à castellis; Denique quò euadat videte: Si murus, inquit, est, ædificemus super eum turres argenteas; Quæ ludebat osculis, iam turres erigit.

49. Sanasse quondam, Phœbo in occasu pergente, Seruatorem confertam multitudinem ab immundis spiritibus vexatam, scribit Matthæus cap. 8. vers. 16. curauit quoque omnes malè habentes: ob hoc factus populorum concursus ingens: Videns autem IESVS turbas multas circum se, iussit ire trans fretum: & ascendente eo in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius. Cur, præter discentes, nemo de reliqua multitudine comitatur? Sciebat, inquies, concitandos ventos, & fluctibus agitandam nauiculam: nolebat his, quibus benefecerat, sanando ægritudines eorum, illiberalis esse, à recenti sanatione ad imminens naufragium transferendo illos: voluit munus integrum esse, non dimidiatum: Verùm, quamobrem cum domesticis non æquè benignus, atque erga exteros? Potiórne salus vulgi, quàm Apostolorum, quos constituturus sit Principes super omnem terram? Quòd si mergendi periculum non erat, & ad terrorem tantùm Æolus sæuiebat, debebant terreri homines peccatores, quales in tanta turba multi, potiùs quàm discipulorum innocua cohors? Sed accipe arcanam Verbi dispensationem: erat multitudo illa recèns translata è vitiorum lata semita ad virtutis angustos calles: eiecerat enim paulò anteà Satanam, qui corporibus, & mentibus, vt satis probabile est, dominabatur procax: hos igitur, quia teneræ adhuc plantæ, & iustitiæ infantilis etiamnum, miraculis, prodigiisque demulcet; tellure positus, & vbi cuncta pacata, docet: Apostolos autem, quia iam in virum perfectum processerant, tanquam egregias animas, periculis obiectat: armatur Neptunus aduersùs cymbam, & nunquam indignantior verberat latera decumanis procellis: dormitat interim Magister, & in filiorum discrimine pater soporatur in vtroque autem: ille, ille sæpe non quærentibus inuentus; ille solitus vltrò offerre salutem non poscentibus; ille, qui, vt vnam ouiculam recuperaret, laborauit Pastor bonus per vepres errantem insequutus, per saxorum fragosa, per nemora condensa, per loca ibicibus vix superanda, in totius gregis periculo dissimulat: Excitatur tandem, non blandè consolatur, non minis effatur, increpitat magis: *Quid timidi estis* (ait) *modicæ fidei?* O sacramentum ignotæ disciplinæ his, qui ex sanguinibus, & ex voluntate carnis sunt! Sed ita demum est: turba in tuto est, iactantur discipuli irrequietis ventorum flatibus: *Idcirco igitur solos discipulos secum duxit,* (ait Chrysostomus homil. 29. in Matthæum,) *quoniam vbi signa tantummodo demonstrabantur, turbas quoque admittebat: vbi verò timor, ac tremor imminebat, eos solos recipiebat, quos ad prædicationem & pericula erat missurus.*

Matth. 8.

Chrysost.

Turbas, velut infantulos miraculis, prodigiisque Christus demulcet; Solos autem Apostolos, quasi strenuos periculis obiectat.

50. Animaduertistis, quantæ blanditiæ Iacob Patriarchæ erga filium, quem in senectute genuerat, Iosephum, donec ille puer & tenellus! *Diligebat super omnes filios suos,* (Genes. c. 37. v. 3. *fecitque ei tunicam polymitam.* Adoleuit Ioseph, veniunt dies luctus patris eius, & Israel omnis carnis viam ingressurus voluit ante discessum inogere sobolem, vt annunciaret, quæ ventura essent in diebus nouissimis: attendamus vigiles, qualem Iosepho benedictionem impertitur, quibus super fratres muneribus auget: *Do tibi* (ait Genes. c. 48. v. 22.) *partem vnam extra fratres tuos, quam tuli, de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo:* Partem hanc Sichimam fuisse, vulgata expositio est; siue eo nomine significata vrbs, in qua Dina violata est; siue ager, vbi fratres Ioseph greges pascere consueuerunt, Genes. cap. 37. nam Sichimam legunt septuagintaduo seniores: *Ego autem do tibi Sichimam præcipuam super fratres tuos, quam cepi de manu Amorrhæorum in gladio meo, & arcu:* Verùm peculiaris est Hieronymi interpretatio in quæstionibus Hebraicis: *Quia igitur Sichem transfertur in humerum, pulchrè allusit ad nomen dicens: Ego dedi tibi humerum vnum: pro præcipuo enim vnum scribitur in Hebræo:* Sichima igitur donasse Iosephū, nihil fuit aliud, quàm humerum dedisse illi: Quale autem donatiuum humerus? Legimus quidem Regum 1. c. 9. v. 24. Samuëlem de industria seruasse armum epulaturo Sauli: cuius si causas vestigemur, reperiemus, voluisse significare Prophetam, manere Saülem, quoniam ad principatum euehendus fuerat, grauiora pericula, labores maximos, proinde robustissimis oportere esse humeris, qui purpuram, & virgam imperij, sceptrúmque exactoris amant: Annotauit Procopius: *Hanc partem* (inquit) *Sauli apposuit: quandoquidem regnaturus, & maiora pericula, quam ipse populus, subiturus erat: & propterea testimonium hanc partem appellat:* Igitur, quam supra fratres accipit partem Iosephus, labores sunt, vexamenta, discrimina; Sichimam, nempe, accipit, id est, humerum, laboris symbolum, & pignus: Ita quidem Nilo Abbati visum in Ascetico: *Beatus Iacob Deos alienos in Sichimis abscondit: porrò Sichima, quod est humerus significat laborem: quare Iacob partem eximiam dat Ioseph, ipsa Sichima, qua in gladio, & arcu suo se dicit acquisiuisse:* His firmatis, taceo indagare, quale hoc amoris specimen, Iosephum inter afflictationes collocasse? aut quæ noua affectus species, non ad delicias, sed ad detrimenta inuitans? Qualis denique super germanos prælatio, ad onera, non ad honores destinari? Scire tamen cupiam, qui puero & immaturo blandiebatur; qui fouebat, qui osculabatur; cur ætate, & officiis conspicuum seuerus exagitat? Non in genitorem contumax, non in fratres acerbus, cùm possit esse; nemini iniurius: talisne gratia rependitur probitati, iustitiæ, moribus. Sed teneo iam ænigma. Ioseph cùm pubesceret, cùm

Genes. 37. & 48.

Sichima, quis locus & quid significet

Hieron.

1. Reg. 9.

Principatus, onus graue est.

Procop.

Nil. Abb.

Pars, quam supra fratres suos. Ioseph accepit, sunt labores & vexamenta.

N iunior,

junior, & delicatus esset, virtus illi quidem; sed virtus in herba tantum, quæ solùm germinabat; blandiebatur delicatæ virtuti Iacob; at vbi per longa experimenta, per aduersa & prospera tentata fuit hominis virtus, & excreuit in vigorem perfectum, conuertit lenocinia in duros agones: O creditu difficiles amores? Ioseph, voluptas patris, filius accrescens, quasi primogeniti tauri pulchritudo eius, cùm profecit, cùm ascendit de virtute in virtutem, genitorem asperiorem experitur, & dum diligit magis pater: & hoc præferre illum cæteris fratribus, meliuémque hæredem scribere, si vexet ampliùs. Aperi, Domine, oculos seruorum tuorum, vt intelligamus hanc disciplinam pacis tuæ, quæ Gentibus stultitia est: Quis mihi det, vt norim, te non irasci propter delicta, & scelera mea, quæ commisi nimis; sed iustorum similem esse tentationem, vt per ignem & aquam probatum electum tuum educas in refrigerium?

51. Matth. 13. Seminauit tempore opportuno prouidus agricola bonum semen in agro suo (Matth cap 13. v. 25) *Cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & superseminauit Zizania in medio tritici:* Latuêre doli, quoad creuit herba, & fructum fecit; tunc apparuerunt & zizania: stupuêre serui fideles, fraudem mirati, loliúmque exurgere, vbi felix semen tantùm iactum ab aratore: *Vis,* (inquiunt,) *imus, & colligimus ea?* Prohibuit Paterfamiliàs: *Sinite* (ait) *vtraque crescere vsque ad messem.* Quorsum velit adolescere pessimum germen, & roborari malignitate sua? Aut fortasse parcit, quoniam zizania, dum tenera sunt, tritici repræsentationem habent? peccatores autem occultos, & qui à foris iustorum similitudinem præferunt, Deus patienter expectat: vbi denique quod Glossa ex Hieronymo desumpsit: *Sicut inter lolium & triticum, quandiu herba est, parum distat: ita monet Dominus, ne de ambiguis iudicemus; quoniam Dominus in die Iudicij non suspiciosè, sed manifestè damnabit:* Sed potior his omnibus causa, quam textus innuit, prospectum frumenti bono à possessore: *Ne fortè* (ait) *colligentes zizania, eradicetis simul cum eis & triticum:* Nam, cùm ambigua esset species vtriusque, poterant facile declinare in extrema, vitiosáque, & præproperâ diligentiâ plùs nocumenti, quàm commodi attulisse: Sed quæro, vtrum vtilióne sit seges, dum spicam tantùm ostendit, & virescit; aut cùm alba est ad messem, & falcem postulat? Nemo dubitauerit, excellere maturam spicam, quantùm cedunt gramina iumentorum esca, panibus qui etiam Regibus delicias præbent: At quàm crudelis agricola aduersùs fruges horreis aptas? Labor à ferro messoris, à boum tritura: sileo pistrinum, & fornacis ardores: Certè Satanæ inuidiam aduersùs Apostolicum conuentum satis declarasse visus Redemptor, cùm dixit commilitonum Apici: *Simon, Simon ecce Satanas expetiuit vos,* (Luc cap. 22. vers 31.) *vt cribraret sicut triticum:* Cur igitur colono tam vigili oculus ad triticum, dum in herba est, ne tangant serui, ne per deceptionem, aut incuriam euellant quidpiam, cuius & gratia sustinet zizania? cùm autem perfectionem assequuta fuerint frumenta, mille modis vexat? Sanè tritico repræsentari iustos atque electos; quemadmodum zizaniis atque palea significantur reprobi, communis apud Patres explanatio est: Quare & maturis frugibus adumbratur iustitia perfecta, & inchoans spica teneram virtutem denotat: Desinite ergo mirari sæuitiam aduersùs prouectas fruges, prouidentiam de immatura segete: nam, si quis est filius prodigus, delicatus adhuc, & nouus miles, hunc suauiatur, pectoribus admouet, annulo & byssina tunica donat, arcessitur de armento vitulus opimus, personat aula tripudio, & sub lætitiis est omnis domus: si quis autem Deifer Ignatius est, qui in plenitudinem ætatis Christi processit, & perfectus est, sicut Pater eius, qui in cœlis perfectus est; hunc, sicut triticum, cribrat, pinsit, adurit: Audi ipsum ex Hieronymi lib. de Ecclesiasticis Scriptoribus: *Ignis, crux, bestia, confractio ossium, membrorum diuisio, & totius corporis contritio, & tota tormenta Diaboli in me veniant: frumentum Christi sum: dentibus bestiarum molar, vt panis mundus inueniar:* Attende ad hanc regulam, Monacho antiquorum dierum, & contemplare, qualis gubernat magnus Paterfamiliàs, Quid obmurmuras? quid claustri quietem perturbas? quid reluctaris ad verbum increpatorium? Scilicet, grandis factus es, euasisti in virum meritis, & auctoritate conspicuum; omnis lapis pretiosus operimentum tuum: sed considera, quia viros gloriosos in generationibus suis, homines dominantes in potestatibus suis, magnos virtute, & prudentia præditos, asperiùs tractat Deus Sabaoth, qui erga pueros tamen exinaniuit semetipsum, & vt attrahat in funiculis Adam, velut puer efficitur cum illis, ludens coram eis in omni tempore.

Cum peccatoribus non scandalose Deus dissimulat.

Gloss. Hieron.

Luc 22.

Hieron.

52. Insidiabatur Seruatoris vitæ Herodes, & vnius ob mortem, mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus eius, à bimatu, & infra: Fugit infans ad Nili ostia. Quorsum? Velitne monere, his, qui viuere incipiunt Deo, & ab vberibus vix semoti fuerunt, fugâ muniendam salutem; veteranis licere taorú inimicum prouocare? At, qui in horto processit vltrò obuius venientibus, & ad duas vnculas: *Ego sum.* Illi, qui cum gladiis, & fustibus missi fuerant à Principibus Sacerdotum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram; non potuit seruare se inter Matris brachia? Sed esto, noluerit: sanguis tamen ille exigui corporis, redemisset genus humanum, & expoliasset Principatus, delens, quod aduersùs nos erat, chirographum decreti: cur igitur expectauit supra triginta annos? Deinde expendo hæc ipsa euenta comparatione æterni Genitoris: Quantæ curæ de tenera ætate, & penè mammante adhuc pusione? mittit de excelso cœlorum pennigerum nuncium, & iubet intra Palestinæ terminos non stare, Pelusiacam adeundam regionem, futurum quippe, vt Herodes quæreret puerum ad perdendum eum: *Dauid persequente Saül* (ait Chrysologus serm. 159.) *ad Iudaam confugit, recepit vicinia: domus vnius vidua, Eliæ sufficit ad latebras: Christo, dum migrat, non vicinæ Gentes, non finitima sufficiunt regiones.* Zelat Pater Sobolis incolumitatem; proptereà longa, verùm salutaria, indicit exilia: O prouidum pro Infante Genitorem! venitur tandem ad perfectos annos: ostendit se tanto parente dignam Prolem, opere & sermone potens: testatur de cœlo vox, hunc esse Filium dilectum, atque à Genitoris obedientia ne latum vnguem recedit vsque ad mortem; mortem autem Crucis: Hunc tam morigerum in ipso conflictationis articulo deseruisse visus: *Deus, Deus meus,* (inquit,) *vt quid dereliquisti me?* Verùm his erudiebamus

Christus infans declinat persequutionem, vir autem factus eã requirit, vt sic incipientes & perfectos doceat in quo ipsum imitari debeant.

Chrysol.

bamur nos: nam, quamuis Christus intra Matris aluum vir ab initio, proficiebat tamen sapientia, & ætate, & gratia apud Deum, & homines: repræsentabat itaque, à Geniticis collo pendens prima iustorum crepundia, & nouitias exercitationes: in Cruce, postquàm iam cursum consummauit, fidem seruauit, perfectorum statum significabat: Hinc igitur est, quòd Pater in infantia protegit, demulcet, atrocia pati noluit; quoniam virtutis tyrocinia consulatur, & refouet: postquàm autem euacuauit ea, quæ pueri fuerant, accinctúsque gladio super femur, intendit prosperè, & processit, Heroëm, & consummatæ gloriæ athletam in mœrore animi, in plagis supra modum, in spinis, in ludibriis multis exercuit. *Fratres* (inquit Chrysologus serm. 151.) *quòd fugit Christus, fuit mysterij, non timoris; diuinæ virtutis fuit, non fuit fragilitatis humanæ: non fugit propter Auctoris mortem; sed fugit propter sæculi vitam: nam, qui mori venerat, quare fugeret mortem? Christus totam causam nostræ salutis occiderat, si se paruulum permisisset occidi:* Et quomodo perimeret nostram salutem, si infans occubuisset? Fortasse, quia Euangelium non haberemus, non Apostolos per quos nationes conuerterentur? Sed poterat hæc omnia de cœlo reparasse: Cæterùm absque dubio cruori sacrato infinitus fuisset valor: poterat autem occidi nostra salus; quoniam, si tam seuerum aduersùs ætatis primitias Numen animaduertissent peccatores, absconderent se ab eo, protoplasti imitatione, optassentque potiùs in stercore suo computrescere, quàm coram toruo Iudice apparere.

53. Plorabat ad monumentum Maria Magdalena, & recedentibus discipulis perstabat lacrymosa: nemo illa flebilior, nemo tam fidus custos busti: dabat vires amor, & cupiebat saltem defuncto frui dilecto: Heu! quoties incassum introspexit, & arsit dolore ad vacuum sepulcrale saxum? Quid est, IESV bone, quòd tandiù differs solatium huius peccatricis? Non cogitat nisi de te; non loquitur nisi pro te; nihil nouit nisi IESVM, & hunc crucifixum: hæc omnis oratio: *Tulerunt Dominum meum:* Illa fugientibus Apostolis iuxta Crucem stetit: illa, cùm adhuc tenebræ essent, vna Sabbati ad monumentum venit: illa perstitit, abeunte discipulo, quem diligebat IESVS: Quòd si blandissimum pectus non emolliunt tanta, vincat memoria antiquarum misericordiarum: olim, cùm iustitiæ limina vix tetigisset, Simonem leprosum pro ea corripuisti: non cum sorore Martha, non cum discente, qui de effuso vnguento contristabatur, dissimulasti, & fleuisti cum flente, antequàm Lazarum euocares, è spelunca: Quid est, quòd recèns valedicentem pompæ, & voluptatibus demulcebas, nunc blanditiarum quasi pertæsos videare? Sed præstat nostræ dictionis horrorem Origenis mellea temperasse eloquentia, homil. de Magdalena, si tamen ille, & non Latinus aliquis Auctor: *O bone* IESV, *tu quoque, cùm vidisti eam lacrymantem lacrymatus es: O quàm piè consolando eam, dixisti: Vbi posuistis eum? Denique pro dilectione eius, qua multùm dilexit te, fratrem eius Lazarum suscitasti: O dulcissime Magister, quid post hæc in te peccauit hæc discipula tua, quia sic recedis ab ea? Nos post hæc nullum aliud peccatum de ea audiuimus, nisi quando sepultus fuisti, ante omnes valdè manè venit ad monumentum tuum ferens vnguenta quibus vngeret corpus tuum: si hoc est peccatum, negare non possumus, quin ipsa*

Sherlogi Anteloq. in Cant.

Chrysol.

In Magdalena quoniam fortis dilectionis fortior.

Origen.

hoc faciat: si autem peccatum non est, sed est amor, tui; quare sic recedis ab ea, & abscondis te, qui diligentes te diligis? Tu enim dicis: Ego diligentes me diligo: & qui manè vigilauerit ad me, inueniet me: ergo mulier ista, quæ valdè manè vigilat ad te, cur non inuenit te: An differebat IESVS præsentiam, vt diu exoptata chariora fierent, & lætior esset fruitio, quam longa desiderantis fastidia præcessissent? Sic Gregorius Papa homil. 25. in Euangelia: *Priùs ergo non inueniendus quæritur,* (ait,) *vt pòst inuentus strictiùs teneatur: sancta enim desideria dilatione crescunt: si autem dilatione deficiunt, desideria non sunt:* Sed arbitror, Magdalenæ iustitiam, antequàm Christus occumberet, iuuenescentem, & delicatam existimatam: non enim ad certamina adhuc venerat: at, patiente Seruatore, cùm illa Iudæorum neque minis, neque terroribus à Cruce diuelleretur, robusta & virilis facta est virtus: multò magis autem cùm, absente Præceptore, amicitiæ fidem seruaret, plorans semper ad funereum matutor: *Doléńsque ampliùs,* (vt aiebat Augustinus tract. 121. in Ioannem,) *quòd fuerat de monumento sublatus, quàm quòd fuerat in ligno occisus, quoniam Magistri tanti, cuius ei vita subtracta fuerat, nec memoria remanebat:* Hinc igitur est, quòd ante passionem officiosus & humanus erga eam appareat, quoniam Iuuenilis erat sanctitas, quæ vt robusta facta est per minas inimicorum, pérque absentiam dilecti, pro more suo toruos induit vultus: & sæpè quæsitus, sæpè reuocatus à femina, quam totam eius amor possederat, non prodit, non responsat; planctum, & suspiria spreuisse diceres: Præcessit in sponsa nostra Magdalenæ vmbra: sequebatur amissum compatrem per noctis silentium, per vicos & plateas lacrymabatur, vulnerauerunt illam, qui excubias agebant, tulerunt pallium custodes murorum: quis referat noctis illius clades, & Iliadem malorum? Si tamen miserandæ virgini daretur per infelices casus inuenisse dilectum, beatam diceret, & candidam noctem. O vos, quibus crebræ huiusmodi noctes, gens impollura, melior Electorum portio, sustinete modicùm: in via estis: de torrente, necesse est, bibatis: vtinam non & tempestas demergat vos, quoties intrauerunt aquæ vsque ad animam, & infixi estis in limo profundi: sed propterea exaltabitis caput, modicùm nunc si oportet tribulari, & lætabimini tandem pro diebus antiquis, quibus humiliauit vos sponsus, quibus abscondit se ab inuocantibus eum in veritate, inuocantibus eum lacrymis, & clamore valido.

Deum præsentiam differt, vt fruitio fit lætior.

Gregor.

August.

SECTIO VIII.

Iustorum vitam ex alterna gaudij, & mœroris vicissitudine componi.

FLeuimus cum sponsa amissi coniugis desiderium: atque in primis doluimus, quòd tum iucundior erga eam appareret, cùm illa in via mandatorum Domini plùs profecisset: sed reperiebat tandem: nam paulolùm cùm pertransisset, inuenit, quem diligebat anima eius: & iterum eo elapso, reperit in horto, in quem descenderat ad areolam aro- 54.

matum, vt lilia colligeret: Aliæ quoque aduersitates sponsam conturbarent: filiæ Hierusalem formæ inuiderunt, fuscam dixère: quadrigæ Aminadab mœrori fuère: Sed hæc quoque ridentia continuò subsequuta sunt: Sic igitur dolor, & voluptas alterno regnatu mentis arci præficiebantur: sic illa Ecclesiam Catholicam, cuius erat exemplar, ad viuum repræsentabat: nam ab ipsa prima genitura indiuisi comites fuère labor, & exultatio: Primùm, sub Iudæorum Senioribus, & Principibus, Stephano, aliisque multis trucidatis, planctus occasio; sed gaudij à multitudine credentium: Deinde facta est longa concertatio sub Romanorum ducibus, vastatis Christianis prouinciis vniuersis: recompensauit luctum pax à Constantini fide & religione: successère deinceps hæreses, bella, schismata, sexcenta malorum genera, sed toties risit, quoties flere coacta est: Vtronque ergo Canticorum argumentum, & historiale, & mysticum ducet nos, ne in die bonorum simus immemores miseriarum; sed post tenebras expectemus lucem, & rursum cùm in die fuerimus, sciamus, quia ad vesperam demorabitur fletus, ibuntque semper alternis gradibus iucunditas, & mœror.

Mœrorem Sponsa, risus consequitur.

55. Quis ille tam nouus dies, quem post absolutam elementorum fabricam opertam producit Moyses? *Compleuitque Deus* (ait Gen. cap. 2. v. 2.) *die septimo opus suum, & requieuit die septimo ab vniuerso opere, quod patrarat*: Vbi dierum initia & fines, mane, atque vespera? Hactenus semper Hagiographus: *Et factum est vespere, & mane dies, siue tertius, siue quartus, siue alius quispiam. Sabbatum autem* (inquit Damianus lib. 2. epist. 5.) *ad similitudinem Melchisedech Sacerdotis introducit, id est, sine patre, sine matre, sine aurora, & vespera: non enim adinstar aliorum dierum de creatione Sabbati aliquid priùs dixerat Moyses.* Sed quare hoc? Equidem septimam lucem sibi peculiariter appropriauerat Deus: benedixit enim ei, & sanctificauit illam: *In isto Sabbato, quasi in sanctuario* (prosequitur S. Damianus Cardinalis) *& Pater omnipotens requieuit, & nos requiescere præcepit: vnde & in Leuitico dicit: Sabbata mea custodite, & sanctuarium meum metuite:* Non sum oblitus contendere multis Tostatum; Sabhati celebrationem lege Mosaïca introductam, quem imitatur Pereira lib. 1. in Genesim ad vers. 3. c. 2. Sed placet nunc adhærere opinantibus inductam ab initio: Catherini ea est existimatio ad cap 2 Genesis: Eugubini in Cosmopœia: Saliani tom. 1. anno mundi 1. die 7. num. 3. Hunc igitur sibi cùm destinauerit diem Numen omnipotens, ecce, cur neque orientis, neque deficientis Solis mentio: nam debuit sanè inter hominis, Deique diem non vulgaris esse differentia: Quare, sicut homo ipse instabilis est, diuersisque affectibus obnoxius, nunc metuit, nunc securus est; nunc tristatur, nunc ridet; nunc corpore valido est, nunc afflicto: sic dies illius vicissitudines sustinere debuit, & nunc à Zephyris vespertinis, matutinisque temperari; nunc à meridiano sydere conflagrare; nunc sub atra veste esse; nunc sub splendenti & candido amictu Phœbum nihil impediente: Deum autem, apud quem non est transmutatio aliqua, neque vicissitudinis obumbratio, diem sortiri oportuit, quæ careret lucis, & tenebrarum successionibus: esset verò semper vnius, eiusdémque vultus: *Præterea* (vt differit Chrysostomus homil. 11. in Genesim) *diem segregauit Creator in opus humanæ naturæ, & noctem in requiem, & remissionem laborum; mensurásque, & terminos vtrisque præfixit, vnde nobis beneficia quædam prouenirent: nam & lux diurna operationis est tempus, de quo audi Dauid dicentem: Egredietur homo ad operationem suam vsque ad vesperam: Et benè inquit, vsque ad vesperam: nam, insurgente vespere, lux abscedit, & succedentes tenebræ humanam naturam sopiunt, & corpus, quod laborauerat, quiescere faciunt, ac sensus omnes remittunt; ac quasi nutrix optima, sensoriis omnibus quietem à laboribus, fatigationibúsque concedunt:* In hunc igitur scopum, cùm diem, noctémque condiderit, vt à diurno opere parta saluti dāna repararet nocturnum otium; cùm Dei quietem nunquam præcedat labor, nunquam sequatur; superuacaneum foret otio tenebras assignasse, vbi à feriando nulla vnquam est cessatio. Augustinus lib. 4. de Genesi ad literam, cap. 25. *Neque enim ab operibus suis, eis non egendo requieuisset, priusquam essent, quibus nec perfectis eguisset, & quia eis nunquam omninò eguit: nec beatitudo, qua eis non eget, tanquam proficienda perficitur: ideò septima die nulla vespera accessit.*

Peti Dam.

Sabbati quando obseruatio inducta?

Tostat.

Pereira.

Eugub.

Cather.

Salian.

Chrysost.

August.

Iam ad hoc reducamus, quod auctor naturæ Solem diei præfecerit, noctibus regendis Lunam: *In Sole, nimirum,* (vt philosophatur Bernardus serm. 1. de natiuitate Virginis) *& feruor & splendor stabilis: in Luna solus splendor, atque is omninò mutabilis, & incertus, qui nunquam in eodem statu permanet.* Nam, vt communis Astronomorum, Philosophorúmque cogitatio fert apud Clauium nostrum ad cap. 1. Sphæræ S[acr]obosci, titulo, *De ordine Sphærarum cœlestium*; omnes stellæ & Planetæ, in primis Lunæ sidus, splendorem à Sole mutuantur: ipse lucis debitor nemini: hinc necesse est deriuatam à Phœbo claritatem diminutionem & incrementa pati, variámque esse naturam luminis apud cætera astra, cum ipse sui similis semper pleno fulgeat iubare: *Luna* (inquit Theophilus Alexandrinus epist. 3. Paschali) *prudentissimo Dei artificio condita, & formarum mutans varietates ad plenitudinem tendit, & festinat ad diminutionem, vt quicquid crescens acquisierat, perdat, amittátque decrescens, nec stat in eodem statu*; Fecit igitur Verbum, in quo omnia facta sunt, Solem in potestatem diei, & Lunam in potestatem noctis: Quid inde? Equidem noctis tenebrosa facies, & ille à condensis vmbris horror huius vitæ repræsentat tempora: dies sempiternam beatæ stationis claritatem protendit; Quoniam igitur pro huius exilij spatio alternant vices gaudium, & mæror: nunc Ecclesia triumphat & læta est; nunc luget, & non est, qui consoletur eam, quia facta est, velut mare, contritio eius: nunc iusti attracti odore vnguentorum, & introducti in cellam vinariam, abundant nectarea dulcedine; nunc abeunte dilecto dormitat anima eorum præ tædio, & tribulantur, ita vt pigeat eos viuere: propterea conuenienter noctis imperium Lunæ assignatum; quia ipse est, quæ modò candida & hilaris apparet; modò atrata prodit, & funebris: Quoniam verò apud ciues fortunatæ vrbis semper perpetuum cantatur celeusma à gaudenti populo, & æternum resonat Alleluia in plateis, & compitis; nullus ibi locus mœrori, aut lamentis: ideò diei Sol aureus rector, cuius, nempe, feruor & splendor stabilis, vt ex Bernardo dicebamus: *Iam Ecclesia Luna magis intelligenda videtur vocabulo* (prosequitur melliloquus

56.

Bernard.

Astra à Sole splendorem mutuantur.

Clauius.

Luna, quare mutabilis.

Theophil. Alex.

Bernard.

loquus Abbas) *quòd, videlicet, non ex se splendeat; sed ab eo, qui dicit: Sine me nihil potestis facere.* Ambrosius autem lib. 4. Hexameron, c. 8. *Hæc est vera Luna, quæ de fraterni sui luce perpetua. lumen sibi immortalitatis, & gratiæ mutuatur: fulget enim Ecclesia non suo, sed Christi lumine, & splendorem sibi acrescit de Sole iustitiæ:* Atque iustos exhortans, vt cùm recesserit dilectus, & tenebræ mentem occupauerint, rursus claritatem expectent longanimes; *Nam, si etiam Luna (ait) cui tantum Dominus commisit ministerium, vt illuminet orbem terrarum, & crescit, & deficit; cur non id moderationis assumimus. vt neque in aduersis abyciamus animum, & rursum non extollamur in prosperis?*

Ambros.

57\. Sed illud non prætereundum obiter, Gentes superstitiosi deditas, cùm Lunam inter præcipua Numina haberent, ad eius defectum & tenebras ingenti mœrore affici solitas: quare inconditio sonitu cymbalorum, sistrorum clamoribus ad pristinum splendorem reuocare conati, & contra magica incantamenta defendere, quòd putarent è cœlo deduci incantatorum præstigiis; Tacitus lib. 1. cap. 7. *Igitur tubarum sono, æris, cornuúmque concentu strepere vt splendidior. obscuriórve, lætari, mœrere: ac postquàm oborta nubes officere visui, conditámque crediderunt tenebris, vt sunt mobiles ad superstitionem perculsæ semel mentes. sibi æternum laborem portendi, sua facinora lamentabantur, Deos aduersari.* Papinius lib. 6. Theb.

Luna laboranti cum magno sonitu Ethnici succurrebant.

Tacitus.

Statius.

Sic cadit attonitis quoties auellitur astris
Solis opaca soror. procul auxiliantia Gentes
Æra crepant, frustráque timent, ac Thessala victrix
Ridet anhelantes audito carmine bigas.

Contra hunc nationum errorem composuit sermonem doctum S. Maximus Taurinensis Antistes: *Laborat (ait) planè Luna; negare non possum: sed laborat cum cæteris creaturis: non laborat carminibus; sed laborat obsequijs; Benè igitur facitis, quòd diuinitati exhibetis solatium: sed, si vultis hoc plenius facere, cunctis & totis noctibus peruigilare debetis: Nam, quoties putatis, vobis dormientibus, Luna vim passa est; & tamen de cœlo non corruit? Aut, nunquid semper circa vesperam defectum patitur, non aliquando, & circa lucem laborat? Sed apud vos vespertinis tantùm horis laborare consueuit, quando copiosa cœna venter distenditur, quando maioribus poculis caput mouetur: tunc igitur apud vos laborat Luna, quando laborat & vinum,* &c. Quorsum hæc ad quam institueramus tractationem? Ædepol ex Gentium insipientia salutare aliquod antidotum pro piarum mentium morbis elicere voluimus: Infirmatur quispiam in nobis, & tristis est anima illius vsque ad mortem, quoniam Sol obscuratus est, & Luna non dat lumen suum; auertit dilectus faciem suam, & factus est conturbatus: imitetur tunc pro laborante Diana Gentilium vociferationes & planctus; arbitretur se hæc iustè pati, quoniam respexit in vanitates, & insanias falsas; clamet in cœlum; deducat quasi torrentem lacrymas per diem, & noctem; neque taceat pupilla oculi eius, donec videat rursus Lunam incedentem clarè; & lætetur cor eius.

Max. Taur.

58\. Sed hanc variam sanctarum mentium fortunam mirificè delineatam verbis Exodi cap. 13. vers. 21. opinamur: sic habet Moyses: *Dominus autem præcedebat eos ad ostendendum viam, per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis: vt dux esset itineris vtróque tempore:* Nam, vt demus quidem, necessarium fuisse lucidum aliquod corpus per tenebras euntibus, atque ob has causas columna ignea vtilis fuerit, caligine terras occupante: at qualis per diem itineris, & ambagum directrix nubes? quin magis confusionem pepetisset: erat enim Solis claritatem impediens; quò & calorem arceret: expandit enim eam omnipotens in protectionem eorum; Non sufficiebat stella, quæ Magos longo tractu ad Bethlehem vsque perduxit? Non congruentior syderis ducatus, quàm nubis, quæ splendorem tegeret, & facem viatoribus subduceret? quàm ignis, qui torreret per Ægypti, & Arabiæ loca immoderatis caloribus fumantia gradientes? Asseramus, voluisse Deum sociasse vbique cum tristibus iucunda, cum aduersis læta, cum labore voluptatem. Sed quo pacto isthæc associata? Profectò hilaria ostendebat columnæ ignitæ splendor; huic circunfusa nox ad luctum inuitabat: interdiu autem lucis ipsius radij lætitiam pariebant intuentibus; nubis atratum pallium mœstitudinem ingerebat: rursum Solis iubar nocebat sub climate ardenti; temperabat flammas nubes: noctis frigida tempestas vexabat; tepebat ab ignita columna aër; nam protexisse à frigore scribit Iustinus Martyr in Dialogo cum Tryphone Iudæo: Sed has vicissitudines quandiu experti Hebræi? Quovsque nunquam illis plenè micans Olympus, & sine nubilo? Certè, donec optata Chananæorum tellure potiri licuit; dum gradebantur; quoad viatores fuerant, & solitudine consisterant, sub atratis, sub candidis pariter fuerant: O iustorum expressam ideam, & loquentem similitudinem! In itinere adhuc laboratis, sub elementis huius mundi, in terra deserta: quid ingemiscitis? Quoniam nubes operiunt Solem, cœlúmque: quoniam columnam flammiuomam circumambit nox? Eia sic itur ad sedes promissas, & regionem amœnam fluentem lacte & melle: cùm ad patriam veneritis, non erant ampliùs tenebræ, neque nox. quoniam agnus est lucerna eius: Interim dum hîc subsistitis, miscebitur risus fletui, & extrema gaudij luctus possidebit: erunt commixta, & nox, & claritas nam sæpè dilectus longè fiet à vobis, & tunc tenebræ comprehendent vos: sæpe apparebit, & tunc in luce, & exultatione eritis.

Exod. 13.

Columna ignis in eremo frigora pellebat.

Iustin. Mart.

Quid obstupescitis, si pro diebus huius exilij sponsus nunquam in eodem statu permanet; sed modò it, modò redit, modò faciem, modò terga ostendit? Si nobis annunciantibus tanquam paruulis non creditis, consulite Seraphim, & docebunt vos: stare circa solium excelsum, & eleuatum perhibet Esaïas, sex alis prædita; duabus velare faciem, duabus occultare pedes Numinis, duabus volare: Quid est ex parte latere, & abscondi Deitatem? ex parte promittere? Et heu duæ partes subsidunt & merguntur, vna solùm prosilit, quoniam dilecti fugæ & absentiæ superant præsentiæ tempora: Nam, si visio beata est, & intuitio Dei perfecta, cur non omnia peruadit cognitio rei, sicuti est in se? Si etiam ille status gloriæ est, atque perennis quietis, quamobrem non sedent Seraphim? Nimiúmne hoc est præsumptuosum, quando hominibus pollicitum; quia ipsi sedebunt iudicantes duodecim tribus Israël? & quoniam multi venient ab Oriente, & Occidente, & recumbent cum Abraham, Isaac & Iacob? Quare equidem reor, illa ardentium 59.

Esaiæ 6.

Spirituum repræſentatione, Eſaiæ cap.6 ſignificatam potiùs iuſtorum, qui in via ſunt, conditionem, quàm eorum, qui ad patriam peruenerunt. Nam, vt ſcribit Gregor. Papa lib. 1. Moralium, cap. 26. *Sedere, quieſcentis eſt; aſſurgere, decertantis.* Bernard. manifeſtè indicat ſerm. 5. de verbis Eſaiæ: *Stat Chriſtus pro Patre zelans, Patris gloriam quærens, Zelo Patris adiuuans adoptiuos: ſic illum Stephanus ſtantem vidit, quem habuit adiutorem: ſic Propheta in adiutorium eum ſurgere precabatur: Exurge, inquiens, Domine adiuua nos:*

Gregor.

Bernard.

Iudæi agnū ſtantes an comederunt Maldon. Philo.

Sic ex verbis legis Exodi cap. 12. verſ. 11. colligi ſatis claré, Iudæos agnum ſtantes comediſſe, iudicat Maldonatus ad cap. 26. Matthæi, verſ. 20. tradit Philo apertè eo libro, cui titulus: *De ſacrificie Abel & Cain.* At, quem in finem ſtantes? Quoniam ad iter accingebantur, & viatores decebat eiuſmodi præparatio: Præclarè Chryſoſtomus homil. 60. ad populum Antiochenſem: *Nam, ſi Iudæi ſtantes & calceamenta manibus geſtantes, & baculos, agnum cum feſtinatione comedebant, te multò magis oportet eſſe ſolertem: Nam illi quidem in Palæſtinam erant prodituri, & propterea viatorum figuram habebant: tu verò debes in cælum migrare, quapropter in omnibus oportet te vigilare:* Iam igitur, cùm ſtandi geſtus eos denotet, qui aut parati ſunt ad certamen, bellóque expediti; aut habiles, vt viæ ſe committant, & peregrinatum proficiſcantur: conſpicuum eſt, Seraphim ſtantes coram throno, iuſtos viatores adhoc, & merendi loco poſitos indicare: Hinc ergo eſt, quòd Numen ex parte contemplantur, ex parte ignorant: ſanè ſi ſederent, ſi Beatorum gaudium repræſentarent, viderent totam Domini claritatem: nunc verò, quoniam ſtant, quia militia, quia incolatus eſt vita eorum, & peregrinantur, bibunt de calice mixto ex hoc in illud, & veniunt ſuper eos tempora multa, tempus amplexandi, & tempus ceſſandi ab amplexibus; tempus occidendi, & tempus ſanandi; tempus plangendi, & tempus ſaltandi: O ſi appendatur in ſtatera (IESV dilecte votorum noſtrorum) tempus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexibus, quaſi arena maris illa grauior apparebit ſtatera, quæ vultus tui abſconſionem continuerit! Quàm ſerò redis, quàm properè abis, niſi fortaſſe amanti nunquam mora illa longa videatur, qua te potitur: Sed ita gradiendum eſt: minora ſunt, quæ vident Seraphim: duas tantùm alas explicant, quatuor obtegunt pennis: Concinnè Bernardus

Chryſoſt.

Bernard.

ſerm. 3. de verbis Eſaiæ: *Sola ſedet Trinitas, quæ ſola habet immutabilitatem: ſola eſt, apud quam non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio: Seraphim verò ſtant, immutabiles quidem; ſed ſuo modo, non eius comparatione:* Quantumcunque Seraphim ſis, ita vt ardeas charitate: tamen donec ſteteris, & peregrinaueris à Domino, neceſſe eſt mutationi ſubiaceas.

60. Seraphim erant diſcipuli illi duo, qui ibant in Emmaüs; nam ardebat cor eorum, dum loquebatur illis in via: Miraris vocaſſe nos homines Seraphim? Bernardi magiſterium ſequuti ſumus

Bernard.

ſerm. 3. de verbis Eſaiæ: *Et ego quidem, Fratres, ſi licet in hac parte vnicuique abundare in ſuo ſenſu, in duobus Seraphim duplicem arbitror intelligi creaturam rationabilem, angelicam, ſcilicet, & humanam. Nec mireris hominem Seraphim factum: memento, quia & Creator, & Dominus Seraphim factus eſt homo. Ad contumeliam tuam ô ſuperbe, qui creatus inter Angelos, inter Angelos ſtare non meruiſti: ecce Rex noſter nouos in terra Angelos fabricaturus aduenit, atque vt tabeſcas amplius, non qualeſcumque, nec inferioris alicuius ordinis Angelos, ſed Seraphim: audi enim, quid ipſe loquatur: Ignem, inquit veni mittere in terram; & quid volo, niſi vt accendatur? Vult ergo Seraphim fabricare, vt ibi ſtent, vnde tu corruiſti:* Seraphim itaque erant diſcipuli illi, quorum corda eiaculabantur flammas, dum exponeret eis Scripturas incipiens à Moyſe & Prophetis: Sed vident & non cognoſcunt, in quem proſpicere deſiderant. Quid mirum? Oculi eorum tenebantur: Nónne tenebantur, cùm duabus velarent faciem pennis? nec ſufficit latuiſſe, increpat inſuper: ſtultos, & tardos corde ad credendum dicit: hæccine, quorum quondam Ioſeph præfigurarat, cùm fratrum ſermones intelligeret, & diſſimulans vicario ore loqueretur: *Neſciebant autem, quòd intelligeret Ioſeph,* (Geneſ. cap. 42. verſ. 23.) *eò quòd per Interpretem loqueretur ad eos:* cùm exploratores appellaret, & cuſtodiæ traderet? Sic exiſtimauit Drogo libro de Sacramento Dominicæ paſſionis: *Verè tu es ille Ioſeph, qui ad fratres tuos, quaſi ad alienos durius loquebaris, non indignatione, ſed miſeratione: dum illos duos in via ambulantes, & dolebas, & arguebas: O ſtulti, & tardi corde ad credendum?* Sed tandem abeunt nubila, & aperti ſunt oculi eorum, & cognouerunt eum: at cognouerunt quaſi in ictu oculi ſolùm: nam continuò euanuit: O breue gaudij interuallum! longo itinere latitat, & in ictu tantùm oculi cernitur: O ſi ſaltem velatus, & in ignota forma perſtaret cum eis! nam & hoc concupierant vehementer: *Mane nobiſcum, quo niam adueſperaſcit, & inclinata eſt iam dies:* Sed neque manifeſtum, neque occultum tenere valent: Audax ſponſa noſtri carminis, quæ hunc fugitiuum dilectum, qui nec pretio, nec precibus teneri poteſt, conata non dimittere, donec introduceret eum in domum matris ſuæ, & in cubiculum genitricis ſuæ: Sed nunquid aſſequuta? Certè excidit auſis: non longè enim poſtea iterum elapſus, quem per incredibiles labores, per plagas, ſcilicet, & genialis cycladis amiſſionem inuenit tandem; ſed non auſa in poſterum polliceri non dimiſſuram ſe, quem reperierat: ſic & alius dicebat in exceſſu ſuo: *Non mouebor in æternum:* Sed didicit angelicam eſſe hanc perfectionem, & ciuium beatorum: nam, auertente faciem Domino, ſubitò factus eſt conturbatus, & paulò minùs habitaſſet in Inferno anima eius: Sic ambulandum, donec videatur Deus Deorum in Sion.

Diſcipuli duo euntes in Emmaus, propter dilectionis feruorem erant duo Seraphim.

Gen. 42.

Drog Hoſt.

SECTIO IX.

Euchariſtiæ frequentem manducationem, aduersùs carnis petulantiam, efficax in primis eſſe antidotum.

NVllarum mercium tanta copia in noſtri Epithalamij nundinis, quanta conuiuiorum: 61.
Quocunque lumina dirigas, ſympoſium te continuò ſalutat: in hortis epulæ: inter nemora, non aperta planities, non defoſſæ valles, non montium ſurgentia cacumina abſque Cerere, & Baccho, elementorúmque lautitiis: ſuperfluum eſt domeſtici triclinij meminiſſe. O rem mirabilem!

bibunt

bibunt vocati ad prandia hæc per singulos dies; & bibunt, donec inebrientur: *Comedite, amici,* (hortatur Modiperator,) *& bibite, & inebriamini, charissimi.* Et tamen nullius læsum cerebrum, nullæ Cyclopum pugnæ, nemo fracta valetudine ad lectum delatus: maxima illa culpa est, si quis parum hauriat, si parum degluttiat, si rarus appareat conuiua, & post interualla epuletur: Nolite obstupescere mensæ huius peregrinos, & insolitos partus: cibi nanque illius, mundi vita sunt, Caro, scilicet, & Sanguis Filij Dei. *Hic calix ille inebrians, & præclarus* simul: Quid enim iam præclarum, quàm inebriari à poculis, & non prosterni?

Theod. Psal. 22. *Manifesta sunt hæc* (ait Theodoretus ad Psalmum 22.) *ijs, qui sacris initiati, atque nullius explanationis indigent: nouerunt enim ebrietatem potentē quidē, sed non dissoluentem.* Verùm, quid præclarus conferet scyphus, discamus à sceptrigero Psalte: *Parasti* (ait) *in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me:*

Psal. 22. 5. *impinguasti in oleo caput meum:* Qui sunt isti, qui Dauid tribulauerunt? qui contristauerunt animam eius? Nunquid Saul cum satellitibus suis, qui nolit regnare illum super Israël, & quærit in speluncis, inter syluas, & per montium excelsa diligens venator, vt auferat de terra memoriam eius, si valeat? Nunquid Absalon, filius perditionis, qui conturbat vniuersam gentem, volens ante patris obitum sedere superbus in throno imperij, & dici Rex Iudæorum? Puto bis grauiores discordias perpessum Dauid, pro quibus alibi ingemiscens clamat in cœlum: *Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ: non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum: afflictus, & humiliatus sum nimis:* (Psalmo 37.) *rugiebam à gemitu*

Psal. 37. Carnales concupiscentiæ acerbiores fuere Dauidi hostes quam Saül aut Absalon.

cordis mei. Contra hos igitur, quos secum dolens portabat inimicos, qui aduersùs spiritum reluctantur, à quibus superatus est, cùm Vriæ Hethæi adamauit vxorem, & occidit in dolo virum innocentem, gaudens deprædicat præstita sibi arma efficacia; non thoracem militem, non vmbonem, non lanceam, non quidpiam aliud de Vulcani incude: sed craterem plenum musto antiquo; sed escas delicatas; sed vnguenta, quæ descendūt de capite in barbam, & oram vestimenti: nam impinguauerunt in oleo caput eius: id est, (ait Bruno

Bruno. Carthusiensis ad Psal. 22.) *mitem fecisti mentem meam, non rebellem, in gratia sancti Spiritus, qua oleum dicitur:* Ad hoc igitur parauit ei mensam Dominus, vt carnis rebellionem comprimeret pabulo salutari, vt mente tranquilla, & pacata, post edomitas concupiscentias iucundus frueretur: Sed animaduerte, quæ leges præscriptæ desiderantibus animi quietem, & triumphum de malo fomite: *Parasti* (inquit) *mensam in conspectu meo:* Quid dicis, Propheta? eximiúmne hoc aliquid, & singulare, quòd ante ora, vultúsque tuos tripodem posuerit? Vbi voluisses cibos parari, nisi coram te, quasi aut à tergo, aut longè positos gustare potuisses? Et nónne hoc commune vniuersis mortalibus mensam ante oculos, in conspectu suo habere? Quid igitur à te postulat Deus tuus? Certè peculiare quidpiam; nempe, vt nulla te capiat immemoria huius mensæ, quæ datur tibi contra eos, qui tribulant te: crebrò adeas, familiaris tibi sit, & satis cognita: Hæc si obseruare pergas non segnis, proculdubiò actum erit de his, qui tribolant te: quemadmodum fumus deficient, & sicut olus herbarum, quod, priusquàm euellatur, exaruit: Hac de causa toties epulatum in sponsi nostri nuptiis: ob hoc ipse mittit ancillas, vt clament in plateis, & ad exitus viarum, & vocent quoscunque ad conuiuium liberale, vbi saturari licet absque argento, & commutatione vlla: quoniam nouit non edomandum appetitum noxium, nisi quis crebrò, & frequenter manducauerit de Pane hoc.

Hierichuntinam vrbem adoriturus Iosue: quæ ciuitas, si Hebræo credimus Paraphrasti, *Clausa erat foribus ferreis, & obserata vectibus aeneis ante filios Israel,* iubetur nouam obsidionis formam instruere: quippe circunducendam Arcam fœderis septem diebus per circuitus murorum, clangentibus tubis illis, quarum in Iubileo vsus, Sacerdotibus sonum edentibus: De his cùm plurima exquiri valeant, nunc de potissimis edoceri cuperemus: nempe, cùm Dominus Numerorum c. 10. Moysi imperauerit argenteas duas ductiles tubas conficere, quibus, quoties dimicandū esset, classicum insonarent; quamobrem Iubilei tubas, quæ corneæ erant, perstrepere iubet? Equidem Iubilei felix annus, quinquagesimus, scilicet, otiū, & quietem afferebat mortalibus: redibat tum bonus ad possessionem suam, & vnusquisque ad pristinam familiam: Lege cap. 25. Leuitici: At in Hierichuntina expugnatione omnia ex diametro: nempe, pro tranquillitate ingens tumultus; possessiones auferuntur, non postliminio visitant dominos, familiæ confunduntur, non ad veterem ordinem remeant: Quid, quòd ciuitas illa, quam primam aggressi fuerant Hebræi? Debuit igitur circumitio murorum veræ pugnæ speciem præferre: atque hinc discere milites, quid in subsequuturis obsidionibus cauere, quid obseruare oporteret: Sed esto, cornei illi litui quorum in Iubileo vsus, castris quoque seruiant non indecorè, cùm Latinus Poëta accinat Æneid lib 8.

62. Hiericho valuas ferreas habens. Paraphrast.

Anno Iubilei omnia tranquilla & læta.

Leuit. 25.

Litui cornei, bellica instrumenta.

Maro.

Vt belli signum Laurenti Turnus ab arce
Extulit, & rauce strepuerunt cornua cantu.

Rosin. de quibus ex Vegetio agit Rosinus lib. 10. Antiquit. Romanar. cap 5. quorsum necesse sit septies circundare vrbem? Aliquidne virtutis singulare septenario numero ad ferratos vectes, saxáque murorum ingentia confringenda, quod non quinarius, non octonarius perficiat numerus? Sanè

Hiericho, quare sic nuncupata? Masius. Hiericho sic dicta, vt annotauit Masius ad cap. 2. Iosue versum primum, vel, quòd planities illius, Lunæ nascentis figuram repræsentet; vel à suauissimo halitu florum, aromatúmque, quibus abundat: imprimis balsami ferax est, & laudatissimas rosas profert: Ab vtrisque prouerbiales locutiones: nam de eius opobalsamo sponsa Cantic. 1.

Cant. 1. Eccli. 24. *Botrus Cypri in vineis Engaddi:* De rosis Eccli. cap. 24. *Quasi plantatio rosæ in Hiericho:* Ad quæ verba Glossa interlinearis interpretatur Hiericho *Lunam, aut bonum odorem:* Lunam interpretari, vsitatissimum Patribus est: vnde & mundum significari arbitrantur passim ob vicissitudines rerum, perpetuámque instabilitatem: Ego nunc carnem, eiúsque opera indicari cupiam, nec incongruè: nam, si Lunæ inconstantia, gloriæ humanæ volubilitatem denotat; molle illud, & blandulum in floribus, venustulū illud citò marcescens, carnem aptè exprimit: Quid igitur Legionū Dux, IESVS, meditatus, quo carnis vallum perrumpat? Ab Arca præsidium mutuatur: ipsa est notissimū dominici Corporis symbolum: de quo hunc Iosue

Philip Abb. locum explanans Philippus Abbas tractatu de silentio Clericorum, c. 19. *Cuiusmodi morem,* (ait,) *quem Synagoga diuina prisca legis institutio delegauit; Ecclesia tempore gratiæ à se nē penitùs relegauit:*

 sed

sed tubas ductiles, quibus illam illo tempore perso-
nante, istata signa forma alterius commutauit, quæ,
cum habet epulum, id est, cùm in altari Corporis, &
Sanguinis Christi conficit Sacramentum, consueuit
solemni subilo personare: Arcæ igitur adminiculo
vincenda carnis propugnacula: Verùm necesse est
Regula: Septies indefinitè significat pro eo, quod est frequenter. circunduci septies: Quid autem *septies* circunfer-
re? Quàm frequentissime id ipsum repetere: id
enim *septies* ex Scripturarũ vsu significare puto,
tam clementarem fore neminem, vt ignoret: Sed
si quis in apertissimis Patronos amat, consulat
Cant. pret. Ribera. Cantapretensem lib.6. hypotyp.c.4 Riberam ad
c.5. Michææ, n.60. Carnem igitur debellare cu-
pientem, necessarium est ad sacram mensam non
perfunctoriè, & rarum accedere: hoc circunlatæ
toties Arcæ mysterium. Sed, quid Iubilei tubæ
portendant? Equidem Iubilei optatissimis annis
per omnes Chananæorum regiones altissima do-
minabatur pax, otióque gaudebant securissimo, &
homines, & animantia, & tellus ipsa: insuper redi-
bat vnusquisque ad auitas possessiones: Indicat
itaque fore, vt qui immortalitatis alimoniam sæ-
piùs comedant, tanta animi quiete perfruantur,
quanta quodammodo, si carne circumamicti non
essent: quin dicas reuertisse ad auorum patrimo-
nia, hoc est, similem animi tranquillitatem cum ea
sortitos, quam vlitimus auorum in loco voluptatis
obtinebat ante vetiti pomi esum.

Caligante Isaac, præferri cupiens, quem magis
63. diligebat, iuniorem filium, Rebecca, armauit in-
genioso dolo Iacob & tandem desideratis potita,
obtinuit natorum chariori meliorem benedictio-
nem; atque huius forma: *Det tibi* (inquit) *Deus de*
Gen.27, 28. *rore cæli, & de pinguedine terræ abundantiam fru-*
menti, & vini: & seruiant tibi populi, ac tribus: esto
dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij
matris tuæ Dura facies horum verborum: quippe
præter vnum Esaü, Iacob alios fratres non habe-
bat: quæ est ergo illa fratrum multitudo, quorum
futurus sit dominus? aut qui filij matris, cùm vnus
tantùm reliquus sit ferus & agrestis ille venator
Esaü? Quòd si huius comparatione dicta conten-
das, & in multis vnum significatũ, vti ex Hebræi
idiomatis vsu nonnunquam contingit; sed quan-
do adimpleta? cùm potiùs sciamus ex Genesis
c.33 cùm Esaü obuiam factus Iacob, *Ve vidit ve-*
Gen 33. *nientem Esau progrediens adorauit pronus in terrã*
septies: At demùs ad exitum perducta: certè bello,
& prælijs vincendi erant; quemadmodum, Daui-
de imperáte, subiugati sunt Esaü pronepotes Idu-
mæi: Satísne apta connexio rerum? *Det tibi Deus*
abundantiam frumenti, & vini, & incuruentur ante
te filij matris tuæ? Præcatus quidem fuisset corpus
validum, & laboris patiens; spiritus masculos, &
ardentes; militiam benè instructam, equorum, &
quadrigarum copiam; hæc inimicis terrorem in-
cuterent; hæc Ducem fecissent: at panis, id est,
omnium escarum, (sic enim vox illa sæpè in sacra
loquutione significat,) & vini saturitas, quid aliud
Deliciæ fortissimos Duces eneruãt. perpetrauerint, quàm ex strenuissimis bellatori-
bus ignauos & imbelles reddere? *Inuictum enim*
armis Annibalem (ait Valerius lib. 9.c.1.) *Campana*
Valer. Max. *luxuria complexa, vincendum Romano militi tribuit;*
illa vigilantissimum Ducem, illa exercitum acerri-
mum dapibus largis, abundanti vino, vnguentorum
fragrantia, Veneris vsu lasciuiore, ad somnum, & de-
licias euocauit, ac tum demum fracta & contusa Pu-
nica feritas est. Quare Spartianus in Pescennino
Spartian. Nigro: *Huic* (ait) *erga milites tanta fuit censura, vt*
cùm apud Ægyptum ab eo limitanei milites vinum
peterent, responderit: Nilum habetis, & vinum
quæritis? Satiùs ipse Iacob, cùm Iudæ castrensem
gloriam prædiceret: *Manus tua in ceruicibus ini-*
micorum tuorum, adorabunt te filij patris tui: Non
ciborum excessus optauit; sed leonis, inter animã-
tia robustissimi, æmulos spiritus: *Catulus leonis*
Iuda, ad prædam, fili mi, ascendisti: requiescens ac-
cubuisti, vt leo, &c. Gen.c.49. Quamobrem spiri- Genes.49.
taliter potiùs accipiendam hanc de Iacobo vati-
cinationem, arbitratur Lyranus, & docuit antea
Augustinus tom.5. lib. 16. de Ciuitate, cap.38. & August.
tom.10. serm.78. de tempore, vbi ait: *Hæc omnia,*
Fratres charissimi sicut dicit Apostolus, in figura
contingebant illis: scripta autem sunt propter nos:
Concepit ergo corporaliter de Beato Isaac Rebecca:
quia conceptura erat spiritualiter de Christo Eccle-
sia: in Esau enim carnales intelliguntur: in Iacob ve-
rò spirituales: isti enim duo populi, sicut Beatus Apo-
stolus euidenter assignat, cùm carnales demonstrat,
& spirituales insinuat: sic enim ait: Manifesta sunt
opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, luxu-
ria, idolorum seruitus, inimicitia, contentiones, iræ, ri-
xa, dissensiones, secta, inuidia, ebrietates: ecce fructus
populi pertinentis ad Esau: Qui autem sunt fructus,
qui pertinent ad Iacob, idem Apostolus in conse-
quentibus adiungit, dicens: Fructus autem spiritus est
charitas, gaudium, pax, longanimitas, fides, bonitas,
modestia, continentia: ecce opera spiritalium ad
Beatum Iacob, id est, ad pium populum perti-
nentia: Ergo superare Iacob filios matris suæ, est
spiritum, carnis opera subiugare: hæc enim sunt
filij matris, de quibus conquesta sponsa nostra
Cantic. cap 1. quoniam pugnauerunt contra eam:
Filij matris meæ pugnauerunt aduersus me: Corporis
passiones, carnis illecebræ desolauerunt me: adeò mihi
Sol iustitiæ non refulsit. (ait Ambrosius lib. de Ambros.
Isaac, & anima, cap. 4.) Ad hos igitur edomandos
hostes, vide quales ordinet Legiones, qualia di-
sponat castra: *Det tibi* (ait) *abundantiam frumenti,*
& vini. Quid hæc? Augustinus lib. 16. de Ciuita- August.
te, c. 38. *Eius est multitudo frumenti, & vini; hoc est,*
multitudo, quam colligit frumentum, & vinum, in
Sacramento Corporis, & Sanguinis eius: Eadem Beda.
verba transcribit Beda in Genesim, & Isidorus Isidor.
apud Glossam: Manducãdo itaque Corpus Chri-
sti, sopiuntur carnis rebelles, & inquieti motus:
Sed attende, quibus promissa victoria: his, nẽpe,
apud quos abundat vinum, & frumentum: nam, si
rarò ad mensam accedas; si pauci tantùm apud te
panes, & modicum vini; si epuleris semel, aut ite-
rum tantùm in anno; non incuruabuntur ante te
filij matris tuæ; non superabis carnis tentamenta,
quorum triumphus abundantiæ solùm consigna-
tus: Audi Paschasium tractatu de Sacramento Paschas.
Corporis, & sanguinis Christi, cap. 21. ad illud
Genes. 27. *Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni,*
&c. *De quo sanè agro* (ait) *Panis vitæ, id est, Caro,*
& potus Sanguinis credentibus quotidie exuberat,
& à fidelibus metitur: In quo vtique Iacob verus
benedicitur, & dominus fratrum suorum constitui-
tur, quia, nimirum, sine isto nulla rerum alia proficit
benedictio.

Transeamus ab Esaü ad eius posteros, Arabiæ 64.
Petrææ populos, Amalecitas, quibuscum prima
prælia gessère filij Israël, vti Numerorum cap.17. Num 17.
docemur: Cur in eum diem nullus aduersùs He-
bræos hostis insurrexit? nam peragrasse illos diu
solitudinem ante hæc gesta scribit Philo lib.1. de
vita Moysis. Iosephus lib. 3. Antiq.c.2. *Hebræorum* Philo
fama longè, latéque diuulgata, rumoribúsque de ijs Ioseph.
per

per omnes gentes circumquaque sparsis, non mediocrẽ metum accolas eius regionis occupasse. Singularem caussam meditatus Adamantius, quòd in eum diem populum dimicare Numen non sustinuerit; nempe, quoniam nondum Olympus manna ad eos miserat, velut ad pugnam absque huius esu inhabiles:

Origen.

Describitur bellum (ait ille homil. 11. in Exodum) *cum Amalecitis factum: populus dicitur pugnasse & vicisse: antequam manducaret panem de cælo, non dicitur pugnasse populus: sed dicitur ad eum: Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis: Est ergo quando Dominus pugnat pro nobis, nec permittit tentari supra id, quod possumus; nec impares viribus finit ad fortem venire congressum: Tu ergo, cum cœperis manducare manna, Panem cælestem: expecta pugnam, prapara te ad bellum.* Equidem, si historiæ attendamus, haud possumus Adamantio acquiescere: scimus enim victoriam illam, non esitatione cœlestis alimoniæ partam; sed potiùs manuum Legislatoris eleuatione, vti scitè aduertit, & ex veterũ sententia probat Salianus tom. 2. anno mundi 2544. n. 349.

Salian.

Sed in mysticis venustus est Origenis discursus: quippe Amalec carnem, quæ aduersùs spiritum colluctatur, repræsentat, vt tradit Lyranus ad citatum c. 17. Exodi:

Lyran.

Amalec interpretatur, gens bruta, & carnem repræsentat quæ aduersus Spiritum colluctatur.

Per Amalec (ait) *qui interpretatur gens bruta, significatur caro. quia per eam conuenit homo cum animalibus brutis: ipsa verò pugnat contra spiritum, qui per Israel significatur:* Vis certam victoriæ de Amalec spem concipere? Manduca de vitæ pabulo: Sed animaduertere sollicitus, quid præscribant: non semel, bisve per anni circulum; non ad menses singulos: sed vno Sabbatho excepto, per omnem hebdomadam nouum panem colligere:

Vatabl.

Voluit Deus (ait Vatablus) *dare illis cibos, non per singulos menses; sed per singulos dies: vt nullus transiret dies, in quo Dei erga se beneficium non sentirent, atque ob id Dei memores semper essent:* Sic igitur, si de sursum effuso Pane comederis, vt de recenti semper manduces, vt crebrò ad conuiuium salutare accedas, vt assiduus sis in colligendo manna; reportabis de Amalec, & vniuersa carnis potentia memorabilem victoriam: Verùm indiscussa non transeamus Adamantij verba:

Origen.

Antequàm manducaret panem de cælo, non dicitur pugnasse populus: sed dicitur ad eum: Dominus pugnabit pro vobis. Declaremus simili ex Deuteronomij c. 32. mutuato:

Deut. 32.

Sicut aquila (ait) *prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans, expandit alas suas, & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis.* Quæ hæc aquilarum natura?

Aquila vt pullos volare instruat.

Glossa.

Aquila, (ait Glossa,) *cùm plumescere pullos suos videt, ad Solem conuertit, & ad volandum prouocat, lassósque alis sustentat:* Sanè hoc non tam est volare pullos, quàm à matre sustolli per aëra: at robur adepti pennæ, & tum soboles perosa alieno sulcare æthera volatu, æmula maternæ gloriæ, fertur nullius indiga ad bella cum alitibus, terrestríque nonnunquam, & marino genere: iam genitricis auxiliares humeros contemnit, quibus portabat mater, vt si venator sagittam iaculetur *priùs ipsa recipiat,* (inquit Lyranus) *quam pulli percutiantur:* Sic igitur humana mens, antequàm de manna comedat, infirma est, & timida, nequit ad bella prodire; opus est Dominus pro ea pugnet: at, postquam cœpit, non vno, sed pluribus diebus donum supernum colligere, frequentare mensam salubrem; sic conualescit aduersùs Amalec, cæterósque hostes, quasi diuino adiutorio quodammodo non egeat: Ipsa iam sibi sufficiens, audet sola & inconmitata prouocare inimicas phalangas. Hoc igitur est Adamantij dictum: *Antequàm manducaret panem de cælo,* (inquit) *non dicitur pugnasse populus: sed dicitur ad eum: Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis,* &c.

65. Quoniam autem fœcundam rerum segetem subministrat hic Exodi locus, sistamus adhuc paululùm, & percunctemur, quamobrẽ hoc 17. Exodi capite querulum vulgus, & aduersùs Ductores proteruum, quòd carnes non subministrassent, sustinuit Numen cum patientia, adfuitque desideriis mite & beneficum? eundémque populum rursum tumultus commouentem, & ad seditionem promptum, quòd escæ concupitæ non exhiberentur, diro percussit verbere Numerorum c. 11.

Exod. 17.

Ad primos lapsus conniuet Deus: sed ad reiteratam noxã.

Voluitne edocere nos, ad primos lapsus conniuere Creatorem, dissimulare; reuertentes ad volutabrum acerrimâ accipere vindictâ? Equidem, cùm primùm carnium œstro abrepti Hebræi Exodi c. 17. nondum illi gustauerant de pane cœlitùs misso, atque cùm ab huius esu robur deriuetur aduersùs carnis illecebras, non mirum, si carnis desideriis obtemperauerint: at verò querimoniæ illæ Numerorum c. 11. ortæ post manducatum cibum omne delectamentum in se habentem; quin verò nausea, & fastidium occupauit, quòd tam crebrò manhu de superis laberetur:

Num. 11. 4.

Anima nostra (inquiunt) *arida est: nihil respiciunt oculi nostri, nisi Man.* denotabant eos, quos tædet frequenter ad sacram mensam accedere: Carnis igitur lenociniis succumbere illum, qui manhu sæpè saturatus fuerat, qui familiaris & assiduus Christi conuiua extiterat; tam indignum hoc coram Creatore facinus, vt subitò ad vindictam excitetur; & puniat nondum traiectis alimoniis, dum adhuc carnes erant in dentibus eorum; indulgentior erga eos, qui nunquam cum Principe discubuerunt, quàm erga infame vulgus post gustatum Dominum, quàm suauis sit, carnis blanditiis abductum: Animaduertit Cyrillus lib. 3. in Ioannem, c. 34.

Cyrill.

Quòd autem quamuis terrenis viderit cupiditatibus superatos (inquit,) *non puniuit tamen statim in initio, hæc, vt mihi quidem videtur, caussa est: Nam, quoniam nuper ab Ægypto effugerant, panémque cœlestem, qui cor hominis corroborat, nondum receperant, faciliùs poterant in cupiditates carnis incidere: propterea & venia digni visi sunt: Posteà verò quàm Domino fruebantur, vt scribitur, tunc iure, quoniam corporalia spiritualibus præposuerant, acerba dederunt supplicia; & ad supplicia insignem calamitatis memoriam reliquerunt.*

66. Stupenda illa Cain imbecillitas post occisum fratrem: *Ecce* (ait) *eijcis me hodie à facie terræ,* (Gen. c. 4. v. 14.) *& à facie tua abscondar, & ero vagus, & profugus in terra: omnis igitur, qui inuenerit me, occidet me.*

Genes. 4.

Quid effutis, Cain? Túne ille vir sanguinum nunc ad leuissima quæque pauescens? Quid, si formica, quid si musca inueniant te, fortiores erunt, & fila vitæ abrumpent?

Peccatum quantam imbecillitatẽ afferat?

Caiet.

Cain agnoscens grauitatem peccati sui (inquit Caietanus) *ex ipsa grauitate peccati dubitauit, licitum fore cuilibet ipsum occidere: & ad hoc enim tendunt, quæ subiungit: Eijcis me,* &c. At si delicti enormitas tantum pauorem impressit fratricidæ; quamobrem similis timor protoparentes non inuasit, quorum temeritas, scelúsque fuit acerbissimum? Chrysostomus punitum arbitratur iustè roboris, viriúmque amissione, quoniam his abusus fuerat, germanum impiè trucidans:

Per dona ipsa Creatoris, quibus abutimur, punimur.

Chrysost.

Quia enim (ait homil. 19 in Genesim) *abusus es robore corporis, & membrorum viribus;*

viribus; propter hoc, continuum hunc tremorem, & motum tibi infero: vt non solum ipse habeas iugem admonitionem huius nefasti sceleris? sed, vt & omnes, qui te intuebuntur, viso te, quasi clara illis voce denunciaretur, discant, ne talia audeant: Sed quare primitiuorum parentum, & manus, & palatum consimili aliqua pœna non effecta, cùm bis aduersùs Dei imperata abusi fuissent? Arbitror igitur ipsum Cainum suis indicasse verbis, tremoris tanti causas, & pauitantis animi nimios metus: *Ecce* (ait) *eijcis me hodie, & à facie tua abscondar.* Nam diuinæ præsentiæ munimine destitutum, facile erat, vt quiuis superaret. Verùm obijcias, & Adamum latitasse, fugisseque Dei conspectum:
Gen. 3. *Et cum audissent vocem Domini Dei deambulantis in Paradiso, abscondit se Adam, & vxor eius à facie Domini Dei.* Non tamen ob hoc timor, & tremor venerunt super eos: Respondeo, Adamum, eiúsque comparem latitasse ad breue tantùm temporis interuallum: nam statim, vocante Creatore, comparuêre, neque in posterum latebras petiêre: at Caino à Dei præsentia & conspectu longa indicta exilia: Sic adsignificasse visus Origenes homil. 12. in Hieremiam: *Qui sancti sunt.*
Origen. (ait,) *non se abscondunt à facie Dei: qui autem iniusti, absconduntur à facie eius: Adam post transgressionem absconditur. sanctus hoc non facit: Verum Adam, quamuis peccauerit, tamen vsque ad perfectam malitiam montis eius non corruit, & ideo absconsus est à facie Dei: cùm autem peccauit impijssimus fratricida, animaduertite, quid fecerit: egressus est à facie Dei: Si ad malorum comparationem veritas, melius est abscondi à facie Dei, quam fugere: in alio quippe conscientiæ vulnus inflictum, tenebras, & secreta perquirens, leuare non patitur oculos ad cælum: in alio autem, desperatione nata, contumacia negligit Dominum:* Itaque, quoniam ad modicum Dei conspectu caruêre Adamus, & vxor, viribus destituti non sunt, & potuêre aduersus hostes non tantùm dimicare, sed vincere: Cain autem, quoniam per longa spatia Dei amicabilis præsentia negata, robore sic spoliatus, vt contra eum tenuia & debilia quæque auderent. Quid istis tandem significamus? Sanè, vt nihil damnationis his est, qui Deum, quem in Eucharistia præsentem, etsi velatum, habemus, ad modicum non vident ob reuerentiam: sic iis, quos Maiestas latuit per menses, aut annos, contingit omni penè valescentia priuari; sic, vt non dicam, si caro acriter stimulet cedant; sed ad minimas tentationes labascant. *Et à facie tua abscondar:*
Salian. Cum elegantia paraphrasim adiunxit Salianus tom. 1. anno mundi 130. num. 1. id est: *Nec audebo sistere me, vt solebam, conspectui tuo, vt sacrificia offeram:* Ergo à sacrificando in posterum abstinebis, Cain? Proh! quantorum tibi hæc occasio malorum? quippe fortitudinem omnem deperdes, eritque, vt in eam incidas imbecillitatem, vt, si fortè cum minutissimis animantibus congrediaris, vincaris ab illis: nam omnis, qui inuenerit, occidet te: tantùm nocet diu à sacrificando, diu ab Altaribus abstinuisse, diu à facie Domini propulsum aberrasse.

Celebres illæ Gabaonitarum technæ Iosuë c. 9. 67.
Iosuë 9. quibus ad deceptionem traxerunt Hebræorum ingenia cum Duce suo: tandem aperta fraus; & quamuis delere potuisset Imperator, quoniam, vt non pauci autumant, iureiurando non adstringebatur; viuere quidem permisit; sed æternæ seruitutis damno puniuit vafritiem: Cur, obsecro, tam atrox in eos latum decretum, quod nobilitate, quod dominatu in perpetuum priuaret? Origenes sanè homil. 5. in Leuiticum, singulariter philosophatus: *Denique Gabaonitæ* (ait) *propterea condemnantur, & ligni cæsores, vel aquæ gestatores fiunt, quia panes veteres ad Israelitas detulerunt, quibus lex spiritalis iubebat semper vti recentibus, & nouis:* Rectè quidem ille, modò eius sensum ita construamus, vt potiùs ab aridis panibus, quàm ab attrito amictu, lacerísque calceamentis decepti sint Iudæi, existimantes de longinquo venisse, & procul distantem regionem eorum: nam vestem pannosam induti poterant esse etiam in confinio positi: Cæterùm, vt fuerit piaculum, & grande quidem, cum senescentibus apparuisse offis, cur non alia supplicij forma coercitum delictum, quàm ingenuitatis sempiterna amissione, & duraturo seruitutis iugo? Sanè Gabaonitis significari homines carnis mancipia, sicut tradiderunt Origenes homil. 10. in Iosuë: Hugo de S. Victore cap. 6. Allegoriarum in lib. Iosuë: & Lyra ad cap. 9. eius voluminis: Quid ergo? Brutales isti nunquam erigent verticem, semper demissis in terram vultibus? Nunquam dominabuntur saginæ, & voluptatibus? Heu! nunquam: quippe ex eorum numero sunt, quos veteres panes delectant, qui rarò de ligno vitæ edunt, ad Altare appropinquant: Hos igitur IESVS, magnus Dux, non alia pœna afficit, quàm ne sinat vnquam victores & dominos haberi, sed opprimi patiatur à carne, & subijci eius desiderijs: Talia veterum panum stipendia; Non timebit seruitutem sponsus noster, non sponsa eius: quoniam, ne consenescant panes, quotidie instaurant epulas: nolunt hyemem, quoniam omnia arefacit, & telluri, arboribúsque canitiem affert: vere conuiuia celebrant, quando cuncta noua: idcircò propellunt frigora: *Imber* (aiunt) *abijt, & recessit: flores apparuerunt: vox turturis audita est in terra nostra:* Sic igitur, cùm apud illos recentia sint omnia, & iuuentæ flore decora, facile est transire eos in nouum, qui secundùm Christum est, hominem, carnisque rebellionem coërcere, & sub potestate habere appetitum, vt vix hiscere audeat.

Origen. *Gabaonitæ perpetuo seruitutis iugo mancipati quòd veteres panes ad Israelitas detulerunt.*

Hug. Vict. Lyran.

EXCVRSVS

EXCVRSVS DIGRESSIVVS SCHOLASTICVS.

QVoniam sacræ Communionis frequentia absque debita animi puritate & suus esse queat abusus; volo cum indulgentia boni lectoris obuiam in praxi controuersiam theologico examinare stylo, paululùm interrupto Concionum filò.

SECTIO X.

Num expediat mortiferæ corruptelæ non conscium, ob hoc solum, ad sacrum Eucharistiæ pabulum quotidie accedere? insinuati obiter veteres circa dominicum corpus & sanguinem ritus non pauci: Ducatus Magistri spiritalis quam necessarius ex Patribus demonstratum.

68. EVCHARISTIÆ frequentem manducationem, & crebram à sacratissimo pabulo alimoniam suasimus in genere: sequuti in his Beatorum Patrum, ab Apostolorum temporibus, dogma: Sancti Thomæ 3. parte quest. 80. articulo 11. cogitationem; atque in 4. distinctione 12. quibus locis omnes & antiqui, & recèns orti Theologi consensère in id ipsum: Consulat longitudinis studiosus, præter aliorum Ordinum Scriptores, ex nostra Congregatione P. Christophorum Madridium opusculo docto de hoc argumento: P. Suar. tom. 3. in 3. partem, disp 69. sect 4. P. Valentiam tom. 4. disp 6. q 8. puoct. 4. P. Henriquez tom. 2. lib. 8. cap. 53. & quibus Hispani idiomatis peritia est, elegantem tractatum P. Ferdinandi Salazar. c. 1. Sic docuit œcumenica Tridenti Synodus sessione 13. cap. 8. Mediolanense Concilium canone 7. Sed, vt pij omnes nihil magis cuperent, quàm Ecclesiæ filios assiduè epulari, illúdque in votis habent, quod Tridentinum sessione 22. c 6, optabat: *Vt in singulis Missis fideles adstantes non solum spiritali affectu, sed sacramentali etiam Eucharistiæ perceptione communicarent, quòd ad eos sanctissimi huius sacrificij fructus vberior proueniret:* Sic nouerunt vera esse illa, quæ à posterioribus duobus Latinæ Ecclesiæ Doctoribus, Seraphico altero, altero Angelico tradita sunt: ex quibus S. Thomas q. 80. in 3. part. art. 10. *Circa vsum huius Sacramenti duo possunt considerari: vnum ex parte ipsius Sacramenti, cuius virtus est hominibus salutaris, & ideò vtile est quotidie ipsum sumere: alio modo potest considerari ex parte sumentis, in quo requiritur, vt cum magna deuotione, & reuerentia ad hoc Sacramentū accedat: Sed quia multoties in pluribus hominum, multa impedimenta huius deuotionis occurrunt, propter corporis indispositionē, vel animæ; non est vtile omnibus hominibus quotidie ad hoc Sacramentum accedere:* Ecce, vt velit Angelicus Præceptor ob sua deuotionis obstacula abstinendū à sacratissimo cibo: & hoc vtile futurum affirmat: Concordat Bonauentura in 4. dist. 12. part. 2. q. 1. *Si ergo (ait) quæritur, vtrùm expediat alicui frequētare? dicendum, quòd si videas se esse in statu Ecclesiæ primitiuæ; laudandum est quotidie communicare: si autem in statu Ecclesiæ finalis, vtpote frigidum, & tardum; laudandum est, quòd raro: si autem medio modo; medio modo se debet habere, & aliquando debet cessare, vt addiscat revereri, aliquando accedere, vt inflammetur amore; quia tali hospiti debetur honor, debetur & amor.* Fuit igitur consentiens Patrum, atque Theologorum in hunc diem vsus, vt probè aduertit P. Salazar tractatu nominato, c. 13. §. 3 sic exhortari ad continuam diuinissimi Sacramenti manducationem Orthodoxos; vt monerent tamen, quò animabus fructuosus, vtilisque euaderet creber accessus, alia non pauca desiderari præter vnum mortiferæ noxæ exilium.

Eucharistia frequens eius in genere, suadenda semper. S. Thom.

Madrid. Suarez. Valentia. Henriq.

Salazar. Conc. Trid. Conc. Med.

Non est vtile omnibus hominibus quotidie ad Eucharistiā accedere. S. Thom.

S. Bonau. Præter lethalis culpæ absentiam alia desiderantur in quotidie manducatione Christi.

Salazar.

69. Sed fuêre nostro æuo pauci quidam Theologi, qui inconsulta antiquitate, derelictisque Scholasticis semitis, obsequium se præstare venerandis Altaribus arbitrati sunt, si habenas laxarent, & latum campum aperirent quotidie volentibus participes fieri Dominici Corporis: Dicunt itaque, absque venialium confessione, quamuis præcesserit pollutio, aut coniugalis copula, etsi voluntariè quispiam distrahatur, vtiliùs fore, si quouis tempore Synaxim frequentent, quam si accedere recusent: Deoque non aliud postulant, quàm non esse conscios lethalis delicti: ausi etiam dicere, homines de plebe, inconsulto scelerum Iudice, eo, nempe, ad cuius genua deponunt piacula, quin & eo renitente, cui conscientiarum commiserant regimen, censuram ferre posse, an digni existant, qui Christum manducent; præcipque huius arbitratum ad Dominicàm mensam accumbere Hæc illi aduersùs copiosam, validissimámque Theologorum manum, aduersúsque communem Ecclesiæ praxim, quemadmodum loquuntur ex nostratibus Suarez tom. 3. disput 69. sect 4. conclusione 3. P. Coninck de Sacramentis, ad art. 10. quæstionis 80. n. 82. & non leui inurens nota, P. Salazar tractatu Hispanico iam dicto, c. 7. §. 1. prope finem: Itaque huius controuersiæ cardo, atque medulla est, an vtiliùs, conuenientiúsque sit, fidelem populum quotidie Pane vitæ nutriri, modo corda nullus verberet lethalis culpæ remorsus, an supra hæc desiderentur alia, quo fructuosa sit communionam, si primum cum veritate potiùs consentit, illud in publicis conuentibus,

Laxa nimis Theologorum quorundam concessa laicis, vt ad Christi mensam accedat, licentia.

Suarez. Coninck. Salazar.

bus, priuatisque in eis docere præstat, cùm ea demum sit melior inductio, quæ animarum abundantiori bono prospicit.

70. Suppono, veriorem multò eorum esse opinationem, qui iudicant recipientem Christi Corpus, quamuis ipso recipiendi actu venialiter delinquat, non tamen ob eiusmodi venialem, leuémque noxam, obicem poni gratiæ, quam Sacramenti virtus ex opere operato collatura erat: sed hanc infundi etiam in receptione delinquenti venialiter. Ita P. Suarez allegato tom. in 3. part. disp. 64. sect. 2. P. Henriq. lib. 8. cap. 5 a. P. Valentia tom. 4. disp. 6. q. 7. puncto 3. P. Coninck ad articulum 3. quæstionis 79. tertiæ partis: Estque hæc recepta Theologorum existimatio: quamuis non desint ex classicis, qui in oppositum declinent. Hæc itaque vt sint verissima, atque incrementum gratia sanctificans, quoties cum ea Christus sumitur, nihilominùs Pronunciat unusquisque nostrum fit, falsum omnino dogma esse, quod vniuersim, & absque delectu præscribit, expedire magis quotidie communicare illos, quibus nullius mortiferæ labis conscientia est. Pro hoc dicto putamus esse vniuersum Theologorum cœtum, exceptis paucis, sub nuper nominatis, quorum quanta sit præstantia, & auctoritas, aliorum iudicium esto: De his, qui nobis patrocinantur si quis dubius sit, euoluat per otium eos qui aut Magistrum in 4. dist. 12. aut S. Thomam 3 part. q. 80. explanauerunt: Suppono prætereà, ex his qui absque lethali crimine ad Sacramentum appropinquant, plures venialibus defectibus sæpè oneratos venire, aut quia hypocrisi, vana gloria, aliòve non decenti fine commacularunt intentionem suam, aut, quoniam ab impuris rerum obscœnarum imaginibus, vel ab aliis superfluis, & inutilibus temporalium curarum cogitationibus distrahuntur nimium, & ex voluntate; aut, quia scienter in leues noxas lapsi, iis liberari, cum facilè possint, contemnunt; aut denique, vt horum nihil adsit, sed negligentia quædam humana, & ex conditionis, & naturæ fragilitate; periculum tamen sit, ne ipsa frequentia tædium, despicientiamque Sacramenti pariat: nam præceptum Ecclesiæ de non communicando sæpiùs in eodem die, præcipuè ob reuerentiam tanti Sacramenti positum, ne scilicet, ob nimiam frequentiam vilesceret, auctor est P. Suarez, vbi suprà, disp. 69. sect. 4. § *Dico tertiò*, &c. Adnerto denique, accedentem ad Christi mensam cum his, siue aliis venialis noxæ sordibus non præter eluuntur, irreuerenter accedere: Primùm: quoniam ad similitudinem mortiferæ labis de non mortifera & veniali philosophandum sit, ac Christi commensalem fieri cum lethali noxa, grauis, immanisque irreuerentia est: igitur & pro more peccati cum veniali fœditate accessisse, venialis erit irreuerentia: siue talis irreuerentia nouum peccatum veniale in accedente constituat, siue non, de quo non refert nunc disputasse; Secundò: quia Mater Ecclesia non vulgarem existimauit irreuerentiam, si quis ante degustatum Domini aut Panem, aut Calicem, alios cibos etiam in leui quantitate, in stomachum traiiceret; nisi in extremis quibusdam casibus: vt, si quis morte præoccupetur, si immineat periculum à fidei hostibus, ne in eorum potestatem veniat hostia consecrata. Quare etiam ... reliquias Domini Corporis antiquitus pueris ... indicto eis ieiunio, vt probat Cardinalis Bellarminus tom. 2. lib. 4. de Missa,

Gratia, quæ in Sacramento ex opere operato datur venialis peccati obicem ponenti confertur.
Suarez.
Henriq.
Valent.
Coninck.

Quamuis absit peccatum mortale non expedire in genere, quotidie Eucharistiam sumere.
Magist.
S. Thom.

Communicare sæpiùs in eodem die cur prohibitum?
Suarez.

Accedere ad Eucharistiam cum veniali labe est, irreuerenter accedere.

Pueris dare reliquias Corporis Christi antiquitus, sed ieiunis.
Bellarm.

cap. 14. § *Præter hæc Patrum*: Ad hæc, irreuerentia est venialem culpam generans, inaccensis luminibus celebrasse, non præmissa confessione generali, aliquibusve orationibus, sine debito ornatu, etiam contemptu & scandalo absente, vt notat P. Suarez disp. 62. sect. 4. Cum igitur huiusmodi irreuerentiam patiant; non dicemus parere apud interiorem hominem illa, quæ commaculant, quamuis venialiter? Postremò, Anselmus 1. Corinth. cap. 11. ad illud: *Itaque, quicunque manducauerit*, &c. inquit: *Indignè manducat, & bibit, qui vel aliquod graue peccatum, vel multa leuia commisit, & non confitetur ea, priusquam ad Communionem accedat*: id est, indignè leuiter, qui venialia non confitetur: quemadmodum grauiter indignè, qui lethales noxas non euomit, vt benè annotauit Suarius disp. 66. sect. 1. Augustinus verò tom. 3. lib. de ecclesiasticis dogmatibus, c. 53. *Nam habentem adhuc voluntatem peccandi, grauari magis dico Eucharistiæ perceptione, quàm purificari: sed hoc de illo dico, quem capitalia, & mortalia peccata non grauant.* Gennadij hunc esse librum dixeris asserere Bellarminum de ecclesiasticis Scriptoribus, & cum eo alios bonæ notæ Scriptores: sed etiam idem Cardinalis sapienter monet, compilata pleraque huius tractatus, ex Augustini scriptis.

In celebrante, quæ peccatum veniale accrescunt?
Suarez.
Anselm.
August.
Bellarm.

71. His præiactis basibus, assero in primis: Et si huiusmodi hominibus, qui cum irreuerentia non quidem capitali, sed intra supinæ alicuius venialis noxæ ambitum, ad Sacramentum accederent, accrescerent maiora lucra ex gratiæ, quæ ea opere operato confertur incremento; tamen consultius fore, & è rei Christianæ decore, si his consulant quorum est animas dirigere in viam salutis, moderatam frequentiam, potiùs quàm quotidianam: Probatur: nam infantibus olim dabatur post Baptismum Eucharistia, vt probat cum D. Dionysio noster Franciscus Turrianus tractatu 2. de Eucharistia, c. 10. P. Henriquez lib. 8. cap. 42. P. Suarez disp. 62. sect. 4. Bellarminus lib. 1. de Sacramento Confirmationis, c. 7. qui optimè aduertit lib. 4. de Sacramento Eucharistiæ, c. 26. aliquid Sanguinis Dominici instillari consuetum in ora infantium recèns ablutorum, cùm alterius alimoniæ non essent capaces: ex eodem, numero superiori ostendimus, reliquias viuifici Panis consumendas tradi pueris adultioribus: verùm, qui ad discretionis nondum venerant annos, quemadmodum obseruauit P. Suarez loco ibidem citato: Tum sic: Pueris vsque ad ætatem aptam bonum à malo secernere, si daretur Eucharistia sub hac, aut illa specie, cederet in magnum eorum emolumentum, crescerétque multùm eorum gratia: hæc est receptissima Scholarum sententia, etsi pauci in diuersum abierint: Probant dilucidè Suarez, & Henriquez locis allegatis, P. Valentia disp. 6. quæst. 8. punct. 2. P. Coninck ad quæstionis 80. 3. partis art. 12. dubio vnico, num. 72. & tamen, quæ ex hoc vsu emergebat Sacramenti irreuerentia, correxit posterior Ecclesia veteris praxim prudentissimè, vti omnes iidem Auctores aduertunt; existimans, nempe, præferendam emolumento puerorum Sacramenti decentiam. Eadem Ecclesia prohibuit laïcis Calicis vsum, cùm tamen existimauerint præclari Theologi, de quibus Henriquez nominato lib. 8. cap. 44. § 5. nouam, diuersámque gratiam conferri ab altera specierum, vini, nempe, idipsúmque tueantur luculenti huius tempestatis Magistri; Potissimam

Quamuis augeretur gratia in communicantibus cum veniali scelere, præstaret ob reuerentiam abstinere.
Torrianus.
Henriquez.
Suarez.
Bellarm.

Ecclesia vsa prætulisse Eucharistiæ reuerentiam augmento gratiæ etiam per Sacramentum multis in casibus.

Infantibus data Eucharistia olim.

Eucharistia si daretur infantibus baptizatis, cresceret in eis gratia.
Suarez.
Valentia.
Coninck.

Calix, quare laïcis negatus.

mam causam extitisse debitum Sacramento honorem, consentiunt, qui de hac agunt materia aduersus Sectarios: adi Bellarminum lib. 4. de Eucharistia, cap. 23. proposit. 3. apud quem reperies eodem lib. cap 24. *Quintum vnum*, &c in pœnam quorundam criminum Clericis olim negatam Calicis copiam, redoctósque ad laicorum Communionem; Sed & non rarò ob delictorum excessus, vsque in mortis horam negatum omninò Christi corpus: erant illi interim de sceleribus compuncti: poterant, si crebrò manducassent, ab Angelorum Pane roborari; in gratia, donisque prouehi; Quid, si frequenter eodem die Sacerdotibus sacrificare liceret? laicis ministrare escam salutiferam? Denique, si non ita seueræ ieiunij leges, fortasse ex aulicis, & delicatulis plures non tam serò Altaria visitarent: si permitteremur Christiani domum ferre Eucharistiam, quemadmodum Ecclesiæ initio fiebat, vt probat ex Tertulliano Bellarminus lib 4 de Eucharistia, cap. 4 Baronius ex Cypriano tom. 1. anno Christi 57. num. 149. Suarez ex Basilio disp. 46. sect. 6. sumpsissent Dominum multi, qui id amittunt, quoniam extra limina pedem ferre coguntur: Igitur, velut Mater Ecclesia in his tot, tantisque casibus posthabuit gratiæ incrementa Sacramenti gloriæ, reuerentiæ; iudicauitque maturè, præstare per interuallum à communicando abstinere, quàm indecorè accedere: nos tantæ Præceptricis manuducti disciplina, & exemplis, prudenter fecerimus, quoties docere oporteat, satius esse, temperatam, cautámque Eucharistiæ frequentiam suadere, quàm vsum quotidianum cum irreuerentia coniunctum: quamuis disputationis causa concederemus, à crebra illa sumptione augendam gratiam, virtutes, auxilia.

Bellarm.

Christiani domum ferebant Eucharistiam.
Tertull.
Bellarm.
Baron.
Basilius.
Suarez.

72. Confirmatur: Quoniam illius, qui Christum recipit cum voluntaria distractione, irreuerentia erga Sacramentum excedere videtur puerorum irreuerentiam: Ostendo ista: nam puerorum ea cogitur esse irreuerentia, quòd incapaces sint iudicare, qualem cibum percipiant, nec sciunt à cæteris escis secernere nobilissimum pabulum: perlustra P. Henriquez lib. 8. cap. 42. Et sanè ob hanc paruulorum insipientiam, gratiæ sacramentalis incapaces fuisse, ex Theologis præstantes aliqui opinati sunt, quos eodem loco inuenies: Sed prosequamur incepta: Illa puerorum fatuitas, & quòd non attenderent, quali vescebantur alimonia, inculpata erat, vti constat; Atqui, quòd voluntariè distractus non consideret, qualem ad mensam accedat, præsentisque honoris, & beneficij prorsus immemor sit, vitio ipsi vertitur; voluntariam enim distractionem supponimus: Igitur cùm ab inconsiderantia oriatur puerorum irreuerentia, cùm hæc eorum incogitantia extra crimen sit, quantum culpa non culpam superat, tantùm prætergreditur puerorum irreuerentiam, illius, qui voluntariè distractus sit, irreuerentia: Ergo, quemadmodum ob illam irreuerentiam, quam cauendam se penes pueros non erat, Ecclesia existimauit conuenire, ne Christum sumerent, priusquàm bona à malis secernere nossent: sic ob eam irreuerentiam, quæ ex voluntaria distractione pullulat; æquum est, à Dominica mensa abstinere, donec corrigatur: At quàm pauci harum distractionum victores inter sæculi curas? Nam, vt quem vitam sepiunt, animæ negotiis nuncupant, atque tum abigant procul ...

Pueri ante vsum rationis cur denegatur Eucharistia.
Henriquez.

Sverlogi Artel. 3. in cant.

cum tempore pereunt negotia, facient non pauci, quibus melioris vitæ cupiditas: Cæterùm singulis diebus quasi extra mundum ferri, & immemorem fieri terrenorum, vereor, ne exiguus mortalium numerus id consequatur.

Dicamus de secundo Pronunciato. Asserimus itaque priori dogmate, non minùs falsum, affirmare à quotidiana Communione maiora gratiarum incrementa prouenire; sed posse eum, qui octaua quaque luce solùm Christi sit particeps, plures gratiæ eius, quæ ex opere operato confertur, acquirere gradus, quàm is accumulet, qui per vniuersam hebdomadam communicat: Probatur: Nam gratia, quæ in Sacramento ex opere operato infunditur proportionem habet cum dispositione accipientis Sacramentum, ita vt meliùs disposito Sacramentum eiusdem rationis maiores gratiæ effectus præstet: Est Angelici Doctoris existimatio, quem producit cum aliis eximius Scholarum Ducibus, & sectatur P. Suarez tom. 3. in 3. part. disput. 7. sect. 5. & disp. 63. sect 4 loquens in particulari de suscipientibus Eucharistiam. P. Vasquez tom. 2. in 3. part. disput. 209. constantem Theologorum doctrinam nominans: P. Henriquez lib. 8. cap. 52. num. 3. P. Coninck. ad articulum primum quæstionis 62. 3. partis dubio 3. num. 50. conclus. 2. Atqui accedens octaua quaque luce solùm, aut interpositis Sanctorum celebrationibus, atque hanc vitæ spiritalis normam obseruans, quò cum potiori eius, quam aggreditur, rei consideratione, & reuerentia appropinquet præstituto tempore, interimque se colligens, & conscientiæ latebras excutiens; huiusmodi meliùs multò dispositus accedit, quàm is, qui quotidie properanter manducat, distractus voluntariè, & fortasse peccans venialiter in ipsa receptione Dominici Corporis, quoniam actus ille ex genere suo nobilissimus vitiatur à malò fine vanæ gloriæ, aut alterius praui desiderij; Igitur ita accedens, Dominicis, aut profestis tantùm diebus, maiora lucra reportat, gratiæ, quæ ratione Sacramenti, & ex opere operato confertur, quàm is, qui quotidie communicat: ac proinde verum non est, supponere, indiscriminatim maiorem gratiam ex opere operato illis conferri, qui quolibet die Christum sumunt: Quare apud S. Isidorus Hispalensis lib. 1. de Offic. eccles. cap. 18. *Dicunt aliqui, Eucharistiam quotidie accipiendam, & benè dicunt, si hanc cum religione, & deuotione, & humilitate suscipiant. Alioquin* inquit Bonauentura in 4. distinct. 12. parte 2. art. 1 q. 1.) *si ex quodam tepore, vel ex distractione non se debitè praparet, aut nullam, aut modicam reportat efficaciam, quamuis non incurrat mortalem offensionem:* Bonauenturæ fidus Achates, Angelicus Præceptor, in 4. distinct. 12. quæst. 3. art. 1. quæstiuncula 2. *Vnde, si aliquis (ait) experimentaliter cognosceret, ex quotidiana sumptione feruorem amoris augeri, & reuerentiam non minui; talis deberet quotidie communicare. si autem sentiret, per quotidianam frequentationem, reuerentiam minui, & feruorem non multùm augeri; talis deberet interdum abstinere, vt cum maiori reuerentia & deuotione postmodum accederet.:* Atque generaliter expedit, laicos modicè abstinentes esse. (nam pro Altarium Ministris peculiares sunt cautæ, de quibus Sectione sequutura,) quò meliùs præparati conuenientibus diebus Christum hospitio excipiant, docet in 4. distinct. 12.

73.
Gratia ex opere operato maior collata est, quæ cum reuerentia debita acceditur ad Eucharistiam, licèt non ita sæpè.
Gratia ex opere operato infunditur maior secundùm maiorē dispositionem accipientis Sacramentum.
S. Thom.
Suarez.
Vasquez.
Henriquez.
Coninck.

Isid. Hisp.
Quando cōmunicare quotidie expediat.
Bonauent.
S. Thom.

Albert. Richrd. Paludan. Dion. Cart. Argentina. Sanchez.

Albertus, Richardus, Paludanus, Dionysius Carthusiensis, Thomas de Argentina, & multi prætereà ex vetustioribus, quos imitati classici quique recentiorum: citat bonam partem Ioannes Sanchez selectarum disputationum pro foro interiori disput. 22. num. 5. Iuuat Cœnobiorum vsus, & in tanta sanctissimarum Familiarum varietate similis, & perseuerans norma, non initiatis ministrandi sacram alimoniam semel tantùm intra septiduum; aut his, si intercedat celebritas: Putas autem, Ductores illi maximi spiritalis vitæ non optima quæque docuissent alumnos suos, quorum progressus ardentissimè sitiebant? Putas, non Deus ipse tantis amicis suis charissimis reuelaret, quod præstantius fuisset? Quid, si cum Bonauentura sentiebant? qui lib. 2. de profectu Religiosorum, cap. 77. *Vix aliquis* (inquit) *ita religiosus esse videtur, & sanctus, exceptis Sacerdotibus, quin semel in septimana sufficiat ei ex consuetudine communicare, nisi specialis causa quandoque, vel ratio plus suadeat, infirmitas superueniens, vel singulariter festiuitas solennis.*

Religiosorum vsus, nisi interueniat festiuitas, semel in ebdomada communicare.

Bonauent.

74 Tertium nostrum Pronunciatum esto: Quamuis ampliora gratiarum incrementa afferret quotidiana communio: minimè tamen conueniret, præter Confessariorum arbitratum, (quos spiritalium Magistrorum vices gerere supponimus,) fideles quoslibet suo iudicio ductos, quoties vellent, ad mensam magni conuiuij accumbere; sed conuenire supra modum animarum Ducibus morigeros, & obtemperantes se præbere: Egêre de hoc argumento pulcherrimè multi ex nostro Sodalitio, atque in subsidium coaceruarunt, quidquid speciosè ab antiquis dictum: P. Bernardinus Rosignolius lib. 1. de disciplina Christianæ perfectionis, cap. 1. Ecclesiæ, atque Sanctorum iudicium fuisse commonstrans: P. Petrus de Ribadeneira tractatu de Societatis Instituto, c. 25. & cap. 32. P. Iacobus Aluarez de Paz tom. 1. de vita spiritali, lib. 5. part. 2. cap. 12. P. Platus lib. 1. de bono status religiosi, cap. 24. P. Arias tom. 1 de imitatione Christi, tractatu 5. P. Lodouicus de la Puente tom. 1. de perfectione Christiana, tract. 2 de Sacramento Confirmationis, cap. 9. §. 1. P. Alfonsus Rodriguez tom 3, tractat. 7. de manifestanda conscientia: P. Iulius Nigronius Commentariis asceticis ad Regulas Societatis, agens de regula ex communibus vigesima: & pro Scholarum more P. Salmeron tom. 4. in Euang. tractatu 41 ad calcem: P. Henriquez lib. 8. cap. 53. num. 2. P. Salazar tractatu de consentanea Eucharistiæ frequentatione, cap. 14. Et quoniam hanc nouam in Ecclesia doctrinam opinamur, & quæ rimam aperiat grauioribus incommodis, erit à nobis rogandus Christianus Lector meliorum dogmatum amator, mitis sustineat; si longiores fuerimus in referendis Patrum effatis. Auspicemur quidem à Magno Antonio: Docebat igitur ille, vt perhibet Athanasius in eius vita, *Multas esse vias, quæ videntur hominibus iustæ; sed fines earum ad profundum respicere Inferni: sæpè nostra non posse nos intelligere peccata. sæpè falli in ratione gestorum; aliud esse Dei cuncta cernentis iudicium: Necnon dicebat, magnã esse ad virtutem viam, si singuli vniuersas mentium cogitationes Fratribus referrent: non enim posse aliquem peccare, cùm relaturus esset ad alium; quæcunque peccasset.* Succedat Antonio secundus post ipsum Monachorum Pater, Basilius Cappadox: is Regula 26. ex fusius disputatis: *Debet autem vicissim vnusquisque eorum, qui inferiores sunt, si quidem memorabilem aliquam facere progressionem studet, nullum animi sui motum apud semetipsum celatum retinere; sed mentis suæ arcanum aperire iis, quibus datum illud negotium sit: hoc enim modo fiet, vt & quod laude dignum sit, in nobis confirmetur, & quod minus probandum congruo remedio sanetur:* Loquitur eadem in Constitutionibus monasticis cap. 20. & cap. 23. ad cuius finem auream ponit gnomen, inquiens: *Illud firmissimum tenendum, rem omnium esse difficilimam, seipsum cognoscere, & curare: propterea quod naturaliter seipsum quisque amat, & quilibet propterea quod in seipsos propensiores sunt, in veritatis iudicio fallantur: Porro ab alio cognosci, curarique facile est: cùm iis, qui cæteros iudicant, ad discernendam veritatem nequaquam obstet amor sui ipsorum:* Et quoniam Ioannes Cassianus in collationibus, quid prisci Monachatus Præceptores sentirent, diligens enarrat, demus proximum Basilio locum: Quàm multa, & egregia ille sola 2. collatione, quæ est de discretione, cap. 10? *Tandiu* (ait) *suggestiones noxiæ dominantur in nobis, quandiu celantur in corde.* Cap. 11. repetitus à plurimis celebris Aphorismus: *Nullo namque alio vitio tam præcipitem Diabolus Monachum pertrahit, ac perducit ad mortem; quàm cùm eum neglectis consiliis Seniorũ, in suo iudicio persuaserit, ac definitione, doctrinæve cõfidere.* Cap. 15. Pauli Apostoli ab alio instrui cupientis prolato exemplo: *Quis ergo* (inquit) *tam præsumptor, & cæcus sit, qui se audeat suo iudicio, ac discretioni committere, cum Vas electionis indiguisse Coapostolorum se collatione testetur? Vnde manifestè cõprobatur, nulli à Domino viam perfectionis ostendi, qui habens, vnde valeat erudiri, doctrinam Seniorum, vel instituta contempserit: paruì pendens illud eloquium, quod oportet diligentissimè custodiri: Interroga patrem tuum, & annũciabit tibi:* (Deuteronomij cap. 32.) *Seniores tuos, & dicent tibi.* Ponat conclusionem Græcorum Patrum testimoniis Dorotheus doctrina 5. *Cauere nos admonet,* (inquit) *ne persuadeamur esse nos satis nobis ad regimen nostrum: opus enim est nobis auxilio præter Deum, opus coadiutoribus: Nihil est miserabilius, nihil, quod citiùs expugnari queat, his, qui nullos duces nullos auctores habent ad viam Dei.*

Nullo modo permittendũ, vt sæculares sibi duces sint, quando oporteat illos ad Eucharistiã accedere.

Rosign. Ribaden. Aluarez. Platus. Arias. Puente. Rodrig. Nigron. Salmeron. Henriq. Salazar.

Sancti Patres quàm periculosũ duxerint, absque Magistri spiritalis regimine, sui ferri quenquam iudicio.

Athanas. Ant. Mag.

Conscientiæ [illegible] quàm salutaris.

Basil.

Nemo sibi bonus Iudex.

Cassian.

Deut. 32.

Dorotheus.

Transeamus ad Latinos, & inspiciamus in primis, quid Hieronymus epist. 4. Rustico Monacho præscribat: *Mihi quidem placet, vt habeas Sanctorum contubernium; nec ipse te doceas, & absque Doctore ingrediaris viam, quàm nunquam ingressus es, statimque tibi in partem alteram declinandũ sit, & errori pateas; plúsque, aut minùs ambules, quàm necesse est; aut currens lasseris, aut moram faciens obdormias: Nulla* (repetit iterum) *ars absque magistro discitur: etiam muta animalia, & ferarum greges ductores sequuntur suos: in apibus principes sunt, grues vnam sequuntur ordine litterato: in naui vnus gubernator, in domo vnus dominus, in quouis grandi exercitu, vnius signum expectatur. & ne plura replicando, fastidium legenti faciam, per hæc omnia ad illud tendit oratio, vt doceam, te non tuo arbitrio dimittendum:* Hieronymi salutaria monita approbat Gregorius Papa lib. 1. Dialogorum, c. 1. *Sed tamen sunt nonnulli,* (inquit,) *qui ita per magisterium Spiritus, intrinsecùs docentur, vt etsi eis exterius humani magisterij disciplina desit, Magistri interni censura non desit: quorum tamen libertas vitæ ab infirmis in exemplum non est trahenda; ne, dum se quisque similiter sancto Spiritu impletum præsumit*

75. Hieron.

Etiam bruta animantia magistris vtuntur.

Greg. Papa.

Discipulum esse contemnens, Magister erroris fit.

mis, discipulus hominis esse despiciat, & magister erroris fiat: mens autem quæ diuino Spiritu impletur, habet euidentissima signa sua, virtutem, scilicet, & humilitatem : Sed quàm diues salutaris huius pharmaci apotheca, Bernardi calamus? epist. 87. ad Ogerium Canonicum: Nam, *cum pastorali vinculo solutus, possis tu remanere iuris: tu tamen hac potestate tua non vtens, sicut alius dominari renueras, sic tibi quoque præesse timuisti: quique, vt magister esses aliorum, minus te iudicabas idoneum; nec te tibi quidem credens, tuus fieri discipulus contempsisti; & meritò: quia, qui se sibi magistrum constituit, stulto se discipulum subdit.* Et serm. 77. in Cantica: *Seductori (ait) das manum, qui dare dissimulas præceptori.* Quo in loco, & tractatu de præcepto, & dispensatione paulò ante medium præclarissimè disputat: Adiiciamus B. Vincentij Ferrerij dignum consideratione affectum, quoniam etiam sapientes comprehendit: Is igitur Opusculo de vita spirituali, cap. 4. *Sciendum est, (ait) quòd homo faciliùs, & breuiori tempore posset ad perfectionem pertingere, si haberet instructorem, cuius regimine duceretur, cuius obedientiam in omnibus actibus, paruis, & magnis sequeretur quàm aliquis posset seipsum perficere, quantumcunque vigeat acumine intellectus, & libros habeat, in quibus videat virtutum omnium structuram exaratam: imò plus dico, quòd nunquam Christus suam gratiam ministrabit, si homo habet, à quo posset instrui, & deduci; & negligit, vel non curat alterius ducatũ amplecti, credens sibi sufficere, & per se posse inuestigare, & inuenire, quæ sunt vtilia ad salutem:* Sed exclamat vehementissimè B. Laurentius Iustinianus de casto connubio Verbi, & animæ, c. 3. *Quis etenim* (inquit) *in hac præsentis vitæ positus peregrinatione, & in huius spiritualis eremi cõstitutus vastitate, vbi errores innumeri, inimicorũ sæua genera, & prædonum discurrẽs insidiatur exercitus, incedere securus absque directore audeat, quem vix euadere valeat, qui præceptorẽ habet, & qui spiritualis, expertique Ducis munitur prudentia?* Dictat idem his consentanea tractatu de obedientia, c. 20. Bibit de limpidissimis antiquorũ fontibus, vt solet omnia sua haurire, Beatissimus Parens noster Ignatius, Regulam 13. ad discernendos motus animæ, Libello illo incomparabili spiritualium exercitiorum: è quo tot emanarunt vtilitates Ecclesiæ Catholicæ: *Inimicus* (inquit) *noster moram insequitur nequissimi cuiuspiam amatoris, qui puellam honestorum parentum filiam, vel vxorem viri alicuius probi, volens seducere, summoperè procurat, vt verba, & consilia sua occulta sint: nihilque reformidat magis, ac ægrè fert, quam si puella patri suo, vel vxor marito illa patefaciat. cum sciat hoc pacto de votis, ac conatibus suis actum esse: Ad eundẽ modum omninò satagit Diabolus, vt anima, quam circumuenire cupit, ac perdere, fraudulentas suas suggestiones teneat secretas: indignatur verò maximè, ac grauissimè cruciatur, si eas, vel confessionem audienti, vel spirituali homini molimina sua detegantur, à quibus ita excidere se funditus intelligit:* Et ne exaggeratoriè loquuti fuisse Patres dicantur, claudit floridissimum agmen, & ex Scholæ more pronunciet Angelicus Doctor 1. 2. quæst. 13. art. 4. *Ad tertium dicendum. (ait,) quòd hîc dicitur an aliquid sit possibile, subditus non debet suo iudicio definire; sed in vnoquoque Superioris iudicio stare.*

Bernard.

S. Vinc. Ferr. *Christus suã gratiam non subministrabit non curãti alterius ducatum, cum possit illo frui.*

S. Laur. Iust.

B. P. Ignat.

S. Thom.

76. Iam igitur Patres Græci, atque Latini, qui omnem penè vitam in addiscenda spiritus peritia consumpserunt, quorum plerique Monachorum

Shirlegs Anteloq. in Cant.

Patres extitêre, sanctissimámque sobolem genuêre, post longum rerũ vsum, & optimam magistram experientiam pronunciant palàm, in maximo salutis discrimine versari eos, qui absque ducatu, media, quæ ad perfectionem faciunt, pro suo arbitratu sine Medicorum spiritalium consilio applicant; stultos appellant, quibus nunquam Christus suam gratiam ministrabit; seductori dare manus; errorum præceptores; ad perditionem præcipites ferri; nullam memorabilem progressionem facturos: Atqui inter ea media, quibus animæ mirificè iuuantur, potissimum est Eucharistia: hoc enim est illud Sacramentum, in quo *Saluator noster, discessurus ex hoc mundo ad Patrem,* (vt effatur Tridentinum sessione 13, cap. 2.) *diuitias diuini sui, erga homines amoris velut effudit, memoriam faciens mirabilium suorum: Sumi autem voluit Sacramentum hoc, tanquam spiritalem animarum cibum, quo alantur, & confortentur viuentes vitâ illius, qui dixit: Qui manducat me, & ipse viuet propter me, & tanquam antidotum, quo liberemur à culpis quotidianis, & à peccatis venialibus præseruemur:* Æquúmne igitur, & ex prudentia, vt quibus temporibus, quibus circumstantiis sumendum sic hoc tam diuinum medicamentum, vnicuique iudicare liceat, non expectato spiritualis Ducis oraculo Quando alienæ industriæ adiumentis opus sit, si non in tam magnis?

Medium ad profectũ spiritalẽ conducens mirificè, Eucharistia.
Trident.

Confirmatur primò: Nam non est liberum cuilibet Sacerdoti hoc Sacramentum ministrare; sed ei, qui aut iurisdictionem habet comparatione illius, cui administrat, vel facultatem ab habente iurisdictionem: docet ex recepta omnium sententia P. Suarez tom. 3. in 3. part. disp. 73. sect. 2. Putauit igitur Ecclesia consentaneum, vt non nisi à Pastore suo fideles escam immortalitatis acciperent: Quorsum hoc? Nempe, vt ipse tanquam *fidelis dispensator, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam,* (Luc. cap. 12.) *daret illis in tempore tritici mensuram.* Quem locum & de rectoribus animarum, & de Sacramentorum pabulo scitè intellexit Cornelius Iansenius, allusúmque putat ad veterem tritici diuisionem, quod non dabatur passim, & sine methodo; sed statis temporibus, aut anni, aut mensium; habebatúrque personarum ratio: pro seruorum enim, clientúmque numero, & pro meritis postulantium plùs, minúsve dabatur: qua de materia Turnebus Aduersariorum lib. 19. cap. 6. Sic igitur iuxta Pastoris præscriptum, Panis hic salutifer diuidendus, cuius est definire, quoties, quibúsve diebus manducare oporteat; vt alia sit ratio eorum, qui perfectorum semitas terunt; alia eorũm, qui proficiunt; alia denique tyronum, & incipientium. Confirmatur secundò: Nam hoc genus licentiæ, quod superuacaneum affirmat, Confessariorum, illorúmve, quibus regendas commiserint conscientias, approbationem expectare, velut analogiam quandam habere videtur cum pessimis quibusdam noui Euangelij erroribus: dicebant enim ad Scripturarum auctoritatem minimè attendendum esse, sed considerandum solùm internum spiritum, eiúsque afflatum, sequendúmque; Auctores deliramenti Gaspar Suenckfeldius, & Libertini apud Bellarminum tom. 1. lib. 1. de verbo Dei, cap. 1. Rursúmque ex Hæreticis, qui verbum Dei scriptum admittunt, tamen pro huius comprehensione non vocandos in subsidium Patres, non Concilia, non Theologos non

77. *Cuicunque Sacerdoti non licet administrare Sacramentum Eucharistiæ.*
Suarez.

Locus ex c. 12. Lucæ expensus.

Iansen.
Frumẽti distributio apud veteres.

Turneb.

Hæreticorũ cloacam aliquo modo olet, Magistri spiritalis ducatum respuisse.

Bellarm.

vllum genus hominum; sed sufficere sibi vnuoquenque: quas deperditi cerebri insanias, & Bellarminus, & cæteri dogmatis Catholici propugnatores in primis detestantur; quòd contra omnium benè sentientium calculos in re grauissima ducatum respuunt; atque Augustini vsurpant verba tom. 3. Prologo ad libros de doctrina Christiana; *Caueamus tales tentationes superbissimas, & periculosissimas, magisque cogitemus & ipsum Apostolum Paulum, licèt diuina, & cœlesti voce prostratum; tamen missum esse, vt Sacramenta perciperet, atque copularetur Ecclesiæ: & Centurionem Cornelium, quamuis exauditas eius orationes, eleemosynásque respectas, ei Angelus nunciauerit; Petro tamen traditum, per quem non solùm Sacramenta perciperet; sed etiam, quid credendum, quid sperandū, quid diligendū esset, audiret.*

Aug.

SECTIO XI.

Quibus nitantur fulcris, qui manducandum quotidie Christi corpus Laicis grauti noxa non implicitis persuadent? An olim præceptum de comunione quotidiana? Patrum iudicium, semper, vt Christum manducaturi excepta mortalis noxæ absentia, afferrent animæ quoque ornatum decentem; Christianorum primitiuorum in Missarum sacrificio deuotio, Ioannis verba discussa, Lucæ item; Regula pro frequentatione synaxeos in genere.

78. *An fuerit præceptum de Communione quotidiana initio Ecclesiæ?* Act. 2. 42.

ASseuerant primò viguisse apud primitiuos Christianos morem quotidianæ Synaxis: quemadmodū Actorum c. 2. Lucas non indubiè significat: *Erant perseuerantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis Panis, & orationibus:* Quin & præceptum extitisse, contendūt probare ex verbis Anacleti epi. 1. quæ habentur c. *Peracta*. de consec. distinct. 2 in hāc formam. *Peracta consecratione omnes cōmunicent, qui noluerint ecclesiasticis carere liminibus: sic enim Apostoli statuerūt, & sancta Romana tenet Ecclesia:* Respōdeo, hæc verba, si quid euincūt, indicare, quemadmodum optimè obseruauit Suarez tom. 3. in 3. part. disput. 69 sect. 3. §. *Ad secundum.* eos, qui Missarum solenniis assistebant, obligatos ad communicandum: Hic sensus, quem præ se ferunt; At hoc intellectionis genus falsitate plenum est, cùm nunquam eiusmodi fuerit consuetudo in Ecclesia: assistebant enim non, eodémque die pluribus Missis Orthodoxi: recepisse autem sæpiùs eodem die Christi corpus, nemo pronunciauerit in vsu fuisse: Quare nullum positum fuisse præceptum fidelibus vniuersis sub Ecclesiæ incunabulis, existimat idem Suarez, & de Clericis, qui sacrificanti ministrabant, accipiendū potiùs Anacletum: nam de reliquis Catholicis quid in vsu positum fuisset, declarat Dionys. de ecclesiastica Hierarchia, part. 2. c. 3 *Sacerdos (ait) & ipse cōmunicat, & alios, vt communicent, hortatur:* Exhortatio autem consilium, non præceptū denotat. Affert pro hac explanatione dictorum Anacleti; P. Suarez ex veteribus Alensem: ex nuperioribus Hosium Cardinalem, nostrúmque Franciscum Turrianum: Henriquez lib. 8. c. 53. profert Tapesum, Petrum de Soto, Catechismum Pij V. Bellarminum, Aialam. P. Salazar id ipsum putat libello de Eucharistia frequentanda vulnter, c. 3. Respondeo prætereà, vt viguerit apud infantiam Ecclesiæ norma illa, non vbique terrarū regnasse; sed apud Hierosolymitanos, & Alexandrinos Christicolas: quibus; similes si aduersarij velint esse, quos consectaneum sit quotidie Christum sumere, consentiemus non inuiti, vt dicebamus Sectione præcedenti ex Bonauentura, num. 59. Cæterùm, multiplicata gente deinceps per reliquos orbis angulos, non est multiplicata lætitia: quare tepescere cœpit, & minui fames sacri pastus: quin & Doctores, vitæque spiritalis Magistri cœpère modum ponere iis, qui absque congruo Sacramenti honore accedere non verebantur: Atque, quemadmodum ex eorum consilio plures alij antiqui ritus finem habuêre, quòd experientia doceret in Sacramenti aliquam contumeliam cedere; quemadmodum, quòd domum ferrent laici; quod in viam secum portarent nonnulli; quod suis manibus ori admouerent communicaturi; quod infantibus recèns è fonte erutis instillaretur sanguis, grandiusculis ante rationis aduentum porrigeretur: de quibus, aliisque vsibus Scriptores, quos commemoraui Sectione elapsa, num. 6 sic licèt aliquando viguerit mos communicandi quotidie, consopitus tandem est, postulante id Sacramenti reuerentia, maiorique fidelium spiritali fructu.

Suarez.

Dionys.

Si quod præceptū de quotidiana Synaxi in primitiua Ecclesia, obligabat solùm ministrantes altari.

Suarez. Hosius. Turrianus. Henriquez. Tapesius. Soto. Catechism. Rom. Bellarm. Aiala. Salazar.

Mos communicandi quotidie apud Hierosolymitanos, & Alexandrinos Christicolas.

Asserunt secundò, ad recipiendum quouis tempore Eucharistiam cum fructu, non aliud desiderari, quàm mentem à lethiferis culpis liberam esse: Sic Pauli verba cap. 11. prioris ad Corinthios Epistolæ intellexisse semper visa vniuersa Patrum cohors: Consule nostrum Iustinianum; & expressit Tridentina Synodus sessione 13. cap. 7. *Quare communicare volenti reuocandum est in memoriam eius præceptū Probet seipsum homo: Ecclesiastica autem consuetudo declarat, eam probationem necessariam esse, vt nullus sibi conscius mortalis peccati, quantumuis sibi contritus videatur, absque præmissa sacramentali confessione, ad sacram Eucharistiam accedere debeat:* Profert, qui ad frequentem sanctissimi Panis sumptionem hortantur, modò graui noxa non oneretur conscientia, Augustinum, Gregorium Romanum, Chrysostomum in primis, cuius illa vehementer dolentis exclamatio homilia 61. ad populum Antiochenum: *O consuetudinem! ô præsumptionem! Sacrificium frustra quotidianum! incassum assistimus altari; nullus, qui communicetur.* Hieronymum, Ambrosium, aliósque P. Salazar nactum, quem citauimus de Eucharistia, cap. 7 § 1. Igitur non solùm vtcumque Christum manducare licet, tantùm cordis domus careat grauibus delictis; sed etiam id ipsum frequenter iterasse ex Patrum doctrina conueniens est: Respondeo, à nobis concedi facilè, quicquid aliqui dixerint Theologi, gratiam, quæ in Sacramento confertur ex opere operato, ei conferri, qui lethalis noxæ inscius accedit; quamuis cum venialibus maculis appropinquet, & ipso recipiendi actu venialiter delinquat: de hoc non est litigium: Cæterùm, docere conueniens esse, atque animarum profectibus vtilius, quotidie Christum sumere, alia præparatione exclusa, eâque solùm desiderata, quæ mortiferæ labis conscientiam expungit; huiusmodi 79.

1. Cor. 11.

Iustin. Trident.

Patres quotidianam corporis Christi manducationem suadent, non irretitis peccato lethifero.

Chrysost. Salazar.

huiusmodi assertum definimus, neque veterum exemplis, neque auctoritate posse commonstrari; sed habere aduersariam Christianam antiquitatem, cuius fuit consensus semper, præter graues maculas, abolendas quoque, quoad eius fieri possit, leues defectus, excitandam diuinissimi pabuli esuriem piam, ornandum cordis thalamum, atque his munitum præsidiis posse crebrò cum Christo accumbere, modò aduertat quotidiana manducatione hæc ipsa crescere, & augere: sin autem noret diminutione pati, salutare fore consilium, nonnunquam modicè abstinere, quò nauseam abigat, & tædiosæ mentis fastidia.

Patrum sententia fuisse semper, vt manducaturi Christum sæpius, excepta mortalis noxa absentia, afferrét animæ quoque ornatum decentem.

80. Ergo, si ad exempla conuertamus aciem, primitiuos continuò respiciemus Orthodoxos: de his autem velim, attendant, quid Chrysostomus narret homil. 27. in Epistolam priorem ad Corinthios, prope finem: *Cogita, quid fecerint Apostoli, quando sacrarum illarum mensarum fuerunt participes: an non conuersi sunt ad preces, & hymnos canendos, non ad sacras vigilias, non ad sacram illam doctrinam, plenam Philosophiæ? Nam audiuisti, quomodo etiam illa tria millia, quæ perceperant Communionem, perpetuò perseuerabant in oratione, & doctrina, non in ebrietatibus, & comessationibus.* Sed veteris Ecclesiæ vsum distinctis coloribus pinxit Iustinus Martyr Apolog. ad Anton. *A precibus finitis (ait) mutuis nos inuicem osculis salutamus: deinde ei, qui fratribus præest, offertur panis, & poculum aquæ, & vini: quibus ille acceptis, laudem & gloriam rerum vniuersarum Patri per nomen Filij, & Spiritus sancti offert: & Eucharistiam, siue gratiarum actionem pro eo, quod nos donis hisce suis dignatus sit, prolixè exequitur: atque vbi ille preces, ac gratiarum actionem absoluit: populus, qui adest omnis, fausta approbatione acclamat, dicens, Amen: Amen autem voce Hebraa, fiat, significat. Præsidens verò postquam gratiarum actionem perfecit, & populus vniuersus a precatione læta eam comprobauit; qui apud nos vocantur Diaconi, atque Ministri, distribuunt vnicuique præsentium, vt participent eum, in quo gratiæ actæ sunt, panem, vinum, & aquam, & ad absentes perferunt:* Verùm tam deuotos ad Dominicam mensam accessisse illis temporibus, mirum non est, cùm penè æqualia obseruauerint ante communes escas: Auctor est Tertullianus Apologet. cap. 39. *Non prius discumbitur, quàm oratio ad Deum prægustetur: editur, quantum esurientes capiunt: bibitur, quantum pudicitiæ est vtile: ita saturantur, vt qui meminerint, etiam post noctem adorandum Deum: ita fabulantur, vt qui sciant, Dominum audire: æquè oratio conuiuium dirimit.* Commendat & illius sæculi mores, Origenes, homi. 13. in Exodum: *Volo vos admonere religionis vestræ exemplis: nostis, qui diuinis mysteriis interesse consueuistis, quomodo, cùm suscipitis Corpus Domini, qua cautela, & veneratione seruatis, ne ex eo paruum quid decidat, ne consecrati muneris aliquid dilabatur: reos enim vos creditis, & rectè creditis, si quid inde per negligentiam decidat:* Commendat & seuera illa Tertulliani censura, aduersùs eos, qui sedere, dum Missarum solennia peragerentur, audebant: de Oratione, cap. 13. *Siquidem irreuerens est assidere sub conspectu, contraque conspectum eius, quem cùm maximè reuerearis, ac venereris, quantò magis sub conspectu Dei viui, Angelo adhuc orationis adstante, factum istud irreligiosissimum est; nisi exprobramus Deo, quod nos oratio fatigauerit:* Commendat denique distincta illa disciplina, cuius meminit Nilus Monachus ad Anastasium Episcopum: refert Turrianus tract. 2. de Eucharistia, cap. 2 huiusmodi eius sententiam: *Hoc scribo, vt intelligentes, quanti tremoris sit diuina Missa, ne ipsi timorem Dei remissè negligatis: nec vllos alios loqui, aut mussitare tempore oblationis, neque innuere audacter, aut à statu grauitatis dimoueri, neque huc, aut illuc circumspicere, aut ignauè, aut dispersè vagari permittatis:* Transferamus igitur illorum sæculorum effigiem ad hodierna axiomata: ibi piaculum in loco sacro mussitare, lassitudini succumbere orantes, & paululùm sedere; mensa, sermones, gestus omnes ad sobrietatem compositi: sic, qui quotidie alimenta immortalia edebant. Nunc, si Deo placet, accedant in vnumquemque diem fideles cum voluntaria distractione, aliisque næuis: sic decet consuluisse, sic animæ prouehuntur?

Primitiui Christiani quali cum dispositione accederent ad sacram mensam? Chrysost.

Iustin. Mart.

Christianorũ primitiuorũ, quàm insignis ardor & deuotio.

Tertull. Christianorũ primitiuorũ mensa quàm sobria?

Origen. Christianorũ cautela, ne quid Christi corporis decideret.

Tertull. Missarum tempore non sedebant Christiani, nec loquebantur.

Nilus.

81. Ad Patrum sententias descendamus, ex quibus quid Tertullianus, atque Nilus cùm Origene sensissent, quid Iustinus quoque Martyr doceret, perspeximus numero elapso. Augustinus autem tractatu 56. in Ioannem explicans illa cap. 13. *Qui lotus est, non habet opus, nisi pedes lauare; sed est mundus totus. Hic moneatur fortasse quis, & dicat: Imò, si mundus est totus, quid opus est, vel pedes lauare? Quid, Fratres mei, quid putatis nisi quia homo in sancto quidem Baptismo totus abluitur, non præter pedes sed totus omninò: veruntamen cùm in rebus humanis postea viuitur, vtique terra calcatur: ipsi igitur humani affectus, sine quibus in hac mortalitate non viuitur, quasi pedes sunt, vbi ex humanis rebus afficimur, & sic afficimur, vt si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, & veritas in nobis non est.* De venialibus quoque delictis interpretantur Ambrosius lib. de iis, qui mysteriis initiantur, cap. 6. & lib. 3. de Sacramentis, cap. 5. Cyprianus, siue quis alius eruditus Auctor, tractatu de Cardinalibus Christi operibus, §. *De lotione pedum.* Gregorius lib. 9. Epistolarum, seu Registri, Epist. 39. Beda in cap. 13. Euangelij Ioannis, & in cap. 11. Epistolæ prioris ad Corinthios: Bernardus sermone de Cœna Domini: Rupertus lib. 5. de diuinis officiis, cap. 20. Iuo Carnotensis sermone in Cœna Domini: Amalarius Fortunatus lib. 1. de ecclesiasticis Officiis, cap. 12. Glossa ordinaria in cap. 13. Iob: Nicolaus de Lyra ibidem. Iam verò hanc pedum lotionem peractam ante Eucharistiæ institutionem, ostendunt Iansenius Concordiæ cap. 130. Baronius tom. ad annum Christi 34. num. 38. nostri Maldonatus ad cap. 13. Ioannis, num. 2. Iustinianus ad verba illa: *Similiter & Calicem postquam*, &c. cap. 11. Epistolæ 1. ad Corinth: *Quorsum autem cæremonia talis abluendorum vestigiorum? Quo, scilicet, exteriori quodam signo doceremur*, (inquit Iansenius,) *quæ mundities requireretur in eo, qui Eucharistiam dignè esset percepturus:* Maldonatus id ipsum voluisse instruere Christum: *quod si post datam fecisset Eucharistiam*, (ait,) *docere non potuisset.* Igitur ex tantorum Patrum existimatione, quamuis vt recipiatur Christi Corpus dignè, vtcunque sufficit mundum esse à lethiferis sceleribus; tamen vt recipiatur cum manducantium cumulato fructu, leues quoque maculæ, quoad fieri queat, abradendæ sunt; quod huiusmodi pedum mundities denotat; quæ ideò præcessit institutionem magni Sacramenti, vt quanta debe-

Veniales noxæ expianda à communicantibus. August.

Idem sermone ex c. 13. v. 10. declaratum.

Ambros. Cyprian. Gregor. Beda. Bernard. Rupert. Carnotens.

Lyran. Pedum lotio cur facta à Christo ante Eucharistiæ institutionem? Baron. Maldonat.

Sucrlogi Anteloq. in Cant.

O 3 ret

Canticorum verba cap. 5. v. 1. discussa. rer esse epulantium nitela, Indicaretur: Locum illum cap. 5. Canticorum: *Comedite, amici, & inebriamini, charissimi.* de Altaris Sacramento sic explanant Nyssenus hom. 10. in Cantica: Ambrosius lib. 5. de Sacramentis, cap. 2. & 3. Paschasius lib. de Corpore, & Sanguine Domini, cap. 10. Absalon Abbas sermone 7. de natiuitate Domini: Berengosius Abbas lib. de mysterio Crucis, & duplici loco: Rupertus lib. 10. Cantica: Psellus, & Philo Carpathiensis ad cap. 5. Canticorum: vt qui inebriari quidem velit, & copiosa emolumenta colligere, hunc oporteat non solùm amicum esse; sed præterea charissimum: ex his, videlicet, quibus cura est non tantùm mortalia scelera vitasse; sed etiam magno studio leues quosque næuos extinguere.

Nyssenus. Ambros. Paschas. Absalon Ab. Bereng. Ab. Rupert. Psellus. Philo Carp.

82. Sed, qui non in vnius loci expositionem conspirauerunt, verum, prout se offerebat occasio, quid super hac re sentirent, exprompserunt, ex relatis est Augustinus, imprimis tom. 10. serm. 216. de Christiano nomine, vbi ait: *Eum bonum Christianum esse, qui quoties sancta solemnitatis veniunt, vt securius communicet, ante plures dies castitatem cum propria vxore custodit, de syncera, & secura conscientia ad Altare Domini casto corpore, & mundo corde præsumat accedere.* Et serm. 252. *Prius* (inquit) *orationibus, ieiuniis, vel eleemosynis studet mundare conscientiam suam; & sic Eucharistiam præsumit accipere.* Chrysostomus, quem præcipuum titulatem aduersaria phalanx iactat homil. 61. ad populum Antiochenum: *Cum enim diceres, Sancta Sanctorum: hoc dicit: Si quis non Sanctus, non accedat: non simpliciter dicit si à peccatis purus; sed sanctus: non peccatorum tantùm liberatio, verùm & Spiritus præsentia sanctum facit, & bonorum operum diuitia.* Et homil. 40. ad eundem populum: *Video rursum & alios loquentes rectos, dum oratio celebratur: eorum verò leuiores non solum, dum oratio perficitur, verum & dum Sacerdos benedicit: O rem horrendam! quando saluus erit: quando Deum placare poterimus?* Et homil. 83. in Matthæum: *Quos radios solares non deberet excedere manus illa, quæ hanc Carnem perrumpit; os, quod igne impletur spiritali; lingua, quæ cruentatur hoc admirabili Sanguine?* Dionysius Alexandrinus epist. ad Basilid. cap. 2. *Ad Sancta Sanctorum, qui animo, & corpore purus non est, accedere prohibetur.* Et de feminis menstruatis addit: *Si piæ, & fideles sint, non debere sic affectas attingere Corpus, & Sanguinem Domini.* Consulendus Theodorus Balsamon super dictam epistolam Dionysij, & Timotheus Alexandrinus in suis responsionibus, cap. 7. Gregorius Papa lib. 2. in cap. 1. lib. 1. Regum, ad illa verba: *Repleti prius pro panibus, &c. Non saturantur ergo nisi famelici: qui a vitiis perfectè ieiunantes, diuina Sacramenta percipiunt in plenitudine virtutis: Nam qui quotidie non exhaurit, quod delinquit, etsi minima sint peccata, quæ congerit, paulatim anima repletur, atque ei meritò auferunt fructum interna saturitatis:* Totus in hoc argumento est Auctor de cardinalibus Christi operibus, inter tractatus Cypriani, § *De Cœna Domini:* Ambrosius, vel potiùs Remigius Lugdunensis, sub titulo Ambrosij, vt placet Maldonato ad cap. 12. Ioannis, num. 32. *Deuoto animo, & cum timore accedendum ad Communionem* (docere Paulum ait illis verbis Epistolæ 1. ad Corinth. cap. 11. *Qui enim manducat, & bibit, &c.*) *vt scias mens reuerentiam ei se debere, ad cuius Corpus sumendum accedit.* Hieronymus in eandem Epistolam (aut alius Scriptor, vt doctiores volunt,) ad illa eiusdem cap. 11. *Reus erit Corporis, &c. Sindonem nouam Christi præfigurare Corpus Domini accepturos, tam mundam mentem debere habere, quam nouam:* Quæ sunt quoque verba Primasij ad eundem textum: Verùm, ne legitimus Hieronymi partus nobis defuisse videatur: is contra Iouinianum scribens: *Sed ipsorum conscientiam conuenio, qui eodem die post coitum communicant, & iuxta Persium, noctem flumine purgant:* Similia proferunt Dionysius Areopagita cap. de communione: Isidorus Ægyptius epistol. ad Ophelium Grammaticum: dabit sententias horum Turrianus tractat. 2. de Eucharistia, cap. 2. & 3. Ioannis autem Damasceni tom. 1. Historiæ de Sanctorum Vitis Aloysius Lippomanus oratione in Sanctissimum Christi Corpus: Theophylacti noster Iustinianus ad illa verba capit. 11. epistolæ 1. ad Corinthios: *Similiter & Calicem, &c.* Cassianus exquisitam munditiem postulat collatione 22. cap. 7. Gaudentius, Brixiensis Antistes, tract. 2. in Exodum, ad illa cap. 12. *Renes vestros accingetis.* Bruno, Carthusiæ Patriarcha, Opusculo de Festis Sanctorum, serm. in Cœna Domini: Petrus Damiani epist. 50. ad Archiepiscopum Bysuntinum: Hugo de Sancto Victore tom. 2. serm. 94. in die sancto Paschæ: Isidorus Hispalensis lib. 1. de Ecclesiasticis Officiis, cap. 18. *Coniugatis autem abstinendum est* (inquit) *à coitu, plurimisque diebus orationi vacare: & sic deinde ad Corpus Christi accedere:* Rabbanus Maurus lib. 1. de institutione Clericorum, cap. 31. suscipiendum Christum *cum religione, & deuotione, & humilitate:* Vvalfridus Strabo lib. de rebus ecclesiasticis, cap. 19. *Cum munditia corporis, & cordis, quantum fieri possit, vt à cibis cæteris longè distare sciamus:* Laurentius Iustinianus serm. de Eucharistia, prope medium; de Christi triumphali agone, cap. 4. de disciplina & perfectione, cap. 19. vbi disserit. *Non enim ab omnibus vniformiter communicandum est; sed a quibusdam sæpiùs, à quibusdam rariùs, prout vniuscuiusque affectus exhibitur, & virtus meretur: potissimum tamen ab iis, qui Deo dicati sunt, sumi debet Sacramentum hoc: Videat autem quilibet, ne consuetudine, aut cordis elatione ad perceptionem ducatur tanti mysterij, sed deuotione, sed præuia meditatione:* Nicolaus de Lyra ad cap. 11. Epistolæ prioris ad Corinthios, ad illa: *Reus erit corporis, &c. Alio modo accipitur indignitas ex parte sumentis ex defectu deuotionis, vtpote, quia distracta mente, ex occupatione temporalium, accedit ad hoc Sacramentum: habitualiter tamen retinet debitam reuerentiam: & talis indignitas non facit sumentem reum Corporis, & Sanguinis Domini; impedit tamen fructum Sacramenti, saltem ex parte.* Sic Patres, & non aliud Tridentina Synodus sess. 13. cap. 8. *Hæc sacra mysteria Corporis, & Sanguinis eius ea fide, constantia, & firmitate, ea animi deuotione, ea pietate, & cultu credant, & venerentur, vt Panem illum supersubstantialem frequenter suscipere possint.*

Orationis, ieiuniorum, castimonia, ratio habenda Christi corpus manducaturis. August. Chrysost. *Loqui inter orandum, & Missarum solemnia, piaculum veteribus.* Dionys. Alexand. Balsamon. Timoth. Greg. Papa. Cypr. Remig. Hieron. Primas. Hieron. Dion. Areopag. Isid. Pelus. Turrian. Damasc. Lipom. Theophyl. Iustin. Cassian. Gaudent. Bruno. Pet. Dam. Hug. Vict. Isid. Hisp. Rabbanus. Vvalfrid. Laur. Iust. Nicol. de Lyra. Trident.

Patrum igitur perpetuus vsus fuit, postulare à recepturis Eucharistiam, satisfactionem, fletúmque pro venialibus excessibus, reuerentiam, famem, auiditatémque, orationis, cæterarúmque virtutum studium: Atqui hoc non petebant, quòd Christi Corpus simpliciter, & vtcunque sumi possit: nam ad hoc satis erat à mortifera culpa liberum esse, vt monstrauimus ex Tridentino, numero 70: Flagitabant igitur, vt me- 83.

liùs

liùs manducaretur, atque cum epolantium cumulationibus lucris: Quis dubitet de istis, inquis? Tum sic: Quotidiana Communio, generaliter loquendo, non conducit ad reuerentiam, ad famem, ad animi spiritalem dulcedinem, & saporem: confert autem ad hæc omnia abstinere aliquando moderatè, & per iusta interualla: Igitur ad Eucharistiæ, quæ melior, & vtilior est, sumptionem, quàm quotidie accessisse satius est, sed sobriè abstinuisse: Ostendo autem vniuersaliter loquendo, saporem spiritus, famem mentis, reuerentiam, animique munditiem eximiam desiderari in his, qui quotidie communicant. S. Thomas quæst. 80 in 3. partem, artic. 10. *Ex parte sumentis requiritur, vt cum magna deuotione, & reuerentia ad hoc Sacramentum accedat: sed, quia multoties in pluribus hominum multa impedimenta huius deuotionis occurrunt, propter corporis indispositionem, vel animæ; non est vtile omnibus hominibus quotidie ad hoc Sacramentum accedere:* Articulo autem 8. quæstionis 78 *Dictum est enim,* (ait) *quòd effectus huius Sacramenti non solùm est adeptio habitualis gratiæ, vel charitatis; sed etiam quædam actualis refectio spiritalis dulcedinis, quæ quidem impeditur, si aliquis accedat ad hoc Sacramentum per peccata venialia mente distractus:* Bonauentura in 4. distinct. 12. parte 2. quæst. 2. *Omnes ergo rationes* (inquit) *pro frequentia intelliguntur salua debita præparatione, quæ in paucissimis est, vt semper:* At esse in statu gratiæ non est paucissimorum: Igitur vltra statum gratiæ pro frequentia desiderantur alia, nempe, feruor, puritas singularis, timor, & id genus: Quare ibidem Seraphicus Cardinalis: *Maiorem efficaciam, credo, quod accipiat homo in vna manducatione cum bona præparatione, quàm in multis, si non se præparet diligenter.* Alexander Alensis 4. part. art. 4. §. 1. quæstiuncula 2. *Potest esse in bonis, quòd quotidie communicare generet fastidium, & minorem reuerentiam, & deuotionem: in aliquibus autem ipsa frequentia auget deuotionem, & reuerentiam; & tunc laudabile est quotidie accipere:* S. Bernardinus Senensis tom. 2. serm. 57 artic. 2. cap. 3. quæst. 2. *Cùm Sacramenti perceptio debita requirat purgationem peccatorum, & mentalem eleuationem, seu reuerentiam, atque deuotionem; si quis qualibet die paratus sit prædictis modis, & aliud impedimentum non habeat, vtile est ei, hoc Sacramentum frequentare:* Quibus manifestè significat, hæc si desint; non fore vtile quotidie Dominicum Panem manducare. Sub eadem verborum formula loquuntur Albertus de Missa, prope finem: Richardus in 4. dist. 12. quæst. 6. S. Antoninus 3. part. titulo 14. §. 5. Thomas de Argentina in 4. distinct. 12. quæst. 13. artic. 3. Abulensis ad cap. 5. Matthæi, quæst. 247. B. Laurentius Iustinianus, & Nicolaus de Lyra loco numero antecedenti ostenso: Finiamus ab eo, à quo incepimus Angelici Doctoris pronunciato, quoniam, quæ ad communicandum cum abundantiori fructu & emolumento desideratur, & quam Patrum nemo non postulat, dispositio, in pluribus hominum non elucet propter multa impedimenta, a corporis, vel animæ indispositione: *Non esse vtile omnibus hominibus quotidie ad hoc Sacramentum accedere.*

In paucis reperitur dispositio requisita ad Christi Corpus quotidie manducandum.
S. Thom.
Bonauent.
Alexand.
Bern. Sen.
Albert.
Richard.
Anton.
Argentin.
Abulens.
Laur. Iust.
Lyra.

84. Quorsum ergo, interroges, Augustinus, aliúsve de Ecclesiæ columinibus aliquando dixerit, etiam peccatis venialibus oneratos ad Sacramentum quotidie posse accedere, neque nimiùm curanda esse venialia delicta: Respondeo, vt concedamus ita loquutos, intelligendos respectu dispositionis simpliciter requisitæ, non comparatione melioris apparatus: Potuerunt autem moueri ob duo hominum genera: alterum quidem eorum, qui scrupulis vexantur, & putant delictum committi, quando nihil sceleris perpetratum est: hos igitur animaturi Patres, ne illuderet inimicus, & sub boni falsa imagine suaderet diu abstinendum ab Altaribus, quod periculosum est in primis, dicebant de venialibus noxis non nimiùm sollicitos esse debere, quò hac licentia allecti, conuenienti tempore, Christi Corpus sumerent: alterum genus hominum fortasse extabat, quod quidem ob nauseam, teporem mentis, ignauiam diu abstineret à sacra mensa; nolebant autem haberi à cæteris mortalibus, quales reipsa erant, pigri, indeuoti, Sacramentorum osores; quare præseferebant ideò abstinuisse per longa tempora à cœlesti esca, quòd indignos se reputarent, vt qui continuè veniales maculas plures contraherent, à quibus cùm liberari propter fragilitatem non posse cogitarent, abstinebant à Christi corpore: Huic igitur pesti, eò atrociori, quòd à malitia, & tepore spiritus ortum duceret, medelam adhibituri sapientissimi illi Doctores affirmabant, non habendum de venialibus noxis tantum animi angorem; sed cum fiducia, & spe bona accedere eos oportere quotidie, qui à lethiferis culpis per Christi gratiam immunes fuissent: quò hac doctrinæ libertate inescati, si minùs creberrime, saltem non rarò cum Christo accumberent, déque ipso vescerentur: Sed, quemadmodum hæc, atque similia pronunciabant in gratiam eorum, qui serò Dominicum Corpus degustabant, quò ad sufficientem frequentiam traherent: sic eos cohibituri, qui absque conuenienti præparatione quotidie Christum manducabant, asserebant, præter lethalis peccati expunctionem, requiri præterea, si modò cumulata fœnora reportare cuperent, virtutibus ornari animum, mente excitari œstrum, & famem sanctam, aliisque non paucis instructos esse debere: Itaque scopus orationis erat, vti medium tenerent; neque conuenire diu abstinuisse, neque quotidie accessisse, sed frequentiam quandam sobriam amplectendam ex idonei spiritualis Ducis consilio.

Quorsum Patres aliquando videantur dicere, venialibus noxis implicitos Eucharistiam frequentare posse.

85. Asserunt tertiò, verba illa orationis Dominicæ: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie,* &c. ex veterum ferè omnium consensu de Christi Corpore esse intelligenda, quemadmodum commonstrat Maldonatus ad cap. . Matthæi, num. 11. quando igitur de pane vitæ sermo sit, quid aliud repræsentat contextus, quàm oportere quotidie sumere cuiusque diei alimoniam? Quem sensum cùm omninò legitimum esse cogitarent prisci, aliter Græcam sententiam, ἄρτον ἐπιούσιον, transtulerunt, *supersubstantialem* dicentes, quem vulgatus Interpres quotidianum appellabat: Sed audiamus à Vualfrido Strabone: Is igitur eo, quem diximus, libro de rebus ecclesiasticis, cap. 20. *Alij* (inquit) *omni Dominica, vel omni Sabbato apud Orientem, vel Hispanias, Missas facientes, commemorationem Passionis Christi omni septimana si facerent, sufficere credebant: vnde etiam orationem Dominicam, quæ ab ipsis, vt credimus, Apostolis, ante Communionem, & Panis fractionem dicebatur, illo tantum tempore recitandam crediderunt, quo sacrificia celebrabant: quia Panem illum, qui in eadem oratione petitur, supersubstantialem intelligi, non quotidianum voluerunt:* Ergo, aut

Eucharistia, num significata pane quotidiano orationis Dominicæ.
Maldon.
Vualfrid.

non retinenda lectio illa, quæ præfert *quotidianum*; quam tamen lectionem Biblia correcta retinent Lucæ cap. 11. vers. 3. fidelésque, dum recitant communem Orthodoxorum orationem aut ex talis versionis germana significatione, consulenda Ecclesiæ filiis quotidiana Communio: Respondeo, admittere nos, siue dicamus *Panem supersubstantialem*, vt Matth. cap. 6. vers. 11. siue *quotidianum*, vti apud Lucam; vtrobique denotari eadem, id est, panem nostræ substantiæ necessarium, qui in dies omnes desideratur: Verùm eo pane non denotari Eucharistiam quasi semper manducandam, aut nullo pacto designari: quoniam, vt probè aduertit Iansenius Concordiæ cap. 41. cùm hanc à fidelibus orationem fundendam suasit Christus, nondum instituerat Sacramentum Corporis sui: Præterea, vt sapienter annotauit Cardinalis Bellarminus tom. 3. lib. 1. de bonis operibus, cap. 6. permittebatur Christi sectatoribus, hanc orationem sæpiùs interdiu, noctúque pronunciare: Igitur, qui semel de Christi pane comederant, deinceps iterantes, *Panem nostrum da nobis hodie*, quid flagitabant? Num eodem die sæpiùs Christi Corpus reciperet? At nunquam licitum fuit frequenter eodem die Christi Corpore vesci: Non igitur Christi carnem petebant fideles, si vicies, si quadragesies in die Dominicam precem iterabant: Quare peti malunt, quicquid ad humanam vitam honestè transigendam necessarium, & Iansenius, & Maldonatus; aut vniuersim, quicquid & corpori & animæ conueniens est, putat Bellarminus optandum: Certè Albinus Flaccus lib. de diuinis Officiis, §. *De celebritate Missæ. Panem nostrum* (ait) *quotidianum id est, omnia necessaria ad victum & vestimentum: illud, quod dicitur, hodie, non possumus generaliter referre ad Corpus, & Sanguinem Domini: quia sunt tales, qui non possunt quotidie communicare, aut aliqua discordia contra proximum commaculati, aut nocturnali coinquinati pollutione: homines sunt; non possunt semper esse parati*: Sed exhibeamus significari *panis* vocabulo Christi carnem; adhuc quotidiana sumptio variè accipi valeat: Primùm, vt illud, *hodie*, non denotet præsentem lucem; sed totum huius vitæ interuallum, vti Augustinus, & Cyrillus sumpsêre apud Bellarminum: qua admissa interpretatione, non vrget quotidianus esus, neque hoc postulatur verbis illis: Deinde, vt de cuiusuis dici sumptione necesse sit construere, spiritalis Communio, non realis intelligatur: aut, si realis; non tamen comparatione particularium, sed respectu Ecclesiæ, in qua non pauci quotidie Christum pectore, & animo admittunt: Postremò sit sermo ad vniuersos fideles: sed videant, modò quotidie Christum esuriant, obseruent, quæ præscribit Rabbanus Moguntinensis Antistes lib. 1. de Institutione Clericorum cap. 31. *Dicunt aliqui, nisi aliquo intercedente peccato, Eucharistiam quotidie percipiendam: hunc enim Panem quotidie dari nobis (iubente Domino) postulamus, dicentes: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. quod quidem benè dicunt, si cum religione & deuotione, & humilitate id percipiunt.* At quoniam plerique mortalium hæc negligunt: propterea multi vtiliùs facturi si abstineant parumper, & plorent interim desidiam atque ita tandem idonei reperiantur, qui etiam quotidie, si oporteat, de Dominico conuiuio participent.

Lucæ 11. in oratione Dominica.
Matth. c. 6.
Iansen.
Bellarm.
Alb. Flacc.
Regula Hodie, pro huius vitæ spatio sumitur.
August.
Cyrill.
Rabban.

86. Asserunt quartò, vel ex hoc amplectendam magis eam cogitationem, quæ antefert quotidianam Christi manducationem: quoniam certum terminum rebus præfigit, cùm opposita sententia per incerta vagetur: quoto enim tempore abstinere conueniat, vniuersim signare nequeant. Confirmatur primò: quoniam abstinere per se non condocit: Ponamus quempiam cum voluntaria distractione, aliisve leuioribus maculis solitum accedere quotidie ad Altaria: abstineat huiusmodi per septiduum, nec tamen mores corrigat, sed iisdem fœdatus sordibus appropinquet: sanè nihil tali contulit distulisse, quin potiùs vtilius fuisset quotidie epulari; augeretur enim gratia ex opere operato quotidiana manducatione: Quare celebratur Ambrosij dictum lib. 5. de Sacram. cap. 4. *Accipe quotidie, quod quotidie tibi prosit: Sic viue, vt quotidie merearis accipere. Qui non meretur quotidie accipere, non meretur post annum accipere*: Quæ verba ita interpretor: Vel post annum accedit cum ea, qua par est, corporis, animique nitela; vel ea carens: si purus est, quantùm oportet, accedat quotidie; potest enim sufficienter purus: sin autem desiderata munditia vacuus sit, nec post annum sine hac accessisse decet: quodcunque igitur eligamus, fit, vt ad nihil conduxerit abstinuisse. Confirmatur secundò: nam, si quæ laudabilis est absentia à Dominicis ferculis; illa in primis, quæ ob Sacramenti reuerentiam, cùm se humana fragilitas indignam cogitat, quæ sæpiùs cum Christo accumbat: At hæc, quæ bona & timorata est absentia, quò maior fuerit, longiorisque interualli, eò potior, excellentiórque: sicut, quoniam communicare frequenter cum debito spiritus apparatu, commendabile est; quò quisque eum in modum frequentiùs communicauerit, laudabiliùs fecerit: Sequitur itaque præstantiùs acturum eum, qui per mensem ex reuerentia abstineat, quàm qui bissenos tantùm dies, qui per plures menses Christi Altaria non salutaret, quàm qui per duos tantùm, aut tres: Volentes itaque quotidianam declinare Synaxim, in alterum extremum prolabimur, vt semel, bisve ad plurimum per anni totam Christus sumendus sit.

Ambros.

87. Respondeo, non mirum, si definiri nequeat scopus indubius, cùm docuerimus num. 73. ex B. Laurentio Iustiniano, *Non esse ab omnibus vniformiter communicandum; sed à quibusdam sapius, à quibusdam rarius, prout vniuscuiusque affectus trahitur, & virtus meretur.* Et *istud est rationabile* (inquis Thomas de Argentina datus numer. 74.) *quia sicut in comestione naturali videmus, quòd vnus homo naturaliter indiget, vt plus comedat, vel sæpius, quàm alter, secundùm quod vnus habet fortiorem virtutem digestiuam, & velociorem; alter verò debiliorem, & tardiorem: sic etiam in comestione spirituali istius benedicti Sacramenti, illos sæpiùs congruit sumere istum cibum spiritualem, qui spiritualiter habent fortiorem virtutem digestiuam pata, in quibus magis viget amor, & æstuans desiderium ad sumendum istud nobilissimum Sacramentum: in quibus autem è conuerso fieret, illis expedit abstinere, donec magis esuriant; quia tunc sumptio istius cibi ad maiorem ipsis proficit sanitatem*: Nihilominùs tamen sapienter illos loquutos arbitramur, qui vt plurimùm octauo quoque die Christum sumendum putant. Dixit rectè P. Suarez tom. 3. in 3. part. disput. 69. sect. 4.

Quæ certa regula adhibita pro frequentia Communionis?
S. Laur. Iust.
Argentina.
Vt plurimùm octauo quoque die communicandum.
Suarez.

sect. 4. Primùm, quoniam in diiudicandis temporibus cibo conuenientibus, Medicorum calculis, præsertim si constet hos arte ipsa excelluisse supra modum; standum sit: At Medicorum, qui intra cœnobia claruerunt, quibus Superiores nulli, hæc semper fuit existimatio: extra claustrum id ipsum peritissimi quique senserunt, vt ibidem aduertit Suarius: deinde hoc tempus sic accommodum est, vt valeant imperfectiores colligere se semel intra octauam, cùm aut non velint; aut non posse se dicant quotidie, quia in rei familiaris dispendium cederet sacra quies, & feriatio: idoneum quoque est perfectioribus; nam neque absentia tam longa est, vt pariat obliuionem dilecti, neque præsentia tam continua est, vt contemptum, aut nauseam generet: Ad primam confirmationem, abstinere secundùm se indifferens esse; ex circunstantiis bonum, aut nociuum censeri: damnosum si nimium: Quare Cabilonensis Concilij

Conc. Cabil.

monitum est: *In perceptione* (ait) *Corporis & Sanguinis Domini magna discretio adhibenda est: cauendum est enim, ne si nimium differatur, ad perniciem animæ pertineat*: Si modicè abstineatur, ad excitandam esuriem mentis, pellendum contemptum Sacramenti facere ostendimus numero 74. Ad alia conueniens esse, & venialiter delinquere sæpè non abstinentes, commonstrat Suarez tomo nominato disput. 68. sect. 2. Quid autem Ambrosius intenderet, nobis sic declarasse placuit: Erant, qui præter eam, quàm viri spiritales communiter ponunt diligentiam, quoties ad Altaria inclinantur, & Christo vescuntur, exquisitam quandam sanctitudinem postularent: quasi cuperent digni esse, qui Christum sumerent, non quantùm patitur humana fragilitas; sed ex æqualitate & rigore excellentiæ: sciens autem Beatus Antistes, quantumcunque conentur mortales, adhuc longè impares esse hospitando Filio Dei, præsumptuosis istis dicebat: *Qui non meretur quotidie accipere, nec post annum*: id est, si hæc diligentia, quam viri spiritales quotidie exhibent, non sufficiat, incassum vos laboratis: nam nec post annum aliter eritis digni, quàm ex quadam velut congruentia: semper enim, qui admittendus sit, multo superabit interuallo recepturos ipsum: non enim sufficeret gratia habituali, & virtutibus ornatos esse ad tantam maiestatem, nisi ipse clementer intrare casam humilem disposuisset. Porrò extitisse prædictum genus hominum scribit Vualfridus Strabo lib. de rebus ecclesiasticis, cap. 20. & eo antiquior Cassianus collatione 23. cap. 21. *Alioquin nec anniuersaria quidem dignè est præsumenda Communio, vt quidam faciunt, qui in Monasteriis consistentes ita Sacramentorum cælestium dignitatem, & sanctificationem, ac meritum metiuntur, vt æstiment, ea non nisi sanctos atque immaculatos debere præsumere; qui profectò maiorem arrogantiæ præsumptionem, quam declinare sibi videntur, incurrunt: quia vel tunc cùm ea percipiunt, dignos se eius perceptione diiudicant: multò enim iustius, vt cum hac cordis humilitate, qua credimus, & fatemur, illa sacrosancta mysteria nunquam pro merito nos posse cõtingere: singulis ea Dominicis diebus ob remedium nostrarum ægritudinum præsumamus, quàm vt vana persuasione cordis elati, vel post annum dignos eorum participio nos esse credamus*: Ad confirmationem secundam, abstinere à Communione propter honorem, & reuerentiam non esse abstinere diu, sed modicè, & congruenter: non enim longa abstinentia esuriem spiritalem caussat, aut ne Sacramentum contemnamus, facit; sicut de humanis alimentis, non si quis fastidit cibos, diuturna ieiunia, pluriúmque dierum iuuant, potiùs nimia inedia tabem, & consumptionem afferre posset: Qua de re præclarissimè loquitur Cyrillus lib. 4. in Ioh. cap. 17. *Sciant baptizati omnes, si tardius in Ecclesiam proficiscantur, & longo temporis spatio propter simulatam religionem mysticè communicare Christo recusent, ab æterna se vita procul depellere: quippe recusatio huiusmodi, quamuis ex religione proficisci videatur, & scandalum facit, & laqueos instruit*: Quamobrem inefficax argumentatio est: parum abstinere prodest, igitur & multùm: velut si dicat quispiam: Vini modicum sumere indecorum non est: igitur fœcundos calices haurire, & pleno se ore proluere, indecens non est.

Non ab lindis ab Eucharistia, aliquando venialiter peccat, quã nũ à lethali mixaliber. Suarez.

Vualfrid.

Cassianus.

Cyrillus. *Longa à Communione abstinentia, quam periculosa.*

88\. Asserunt quidam, Sacerdotes quotidie communicare: at, quæ aduersùs laicos militant rationes, contra Altaris etiam Ministros faciunt; accedunt quippe multa pars eorum tepidè, irreuerenter: Respondeo, Sacerdotem esse Mediatorem apud Deum pro vniuersa Ecclesia, pro qua, & omnibus membris eius sacrificium offert: publicam igitur cum personam agat, vt loquitur S. Thomas in 4. distinctione 12. quæst. 3. articul. 1. cùm ab eo bonum commune pendeat, grauiores ob causas abstinere eum ab Altaribus oportet, quàm laicum, qui priuatam agit personam: Quare ob hanc potissimùm rationem grauissimi Scholæ Doctores, in quibus est Angelicus Doctor apud Suarez tom. 3. in 3. parte, disput. 80. sect. 1. arbitrantur, obligatos sub mortali Presbyteros ad sacrificandum aliquoties in anno: deinde, cùm Sacerdos sit specialiter ad hoc obeundum destinatus, ex vi acceptorum Ordinum, peculiare ius habet ad Corporis Christi quotidianam manducationem; subministrátque ad sanctè peragendum iniunctum officij munus Deus singularia auxilia: Denique & de Sacerdotibus asserimus etiam facturos prouidè, si aliquando adipiscendæ deuotionis, & reuerentiæ gratia, à manducando Dominico Corpore abstineant: quemadmodum Sotus aduertit in 4 distinct. 12. art. 1. conclus. 3. P. Suarez allegata disput. sect. 2. Quamobrem Tridentinum sessione 23. cap 14. Antistites monet: *Curet Episcopus, vt ij saltem diebus Dominicis & Festis solennibus: si autem curam habuerint animarum, tam frequenter vt suo muneri satisfaciant, Missas celebrent*: Hæc autem ipsa est frequentia, ad quam generatim hortati sumus laïcos numero elapso, videlicet, vti octauo quoque die, aut cùm magnæ celebritatis occasio offertur, sacro roborentur pabulo: quæ quidem dicta volumus de Clericis, quibus specialis nulla incumbit obligatio celebrandi, præter eam, quæ ab ipso Sacerdotio deriuata est: nam de iis, qui ex officio, aliáve causa legitima Missam dicere tenentur, aliter philosophandum, vt Concilium ipsum insinuat, quanquam hos imprimis, vtpote Pastores cæterorum, & Duces, decentissimè præparatos accedere conueniat.

Num à Sacerdotibus ad laicos valeat argumentum quotidianæ Communionis?

S. Thom.

Sacerdotes teneri aliquoties sacrificare.

Sacerdotes aliquando à sacrificando abstinere conueniens est.

Sotus.

Suarez.

Trident.

***

Sectio XII.

Non omnia scientiarum arcana ab antiquis expedita; esse in quibus recentiores desudare valeant: per occasionem declaratus versus ex Psalm. 44. ad litteram.

89. ARgumentum Canticorum iuxta historiam, & secundùm litteræ intelligentiam à veteribus intactum fuisse, monstrauimus Præloeutione 1. Sect. 5. num. 33. asserere non paucos huius Epithalamij Interpretes. Porrò in mysticæ explanationis filo deducendo, sequutos posterioris æui Scriptores diuersas semitas, Commentationisque genus, cuius ad summum lineamenta pinxit antiquitas, ipsi venustarem, pulménque attulere, & tanquam vitam, spiraculúmque addidêre emortuis vmbris, ostendimus proximè lapsa Disceptatione, Sect. 4. Subsectione 3. numero 132. Sed, quoniam ex his, qui solùm barba, & pallio tenus Philosophi sunt, non exigua pars, statim suspectum habet quicquid noua Mineruа parturit, & ex curiosa apotheca non prodiit, age, probemus ipsos inscientia laborare, & quas excitant tragœdias à sapientibus facilè contemnendas, tantùm vulgi esse territamenta: Dicant igitur nobis imprimis, quid illa adsignificent, de quibus Reuelationum volumine Ioannes cap. 19. vers. 11. *Et vidi cælum apertum, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum, vocabatur fidelis, & verax, & in capite eius diademata multa, & vocabatur nomen eius, Verbum Dei:* Hæreo ad diadematum multiplici corona verticem: Velitne indicare nobis, se plurium regnorum Monarcham? Sic enim legimus de Ptolomæo multiplicatis imperiis, & diademata multiplicasse, Machabæorum 1. cap. 11. vers. 13: *Et intrauit Ptolomæus Antiochiam, & imposuit duo diademata capiti suo Ægypti, & Asiæ:* At non consueuêre Reges pro subiectarum nationum numero coronas gestitasse: molestum extitisset onus delicatis capitibus: quid enim ille, qui supra centum, & viginti prouincias imperitabat, si tot coronas portare cogeretur? Appingunt quidem inter insignia cuiusque regionis stemmata: at vertice ferre omnia, labor fuisset intolerandus: Quòd si ob gloriam, & pompam auctas coronas affirmes, quorsum cum vno tantùm diademate hoc ipso Epithalamio; in die tamen desponsationis, & lætitiæ cordis illius? Puto equidem hoc Apocalypsis symbolo ad amussim exprimi veritatis triumphum de mendacio: siue, cùm in quarumlibet scientiarum scrutinio vera notitia victrix euadit: siue potissimùm in sacrarum disciplinarum tractatione: ad has enim verbum Dei attinet: seu denique, quoties Catholica definitio hæresim iugulat: tum de veritate sermonem esse & vehentis bestiæ candor, & equitis titulus, qui *fidelem*, & *veracem* prædicat, denotat manifestè: Quid igitur? Insurrexit Arius, blasphemauit, mentitus est pessimè de Verbo Dei, negans genitori æquale esse: ascendit Verbum quadrigas candidas, Athanasium, videlicet, cæterósque Nicenæ Synodi athletas fortissimos: superauit mendacium, imposuit victor gloriosus capiti diadema: At fortasse aut non erit post Arium, qui deinceps mentiatur: aut post Athanasium qui superet? Vtinam, qui mentiretur, non esset: sed quoniam oportet hæreses esse, eruit, & qui semper vincant: Abiit, sublatus est Athanasius: successit Augustinus, suppressit falsitatem, coronat de nouo Verbum: Longum est ire per vniuersa: quemadmodum non vnum aliquod sæculum figmenta omnia produxit, sed per singulas sparsit ætates noua mendacia ille qui non stetit in veritate infelix Spiritus: sic nec qui cuncta refutaret, vnum aliquod æuum parturiuit: extinxit quædam Hieronymus, alia Gregorius: discessêre illi, & pro Patribus nati sunt Ecclesiæ filij, Thomas, Scotus, Bonauentura & post hos turba magna, quam dinumerare nemo possit ex omnibus ferè gentibus, & tribubus, & populis, & linguis: Verbum igitur, quod toties coronatur, quoties de erroribus triumphum reportant Catholici pugiles, proptereà cum multiplici diademate apparet, quoniam non vni Doctori tribuit, vt vniuersa superaret mendacia; sed huic principatum concessit, cùm de Deo trino, vnóque dubitatio est; illi, si de incarnato Deo agatur; alteri, cùm liberi arbitrij, & gratiæ concordiæ examen est: Sic Genesim quispiam meliùs explicat, alius Psalmorum librum, alter Euangelia: Sed, neque hi omnes simul regnauêre: Venêre ad vineam nonnulli hora prima, aliqui hora sexta, non nemo ad occasum penè; & potuit posterior iste coëquari primis à patrefamiliàs; quoniam sic ei placitum fuit honorare nouissimum illum: Percipiamus ab Origene, quæ iuuare possint hunc discursum: *Si enim vnum esset vniuscuiusque generis falsum,* (ait ille tom. 1. in Ioannem,) *quo superato, & victo, contra illud coronam sumpsit Verbum: profectò iure, ac meritò corona vna amictum fuisset: Nunc cùm multa falsa sint, quæ veritatem profiteantur, in quæ bello gesto Verbum corona donatur; multa sunt diademata, quibus caput Verbi, quod vicit omnia, redimitur.*

Apoc. 19.

Diademata Regibus pro multitudine ditionum.

Machab. 1. 11.

Ex sanctis Doctoribus Vnus vna in re, alius alia in re excellit.

Origen.

Progrediamur à sponso ad sponsam, & quod illius cidaris coronata nobis expressit, huius declaret amictus gloriosior: *Adstitit* (inquit Propheta Psalmorum Cantor Psalm 44. vers. 10.) *Regina à dextris, in vestitu deaurato, circundata varietate:* Si circundata, & vndique cooperta varietate: igitur latebat aurum: Id autem quamobrem? Nempe, abscondisse, quod præ reliquis pretiosum erat: Voluit significasse, quantuncunque foris emicat iustorum virtus, quò glorificent Patrem suum, qui in cœlis est, præstantiora semper esse, quæ latent mortalium oculos: Sed dices, non occultatam inductâ desuper alia tunica vestem ex auri filamentis; sed pictas ipso auro varias figuras; sic vt vnum, idémque stamen esset, quod aurum, variúmque colorem repræsentaret: qualis illa purpura, quam Seneca consolatione ad Heluiam depingit, cap. 11. *intextam auro* (dicit) *varisque coloribus distinctam, & artibus:* At erat hæc amictus forma indigna sponsæ, & modestia & pudicitia: scribit enim Alexandrinus Clemens Pædag. libro 2. eiusmodi tunicas variegatas, quæ floridæ nuncupantur, meretricium ornatum fuisse: Lasciuis, effeminatisque tribuit Prudentius scribens aduersùs Marcionitas: sic quippe inquit: 90.

— Hanc videas lasciuas præpete cursu
Venantem tunicas, auium quoque versicolorum
Indumenta nouis texentem plumea telis.

Psal. 44. locus ad litteram enucleatum.

Præstantiores sunt, quæ latent, iustorum virtutes, quàm quæ apparent.

Tunica florida & variegata an meretricius amictus?

Clem Alex.

Prudent

Quare

Conc. Lat. — S. Paulin. Dempster.

Quare Coocilio Lateranensi 5. sub Leone X. sessione 9. prohibentur Clericis versicolores amictus: Sanctus Paulinus epist. 7. tractans de Monachorum seuera disciplina: *Non vestibus (ait) pictis superbi; sed horentibus ciliciis humiles:* Dicere tamen est, in litteræ fauorem, neque aurum fugisse inspicientium oculos; quoniam, quæ superferebatur vestis, subtilis erat, & diaphana: nec floridum, polymitúmque ornatum vbique, & quouis tempore dedecuisse castos animos, quibus fusè probandis alia erit opportunior occasio: gradum moueamus ad mystica sensa; Aurum igitur, Scripturarum textus est: varietas, sensuum diuersitas quorum alij historici, alij tropologiam constituunt, alij ad Anagogen pertinent. Sic Basilius Magnus in Psalm 44 *In vestitu deaurato, hoc est, in dogmatibus spiritualis intelligentia subtextus, & variegatus floribus interstinctus, sese grauiter componens, & adornans religiosè: quid enim non vniformia sunt quæque dogmata; sed horum species multivaria, ac multimoda sunt, vt quæ in se recipiunt sermones, & complectuntur morales, & physicos: ob hoc vestem sponsa iudicat Scriptura varietate picturatam:* Breuiter & acuminosè Augustinus ad eundem Psalmum: *In ipsa autem varietate aurum quid est? ipsa sapientia: non diuersum aurum; sed varietas de auro.* Nunquid itaque Augustinus solus hanc tam distinctam, tam diuersicolorem Scripturarum cycladem neuit, contexuit? Nunquid Bibliorum vniuersa arcana absoluit? Nequaquam sanè: *Tanta est enim* (ait scribens ad Volusianum epist. 3.) *Christianarum profunditas litterarum, vt in eis quotidie proficerem, si eas solas ab ineunte pueritia vsque ad decrepitam senectutem maximo otio, summo studio, meliore ingenio conarer addiscere: latet altitudo sapientiæ, vt annosissimis, acutissimis, flagrantissimisque cupiditate discēdi hoc contingat, quod eadem Scriptura quodam loco habet: Cum consummauerit homo tunc incipit.* & epistola 119. ad Ianuarium, cap. 21. *Et miror: quia hoc te latet, quòd non solùm in aliis innumerabilibus rebus multa me latent; sed etiam in ipsis sanctis Scripturis multo nesciam plura, quàm sciam.* Quibus consentientia scribit Hieronymus epistola ad Paulinum de institutione Monachi; & proœmio ad Ephesios ad Paulam, & Eustochium misso: Irenæus lib. 2. contra hæreses, cap. 47. S. Thomas opusculo 72. quod incohat, *Pertransibunt plurimi*, &c. Multùm igitur assequutus Tertullianus, plurimùm præclarissimus Carthaginensis Martyr Cyprianus, innumera Lactantius: *Sed nunquid, aut Tertullianus Beatum Martyrem Cyprianum* (loquitur Hieronymus nominato prologo ad Ephesios,) *aut Cyprianus Lactantium; aut Lactantius Hilarium deterruit à scribendo?* Nō equidem: quoniam, vt propè infinitis coloribus sponsæ ornatum decorauerit, siue Cyprianus, siue Hilarius, seu alius quispiam de Potentatibus; tamen adhuc supersunt & de peregrinis, & de raris coloribus non pauci, quos sequutura tempora proferent: vt nulla sit ætas, à qua huius Reginæ amictus non vernet, quæ in substratum aurum nouos non congerat splendores, nouis arrideat coloribus: Aurum ergo vnum sit, id est, Scripturæ textus idem & impermutabilis semper: verùm expositio varia, & multiplicis faciei, atque lucis: alia inueniat Chrysostomus, alia Ambrosius, sic intelligat Thomas, ita Scotus & præter horum omnium mentem, etsi nos contra ipsorum omnium sententias, Durandus alijsve peritorum: Hæc sunt, quæ Ecclesiæ tunicam venustant.

Basilius. — August. — Scripturarū consummata notitia quā difficilis adepta. — August. — Hieron. — Iren. — S. Thom. — Præcedentiū Scriptorum maiestas non debet subsequentes à scribendo deterrere.

91. Antiqoo nitori restituisse Isaac puteos, quos Abraham, genitor eius, quondam foderat, & Palæsthini oppleuerant, legimus Genes. cap. 26. vers. 18. Laudo in parentem obsequium: at præter paternos puteos, non paucos alios de nouo à Patriarcha erutos contemplor: Miror tantam aquarum sitim: Dices, fuisse Isaaco pecoris infinitam propè multitudinem: *Nam locupletatus est homo,* (ait Textus diuinus,) *& ibat proficiens, atque succrescens, donec magnus vehementer effectus est: habuit quoque possessiones ouium, & armentorum, & familiæ plurimùm:* Laborabat autem Chananæorum gleba aquarum penuria: vnde effectum, vt non minùs, quàm cætera alimenta, pretio comparandæ fuissent lymphæ: Deuteronom. cap 2. vers. 28. *Alimenta pretio vende nobis, vt vescamur: aquam pecunia tribue, & sic bibemus:* Quare, cùm numerosis gregibus, & armentis non sufficerent paterni putei; de nouo alios inuestigasse oportuit: At quidem hæc difficultatem patiuntur: Nam Abraham tam diues pecoris fuit, quàm gnatus eius Isaac: *Fuerunt enim ei* (Genes. cap. 12. vers. 16.) *oues, & boues, & asini, & serui, & famula, & asina & cameli: nec poterat terra eos capere,* (Abraham, scilicet, & Lot, Genesis cap. 13. vers. 6.) *vt habitarent simul: erat quippe substantia eorum multa, & nequibant habitare communiter:* Igitur, quemadmodum putei illi adaquandis tantis Abrahæ gregibus, cùm prætereà de iis potaret familia numerosa, suffecerant; quamobrem non itidem satis esse poterant Isaaco; Sanè tribuamus inuentas ab Abrahamo profundas scaturigines sufficientes fuisse adaquandis & bobus, & camelis, & asinis, & minori pecori filij eius Isaac: noluit tamen gloriæ auidus natus contentus esse bis, quæ à genitore parta fuerant: voluit insuper addere incrementa; & non tantùm inuentis addidisse, sed inuenisse & ipsum: Ex his autem quid congruum est nos discere? Sanè his puteis significari viuentes Scripturarum latices, auctores sunt Glossa interlinearis, & Rupertus lib. 7. in Genesim, cap. 11. Has à Iudæorum, Hæreticorúmque corruptela vendicare Catholici Doctoris potissimum munus est: Verùm, quo id pacto? In primis quidem Patrum sectando vestigia, eorum ope: hi sunt putei Abraham: At præter accepta à priscis Magistris, niti debet optimus quisque repertis in eum diem non cognita adiungere; déque duplici puteo, de eo, nempe, quem genitor velut ex hæreditario opere reliquerat, & de eo, quem ipse marte suo in lucem protulerit, bibere: Nemo igitur existimet, quamuis Abraham, pater excelsus, & Deo tam charus extiterit, ab eo consumptas omnium aquarum venas; Commendandus supra modum, quòd primus glaciem fregerit, & inueniendis lymphis viam aperuerit: sed non desperet Isaac, posse & ipsum nouos aquarum riuos de subterraneis latebris eruere, qui fortasse & dulcedine, & claritate cum Abrahæ torrentibus contendant, aut etiamnum superent: tantùm velit impigrè desudare Isaac: Palæsthinæ ager spatiosus est: vt fodiant innumeri, nunquam exsiccabunt; erunt recentes, quæ semper prodeant vndæ; Sed, quoniam hanc de Patriarcharum duorum puteis Allegoriam pulcherrimè tractat Tuitiensis Abbas, vestibulo Commentariorum

Genes. 26. — Aqua pretio cōparata in Palæsthina. — Deut. 2. — Genes. 12. v. 16. — Filij gloria paterna non debent esse contenti: eam ipsi augeant. — Gloss. — Rupert.

mentariorum in Apocalypsim, dabimus eius, quamuis longiorem, Commentarium: Sic igitur Rupertus differis: *Sed dicat: Iam satis est, quod alij meliores, & sanctiores, & doctiores innumerunt, atque scripserunt: illicitum est, temerarium est adiicere quidpiam ad ea, quæ à nominatis, Catholicisque Patribus dicta sunt, atque ita legentibus fastidium facere, augendo multitudinem Commentariorum: Ad hæc, inquam, nimiùm sanctarum spatiosus ager Scripturarum omnibus Christi Confessoribus communis est · & tractandi illas nulli iure negari potest licentia, dummodo salua fide. quod sentias, dicas, aut scribas: Quis namque rectè indignetur, eò quod in eadem possessione post vnum, aut duos puteos, quos foderunt patres præcedentes, plures fodiant labore filij succedentes? Denique Isaac & alios puteos fodit præter eos, quos foderant serui patris sui Abraham, quos illo mortuo olim obstruxerant Philisthiim: Itaque iuxta hanc regulam nobis quoque concedant, post illos puteos, quos foderunt; id est, post illos tractatus, quos tractauerunt Patres, & priores nostri. & alios fodere puteos proprij vomere ingenij, dummodo viuam & nos aquam reperire possimus, quæ nulli noceat bibenti, nulli scandalum, vel errorem faciat legenti.*

Rupert.

Recētes Scriptores debent ingenium materiæ addere.

92. Hæc ipsa comprobasse Ecclesiasten arbitror sententia illa cap. 1. vers. 4 *Generatio præterit, & generatio aduenit: terra autem in æternum stat.* Non moror nunc, an post diem Iudicij mansurum sit terræ elementum hoc ipsum, quo potimur, pro quo adi Suarez tom. 2. in 3. part. disp. 58 sectione 2. sufficit nobis non defecturum vsque in eum diem magni Examinis; Cernis igitur succedentem per tot annorum myriades nouam & hominum & animantium prolem? Discessêre aui, abiêre Patres, venerunt nepotes, & his pereuntibus emergit rursus recentior soboles: Quid interim terra, quid mare, quid cætera elementa? Præbuit Oceanus his, qui ante quatuos milia annorum vixerunt, piscium innumerabiles formas, margaritas, purpuram; dedit aër passerum genera multa, ex quibus alij palatum recrearent, alij vocali & docto gutture aures demulcerent, alij venantium deliciæ essent; Terra autem fœcundior genitrix, quanta profudit? Abundant valles frumento; colles olea; vitis, & in conuexis, & depressis spanis assurgit, & extendit palmites suos vsque ad mare: luxuriat in pratis agniculus, amat syluarum opaca hinnulus: itur & in viscera, & quas Stygiis penè admouerat vmbris, eruuntur auri, & argenti bracteę; nec lapillis parcitur, sub quibus sudent matronarum digiti: Tam diuites, tam beati homines, qui ante quater mille annos vixerunt: Quid subsequutæ progenies? Caruêre eadem gloria? fortasse non tam benignè erga eos elementa? Benigna sanè: quin verò maiora vidêre incrementa posteriores dies: Quid enim apud antiquitatem, quod certet cum vtriusque noui Orbis prodiga largitate? Tanta aromatum copia, tot margaritæ, ebur, byssus, murrhynæ, balsamum ad contemptum feré; Supervacaneum est meminisse, quantùm auri, argentique Hispanienses classes aduexerint; Hæc igitur gleba, quæ pereuntibus colonis perseuerat semper, Scripturarum ager est; Collegêre de his campis centesimum fructum fecundi illi post Apostolos Ecclesiarum Magistri, Clementes duo, Romanus, atque Alexandrinus: Dionysij duo, alter ab Athenis, alter ab Alexandria: Iustinus, Irenæus, Hippolytus, Tertullianus, Origenes, Victor Pictauiensis, Cyprianus, Methodius; atque illis sublatis similes produxit messes nouis agricolis Ambrosio, Augustino, Gregoriis plurimis, Athanasio, Chrysostomo; sic deinceps Generatio quidem alia, atque alia præterit; quoniam mortalitatis conditio est interitus: at Scripturarum prata, tellurem æmulatura, præter frumenta auorum horreis recondita, vnúmque, si libet, centum annorum, recentes semper venturis nepotibus fructus emittunt; & tam lætam hodie segetem cultori rependit campus, quàm ante mille annos; Quid obstupescitis? Diues est, & in omnia hæc sufficit; Donec erunt, qui vomere proscindant; qui seminent, exurget noua spica: reportabunt eadem, quæ primi, fœnora nouissimi; Hanc esse mysticam Ecclesiastis significationem visus iudicasse Olympiodorus Commentario in eum Salomonis tractatum: *Sacra vero Scriptura* (inquit) *terra nuncupatur: instar enim terra immobilis est, fructus gignit, omnibus patet, ac omnes accipit, veterique ac nouo Testamento subnixa manet in sæculum.*

Suarez.

Ecclef. 1.

Noui Orbis mira vbertas.

Olympiod.

93. At, patefaciamus non tantùm concessa iunioribus aliquando paria cum veteranis stipendia; sed fuisse nonnunquam inter minores, qui in quibusdam optimos quosque de priscorum classe superasse videri poterant; Nostis venisse ab Oriente Chaldæorum sapientes, micantioris stellæ fulgoribus incitatos, quæsitum, vbi nasceretur Rex Iudæorum? Quid in illo sydere eximium? Leo Magnus excelluisse asserit astrorum cæterorum radios: hoc plurimùm demiratos Assyrios Astrologos: Ejus discursos est sermone 3. In solennitate Epiphaniæ in hanc formam: *Commouit Magos remotioris Orientis habitatores stellis cæteris stella fulgentior, & demirandi luminis claritate viri ad hæc spectanda non inscij magnitudinem significationis intelligunt: agente hoc sine dubio in eorum cordibus inspiratione diuina, vt eos tanta visionis mysterium non lateret; & quod oculis ostendebatur insolitum, animus non esset obscurum;* Ecce nouitium sydus vniuersam Astrorum gloriam candore, ignibúsque superat; etiam illud, *quod infra Solem ambit ingens astrum* (Plinius lib. 2. cap 8.) *appellatum Veneris: ipsisque cognominibus æmulum Solis, ac Lunæ: præueniens quippe, & ante matutinum exoriens, Luciferi nomen accipit, vt Sol alter diem maturans. contra ab occasu refulgens, nuncupatur Vesper, vt prorogans lucem: magnitudine extra cuncta alia sydera: claritatis quidem tantæ, vt vnius huius stellæ radiis vmbræ reddantur:* Potuis antiqui huius tam luminosi syderis honorem obscurasse nata post sæculorum decursus stella: Quid hæc proclament? Sanè stellarum nominibus in sacro idiomate Doctores significari, quorum est de cœlestibus tractatio; Notum illud ex cap. 12. Danielis: *Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates:* Vide Pererium lib. 15. in Danielem: Docet igitur, fieri posse nonnunquam, vt de nuperis Magistris quispiam vincat sapientia, atque acumine, ex his, qui præcesserunt de potioribus quosdam. Suppressit fortasse, quæ à Magis conspecta, stella astrorum tantùm faces? Vltra Apollinem fulgens extitit: cessit huius syderis luci luminare illud maius, cui regimen diei commissum: astrum illud, quod medium inter errantes, vagásque fertur stellas· *Amplissimus magnitudine, ac potestate,* (Plinius vbi suprà cap. 6.) *nec temporum modò, terrarúmque,*

Leo Mag.

Stella Magorum clarior.

Lucifer, quã excellens sydus.

Plinius.

Pererius.

Sol, quàm illustris Planeta.

Plinius.

quæ,

nam hic suum lumen cæteris quoque syderibus fœnerat;præclarus, eximius omnia intuens: Sed, quomodo superatum ab hac stella Solem probamus? Equidem, quoniam Phœbo micante non contraxit radios: si autem, aut à Sole mutuata fuisset claritatem, aut Solis lucerna minus fuisset ipsius iubar, non potuisset coram diei præside, mundique oculo radiare:radiasse autem constat, cùm ab eius conspectu interdiu Magorum peregrinatio penderet: Verùm auscultare iuuat, quid Chry- (Chrysost.) sostomus pronunciet homil. 6. in Matth. *Neque enim nocte cernitur; sed lucente prorsus die, ac Sole fulgente: quam lucendi vim non modò stella nulla, sed nec ipsa quidem Luna sortita est, quæ, licèt multò clariùs omnibus coruscet astris, cominuò tamen ortu Solis absconditur; & quæ priùs illustrabat omnia, sub multò clariore sydere vix ipsa conspicitur: Hæc verò stella ipses etiam Solis radios proprio quodam, præcipuéque fulgore superabat, clariùs illis profectò apparens, atque in tanto eorum lumine magis ipsa resplendens*: Ergo, si stellæ, Doctorum symbola, quid superata à iuniori sydere Solis radiatio indicat, nisi vinci in aliquibus posse à recentioris scholæ Magistris, veteris Lycei etiam Coryphæos? sed ne quis stomachetur, quòd omnium sapientissimos a minoribus in quibusdam discere posse aliquando ausi simus affirmare; Chrysostomi grauissima monita proferamus: Is (Chrysost.) itaque tom. 3. homilia de ferendis reprehensionibus, & conuersione S. Pauli, ita effatus: *Multa enim sunt, quæ magni, & admirabiles viri ignorant; quæ tamen parui, abiectique scire solent. Nam, postquam Moyses ex Ægypto exijt, & in solitudinem venit præfuit sexcentorum millium populo, & solus omnium contendentium lites diiudicauerit; quod vidit socer eius; erat autem Iethro homo alioqui barbarus, & insipiens, quique in solitudine vitam egerat, neque villi communicarat, qui populos legibus rexerat; & ad hoc impius erat, quo non est certius insipientia argumentum: nihil enim Gentilibus est insipientius; Veruntamen ille barbarus, ille impius, ille insipiens, vbi vidit Moysem quædam præter dignitatem facere, eum correxit, non curans, quod sapiens esset, & intelligens, & Dei amicus: & cum dixisset ei: Quare illi stant coram te? didicisséque causam, inquit: Non rectè hoc fecisti, iunxitque consilio increpationem: & neque sic exasperatus est ille sapiens, ille intelligens, ille tot myriadum Dux: sed considerabat, quod licèt magna à se, signa fierent; humana tamen particeps esset natura, quam non rarò multa latent; & sæpè abiectus quispiam, & vilis inuenit, quod magnus & sapiens vir præterit:* Nihil vltra hoc dici valeat: nam si tantum homini stupido, & imperito concessum; quid iis concessuri simus, quorum ingenium maximum, acumen ratum, labor & eruditio incredibilis?

94. (Ephes. 3. 8.) Verùm proferamus ex Paulinæ ad Ephesios Epistolæ cap. 3. maiora exempla: *Mihi omnium Sanctorum minimo* (ait Apostolus) *data est gratia hæc, in Gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare omnes, quæ sit dispensatio Sacramenti absconditi à sæculis in Deo, qui omnia creauit, vt innotescat Principatibus, & Potestatibus in cœlestibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei, secundùm præfinitionem sæculorum, quam fecit in Christo Iesu Domino nostro?* Quem (Chrysost.) locum disertissimè tractat Chrysost. homil. 7. in hanc Epistolam: Ventilat in primis, quòd Gentium Magister *minimum* se appellet, non solùm inter commilitones, qui Apostoli erant, & ad quorum sanctitudinem, atque scientiam nemo deinceps accessit; sed comparatione iustificatorum omnium, qui Sancti dicuntur: Sanè, si vocationis tempora pendamus, *minimus*, quoniam post cæteros ad Apostolatum assumptus: si anteactæ vitæ scelera consideremus, *minimus*; quia nemo sodalium Christi Ecclesiam persequutus est, vt tamen in aliis peccatores fuerint: denique *minimus*, si spatia cogitemus, quibus didicit altissima Theosophiæ arcana; non enim Seruatoris scholam sequutus est, dum in humanis ageret, non recubuit in sinu IESV, quemadmodùm Discipulus, quem diligebat Redemptor; non deniquè excepit ignitam linguam, Paracleto descendente: hic igitur tantas ob causas *minimus*, quorum tandem Doctor, & Institutor factus est? num docuit quempiam de Prophetis? num Psalmem illum, cui incerta, & occulta sapientiæ suæ manifestauit Dominus? num Filium ipsius, cuius eruditio insignis præcedebat sapientiam omnium Orientalium, & Ægyptiorum, & erat sapientior cunctis hominibus? Hos si discentes habuisset, erat, quòd vniuersus Orbis miraretur; attamen homines auditores habuisset: nunc autem supra mortales vehitur, & Angelos pertingit, illos, illos Angelos, qui, cùm in Verbo Dei legant, quid non penetrant, qui videntem cuncta intuentur visione, quæ Beatos reddit? At in his non infimum aliquem Ordinem elegit, quem instrueret, ausus docere ipsos Principatus, & Potestates: (*Paulus Angelorum Magister, quo pacto?*) O non visam ab æuorum initiis similem *minimi* (Chrysost.) huius Cathedram! *Si igitur Principatus, & Potestates*, (ait Chrysologus prologo in Ioannem.) *Cherubimque, & Seraphim hæc per Ecclesiam didicerunt; planè constat, ipsos Angelos summa cum attentione eius se auditores exhibuisse*: Sed aduersùs hæc emergit scrupulus: nam, si quæ de nouo scire oporteat cœlestes spiritus, illuminantur à superioribus inferiores, & Deo immediatos ipse illustrat ex vulgata scholæ disciplina approbantis, quæ Dionysius tradidit, de cœlesti Hierarchia, cap 7. Deinde Angelorum ministerio consueuit Numen Prophetas instituere, per quos ideò lex lata dicitur, quemadmodum scribit idem Dionysius cap. 4. Secundùm hæc itaque, non (Dion Areopagit.) Paulum Angelos docere; sed ab Angelis Apostolum erudiri decebat; Denique, si quid magni Spiritus ab homine discerent, maximè Incarnationis dispensationem; at Angelos nouisse non (*Angeli qualem, de Incarnatione ac initio habuere scientiam?*) solùm ab initio beatitudinis sed etiam in via incarnandum Christum, grandium Theologorum opinatio est, pro quibus vide Molinam 1.p.q. 57. art. 5. disput. 2. Valentiam tom. 1. disp. 4 quæst. 8. punct. 4. & ante alios P. Soarez lib. 5. de Angelis, cap 6. (Molina. Valentia. Suarez.) Respondeo tamen, vt iidem Theologi, D. Aquinatem sequuti statuunt, latuisse saltem Angelos, etiam beatos, non paucas circumstantias eorum, quæ ad Incarnationem consequutura erant, quæ arcana, non ab Angelis, sed ab ipso Deo didicisse Paulum velit Molina: Quo pacto autem cœlestes Spiritus ab Apostolo docti adstruantur, explicat solidè P. Suarez, ad quem remittimus Lectorem; Sufficit, verum id esse absque improprietate, Angelos Pauli auscultatores fuisse; sic enim habemus *minimo* concessum, nouissimóque sacri Collegij Apostolici, & tanquam abortiuo tributum, non tantùm docere maximos ex hominibus; sed Angelorum præstantissimos: Sed faciamus iam locum aureis Chrysostomi verbis nobilia, quam (Chrysost.)

diximus 7. in epistolam ad Ephesios: *Mihi* (inquit) *minimo omnino omnium Sanctorum, non dixit Apostolorum: quamobrem est illud quoque hoc minus: illic enim dixit: Non sum dignus vocari Apostolus: hic autem se etiam dicit omnium Sanctorum minimum, Mihi, inquit, omnium Sanctorum minimo data est hæc gratia: Quænam? Euangelizare Gentibus inperuestigabiles Christi diuitias, & illuminare omnes, quæ sit dispensatio mysterij absconditi a sæculis in Deo, vt innotescat Principibus, & Potestatibus in cælestibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei: ergo, hominibus non fuit reuelatum, & illuminat Angelos, & Archangelos, & Principatus, & Potestates? Certè, inquit: in Deo enim fuit absconsum: & audes hoc dicere? Et vnde hoc fuit manifestum Angelis? Per Ecclesiam! Quid hoc ergo est? non norunt Angeli: nam, si Principatus non norunt, multo magis nec Angeli nouerint; Quid verò nec Archangeli norunt? nec illi, quamobrem quod est admirabile, & stupendum; Mihi, inquit, datum est, qui sum minimus: erat autem hoc quoque gratia, quod paruo maiora sunt credita, vt esset eorum Euangelista.*

95. Alictas, istis confici, à veteribus prætermissa quæpiam fuisse: non enim cuncta dicenda exhausère: cæterùm in his, quæ tractauit antiquitas sic ab illis, tantáque diligentia explorata vniuersa, vt horum disceptationibus, si conferantur recentiorum discursus, exangues, & semesi appareant; Sed ego ita existimantibus opponam Vincentium Lyrinensem Commonitorio 1. aduersùs profanas nouitates, cap 27. nam, quid posteriores Scriptores facere iuuet, explanans: *Adyce* (ait) *splendorem, gratiam, venustatem: per te posteritas intellecta gratuletur quod antè vetustas non intellectum venerabatur.* & cap. 30. *Fas est,* (ait,) *vt prisca illa cælestis Philosophia dogmata processu temporis excurentur, limentur, poliantur:* Quibus concordia habet Melchior Canus procemio ad locos theologicos: *Atque* (inquit) *hac vna re, quantum animi mei coniectura colligere possum, iuniores, vel pares antiquis, vel etiam superiores reperiuntur:* Hæc mihi vtcunque denotasse visum portentum illud conuersarum aquarum, accumbente Christo cum nouè nuptis apud Canam Galilææ, in vina solernis iucundiora: stupesco autem, quod ab aquis velut suppetias postulauerit, quasi sine his, & absque præiacente substantia, Nectaris, & Ambrosiæ flumina, vt decurrerent, præstare non posset, nam, vt doctè annotat Chrysostom. hom. 21. in Ioannem, plùs suspicerent quique, si ea nihilo produxisset cùm verius Philosophia non aliud magis admirata sit, quàm posse aliquid ex nihilo proti obi: transcribamus Gaudentij Brixiensis verba ex tract. 8. *Nam vetera,* (inquit) *transierunt, ecce facta sunt omnia noua: sic tamen facta sunt omnia noua, vt origo maneret ex veteri: cum non ex nihilo vinum, sed ex antiquo aquæ gignitur elemento!* Aquam in sacris Hieroglyphicis doctrinæ symbolum esse, notissimum est: recens igitur Scriba eruditus, & politus bibet quidem de veterum cisternis, verùm tantùm lucis, splendorísque afferat, vt si posteriora hæc cum prioribus illis conferantur, vincant, quantùm superant calicem aquæ frigidæ creteres vini laudatissimi; Hoc illud Vincentij præceptum suprà memoratum: *Adyce splendorem, gratiam, venustatem: per te posteritas intellecta gratuletur, quod antè vetustas non intellectum venerabatur:* Hoc, quod Gaudentius significabat inquiens: *Sic fieri noua, vt origo maneat ex veteri:*

Vinc. Lyr.

Melch. Can.

Chrysost.

S. Gaud.

Quantum splendoris debeat nouus Scriptor veterū addere inuentis?

Quibus cognata sunt, quæ ab Augustino tradita tract. 9 in Ioannem: nam de Christo traditas nouas Scripturarum interpretationes cum priscis expositionibus Magistrorum, quos habuit Synagoga collatas vinum doctissimè appellat, cùm illa frigidi aquarum latices extiterint; *Erat Prophetia* (inquit) *antiquis temporibus: sed illa Prophetia quādo in illa Christus non intelligebatur, aqua erat. tollitur velamen, cùm transieris ad Dominum, tollitur insipientia, & quod aqua erat, vinum tibi fit, Lege libros omnes propheticos nō intellecto Christo, quid tā insipidum, & fatuum inuenies? intellige ibi Christum, non solùm sapit, quod legis; sed etiam inebriat.* August.

Atque hæc ipsa testātur scitissimè, quæ Dauid, quæ Salomon diuisis operibus in templi magnifici structuram contulerint: nam Dauid quidem aream ab Ornan Iebusæo emit Regum 2. cap. 24. & Paralip. 1. cap. 21. infinitam vim congestit metallorum, odoratæ syluæ, lapidum exquisitorum, Paralip. 1. c. 29. denique delineatam tradidit futuræ basilicæ iconem: *Dedit autem Dauid Salomoni filio suo* (Paralip. 1 cap. 28. v. 11.) *descriptionem porticus, & templi, & cellariorum, & cænaculi, & cubiculorum, necnon & omnium, quæ cogitauerat atriorum & exedrarum per circuitum,* &c. Duo igitur potissimùm à Dauide præstita: alterum; quòd materiam apparasset, etsi magna ex parte indulatam & rudem, præsertim quæ ex lignis, lapidibúsque constabat: alterum, quòd vmbram & lineamenta operis, aut tabula, aut marmore, aut charta reliquerit expressa, vt post Abulensem notauit Salian[illegible] tom. 3. anno mundi 2990. num. 76. Quare rectè Chrysostom. tom. 1. in illa Psal. 131. *Si dedero somnum oculis meis, donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob: Non dixit,* (ait:) *Donec ædificauero: hoc enim ei non fuerat permissum: sed, donec inuenero locum Domino, & tabernaculum;* Salomon autem conquisitis lectissimis templorum magistris, ipse cum[illegible] esset inter paucos nobilissimus Architectus, quæ à genitore acceperat, partim indigesta, partim exemplaria solùm, ad pulchritudinis perfectionem perducit tandem, non tamen sic multorum annorum indefessis laboribus; vt quantùm pictæ vrbes & basilicæ à verarum laudibus differunt, tantùm distouerint filij atque parentis opera, At, quorsum placitum fuit Numini, gloriam incomparabilis fabricæ discriminare, vt tantùm inchoaret Dauid, consummaret Salomon? Dices: Imminebant adhuc à Philisthinis Israëli bella: interrumpenda erat incœpti moles ædificij: decebat autem operas Deo dicatas non ad amussim perfici post semel iacta fundamenta: Sed, vt sic oporteret hiatus, & voragines non pati Superis consecrata, potuit continuationem structionis Salomoni commendasse Dauid: nam, etiamsi adhuc adolescens; sapiens tamen erat, eodem approbante Dauide, Reg 3 cap. 2. vers. 6. Verùm, vt filio maturam cognitionem rerum concedamus; at vicariæ solertiæ reliquisse opus Domini non minori vituperatione dignum fuerat, quàm non prosequi inchoatum: quid, quòd Numen palàm significauerit Dauidi, ne pergeret templum erigere? Adi Abulens. q 21. ad cap. 22. lib. 1. Paralipomenon: Non illepidè Procopius ad cap. 7. lib. 2. Regum: *Domum orationis construere Deus Dauid non permisit, docens humanitatem omnes, quotquot hoc in loco Deum erant inuocaturi; Nam, qui vident Prophetam non concedi à Dauide propter cædes, quantumuis iustas, vt Deo ædificet,* 96.

Dauid, an Salomō quis plùs contulerit ad templi gloriam?

2 Reg. 24.

1 Paral 21. 28. & 29.

Abulens.

Salian.

Psal. 131

Chrysost.

Exercitia spiritualia nō debent interrumpi.

3. Reg. 2.

Sacerdotes in primis ab ira desistere oportet.

Abulens.

Procop.

putas

puras manus habere docentur: At, quæ nostrô instituto deseruit expositio, insinuata aliquantulùm à Lyrano, dum moraliter interpretatur illud eiusdem 7. cap. *Suscitabo semen tuum*, &c. Nam de discipulis sermonem esse putat sub typô Salomonis, ac retulit primùm ad contemplatiuos discentes, deinde ad litterariam rem, inquiens: *Suscitabo semen, id est, dabo tibi bonos discipulos, qui adsistabunt pro te, quia per meritum circa doctrinam ipsorum habebis in patria gradum altiorem, quam si sistim transires ad gloriam*: Ergo discipulus supra magistrum, & vincent auorum quosdam, nepotes? Ita sanè; Dauide nanque adumbratos existimamus non paucos ex Doctoribus, quibus temotior gloriata est ætas: his autem quid debeant scientiæ? Sanè initia; incrementa autem posterioribus? Quòd si iuniorum curæ & industria in nonnullis conferantur cum priscorum solertia, apparebit veterum labor, lineamenta solùm, & vmbras duxisse; Itaque, & Dauid, & Salomon, ad templi ædificationem concurrunt: sed Dauid, qui senior est, materiam, ignobiliorem compositi subministrat partem: Salomon, qui adolescentior est, summam, concreti nobilissimam portionem adhibet; *Certè post priores illos* (ait Canô procemio ad locos theologicos,) *in rerum inuentione tribuere sibi posteriores vix quicquam possunt. ordinem verò, dispositionem, perspicuitatem sibi si assumunt, videntur eo iure suo quodammodo vendicare: quapropter vtrisque legendis efficiet Theologus scholasticam disputationem sine dubio pleniorem: nam ex illis quasi materiam: ex his tanquam formam disserendi mutuatus, potens, nimirum, erit exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt arguere.* Ergo argumentum Canticorum iuxta Lyram non paucorũ opinione, vt in præcedentibus ostendimus cùm vetustas aut non attigisset omninò, aut subobscurè, & leuiter tractasset: posteritas vel integrè in lucem protulit, vel ad miracula perfecit iucundissimis coloribus, cuius illi primas tantùm lineas, & elementa pinxerunt: his autem non offenditur antiquitas, quæ in aliis multis vicit, & excelluit: commendatur verò immensùm Dei virtus, quæ post tantam donorum effusionem etiamnum distribuit perenni abundantia absque acceptatione, aut personarum, aut temporum.

Lyran.

SECTIO XIII.

Ad beneficia præstanda festinandum; ad vindictam malúmve quoduis inferendum, lentis ambulandum passibus.

97. ADproperabat sponsus, & volebat sine mora Virginem sibi tradi; cognati & affines Puellæ differebant cõnubialia pacta, & excusationes commiscebantur, non satis etiamnum adultam adstruentes: *Soror nostra paruula est*, &c. Sed quare festinus ille, cur ? hi lenti ? Nempe sponsus beneficium conferebat; siquidem ex pastrice Reginam faciebat, Parentes verebantur, ne leues fuissent Principis cogitationes, & post satiatam libidinem repudiaret; itaque iniuriam metuebant; rectè igitur, qui beatam reddere proponebat, velox & citus est; qui de damno timebant, deliberant, & segnes procedunt; nam ad commoda festinatio decet. vindictæ melior est cunctatio: Cùm in Gerasenorum regiones Christus venisset: dæmones ex obsessis corporibus vociferabantur: *Quid nobis & tibi Iesu fili Dei? Venisti huc ante tempus torquere nos?* Matth. c. 8. vers. 29. addit Marcus subindignatum IESVM imperasse statim, vti obmutesceret, c. 1. v. 25. Quamobrem contra hunc dæmonem stomachatur Saluator magis, quàm aduersùs alios, quibus silere non iussit? Num propterea, quod ante tempus venisse eum, imputauerit? Sed nónne hoc quàm verum est? nonne enim Daniel testatur cap. 9. vers. 24. *Septuaginta hebdomadæ abbreuiatæ sunt super populum tuum*, &c. quibus indicari verbis antiquos Patres meruisse accelerationem Incarnationis Theologi docent; vide Suarium tom. 1. in 3. part. q. 1. art. 10 disp. 10. sect. 2. Si ergo abbreuiata sunt tempora, accelerauit IESVS, & venit ante tempus, ac proinde dæmon non est mentitus; quamobrem itaque vt obmutescat præcipit? Sanè Christus festinauit plurimùm, nam venit saliens in montibus, transiliens colles, similis vtique capreæ, hinnulóque ceruorum, sed venit ad benefaciendum, vt genus humanum libertati assereret; non verò ad puniendum, vt dæmones spargebant aientes, *venisti ante tempus torquere nos*; quia si ad plectendum venisset, spatiosè procederet, & non tanquàm gigas exultaret ad currendum; non igitur dæmonem increpat, quod adstruat quasi ante tempus venisse. nam verum est accelerasse Incarnationem ob iustorum preces; sed quòd dicat ita egisse, vt torqueret eos, nam ad torquẽdum IESVS non properat: Tertullianus lib. 4. contra Marcionem: *Atqui increpuit eum Iesus planè vt inuidiosum, & in ipsa confessione petulantem, vt malè adulantem; quasi hæc esset summa gloria Christi si ad perditionem dæmonum venisset, & non potius ad hominum salutem; qui nec discipulos de subiectione spirituum, sed de candida salute gloriari volebat.*

Matth. 8. v. 29.

Daniel 9. v. 24.

Cur indignatur Iesus in dæmonem tunc eum obmu. fecerit

Tertull.

98. Mira Creatoris benignitas erga iustos; Dauidis laudauit carmen Psal. 33. v. 16. *Oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum*; cuius sententiæ explicationem suggeret nobis Saluianus lib. 2. de prouidentia Dei: *Video* (ait) *quà benignitate agere cùm suis Deum scriptura dicit; in hoc siquidem quod ait, oculos Domini super iustos esse, affectus aspicientis ostenditur, in hoc autem quòd aures in precibus paratas, semper exaudientis largitas demonstratur: Quamuis per id quod dicit diuinas aures in precibus semper esse iustorum, non audientia tantùm Dei, sed quædam quasi obedientia Dei designatur*; considerandum hæc vltima particula: *quædam quasi obedientia Dei*, &c. Deum enim pro sũma humanitate seruos ad auscultãdũ promptissimos imitari subinnuit; qui enim egregij famuli sunt, oculos perpetuò intentos habent ad gestus, nutúsque Dominorum, aures ad leuissimũ verborum sonum, vt cum vel tãtillum perceperint heri voluntatem, sagitta & vento ocyùs pergant ad obtemperandum; itaque his omnibus metaphoris festinatio quædam ingens Numinis ad exaudiendas iustorum orationes, ad indulgendum demõstratur; sed est quando & Dominus tanquam surdus factus videatur: *Vox* (inquit) *sanguinis fratris tui clamat ad me de terra*. Genes. cap. 4. vers. 10. & c. 18. vers. 20 *Clamor Sodomorum & Gomorrhæ multiplicatus est*, &c Si tã perspicax in obaudiẽdo Deus, vt vel tenuẽ sonum percipiat quid opus vociferatione & clamoribus? at, sicut diximus seruos indicare veloces ad obediendum qui ad exiguum sonũ imperij herilis mouentur, ita asseueramus morosos & lentos significari famulos, ad quos clamare necessarium sit; igitur Deus ad

Ps. 33. v. 16.

Saluianus.

Sedula Dei obedientia Iustorum voto.

Gen 4 v. 10.

Genes. 18. v. 20.

Deus quandóque celeriter audiens, quandóque surdus.

exaudiẽdas voces iustorũ celer atque promptus; ad exaudiẽdas voces Sodomorum lẽtus & spatiosus, cur hoc? videlicet, iustorũ preces ad benefaciendũ excitãt; clamores Sodomitarũ ad vlciscẽdũ; Quoniã igitur Deus ad benefaciẽdũ properus & accinctus, ad vindicandũ cunctabundus, rectè, quod describatur in preces iustorũ, quæ beneficia promerẽtur festinus exauditor; in voces peccatorum, quæ ad iram concitant, tardus & patiens,

99. Cùm hominẽ exceptis paucissimis quibusdam delêre statuisset Deus, *facta est pluuia super terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus*. Gen. c.7.v.12. cur nõ paucis horis? cur nõ in momẽto? & quidẽ breui tempore fabricauit hominẽ, quare non & exiguo destruxit interuallo? animaduertit Caietanus; *creando, si quidem hominẽ, (inquit) creauit ipsum in momẽto perfectum; delendo autem hominẽ, non operuit in momento omnẽ terrã aquis, faciendo scilicet in momento per seipsum, quod fecit per quadraginta dies, ac noctes per causas secũdas; quod vtique facere potuisset*, sed horum ratio in promptu est, nam hominẽ quando condebat, formabat ad gratiam & beneficia, bestiarũ Regem & Paradisi cõstituens possessorem; cùm extinguebat, pœnam inferebat eidem; Quoniã igitur ad gratiam celer est, ad vltionẽ tardus; idcirco, eum exigit & creat, properãs est; cum delet, immoratur & pausat: Equidẽ & de fabuloso suo Ioue Pagani referebant, cũ in terras fulmina iacularetur, nonnunquã priùs Deorũ conuocasse senatũ, quibuscum deliberaret antequàm ignibus feriret, nonnunquam & iaculatũ absque interrogatis aliis: quæ huius diuersitatis occasio? Scilicet, dicebãt quæ iaculabatur aliis incõsultis Deorum summus fulmina, ea salutaria fuisse generi humano, ad opẽ autem ferendã tanquam nõ opus esse cõsilio aut deliberatione aliqua, sed festinatione magis; atque cursu: Verùm, quæ mittebãtur fulmina post adhibitã cõsultationẽ, ad vindictã & terrorem esse contra impios hominum ausus; sed quia Gubernatorẽ cunctabundũ & lentũ in suppliciis esse oporteat; præcedere ideò sententiã multorum, & tempus deliberando innecti: affabrè imprimis Seneca lib. 2. natural. quæst. c. 43. *Quare ergo id fulmen, quod solus Iupiter mittit, placabile est? perniciosum id, de quo deliberauit, & quod alijs quoque dijs auctoribus misit? Quia Iouem, id est Regem prodesse etiam solum oportet: nocere non nisi cum pluribus visum est; discant hoc ij quicumque magnam potentiam inter homines adepti sunt, sine consilio nec fulmen quidem mitti: aduocent, considerent multorum sententias, placita temperent, & hoc sibi proponant vbi aliquid percuti debet, ne Ioui quidem suum satis esse consilium*: & similẽ ob causam visum quibusdam tam diuersæ naturæ animantia quadrigã Christi trahere apud Ezechielem c. 1. v. 10. nempè leonem, hominem, aquilam, bouem; quid enim tam pigrum atque bos? Quid aquilã velocius? Sed & lentum & festinum pariter decet esse IESVM properum ad beneficia; ad supplicia quasi pigrum & coactum.

Gen. 7. v. 12.

Caietanus.

Cur tempore diluuij, Deus non deleuit hominem in momento?

Prius consiliatur Iupiter quam fulmen mittat.

Seneca.

Regem prodesse, etiam solum, oportet at nocere non nisi cum pluribus.

In Christi quadriga bos iunctus aquilæ, cuius rei Symbolum?

100. Cùm Moysem in Ægyptũ contra Pharaonem Numen destinaret, inquit: *Sed ego scio, quòd non dimittet vos Rex Ægypti vt eatis, nisi per manum validam*. Exod. c. 3. v. 19. Si igitur ante execütionẽ creator nouit, quorsum tot impendia miraculorũ ad perfringendã duritiam cordis Pharaonis? nónne incassum tantus labor? perimatur itaque scelestissimus Monarcha & excusẽtur Moyses & Aarõ ne in Ægyptũ pergant! Equidem si tunc occideretur Pharao antequàm prodigiis infinitis acturesisteret: ob demerita solũ cõditionata, Scientiamq; de illis penitus tulisset: non autẽ erat conueniens Deũ supplicio afficere ob solã notitiam de futuris sub cõditione delictis: obseruauit optimè Theodoretus in catẽna Græcorũ Patrũ; nã interrogat: *Quamobrẽ Deus cùm ceruicosum Pharaonẽ prauideret a principio, nõ statim vindicauit?* & respõdet: *Quòd enim præuideret, ostẽdens, inquit, vos nõ esse dimissurũ nisi percussero: attamen quæ sua est benignitas, humanitãsque, de præcognitione pœnas infligere nõ occupat: sine verũ expectat omnibus demonstras iudicij sui æquitatẽ, cum alioqui multò æquius esset vt Pharaonis detegeretur improbitas, quàm Deus haberetur immitis*: perpende illa, *de præcognitione pœnas infligere nõ occupat* & cõpara his, quæ de Abrahami cũ Deo colloquutione narrãtur Gen. c. 20; nã detegere volẽs Patriarchæ euersionẽ Sodomorũ & Gomorrhæ, inquit vers. 18. *Num celare potero Abraham, quæ gesturus sum*, &c. rectè, quòd secretũ amico fidelissimo credat, sed inspiciamus quãobrẽ? *Scio* (addit) *quod præcepturus sit filijs suis, & domui suæ post se vt custodiat viã Domini, & faciãt iudiciũ & iustitiam*, &c. igitur propter merita futura certè quæ tũc non existebãt, sed extitura erãt posteà, Deus ei arcanũ consilij latentis detexit: vt scitè aduertit Chrysostom. hom. 42. in Gen. *Vide Domini bonitatẽ non solum pro preterita virtute, sed & pro futura remunerat.* iã igitur cum antecedentibus componamus: si Deus noluit castigare Pharaonem ob solã notitiam scelerũ, antequàm reipsa existerent, & innotescerent vniuersis: quorsum Abrahamum reuelatione velut præmiat ob futurã bonam nepotũ instructionem? Nam si in Pharaone occupare & præuenire videbatur, nónne quoque respectu Abrahæ præueniebat, & præoccupabat. Sed intuere discrimen: equidem Numen ita præueniẽdo, & non expectans existentias rerum, festinabat, properabãtque, natiuitatem scilicet, lucémque earũ cõmitoem anticipans; hoc autẽ cõparatione Pharaonis nõ expediebat, secùs verò respectu Abrahæ: quare? quoniã Abrahæ quidẽ beneficium præstabat, reuelando obstrusa, Pharaoni damnũ attulisset vita priuãs: festinare autẽ Numẽ ad gratiam & fauores nihil dedecet, imò laus est; properare verò ad vltionem non tam gloriosũ est, clementiæ enim tanquam repugnat: rectè igitur comparatione Abrahæ quasi sola rerum præcognitio sufficit: non autem respectu Pharaonis.

Theodoret.

Deus præmiat aliquando merita futura, antequàm existant.

Proficiscebatur in Ægyptum Moyses, & cùm esset in diuersorio *occurrit ei Dominus, & volebat occidere eũ* Exod. c. 4. v. 24. Quænã huius indignationis causa? quid sceleris commisit legatus? Ecce mittebatur à Numine vt Hebræorũ gentẽ seruitutis intolerabili quodã liberaret iugo, vt in terrã lacte & melle fluentẽ ductaret: quid hoc mãdato lætius afflicto illi populo? itaque splẽdidũ omninò beneficiũ nepotibus Abrahæ: fateor, paruit tãdem diuinis imperiis Moyses, sed post cunctationes & moras: Quoties deprecatus est ne mitteretur, quoties excusauit ineloquentem se professus? Quia igitur sic retardauit, mors illi proposita est: sed dices: mirũ nõ esse quòd Propheta cũ Numine disputauerit, & remoratus sit aliquãdiu: quippe legatio erat discriminis plena: cũ vehemẽti nimirũ, imò insano prorsus, & furibũdo Tyrãnõ dimicandũ erat: esto, sed licet cũ vitæ periculo, si quãdo nihilominus benefaciendũ est præsertim autẽ in publicæ salutis negotio, properandum, festinandúmque est: moriatur itaque penè vates, qui in totius nationis cõmodum destinatus pigritat: 101.

Exod. 3. v. 19.

Exod. 4. v. 24.

Moyses cunctabundus in liberatione populi, necis periculum incurrit.

Diodorus

Diodorus in catena Græca Pentatheuchi; *illud quidem pro comperto habemus Moysem Pharaonis tyrannidem extimescentem tamen non detrectasse imperium Dei, & cunctando rem etiamnum prorogare conantem. Deus itaque illi iratus occurrit morte interitans:* Similia & passus Ionas, extinctus penè sub aquis, in bestiæ atrocis ventre, quòd pœnitentiam Niniuitis prædicare recusaret, de quo pulcherrimè Tertull. lib. de Pudicitia, c. 10. *Non ergo & Ionas idcircò Ethnicis Niniuitis non putabat pœnitentia necessariam cum cauillaretur in prædicationis officio; an potius misericordiam Dei prouidens etiam in extraneos profusam, quasi destructuram præconium verebatur? atque adeo propter ciuitatem prophanam, nondum Dei compotem, adhuc ignorantia delinquentem penè periit propheta;* Scitè illud; *cum cauillaretur in prædicationis officio*, hoc est, cum tergiuersaretur, & moras poneret, vapulauit *ut penè periret Propheta.*

Diodorus.

Tertull.

102. Sed eodem de Pudicitia lib. c. 21. mysterio grauida altera sententia Tertulliani loquentis de Apostolis: *Nam & mortuos suscitarunt, quod Deus solus, & debiles redintegrauerũt, quod nemo nisi Christus, imò & plagas inflixerunt, quod noluit Christus:* At quamobrem ponire Christus renuebat? cui sub clementia omnis disciplinæ ratio? Sanè mentientes Spiritui sancto Ananiam & Sapphiram Princeps Apostolorum Simon morte castigauit subitaneá: quamobrem non & idem IESVS fecerit cum his qui comprehenderunt eum, & tradiderunt vt crucifigeretur: imò increpauit discipulum qui auriculam Malcho abscidit, & restituit amputatam! respondet eodem loco Tertullianus; *Non enim decebat* (ait) *eum sæuire qui pati venerat*; aliter pro nostræ dissertationis fine; omnis Christi vita in festinatione & properantia quando non ambulare satis, etiam currebat saltans montes ipsos similis capreæ, hinnulóque ceruorum; ob quam causam Ambrosius inquit serm. 6. in Psal. 118. *Videamus* (ait) *salientem de cælo in Virginem, de vtero in præsepe, de præsepio in Iordanem, de Iordane in crucem, de cruce in tumulum, in cælum de sepulchro:* Quando igitur vbique saltus, vbique & festinatio: Quomodo igitur si Christus semper festinabat, supplicium inferret, nam & ad hoc propetare diceretur? IESVS autem festinat ad beneficia, lentus in vindictam; sic itaque dissimilis Apostolis, quoniam *illi plagas inflixerunt, quod noluit Christus.*

Tertullian.

Cur Christus nimium omnibus fuerit mansuetus, cùm Apostoli nonnunquàm fuerint extinctores

Tertullian.

Ambros.

103. Pauit quinque millia quinque hordaceis multiplicatis panibus, duobúsque piscibus Christus: & cùm ex saturati fuissent, colligere discipulos iussit, quæ superauerunt fragmenta Ioan. c. 6 v. 13. id quem in finem? scilicet, vt denotaret pabulum non auara manu distributum, sed licuisse quibusuis quantum placebat: Theodorus Mopsuastenus catena Græca in Ioannem: *Gratia siquidem vbertas in illa ciborum redundantia multitudini apparebat;* Danielis autem c. 5. scribitur in pariete aduersus Balthasarem sententia, & interpretatur *Thecel, appensus es in statera, & inuentus es minus habens*, v. 17. Quamobrem nunc in pondere mensura, & tum cùm diuiderentur panes, lex nulla posita, nulli præfixi limites? nempe beneficium in panibus dabatur, qui si appenderentur in statera, & examinarentur, diu cunctandum esset in tanta multitudine; gratiam verò mora & procrastinatio beneficio dempsisset, in quo properandũ est; Balthasari clades inferebatur maxima; damnum autem & periculum lentè atque spatiosè inferendum est: Chrysostom. in Psal 95. *Considera* Sherlogi Anteloq. in Cant.

Theodorus Mopsuast.

Vindictam ad mensuram offert Deus, beneficia autem absque mensura.

Chrysost.

illud admiratione dignum: quomodo declarauit Deũ omnia numero, & mensura facere. librauit inquit ac mensus est, nihil enim ab illo fit absque mensura, nihil sine pondere, nihil sine congruentia; sed iusta mensura vindictã infligit, cúmq; punit, trutina libras vltione.

SECTIO XIV.

Iustitiæ, & virtutum studiosis, neque victum, neque honori oportuna subsidia deesse Numen patitur.

DEerant sponsæ opes, deerat familiæ splẽdor, latebat obscura & despecta in montium angulis; sed quoniam verecundiam, omnisque honestatis, & pudicitiæ adamauit cultum; præter spem atque expectationem gloriã & diuitiis cumulata est: Quippe Spõsum Puellæ virtus singulariter stimulauit vt præferret Virginibus, quibus & gẽtilitia decora, & possessiones multæ. ô quantum potest iustitia beare! venient simul cum ipsa salus, voluptas, fama, aurúmque & argentum; non enim derelinquet bonos Numen: Mittebat discipulos IESVS prædicare regnũ Dei, & sanare infirmos, abeuntibúsque intimauit: *nihil tuleritis in via, neque virgam, neque peram, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis.* Luc. c. 9. v. 3 Quid igitur si fame, si nuditate premantur: Quis opitulaturus? nihil declarasse opus à quo subueniendũ: Deo laborant, Deo acquirunt, sacra est ministerij ratio. sufficiũt ista, de reliquo curã exonerentur, mira atque multiplici forma Numen prouidebit cælestium amatoribus: Chrysologus serm. 170. *Homo, cum operarios inuitas ad opera: non necessaria victus solum, sed etiam largo fundis opulas apparatu, vt communem humanitatis effusa, pondus operis superet & laborem: Deum quantum credis inhumanum, qui ad opera eius inuitatos, pera, pane, precio onustos incedis?* Sanè qui inter homines probi sunt & fideles Domini, famulos qui optimè laborarunt debitis compensant stipendiis: Si quem autem seruorum intuentur pigrum, atque otio torpentem: quid si vitia alia superaddat enormia? tantùm abest in hunc benefici existant, vt potiùs diris excrucient & torqueant modis: Non sic Pater supernus & vniuersitatis Rector solem suum oriri facit super bonos & malos, indignis nationibus munera præstat, vsque & in voluptatem subministrat eis: Qui igitur tam humanus atque officiosus est cum discolis, patietur æqui studiosis deesse quod conueniens sit? Quare omittant discipuli virgæ, pecuniæ, peræ meminisse: satis est apud talem Magistrum famulari, quem inhumanum facit, qui seruorum obliuisci posse arbitratur. 104.

Iustitia homines beatos facit.

Luc. 9. v. 3.

Chrysolog.

Deum credit inhumanum qui de eius diffidit prouidentia

Frequens in Paulinis litteris inscriptio fronte epistolarum; *Gratia vobis & Pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo*, &c. quorsũ nõ & præmittat gratiæ pacẽ? Num quia post gratiã, qua iustificamur, & Deo recõciliamur, pax quæ trãquillitas cõscientiæ est, intrat: nulla enim quies peccatoribus: ita Hieronymus explanatione in Psal. 89. ad Cyprianum, dum ait; *Vnde & Apostolus dicit, Gratia salui estis facti per fidẽ, & hoc non ex vobis, sed ex dono Dei: & omnes epistolæ eius in salutationis principia non prius pacem habent, & sic gratiã, sed antè gratiam, & sic pacẽ vt donatis nobis peccatis nostris pacẽ Domini consequamur:* sed alio modo: Nã supponamus quidem id, quod Bibliorum 105.

Hieronym.

multa confirmant exempla, Pacis vocabulo in sacro idiomate indicari quicquid est felicitatis & opulentiæ; genus, honores, opes & cætera mortalibus chara, innuat igitur Apostolus oportere *Gratiam* procedere, hoc est sanctitatem quidem, quæ cum virtutes connexæ; Hoc itaque si fuerit Dux, sequetur eam *pax*, id est, possessiones, magistratus, valetudo, & delectabilia vniuersa; pulchrè ergo Doctor gentium *Gratiam* primum occupare semper locum volebat, disce si non ita consentaneum ab adolescente, qui vocatus ad scholam Christi; cum replicasset, *Domine permitte mihi primum ire, & sepelire Patrem meum.*
Luc.9.v.59 Luc.cap 9 vers.59 Nec tamen postulationi Christus indulsit. *sine* (ait) *vt mortui sepeliant mortuos suos*; sed quid in petitione absurdi? Nónne pium
Parentes non præferendi Christo. defunctos Parentes busto condere? verùm attende imprudentem vocem: *Domine* (inquit) *permitte mihi primùm ire*, &c. Non Genitor, non mater, non cognati primum debebant possidere, sed
Chrysolog. Iesvs: Chrysologus serm.19. *Hoc est non primum esse debuit, sed secundum, terrenus Pater cælesti postponendus est Patri*; taliter ergo & Paulus, Gratiam pacem præcedere velit, quemadmodum Christus, vt humanum cœlestis præcedat Genitor.

Quam sapiens Dauid, quam bene postulabat?
106. *Vnam* (inquit) *petij a Domino, hanc requiram.* Psalm.26. vers 7. nihil ô Rex nisi vnum? &
Psal.26.v 7. quidnam illud? *vt inhabitem* (subiungit) *in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ*; explicat Inco-
Incognitus. gnitus, *scilicet non gloriam temporalem, non diuitias, & huiusmodi, quæ vnum dici non possunt, quia ex se diuisionem & discordiam generant*; Si ergo
Solius in spiritualis cura est homini necessaria non vitæ temporalis. Propheta à Numine non nisi *vnum*, quod cœleste sanctúmque est, petit: quid fiet de temporalibus humanæ vitæ subsidiis? quis suggeret esurienti panem, lasso balsamum, sitienti haustum, nudo tegumentum? at peritè nimium Rex sanè; scit ille non opus esse iustos sollicitos esse quomodo aut manducent aut bibant, vestiantque; æquitatem obseruent, rectitudinem diligant, aderunt continuò non tantum necessaria, sed quæ iucunditatem vitæ offerre possent: Quàm dissimilis fetus ille Esau? exclamat ad Patrem, *Num vnam tantùm benedictionem habes?* Genes.c.27.
Genes.27. v 38. vers.38. Quid si ô non nisi vnam quidem? expete hanc & concupisce si vis beatus & perfelix esse, sed erat de perditorum massa homo ille venator & siluestris, & ita *vnius benedictionis* negligens, quæ ad superna spectabat; inhiabat totus in caduca bona; meritò dignus qui primogenituram amiserit vnius benedictionis remissus æstimator: Bernardus ad finem Declamationum
Bernardus. super: *Ecce nos reliquimus omnia*, &c. *Pretiosa si quidem diuina consolatio est, nec omninò tribuitur admittentibus alienam; infelix Tu Esau, qui dixisti; Num vnam tantùm benedictionem habes pater? quantò melius erat dicere cum propheta; vnam petij à Domino, hanc requiram; indignus enim benedictione cælesti conuincitur, qui dubio quærit affectu, duplici petit intentione, aliud sibi refugium parans, si fortè eam non obtinere contingat.*

Filius dissipator vt ad Genitoris conspectum
107. reuersus accusator sui factus dicebat; *Pater peccaui in cœlum, & coram te.* Luc.cap 15. vers.21.
Luc.15. v.21. Ecce remeabat fame consumptus, absque veste inornatus prorsus; & tamen nihil de pallio, nihil de obsonio, nihil de calceamentis, sed omnis oratio in spiritalia dirigitur, videlicet contrà peccatum; statim famulos genitor contuitus; *citò* (inquit) *proferte stolam primam, & induite illum, & date annulum in manu eius*, &c. ô Pater considera, quoniam non te serui, sed gnatus alloquutus est; responde filio, & concede hanc misericordiam cum cætera indulgentia; sanè gauisus est suprà modum optimus Genitor cum videret humanorum beneficiorum oblitum nouum Pœnitentem, de spiritalibus & cœlestibus tantummodò sollicitum, ergóne propterea vestimentis carebit, quòd horum anxiam curam abiecerit, & iustitiæ tantùm recordatus sit? eia quærenti ante vniuersa regnum Dei, concedamus & humana affluenter; adesto seruorum manus, aperite capsulas eburneas, reserate thesauros nostros, producite stolam primam, annulum honoris, & sandalia nobilium; sic condecorari expediens est, qui coram patre, lacerus quamuis & miser, indumenti non meminit, sed memoratur iustitiæ solius: Gregorius Nyssenus orat.2. in orationem Dominicam propterea filio iuniori placabilem redditum genitorem affirmat, quod spreto rerum humanarum desiderio, superna integro animo complexus fuerit: *Quapropter etiam eiusmodi confessionis, aditu facilem ei patrem efficit; adeò vt etiam accurreret ad eum, & osculo collum appeteret, atque etiam stola circumdaret eum*, &c.

Affluenter præbet Deus vitæ necessaria penitentibus.

Verò ad Deum conuersus, solius iustitiæ sollicitus est.

Nyssenus.

Quæ tribui Aser contigit sorte pars ob triticum laudatissima gleba: *Aser pinguis panis eius, & præbebit delicias Regibus*. Genes c 49. vers 20. 108.
quidnam est *præbebit Regibus*? Nullisne insuper Equites, Ciues, reliquum vulgus non habebunt vnde edant, & manducent panes? Sed quare non saltem officiosus in pauperes Aser? Sed plùs mirabile cum in summos, mediocres & infimos Aser frumenta diuidat tamen non nisi Regibus concedere; quale hoc imperij genus, quod diuitem simul & pauperem æque admittat? Sanè virtutis corona & dominatio: *præbet* (aiunt Procopius, Eucherius, Rupertus) *delicias sapientiæ gratia virtutum, & verbi Dei Regibus, id est, qui sensus proprios benè regunt, qui dominantur vitiorum suorum, qui castigans corpora sua, & anima sua in seruitute subijciunt*; siue igitur quisquam nobilis, seu plebeius, seu locuples, seu egenus, panem & alimoniam non præstabit Aser. quo Iesvs figuratus nisi *Rex*, id est iustitiæ, & virtutum amator fuerit; quamobrem qui piscatum ierant conquesti dicentes: *Præceptor per totam noctem noctem laborantes nihil cepimus*. Luc.cap.5.vers.5. At si nox piscationi aduersa quorsum in nocte remigant? sin autem & opportunæ etiam tenebræ? cur vmbras & caliginem accusant? imò quidem in noctibus maior piscium captura, per lucem namque insidias facilè odorantur, quas noctis opaca velant; verùm mysticè Nox consideranda est, videlicet tempus illud, quo sub peccato eramus: ô densitatem tenebrarum! Tum igitur etsi plurimum collaboratur à nobis; nihil capiebamus, fame & nuditate consumebamur; certè quantum miserrimus ille qui in longinquam abiit regionem Adolescens laborabat? annon labor maximus porcorum ductare greges, regere, cohibere? & tamen fame enecabatur, cum nec de siliquis satiari licuerit: Quamobrem diuinè Petrus noctis exosus sæuam tyrannidem ne vnum concedentis piscem fatigatis, ad Iesvm transit & conuertitur, aiens, *in verbo autem tuo laxabo rete*; mox autem vt in sæculo & peccatoribus,

Genes 49. v.20.

Procopius.

Iustitiæ & virtutum amator, Rex est.

Luc 5.v.5.

Peccati nox.

ribus spem non collocauit, sed in Christo, regni illius, quod in iustitia, & sanctitate fundatum est, quæsiuor, multitudinem piscium tam immanem concluserunt, vt onerti imparia disrumperentur retia: ô Christi profusam beneficentiam! ô noctis acerbitatem! Galfridus ad citatum Lucæ caput in Allegoriis Tilmani: *Nox erat pristina conuersatio vitiorum tenebris obuoluta, mortis operta caligine, in qua plurimum laborantes si diligenter aduertimus, nihil nos cepisse fatebimur; felix qui retia laxat, qui studia applicat in verbo Dei*, &c.

Galfridus.

Murmuratio erat de Christi discipulis, quod
109. non ieiunarent; respondet pro eis Saluator: *Numquid possunt filij sponsi lugere quamdiu cum eis sponsus est? Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt.* Matth cap. 9. vers. 15. Quando autem aufertur sponsus? Hieronymus ad Euangelistæ verba: *Cum sponsus à nobis propter peccatum discesserit tum maximè luctus suscipiendus est, ac ieiunium*; itaque tum præsens nobis sponsus, cùm iustitiam colimus, & Dei gratia ornamur; tum abest, cùm sub Diabolo & peccato captiui; venuste igitur dictum, quod iustitia præsente neque ieiunium hoc est famem, aut necessitatem temporalium, neque luctum ex aduersis casibus sustinerent discipuli; virtuti enim adhærentes ab his damnis vendicare Numini consuetudo est; certè dic mibi, quando esuriuit, quando plorauit improuidus iuuenis, quoad cum sponso, hoc est in Dei & patris domo versatus est? Sed quomodo ibi filius Dilectus famem tolerasset, quando mercenarij panibus abundant? Simul autem ac sponsus eius ab oculis ob luxuriam & alia vitia separatus fuit, egère miserrimè cæpit, nec qui frustrum panis datet, inueniebatur; de quo Titus Bostrensis: *Quomodo enim omnium virtutum cimelio dilapidato talis prodigum fames non inuaderet?* Sed de filiis sponsi Basilius Magnus in Isaiam, cap. 10. *Propterea filij sponsi, dum cum illis sponsus est, ieiunare nequeunt, quia fames eorum, sitisque extinguitur; ne itaque fame pereamus, quæramus cælestem panem; & ne siti tabescamus, quæramus aquam, de qua dixit Dominus, si quis biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum.*

Matth. c. 9. vers. 15.
Hieronym.
Iustitia præsente nulla necessitas, neque luctus.
Titus Bostr.
Basilius.

Putabat aduersarius malus Sathan chariores
110. Iobo opes Dei iustitiâ; & potestatem nactus vt tentaret, quò prosterneret nihil omisit; vbi Athletam suum Numen probauit, & fidelem reperit, congeminauit priorem gloriam; adeò ob virtutem nunquam deterior factus est; verùm Basilium proferamus oratione 11. loquentem; *Vita* (inquit) *omnibus bonis cumulata est; & diuitiæ auctæ omni ex parte in domum confluxerunt; ita vt vnam partem quasi nihil vnquam amisisset haberet; alteram verò ob patientiam mercedis loco accepit*; qua in dictione illa profundioris significationis: *& diuitiæ auctæ omni ex parte in domum confluxerunt*; Sanè cum in magnis ædibus singulare aliquod spectaculum; accurrit vulgus cum ciuibus vniuersis, & ob nimium videndi, locáque meliora præoccupandi studium, impellunt se, & remorantur introeuntes communibus portis, tædiúmque perosi multi, & in fenestras, & in tegulas, & in foramina quoque scandunt, ne foras manere euentu aliquo cogantur, itaque domum omni ex parte aggrediuntur; similem in modum tanta properantia & festinatione, diuitiæ, valetudo, forma, & quodcumque apud homines conspicuum, splendidúmque est ad Iobum concurrebant, vt vices intrandi non expectarent, sed quocumque arrepto aditu, *omni ex parte in domum confluerent*: ô prouidentiam sacrati numinis, ô remunerationem propugnatæ fortiter iustitiæ! vtinam crederent mortales non defuturum sanctis suis Deum cæli! Claudebatur cum leonibus Daniel, & cùm moueri possint ex Babyloniis habitatoribus, qui subuenirent, longo viarum tractu sulcat aera motore Angelo Habacuc, & prandio insueto exhilarat: Danielis, cap. 14. vers. 33. nam quod ciues & vicini succurrerent, ordinariæ prouidentiæ modus; opus est iusti intelligant, vt confidant satis, inde venturam opem diuinam in periculis, vnde minùs humani expectabant discursus; Cyprianus in explicatione Dominicæ Orationis; *quærentibus regnum & iustitiam Dei, omnia promittit apponi; Nam cum Dei sint omnia, habenti Deum nihil deerit, si Deo ipse non desit: sic Danieli in leonum lacu iussu Regis incluso prandium diuinitus procuratur*, &c.

Inde succurrit nobis Deus vnde minus expectamus.
Cyprianus.

Cum redeuntes ex Babylonica captiuitate 111.
ad Templi cohortaretur renouationem Prophetarum vocibus Deus, illi autem tardiores se exhibèrent quòd sumptus summus esset ingens, & opes exhauriendæ, quæ nec sufficerent, quò excitet: *Meum est* (inquit per Aggæum cap. 2. vers. 9.) *argentum, & meum est aurum*, tanquam dicat: à vobis non exigo nisi Religionem, pietatem, cultum; suscipite Prouinciam sacræ fabricæ, & iactate cogitatum in me penes quem aurum & argentum, & thesauri omnium diuitiarum: ô si mortales fide pollerent! & ad propheticum hoc oraculum in angustiis positi, antequam aut pudicitiam, aut conscientiam vendant, attenderent, intúsque in cordibus vociferantem creatorem: *meum est argentum & meum est aurum*, custodite mihi spiritum purum, obseruate præcepta mea, ego adero & locupletabo, dabo filios & substantiam, & nomen magnorum in terra, & replebuntur horrea & torcularia vestra; Quod homini arduum, mihi, qui omnia porto verbo virtutis meæ facillimum omnino est: si differo tantisper, probo electos meos, vt gloriosiùs eueham tentatos: Chrysostomus homilia 35. in cap. 13. epistolæ 1. ad Corinth. *Propheta enim Aggæus cùm assiduè Iudæis denunciasset post illum ex Babylone reditum, eadem forma templum exhibiturum, quale prius fuit; & plerique quòd post cineres & ruinam illam instaurari templum impossibile videretur, fidem verbis non haberent, illorum discussurus incredulitatem ex persona Dei in ista verba prorupit, quasi dicat: Quid timetis? quare non creditis? meum est argentum, meum aurum, nec opus habeo aliunde exornare templum*; Non sponsæ iugera ampla terrarum, non mobilia preciosa, non auri pondera, non fauor, non auitus honor in claris Ducum imaginibus: his omnibus carenti subsidiis virtus opitulata est, & ob pudicitiæ insignem verecundiam Regina adorari, solióque fulgere meruit.

Omnium thesaurorum & diuitiarum possessor Deus idemque distributor.
Chrysost.

SECTIO XV.

Patriam & Cognatos reliquisse, summi laboris & renitentiæ opus.

112. QVid Libaoi eremo vastius? popolares incooditi & agrestes; montium culmina semper niuosa: terror ferarum vbique; & tamen vix in Epithalamio frequentius quidpiam sponsæ inuitatu ad metropolim, atque vt horrentia deserat loca: cur toties repetita oratio? Demus fuisse quæ retinerent ex iucundis & amabilibus non pauca; sed quæ comparatio Ierosolymæ. & ruris? eóque præsertim tempore quo Salomon regnaret, vt nihil Sionis vrbis aut pulchritudini, aut diuitiis vspiam gentium esset comparabile;. Ah quantùm potest acui natalis insita dilectio! non voluptates, non illecebræ, non fastus mouet; sola in maritum fides cogere potest vt discedat, nec tamen lachrymas cohibere potest quamquam in fortunæ tant. conuersione. Nato Iosepho dixit Iacob socero suo: *dimitte me vt reuertar in patriam & ad terram meam.* Genes. cap. 30. vers. 25. Quæ hæc petitio tua est ô Iacob! ad pristinos reuerti lares meditaris? Quamobrem obsecro? quid in hac displicuit regione? modicum habuisti antequàm venires, & sub Laban diues effectus es: Nónne hîc Rachel illa formosa tibi obtigit pro qua seruisti bis septem annis? iam verò & quò pergis? Non viuit adhuc Esau? non reminiscetur veterum iniuriarum? nihilominus Iacob instar, & cum apertè discessisse non liceat, clanculum abibit: patriæ allicit voluptas; dulcior hæc commodis apud Laban; dulcior periculis sub Esau.

Genes. 30. v. 25.

Natale soli quantâ voluptate allicìat.

113. Mortuus est pauper & mẽdicus Lazarus, quem Angeli cum triumpho portauerunt in sinum Abrahæ Luc. cap. 16. vers. 22. hoc est in locum tranquillæ pacis, vbi æternæ Beatitudinis candidati expectantes aduentum Saluatoris IESV commorabantur: sed honoris quare Abrahæ concessus titulus vt ab eo nominaretur locus inclytus designatorum olympo? Cur non Moysis, cur non Iobi, cur non Dauidis, aut Ioseph, aut Tubiæ sinus? Ecce Abraham inter Patriarchas primus ad quem monitum de cœlo vt egrederetur de terra sua, & de cognatione sua, & de domo patris sui &c. Genes. cap. 12. Durum profectò carni & sanguini mandatum, non modò tunc quando imperfectiora omnia, sed etiam modò post legem gratiæ, vnde Chrysostomus homil. 31. in Genesim loquit: *Nam enim quamuis tanta sint Religionis sacramenta, multi adeò sunt consuetudini suæ alligati, vt potiùs multa, imò omnia ferre velint, quàm loca mutare, in quibus prius habebant domicilia; id, quod non solùm vulgò fieri videmus, sed etiam ab his, qui monasticam vitam delegerunt:* Res itaque cumprimis ardua locum negare natiuitatis, cognatis valedicere, peregrinos vagari per terminos: Quoniam igitur Abraham primus ille extitit, qui tam magna aggressus sit; idcirco inter veteris Instrumenti Heroës gloriam tam singularem consequutus vt eius de vocabulo limbus diceretur *sinus Abrahæ:* Gregorius Nyssenus tractatu de Anima: *Quamobrem bonum quoque animæ statum, in quo patientia athletam sermo requiescere facit, sinum Abrahæ nominasse mihi videtur: primus enim hic Patriarcha ex iis, qui olim fuerunt cum spe futurorum, præsentium commodorum vsum, atque voluptatem commutasse memoratur, qui quidem omnibus nudatus, in quibus et vita ab initio consistebat, inter alienos conuersabatur, & domicilium habebat, per afflictiones & incommoda præsentis vitæ, eam quæ speratur beatitudinem quærens.*

Quare limbus signanter dictus sit sinus Abrahæ?

Chrysost.

Nyssenus.

Sed antequàm Abrahæ deseramus sinum, intueamur quidnam ab eo Diues ex chao inferiori postulet: *Rogo ergo te Pater, vt mittas eum in domum patris mei, habeo enim quinque fratres vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum.* Luc. c. 16. vers. 28. At cur non mitti ad longinquas & barbaras nationes desiderat? his enim prædicatores necessarij erant, non autem defuncti fratribus, nam habebant apud se Moysem & Prophetas vt testatus statim Abraham: Verùm non ille zelo tangebatur maioris diuinæ gloriæ, sed affectu quodam intimo carnis & patriæ atque idcirco nõ rogat destinari Lazarum in Armeniam, vel Scythiam, vel ad Indos, sed in domum Patris, cuius obliuisci qui spiritales esse cupiunt iubentur: & animaduerte quanta sit huius passionis vehementia! solent qui insigni aliquo dolore percelluntur aut corporis, aut animi, charissimorum ad interuallum memoriam deponere, quoad sibimetipsis restituantur: facileque & amantissimi veniam obliuiosis concedunt, norunt enim sensibus abalienatos ex morbi pondere: Quomodo igitur sub tantis cruciatibus domus paternæ locuples ille reminiscebatur: cùmque totus in flammis atque vstione versaretur, linguæ tamen acerbius tormentum, & propterea mitti Lazarum flagitabat, vt intingeret extremum digiti sui in aquam, & eam refrigeraret: cur ergo in verba solum, & cruciatum adauget? labor enim plurimus est febricitantibus quibus fauces arescunt, sermocinari vt cogantur: ô natalitiæ sedis, ô larium paternorum infixam nimium medullis cogitationem! quam non sopire, nedum extinguere infernus valeat, non voraces flammæ, non exustulatæ linguæ implacabilis ardor! Nyssenus de Anima; *Quænam igitur in his doctrina est? quoniam Lazari quidem anima circa præsentia occupata est, & ad nullam earum rerum, quas reliquerat, sese conuertit; diues autem tanquam visco cuidam, carnali vitæ etiam post mortem adhuc adhæret, quam nec cùm viuere quidem desiisset, penitùs exuerat, sed adhuc et cura caro & sanguis erat (per hoc enim quod rogat, vt illi qui communione generis eum contingebant, malis eximerentur, perspicuum est, quòd nondum carnali affectu exolutus erat) per has vtique narrationes existimamus censere Dominum, quod oporteat eos, qui in carne viuunt, quàm maximè secundùm virtutem viuendo, quodammodo separari, & expediri ab affectu carnis, ne post mortem alia morte rursus opus habeamus, quæ reliquias carnalis glutinis separet, excernat, & expurget.* 114.

Luc. 16. v. 28.

Nec in ipsis tormentis, oblitus diues Epulo consanguineorũ & patriæ.

Nyssenus.

Inuitabatur Berzellai, vt aulæ frui deliciis, pompâ, & assiduo cuperat tripudio: fateor, senectutem obtẽdit adeò iam fractam, vt ad voluptatum illecebras nullus remanserit sensus: At certè in palatio haberet qui valetudini prospiceret: Regi gratum eum animaduerterent, adorassent multi: itaque honora fuissent vitæ extrema: At fastu & ambitione, ipsóque Regis fauore delectabilior patriæ angulus: *Sed obsecro vt reuertatur seruus tuus, & moriar in* 115.

Emortuis cæterarum rerum sensibus adhuc viget affectus patriæ.

Ciuitate

Ciuitate mea, & sepeliar iuxta sepulchrum Patris mei, & matris meæ. Reg. 2. c. 19. v. 37. Quid si Dauid Regni purpuram obtulisset? deseruisset vel tum auitos ignes, solúmque quod vagitum nascentis excepit, & innutriuit posteà? nónne ierunt ligna, vt vngerent super se regem, oliuámque alloquuta detulêre principatus insignia? respuit insigne munus; at quam ob causam? fortasse, quod ad gubernandum consilio careret? quod ad regiam maiestatem non satis diuiciarum, ad hostes coërcendos non satis armorum? aut quoniam imperij grauissima est sarcina, & plurimùm inuidiæ obnoxia? nihil istorum allegat: quidnam ergo: *Numquid possum* (respondet Iudic. c. 9. v. 9.) *deserere pinguedinem meam, qua & dij vtuntur & homines, & venire vt inter ligna promouear?* En vinculum, en remoram *deserere*, inquit, *pinguedinem meam*, mutare pro externis domestica: honorabile est regnum sed non tam sublimi comparandum pretio; ametur corona, sed infra patriam; neque vnius arboris votum; ficus & vitis in eadem opinione, recusarunt pariter diademati.

Reg. 2. 19. v. 37. — *Iud. 9. v. 9.* — *Amator dignitas Regia, sed infra patriam.*

116\. Qui in Babylonem translati captiui Hebræi, super eius flumina sedebant & flebant tantúsque mæror animos obsederat, vt curarum dulce lenimen musicam respuerent nolentes consolari aliquo modo: *in salicibus in medio eius, suspendimus organa nostra.* Psal. 136. v. 2. Sed quamobrem super flumina? nempe quod intra ciuitatem habitare prohiberentur coacti in villis & pagis manere, quod seruilibus addicerentur operibus: igitúrne plorant miseram conditionem mancipiorū, quod ergastulo conclusi verberarentur? quod non cibus, non vestis, non domus eis? at certè non pauci illorum apud Babylonem diuites facti, vrbe recepti, gratiam coram magistratu inuenêre; sub tam læta fortuna adhuc plangunt & discruciantur! quamobrem obsecro? *Sedimus* (inquiunt) *& fleuimus cum recordaremur tui Sion.* Sed quorsum ob memoriam *Sion*, neque ob alios lachrymarum riuulos? Numquid maior Babylone Sion, cuius gloriæ flos elanguit? numquid opulentior? numquid ex deliciis iucundior? Babylonem igitur habentes Sionem quare concupiscunt, profundóque innocant singultu charum desiderium? nempe *Sion* patria exulantium, ibi generis & stirpis sedes: quos itaque fletus elicere non contumeliæ superbæ Dominorum, non iniuriæ valent, non denegati victus atque vestitus possunt, *Sion* recordatio extrahebat; rectè Bellarminus: *gemunt & plorant non iacturam temporalium rerum, sed captiuitatem suam, dum recordantur dulcissima patria, quæ est in sancto monte Sion*; breui sententiâ Origenes hom. 15. in c. 24 Numerorum; *sed non flere antè quidem possunt, nisi cum recordati fuerint Sion*! quare non anteà flere queant? annon lugendi occasio sub tantis malis, quanta mancipiorum suffert conditio. Infelix quidem mancipiorum sors, sed animorum grandium generosa constantia lachrymas antequàm prodant suffocat; ad patriæ verò amissæ memoriam cedit robur omne, & luctibus habenæ laxantur.

Bellarmin. — *Omne robur mentis cedit patriæ amori.*

117\. Quàm immani crudelitate prima germanitatis exordia fœdauit Cain, iustum & innocuum Abelem mactans per dolum? Sed qualem inflixit pœnam audacissimo Numen? *Cum operatus fueris terram non dabit fructus suos, vagus & profugus eris super terram.* Gen. c. 4 v. 12. doluit sententia, versóque ad Deum sermone: *Ecce eijcis me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar, & ero vagus & profugus in terra*; At si conqueri libuit, cur non & altera edicti pars accusata est, quæ pronunciabat postquam terram coleret, fructus eam non præbituram? Num aliquid acerbius quàm laborasse in vanum, & tali quidem fatigatione, qualis agriculturæ? certè hoc potissimum Adæ, à cuius gula tam innumera damna, supplicium: *Maledicta terra in opere tuo; spinas, & tribulos germinabit tibi*; Quamobrem igitur hac tam graui neglectâ mulctâ, totum querimoniæ pondus quòd *vagus & profugus futurus sit*? aut certè quidnam est *profugum* esse, quod tam atrox sit? Ambrosius lib. 2. de Cain, & Abel, cap. 10. *Repulit enim eum à facie sua, & à parentibus abdicatum, separatæ habitationis quodam relegauit exilio, eo quod ab humana mansuetudine transisset ad sæuitiam bestiarum*; nota illud: *& à parentibus abdicatum*, hoc est patria & cognatione propelli, & natiuis interdici aruis? Lippomanus: *Hæc fuit alia pœna, qua damnatus est Cain vt Hebræorum plures volunt, vt procul ab eo loco vbi pater habitabat, secederet ad plagam scilicet orientalem ipsius Paradisi; & cum nactus esset locum, nec eum quidem teneret, sed vagus vbique extaret*: cerne igitur, quantus sit mortalium in domestica & patriam affectus! duæ promulgantur aduersùs Cainum pœnæ; alterius quasi non meminit; non quia leuem arbitretur; sed quòd tantam eam putet, quæ natalis glebæ habitationem vetat, vt huius acerbitas alterius recordationem tollat, & exiguam faciat esse ob comparationem, cùm tenera maxima sit.

Gen. c. 4. v. 12. — *Grauissime Cain punitus exulare à parentibus.* — *Ambros.* — *Lippoman.*

Cæco visum restituere cupiens IESVS, *apprehensa manu eius, eduxit eum extra vicum.* Mar. c. 8. vers. 23. Qua de causa extrà vicum ducitur? nimirum vt denotet mysticè, si quia spiritaliter illuminari desiderat, patriam cum domesticis ab eo relinquendam: Chrysologus serm. 176. *Aperiatur iam spiritalis intelligentia, vt quis sit iste cæcus, intelligamus, & quare ducitur manu Christi, & educitur extra vicum, & alibi recipit visum, qui diu apud suos longam sui pertulerat orbitatem?* benè interseruit, *quare ducitur manu Christi*; rectè enim quæ sit; nam quare Apostoli officiosi erga Magistrum non accurrerunt, vt extra pagum ferrent? Christi námque grauitatem quasi dedecere videbatur, vt ipse discipulos sub se habens foràs extraheret: probè ita quidem secundùm humanam considerationem; at in hac latebat arcanum, significabatur enim discessus ex paternis ædibus, solóque natali, vt igitur hoc tantū opus indiceretur, ad quod Apostolorum vires tanquam imbecilliores iudicentur, introducitur IESVS qui per seipsum & non alium præstet, vt cæcus quamuis & non videns quod agatur extrà patriæ tenues angulos adigatur: Quid mirum? Nónne contemplamur sponsam, libanum quàm segnis deserat? & agrestia vrbanis præferat? 118.

Mar. 8. v. 23. — *Chrysolog.* — *Vt quis patriæ amore constanter renunciare possit, Dei gratiâ opus habet.*

ANTELOQVIVM V.

Locum, tempus, honestatem connubiorum; sodales nuptiarum; sponsi quanta fuerit potestas? sponsæ Deos, & genus explorat.

HVIVS disceptationis materiam sibi velut iure suo vendicabat tertia Isagoga: sed cùm in multa excreuisset quæstio illa membra, ne ramorum nimia diffusione arbor, inter præludialis huius nemoris syluas, omnium pulcherrima, aut ingrata, aut informis redderetur, visum amputare de nimietate luxuriantium frondium, atque in hanc transferre glebam, nostro, Lectorisque commodo.

SECTIO I.

Sponso ex Hebræorum genere, & secta, an licuerit Chananæam feminam ducere? Maacha Dauidis uxor an Chananæa; duplex Gessur: superatis Chananæis num vitam concedere Hebræi possint? Quid de fœdere cum eis? & num magistratu fungi possint conuersi inter Iudæos? Quæ conditiones nuptiarum cum alienigena? locus ex Regum tertio declaratus; vera Prophetia vt à falsa discriminetur?

1. NON disputo generalem controuersiam, licuerit, necne, Mosaicos ritus profitenti, paganismi erroribus infectam virginem, quæ sub peregrinis elementis vitales hauserat auras, alienigenarum educata sit regionibus, thalami, & bonorum consortem nominasse. Transeo ad particularia; Esto, inuetitum fuerit Abrahamitico semini cum ethnica femina maritale pactum ferire, & dexteram nubentis more porrigere duas ob causas: Prima, quoniam post S. Thomam classici Scriptores existimarunt, nullo Sacramento obstrictos Iudæos, quominùs cum cæterarum nationum mortalibus, exceptis Chananæorum populis, connubia inire possent. Numerat huius effati Assertores Caietanum, Bellarminum, Azor, Thomam Sanchez, Filliucium, Magister Basilius Legionensis Appendice de matrimonio Catholici cum Hæretico, cap. 4 § 1. n. 5. Altera causa est, quòd Bibliorum Interpretes, atque ex Theologis copiosa pars intelligat, quamuis iure naturali, & scripto negatum fuisset Israëlitis cum Gentilismo connubialia fœdera celebrare: at lingasse præceptum vtrunque, quoties ex nuptiali amicitia, Hebræo imminebat animæ discrimen, estque non vulgare periculum bibendi superstitiones vanas;

Cum paganis, excepta Chananæorũ gente potuisse Hebræos connubia inire.

Basil Leg.

semoris autem his timoribus, licuisse ethnicos thalamos: Pro quo themate grauissimos Patronos idem recenset Basilius præfata Appendice, cap. 3. n. 10. Sed nihil istorum iuuare valeat nuptias cum Chananitide: omni igitur patrocinio cùm eiusmodi coniunctio destituta appareat, prorsus illicitam iudicemus, necesse est. Minorem propositionem defendo: Primùm, quia si animæ discrimen perpendamus, perpetuum imminebat à Chananæorum consortio: legimus quippe Regum 3. c. 11. *Rex autem Salomon adamauit mulieres alienigenas de Gentibus, super quibus dixit Dominus filijs Israel: Neque ingrediemini ad eas, neque de illis ingredientur ad vestras: certissimè enim auertent corda vestra, vt sequamini Deos eorum*: Porrò de quibus loquutus est Dominus in lege Exodi, c. 34. v. 15. Deuteron. c. 7. v. 3. Chananæorum gentes sunt: ab his igitur cùm pronunciet is, cuius infallibile testimonium, fore vt certissimè Hebræorum animos conuertant ad sequenda idola, colligitur ex connubiis ipsorum perpetuum, & indeficiens periculum imminere, ac proinde nullo aliquando, aut tempore, aut circumstantia immaculata fuisse. Alterum est, vt concedamus, casibus quibusdam Idololatriæ apparens tantùm discrimen extitisse: sed etiam absente animæ periculo inconcessæ erant cum Chananæis nuptiæ: addo, quamuis & ethnica virgo polliceretur superstitiones detestari, veri Numinis adorationem complecti. Nam, vt probatior euincit sententia, interdictum fuerat Hebræis vniuersim cùm paganis matrimonio coniungi: Tutatur eruditè noster Pineda lib. 7. de rebus Salomonis, c. 4. citatus Legionensis Basilius Appendicis, c. 4 § 1. n. 7. Atqui, vt iidem aduertunt, specialis erat prohibitio comparatione Chananæorum: Igitur, cùm nominatim excipiat Scriptura cum Chananæorum viris, mulieribusque connubialia fœdera, sic vt construamus, subindicare videatur: nempe, cùm aliis Gentilismo deditis nationibus nuptias posse inire Iudæos, quoties aut Pagani veteres exuere ritus ad Moysem conuersi; aut, si persistant in antiqua corruptela, ab eorum familiaritate nullum impendat periculum; commoda autem, & lucra deriuentur ad Hebræum, aut maritum, aut vxorem:

3. Reg 11. v. 1.

Exod. 34. Deut 7.

Probabilior opinio cum nullis ethnicis potuisse Hebræos matrimonio iungi.

Pineda. Basilius.

Specialiter prohibita matrimonia cum Chananæis.

at

at verò etiamsi hæ intercedant conditiones, adhuc Chananæorum connubia illicita habeantur: quid enim aliud præter hoc sit speciatim prohiberi cum ipsis thori societatem? Cur autem placuerit Creatori concessa reliquis mortalibus indulgentia priuare solos Chananæorum terminos? *Chananæi pessimi omnibus hominibus.* Fortasse propterea commissum, quoniam eorum malitia prætergressa fuerat cæterarum Gentium scelus, & præ vniuersitate hominum ipsi ad bonum flecti difficiles: de eis quippe Sapientiæ c. 12. *Sap. 12.* v. 10. *Quoniam nequam est natio, & naturalis malitia ipsorum; & quoniam non poterat mutari cogitatio eorum in perpetuum.* Quid, si & plectebantur minores propter antiquam Chanaam maledictionem, quam ille diluuij triumphator pessimæ soboli imprecatus, cùm vnius delictum quoad pœnam in omnem posteritatem transire nonnunquam velit Angelicus Theologus 1. 2. quæst. 105. art. 3. ad 1. *Pœna delicti transiens in posteros.* *S. Thom.* Verùm hæc generalior causa, & quam eneruare impigrum non sit.

2\. *Chananæorum matrimonia permissa Hebræis.* Attamen potuisse Hebræos Chananæorum societatem per matrimonia ambire, quin aut irritum, aut illicitum fuisset coniugium, & multiplex ratio, & exemplorum bona pars, & Scriptorum classicorum adsensus credibile faciunt. Exempla suppeditabunt ante legem, Abraham, qui Ceturam Chananitidem duxit Genes. c. 25. quod nec Abulensi, nec Pereiro num. 14. displicet. *Abulens. Perer. Gen. 25. Gen. 48. Gen. 46. Gen. 24.* Iudas quoque, cuius vxorem Chananæam extitisse manifestè propalat Genes. cap. 48. v. 2. Simeon etiam ex Chananæa femina prolem suscepit, Genes. cap. 46. vers. 10. Sed erit, vt dicant nobis, dum naturæ decreta vigebant, potuisse indiscriminatim cum quarumcunque nationum mortalibus connubialem amicitiam sanciri, quemadmodum velit Sotus in 4 distinct. 39. quæst. vnica, art 1. *Sotus.* Veruntamen semper fidelem cum ethnico matrimonio copulari vetitum fuit, nisi semoto periculo idololatrandi: at erant etiam tam specialiter Chananæi, quorum conuictus & societas metuebatur magis, aliàs Abraham non adiurasset seruum seniorem domus suæ, Genes. cap. 24. ne Isaaco acciperet vxorem de filiabus Chananæorum: nec offecit duxisse ipsum Chananitidem Ceturam; fecit enim post insignes virtutum probationes, cùm esset plusquàm centenarius: *Ceturæ ex famula vxor Abrahæ primaria.* duxit quoque illam, quam Agaris in modum domi ancillam habuit longo tempore, secundùm Delrij existimationem ad cap. 25. Genesis: Saliani tom. 1. anno mundi 2179. num. 6. *Delrius. Salian.* Itaque probabile est iam diu ad veri Creatoris cultum conuersam, præclara duraturæ religionis, & fidei documenta exhibuisse: Denique aliud est, florentem ætate adolescentem Isaacum periculo se obiectare, aliud grandæuum parentem Abrahamum, quem & longa probitas, & frigida senectus armabant, ne succumberet: Verùm transeamus ad scriptam legem: Occurret statim Iosuë sexto Rahab Chananitidis cum Salmone ex Israëlitarum Optimatibus coniugium: *Iosue 6.* deinceps reperiemus Iudic. 14. Samsonem Philisthææ copulari: *Iud. 14. 2. Reg. 3.* atque inueniemus, Reg. 2. cap. 3. vers. 3. Dauidem cum Maacha, filia Tholomaï, Regis Gessur, genialia fœdera celebrantem; *Maacha Dauidis vxor, non Chananæa.* quos, nempe, & Regem Gessuræum, natámque falsa Deorum superstitione imbutos fuisse, interpretum vulgata cogitatio est: at Chananæam extinsse, aut ex earum nationum catalogo, quarum maritales nexus singulariter prohibiti à Legislatore Deuteronomij cap. 7. vers. 3. licet visus negasse Abulensis, quæst. 4. ad præfatum cap. 3. *Deut. 7. Abulens. Caiet. Salian.* *Duplex Gessur, & ad quas dominos pertinuerit?* lib. 2. Regum: Caietanus palam ibidem: & apertè Salianus tom. 3. anno mundi 2981. n. 5. Torniellus quoque anno mundi 2931. n. 39. at Salianus dicto tomo anno mundi 1979. n. 16. distinguit fortè haud imperitè duplicem Gessuræam regionem, alteram trans Iordanem conterminam Syriæ, proptereáque Gessur Syriæ appellatam pertinentem ad tribum Manasse; quam tamen non possedit: *Noluerunt enim* (ait Scriptura Iosuë c. 13.) *disperdere filij Israel Gessuri, & Machati, & habitauerunt in medio Israel vsque in præsentem diem:* *Iosue 13. 13.* Pro quibus remittit lectorem ad Adrichomium in Manasse a. num. 57. qui planè hanc collocatam Prouinciam intra ditiones Israëlitis pollicitas astruit, *Adrichom.* Huius tractus Dynastam fuisse vterque asserit Tholomaï, cuius filiam Dauid vxorem duxerat, ex eáque ortum Absalon, & Thamar: Altera Gessur extra limites Iudæorum posita prope Amalecitas, de qua prædas agitabat Dauid, vti Regum Historia monstrat lib. 1. c. 27. v. 8. cùm moraretur apud Achis: *1. Reg. 1. 27.* atque consentientia docuit tomo 1. anno mundi 2589. n. 2. quæ & à Torniello constabilita anno mundi 1979. n. 4. Et sanè Gessur, de qua præfato, c. 13. Iosuë libet ad Chananæos pertinere, & quam Ptolomæus Gentilis Monarcha moderabatur docet Andreas Masius ibidem: *Masius.* quod indicare septuaginta Seniorum versionem benè aduertit, cùm de suo adducit, τὸν Χαναναῖον; *Septuag.* sic enim habet translatio: *Et non exterminauerunt filij Israel ipsum Gessuri, & ipsum Machati, & Chananæum:* Planè quisquis ille Collector est nominum Hebræorum castigator editus à nostro Bonfrerio: *Machati* (ait) *vrbem Amorrhæorum esse supra Iordanem iuxta montem Hermon, de qua exterminare non valuerunt filij Israel Machatæum;* Quibus subscribit Sanchez in lib. 1 Regum, c. 27. n. 3. *Hieron. Sanchez.* At erat Amorrhæus ex sectis Chananæorum, quibuscum nuptias, & fœdera prohibuit Dominus, Deuteron. c. 7. Gessuram à Chananæis occupatam docet Bonfrerius in v. 2. c. 13. Iosuë; Iosephus Stephanus Oriolanus Antistes libro de vnica Religione, c. 20. Disquiramus etiam de altera illa Gessur, quam deprædabatur Dauid, an fortè ipsa ad Chananæam spectat? Quidni autem? Solidè quippe Nicolaüs de Lyra ad c. 27. lib. 1. Regum, de spoliis Gessuræorum agens: *Lyra.* *Nec ipse Dauid peccauit* (ait) *prædictos infideles interficiendo: quia manebant infra terminos terræ promissionis, quorum habitatores fuerunt à Domino condemnati ad mortem, vt dictum est suprà frequenter in libro Josue. & Deuteron. & Num propter quod filij Israel poterant eos licitè occidere, habita opportunitate, & bona eorum occupare:* Sunt autem Chananæi, quos delendos ab Hebræis præceperat expressim Deuteronomij cap. 7. & c. 20. *Deut 7. Abul. Torniel.* fuitque Abulensis in hanc solutionem propensio q. 6 & 23. c. 27. lib. 1. Regum: quæ dixisse aptius sit, quàm sine testimoniis asserere, speciali oraculo incitatum Dauidem ad deuastandas circumpositas regiones profectum; Si quis aduersùs hæc nodus, ille maximè: quoniam parcendo Gessuritis, atque Machatæis, dux cum exercitu Hebræorum, peccasse videatur. at, quid de his sentiendum, ostendemus num. 4. Siue igitur vnam Gessur sub Palæstinæ circulo locatam meditemur, siue excepta hac alteram: vtranque verosimilius est Chananæos accolas habuisse, ac proinde Maacham Dauidis conthoralem Chananitidem fuisse.

Accedamus ad Patronos sententiæ huius; & in primis, quis Rahab, quam de Chanaan fuisse 3.

omnes

S Thom. Abulensis.

omnes admittunt, connubia cum Salmone damnauit? Approbat S. Thomas 1.2. quæst. 105. art. 3. ad 1. & clariùs art. 4. ad 6. Approbat Abulensis quæst. 58. in cap. 6. Iosuë, & q. 10. ad c. 1. Matthæi: Sed his non vtemur propugnaculis, quoniam alibi S. Thomas, videlicet, in 4 dist. 39. quæst. 1. art. 1. ad 1. cogitasse videtur, Chananæorum nuptias nullis circumstantiis extra vitium fuisse, atque Abulensis variis est citatis, aliisque locis: neque ob parem causam Caietanum testem adhibebimus; quorum igitur pro nobis est citra ambages, consensus, sunt, Nicolaus de Lyra ad cap. 3. libri 3. Regum, & ad cap. 1. Matthæi in verba illa: *Naason autem genuit Salmon.* Dionysios Carthusiensis ad cap. 3. lib. 2. Regum, & ad cap. 3. lib. 3. Regum: Serarius quæst. 50. ad cap. 6. Iosuë: Magallanez in idem cap. sect. 2. annot. 4. num. 5. ad cap. 1. Matthæi, in verba illa: *Salmon autem genuit Booz de Rahab.* Maldonatus, Claudius Guillaudus, Alfonsus de Auendaño, Thomas Beauxamis tom. 1. Harmoniæ euangelicæ: Ioannes Suarez, Episcopus Conimbricensis, tract. 6. in cap. 1. Matthæi: Barradas tom. 1. lib. 3. cap. 8. ad cap. 7. Deuteronomij: Lorinus vers. 3. & 4. Pineda lib 6. de rebus Salomonis, cap. 4 num. 7. Cornelius in cap. 7. Deut. vers. 3. Salianus tom. 3. anno mundi 3012. num. 118. & anno 3048. num. 5. Gaspar Sanchez ad cap. 3. lib 3. Regum, num. 4. P. Azor. tom. 1. lib. 6. cap. 12. Laiman. tom. 2. tract. 10 part. 6, cap. 16. n. 2. Becanus in Analogia, cap. 20, quæst. 3. Bonfrerius ad vers. 16. cap. 34. Exodi: Basilius de Leon 1. part. variarum, q 4. expositiua, cap. 8. & tomo de Matrimonio Appendice de Matrimonio Catholici cum Hæretico, cap. 4. § 1. num. 7.

Caietan. Lyra. Carthus. Serarius. Magall. Maldonat. Guillaud. Auendaño. Beaux-amis. Io Soarez Barradas. Pineda. Sanchez Azor. Laiman. Becan Bonfrer. Basil. Leg.

4. *Chananæis quorsum vitam concedere potuerint Hebræi victores.* Deut. 7. 2.

Iam, quæ sint Asserti huius momenta, discutiamus: Primum, eodem cap 7. Deuteronomij, quo interdicuntur nuptiæ cum Chananæis, seuerè præcipitur victori populo Hebræorum, delendam penitùs gentem inimicam: *Percuties* (inquit) *vsque ad internecionem, nec misereberis earum, non parces eis oculus tuus, ne sint in ruinam tui:* Atque hoc iam austero mandato publicato, nihilominùs absque piaculo ex trita opinatione Interpretum Rahab Chananæam, *& domum Patris eius* (Iosuë cap. 6. vers. 25.) *& omnia, quæ habebat fecit Iosue viuere, & habitauerunt in medio Israel:* Cuius simile facinus aliud Iudicum cap. 1. Nam, cùm Luzam, Palæstinorum vrbem, Israëlitæ obsiderent, hominem de Chanaan, qui introitum ciuitatis præliaturis ostendit, capto oppido, liberum cum omni cognatione dimiserunt citra Numinis indignationem ex communi Explanatorum sententia: At celebris in primis fama indulgentiæ erga Gabaonitas Iosuë cap. 9. Et poterat Dux magnus inuiolato iureiurando fraudibus extortam pacem denegare: poterat in ore gladij consumpsisse vniuersos accolas secundùm Augustinum quæst. 13. in Iosuë: Abulensem quæst. 17. in cap. 9. eiusdem voluminis: Magallanium sectione 2. annot. 3. num. 6. parcitum tamen iisdem meritò, & illæsa religione supernis debita decretis, auctores sunt Augustinus indicata, & sequenti quæstione: Ambrosius lib. 1. de Officiis, cap. 29. & lib. 3. cap. 10. ad cap. 9. Iosuë. Lyra, Caietanus, Andreas Masius, Dionysius Carthusianus artic. 18. Abulensis quæst. 30. & duabus, quæ sequuntur: Serarius quæst. 8. Magallanius vbi suprà: Salianus tom. 2. anno mundi 2584. num. 157. Iosephus Stephanus,

Iosuë 6. Iudic. 1. *Gabaonitas num delere potuerit Iosue?* Iosuë 9. August. Abul. Magal. Ambros. Lyra. Caietan. Masius. Carthus. Abul. Serar Magal. Salian. Stephanus.

Episcopus Oriolanus, libro de vnica religione, cap. 20. Frater Ioannes Marquez in Gubernatore Christiano, libro 2. cap. 23. Basilius de Leon Appendice de Matrimonio Catholici cum Hæretico, cap. 4. §. 1. num. 9. atque in simili proloquutus Torniellus tom. 2. anno mundi 3043. num. 3. Caietano duce de reliquis Chananæorum montis Libani, quos rebellionem meditatos compressit Salomon, & viuere permisit: Legimus quoque Iosuë cap. 13. vers. 13. *Noluisse disperdere filios Israel Gessuri, & Machati, & habitauerunt in medio Israel:* Quas quidem sedes spectasse ad Amorrhæos Tostatus concesserit ad dictum versiculum, noster quoque Magallanius: sed vterque quòd saluent à scelere Moysem tum populorum ducem, quòd impiam nationem non extinxerit, cogitant nescio quas aduentitias gentes terrarum illarum colonos fuisse: quare cùm de Chananæorum stirpe non essent Machatæi, Gessuræique, parcere eis absque noxa potuerunt Hebræi: Verùm quibuscunque orti patribus hi Idololatræ, siue à Chananæis genus deducerent, seu ab aliis, percunctari libet, an contumaces persiterint in Deorum superstitionibus, an sponte conuersi ad verum Numen, quemadmodum Gabaonitæ? quòd si errorem veterem deponere noluerunt, viuere cum tranquillitate, suóque frui patrimonio haud sinere potuerunt Iudæi impunè, vt contendit fusè Tostatus in cap. 17. libri 1. Regum, à quæst. 16. Exodi, prolato, cap. 17. & Deuteronomij 20. Nam Exodi cap. 34. omnes illarum regionum possessores indiscriminatim complectitur, vers. 12. & 15. & hac causa aduertit Caietanus, cùm Esdras lib. 1. cap. 9. maritos Hebræos à Paganis vxoribus separaret, æquè diuisit Ammonitides, Moabitides, Ægyptias, ac procreatas ex Chananæorum sanguine: quoniam Ammanitæ Ægyptij & Moabitæ illi suas inter Chananæos, domos, & possessiones habebant. Quid quòd Abulensis infinitis locis, & Magallanius sæpè perhibent, negatas amicitias Hebræis cum quaruncunque nationum mortalibus, quales nunc memoramus, nisi magna aliqua causa ostendatur sufferenti gentem abominandā, & quæ scandalo, atque præcipitio esse possit fidelium congregationi? Sin autem concedamus Iudaïsmum complecti voluisse Gessuræos, quidni licitè indultum illis dicamus, quemadmodum Gabaonitis parcitum est? Permittamus igitur Chananæos fuisse; cùm peregrinos extitisse, nullos testes habeamus, & dicamus peccasse quidem Israëlitas, quoniam non deleuerunt, vt Carthusianus planè ad nominatum Iosuë c. 5. asseuerat: Iosephus Stephanus nuncupato libello de vnica religione, cap. 21. Bonfrerius ad c. 16. & 17. Iosuë. Et sanè absque vlla Imperatoris negligentia, vtpote facientis quantum possit, vt de Iosuë in pari omninò materia tradit Abulensis q. 9. ad cap. 2. Iudicum: nam, quæ eo capite recensentur, perpetrata fuisse vsque ad versiculi septimi Acta, dum inter viuos numeraretur Iosuë, autumant Lyra, & Richelius in eum locum: Tostatus q. 1. Aut certè, vt mitiùs agamus, & pro instituto, in quod ferimur, putemus populos istos pacem ab Hebræis postulasse posthabitis Gentilium ritibus, & sic aggregatos fidelium conuentui.

Marquez. Basil. Torniel. *Gessuræis & Machathæis Iosue cap. 13. cur pepercerint Israëlitæ* Tostat. Exod. 34. Caietan. 1 Esdr 9. Dionys. Stephanus. Lyra. Tostat.

5. *Num Hebræi amicitiā cū Ethnicis inire poterant?*

Huius formæ argumentum est, quod à fœdere desumitur: nanque iidem Exodi, & Deuteronomij locis prohibentur Israëlitæ amicitiam, & concordiam

concordiam stabilire cum Chananæis; quod tamen ita interpretatum volunt ad vers. 3. cap. 7. Deuteronomij. Lorinus noster cum Leonardo Mario, modò illi perstitant in falso religionis cultu; posse tamen ad societatem recipi conuersos ad Iudaismum: Sed pacem conciliatam Gabaonitis, quot approbarunt testes numero elapso. Vide Lorinum loco nuper monstrato: Beccanum Analogiæ cap. 1. Salianum tom. 6. anno mundi 3894. num. 28. Claudium Rungolium tom. 2. in lib. 1. Regum, quæst. 42. ad versum 10. cap. 28. Æqualis probatio ab illis verbis cap. 23. Deuteronom. vers. 3. *Ammonites & Moabites etiam post decimam generationem non intrabunt Ecclesiam Dei in æternum*: Quæ verba communiori significatione construuntur de Magistratu, & loco honoris inter ciues: & tamen Achior Ammonita; de quo cap. 14 Iudith, principem dignitatem obtinuit inter Bethulienses, auctoribus Serario quæst. priori ad citatum 14 cap. Saliano tom. 4. anno mundi 3546 num. 106: Ruth Moabitidis posteritas ad fastigium gloriæ ascendit: nam Obed ex Iudicibus fuit ex Rabbinorum fide: Dauid, eiusque, & filius, & nepos, imperij habenas rexêre: Denique, vt traxerint Hebræos ad idololatriam muliebres blanditiæ, & lenocinia (nam hæc potissima causa Casbinis, & statuti huius,) sed non à solis Chananæis virginibus tam pestilens contagio: decepere quoque aliarum regionum puellæ; à quibus deprauatum scientissimi Salomonis cor, cum iam senex esset, vt sequeretur Deos alienos? Equidem ab Ægyptia aliqua, vt multis placet, ab Ammoniticarum, Idumæarum, Moabiticarum femineis illecebris; atque eædem hæ deceptrices apud Eschram lib. 1. capit. 9. vers. 1. Quid, quod præfato Regnorum loco indicantur non leuiter esse has ex gentibus, super quibus dixit Dominus filiis Israel: *Non ingrediemini ad eas, neque ingredientur ad vestras: certissimè enim auertent corda vestra, vt sequamini Deos earum?* Ergo colligentes hactenus dispersa: si, prohibente Deo, ne viuerent Chananæi, seruari potuerunt licitè; si pacem vetuit, atque amicitiam; absque piaculo tamen cum iis initum fœdus: si Ammonitas, Moabitasque in sempiternum è dominatu exclusit; & tamen iure summam potestatem adepti sunt: Quamobrem quoque non de connubiis aliqua possit esse exceptio? præsertim verò cùm ostenderimus, diuino edicto æquè comprehensas virgines ex Moab, ex Idumæa, ex Ægypto, ex filiabus Ammon? monstrauerimus quoque non minùs aptas ad illaqueandas animas mulieres aliarum prouinciarum (cum quibus tamen nostri thematis aduersarij connubia permittunt Hebræis,) quàm sint Chananitides?

6\. Sed, quando statuerimus, posse connubialia pacta inire Hebræos, pariter atque Chananæos; illud disquirendum breuissimè, quibus tandem conditionibus: Communissima Scriptorum opinatio est, desiderari ante pollicitas nuptias infidelis comparis ad Mosaicos ritus conuersionem: quippe præcepti veritatis coniugia opus est, ne ruinam pariat ethnica coniux marito, & ex veri Numinis adoratore, falsorum deorum cultorem faciat: vxore autem salutari doctrina imbuta nullum superest discrimen. Arridet hoc placitum: quin & iungimus, non vtcunque instructam debere admitti ad thalamos con-

Sinerlogi Anteloq. in Cant.

sortium, sed probè, sufficienterque edoctam veram religionem: ne, si leuis tantùm institutio sit, facilè ad pristina reuocetur, & occupatam amoribus socij mentem debili ictu prosternat: Verùm, vt hæc sit communiter à contrahentibus obseruanda norma; quibusdam tamen casibus contingere posse æstimamus, vt Hebræus Paganam virginem, quin ante nuptias ethnicismũ contempserit, licitè ducat; illud è conuerso, marito iungatur Iudæa puella, qui nec ante coniugium, nec posteà, recesserit à vanis superstitionibus: Sic Maacham, Regis Gessur filiam, de qua Regum lib. 2. cap. 3. vers. 3. de qua nos superiùs numero 1. antequàm deponeret errores Deorum, Dauid vxorem accepit: *Fiducia (inquit Caietanus) trahendi eam ad cultum veri Numinis; & quia opus erat illi fauore vicinorum Regum*: Atque hanc fuisse Chananæam, satis probauimus loco nominato: Sic absque scelere aliquo Euphratæi illi de Bethlehem-Iuda, de quibus Ruth cap. 1. Mahalon, scilicet, Chelion fratres copulati sunt vxoribus ex Moabitarum genere, iis vetera dogmata semper retinentibus, vti Rupertus, Tuitiensis Abbas, libro 1. in Matthæum adsignificat, & clarè testantur Abulensis quæstione 14 in cap. 1. Ruth: Serarius quæstiuncula 11. idem caput; Et quidem potissimam causam faciunt, ne absque prole discederent, quippe cùm redeundi ad patrios lares propter temporum miseriam, nulla spes ablata fuisset: Quod etiam Esther Assueri idololatræ amplexibus succubuerit, honestas rationes accumulat Salianus tom. 4. anno mundi 3596. numero 44. nempe, sperabat trahi posse Imperatorem ad veri Creatoris agnitionem; potuisse ex iis nuptiis non mediocria emolumenta deriuari ad fidelem Iudæorum conuentum: At sine personarum expressione defendum pronunciatum, Gaspar Sanchez in cap. 1. Ruth, numero 11 & multis aliis probationibus Magister Basilius Legionensis Appendice de Matrimonio Catholici cum Hæretico, cap. 5. numero 10. cap. 6. toto: Itaque, si grandis, & eximij alicuius emolumenti affulgeat radius, vrgeatve necessitas iusti, atque æstimandi ponderis, aderit fideli coniugi propitium Numen; & quemadmodum Saram, Iudith am, Estherem tutatus est, defendet, virtutis gratia, periculis se obiectantem: Adsentient nobiscum, credo, qui sine peccato contrahere hodierna tempestate asseuerent Catholicos cum hæretica lue apud Germanos, Gallos, Poloniam, aliasve gentes prauo dogmate infectas: Recenset graues nostri Ordinis viros Basilius de Leon nominata Appendice cap. 5. num. 2. nam certè, vt pestilens admodum fuerit Chananæorum toxicum, vix tamen conferendam eorum malitiam cum asseclis Caluini, atque Lutheri, cæterorùmque Monstrorum dicas: Confert vtriusque ætatis gesta, & mites opinabere Chananæos, cæterósque Iudæorum hostes, præ nouissimarum hæresum inaudita vastitate, rapinis, incendiis, sacrorum iniuriis: vnus Antichristus potens vincere malitia scelestissimam fæcem.

Superest, resoluamus posita num. 1. Quod igitur Scriptura affirmet asseueranter Regum 3. cap. 11. v. 2. *Certissimè enim auertent corda vestra, vt sequamini Deos eorum.* Dicimus, obiectum huius clausulæ ex illis esse, ad quæ magna Dei scientia fertur, illa, per quam Numen sanctè guber- 7.

Scientia conditionata Dei promissa subsequens.

nat, & attingit futura conditionata: Sensus igitur oraculi huius est: Si Chananæas ducant Hebræi non benè doctas veram religionẽ, si absque Dei instinctu, si præter vrgentes, grauésque rationes; si reuertentes ad vomitum non dimittant, non interdicant thoro, & societati; positis his circunstantiis, *certissimè* auertéda ab vxoribus corda virorum: lapsuros affirmat citra dubium; non tamen, quia necessaria, aut vtilis sit vt hæc infallibiter eueniant, qualitas aliqua, siue physicè, siue moraliter, prædeterminans: voluntas ipsa, sponte sua, & impræmota, manus dabit impietati; fixum hoc, constánsque adimpleta, quam declarauimus, cõditione: Nam, quæ maior huius propositionis virtus, quàm illius Genes. cap. 11. vers. 6. *Cœperúntque hoc facere, nec desistent à cogitationibus suis, donec eas opere compleant?* At continuò legimus destitisse vers. 8. *Et cessauerunt ædificare ciuitatem*; Fuit igitur prior enunciatio conditionalis, id est, nisi homines illi fanatici diuinitùs immisso obstaculo præpediti fuissent, inchoata ad exitum perduxissent: Sic construxêre ex firma interpretatione Pererius lib. 16. in Genesim, num. 95. in cap. 11. Suarez in Opusculis libro 2. de scientia futurorum contingentium sub conditione, cap. 1. numero 11. Arrubal. tom. 1. in 1. partem, disp. 44. cap. 4. num. 9. Par est momentum vulgatissimi, & minacis effati apud Ionam cap. 3. vers. 4. *Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur*, Et tamen salua facta est per pœnitentiam vrbs iniquitatis: hic autem subintellectam conditionem, quanti ex veteribus, quota nouorum pars asseuerauit? Lege Isagogen nostri Christophori Castrensis ad Prophetas minores lib. 5. de Vaticinio, cap. 9. Cantapretensem lib. 4. hypotyposeon, cap. 1. §. *Sicut duplices*, &c. & lib. 9. regula 3. Explanatores Ionæ, Montanum, Cornelium à Lapide, Sanchez, Castro, Riberam, Abulensem quæst. 7. in cap. 18. Deuteronomij; Fortasse Ionam latebat, placandam iratam diuinitatem, modò doluissent Niniuitæ: Putat omninò Sanchez scribens in Ionam: atque nonnunquam latuisse quædam ex his, quæ prædicerent Vaticinantes, existimarunt Abulensis ad Deuteronomij caput citatum, ibidémque Lorinus ad versum 21. Cornelius proœmio in Prophetas maiores, quæst. 2. Augustini suffultus vmbra 7. de Ciuitate, cap. 32. Ambrosij libro 1. de Abraham, c. 8. Gabriel Aluarez tom. 1. in Esaiam, ad versum 5. cap. 38. Martinez hypotypos. lib. 4. cap. 2. §. *Quamuis Propheta*, &c. Sed nostri parum interest nunc, quid Ionam fugerit; Deum asseuturum esse contendimus, non dissipandam Niniuen: erat autem hoc ex futuris contingentibus, sub conditione pœnitentiæ, nempe, & luctus, quamuis prophetæ verba absolutum quidpiam indicarent; ergo sententia illa: *Certissimè auertent*, etsi absque additamentis prolata, conditionem imbibit; denotátque in cõditionalibus modus absolutus loquendi, non minùs certò cognosci à Deo, quæ absolutè futura sint, quàm sub conditione extitura.

Gen. 11.
Regula: Conditio subintellecta in enunciationibus, quæ videntur absoluta.
Pereira.
Suarez.
Arrubal.
Ion. 3.
Castro.
Cantapr.
Montan.
Sanchez.
Ribera.
Prophetas vaticiniorũ significatio latebat aliquando.
Abulens.
Lorin.
Cornel.
August.
Ambros.
Aluarez.
Martinez.

8.
Vera Prophetia vt à falsa discriminetur?

Verùm ex his subinferri euincas, confundi bonam cum falsa Prophetia, nec superesse notas cæterarum vaticinationum: Ponamus à mendace promissum Niniuiticum occasum; Stante vrbe, si coarguere statuamus, erit, vti satisfaciat, prædictionẽ accusari non debère quoniã à conditione, exitus rerum pendebant: quare, nisi interpositus fuisset lugentium dolor, euertendam, præter dubium, ciuitatem: Respondeo, hanc Charybdim nullam scholarum subterfugere posse: nam, quid dicant omnes? Patet aliter Ionam loquutum; aliter Niniuitis accidisse: Tuta est S. Thomæ animaduersio 1. part. quæst. 19. art. 7. & 2. 2. quæst. 171. artic. 6. ad 2. de Prophetia *ex præscientia*, quæ sola Dei operatione adimpletur: & vaticinio, *ex iudicio operum*. Quod consueuit mutari quoad verborum sonum, non iuxta intellecta, quemadmodum Ionæ contigit: verùm à præsenti inuolucro non liberat distinctio isthæc, quin hinc arma obicienti ministrantur; Quando igitur Deus per se ipsum, aut per Ecclesiam non reuelat nobis, quæ sit vera, & indubitabilis Prophetia, coniectatur Abulensis quæst. 7. in cap. 18. Deuteronomij, certam, exploratamque eius fidem haberi non posse; sed præsumptionibus vtendum: nempe, inprimis euentus rerum considerandi, quemadmodum idem facet Deuteronomij textus versu. 21. admonet: vitæ sanctitudo cogitanda: nam perseuerans donum vix vnquam repertum in mente criminosa: scopus vaticinationum maximè discutiendus, quid hortentur, quid suadeant; spectanda acriùs erga Maiores obedientia, erga omnes modestia, qua popularis auræ cupidine rapiatur; Sed de his ad amussim Gerson 1. parte, tractatu de distinctione verarum visionum à falsis, Cardinalis Turrecremata prologo ad reuelationes S. Birgittæ à cap. 1. frater Ioannes de Castaniza præfatione ad insinuationes diuinæ pietatis S. Gertrudis Monta opusculo 1. de incantationibus sect. 2. cap. 3. num. 35. Ludouicus velluga in vita duorum c. 15. primi præludij; ex nostris P. Christophorus de Castro Isagoga ad minores Prophetas, libro, 3. de Vaticinio, cap. 14. atque ex illo, P. Lorinus ad vers. 71. cap. 18. Deuteronomij, P. Ribera libro primo vitæ S. Theresiæ, cap. 2. breuiter, & perspicuè P. Gabriel Aluarez ad v. 5. c. 36. Isaiæ; qui num. 62. probè monet, diuinæ maiestatis, cuius vice loquuti Prophetæ, interesse, vt populi quoquo modo intelligant, vaticinia prophetalia, quæ absoluta videbãtur, conditionalia fuisse, ne imperceptа Dei voluntate, legatum illius tanquam vana garrientem, despectui habeant.

S. Thom.
Abulens.
Deut. 18.
Gerson.
Castro.
Lorin.
Ribera.
Aluarez.

Tantùm restat dicamus, cùm iuxta veriorem Interpretum speculationẽ prohibitum fuerit Hebræis thorus nuptialis quarumcunq; prauarum nationum, quippe timor idololatrandi ab omnibus, trahendiq; ad sectã impiam, quid supra hæc attulerint specialia præcepta pro Chananæorũ nuptiis; Respondeo, ex peculiari interdicto deriuari, plures, potioresq; causas desiderari, si Chananæa ducenda fuisset Hebræo, quàm si aliarũ Prouinciarum virgines, atque diutiùs instruẽdam, si Iudaïsmum amplecti cupiisset, Chananitidem. Ita Nicolaüs ad c. 5. lib. 3. Reg. Velut si dicamus, Hæreticorum omniũ detestanda cõnubia, societatem, alloquium; sed præ omnibus Caluini, pessimi vtpote rabulæ, asseclas vitandos: At difficilior hinc emergit quæstio: quamobrem præ cæteris gentibus solis Chananæorum incolis interclusum ostium, ne matrimonio iungantur Israëli? Nam certè, quanta esset Numinis indignatio aduersùs Amalecitas, indicat Exodi liber, cap. 17. vers. 14 & 16. *Delebo enim memoriam Amalec sub cælo, & bellum Domini erit contra Amalec à generatione in generationem* Et Deuteronom. cap. 25. vers. 17. *Memento, quæ fecerit tibi Amalec in via*, &c. Iam de duobus aliis populis eiusdẽ Deuteron. c. 23. v. 5.

9.
Cur specialis prohibitio aduersus nuptias cũ Chananæis? quidve obligarent
Lyran.
Exod. 17.
Deut. 25. & 23.

Ammonitas

Ammonitæ, & Moabites etiam post decimam generationem non intrabunt Ecclesiam Domini in æternum. Non facies cum eis pacem (vers. 6.) nec quæras eis bona cunctis diebus vitæ tuæ in sempiternum: Quin & Idumæi non minùs inhumani fuisse contra Iudæos leguntur Numerorum cap. 20. vers. 18. quàm fuerint Amalecitæ. de Ægypto, quantis malis oppresserit Abrahæ progeniem, otiosum est referre: harum igitur Gentium, quarum in Hebræos Vatinianum odium, quamobrē non interdictus Hymenęus sub iisdem sententiis, quibus vetitum Chananæorum coniugium? Dedi sub finem numeri primi aliquas causas: nunc addo ex S. Thoma 1.2.q.105. art 4.ad 6.& Abulensi quæst 4.in cap 3.lib.2. Regum; non Amalecitarum, Idumæorúmve, aut Moabitarum regiones promissas fuisse Iudæis, sed Chananæorum agros: cùm igitur distarent aliæ illæ nationes, Chananitæ autem intra eosdem terminos habitarent, erant instar proximæ occasionis, præsentisque Chananæi, cùm exteræ illæ gentes remotam solùm occasionem facerent; Numen igitur præcauere volens fidelis, & amati populi lapsum; à viciniori occasione maximè abstinendum præcipit: nam ab hac summum consueuit discrimen pullulare; Declaro isthæc. Deuteronomij cap. 20. bellorum leges præscribuntur: sed alia cum peregrinis nationibus, alia cum Chananæis obseruanda proferuntur: nempe, exteris pacem concedere licuit: contumaces autem delere visum, at seruatis mulieribus, atque infantibus: *De his autem ciuitatibus,* (inquit,) *quæ dabuntur tibi, nullum omninò permittes viuere: sed interficies in ore gladij Hethæum, videlicet, & Amorrhæū & Chananæum* &c. Quæ huius differentiæ ratio? *Ne fortè* (ait) *doceant vos facere cunctas abominationes, quas ipsi operati sunt Diis suis, & peccetis in Dominum Deum vestrum:* Sed nónne aliarū prouinciarum incolæ poterant scandalo, & ruinæ esse Hebræorum fidei? Poterant quidem: at erat occasio illa remota, hæc proxima; & ante oculos posita; Quid, quòd amor ille vanissimus, quem carnis illecebræ generant, ad præsentia tantùm attentus est: audi eius Mysten Propert. lib. 2. elegia 21.

Margin notes: Num. 20. — S. Thom. Abul. — Occasio in proximo nimium periculosa. — Deut. 20. — Propert.

Vnum erat auxilium, mutatis Cynthia terris:
Quantùm oculis, animo tam procul ibit amor.

Procul igitur locatos Ægyptios, Ammonitas, Idumæos facilè obliuisci poterant Hebræi: periculum impendebat à Chananæis, quoniam præ luminibus, & coràm habebant illos: quando itaque licuerint Hebræis iugales tædæ Chananæorum, coniuge præsertim ethnicâ Deorum inania portenta abhorrente, potuit Canticorum sponsus, etsi Hebræus domo, sanguine, religione, puellam ex Libani Chananæis vxorem ducere: quippe cùm virginis sola virtus insignis Principem ad has nuptias contra affinium, cognatorúmque vota adamantinâ quadam vi raptaret; persuasum habebat, eam fœminā, quæ ante agnitum plenè Deum verum talibus affulgebat ornamentis. fideliū. vt pene mores superaret, essétque Iudæis erubescentiæ Gentilis virginis modestia; hanc sanctis imbutam disciplinis, marito non offendiculum futuram, sed stimulum ingentem ad omnem penitùs honestatem, pietatémque.

. *Sherlogi Anteloq. in Cant.*

SECTIO II.

Statutis quæ obsistere valeant, refero & dissoluo: discussa ad longum verba ex Numerorum libro de Hebræorum coniugiis; obiter lux sententiæ Pauli epistolæ ad Hebræos: examinata Canonum synodi Trullanæ auctoritas,

CONFLICTUS igitur nobis primus à verbis Numerorum cap. 36. versu 7. *Omnes enim viri ducent vxores de tribu, & cognatione sua, & cuncta femina de eadem tribu maritos accipient, vt hereditas permaneat in familiis. nec sibi misceantur tribus; sed ita maneant, vt à Domino separata sunt:* His quidem sententiis P. Pineda lib. 7. de Salomone, cap. 4. P. Gaspar Sanchez ad cap. 3. lib. 3. Regum, Num. 4. existimant, vetitum Hebræis cum quaruncunque prouinciarum habitatoribus matrimonialia pacta firmare; siquidem nec licebat quosuis etiam Israëlitas ducere; sed eiusdem tribus circulis comprehensos: At dicturus sit Abulensis quæst 58. in cap. 6. Iosuè ad 1. argom quæst. quoque 10. in cap. 1 Matthæi, prohiberi sanè Hebræis coniugia alienarum tribuum: pagani autem & gentes omnes extra Palæstinam locatæ, quemadmodum nullius tribus sunt; ita nec alienæ; quare proposito edicto non contineri nationes ethnicas: Verùm hæ tantùm argutiæ sunt: nam ponamus deuolutam aliquando ad feminas possessionem, & bona auorum: nubant Ægyptio, aut Idumæo; iam illa hæreditas ad nullam tribum spectabit, ad nullum redeunte Iubilei sacro otio, remeabit: siquidem Idumæus, aut Ægypti incola nullius tribus est, quemadmodum proloquitur Abulensis: Quid hinc deriuetur? Equidem non ita manere tribus, *vt à Domino separata*, cùm quando à Domino facta est sortitio, illa agrorum pars ad aliquam spectaret tribum, nunc ad neminem ex tribubus referatur, quod legi à Moyse latæ nominato loco Numerorum planè contradicit: Patet igitur, non potuisse coniugia celebrari inter Gentiles, atque Hebræos; Quòd si affirmaturus sis; verum esse, donec Paganus quisque veteres detestaretur ritus prauæ religionis: his autem depositis, potuisse ad thalamos admitti, vti habet communis Auctorum existimatio, probántque diuersa exempla; Huiusmodi tamen suffugio aduersatur: quoniam ethnico etiam proselyto facto, adhuc eadem sequantur incommoda; etsi enim noua religionis intemeratæ professio, fideli illum populo aggreget spiritaliter, at Hebræum non constituit, neque ad tribum aliquam reducit; Hæreditas igitur ad eum deuoluta ad nullam tribum pertinebit, cùm ipse nullius tribus existat; igitur penes hæc æquales sunt Gentiles, atque proselyti: at hac causa prohibita cum Ethnicis coniugia monstrauimus, igitur & idipsum de conuersis ad Iudaismum, sentiendum fuerit.

Margin notes: 10. Quæ leges matrimoniorum apud Hebræos cōparatione tribuumue. — Pineda. Sānch. — Ex Num. c. 36. verba enucleata. — Abul.

Pronuncio tamen, illo Numerorum statuto non prohiberi vniuersim nuptias, aut cum aliena tribu. aut cum profanis nationibus; sed præcipi tantùm, ne feminæ, ad quas delata est hæreditas, alterum maritum ducant, quàm qui sit de tribu sua: Sic Eusebius Gallicanus, alijs Emisse- 11.

Margin notes: 11. Femina quibus hæreditas contingit sola prohibētur suam extra tribum nubere. — Euseb. Gall.

nus, homil. de Natiuitate MARIÆ: Ambrosius

Lorinus. Calsrius. Suarez. Tena. Azor. Perez.

lib. 3. Lucam: plures apud Lorinum, Castium, Suarez, Tenam statim citandis: Azor lib. 6 cap. ta. Antonius Perezius de authentica Euangelistarum fide, controuersia 1. cap. a 3. num. 171 hunc esse finem mandati constat; quoniam plura referuntur exempla ex Scripturis eorum, qui aut alterius tribus vxores acceperunt, aut nullius, quòd ethnicas, & peregrinas ducerent; Lege

Abulens. Maldon. Serar.

Abulensem quæstione 8. ad cap. 36. Numerorum: Lorinum ad idem caput, versu 7. Maldonatum ad cap. 1. Matthæi, vers. 16 Serarium quæst. 3. in cap. 21. Iudicum: probant optimè, absque piaculo vllo vtrunque sæpè perpetratum: Causa potissima est: id namque

Regula: Apud Hebræos soboles paternam lineã sequitur.

Legislatorem præcipuè mouit, ne tribuum possessiones confunderentur: at non est necesse, horum saluandorum gratia excludi omnes personas; Ostendo istud: nam, si hæreditas penes viros est, quamcunque ducant feminam, semper intra eandem tribum hæredum iure acquisita perseuerant, quoniam apud Hebræos imprimis soboles paternam lineam sequitur: notat

Abulens. Iansen. Suarez. Tena Iustinian. Ribera. *Regula: Feminarũ genealogias non contexũt Hebræi.* Lorin. Castro.

Abulensis quæst. 58. in cap. 6. Iosuë; Iansenius concord cap 6. Suarez tom. 2. in tertiam partem, disput. a. sect 3. §. *Secundo dicitur* &c. Tena ad vers. 14. cap. 7 Epistolæ ad Hebræos, difficultate 6. sect. 3. Iustinianus, & Ribera ad eundem versum; Atque in huius stabilimen vocant Hebræorum vsum de non computandis feminarum genealogiis, de quo passim multi ad cap. primum Matthæi: Lorinus ad cap. vltimi Numerorum versum 7. Christophorus de Castro tractatu de Deipara, capit. 1 Patris igitur cùm nomenclaturam sequatur hæres, nihil refert, cuius originis fuerit genitrix: De mulieribus autem sermo vt instituatur; ex his quædam sunt, quibus obuenit aliquando vetus possessio auorum masculinæ propaginis defectu: hæ quidem, si extra tribum suam maritos accipiant, cùm paterna appellatio regnet in filiis, confunderetur vxoris patrimonium cum sponsi fundis, nam ad gnatum ex ambobus ortum vtraque confluet possessio, sed solo genitoris titulo retento; proinde quæ pars erat agrorum ad Ephraïm pertinentium, & eam attulit coniux, deinceps Zabulon substantia appellabitur, quia maritus ita vocabatur; in cæteris autem mulieribus horum quidpiam accidere necesse non est, cùm ipsæ heredes non fuerint, vt supponimus: Concludo igitur, Numerorum Canonem de more, circumstantiisque nuptiarum apud Hebræos, de viris nullo pacto intelligendum; quoniam quacunque ab his ducta virgine, siue extera, siue domestica, nihil aduersùs decreti scopum sequebatur: non enim confundebantur possessiones; femineum verò non omnem sexum complexum fuisse, sed eum, quem hæredem esse contigerat: Sponsa autem Canticorum, cùm de Hebræorum semine non fuisset, hæres esse non poterat; atque vt esse potuerit in posterum aliqua via, duxit tamen eam sponsus carentem impedimentis omnibus, tum quando coniuncti sunt.

12. Abulens.

Occurrer Abolensis ad cap. postremom Numerorum, asserétque, difficile esse hoc interpretamenti genus: quippe Anna, verbi caosa, ex tribu Ephraïm nupsit Sadoc ex tribu Zabulon, sanè absqoe culpa, nam erat minima natu inter multiplicem sobolem; ad hæreditatem resumotissimus ille titulus, cùm tot interponerentur vtriusque sexus: at, vt varij sunt humani euentus, ante tempus, & sub ipso ætatis vigore fato succubuère vniuersi; Quis tum auiti iugeris hæres? Certè Anna: At confundi possessiones necesse, cùm alterius tribus maritum habeat, cuius nomen filius sustineat; ergo à duobus alterutrum asserendum, vel quidem Numerorum verbis comprehendi feminas omnes; vel expectandum toto vitæ spatio Hebrææ virgini, an fortè casu aliquo cuncti pereant, & nullo superstite, ipsa hæres scribatur; quid autem tam insolens ac postremum istud, præsertim apud populum illum cuius deliciæ, gloria omnis in matrimoniis? nondum enim beata castitatis virtus dominari cœperat; Respondeo, legem prohibere eorum connubia, quæ in spe proxima sunt capiendæ hæreditatis, non quas alit spes remota, & de longinquo tantùm prospectans; nam, quòd multi

Femina cum hæreditate aliquãdo nubere valebat cum externæ tribus viro. Abulens.

pereant fratres, & præter opinionem nouissimus fiat primus, rarò id contingit legislator autem non ad insolitos fertur euentus, sed quotidianis præcauet; ac quidem quamuis existimat Tostatus de omni femina Hebræa construendos Numerorum citatos versus; ait tamen quosdam casus pati exceptionem quæst. 8. in cap 36. Numerorum, vt si Dynastæ cuipiam ducenda sit vxor; & Serarius quæst. 3. in cap. 21. Iudicum, posse accidere, inquit sine scelere aliquo, diuersæ tribus maritum accipiat etiam puella, quæ antecessorum hæres relicta fuerit. Serar.

At, si constans sit intercludi damnum omne, modò virgines, & ad quas temporum decursu deuecta est hæreditas, non alios sponsos appetant, quàm eiusdem tribus homines; sufficiebat igitur legum conditori mulieribus interdixisse connubia dicenti, *Et cuncta femina de eadem tribu maritos accipiant*; Superflua ergo erit altera decreti pars, quæ viros perstringit; *Omnes viri ducent vxores de tribu, & cognatione sua*: Re- 13.

Regula Eiusdem sentẽtiæ geminatio, & quare

spondeo, haud rarò in Scripturis duas sententias coniungi eiusdem omninò significationis, aut elegantiarum causa aut exaggerationis, vel energiæ, maiorisve firmitatis gratia, vt loquitur ipse sacer Textus Genes. capite 41. versu 31. *Quòd autem vidisti secundò ad eandem rem pertinens somnium, firmitatis indicium est*: Exempla omnium suppeditabunt multa Marinos hypotyposeon libro 5. caput 7. sub initiis; P. Salmeron tom. 1. prolegom. 10. quinquagena 2. canone 23. nonnihilque Galatza euangelicarum institutionum lib. 2 cap. 5. & 6. P. Cornelius regulis ad Prophetas maiores, canone 25. P. Sanctius ad vers. 1. cap. 2. Ioëlis; P. Pererius disput. a. in cap. 41. Genesis: Ribera Sophoniæ cap. 1. numero 15. Igitur, vt concedamus, id ipsum indicari duabus illis sententiis, nihil alienum à sacri vsu sermonis asseremus; Puto nihilominùs, peculiare quidpiam denotari; equidem si præcepti vis solas feminas complecteretur, sanè viris nullo Sacramento compulsis, fieri poterat, vt nullus de eadem tribu vir, puellam quæ maritum ambiret, vxorem ducere vellet: ac quanquam difficilis foret huiusmodi casus, præsertim cùm non vacuæ accederent virgines, sed cum hæreditate, & bonis paternis; formam autem, & genus Regina pecunia præstet: attamen, ne contingeret, & feminæ à viris despectæ tabescerent dolore, duo præcepta dedit Legislator; alterum negatiuum, muliebrem sexum

Marinos. Salmeron Galatza. Cornelius. Sanchez. Pereira Ribera.

conuoluens

contioluens : alterum positiuum comparatione virorum, Poterant quidem propinquitatis iure alijs intra eandem cognationem cedere, quemadmodum docemur Ruth cap. 4. versu 7. quanquàm pudori habetur, vt Deuteronomij cap. 25. vers 9. insinuat; at non potuisse vniuersos mares eiusdem tribus subducere se à nuptiis, cauetur prolatis Numerorum clausulis.

Ruth 4. Deut. 25.

14. Asseras, Paulum ad Hebræos scribentem cap. 7. vers. 14. definire; *Manifestum esse, quòd ex Iuda ortus sit Dominus noster, in qua tribu nihil de Sacerdotibus Moyses locutus est :* At, si aliquo modo fieri possit, vt diuersarum tribuum mortales coniugia inire queant, nullum superest euidens, manifestumque argumentum, Christum ex regia tribu genitum fuisse : nam, vt concedamus, probari clarè Iosephum Dauide satum esse, sed de Virginis tribu dubitatur, quoniam nullum est certum testimonium probans sponsos ex eadem tribu esse oportere; at Christi verus parens non fuit Iosephus, sed MARIA, sequitur itaque, modò certum argumentum, Christi ortum ex Dauidico stemmate probans, habere cupiamus, vt affirmemus nullis casibus licuisse tribus per matrimonia commisceri; Respondeo, probationem deriuatam ex Seruatoris genealogia, quantùm ad connubia Hebræorum attinet, firmam, & indubitatam fidem non præstare, vti optimè aduertit Abulensis in cap. 1. Matthæi, quæst. 28. Nam certè oportebat strictiùs multò obseruari Canones positos de non ineundis nuptiis cum sponsa, aut marito ethnico; quippe ab his, quemadmodum vbique proclamant Scripturæ, creabatur animabus ingens discrimen; cùm humana tantùm incommoda traherentur ex tribuum alternis matrimoniis, nempe, confundi exigua quædam agrorum spatia, Sed quis inficias ierit, nunquam permissum Hymenæum cum pagania? quod tamen si dixissent omnes, pro altero hoc pronunciato numeraremus non mediocres, nec exiguos testes, subseruiretque ratio aperta, quid enim prohibet licere tribuum coniunctionem per maritales nexus quamuis ethnicorum connubia interdicta fuissent? Paulus tamen, manifestum esse asserit, IESVM ex Iudæ nepotibus esse; quoniam sanè palàm hoc constabat Iudæis illorum temporum, vti obseruarunt Paulini Interpretes ad verba præfata, Cornelius atque Tena difficultate 6. sect. 3. Maldonatus ad cap. 1. Matthæi, numero 16. P. Suarez tom. 2. in tertiam partem, disput. 2. sect. 3 §. *Responsio communis*, &c. Ratio istorum? aut quod Breuiculi generationum in templo asseruarentur, vt primus Esdræ liber, cap. 2, secundúsque liber, cap. 7. indicat, & prosequitur multis Abulensis quæst, 26. in cap. 1. Matthæi, quibus cuiusque lineæ facilè paterent; aut fortasse, quoniam Herodes metu noui Regis, quem natum intra Palæstinam à Chaldæis inaudierat; ipsive posteà Iudæi rumore sparso hunc esse Messiam, diligentiùs quæsierint de auorum serie, apertúmque ex hac inuestigatione fuisset, Iuda, atque Dauide satum: aut demum quoniam Paulus scribebat ad Hebræos recens conuersos, vt probat Tena præludio 4. in Epistolam illam, sectione 5. Hi autem ex Apostolorum doctrina, aut dono ipsis concesso intelligendarum Scripturarum, cognouerant dilucidè Dei Filium ex Iudæ, atque Dauidis posteritate in lucem prodiisse : atque sanè

Num Christi genealogia probet eum ex tribu regia Dauidica ortum?

Abulens.

Iudæis palàm constabat, Christum ex Iudæ stirpe esse.
Cornelius.
Maldon.
Tena.
Suarez.
Tabulæ genealogiarum in templo seruatæ.
1. Esdr. 2
2. Esdr. 7
Abulens.

Christi generatio scribebatur pro ratione conuersis ex Iudaismo.
Tena.

hac etiam via syllabus parentum à Matthæo concatenatus validam probationem fecerit; nempe, scribebat Euangelista in gratiam eius portionis suorum contribulium, quæ Christo adhæsit, probat ex veterum relatione Antonius Perez volumine de authentica quatuor Euangelistarum fide, controuersia 1. capit. 13. Abulensis nominata quæstione 28. in primum Matthæi caput; His igitur cùm satis perspecta fuisset Virginis, quæ Deum genuit, admiranda sanctitas, scirent quoque Iosephum insigniter probum fuisse; inferebant, dubio omni semoto, legem Numerorum cap. 36. pro connubiali vinculo positam, ab eis perfectissimè obseruatam; at eius decreti exacta forma postulabat maritandos non tantùm ex eadem esse tribu, sed eiusdem pariter familiæ; nam & Hebræa versio, & Septuaginta Seniorum translatio id prædicant : ex Hebræo enim ita construit Maldonatus ad cap. primum Matthæi, numero 16. §. *Itaque restat*, &c. *Omnis filia hæres hæreditatis ex tribubus Israel, vni ex familia tribus patris sui, erit in vxorem, vt possideant filij Israel vnusquisque hæreditatem patrum suorum*; Septuaginta consonant : *Et non circumducetur hæreditas filiis Israel a tribu in tribum : quoniam vnusquisque in hæreditate tribus familiæ suæ coniungetur filius Israel*; Legis quoque finis monet : quippe terrarum iugera non solùm inter tribus diuisa, sed inter familias etiam, vt insinuat Iosuë cap. 21. atque petebat ordinaria sortitionis methodus; præcaueri ergo necesse erat, non tam confusionem inter tribuum possessiones, sed etiam inter familiarum terminos; Cùm igitur colligerent ex Matthæi Euangelio, Iosephum de domo Dauidica fuisse, inferebant clarè nupsisse MARIAM viro suæ familiæ; ac proinde, & ipsam, & sobolem ex ea procreatam, Iudam, Dauidémque atauos habere; atque equidem semel definito, Virginem perfectissimo more legis decreta coluisse, firmissimum erat hoc argumentum, quamuis prætereamus eam paternarum facultatum hæredem non fuisse scriptam; quoniam eiusmodi etiam feminæ secundùm legem potiùs fecissent, si cum eadem tribu, cum eiusdem familiæ viris matrimonio iungerentur, at super hæc Dei Mater hæres extitit domestici patrimonij, quod genus fœminarum lex extra quæstionem comprehendebat; Porrò mobilem, immobilémque parentum substantiam ad Virginem Ioachimi, atque Annæ vnicam, beatámque prolem, delatam, ex priscorum testimoniis euincunt Christophorus de Castro tractatu de Deipara Maria, cap. 1. Antonius Perez allegato tractatu, controuersia 1. cap 23. numero 172. P. Vincentius Regius euangelicarum dilucidationum lib. 1. cap. 2. theoria 12. docent Iansenius Concordiæ cap. 6. P. Suarez tom. 2. in 3. part. disputatione 2. sectione 3 § *Responsio communis*, &c. Atque in his quidem paululùm euagati sumus, quo plenè satisfaceremus nodo, quem Numerorum sacer peperit Textus.

Perez.

Abulens.

Num. 36.

Maldon. Matth. 1.

Septuag.

Terra Chanaam diuisa inter familias eiusdē tribus.
Iosuë 21.

Deipara hæres paternorū omnium bonorum.

Castro.
Perez.
Vinc. Reg.
Iansenius.
Suarez.

15. Sed veniamus ad sextæ Synodi suppositiuos Canones, quos Trullanos dicunt : *Non licere* (asserit) *virum Orthodoxum cum muliere hæretica, neque Orthodoxam cum viro hæretico copulari; sed, si quid eiusmodi ab vllo ex omnibus factum apparuerit, irritas nuptias existimari, & nefarium coniugium dissolui :* Sanè, quando communis Theologorum,

Trullani Conciliabuli Canon perpēsus.

gorum, atque iure-peritorum iudicio admissum sit, vt peccet quidem Catholicus, si Hæreticorum matrimonijs consentiat nisi apud certas prouincias, in quibus vsus contrarium obtinuit; tamen cùm validum esse coniugium docent apud Thomam Sanchez lib. 7. de Matrimonio, disput.

Sanchez
Basil. Leg.

72. numero 3. Basilium Poncium Appendice de Matrimonio Catholici cum Hæretico, cap. 1. num. 2. alium esse Canonis Trullani sensum existimauère apud eundem numero 9. Couarruuias, & noster Reginaldus; ille tom. 2. in epitome, parte 2. cap. 6. §. 11. num. 4. hic lib. 31. cap. 23. nempe, Hæretici nomen translatè vsurpandum pro infideli; quod tum ex Paulo, tum ex Concilij cæteris verbis, eorúmque cohærentia deducunt: Igitur Synodi si constare velimus sententiam, oportet intelligamus, nuptias inter fideles, infidelésque semper cassas, atque inualidas extitisse; Confirmo hoc: nam Esdræ lib. 1. cap. 9. & 10. atque Nehemiæ 2. cap. 13. cùm multa pars fidelium Hebræorum vxores ex paganismo duxissent, separantur Ethnicæ & infideles sponsæ à fidelibus maritis; Quòd si equidem connubia valida fuissent, nequaquam in sempiternum à sponso diuelli poterat coniux infidelis: signum igitur est, eiusmodi connubia irrita ab initio fuisse; Præstat sanè resolutionem à posteriori hoc inchoare, quoniam de Trullanis statutis longior erit dissertatio; Sotus in 4. distinct. 39. quæst. vnica, artic. 2. §. *Dubium tamen est*, &c Augustinum sequutus tom. 6. lib. 1. de adulterinis coniugiis ad Pollentium, cap. 18. affirmat dimissos Dei imperio propter idololatriam: Puto ego maritos, Nehemiæ oratione permotos, repudij libellum dedisse vxoribus, quo dato certè licebat nouam ducere coniugem, vt pronunciat Azor Institutionum moralium lib. 6. c. 13. quæsito 3. Basilius Legionensis cum aliis lib. 7. de Matrimonio, cap. 50. num. 1. Itaque coniugatorum separatio apud Hebræos inter eos contingere poterat, qui non tantùm validè, sed etiam licitè, & absque scelere contraxerant, causa in posterum data repudiis sufficienti.

Couarr.
Rhegin.
Matrimonium Catholici cū Hæretico validum.

1. Esdræ 9. & 10
2. Esdræ. 13.

Hebræi poterant separari ab vxoribus, & nouas ducere.

Sotus.

Azor.
Basil. Leg.

16. Iam largiamur, Trullani Conuentus definitionem intelligendam, non de Hæretico; sed de infideli, qui nunquam baptizatus fuerat, (quam tamen violentam, & impropriam explanationem existimat Thomas noster libr. 7. de matrim. disp. 72. num. 1.) quis non facilè animaduertat, haud meminisse Patres illos veterum Mosaicorum decretorum, aut respexisse ad tempora Euangelio anteriora? Quibus sanè ætatibus iure naturæ inualida fuisse eiuscemodi coniugia difficillimum erit comprobare: ostendunt Sanctius allegato libro, disp. 71. numero 7. Bellarminus tom. 2. lib. 1. de Matrimonio, cap. 23. proposit. 2. Basilius Poncius volumine de Matrimonio, lib. 7. cap. 41. numero 1. Sed, nec posse ex veteri depromi testimonia Instrumento, idem optimè notauit; vnicum quippe Esdræ factum quo solo vtuntur subsidio contrariæ factionis Scriptores, fragili adiumento esse & ipse ostendit, & nos commonstrauimus numero præcedenti: igitur nuptiæ illæ, neque ex naturæ, neque ex diuino iure cassæ fuère: quamuis ablatis certis conditionibus, illicitæ haberentur; at post legem nouam cœpere irrita esse matrimonia isthæc; sed non nisi à quadrigentis annis, vt opinabatur Bellarminus vbi suprà, 3. Propositione; & quidem ex consuetudine vim Canonis sortiente: sed Basilius Legionensis indicato loco, num. 5. longiores annos tribuit, atque adeò à primi œcumenici Concilij Nicæni ætate; Thomas Sanctius disp. 71. num. 8. ad Apostolorum sæcula transfert: quibus suppositis, affirmandum, Trullanos Antistites ad præcedentia tempora respexisse, quibus vel floruère Christi discentes, aut Nicænum primum Concilium celebratum sit; Sed illi, quibus credere asperum est, *Hæretici* vocabulo intelligēdum *infidelem*; atque hoc non intellecto, difficiliùs multò opinantur admisisse irrita aliquando existimasse Catholicorum cum hæresi infectis coniugia; Trullana decreta tanquam spuria Græcorum Schismaticis tantùm colenda relinquunt; quare manifestè pronunciant, à sexta Synodo nullos editos Canones; sed ad Christi annum 692. quarto Pontificatus Sergij, cùm iam octo regnasset annis Iustinianus Imperator conuocatos Episcoporum quosdam Constantinopolitano palatio, cui *Trullum* nomen, absque Romanæ Sedis consensu edidisse copiosam Decretorum summam, nempe tres supra vel, vt alij memorant quinque centum Canones, quos neque Sergius, neque subsequuti Pastores voluerint approbare; quamobrem erraticam Synodum, & Romanæ auctoritatis, atque gloriæ acerbissimam mastygem grauissimi, & veteres, & noui Scriptores dicere non sunt veriti.

Sanch.

Fidelis cum infideli à quo tempore irrita reddita matrimonia?

Bellarm.
Basil Leg.

Trullani Canones non sūt sexta Synodi.

Atque equidem definitionibus illis vniuersis patrocinium quærere, nemo arbitror Orthodoxorum conatus est; Cæterùm vix adhuc elapso biennio, cùm Bullæ Cruciatæ pergeret expositionem declarare Theologicæ Facultatis Princeps, Antecessor Magister Basilius Legionensis in publica huius Salmanticensis scholæ exedra, apud frequentē auditorem, dictauit sanè Commentationum suarum cap. 4. num. 12. Canones Trullani Conciliabuli, exceptis duobus, altero de continentia Clericorū, alio de Primatu Sedis Constantinopolitanæ, cæteros cunctos receptos fuisse, & illis gubernatam Ecclesiam Orientis; Sed, cùm eo tempore acriùs inueheretur in recens emissam opinionem P. Stephani Fagundez ex nostris, quam ille scripsit de lacticiniis, & ouorum esu, spectata solius communis iuris prohibitione lib. 1. de quarto Ecclesiæ præcepto, cap. 5. num. 12. periculosam, si Deo placet sententiam proclamauit, quoniam aduersaretur Canoni ex Trullanis sexto, & quinquagesimo. Sed cogitationi Fagundez quanti subscripsère ex flore doctrinarum Salmanticæ, apud Eboram, & Conimbricenses? Denique & verendum fidei Tribunal post grauissimum examen, approbauit cumulate: cæterùm vehementer edoceri cuperemus, quibus fundamentis nixus tàm sapiens vir tantam auctoritatem conciliare erraticæ Synodo æquum, iustúmque duxerit; vt, quæ ab huius institutis diuertisset opinio, meritò à Catholicis viris periculosa censenda esset; Et fortasse poterat quidpiam peregrinum depromere, & præter inuenta hactenus: nam ferebatur in Conciliorum studiis multùm operis, & diligentiæ posuisse: at, quoniam infecto hoc labore, ad meliora nuper vocatus est, experiamur, quid his, quæ nobis manserunt, monumentis sparsa reliquerit: Dicit sanè Appendice sæpiùs memorata de Matrimonio Catholici cum Hæretico, cap. 1. num. 7. *Apud Græcorum Ecclesias vim legis obtinuisse, & diu seruatos*; Producit testes Photij Nomocanonem

17.

Basilij Legionensis in approbandis Trullani obsoletus Decretis opinio excussa:

Fagund.

Basil. Leg.
Photius.
Balsam.

nem, & Balsamonis Theodori in eosdem Commentarium: & paria ferè tradiderat lib. 7. de Matrimonio, cap. 47. numero 11. Verùm, quanti hi testes? Nam de Photio ecclesiasticorum Analium conditor tomo 10. anno reparationis humanæ 861. scelestissimum, & immanissimum Ecclesiæ persecutorem extitisse prædicat: atque idem Baronius tom. 8. anno Christi 692. Theodorum Schismaticorum Patronum pingit, à suis etiam Græcis notatum mendacem, perfidum, dicacem: & de vtroque Possevinus eundem. Iam qualis Ecclesia Græcanica tantorum Canonum sedula obseruatrix? Certè Nicolai Papæ verba sunt illa epistola ad Gallicanos Episcopos, quam Cæsar Cardinalis transcribit tom. 10. ad annum incarnati Dei 867 *Nunquid nos Heretici aliquando fuimus? Nam, licèt nos peccatores quidem esse non denegemus, quorumlibet tamen errorum face pollutos, Deo gratias, minimè recognoscimus, quemadmodum illi, qui nunquam sine schismate, nunquam prorsus ab errore reperiantur extranei:* Et quidem ab his Pseudosynodi temporibus grauiora schismata oppressêre: quemadmodum ab eodem animaduersum allegato tomo 8. anno quoque 692: Sed nec in Oriente nisi à paucis admissos eos Canones cogitauit disertè ibidem Baronius: quippe auctore Anastasio Bibliothecario epistola nuncupatoria ante 7 Synodum: *Nec* (inquit) *in caeterarum Patriarchalium Sedium, licèt Græca vtantur lingua, reperiuntur archiuis; nimirum, quia nulla earum, cum ederentur, aut promulgans, aut consentiens, aut saltem præsens inuenta est:* Attamen ex eodem Anastasio, eadémque præfatione bellum nobis indicit nominatus Magister; probatos namque ab Ecclesia maxima ex parte his Anastasij conatur ostendere verbis: *Ergo regulas, quas Græci in sexta Synodo perhibent editas, ita in hac 7. Synodo principalis Sedes admittit, vt nullatenus ex illis illa recipiantur, quæ prioribus Canonibus, vel Decretis Sanctorum Sedis huius Pontificum, aut certè bonis moribus inueniantur aduersa:* Sed Cardinalis Baronius relato tomo octauo, anno Sergij Papæ 4. postquàm sufficienter probauit, à nemine Romanorum Antistitum vnquam confirmatas Trullanas regulas; occurrit ingeniosè, Anastasium significare solum, quæ vera sunt inter illos Canones, locum habere apud septimam Synodum, ideò solùm quoniam veritas quæuis ab omni legitimo Concilio admittitur; at synodicam auctoritatem habere aliud est, atque verum vtcunque esse; adiungítque aliquando pugnatum contra Græcos à Romano Præsule per horum Canonum quempiam, non quoniam putarent comparatione omnium pondus habere; sed, quia Græci, aduersùs quos dimicabatur, admittebant, suísque iugulandi essent armis, vti Paulus nonnunquam de Gentilium Poëtarum penu Hemistichium producebat, ethnicis persuadere volens; sic etiam noster Coninckus de Sacramento Ordinis, disp. 20. dubio 9. num. 89. Itaque sacra Concilia nunquam, quod verum est, ad bonósque mores facit, respuunt: sed non his omnibus certam, infallibilémque auctoritatem per definitionem tribuunt.

Photius Ecclesiæ immanissimus hostis.

Baron.

Theodorus Balsamon Schismaticorum Patronus.

Possevin.

Ecclesia Græcanica erroribus fœdata.

Nic. Papa.

Trullani Canones nec etiã ab orientali Ecclesia admissi.

Anast. Bibl.

Non omnia, quæ Concilia vt vera admittunt, synodica auctoritate stabiliunt.

Baron.

Coninck.

18. Anastasij tamen iisdem sententiis vtemur contra præfatum scriptorem; asserit quippe nullatenus recipienda, vel quæ prioribus Canonibus, vel quæ Romanorum Decretis Pontificum, vel quæ bonis moribus obuersentur: quæ si comperta sunt, vt esse debeant apud omnes sanæ mentis, cum his quo pacto maritabimus, quæ ipsemet docuerit? nempe, exceptis duabus regulis de Clericorum continentia, & Constantinopolitano primatu, cæteras receptas esse? At expungendum esse Canonem 55. de Sabbatorum ieiuniis, quod Romanæ Ecclesiæ leges præscribere auderet procaciter ipse probè aduertit Appendicis sæpè repetitæ cap. 1. num. 4. delendos quoque esse, ob causas ab Anastasio positas, plures alios Canones euincit singulari eloquentia Baronius tomo 8. anno à natiuitate Seruatoris 692. Canus. lib. 5. de locis, cap. vltimo, §. *Quarto loco.* Dominicus Bañez Commentario scholastico breuiori in 2. 2. quæst 1. art. 10. dubitatione 5. Franciscus Iouerius in Sanctionibus ecclesiasticis, velitatione de Canonibus sextæ Synodi: Prologus ad Canones sextæ Synodo attributos, tom. 3. Conciliorum, quæ prodierunt ex Vaticano prælo iussu Pauli V. ex nostris P. Franciscus Torrensis libro de sexta, septima, & octaua Synodo: P. Azor tom. 2. lib. 5. cap. 16. At, cùm Basilius præter duos, admissos asserat reliquos, vnum & centum Canones; lubet interrogare, à quibus tandem? Græcisne, an Latinis? Græcos esse noluit; tum, quia & hi aliàs illas erroris regulas amplexati; tum, quia ab eorum factis pro Latinorum moribus apta argumentatio non conficitur: Latinus igitur recepisse significauerit: Sed quibus hoc Auctoribus dicat, qua veteris Historiæ probatione, quàm multa & efficaci ratione tot in diuersum vrgentibus? Pro nobis autem quotæ legiones, quantus veterum, & nouorum sæculorum consensus? Atque hi quidem Trullanam congregationem erraticam, & falsam Synodum nominant, aut in Romanæ & Apostolicæ Sedis odium, & apertam inuidiam conspirasse affirmant, regulas autem flocci pendunt: Hæc asserunt apud Baronium, alióśque, Beda de sex ætatibus mundi in Iustiniano minore; Paulus Diaconus de gestis Longobard. lib. 6. cap. 11. Anastasius Bibliothecarius præfatione ad 7. Synodum: Ado Viennensis, & Marianus Scotus in Chronicis; qui & addit, puduisse Græcos Historicos mentionem facere horum Decretorum, Cedrenum, Zonaram, Constantinum, Glycam, & alios: Bellarminus tom. 1. lib. 1. de Conciliis, & Ecclesia, cap. 6. refert prætereà Othonem Frigensem lib. 1. cap. 13. Rhegionem lib. 1. Canus citat Theophanis Græci Historiam, & Humbertum Syluæ candidæ Episcopum, Apocrisarium Leonis IX. atque hæc est veteranorum cohors; ex iunioribus dedimus hunc, quem iam nominauimus Canum, Baronium, Iouerium, Bañez, Turrianum, Azor, Bellarminum, qui eadem inculcat lib. 2 de Romano Pontifice. cap. 18. adstruunt Platina in vita Sergij, Surius tertio Conciliorum tomo ad sextam Synodum: ad eandem Seuerinus Binnius tertij tomi parte 2. Iacobus Septimacensis de Catholicis Institutionibus, titulo 40. numero 38. Thomas Bozius de signis Ecclesiæ, tom. 1. lib. 11. signo 48. Dominicus Sotus de iustitia, & iure, lib. 7. quæst. 6. artic. 2. §. *Quo ergo Hac,* &c. P. Valentia tom. 4. disp. 9. quæst. 5. punct. 5. §. 2. ad 6. argum. P. Thomas Sanchez tom. 2. de Matrimonio, lib 7 disp. 28. num. 7. Pater Gretserus tom. 1. defensionis Bellarmini, cap. 1. lib. 1. p. 89. P. Serarius tom. 2. Opusculorum, tractatu de coniugio Catholicorũ cum Hæreticis § 4. P. Gordonus ad annum Christi 692. P. Gaulterius ad finẽ sexti sæculi P. Petauius

Ex Synodo Trullana detracti multo expungendi Canones.

Baron. Canus. Bañez. Iouer. Prol. Conc. Turrian. Azor. Beda. Paul. Diac. Anast. Bibl. Ado Vien. Scotus. Bellarm. Otho. Frig. Rhegio. Canus. Theophan. Platina. Surius. Binnius. Simanc. Bozius. Sotus. Valent. Sanch. Gretser. Serar. Gordon. Gaulterius

Conincx. Rebell. Hurtado. Reginald Salmeron. Lorin. Mendoça. Ochagauia. Arcudius.

in Rationario temporum lib,9. cap.3. P. Coninckus de Sacramento Ordinis, disp.20. dubio 9. num. 89. P. Rebellus lib. 3. de obligatione iustitiæ, & iuris, sect. 4. quæst. 9. P Gaspar. Hurtado disp. 24, de Matrim. difficult. 2.num.5 P. Reginald. Praxis pœnitentialis lib. 31. cap. 21. num. 169. P. Salmeron tom. 12. in Acta apostolica, tractat. 23. §. *Deinde, si obijcias*. P. Lorinus ad vers. 3. cap. 7. Deuteronomij: Ferdinandus de Mendoça lib 2 de confirmando Concilio Illiberitano ad Canonem 26.c.51.Petrus de Ochagauia tract. 3. de Matrimonio, quæst. 51. num. 12. Petrus Arcudius Corcyreus eleganter, & neruosè contra Græcos, tomo de Concordia Orientalis, & Occidentalis Ecclesiæ in Sacramentorum administratione, lib. 7 de Matrimonio, cap. 34.35. & 36. Constat igitur infirmam, atque indoctam argumentatioois formam esse, quæ Trullani Conciliabuli decretis munitur.

SECTIO III.

Quos Interlocutores Canticorum Scriptor in scenam mittat? quos iuxta historialem sensum; quos iuxta mysticum? Viri an seorsim, an pariter cũ mulieribus canerẽt? quid de Orthodoxæ Hymnodiæ vsu? ex Zacharia, Regum 2. Iudicum libro, & Psal. 67.

Quatuor personarum genera Salomonis introducta dramati.

19 QVALES diuinæ huius fabulæ Actores, quæ dialogizantis Epithalamij personæ, cæteris excelsior Interpres Adamantius declarauit prologo quatuor homiliarum, atque etiamnum distinctius gennino Opere suo, priori, videlicet, homilia ex duabus per Hieronymum Latino charactere donatis; *Quatuor mihi* (ait) *in his videor inuenisse personas, virum, & sponsam; cum sponsa adolescentulas; cum sponso sodalium greges: alia dicuntur à sponsa; alia à sponso; nonnulla à iuuenculis; quædam à sodalibus sponsi; congruum quippe est, vt in nuptiis adolescentularum sit multitudo cum sponsa, iuuenum turba cum sponso*, Origeni totus Explanatorum chorus accinit: sed expressiùs, & penè ipsius verbis Glossæ vulgatæ collector, Richardus Victorinus, Hugo Catensis prologis in Cantica: Aptè illud animaduersum, nouam nuptam comitari virgines, spõsum viros associari; Tale quidpiam notatum à Papinio in funere Archemori pueri; nam de eius genitoribus loquens, lib.6. Theb. ait:

Origen. Glossa. Richar. Vict. Hugo Card.

Sponsum viri comitantur, sponsam feminæ.

Statius.

——cinxêre Lycurgum
Lernai proceres, genitricem mollior ambit
Turba.

Chori duo canentium apud veteres alter feminarũ, alter virorum Philo.

Sic & deturbato in profundum Pharaone Hebræorum victorialis exercitus in tormas distributus: *Diuisa* (ait Philo de vita Moysis) *omni gente in duos choros, alterum virorum, & alterum mulierum; Moyses viris carmen præiuit, sororem autem dedit præcentricem feminis; vt illud in parentem omnium conditorẽ Deum alternis canerent versibus, non discrepante à moribus carmine, dum certatim canunt suis vicibus, & carmen miscetur ex sonis acutis, atque grauibus; virorum enim voces graues sunt, acutæ mulierum, vnde temperamentum sit commensurata, suauitèrque coptata melodia*, His addit Comestor cap. 41. in Exodum, nescio, ex quibus fontibus hauserit: *Moratus est* (inquit) *Israel iuxta littus maris septem diebus, & cum tympanis, & musicis instrumentis veniebat ad littus, & cantabat Domino Canticum Moysi; viri seorsum, & mulieres seorsum; in cuius rei memoriam septem Paschalibus diebus cantando redimus ad fontes.* Quod & in luctunsis quoque obseruatum, vt diuulsæ à virorum comitatu plangerent feminæ, quem in morem Theodoretus, atque Lyra Zachariam interpretantur cap. 12. versu 12. *Et planget terra; familiæ, & familiæ seorsum: familia domus Dauid seorsum, & mulieres eorum seorsum: familia domus Nathan seorsum, & mulieres eorum seorsum*; Quamobrem Musica Hebræorum non solu virorum modulata gutture, sed feminarum quoque dulciori cantu constasse videatur; proptereà apud Nehemiam lib. 1. cap. 2. vers. 65. æquè recensentur cantatrices cum cantoribus; Salomon quoque cap.2. Ecclesiastis, vers 8. inter delicias suas numerat vtrosque: quo voluptatis genere neque iustos David caruit, nam eo inuitante senem Berzellai Regum 2. cap. 19. vers. 35. ad aulæ festiua, & genialia, respondit octogenarius: *Nunquid vigent sensus mei ad discernendum suaue, aut amarum? aut delectare potest seruum tuum cibus, & potus? vel audire possum vltra vocem cantorum, atque cantatricum?* Apud nationes quoque è duplici sexu chorus modulantium, sed intermixto puellari numero cum masculis; *Non vides, quam multorum vocibus chorus constet?* (inquit Seneca epist. 84.) *vnus tamen ex omnibus sonus redditur: aliqua illic acuta est, aliqua grauis, aliqua media; accedunt viris feminæ; interponuntur tibiæ; singulorum illic latent voces, omnium apparent*: Atque idem epist.29. *Cæterùm, si te videro celebrem secundis vocibus vulgi; si intrante te, clamor plausus, & pantomimica ornamenta obstrepuerint, si tota ciuitate te feminæ, puerique laudauerint*: Verùm, neque apud Hebræos perpetuum vsum fuisse autumo, vt à viris segregatæ virgines intonarent; nam admixtas nonnunquam, aut circunfusas sanè Psalm. 67. indicat versu 26. *Præuenerunt Principes coniuncti psallentibus in medio iuuencularum tympanistriarum*; Ac quanquam Iacobus Boulduc lib.3. Ecclesiæ ante legem, cap. 15. ad hunc versum, arbitretur allusum ad sororem Moysi cum duplici canentium cœtu, demerso Phariorum Rege: at separatam ibi femineam turbam docuimus; hîc autem in meditullio locatam verba adsignificant, & construxêre sic Iansenius, atque Folengius perspicuo sermone; simul etiam vir, atque femina coniuncti Iudicum cap. 5. vers. 1. *cecinerũtque Debbora, & Barac, filius Abinoem in illo die dicentes*, &c. Sed neque perennis mos fuit, vt simul canerent vtriusque sexus personæ: nam de solo muliebri legimus post abscissum Goliath superbum caput: quippe *egressa fuerunt mulieres* (Reg. lib. 1. cap. 18. vers. 6) *de vniuersis vrbibus Israel cantantes, choròsque ducentes, in occursum Saul Regis, in tympanis lætitiæ, & in sistris*; Existimo tamen communiori Iudæorum norma, diuisas fuisse præcinentium classes, & separata virorũ à feminarum contubernio loca, quoniam apud illos singulari diligentia prohibebantur virginibus præsertim virorum aspectus, vt tangam numero 22. Quare concinnè Origen. definit, sodales, & nuptiarum amicos ad sponsum attinere; adolescentulas

Comestor. *Zacharias locus ex c. 12. de planctu luctuosa.* Theodor. Lyran. 1.Esdr.2. Eccles 2. 2.Reg.19. Seneca. *Intermixti choro virorũ mulieres etiã cantrices.* Psal.67. Boulduc. Iansen. Foleng. Iudic.5. 1.Reg 18.

adolescentulas ad sponsam. Et quidem sub initio catholicæ fidei pariter cum viris in Ecclesia feminas cantasse docet Isidorus Pelusiota lib. 1. epist. 90. his verbis: *importunas in Ecclesia loquacitates Domini Apostoli comprimere in Ecclesiis studentes, modestiaque, atque grauitatis Magistros sese nobis præbentes, vt mulieres in ipsis canerent sapienti consilio permiserunt.* Sed quidem diuisis in templo locis, quod de Essenis pro comperto Philo statuit libro de vita contemplatiua, at iustas ob caussas postea mulieribus prohibitum, ne publicè in Ecclesiis canerent ostendit noster Cresolius Mystag. lib. 3. cap. 27. sect. 1. modum vero canendi Ecclesiasticorum ex Venantio Fortunato & aliis delineat Ioannes Filesaccus selectorum lib. 2. Tractatu de cantu Ecclesiæ. §. 10.

SVBSECTIO I.

Quæ feminarum diuersitas in hoc Epithalamio? Virgines & funesta & læta cantibus celebrant apud Hebræos, speciatim connubialia gaudia: Amos explicatus; ex Reg. 2. locus; Ieremias sæpè: virgines Iudæorum absconditæ, quando prodirent? Iudithæ lux; Pedissequarum quotus numerus Reginis? virgines, quæ lampades gestarent in nuptiis an decem? Matthæi parabola diligenter enucleata; venatrices puellæ genialem pompam instruunt: Matrina Sponsæ quænam?

20\. *Adolescentularum vocabulo quid significatur in Cantico Salomonis?*

VErùm attentiùs considerari necesse est, quid, siue Origenes, siue reliqui Interpretes, adolescentularum vocabulo indicare voluerint? Puto equidem omne genus muliebre, quod hoc dramate proloquitur, excepta vna sponsa; quatuor enim personarum formis cùm dicit constare vniuersum Actum, oportet, per adolescentulas intelligat mulieres cunctas; aliàs proculdubio sermocinantium numerus quaternarium prætergredietur: neque his obstare quidpiam valeat, nisi Critici acerbè ferant, matronas etiam adolescentularum nomine comprehendi: Sed Grammaticis relicta vocum contentione, age, expendamus, cuius fortunæ, & conditionis feminæ hoc Epithalamium instituant? nam video pauca ab Explanatoribus pro his cogitata: Nolo intra has complecti meras prætereuntium turbas, à quibus acclamationes illæ Canticorum cap. 3. *Quæ est ista, quæ ascendit, sicut virgula fumi,* &c. Et cap. 8. *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto deliciis affluens,* &c. incertum quippe est, an à viris, an à mulieribus profectæ admirationes illæ: atque vt femineas esse voces dicamus, præter opinionem fuit, quoniam extra spem casu occurrerint: de iis igitur argumentaturi, qui ex proprietate aliqua ad genialem pompam spectant, in primis Heroinas aliquas, & de procerum ordinibus adfuisse reor; fortasse hæ sunt filiæ Hierusalem, quas sponsus sæpè adiorat, ne quiescenti dilectæ obstrepere pergant, quæ & formam nouæ nuptæ aliquando in inuidiam vocauerant, subfuscam nominantes: at extitisse in comitatu de nobilitate indicat apertè cap. 6. Canticorum, vbi Reginæ, & concubinæ laudauisse sponsæ singularem gratiam, atque pulchritudinem perhibentur; æquum nanque fuerat, cùm sponsus metropolita esset, déque Optimatum medulla, ipsum vt comitarentur regni Proceres, recentem eius vxorem ambirent Heroïdes: sic de thalamis filiarum Adrasti Regis, Statij Musa cantauit Thebaïdos 2.

Cant. 3. & 8.

Heroinas nobilesque fuisse in sponsam Canticorum comitatu.

Interior sacris calet, & sonat aula tumultu
Femineo: casta matres cinxère corona
Argolides: pars virginibus circum vndique fusa Statius.
Fœdera conciliant noua, solantúrque timorem.

Arbitror autem plerasque Dominarum affinitate, aut cognatione sponso coniunctas, sed & locum habuisse propinquas sponsæ; tum, quia verba illa significant, cap 8. Canticorum: *Soror nostra parua, & vbera non habet*; tum, quia insolens apparebat exclusis domesticis vocari peregrinos ad lætitiam solennium nuptiarum; tum denique, quoniam consuetudo gentis ita obtinuit, legimus quippe Machabæorum lib. 1. cap. 9. vers. 39. *Et eleuauerunt oculos suos, & viderunt: & ecce tumultus, & apparatus multus, & sponsus processit, & amici eius, & fratres eius obuiam illis cum tympanis, & musicis, & armis multis*; Vbi vides, inter socios nominari *fratres*! atque sanè decebat ita, nuptam in primis cognatione, tanquam pudicitiæ vallo circundari; Quare de honestissimo Christianorum iugali fœdere Euaristus Papa epistola 1. *Vxor* (inquit) *petatur, & à parentibus, aut propinquioribus sponsetur, & suo tempore sacerdotaliter (vt mos est) cum precibus, & oblationibus à Sacerdote benedicatur, & a Paranymphis (vt consuetudo docet) custodita, & consociata à proximis, tempore congruo petita, legibus detur, & solenniter accipiatur*: Concilium Carthaginense IV. canone 13. *Sponsus, & sponsa, cùm benedicendi sunt, à Sacerdote, à parentibus suis, vel à paranymphis offerantur*: Lucanus lib. 2. loquens de mœstis, & infelicibus Martiæ connubiis:

Cant. 8.

Parentes & cognati nouam sponsam vallant.

1. Mach. 9.

Euarist. pap.

Concil. IV. Carth.

Lucanus.

Non soliti lusère sales, nec more Sabino
Excepit tristis comiuia festa maritus,
Pignora nulla domus, nulli coïere propinqui,
Iunguntur taciti:

Atque hæc, de qua hucusque diximus, inter feminas honoratior portio, vtpote quam matronæ maiori ex parte constituant: Videamus etiam, quæ sint iuuencularum munia: nam hæ, quemadmodum innuebamus, cum rigore adolescentularum titulis appellandæ.

21\. *Virgines & funesta & læta cantibus celebrabant apud Hebræos.*

Erant igitur ex virginibus, vt opinior, quoniam harum suauior atque æqualior vox, apud Hebræos pars, quarum officia, & munus, aut læta canere vincentibus turmis, aut potentum conniuia mulcere, aut defunctos plangere lamentationibus, & epicædiis, aut denique nubentium concelebrare gloriam per Epithalamia, & Hymenæos: Et de prioribus duobus adhibuimus exempla numero 19. Nunc de lugubri, & geniali metro; est autem pro funesto versu elegans locus Paralip. 2. cap. 35. vers. 25. nam mortuo Iosia, optimo Rege: *Vniuersus Iuda, & Hierusalem luxerunt eum: Ieremias maximè: cuius omnes cantores, atque cantatrices vsque in præsentem diem lamentationes super Iosiam replicant, & quasi lex obtinuit in Israël; Ecce scriptum fertur in lamentationibus*: Et fuerant quidem non obscuri

2. Par. 35. Threni terenia super Iosia compositi.

Sanchez. Salian. David funebru metris in memor. 2. Reg. 1.

rumoris Scriptores qui obitum Iosiæ putarent argumentum Threnorum Ieremiæ, cuius quanta sit sententiæ probabilitas, docebunt præter Threnorum Interpretes Sanchez ad cap. 23. lib. 4. Regum, num. 29. Salianus tom. 4. anno mundi 3425. num. 13. Sed huius moris Auctorem fuisse Dauidem metricis doctissimum, forsan haud absurdè pronunciauerimus; quippe cùm næniam Sauli, & Ionathæ interemptis cantaret plorabundus, *Præcepit* (Regum 2. cap. 1. vers. 18.) *vt docerent filios Iuda arcum*, id est, huiusmodi lamentum, cui titulus, *Arcus*, quæ est elegans, & ingeniosa cogitatio Marianæ, & Sanchez num. 19. vt ea planctus norma vterentur nepotes, quod in sua tempora obseruatum scribit Iosephus lib. 7. Antiq. cap. 1. Denique vsum fuisse Iudæis, lamentatores, lamentatricésque habuisse, quos pretio conducerent ad lugendum in acerbis euentibus, prodit Ribera num. 42. in cap. 5. Amos ad illa verba: *Vocabunt agricolam ad luctum, & ad planctum eos, qui sciunt plangere*; Ibidémque subindicat Hieronymus, sed expressiùs ad Hieremiæ cap 9. vers. 17. *Contemplamini, & vocate lamentatrices, & veniant, & ad eas, quæ sapientes sunt, mittite, & properent*; Sequitur Stridonensem Lyranus: Quæ autem huius generis fuerint apud nationes barbaras, & infideles, docebunt noster Pineda ad versum 8. cap. 3. Iob, numero 5. Ioannes Rosinus Antiquit. Rom. lib. 2. cap. 19. & lib. 10. cap. 39. iam & ab huiuscemodi concelebratam genialem lætitiam præmonstrabit idem Hieremias, qui in his declarandis multus est: *Et quiescere faciam* (inquit cap. 7. vers 34.) *de vrbibus Iuda & de plateis Hierusalem vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem sponsi, & vocem sponsæ: in desolationem erit terra*. Repetit cum istis homogenea, cap 16. vers 9. cap 25. vers. 10. cap. 33. vers. 11. & Apocalypsis textus consentit cap. 18. num. 22.

Mariana. Sanchez. Ioseph. Lamentationes conducta ad funera mortuorum. Amos 5. 16. Ierem 9. Hieron. Ribera. Lyra. Pineda. Rosinus. Nuptiale carmen per plateas cantatum. Ierem. c. 7. cap. 16. c. 25. cap. 33. Apoc. 18.

Atque hæc sunt gaudia illa publica, quæ amissa ingemit idem Vates cap. 5. Threnorum, vers. 14. *Senes defecerunt de portis*: nimirum, cùm transeunte nuptiali apparatu vocarentur ad eum modum, quo hoc Carmine, cap. 3. *Egredimini & videte, filiæ Sion, Regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater sua in die desponsationis illius. Iuuenes* (addit, subaudi, defecerunt) *de choro psallentium: defecit gaudium cordis nostri: cecidit corona capitis nostri*. nempe, illa, qua cinguntur ad nuptias vocati; Sed de hoc more publicæ lætitiæ auscultemus Augustinum disserentem ad illa Psalmi 41. *In voce exultationis, & confessionis, &c. Festa cùm hic homines celebrant sua luxuria, consuetudine habent constituere organa ante domos, aut ponere symphoniam, vel quaecumque musica ad luxuriam seruientia, & illicientia: & vt audita fuerint hæc, quid dic mus, qui transimus? Quid hic agitur? Et respondetur nobis aliqua esse festa; Natalitia, inquit, celebrant, nuptiæ hic sunt vt non videantur inepta illa Cantica, sed excusetur festiuitate luxuria.* Et quidem posterioribus temporibus abundasse Syriam, & conterminam Ægyptum eo mortalium genere, quod melliora theatri spectacula componit, significat Iulius Capitolinus in Vero, cap 8. nam de Imperatore inde reduce asserit: *Adduxerat secum & fidicinas, & tibicines, & histriones, scurrásque, mimarios, & præstigiatores, & omnia mancipiorum genera, quorum Syria, & Alexandria pascitur voluptate*; Vnde & antiquus Iuuenalis Scholiastes ad illa Satyræ 2.

Threa. 14. Cant. 3. August. Organa ante domorum ostia. Syria fidicinas & histriones plurimos habet. Capitol. Iuuenal.

Forsitan expectas, vt Gaditana canoro,
Incipiat prurire choro.

Speras (ait) *forsitan, quod incipiant saltare delicata ac pulchra puella Syræ, quoniam de Syris, & Afris Gades condita est*; Quando igitur extiterint apud Hebræos, quibus ars, & conditio vitæ fuerit nubentium laudes, & encomia canere, quod ipsum & pagani facere soliti, vt notauit Muretus ad Epithalamium, quod Iuliæ, & Manlio Catullus modulatus est; ipsique Poëtæ versus indicant apertè, cantant enim:

Muret. Catull.

Vos item, simul integræ
Virgines, quibus aduenit
Par dies, agite in modum:
Dicite: ô Hymenæe, Hymen,
Hymen, ô Hymenæe.

Quibus Catulli versibus si adiungas Martiani Capellæ verba; constabit omninò id, de quo loquimur. Is libro 2. de nuptiis Mercurij, & Philologiæ: *Ecce* (ait) *ante fores quidam dulcis sonus multifidis suauitatibus suscitatur, quem Musarum conuenientium chorus impendens nuptialibus sacramentis, modulatione docta tinnitibus concinebat: nam nec tibiarum mela, nec ex fidibus sonus, nec hydraularum harmonicarum deerat plenitudo: sed in blandum collata cantum, ac modificate fuga compactum voce virginum complementi spatium, ratum facere silentium: ac tunc ille omnis chorus canoris vocibus, dulcique modulatu prauertit omnes organicas suauitates, & cùm sacra numeris cantilena hæc dicta fundantur, haud dubium est adolescentularum vocabulo istiusmodi comprehendi puellas*; Et sanè ex his crediderim compactum chorum huius dramatis: atque esse forsan, quæ sponsam miris afficiant titulis cap. 4. & cap. 7. huius Poëseos.

Capell. Chorus Canticorum ex Virginibus cantatricibus.

22. Opponas Feminas omnes apud Iudæos virorum conspectus fugere, conclaui, & angulis abscondi, atque virgines potissimùm; argumentum primum ex Hieronymo tritum illud quidem, sed firmissimum à vocis Hebrææ *hahalmah*, quæ virginem repræsentat etymo; At qualiter? Ergo *alma* (ait ad c. 7. Isaiæ) *non solùm puella, vel virgo, sed cum intentione virgo abscondita dicitur, & secreta, quæ nunquam virorum patuerit aspectibus, sed magna parentum diligentia custodita sit*; Denotat igitur, nequaquam virginem nuncupandam, quæ virorum obtutibus se permiserit: Secundum testimonium eiusdem gentis Philo præbebit, qui in Flaccum scribens, atque Alexandrinorum violentam irruptionem in lares Iudæorum enarrans, ait: *Denique, quia mulierculæ inclusæ nunquam è conclaui egredi solitæ, & virgines præ pudore declinantes etiam aspectum familiarium: tunc non solùm ignotis, verùm etiam militari ferociæ spectabantur pauidæ*: Ergo, cùm tam secretæ fuerint Hebræorum puellæ, quo pacto affirmamus, cantatum ab illis nuptialem Hymnum, cùm hunc asseramus modulatum in plateis, publicisque vrbium viis coram multitudine? Ad hæc, geniale carmen, ante nubentium thalamos cecini solitum probat Muretus ad Epithalamium Iuliæ, & Manlij apud Catullum Cælius Rhodiginus lib. 18. cap 15. & innuit ecclesiastica Antiphona, *Ante thorum huius Virginis cantate nobis dulcia cantica dramatis*: Respondeo, Hymenæum variis constare partibus, atque nunc eius articulum aliquem cecini inter epulandum, nunc dum cubiculo secederent amantes, nunc dum traduceretur geniali ferculo sponsa; nam his omnibus circumstantiis

Virgines absconde debantur apud Hebræos Hieron. העלמה Philo. Muret. Hymenæum & ad mensam, & in plateis, & ante thalamum cantatum.

quis

quis dubitat collaudatos à Musicis nubentes? Quandu enim harmonia nisi sub conuiuio? *Qui canitis ad vocem Psalmi* (inquit Amos capit. 6.) *bibentes vinum in phialis*: Tuum certè cithara crinitus Iopas personat aurata: *Tum Canticum quod appellabatur σκολιὸν, id est, obliquum* (ait Clemens Græcus Pædag. lib 2.cap.4.) *canebatur distillantibus poculis*. Quid autem de traductionis gloria triumphorum magnorum æmula, necesse sit dicere? Consule prælibata superiùs Proloquio 3. Sect. 3 Subsect. 2. num. 90. Verum itaque fuerit, fortasse cantatum Hymenæum ad thalami fores (quanquam thalamum cubicularem intellexisse non sit opus,) vt monui eodé loco: Nam indecens ante cubiculum aliquos stare; quare modestissimè Augustinus lib.14 de Ciuit.cap.28. *Quid concubitus coniugalis, qui secundùm matrimonialium præscripta tabularum, procreandorum fit causa liberorum? Nónne & ipse, quanquam sit licitus, & honestus, remotum ab arbitris cubile conquirit? Nónne omnes famulos, atque ipsos etiam paranymphos, & quoscunque ingredi quælibet necessitudo permiserat, antè mittit foras, quàm vel blandiri coniux incipiat?* At de Musica inter conuiuandum dicemus nonnihil inferiùs num. 36.

Amos. 6.
Clem. Alex.
August.

Sed non omnis ibi Hymenæus; Verùm, quod ad grauiorē de virginibus litem attinet: primùm affirmare valeamus, cantatrices has ex plebeia multitudine fuisse, histrionicam, & vilem turbam: hoc autem genus tarò secretum obseruat; sed palans, & vagabundum fertur, vbicunque lucri amplior spes affulgeat; Deinde, vt concedamus ex honestarum classe fuisse, earum, quæ diligenter fugissent virorum consortia: at est aliquando, infrequenter tamen, cùm hæ quoque posthabeant seria ludo, nempe, cùm aut propinquorum, aut Reipublicæ lætitia est: Sanè Iudith cap. 15. vers.15. effusos omnes ordines indicat sacer Textus: *Et omnes populi gaudebant cum mulieribus, & Virginibus, & iuuenibus, in organis, & citharis*: Atque Iudicum cap.11. *Reuertente Iephte in domum suam occurrit ei vnigenita filia sua cum tympanis, & choris*; Erat autem Virgo, quæ per bimestre spatium fleuit virginitatem suam in montibus; Denique virgines sunt, quanquam dimidia parte stulidæ, quæ Matth.cap.25. vers 5. accipientes lampades suas, exierunt obuiam sponso, & sponsæ: Et quidem lucro adductas has virgines, quæ canerent nuptialem rithmum, arbitratur Tostatus septima parte in Euangelium Matthæi, quæst. 3. in nominatum cap.25. Vide Pinedam lib. quintu de Salomone, cap 3.num.7.

Virgines Hebræorum in publica lætitia foras prodibant.
Iudith 15.
Iudic. 11.
Matth 25.
Abul.
Pined.

23. Alia expositio est, quæ adulescentulatum dictione pedissequas, siue ancillas intelligat: quas *ornatrices feminas* Alexandrinus Clemens appellat Pædag.lib 3.cap.3. quòd componendis, ornandisque Matronis deseruiant; *Et hæ quidem* (inquit) *speculis; illæ autem vittis; aliæ verò præsunt pectinibus*: quarum negligentiam Ceres, nata abrepta, serò arguebat apud Claudianum lib 3. de Proserpina:

Pedissequarum quàntus esset numerus Reginis, & Meridibus?
Clem. Alex.
Claud.

Heu! vbi nunc est nata mihi? quò mille ministræ?
Quò Cyane? volucres qua vis Sirenas abegit?
Haccine vestra fides? sic fas aliena tueri
Pignora?

Sed iuuat excerpsisse ex Plutarchi Marco Antonio famulitium Clopatræ; *Recumbebat illa sub tabernaculo auro intexto, eleganter exculta. vt pingitur Venus: Pueri picti is cupidinibus assimiles hinc- inde stabant, & ventulum ei faciebant; Ancillarum, quæ forma præcellebant, Nereidum, & Gratiarum modo amicta, partim assistebant gubernaculis, partim rudentibus*: Tribuit præterea Eunuchorum satellitia Pelusiacæ Reginæ Lucanus libro 10.

Cleopatræ blandum famulitium
Plutarch.

Necnon infelix ferro mollita iuuentus,
Atque exsecta virum; stat contra fortior ætas;
Vix vlla fuscante tamen lanugine malas.

Eunuchorū famulatus.
Lucan.

Sed quantas habuerit vel ipsa, vel cæteræ Reginæ famulas, difficile est statuere, siue Hebræorum vsum, seu peregrinarum gentium respicias. Latonæ myriadem tribuit Poëta Æneid. 1.

Qualis in Eurotæ ripis, aut per iuga Cynthi
Exercet Diana choros; quam mille sequutæ
Hinc, atque hinc glomerantur Oreades.

Maro.

Epulas autem describens, quas naufrago Troianorum Duci opiparas Dido parauerat, præter centum pueros, tres ancillarum quinquagenas dapibus seruiendis, apparandisque adstitisse pingit; Dearum tamen Principi, Iunoni, idem paucas admodum Virgines donauit, bis septem, videlicet, nisi potissimas nominasse tantùm asseras, & delectum multitudinis; Sed Romanorum luxus fidem omnem antestat; *Familia* (inquit Seneca libr. 7. de Benefic. cap. 10.) *bellicosis nationibus maior, & ædificia priuata laxitatem vrbium magnarum vincentia*: Per Scripturas inuenimus Abigail, cùm Dauidis Hymenæos peteret, quinque pedissequis associatam fuisse; Esheri cap 2. versu 9 septem speciosissimæ puellæ de domo regia assignantur: Illa, quæ Sabæis præerat, *legitur* (Regum 3. cap 10. vers. 2.) Hierusalem ingressa fuisse *multo cum comitatu, & diuitiis*. Quicunque ille est in hoc nostro Cantico tantarum vxorum maritus cap. 6. cui sexaginta Reginæ & concubinarum maior copia, certè adolescentulas tot habuisse dicitur, vt earum stabilis numerus iniri non potuerit; videlicet, erant illæ Reginarum, concubinarúmque famulæ: Denique nostrum hoc geniale carmen iuuenculas non tarò nominat; sed quot fuissent, non definit, vti neq; Dauidis nuptiale metrum; nam solùm generaliter cantat Psalm.44 adducendas Regi virgines post eam, proximas eius afferendas in lætitia, & exultatione: Puto in his nullam certam regulam anxiè quærendam; sed aut auaritiam, aut opes exhaustas modum posuisse famularum, seruorúmque & fastui; & multitudini, sed, cùm Reges etiam feminarum ministeriis vterentur, non quòd thoro deseruirent, & secundariæ vxores essent: sed quòd domi obeunda pleraque munia peragerent: *vnguentaria enim* (Reg. 1.cap.8. vers.13. *focaria, & panifica erant*, puto, quemadmodum Dynastæ satellitibus quandoque vestium certus colores & modos ex donariuo, & præter stipendia, dispertiunt, Hispana dialecto, *librea*: sic & distribuisse ancillis; atque hoc illud esse ob quod oportere filias Israël Saülis occasum deflere, dicebat Threnu suo David Reg.2. cap 1. vers. 14. *Filiæ Israel super Saül flete, qui vestiebat vos coccino in deliciis, qui præbebat ornamenta aurea cultui vestro.*

Romanorum luxus in familia multitudine.
Seneca.
1. Reg. 25.
Esther 2.
3. Reg 10
Cant 6.
Psal 44.
1 Reg. 8.
2 Reg. 1.

24. Tertia linea adolescentularum illa est, quæ prælucebat in nuptiis, & siue lampades, seu tedas geniales ferebat; de his habemus expressum Euangeliorum textum apud Matthæum cap.25. vers.1. *Tunc simile erit regnum cœlorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas, exierunt obuiam sponso, & sponsæ*: Atque idem Textus dirimisse visus, quæ potuit esse cardinalis, & potissima quæstio de numero tædiferarum statum:

Virgines, quæ lampades gestarent in nuptiis, quot essent?
Matth. 25.

nam

nam denas fuisse manifestè declarat, visus huic adstipulari sententiæ Papinius lib. 1. Syluarum, Epithalamio Stellæ, & Violantillæ, sic accinit dulcis & pompolus:

Statius.

—— procul ecce canoro
Demigrant Helicone Deæ, quatientque nouena
Lampade solennem thalamis coeuntibus ignem:
Quas inter vultu petulans Elegia propinquat
Celsior assueto, Diuásque hortatur, & ambit
Alternum factura pedem, decimámque videri
Se cupit, & medias fallit permixta sorores.

Quibus planè & lampadas, & decem virgines nuptiis accommodat; Sed est non minùs insignis, religiosior Oratio Ambrosij ad virginem lapsam, cap. 5. *Nam, si inter decem testes (inquit) confectis sponsalibus, nuptiis consummatis, quæuis vero femina coniuncta mortali, non sine magno periculo perpetrat adulterium: quid putes fore, si inter innumerabiles testes Ecclesiæ, coram angelicis exercitibus cæli, facta copula spiritalis per adulterium soluitur?*

Ambr.

Quemadmodum itaque ex viris recenset Ambrosius decem testes adhibitos fuisse, neque supra hunc numerum: sic fortasse quæ nubentibus prælucebant virgines, connubiorum quoque ipsæ pars, decem solùm extiterant; Sed his obsistere dicas Abigailem ad nuptias progredientem, quinas tantùm secum tulisse puellas: Esther non ampliùs quàm septem datas, cùm thalamis se præpararet; Adde, si ex virorum multitudine, virginum iucundus sit numerus, Samsoni Iudicum cap. 14. vers. 11. signatos triginta sodales, vt essent cum eo, quos nuptiarum amicos fuisse conjectatur Abulensis, docet palàm Serarius quæst. 11. in præfatum caput: Denique qualis sponsus sit, aut cuius mentis, qui virginibus fatuis vtatur, luciferis suis? Atque externa etiam repugnant: Festu tribus contentus, altera facem ex spina alba præferente, duabus tenentibus sponsam, dum ad mariti veheretur lares. Plutarchus quinque facit, quos eum sequutus ædiles connubiorum nominat Scaliger poetices lib. 3. cap. 101. Sed vltra decimum quoque numerum processit Theocritus edyllio 18. quod Helenes Epithalamium inscribitur:

Iudic 14. Tostat. Serar. Festus. Plutarch. Scaliger. Theocrit.

—— Huc viridi bis sex in veste puellæ
Delecta numero ex omni, quas illa tenebant
Mœnia: progressæ festas duxère choreas
Ante recens pictum thalamum, cùm filius Atrei
E geminis natu minor, & florentier annis
Tyndaridem sibi dilectam despondit.

Quid igitur sentiendum in tanta opinationum differentia, existimantibus quibusdam ternarium fuisse, aliis quinarium numerum, his septem astruentibus, illis decem, nonnullo perhibente duodecim admittendas virgines?

25\. *Regula: In historiis, aut parabolis vera fabulosa admixta.*

Ex his duo communiora placita propugnanda, nempe, affirmantia, aut decem, aut quinque; Vt quinarium defendamus numerum, ... in ... est, in parabolis, aut etiam ipsis historiis, non numquam veris conficta quædam admisceri, quoniam ad finem ... mysticè à parabolizante intentum, illa in primis faciunt: Notauit Iansenius Concordiæ cap. 79. in principio: sed multo cum acumine distinctius explicat Maldonatus ad cap. 16. Lucæ, num. 23. obseruat enim prudenter, quòd diues in Inferno positus sanctum Abrahamum rogauit, nequaquam euenire, vt Sanctorum opem postulent damnati: petere quidem aliquid possunt, sed non propriè orare, Consule P. Azor. tom. 1. lib. 9. cap. 29. quæsito 10. & cap. 31. quæsito 2. P. Valentiam tom. 3. disput. 6. quæst. 2. puncto 2. conclusione 2. Sed tamen ad finem præcipuum, quem Christus sibi narratione proposuerat, hoc conducere valdè; quoniam si fieri posset, vt qui flammis tartareis cruciantur, leuamentum per orationes à Beatis sperare valerent, verosimile est obnixè postulaturos; quod deinde pergit probare desumpto robore ab hac ipsa de virginibus parabola, & ab ea, quæ de patrefamiliarum est, qui misit operarios in vineam variis diei horis; Sic igitur, quamuis concedamus non fuisse admissas ad nuptialem pompam fatuas virgines, vt quæ dedecori potiùs essent, quàm honori: sed tamen, vt perciperent auditores ea, quæ Christus significare cupiebat; nimirum, fidem absque adiunctis bonis operibus ad salutem non sufficere, virgines simulauit stolidas, quæ lampades quidem, id est, fidem, portabant, sed absque oleo, id est, sine virtutum cæterarum adminiculis: quod indicare non posset, si virgines omnes cautas descripsisset, & quæ futurorum prouidæ, lychnos oleo opportuno tempore replessent: atque his vtcunque probabiliter defendi posse appareat, quinque solùm virgines tædas ferre solitas, quoties noua nupta omnibus conspiciendam se offerebat.

Iansen. Maldon. *Damnati nō orant.* Azor. Valent. *Quinque virgines fatuæ, de quibus Matth. cap. 25. num verè in nuptiis?*

Iam, si decem extitisse conemur præmonstrare; quanquam, vt benè aduertit Maldonatus ex Patrum doctrina, numerus ille non tam significat definitam aliquam collectionem, quàm fuisse magnam virginum turbam; probemus tamen & potuisse insipientes virgines ad genialem celebritatem admitti; Putabam igitur ego apud me, quemadmodum in defunctorum funeribus mercede conducebantur lamentatrices, quæ nunc tunso pectore, & sparsis capillis omnia eiulatu complerent; nunc dulciùs, & minori gutture personarent, vt loquebamur secundùm Hieronymi mentem num. 21. sic vocari consuetas ad nuptialem traductionem puellas; quæ siue tædas, seu lampadas præferrent, & eò magis arbitrabar, quòd hæ ipsæ essent, à quibus Hymen cantabatur; quod docui eodem numero: cui rei fidem aliquam facit, quia iubentur ire ad vendentes, & emere oleæ succum: nam, nisi ex mercede cum illis conuentum fuisset, remisissent potiùs ad sponsi domum, vbi gratis accepissent; tenebantur, nimirum, ratione pacti ipsæ lampadarum nutrimenta quærere, quos sumptus posteà compensabat nubentis Domini Procurator domesticus: istis, si libet, annecte, quibus Minerua Alcioni filiam increpat apud Homerum Odyss. 6.

26\. *Matth. locus ex cap. 25. de decem virginibus enucleatur.* *Virgines pretio conductæ, vt lampades ferrent in nuptiis.*

Nausicaa, cur te sic negligentem genuit mater?
Vestes quidem tibi iacent neglectæ admirabiles:
Tibi autem nuptiæ propè sunt, vbi oportet pulchras quidem ipsam
Indui, alias autem his præbere, qui te ducent;

Vestes datæ à sponsa nuptiarum amicis. Homerus.

Sicut igitur viris ducentibus sponsam, præmium laboris, dabantur venustæ tunicæ, & amictus: ita verosimile est virginibus prælucentibus concessum pro mercede quidpiam simile; vocat ergo fatuas virgines, non quod rationis vsu carerent, amentibúsque pares essent, sed quòd oleum & operam infeliciter perdiderint: nam & sumptus fecerunt emendo Mineruæ pinguedinem, & laborauerunt huc, illuc festinanter cursitando, sed quoniam extra prouidentiam omnia fecerant, & alieno tempore; nullam, neque gratiam, neque mercedem retulerunt, quin sponsum ad indignationē concitarunt, vt ne aspicere vellet, quoniam

earum

earum incuria defuit nuptiis solennis tædiferarum virginum numerus; nisi fortasse suppletum hoc per alias; quod tamen Euangelista non innuit; sed illæ tamen risui habitæ sunt à populo, vt quæ somno se tradidissent vacuis lychnis, cùm nescirent, quàm longus sopor eas oppressiset, nec suscitandas nisi à clamoribus iam procedentis nuptiarum pompæ, quando via accendendis lucernis locus, quantò minùs proficiscendi ad tabernam emendi olei gratia?

Iuuencula in nuptiis, quæ venationem exercerent, & palæstra ludos. Propert.

27. Quartam seriem iuuencularum mediari valeamus, earum, quæ venatrices essent, & per syluas, atque nemora, mitiora saltem animalia persequerentur; ad quarum contubernium relatas volumus, quæ lucta, cursu, aliisve pugilum exercitationibus, aut in gymnasio, aut ad fluminum ripas excellerent: quales illæ apud Propertium lib. 3. elegiâ de Laconicis virginibus.

Nunc ligat ad cestum gaudentia brachia loris,
Missile nunc disci pondus in orbe rotat.
Gyrum pulsat equis, niueum latus ense reuincit,
Virgineúmque cauo protegit ære caput.
Et modo Taygeti crines aspersa pruina,
Sectatur patrios per iuga longa canes.

Cant. 2.

De his feminarum coetibus, quibus spiritus militares, saltem venantium animus, intelligi Canticorum verba illa cap. 2. posita, quæ deinceps repetuntur tertio, atque octauo pariter capite: *Adiuro vos, filiæ Hierusalem, per capreas, ceruósque camporum, ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectam*, fusè de monstro nunc sufficiat monuisse; inter virgines, quæ Epithalamium, & geniales plausus ornant, huiusmodi non vulgarem locum occupasse: nam & has nuptiale admittit Helenes Carmen apud Theocritum, edyllio 18.

Theocrit.

Nos igitur, quibus vna ætas, quas vnus ad vndam
Eurotæ labor exercet iuuenilitér vnctas,
Laurisferóque sacra currentes margine ripa.
Sexaginta quater numero sumus; omnibus idē est
Virginitatis amor, muliebris, & apta iuuentus:
Non tamen è nobis tam forma est vlla beata,
Quæ careat mendâ possit collata venusta
Tyndaridi.

Matrima fuit an vna, & qualis?

Superest dicamus de paranympha, ea, nempe,
28. patrona, quæ sponsæ velut præesset, doceretque nubentium ritus, & cæremonias, atque huc illuc deduceret; Equidem triginta sodales Samsoni assignatos per septiduum genialis lætitiæ, vulgatus postremo versu cap. 14. Iudicum, pronubos appellat; atque in hac significatione, non vnam aliquam feminam, sed plures tribuemus sponsæ connubiorum parochas: at si ad vnam restringere velimus, quoniam lata est illa altera acceptio, matrimam eius fuisse dicemus affinium, aut cognatarum aliquam, & fortasse erat genitrix ipsius, quoniam ab hac custodita fuisse videatur, quando & amissum sponsum, ne quis deinceps timor perdendi eum affligeret miseram, tanquam in firmum propugnaculum introducturam se asserit Cantic. cap. 3. *in domum matris*, &c. *in cubiculum genitricis suæ*; Sed Pausanias, vt referunt Cœlius lib. 28. antiquarum lectionum, cap. 15. Alexander Neapolitanus lib. 2. Genialium. cap. 5. sponsam solitam curru locari attestatur, hinc atque hinc positis sponso, atque aliquo affinitate proximo, quem parochum nuptiarum appellabant; nescio tamen, an apud Hebræos huius formæ viguerit vsus: Si coniecturis meis indulgerem, arbitrarer sponsum ipsum nuptæ recentis parochum, & auspicem extitisse; Sanè docuimus Prolusione 3. num. 122. post connubiorum sponsionem traditam marito futuro seruandam virginem, quoties ei ante iugalia fœdera in remotas terrarum oras proficisci necessarium non erat; credibile est igitur sub ipso nuptiarum tumultu ab hoc potiùs, quàm ab altero deductam, custoditámque: Hoc non leuiter corroborat Matthæi cap. 25. Nam virgines tediferæ obuiam processisse narrantur sponso, atque sponsæ: nimirum, veniebant simul; at pompa erat illa, qua tamen excepto sponso alium patrimum non contemplamur; Quid, quòd hoc Cantico, cap. 8. sponsam innixam super dilectum suum intuemur: Debebat autem parocho inniti ea ritu vetusto nuptiarum: Quid, quòd cap. 3. ferculo magnifico, quo traducenda erat noua vxor, non alias legimus sedisse personas præter Salomonem ipsum, qui erat sponsus; & in meditullio positam coniugem; *Media namque charitate constrauit propter filias Hierusalem*, id est, in vmbilico posuit dilectam, charitatis, seu dilectionis vocabulo significatam; sic enim Septuaginta Cantic. cap. 3. *Si suscitaueris charitatem, quoadusque velit*; Sanctes, & Vatablus *amorem* construunt, cùm vulgatus dilectam nuncupet, quo pateret nuribus Hierosolymitanis, peregrinam sponsæ contemplari cupientibus pulchritudinem: nisi forsan charitatis syncere pudica, & honesta imago effigiata esset prope sponsam in pilento illo, docente operis ingenioso artifice per symbola, vnicum coniugalis fidei robur, amorem esse vxoris erga maritum: quare apud Hebræos, quò de his moneant nuptam, non aliam dari virgini matrimam, præter charitatis adiunctam iconem.

Iudic. 14.

Cant. 3.

Rhodig. Alex. ab Alex.

Sherlogi Anteloq. in Cant.

Parochus nuptiarum, an sponsus ip., apud Hebr.

Matth. 25.

Cant. 8.

Cant. cap. 3. verba discussa, v. 10.

Septuag.

Vatabl. Pagnin.

Amoris effigies prope sponsam in curru geminata.

Atque his pertractandis si æquo proliziores fuimus, condonabit Lector, quoniam intacta fuêre à cæteris; Mysticam significationem suppeditabunt alij, in primis Sotomaior præfatis in Cantica, titulo, *De personis, & interlocutoribus*; Delrio Isagogæ cap. 4. plerunque adolescentularum typo animas imperfectas intelligunt voluminis huius prisci Enarratores; nonnunquam, & proficientium, & perfectorum simulacrum præferre dixêre: cœlestea quoque Hierarchias, & Ecclesiæ varios ordines intelleаêre aliquando; sed id cōmune fuit omnibus pro scopo interpretationis sibi præfixæ, personas accommodare, neque aliter cohærentia esse potuit; Sic, qui referunt ad Anagogem, & cœlestia, dicent Angelos esse, aut animas beatas; & qui expositionem texunt tantùm de Seruatoris gestis, putabunt illorum temporum solos mortales designari; Nos sub adolescentularum vocabulo varios feminarum ordinea complectimur; ex quibus sunt, quæ sponsam lædunt, dum aut venustatem illius minuunt, aut quiescenti graues, atque molestæ sunt: hæ Iudæorum, Hæreticorúmque vmbram sustinere possunt; aliæ benè erga nouam nuptam affectæ, fideles denotant; harum multi gradus sunt; nam aliquæ ex prima nobilitate, & de Optimatibus populi repræsentare valent Ecclesiarum aut Præsules, aut masculos, & ardentes animos Heroüm spiritalium; aliæ consanguineæ sunt, & affines, quæ chariores sponsæ animas adsignificant; aliæ pedissequæ, & ancillarum turba, mediocris perfectionis mentes indicant; aliæ denique tædiferæ, & venatrices puellæ, quæ luce, & facibus præcones verbi charitate 29.

Adolescentulæ in Cantico Salomonis, quid mysticè indicent? Sotomaior. Delrius.

pariter, & ſcientia conſpicuos, ſagittis, & arcu de hæreſi triumphatores loquuntur; Atque hanc tantam varietatem reperire eſt apud nos, non vna aliqua ætate; ſed omnibus ſæculis à paſſo Seruatore vſque in extremos mundi fines: quoniam tot, tantáque tempora, atque in iis præclara quæque geſta facinora complectitur noſter Commentarius.

Svbsectio II.

Qui nuptiarum amici dicerentur, & quales ſponſo ſodales fuerint? De Amicorum vocabulo, numero, ordine, ſingulariter de conuiualibus plenior Diſquiſitio; paſſim ex Biblijs multa interpretata; nouè & cum induſtria enodatus Eccleſiaſticus; Matt. Lucas, Ioannes.

30. QVando quidem huius dramatis Explanatores præter nobentes ipſos; duo tantùm alia perſonarum genera aſſignant, adoleſcentulas, videlicet, quæ cum ſponſa ſunt, ſodales ſponſo adhærentes; quemadmodum ſanè iuuenculatum nomine complexi ſumus, diuerſas, & inæquales feminarum claſſes; ita neceſſe eſt amicorum vocabulo comprehendamus virorum multos ordines; nempè, & quoſdam dignitate atque ſtemmate ſponſo, aut æquales, aut proximos, quoſdam ex medio populo tantùm, quoſdam ex cognatorum, & affinium ſerie, quoſdam denique ex ſatellitio, & famulatu ſponſi: At verò preſsè vtendo hac dictione, expetiamur, quales amicorum catalogo ſcribendi ſunt? Qua de re ſingulariter præfatus Rupertus, Tuitienſis Abbas, lib. 2. in Ioannem, ad illa cap. 2. *Et dicit eis Haurite, &c. Architriclinus (inquit) dicitur is, qui eſt ſponſi amicus; qui ſponſo vacante, & feriato à cunctis negotiis, nuptiis præeſt, res neceſſarias prouidet, conuiuantibúſque, ac vniuerſa domus præminet;* Ac quanquam hæc Ruperti cogitatio confundere videatur cum moderatore, & conuiuiorum Rege amicum ſponſi; ſed potuiſſe vtroque munere fungi eodem, quid vetat? Imò ideò amicus ſponſi, quia Architriclinus, & ſympoſiarcha: quæ vt clareſcant, aduerto, nuptiarum paranymphum, parochum etiam ab eruditis nuncupari. Sic Scalig. datus num. 24. Cœlius & Alex. num. 28. Sanè, quod eſſet parochi in Romanorū Republica munus, innuit Horat. lib. 1. Satyra 5.

Amici in Salomonis Hymenæo, qui nam ſint

Nuptiarum parochus, Rex amicus, an idem ne ſit

Scalig.
Rhodig.
Alex Neap.
Horat.

Proxima Campano, Ponti quæ villula, tectum
Præbuit, & parochi quæ debent ligna, ſalémque.

ſic enim nuncupatos, qui Legatis in vrbem miſſis, aut claris quibuſcunque hoſpitibus ſalem, & ligna præberent, docet vetus Flacci Eclogiſta Acron, nouus Interpres Lambinus; inde forſan nuptiarum auſpices parochi vocari, quòd rerum ad epulas neceſſariarum cura ipſis impenderet; quare & cœnæ pater ab eodem Poëta parochi nomine expreſſus lib. 2. Satyr. 8.

Acron.
Lambin.
Horat.

Et calices poſcit maiores; vertere pallor
Tum parochi faciem, nil ſic metuentis vt acres
Potores.

Et propterea etiam appellatus fuerit Architriclinus, & epularum Rex; Sed ex his ſequi aſſeras, vnum tantùm fuiſſe ſponſi amicum; nam vnus tantùm erat triclinij Princeps, & epularum magiſter: at conſtat aliter accidiſſe: nam Geneſ. 29. verſ. 22. Laban, *vocatis multis amicorum turbis ad conuiuium, fecit nuptias.* Iudic. 14 verſ. 20. Samſonis vxor maritum accipit vnum *de amicis eius, & pronubis*, qui verſu 11. vocantur *ſodales*, & dicuntur fuiſſe triginta numero: Machab. lib. 1. cap. 9. verſ. 39. *Et ſponſus proceſſit, & amici eius, & fratres eius*, Matth. cap. 9 verſ. 15. *Nunquid poſſunt filij ſponſi lugere*, Clariùs Marc. cap. 2. verſ. 19. *Filij (inquit) nuptiarum*, id eſt, qui pertinent ad nuptias ex Hebraïſmo, vt Reg 1. cap. 20. *Quia filius mortis eſt*, id eſt, morti deſtinatus. Matth. cap. 8. verſ. 12. *Filij autem regni eiicientur*, &c. id eſt, qui ad regnum pertinebant: Et eiuſdem cap. 23. verſ. 15. *Facitis eum filium gehennæ*, id eſt, Tartaro dignum: Reſpondeo, planè amicos ſponſi multos extitiſſe, ſed inter hos vnus erat Princeps, qui propter eminentiam familiaritatis abſolutè; & ſine addito, *amicus*, nuncupabatur: non enim hoc inuſitatum eſt: quippe Machab. 1. cap. 11. verſu 27. Demetrius Rex legitur feciſſe Ionatham, *Principem amicorum*. Erat etiam Daniel (Danielis 14 verſ. 1.) *conuiua Regis, & honoratus ſuper omnes amicos eius*; Sed & ipſum hoc, & munus iſtius inter amicos Coryphæi inſigniter delineat Ioannes, dum Chriſti prodromum Baptiſtam ſic loquentem facit cap. 3. verſ. 29. *Qui habet ſponſam, ſponſus eſt: amicus autem ſponſi, qui ſtat, & audit eum, gaudio gaudet propter vocem ſponſi*; Cuius periodi literalem intellectum eſſe reor, quem nunc indicaturus ſim; Sanè nuptiarum amici cum ſponſo accumbebant; vocabantur quippe, vt epularentur, quemadmodum citata Geneſis verba cap. 29. manifeſtè inſinuant: Docet hoc Canticum cap. 5. verſ. 1. *Comedite, amici, & bibite, & inebriamini, chariſſimi*, Lucæ monet textus cap. 14. verſ. 10. cùm de pluribus ad nuptias conuocatis, vni dicitur: *Amice, aſcende ſuperius*, & de natalitio epulo pro parta ſobole cecinit Prudent. lib. 1. contra Symmachum:

Geneſ. 29.
Amici nuptiarum plures, qui & ſodales.
Iudic. 14.
1. Mach. 9.
Matth. 9.
Marc 19.
Regula: Filius non ſemper ſignificat genitum ex alio.
1. Reg. 20. 31.
Mat. 8. & 23.
Amici, & ſodales ſponſi multi: ſed vnus Princeps inter eos, qui & conuiuiorum magiſter.
1. Marc. 11.
Daniel. 14.
Ioannis locus ex c. 3. declaratum.
Gen. 29.
Cant 5.
Luc. 14.
Prudent.

Iam ſponſus, ſatiente vtero nubentis, amicos
Aduocat, haud ſterilem certus fore iam ſibi pactā.

Reliquis igitur familiaribus voluptati, & genio vnà cum ſponſo indulgentibus, ſodalium dux, idémque amantiſſimus, lautitiæ, & obſoniorum curam gerebat; quare recombentibus cæteris ſtabat ille quidem, vt notauit benè Maldonatus ad verſum octauum cap. 2. Ioannis; quoniam, vt peritè fungi munere poſſit, ſic oportebat, qui & ad conuiuas, & miniſtrantium ordines ſimul attentus, & diligens eſſe debebat; Iam igitur concinnè Baptiſta: *Amicus (ait) ſponſi*, ſingulariter ſic dictus, non eorum quiſpiam eſt ex iis, qui accumbunt; ſed ille, qui *ſtat*, ſympoſiorúmque curam gerit; qui ad nutus ſponſi attendit ſollicitus, & vel leuiſſimum eius ſuſurrum excipit læntiſſimus, ſummáque alacritate eius imperio auſcultat; aut certè, cantante ſponſo inter conuiuandum, eiúſve nupta; nam ita à priſcis factum probamus ad verſum 1. cap. 1. Canticorum: igitur accinente nouo marito, lætantur quidem amici eius, & conuiuæ omnes; ſed qui *gaudio gaudet*, id eſt, incredibili oblectamento perfunditur, is demum eſt, qui *ſtat*; quoniam, vt ille ſponſum præ cæteris, & amat, & ab eo diligitur ſuper vniuerſos; ita plùs deliciatur perceptis melodis accentibus gutturis eius.

Maldon.
Sponſus, atque nupta canunt inter epulandum.

31. Nemo autem exiſtimet, quoniam, ſtare, ſeruorum proprium eſſe videatur, & eorum, qui miniſtrant, hunc, quem dicimus ſtare ſponſi amicum

Amicus Princeps ſponſi, qui & ſympoſiarcha, cur ſtaret

cum & triclinij gubernatorem, sedentibus dignitate, aut potentia mioorem fuisse: oam quidem stabat, quoniam aliter, neque mensas, neque seruorum ordines xptè disponere posset; Cæterùm stans non solùm ministrantibus, sed recumbentibus quoque præerat, ad cuius imperium, & quisque assignato loco sedebat, & potus, esca, túmque certas accipiebat & differentias & mensuras; qua de re nos ad longum versu 3. cap. 1. Canticorum: *Introduxit me Rex in cellaria sua:* Nunc vnum Ecclesiastici solùm proferemus locum cap. 32. vers. 1. *Rectorem* (ait) *te posuerunt? noli extolli: esto in illis quasi vnus ex ipsis: curam illorum habe, & sic considе, & omni cura tua explicita recumbe, vt laeteris propter illos, & ornamenti gratia accipias coronam, & dignationem consequaris corrogationis*; Quibus sententiis sermonem esse de symposio, & antecedentis capitis pars bona, & subsequentia multa eodem capite indicant palam, vt aduertit noster Maldonatus ad versum octauum cap. 2. Ioannis: Iansenius Commentario in Ecclesiasticum, qui ex Ciceronis libro de Senectute, *Summum poculorum Magistrum nominat*, Potestate igitur supra recumbentes excelluisse patet aduersùs quos ne nimis seuerum & tetricum se præstet, monetur, sed affabilem & humanum, velut si nulla contra, supráve eos, auctoritate donatus fuisset; sed cùm dignitate præemineret, stetisse tamen, donec epulæ absoluerentur, indicant illa: *Et omni cura tua explicita recumbe*; tum sanè si gratiosum se, benignúmque ostendit, accumbebat eodem triclinio, coronatus communi gaudio, & iucunditate hospitum, quòd in eos officiosus & comis extitisset; Sed, vt reuertamur ad Ioannem, & eius verba integrè declaremus; sane quamuis Architriclinus, & Princeps amicus sponsi tantùm cæteris antecellat, sponso ipso tamen semper inferior est; nam eam omnem potestatem, quam in reliquos exercet, à sponso in illum deriuata est; quare propterea parebant omnes, quòd vnam, eandémque esse & eius, & sponsi iussionem arbitrarentur; putà, nactum eum, qualem Iosepho concessit dominatum Pharao Genes. 41. vers. 40. *Tu eris super domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet: vno tantùm regni solio te præcedam*; Benè igitur probat Baptista, se Christo inferiorem esse; quoniam quidem Christus sponsus erat, ipse autem ad summũ amicus sponsi: cuius eximia gloria fuit, quòd Verbi vox esset: missus, vt perhiberet de illo testimonium; atque quòd sponsum hunc sequerentur plurimi, fierentque ingentes populorum concursus se dimisso, non tulit ægrè verus hic sponsi sodalis: quinimò significabat gaudentibus multis, se tamen cumulatiori lætitia perfusum; Hæc breuis illius textus dilucidatio; conuertamus deinceps calamum eò, vnde digressi sumus.

Magister conuiuorum quam potestatem exercerat in hospites? Ecclesiastici locus ex cap. 32. enodatus.

Maldon. Iansen. Cicer.

Gen. 41.

Monarchæ Princeps amicus, secundus post ipsum.

32. Non benè igitur declaratos à nobis amicos nuptiarum asseuerabit quispiam, quoniam non alios facimus, quàm qui ad geniale epulum vocati fuissent; hoc autem pacto infinitam Sodalium multitudinem fuisse necessarium est, dicamus; aut potiùs mortales omnes, cùm omne genus hominum ad connubialem mensam nonnunquam, seu precibus, seu vi attractum fuerit: quis autem his acquiescat, & non potiùs certum amicorum numerum designandum iudicet, quémadmodum virginum definitus numerus sponsam sequebatur? Porrò, innumera turba, atque deformi etiam nonnunquam repletam nuptialem

Amicus idẽ, qui commẽsalis & epulorũ socius.

Sherlogi Anteloq. in Cant.

aulam euangelicæ narrationes declarant; nam Matth. cap. 22. & Lucæ cap. 14. recuentibus his, qui primùm inuitati fuerant, triclinium ingredi compulsi sunt mali pariter & boni; atque ibi, & claudi, & languentes, & luminibus orbati, & ira pauperior multitudo; Proh dignos regio apparatu hospites! Sanè Augustinus tom. 9. lib. de Pastoribus, cap. 15. *Sodales* (ait) *dicuntur, tanquam vnius conuiuij; Latina enim lingua sic dicti sunt sodales; quasi simul edales, eo quod simul edant*; Qua significatione quotquot de mensa, & dapibus nuptiarum participant, amici nuncupandi sunt: Atque hinc monebat Seneca cordatos, circunspicerent, quos admitterent ad conuictum, quoniam amicum haberent oporteret, si mensa donassent. Sic ille epist. 19. *Antè circumspiciendum est, cum quibus edas, & bibas: nam sine amico, visceratio leonis, & lupi vita est; hoc non continget tibi nisi secesseris, alioquin habebis conuiuas, quos ex turba salutantium nomenclator digesserit; errat autem, qui amicum in atrio quærit, in conuiuio probat:* Quare & cùm quisquis ille est, qui conqueritur de perfidia Psalmo 54. cùm ab amico potissimùm inflictum sibi grauissimum vulnus significare cuperet: *Qui simul* (inquit vers. 15.) *mecum dulces capiebas cibos:* Secundùm hoc Augustini etymon, & ille, qui carceri profundo, & tenebris exterioribus adiudicatus est, quòd absque cœnatoria veste discumbere ausus sit, Matth. cap. 22. amicus nuncupari potuit: at hæc laxa nimis acceptio vocabuli est.

Matth. 22. Luc. 14.

August. *Sodalis etymon.*

Seneca.

Psal. 54.

Matth. 22.

33. Quò igitur compertum aliquid, certúmque statuere valeamus, vtile est, supponamus, amicorum varium fuisse discrimen apud priscæ ætatis mortales; Describit Seneca lib. 6. de Beneficiis, c. 33. *Non sunt isti amici, qui agmine magno ianuam pulsant, qui in primas, & secundas admissiones digeruntur:* Atque eodem libro, initio cap. 34. *Apud nos primi omnium Gracchus, & mox Lucius Drusus instituerunt segregare turbam suam: & alios in secretum recipere, alios cum pluribus, alios cum vniuersis; habuerunt itaque isti amicos primos, habuerunt & secundos:* Lampridius in Alexandro Senero, eius modestiam commendans; *Tanta* (inquit) *moderationis fuit, vt nemo vnquam ab eius latere submoueretur, vt omnibus se blandum, affabilémque præberet: vt amicos non solùm primi, ac secundi loci; sed etiam inferiores ægrotantes viseret*; Atque ex hac differentia ortum, ne cuiusque sortis homines potentum limina terere auderent; sed cum delectu, & honore. Saluianus lib. 3. de Prouidentia: *Intra ianuas* (ait) *non modò illustrium Potestatum: sed etiam Præsidium, aut Præpositorum non omnes passim intrare præsumunt, nisi quos, aut Iudex vocauerit, aut negotium traxerit, aut ipsa honoris proprij dignitas introire permiserit: ita vt si quispiam fuerit insolenter ingressus, aut cædatur, aut propellatur, aut aliqua verecundia, aut existimationis sua labe mulctetur:* Huc refero illa Machabæorum 1. cap. 10. vers. 65. de Ionatha; *Et magnificauit eum Rex; & scripsit eum inter primos amicos:* Sed eiusdem libri capite sequenti vers. 27. Demetrius eum *Principem amicorum* declarauit; Esdræ lib. 1. ex duobus extra Canonem, cap. 8. vers. 13. *Si qui ergo cupiunt ire tecum* (ait Rex Artaxerxes,) *conueniant, & proficiscantur, sicut placuit mihi, & septem amicis meis consiliarijs:* His itaque animaduersis, puto in primis, præsertim cùm Reges, aut alij maximarum opum homines connubiale epulum exhibuissent, ostentandæ magnificentiæ

Amicorum variæ classes apud priscos Monarchas.

Seneca.

Lampr.

Potentum atria non licebat cuique intrare.

Saluian.

1. Mach. 10.

1 Esdræ non canonico, c. 8.

In Principum nuptijs & epulum fiebat de media plebe hominibus.

causa ad gaudia vocatos non solùm Dynastas, & Prouinciarum Magistratus; sed etiam de media plebe homines, promiscuúmque vulgus; Nam ex Charetis Historiarum decadibus profert Athenæus Dipnosophist. lib. 11. Alexandrum, cùm sublato Dario, suas, amicorúmque nuptias celebrasset structis nonaginta duobus thalamis; in id conuiuium etiam priuatos hospites admissos, & quotquot in aula versabantur peregrinis: Plinius lib. 10. Epistolarum: *Qui virilem*(inquit) *togam sumunt, vel nuptias faciunt, vel ineunt magistratum, solent totam bulen, atque è plebe non exiguum numerum vocare: binósque denarios vel singulos dare*; Quibus vides senatorium ordinem cum infimis hominibus iungi; Sed eximium è sacro penu exemplum Estheris cap. 1. quòd si non geniale symposium; sed ad ostentationem tamen & plausum proculdubio compositum, quo in argumento nunc volutamur: iussit ergo Assuerus discumbere ad conuiuium dapsile imprimis & lautitiarum, nullo habito personarum discrimine omnem populum, qui inuentus est in Susan *à maximo vsque ad minimum*: Et quidem arbitratur Lyrensis viro, eodémque exceptos epulo & Optimates, & capite censos, proletariámque multitudinem; vt iam non sit difficile intellexisse, quod narrat Matthæus cap. 22. fuisse Monarcham, qui miserit apparitores in exitus viarum, & coëgerit etiam mendicorum turbam, ad cœnaculum amplissimum, atque regifici luxus; sed nec ibi memorata reipsa contigisse incredibile propterea est, quòd pœnas acerbas luere iussus sit absque nuptiali chlamyde inuentus vnus inter myriades; nam, vt concedamus, hunc, qualiscumque fuerit, non habuisse quibus, aut emeret, aut mutuaretur solemnem tunicam; at quidem verosimile est repositas in domo sponsi huiusmodi vestes multas in gratiam, aut hospitum peregrè venientium, aut eorum, qui in area tenere non poterant propter substantiæ detrimenta; Certè vidimus huius Disputationis num. 26. sponsæ incumbere, non solùm vt ipsa ornata prodiret, sed quærendas etiam ab ea sollicitè operosas, subtilésque stolas his, à quibus ducenda esset ipsa: Nouimus quoque ex Athenæo citatu iam duodecimo Operum illius libro, Polycratem Samiorum tyrannum, antequàm principatum adiret, sumptuosos lectos faciendos curauisse, ac pocula, quæ vtenda dabat si quis aut per nuptias epularetur, aut maiore apparatu amicos, vel hospites inuitaret: Sed concessa in nuptiis transisse penitùs in iura eorum, quibus donabantur, certiùs existimamus, quoniam distributa in iis munuscula & apophoreta tradidimus Anteloquio 3. numero 120. & nunc monet nos Estheris cap. 2. vers. 18. *Et iussit conuiuium præparari per magnificum cunctis Principibus. & seruis suis pro coniunctione, & nuptijs Esther, & dedit requiem vniuersis prouincijs, ac dona largitus est iuxta magnificentiam principalem*: Quando igitur nebulo ille, gratis accepta diuite tunica locupletari potuerit, quòd in contemptum Principis, & sodalium dedecus voluerit sordidatus apparere, atque cum lacero, maleolentique pallio, meritò etiam inter nuptiarum blanditias excanduit Rex, & imperauit ministris detruderent quantocyùs scurram inuerecundum in ergastulum omnium obscurissimum: Atque hoc genus amicorum est infimum illud, & cum vniuersis admissum, vt dicebat Seneca numeri huius aditu, cui certè tam communi vulgo, sodalium & amicorum dulces tituli ægrè adaptentur.

Athenæus.

Plinius.

Esther c. 1.

Lyra.

Matthæi parabola ex cap. 22. extra morem declarata.

Vestis nuptialis data à sponso ijs, qui ad conuiuium vocabantur, alia insuper munera.

Athenæus.

Esther c. 2.

Amici infimi quinam?

34. Ergo, cùm ex eodem Annæo Seneca didicerimus, familiarium duas fuisse potissimùm classes: alteram, quasi senatorij, & primi ordinis, eorum, qui Principis semper adhærebant lateri quibus arcana effundebat: alterum, velut patritiæ, & secundæ dignitatis, illorum quibuscum suauiter quidem communicabat, sed tamen serius, & rarenter, quibus nec pandebat omnes animi latebras, sed generales vt cumplurimùm agendorum causas, hos arbitramur sic discriminatos, vt electos illos sodales Monarcha ad quotidiana etiam, & quasi priuata conuiuia admitteret, aut simul, aut vno hodie vocato altero in crastinum secundi autem amici hospites illius fuissent tantùm in publicis epulis, cùm aut natalis dies, aut regni inauguratio, aut ipsius, gnatorúmve nuptiæ concelebrandæ fuissent: quibus temporibus hæc duo amicorum genera per omnes dies, admistis cognatis, & affinibus suis admittebat ad symposium, vulgus autem, & confusam multitudinem, aut vno, aut pluribus excipiebat epulis pro celebritatis modo, atque pompa: Itaque dicimus nuptiarum conuiuas fuisse amicos primæ & secundæ familiaritatis adiunctis consanguineis; ab Optimatibus plebi quoque datas aliquando sportulas: Sumamus probationem ex c. 1. Estheris; nempe, Persarum ille potentissimus Rector. *Vt ostenderet diuitias gloriæ regni sui, fecit grande conuiuium cunctis Principibus, & pueris suis. fortissimis Persarum, & Medorum inclytis, & Præfectis prouinciarum, centum, videlicet, & octoginta diebus*, Cùm igitur per hoc omne spatium singulis diebus nominatos omnes lautissima, & omnifariæ iucunditatis mensa excepisset, septiduo vltimo conuocauit omnis gradus homines; sic enim significant sequentia verba: *Cúmque implerentur dies conuiuij, inuitauit omnem populum, qui inuentus est in Susan, à maximo vsque ad minimum, & iussit septem diebus conuiuium præparari*, &c. vt bene aduertit Salianus tom. 5. anno mundi 3592. n. 4. Ac quanquam Esthere in locum Vasthi substituta geniales epulas præparauit magnificè, à quo populus, & minora capita abfuerunt, quod sciamus: aderant tamen amici, & domestici: nam vulgatus quidem Estheris 2. cap. exhibitum conuiuium asserit Principibus, & seruis: Septuaginta, *Et fecit Rex*(inquiunt) *conuiuium omnibus amicis suis, & virtutibus per dies septem*. Sed excepta huiusmodi publica occasione, quid in more positum fuisset Persarum tyrannis, declarat Athenæi oratio Dipnosophist. lib. 4. *Vt plurimum* (ait) *Rex solus prandet, ac cœnat: vxor interdum cum eo, & liberorum quidam; aliquando tamen festis diebus in eodem atrio cœnant omnes: Rex quidem in ædificio quodam magno seorsim; qui, si conuiuatur, id, quod facit sæpiusculè, conuiuæ illi sunt maximè duodecim*: Quare & Aman iactabundus cum suis gloriatur cap. 6. Esther, vers. 12. *Regina quoque nullum alium vocauit ad conuiuium cum Rege præter me; apud quam etiam cras cum Rege pransurus sum*; Declaro isthæc à simili: Nam, quemadmodum inter epulandum, aliæ, atque aliæ erant differentiæ, loci, calicis, atque esculentorum pro iure & conditione personarum: *Sunt enim* (inquit Athenæus lib. 1.) *& in conuiuijs sui præstantissimis viris honores, Diomedes & carnibus. & pluribus poculis honoratur, pateris quoque multis, sedili, & carnibus Sarpedonem Regem suum honorificè decorant Lycij*; Sed & lib. 4. tradit; *In secundis mensis seuerè*

Amici primi ordinis ad quotidianas epulas admittebantur.

Esth. 1.

Salianus.

Esther 2.

Septuag.

Athenæus.

Persarum Reges, quibus faciebant mensæ copiam?

Esther 6.

In conuiuijs, & melior locus, meliorésque cibi nobilioribus.

Athenæus.

seuerè obseruatum, quam oportebat primo loco, secundóve accumbere, aut in sella sedere; Consimile est monitum apud Lucam cap. 14. v. 8. *Cùm inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne fortè honoratior te sit inuitatus ab illo; & veniens is, qui te, & illum vocauit dicat tibi: Da huic locū*, &c. Atque Estheris c. 5. populus vestibulū regiorum hortorum, cùm tamen Dynastæ Imperij, Legionū Duces, & Magistratus nationum, ad interiores nemoris delicias admissi, vt acutè tetigit Salianus loco superiùs præmonstrato; Sic igitur credibile est, discrimen fuisse quoque numeri, & multitudinis hospitum, vt alij vocarentur ad quotidianam cœnam paucissimi illi, & de charissimis tantùm; alij in publica lætitia, nimirum & primi, atque secundi amicitiæ alij denique in pompa omnium maxima, nempe, tum & ipsum vulgus.

Luca versus explicatus de cap. 14.

Salianus.

35. At scio his contentum non futurum scrupulosum Lectorem, nisi pariter exactum, & certi numeri sodalitium sponso signemus: Planè fatemur nostram industriam latere; Nam, quanquam legamus apud Athenæum lib. 12. *Alexandrum orbis domitorem, superato Dario, suas, amicorúmque nuptias celebrasse nonagintaduobus thalamis eodem loco structis*, at dicodicamus, neque omnium familiarium connubia tunc concelebrata. neque probari posse non licuisse Macedonum Regibus vltra duos, & nonaginta sodales alere. Meminit & idem Auctor lib. 4. Carani cuiusdam ex Macedonia quoque, quem scribit genialem exhibentem cœnam viginti hospitibus contentum; sed, quòd plùribus locum non concesserit, fortasse parcus & auarus animus in causa fuit; Denique Iudicum c. 14 cùm Philistæam duceret Samson: *Ciues loci illius dederunt ei sodales triginta, vt essent cum eo*, qui verso vigesimo *amici*, & *pronubi* nuncupantur; Sed tantum numerum excessisse vltra communem modum, visus denotare Lyranus: *Quoniam datos* (inquit) *sub specie quidem societatis, & honoris nuptiarum: reipsa nihilominus, vt si Samson vellet aliquid agere contra eos, isti resisterent*; Sequutus in hoc Nicolaus antiquam Iosephi versionem lib. 5. Antiq c. 10. nam noua quæ & auctior est, aliud opinari cupidis ansam præbet, nempe, petiisse multò plores socios Samsonē: sed ne aucta nimiùm multitudine rixæ oborirentur, destinatos non ampliùs quàm triginta commensales: *Cum* (inquit) *Thamnita omnes essent in epulis nuptiarum; metuentes fortitudinem iuuenis, triginta circa eum pubertate precelsos constituerunt; sermone quidem velut socios futuros; opere verò custodes; ne quid vellet fortè committere conuiuiorum societate crescente*: Neque ab his longè discedit, quanquam nonnihil corrigit Iosephum Salianus tom. 2. anno mūdi 2880. n. 23. Illud igitur statuamus, si placet, nullam certam regulam fuisse de commilitonibus; quam omnes sponsi tenerentur alere, sed pro cuiusq; facultatibus, próque parentum & amicorum maiori, minoríve copia, quam haberent variæ conditionis mortales, aut diminutionem, aut incrementa accipere solitum hospitū numerum; Quare apud Monarcham milleni forsan epulabantur; apud Præfectum vrbanum, vel militarem, quingenti, apud ciuem, centum; apud artificem, quinquaginta: Sanè Plutarchus in Alexandro, iis, quas diximus ex Athenæo, suis, amicorúmque nuptiis, epulo quod celebrauit, geniali, tradit *cuique conuiuarum, quorum fuit numerus nonem millium, aureā phialam ad libandum donasse*.

Sodalium ac certus & definitus numerus in nuptiis. Athenæus.

Ex Iudic. c. 14. v. 11. verba discussa.

Lyra.

Ioseph.

Salianus.

Plutarch.

Sherlogi Anteloq. in Cant.

SVBSECTIO III.

Quot essent adolescentium, aut puerorum ordines, qui canerent, & tædis anteirent? Pueri symphoniaci in veterum delitijs; ad nuptialem pompam quæsiti; faces multæ in geniali lætitia, portabantur ab adolescentibus simul cum Virginum turmis; lampadarum vsus in Christianorum sacris: Matthæi parabola decem Virginum elucidata: Lucæ detenebrata verba.

TAmetsi verò quotus esset conuiuarum numerus arithmeticè definire non potuimus, & calculis componere; nihilominùs, si fortè ex ephebis, aut iuuenibus aliqui, aut cantarent in nuptiis, aut prælucerent face, lychnísve de his eadē censemus, quę de virginibus superiùs ex instituto docuimus à n. 24 nimirum; aut quinque, aut decem fuisse, quanquam satis dubitamus de his quoque, an iisdem regerentur legibus potentiores, atque illi, quorum fortuna honesta tantùm erat; firmiùs existimamus; non prætulisse lampades, non cecinisse geniale metrum solas puellas; sed partem horum pueris, aut adolescentibus concessam; & quidem vsitatissimo Hebræorum more adolescētulas, aut robustiori sexui admistas, aut alternis choris, arbitror me ostendisse Subsectione antecedenti à n. 21 atque ipsa huius Sectionis fronte, n. 19. Neque sanè credendum est, quæ in minori epulatiuo lætitia obseruata sunt, defuisse ea maximis gaudiis, qualia fuerunt apud vniuersas nationes genialis thalami; Sanè Augustum delectari solitum inter cœnam Symphoniacis Turanij Flacci mangonis, atque eos frumentu donauisse prodit Macrobius lib. 5. Saturnal. cap. 4. Valerius optimus Poëta carminibus celebrat Argonaut. lib 3 peritissimum Lyristem, nempe, 36.

Adolescentes virginibus mixti cantabant in nuptiis.

Pueri Symphoniaci in delitiis veterum

Macrob.

—Insignem cithara, cantúque fluenti
Dorcea, qui dulci festis assistere mensis
Pectine, Bistoniæ magnum post ausus alumnum.

Valer. Flacc.

Claudianus Stiliconis philosophicos, & seueros mores commendans, ita pingit lib. 1. de laudibus Stiliconis: Claudian.

—— Nullo cithara conuiuia cantu
Non pueri lasciua sonant; quis cernere curis
Te vacuum potuit? quis tota mente remissum,
Aut indulgentem dapibus, ni causa subesset
Lætitiæ?

Sed lusisse voce, atque fidibus adolescentes simul cū virginibus, idē declarat præfatione ad nuptias Honorij, & Mariæ; dum elegiacis pedibus describit quali cantu Pelei, & Thetidis concelebrassent thalamos Musicorum doctissimi; ait ergo:

Terpsichore facilem lasciuo pollice mouit
Barbiton, & molles duxit in antra choros.
Centauri, Faunique notam, quæ flectere Rhœcum,
Quæ rigidum poterant plectra mouere Pholū.
Septima lux aderat cælo, totiésque renatus
Viderat exactos Hesperus igne choros.
Tū Phœbus, quo saxa domat, quo pertrahit ornos
Pectine, tentauit nobiliori lyram.

Atque his quidem euicimus, arbitror, puerorum atque adolescentum melodis artibus oblectatos

Varia Poëmatum genera apud antiquos

conuiuas; sed, siue viri, siue canerent feminæ, aut maiorum recensita facta, aut procacia in ipsos discumbentes iaculata dicta, aut laudatos nubentes in epithalamicis, aut benè precatum pusioni, si genethliacum erat Poëma, tradunt Marcus Tullius lib. 4. Tusculanarum quæstionum, Auctore Catone in Originibus; Valerius libro 2. cap. 1. numero 11. Quintilianus oratoriarum Institutionum libr. 1. cap. 10. Clemens Alexandrinus lib. 2. Pædag. cap. 4. Arnobius lib. 4. aduersùs gentes; quem in vsum allatos ex Ægypto ab Alexandrinis negotiationibus pueros, quos inter cætera mercimonia sub hasta venales ponebant, fideiussore Quintiliano asserimus relato volumine, cap. 1. de quibus Papinius lib. 2. Syluarum:

Tull. Val. Max. Quintil. Clem. Alex. Arnob. Val. Max.

Stat.

Nec mixtus Pharijs venalis mercibus infans,
Compositósque sales, meditatáque verba locutus,
Quæsitis lasciuus herum;

Diximus de his, atque Syris aliquid suprà n. 21. deque argumento pari, cum eruditione & eloquentia noster Pineda ad versum octauum cap. 2. Ecclesiastis, Ioannes Aloysius de la Zerda ad hemistichium 1. Æneidos:

Pineda. Zerda.

——— Cithara crinitus Iopas
Personat aurata, &c.

Pontan.

Nonnihil ibidem Pontanus:

Faces, atque lampadas in nuptijs.

Chrysol.

37. Sed, *Quia semper nuptijs amicæ sunt faces*, (quemadmodum inquiebat Chrysologus sermone 22.) *luminum testimonio celebratur castitas nuptiarum*, Post cantum secundus honor datus tædis iugalibus; Sociauit vtrunque Medeæ carmen ad Iasonem:

Ouid.

At subite nostras. vt Hymen cantatus ad aures
Venit, & accensis lampades igne micant:
Tibiáque effudit socialia carmina vobis, &c.

At prælucebant solæ virgines, aies, Non credideram ædepol; quippe absoluta geniali cœna domum redeuntes præibant eum facibus iuuenes; Locupletissimus Auctor Lucas c. 12 vers. 35. *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, vt cùm venerit, & pulsauerit, confestim aperiant ei*; Ac quanquam significare solùm visa sententia hæc, expectare eum lucernis ad dominorum valuas famulitium; quis tamen credat, per tenebras gradientem ignibus caruisse, cui tanta cura, nè vestibulum absque facibus appareret? Fortasse abeuntem ex sponsi ædibus comitabantur flubentis serui; hoc vrbanitati debitum, Huic consimile, quod de C. Duilio, M. filio, qui Pœnos primus classe superauit, tradit Romanus Orator in Catone; nempe, à cœna regressum sæpe cum tibicine & funali, *insignem bellica rei successum* (vt ait Valerius libr. 2. cap 6. n 4.) *nocturna celebratione testandi*; De quo Silus Italicus lib. 6 Punicorum:

Luc 12.

Adolescentes etiā facibus prælucebant in nuptijs.

A cœna reuertentes nuptiales Musica & Lampades comitabantur.

Tull. Valer. Sil. Ital.

Cui nocturnus honos funalia clara, sacérque
Post epulas tibicen adest.

Refert & Plinius de Viris illustribus scribens: Sed de secunda magnifica cœna, quam Antonio Cleopatra præsentauit disserens Athenæus libr. 4. Dipnosophist. enarrat oblatas his, qui dignitate antecellerent ab Ægyptia potentissima femina, cùm finitis epulis ad sua reuerterentur, *lecticas cum lecticarijs baiulis; plurimis dates equos argenteis phaleris decoros; omnibus Æthiopicos pueros, qui facibus prælucerent*; Verùm in ipsa nuptiali pompa admistam cum adolescentibus puellarem turbam, probaueritne Homeri locus ex Iliade 18.

Plin. iun.

Athen.

Munera in conuiuas distributa.

——— Nuptiaque erant, conuiuiáque solennia:
Sponsas autem ex thalamis tædis subaccensis
Ducebant per vrbem; multúsque Hymenæus excitatus fuerat,
Iuuenes autem saltatores in orbem agebant se, interque hos
Tibia citharaque sonum edebant; sed matronæ
Stantes admirabantur in vestibus singulæ;
Populi autem in concione erant frequentes.

Iuuenes puellis admixti in pompa nuptiarū.

Homer.

Et quòd matronas ad limina domorum visendæ gratiâ celebritatis stare dicat, inferiùs Poëta noster simile aliquid dixit cap. 3. Canticorum Sionides alloquens: *Egredimini*, (inquit,) *& videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater sua in die desponsationis*; Sed mox clariori loquutus phrasi, ait:

Virgines autem, & iuuenes innuptæ pueriliter sapientes,
Textis in calathis portabant dulcem fructum;
Hos autem inter medios puer cithara sonora
Suauiter citharizabat; chorda autem bellè resonabat
Teneris voce; hi autem pulsantes terram simul
Cantúque, sibiléque, pedibus tripudiantes sequebantur.

Canticorum verba ex c. 3. v. 11. elucidata.

Sanè supra decem virgines, alios multos faces portare iuuenes mihi pro comperto est; quod cùm satis roborauero, tum demum definiam, cuius essent sexus; & an vnius, pluriúmve gradus, siue virorum, seu feminarum.

Quod ergo luminibus omnia arderent in 38.
nuptijs, quanquam noctu fierent, non tam dispellendarum tenebrarum gratia, quàm honoris, & lætitiæ causa, ostendo a similitudine aliarum celebritatum: quippe prima illa & deuota Christianitas, cùm siue Christi nobilissimi Ducis, siue Martyrum fortissimorum Militum immortalem memoriam celebraret, templorum, & valuas, & coronas, & tigna cum laquearibus, infinita lampadarum multitudine ornabant; cecinit elegantissime de sacræ Anastasis peruigilio Prudentius Hymno de cereo Paschali.

Lampades in nuptijs non tantùm dispellendarum tenebrarum causa, quantùm ob lætitiam, & honorem.

Nos festis trahimus per pia gaudia
Noctem conciliis, votáque prospera
Certatim vigili congerimus prece:
Pendent mobilibus lumina funibus,
Quæ suffixa micant per laquearia,
Et de languidulis fota natatibus
Lucem perspicuo flamma iacit vitro:
Credas stelligeram desuper aream
Ornatam geminis stare triombus,
Et qua Bosphoreum temo regit iugum
Passim purpureos spargier Hesperos.

Christianorū mos accendēdi lampadas in Christi, & Sanctorum festiuis diebus.

Prudent.

Anastasius Bibliothecarius in commendationem Adriani I. *Denique* (inquit) *idem Beatissimus fecit & farum maiorem in eadem B. Petri Ecclesia in typum Crucis, qui pendet ante Presbyterium, habentem candelas mille trecentas, & septuaginta, & constituit, vt quatuor vicibus in anno ipsum farum accenderetur, id est in Natiuitate Domini, in Pascha, in Natali Apostolorum, & in Natali Pontificis*; Sanctus autem Paulinus, quali cultu Beatum Felicem Orthodoxi prosequerentur depingens, tertio eius natali cecinit:

Anast. Bibl.

S. Paulin.

Clara coronantur densis altaria lychnis,
Lumina ceratis adolentur odora papyris,
Nocte, diéque micant; sic nox splendóreque diei
Fulget, & ipsa dies cælesti illustris honore
Plus micat innumeris lucem geminata lucernis.

Sed

Sed obgannit Vigilantius (somniculosus mehercle potius, aut lethargicus) & martyrum osor: dolet, *propè ritum Gentilium sub prætextu religionis introductum in Ecclesiis; Sole adhuc fulgente moles cereorum accendi*: At doctè Hieronymus: *Illud* (ait) *fiebat idolis, & idcirco detestandum est: hoc fit Martyribus, & idcirco recipiendum est: nam & absque Martyrum reliquiis per totas Orientis Ecclesias, quando legendum est Euangelium, accenduntur luminaria iam Sole rutilante: non vtique ad fugandas tenebras; sed ad signum lætitiæ demonstrandum*: Quidquid de ineptia Vigilantij. Nos inceptæ velitationis cursum sequamur, & pompæ causa accensa lumina cum Hieronymo comprobemus.

Ad lectionem Euangelij accensa lumina.

39. Duobus suademus. Primùm à multitudine: nempe, didicimus ex Prudentio, stellarum æmulas lucernas: ex Anastasio, plùs mille trecentis numeratas: ex Paulino, infinitas penè: sed abigendis vmbris superuacanea tot, tamáque fulgetra; alias itaque magnorum sumptuum quæramus causas, necessarium est; nimirum, celebritatem ipsam: Quam ob causam & apud Homerum Odysseæ 7. in conuiuio Alcyoni Regis, centum depinguntur puerorum aureæ statuæ cum totidem lampadarum ignibus; Sidonius quoque de geniali tripudio lib. 9. epist. 13. pangit: *Numerosus erigatur laquearibus ceruscis Camera in superna Lychnum vtero tumente fundant opobalsamum lucernæ*: Secundum priori, affinitate coniunctissimum argumentum: quoniam & interdiu accendebantur lampades; docuêre quid Latina & Græca fecisset Ecclesia, Hieronymus, atque Paulinus; Paganarum gentium morem significauit Arrianus in sermonibus Epicteti, lib. 1. cap. 19. *Tribunatum aliquis adeptus est: omnes obuij gratulantur, alius oculos, alius colla osculatur, serui manus; domum venit, inuenit collucentes lucernas*, &c. Panegyricus Theodosio dictus: *Quid portas virentibus sertis coronatas? Quid aulæis vndantes plateas, accensisque funalibus auctum diem referam?* Scripturæ de Syriæ habitatoribus Holofernis non ferendum robur timentibus; *Tantúsque metus* (Iudith cap. 3. vers. 9.) *Prouincijs illis incubuit, vt vniuersarum vrbium habitatores Principes, & honorati simul cum populis exirent obuiam venienti, excipientes eum cum coronis, & lampadibus, ducentes choros in tympanis, & tibijs*; Apuleius de Isidis pompa lib. 11. metam. coniungens cum lucernis musicam Adolescentum, ait, *Magnus prætereà sexus vtriusque numerus lucernis, tædis, cereis, & alio genere facium, lumine syderum cælestium stirpem propitiantes; symphoniæ dehinc suaues, fistulæque modulis dulcissimis personabant. Eas amœnus lectissimæ iuuentutis veste niuea & cataclysta prænitens sequebatur chorus, carmen venustum iterantes*, &c. At coram Sole subaccensæ faces quamobrem? proculdubio tripudij & gaudiorum ratione; Hinc iam subinfero apertè præter decem virgines, portatas lampadas ab aliis plurimis; monstrauimus nanque Prælocutione 3. numero 101. lætitiæ præcipuum symbolum nuptias esse; et, quem non moueat, non dico honorem, aut voluptatem aliquam à decem facculis potuisse deriuari, sed ne illustrandis platearum angulis tam exilem numerum patem fuisse? quid decem cerei cum tot Christianorum lucernis? quid cum ethnico Cæsaris triumpho? Nam de Iulio meminit Suetonius cap. 37. *Ascendisse Capitolium ad luminaria quadraginta, elephantis dextera, atque sinistra lychnuchos gestantibus*, Quid denique cum ipsis nuptiarum ritibus? de quibus Claudianus Epithalamio Honorij, & Mariæ:

Arrian. Lampadibus interdiu vsi Pagani in magna pompa.

Iudith 3.

Præter decem virgines Mat. cap. 25. aliæ multæ puellæ tædas ferebant.

Suet.

Claud.

—— alij funalibus ordine longo
Plurima ventura suspendite lumina nocti;

De hoc itaque quoniam constat, à quibus ordinibus prælatas lampadas existimemus, & quorsum Euangelista de virginibus decem solam memoriam fecerit, iam propero declarare pro virili.

Atque equidem si dicamus, pro nubentium cumulata laude & gloria cereos præluxisse non tantùm homines ex vltimo aut medio Reipublicæ cœtu; sed etiam supremis honoribus functos, erunt quibus confirmemus, exemplorum aliquot; Nuper ex Iudith cap. 3. perspeximus obuiam prodiisse Holoferni cum luminibus Principes, & honoratos simul cum popularibus: Sed in sacro iubilo *cùm omnis domus Israel duceret Arcam testamenti Domini*, (Reg. 2. c. 6. vers. 16.) *in clangore buccinæ, Dauid saltauit totis viribus ante Dominum accinctus Ephod lineo*; Pharaone, & Ægyptiis conculcatis Moyses, & soror eius, duces erant lætitiæ, atque Epinicij, Exod. cap. 15. atque id quidem exigere natura sua genialium temporum iucunditatem, vt etiam seniorum grauitas paulò licentior prodeat, nec mores turbæ Toparchæ dedignentur, bellissimè expressit Claudianus Hymenæo Honorij & Mariæ: 40.

In geniali pompa, etiam notabiles, tædas ferebant.

Iudith 3.

2. Reg. 6.

Exod. 15.

Claud.

Laxet terribiles maiestas regia fastus,
Et sociam plebem non indignata potestas
Confundat turba Proceres, soluantur habenis.
Gaudia, nec leges pudeat ridere seueras;

Quòd si nobiles atque ingenuos tædarum iugalium latores cogitare quisquam vereatur, & his officiis destinatos velit mancipiorum greges, dabimus ex seruorum numero sufficientes copias; sed priùs admonitum cupimus famulorum veteribus fuisse ingentem æquè, atque variam multitudinem: de copia ministrantium vnum ex Seneca deprompsimus testimonium suprà num. 23. addimus ex Annalium Taciti lib. 14. c. 13. *Quem numerus seruorum tuebitur* (inquit ibi Cassius) *cum Pedanium secundum quadringenti non protexerint*: Sed mirabilis Athenæi narratio lib. 6. *At Romanorum vnus aliquis, quantò plures possideat seruos tu nosti, optime Massuri; nam ad decem & viginti millia, imè plures etiam multi habuêre: non tamen vt quæstum ex ijs faciant, sicut Græcorum ditissimus ille Nicias, sed plerique Romam anteambulones eos habent comitésque maxima ex parte.* Porrò Abrahamus, cùm audisset captum Lot fratrem suum (Genes. cap. 14. vers. 14.) *numerauit expeditos vernaculos suos, trecentos decem & octo, & persecutus est vsque Dan*; Verùm non his militibus circunscripta familia eius: reliquit enim plurimam turbam domi, aut pugnæ insufficientem, aut priuatis ministeriis opportunam, vt notat Chrysostom. hom. 35. in Genesim: De Salomonis amplissimo satellitio lege Pinedam lib. 5. de rebus Salomonis, cap. 9. num. 4. De varietate & differentiis seruorum eloquentissimè Philo de vita contemplatiua; nam de Romanorum luxu disputans: *felices eos vt* (affirmat) *ministrantibus formosis mancipijs, non tam ad præsens ministerium quæsitis, quàm ad exhilarandos aspectu conuiuarum oculos; ex ijs minores pueri pocernas agunt, grandiores aquam adferunt, lotis, & nitidis, fucatisque, ac*

Ingens seruorum multitudo priscis.

Seneca.

Tacit.

Athen.

Gen. 14.

Chrysost.

Pineda.

Philo

Romanorum luxus magnus.

cincinnati; alunt enim capillitium, vel omninò intonsi, vel à fronte tantùm præfectis in orbem crinibus, tenuissimas, candidásque præcincti tunicas, anteriori parte ad genua dimissas, posteriore ad poplites, vtrinque mollibus tæniis adstricti commissuras tunicæ, propendentibus ad latera fimbriis: sic ornati adstant, nutus obseruando quid quisque postulet; adsunt & alij adolescentes prima lanugine malas vestiti curiose edocti grauioris momenti ministeria, mera ostentatio magna opulentiæ; Sed Cleopatræ epulis adfamulantes inspiciamus, quàm arguto carmine depingat Lucanus lib. 10.

Ab Eunuchis, & Æthiopibus custodita fœmina.

Discolor hos sanguis, alios distinxerat ætas,
Hæc Lybicos pars, tam flauos gerit altera crines
Vt nullis Cæsar Rheni se dicat in aruis
Tam rutilas vidisse comas, pars sanguinis vsti
Torta caput, refugósque gerens a fronte capillos.

Lucanus.

Deinde Eunuchos, & primæ lanuginis iuuenes canat; Dedimus versus numero 23. vidimus numero 37. ex Athenæo, & eandem Reginam Æthiopicos pueros habuisse; nam ab hisce fuscis custoditum feminarum genus cecinit Tibullus lib. 2. eleg 6.

Tibullus.

Illi sint comites fusci, quos India torret,
Solis & admotis inficit ignis equis;

Tanta igitur cùm fuerit seruientium ministrorum diuersitas, tam numerosa turba, cùm ætatis, nationum, coloris ratio haberetur, atque ab his vniuersis distinguerentur, & in multiplices dissecarentur classes, longam facilè pompam canentium, tædiferorúmque confici potuisse constat; nam erant decem, aut viginti fortasse, & triginta pro familiæ amplitudine ex Alexandrinis pueris; totidem de Æthiopibus, par numerus Syrorum, alij ex Europa, alij ex Græcia; atque inter hos iterum distributio in ephebos, in adolescentes, in pueros, in effeminatos; déque istis noua diuisio, quibusdam flauo, quibusdam annulato, aut intonso capillo, quibuscum virginum plurima & inæqualis sors responderet, ductis differentiis aut ab ætate, aut à climate, aut à forma, quamuis ex qualibet classe non multus esset numerus, sed comparatione omnium maxima emergebat summa.

Puerorū greges in turmas diuisi.

41. Iam quòd Matthæus cap. 25. decem solùm virgines recenseat, arbitror ad morem communem respexisse; quippe probabam Introductione 3. numero 91. etsi in Heroūm luctu non rarò Hebræi ipsos triginta, aut quinquaginta dies plangendo consumerent; tamen ex vulgato vsu, & in morte charorum ex media nobilitate, aliorúmque infra hos, tantùm consumptam hebdomadam; déque geniali honore paria monstrauimus; itidem nunc de virginum numero asseuerare non absurdum ducimus: nempe, licuisse Principibus cateruas prælucentium adhibere pompæ iugali; vetitum id cæteris, quibus decem virgines cum totidem adolescentibus satis erant; nam præter cereos ab his gestatos permittebantur lampades aliquæ fenestris, ianuísque suis, atque amicorum, quorum limina prætergrediebantur; Quæ, quanquam moderata pompa, at ciuium & Reipublicæ emolumentis apta; Sanè duodecim tabularum legibus cautum, regula tertia; *Ne sepulcrales sumptus fierent, nisi in decem tibicinibus*; Regula octaua; *Ne pretiosi lances & odorata potio in flammas infunderentur vnà cum cadaueribus*; Canone 10 *Vti plura funeraneum fierent, néve plures lecti inferantur*: Quorum nihil potentissimi Magistratus, aut militum

Matth. c. 25. cur decē solū virgines introducta, quæ lucerent nuptiis.

Optimates cum numerus decretis excepti.

Leges 12. tabularum.

ductores obseruare soliti, vt probant Rosinus lib. 5. antiquitat. Romanarum, cap. 39. P. Azor tom. 1. lib. 5. cap. 63. fortasse pro ciuibus tantùm composita illa decreta, ne substantiam vanissimè dissiparent, dum senatorio, aut equestri ordini pares esse cuperent; aut etiam quo inter Reipublicæ lumina, & vulgus post mortem, honorum discrimen extaret.

Rosinus. Azor.

Sed quamuis supposuerimus ex mancipiorum turba fuisse, qui canerent Hymenæum, qui tædas portarent in nuptiis; affirmamus tamen ex Hierosolymis, cæteráque vniuersa Iudæa conuolasse nobiliores quosque, quòd sponso, aut affinitate, aut stemmate, aut amicitia, & moribus coniunctissimi essent: Quod pronunciatum in simili corroborauimus loquentes de sponsa Subsectione antecedenti, num. 20. ab his varij gymnastici ludi toto nuptiarum tempore instituti: sæpè in syluis pardalem, vrsum, leonem, & ferociora quæque animantia quæsiuêre: Sed, quid in his medij; infimi, supremi significarent mysticè, & quarum rerum typos gerant: haud arduum est definire ad eorum normam, quæ tradidimus de sponsæ comitatu, num. 29. Finiam vno hoc monito: Cùm in tanta interloquutorum multitudine nemo reperiatur agricola, nemo villicus, nemo de Galaad, aut Carmeli, aliorúmve montium pastoribus: neque enim quidquam est compellens de bobus, aut aratione sermones texere: sequi, Canticum istud Eclogam non esse, aut Georgicum carmen: ducuntur similitudines aliquæ à rustica re; loquuntur de vineis & pomœrio amantes; sed huiusmodi non pauca reperias in Poëmate quouis Heroïco, nisi quidem Eclogam dicas, quasi sermocinationem, aut colloquium sumpta verbi huius lata constructione. 42.

Canticorum metrū non est rurale, aut pastoritium.

SECTIO IV.

Ver, temporum & celeberrima, & suauissima portio, Canticorum famulatur castis amplexibus: sub veris articulo coniugalia fœdera apud Hebræos, Titulus Psalmi 44. singulari explanatione illustratus: Verè egregia pleráque apud Iudæos peracta.

NEmini dubitabile fore præsumimus, facta partium huius Epithalamij collatione, perpensáque totius Operis harmonia, frequentissimè allusum ad tempus aliquod floridum, & amœnum; At poterit esse disceptatio, qua tandem de tempestate? Ver enim, æstásque, atque autumnus annorum iucundissimæ partes suis quæque gloriatur diuitiis, quin & deliciis contendere audeant: Quid igitur? Per omnium voluptates itum? & inchoata verno solstitio genialia oblectamenta multiplici, & longo apparatu in autumnale producta æquinoctium? atque supra Assueri superbissimum conuiuium, nostri sponsi gula per nouem mensium symposia? Ego cum pertinaci indagatione (nisi etiam meditati nos fallunt discursus) post lustratum Canticum hoc, nihil reperissem, quod suaderet vel in æstatem adultam (nedum vindemiam) prolatam nuptialem 43.

Veris tempestate peractæ nuptiæ, de quibus volumen Canticorum.

lem pompam, securiùs iudicaturum me putaui, si in vernam tranquillitatem referrem; præsertim cùm haberem apertissima verba cap. 2. vers. 10. (Cant. 2.) *Surge, propera, amica mea, & veni: iam enim hyems transiit, imber abiit, & recessit: flores apparuerunt in terra nostra*; Coniecturæ particulares sunt; nam veris amabilem, pulcherrimúmque vultum penitùs exclusisse hæc non patitur periodus, non sinet Interpretum communis consensus; veri autem si æstatem, atque autumnum associari velimus, dicemus, aut continuatas toto eo tempore nuptias; aut interruptas ab euentu aliquo, & inchoatas verna tempestate: intermissas æstate, autumno demum finitas: at huiusmodi interpolationis nulla sufficiens ratio proferri valeat; epulari autem per tot menses non interruptos, nimij luxus esset, & abhorrentis à Principe modesto in primis, atque sobrio, qualem nobis pingimus in hoc Epithalamio sponsum; Deinde, cùm hospitalibus è longinquo proficiscendum esset, (venerant enim ab omnibus Iudææ finibus Dynastæ condecoraturi genialem celebritatem,) si per æstatem prouectam, aut vindemiæ tempora itineri se commisissent, passi fuissent incredibilem molestiam, cùm Syriæ plaga ardentissima sit; Dederunt igitur se viæ post fractam hyemis sæuitiam, & redierunt ad lares vnusquisque, antequàm omninò desiisset Phœbus mitis esse: At hæc, cùm aut inter nemorum virgulta, & frondes, vel ad loquacem fontis susurrum, aut camporum aperta planitie, vel ad ripam fluminum quandoque cœnandum, exercendæ præterea venationes, ludi, audienda acroamata: decebat anni temperiem dulcem esse, ne agitationi, & motibus eorum, qui exercebantur, superaddita ignea vis intolerabilis à solari globo, lassaret vniuersos supra modum: Postremò, quid nuptiæ (vt cætera gaudiosa nunc omittam) absque floribus? Hi conuiuas ornant, triclinia venustant, pauimento camporum gloriam conciliant, lectum, & cubilia iucundant, fenestras, & domorum limina halare faciunt super pigmentariorum inuenta: Probamus non semel præsertim secundi capitis Commentario; nunc Catulli versiculos duos ex nuptiis Iuliæ, & Manlij damus:

Florum magnus vsus in nuptijs.

(Catullus.)

Cinge tempora floribus
Suaueolentis amaraci:
Flammeum cape, &c.

(Claudianus.) Nunc ea Claudiani Hymenæo de nuptiis Honorij, & Mariæ gustatorum tantùm:

Tu festas, Hymenæe, faces, tu, Gratia, flores
Elige, tu geminas Concordia necte coronas;
Hi nostra nitidos postes obducere myrto
Contendant.

Sed venustissimè inferiùs de legionibus: Nam inter militiæ honores, locum floribus datum, quoniam nuptiarum amœnitas sic postulabat, asserit:

Candidus intereà positis exercitus armis
Exultat socerum iuxta, nec signifer vllus,
Nec miles pluuia flores dispergere ritu
Cessat, purpureóque Ducem perfundere nimbo;
Hæc quoque velati lauro, myrtóque canebant:
Diue Parens, &c.

At sanè, vt concedamus aliis anni ætatibus non defuisse flores, quoniam hyems apud Palæstinos breuior est, & indulgentior: sed quis non facilè animaduertat, parem copiam non potuisse esse, qualem ver parturit, cùm hyeme dominentur vtcunque frigora, æstate calores? Ne igitur florum

Ver florum tempus.

egestate laborare possit sponsus, oportebat nuptias in id distulisse tempus, quo flores maximè abundant, quoniam auctore Latini Carminis Coryphæo Georgic. 2.

Et tunc omnis ager, tunc omnis parturit arbos: (Virgilius)
Tunc frondent sylua, tunc formosissimus annus.

Verùm & ostendamus generales fuisse causas, quarum ad exemplar, & comparationem debuerit sponsus vernam malaciam cæteris anni partibus anteponere.

44\. In primis exemplorum aliquid fuit: Nam Salomon cùm Pharaonis Ægyptiorum Monarchæ gener factus fuisset, delegit ex anni circulo vernam specialiter temperiem: quod ex Canticorum sententiis, rati eas alludere ad filiam Pharaonis, probant Pineda lib. 4. de rebus Salomonis, cap. 3. num. 1. Salianus tom. 3. anno mundi 3022. num. 120. Verùm, diuersam esse istius Hymenæi materiam, ostendimus Prælocutione 1. Sectione 10. Sanè cùm annus à verno æquinoctio inchoaret apud Hebræos, vt firmior habet sententia, de qua Pereira disp. 1. in cap 12. Exodi, num. 2. si vera est Chronographia Pinedæ, lib 2. de rebus Salomonis, cap. 14. referentis thalamos filiæ Pharaonis in prima initia secundi Monarchiæ Salomonis anni, constat apertè delatam ex paternis laribus sponsam, cùm ver inciperet; Sed, quoniam hoc quoque incertum; si quæ huius rei probatio robustior est, præbet eam nobis Psalmi 44. titulus; eius enim carminis (quod epithalamicum esse Interpretum communissima vox est) materia fortè Salomonis, & Phariæ puellæ coniunctio, quod plures asserere monstrauimus Anteloq. 1. Sectione 9 num. 73. Hæc ergo, quæ decantat Psalmus ille connubialia gaudia vere peracta, titulus adsignificat, de quo Hieronymus epistola 140. ad Principiam Virginem: *Quadragesimum* (ait) *quartum Psalmum legens in titulo reperi: In finem pro his, qui commutabuntur filiorum Core, intelligentia Canticum pro dilecto, ex Hebraico vertimus nos in Latinum; Victori pro lilijs filiorum Core, eruditionis Canticum amantissimi; Symmachus more suo manifestius, triumphum pro floribus interpretatus est:* Portò, eundem fieri sensum, siue dicas, *Pro his, qui commutabuntur*, siue, *Pro lilijs, & floribus*, disertè expressit Hieronymus ibidem, inquiens: *Igitur, Sosannim, vel pro his, qui commutandi sunt, vel in lilia transfertur & flores*; Quod annotauit etiam Magnus Basilius in Psalmum 44. *Quare vnus aliquis Interpretum pulchra, ac sagaci coniectura mihi videtur vsus, dum sententiam Scripturæ eandem, siue sensum, alijs verbis expressit; nam pro eo, quod est: Pro his, qui commutabuntur.* dixit, *Pro lilijs*: Ostendit ingeniosè P. Pineda lib. 5. de Salomone, cap. 4. num. 4 *Commutandi* verbum peculiari iure spectare ad nuptias, quòd in iis facta quadã coëmptione permutentur nubentium bona: at ego mallem relatum ad flores, & veris fœcunditatem: sic vt idem sit, Psalmum *Pro commutatione*, aut *commutandis*, inscribi, atque *Pro floribus*, florúmve tempore, Nam certè tum potissimùm natura penè vniuersa immutatur; Neque resurrectionis aptius esse potuit symbolum: vt qui eam significatam cupiat, quemadmodum intellexêre Basilius, atque Hieronymus, veris partubus adumbratam existimet: ab his enim non rarò soliti argumentum depromere Ecclesiæ proceres, cùm pro anastasi aduersùs Gentium Philosophiam certarent: *Quippe etiã terra de cœlo disciplina est* (inquit Tertullianus lib. de

Salomonis nuptiæ cum filia Pharaonis verna celebrata temperie

Salian.

Pereira.

Pineda.

Psalm 44.

Titulus particulari more expenditur.

Hieron.

Basil.

Pineda.

Ver, resurrectionis argumentum.

Basilius.

Hieron.

Tertull.

lib de resurrectione carnis;) *arbores vestire post spolia, flores denuò colorare, herbas rursus imponere, exhibere eadem quæ absumpta sint semina, nec prius exhibere, quàm absumpta; Mira ratio: de fraudatrice seruatrix; vt reddat, intercipit; vt custodiat, perdit; vt integret, vitiat; vt etiam ampliet, prius decoquit; siquidem vberiora, & cultiora restituit, quàm exterminauit; Totus igitur hic ordo reuolubilis rerum, testatio est resurrectionis mortuorum:*

Ambros. Dicitque eadem pari cum eloquentia Ambrosius oratione de fide resurrectionis.

45. Dicimus ergo Psalmo affigi: *Pro his, qui commutabuntur*, idem esse, ac si proferatur, *Psalmum esse pro veris tempore*; Primum, quoniam Theodoretus planè allusum arbitratur ad vernum temperamentum; idipsúmque Nyssenus tract. 2. in Psalmos, c. 4. Deinde, quoniam altera versio *pro floribus* attestatur apertè, cuius versionis sensum eundem esse cum vulgata inscriptione docuimus ex Hieronymo, & Basilio; Tertiò, quoniam de Resurrectione mystica explanatio quadrat mirificè; Neque obfuerit, non *pro floribus*, sed *pro lilijs*, ab Hieronymo, & alijs interpretatum; idem namque est; fit enim nonnunquam, specificum nomen in genericum transire; Sic illud Canticorum cap. 4. vers. 6. *Vadam ad montem myrrhæ, & collem thuris*; Vltimam hanc dictionem *thuris* ad omnia aromata, quæ in suffitum cremantur extendi Delrio in litteræ explanatione; idémque mystica interpretatione versus 10. c. 6. *Descendi in hortum meum*, &c. *Nucis* vocabulum generale facit ad vniuersa, quæ duriori sunt cortice; ita etiam & lilium flores cunctos significauerit: Certè Sotomaior ad illud cap. 2. Cantic. *Sicut lilium inter spinas*: annotauit Græcam vocem κρίνον, pro qua vulgatus conuertit *lilium*, *florem* quoque omnem significare; id, quod Hieronymus satis innuisse visus ad cap. 6. Matthæi, illud enarrans: *Considerate lilia agri*, &c. Chrysostomus hom. 22. Glossæ ordinariæ Compilator, de floribus vniuersim viderit Lector intellexisse eos comparationem; quem etiam de liliis sensum sequutus Apollonius Argonauticon primo apud Valerianum hieroglyphicorum lib. 55. titulo, *de lilijs*; Nec denique obstat legi ante Psalmum 79 similem inscriptionem: *In finem, pro ijs, qui commutabuntur, testimonium Asaph*, Quoniam huius etiam carminis titulum Hieronymus versione sua, ex Hebræo, *Pro lilijs*, transtulit; & mysticè eadem norma exposuit Athanasius epistol. ad Marcellinum, vbi monet, si quem rudem docere cupiat de resurrectione, Psalmum ei septuagesimumnonum recitet, & declaret.

Theodoret.
Nyssenus.
Regula. Specificum nomẽ pro generico positum.
Cant. 4 & 6.
Delrio
Sotomaior.
Lilium pro omni flore
Cant. 2.
Hieron.
Chrysost.
Gloss.
Apollon.
Pier. Val.
Psalm 79.
Athan.

46. Sed concedamus, Cantilenæ nomen esse, *Pro lilijs*, vt coniectatur Mariana; aut, vt nos, Psalmum dici *florum*, seu *veris*: quorsum eiusmodi nuncupatio? Equidem, vt scribuntur Psalmus octauus, atque octogesimus, nonnullique alij, *Pro torcularibus*; quòd per vindemiam canerentur in gratiarum actionem pro fructibus maturitatem consequutis, vt velint quidam apud Lorinum ad eorum initium Psalmorum, neque ipse abhorreo: sic asseuerare poteramus pro anno prosperè inchoato, frugúmque fortunato principio Psalmum 44. accini solitum: quam quidem ego cogitationem libenter amplecterer, nisi conspicerem toto Poëmate nullam memorationem fieri de terræ muneribus, pro quibus haberentur gratiæ; sed nec gratiarum actionem lego: Denique, cùm omnis Interpres recens, atque vetus Hymenæum esse dicat, quale gratitudinis monimentum, quàm insolens, atque inauditum, rescissent ob tales causas Epithalamium? Quòd si aliquod metrum canendum fuit erumpenti telluris proli, genethliaci pangendi erant versus: quando igitur duo constant, nempe, modum carminis ad thalamos spectantem; ipsum autem blandissima anni temperie modulatum; arbitror medius fidius ad eum morem, quo suprà definitum à nobis Sectione 2. num. 21. à Dauide compositam Saüli, & Ionathæ Næniam, quam præcepit discerent filij Israël, vt ea lugendi forma vterentur in defunctorum exequiis, & parentalibus: ita ab eodem inuentam methodum canendi honestè, & festiuè in nuptiis, quam hoc Psalmo præmonstrauit: & quoniam *Dilecti* epitheto significabatur sponsus apud Hebræos, vt hoc Canticorum Canticum variis locis innuit; indicaturus Epithalamium esse, & ad nuptias pertinentem Poësim, inscripsit: *Canticum pro dilecto*: Quia autem non alio tempore communissimo vsu, iugali fœdere iungerentur Hebræi, quàm accedente verno æquinoctio; dixit quoque: *Pro his, qui commutantur*, siue, *Pro lilijs*, *aut floribus*; Quod idem est, ac si pronunciaret, carmen esse vernale, quoniam vere tantùm pangebatur, quòd eo solùm tempore nuptiæ concelebrarentur apud Iudæos ex vsitato vulgatiter ritu; Atque hiscum insigniter consonat mysticus de vniuersali anastasi intellectus: tum enim cùm omnis humana creatura resurget, & immutabitur Ecclesia per duraturas in omne æuum nuptias Christo copulabitur, vt dicebamus Isagoga 3. num. 110. quæ in eum diem tantùm desponsata fuerat; Vere igitur adumbrata mortuorum suscitatio, Epithalamio expressum connubium: Quòd si ad Incarnationem Filij Dei Psalmum referre placeat, quæ trita opinatio est apud Patres, quorum indiculum reperies apud Leonem Castrensem Apologetici lib. 10. cap. 40. Pinedam lib. 5. de Salomone, cap. 4. Lorinum ad Psalmum 44. vix aliud tantæ rei emblema, quale à nobis proponitur; florida enim sunt vniuersa, quando Verbum caro fit: nempè, tempus vernans Aprili proximum quando Puella grauidanda illibato pudore Mater euadit; *Nazareth*, quò destinatur Archangelus, vbi virgo moratur, florem interpretatur Bernardus homil. 1. super *Missus est*. *In Nazareth ergo nasciturus Christus* (inquit) *nascitarus quia in flore speratur fructus processurus: Sed prodeunte fructu flos decidit, quia veritate apparente in carne, figura pertransijt. Vnde & Nazareth ciuitas Galilææ dicitur, id est, transmigrationis; quia nascente Christo omnia illa transierunt, quæ superius enumeraui, quæ, vt ait Apostolus, in figura contingebant illis. Hos ergo flores, & nos, qui iam fructum tenemus, pertransijsse videmus; & dum adhuc florere videbantur, transituri prauidebantur*; Igitur, cùm & *florem & commutationem, & nuptias* aduchat Incarnatio concinnè mysterium eius adumbratur Psalmi titulo, in quo hæc omnia reperisse possibile est: *commutationem* quidem quoniam pro his est, *qui commutabuntur*; flores & plantas suauehalantes, quia victori est *pro lilijs*, siue *floribus*: denique *connubium*, quòd in gratiam dilecti, id est, sponsi compositum fuerit carmen.

Mariana.
Psalmi tempore vindemiæ cantati inscribantur: Pro torcularibus.
Lorin.
Epithalamici carminis mater Dauid.
Nuptiæ apud Hebræos verno æquinoctio.
Psalmo 44. Incarnatio Filij Dei celebrata.
Leo Castr.
Pineda.
Bernard.

47. Suadet quoque vere nuptias peragere consuetum fuisse quòd eodem tempore, lætissima, & memoranda pleraque, gesta esse reperiamus: nam eo tempore conditum mundum asseuerat Theodo

Veris tempore grandia pleraque peracta.

Theod. Theodoretus quæst. 17. in Exodum; *Sub idémque tempus* (inquit) *Deus liberauit populum Israel à seruitute Ægyptiorum; & Gabriel Archangelus sanctæ Virgini* MARIÆ *lætum nuncium admirandi partus attulit: eodem quoque tempore Christus Dominus salutarem pertulit passionem.* Ac sanè editum orbem verno solstitio Patrum multò copiosior existimauit pars, *Mundi initium vere.* quorum dicta ad longum transcribit Ascanius Martinengus Glossæ magnæ pag. 823. Paschatis autem, & Azymorum *Martineng. Gloss.* iucundissimam, maximéque solennem illis diebus peractam celebritatem sufficienter manifestant Exodi cap. 12. & Leuitici 23. multisque *Exod. 12. Leu. 23. Ribera.* ostendit Ribera de templo agens lib. 5. cap. 3. Sed plura alia mensem Nisan, à quo anni, verisque initium, in paucis nominatum fecisse demonstrat *Salian.* Salianus tom. 2. anno mundi 2544. à *Perer.* num. 161. Pererius disp. 1. in cap. 12. Exodi: Burgensis additione 1. ad cap. 12. Exodi. Neque posterior honos floridorum dierum, exorsum esse *Salomonici Templi structio vere inchoata.* tunc potentissimum Salomonem fabricam admirandæ basilicæ; sic nanque attestatur Regum *3. Reg. 6. 1.* liber 3. cap. 6. *Factum est ergo quadringentesimo, & octogesimo anno egressionis filiorum Israel de terra Ægypti, in anno quarto, mense Zio (ipse est mensis secundus) regni Salomonis super Israel, ædificari cœpit domus Domino*; Quo tempore, & à Zorobabele restauratum templum existimat Lyranus *Lyran.* ad cap. 2. Haggæi finem, cuius est etiam sententiæ Vatablus ibidem; *Vatabl.* Porrò cùm non nisi post captiuitatem Babylonicam menses propriis nominibus dicti sint inter Hebræos, sed numerali ordine solùm appellati sint, Primus, Secundus, Tertius, &c. *Menses sine nominibus ante captiuitatem Babylonicam.* quod antè inueniamus hoc Regum loco nuncupatum aliquem *Zio*, epithetum tantùm fuisse temporis proprietatem denotans, vult Pererius disp. prima, in cap. Exodi 12. numero 3. *Perera.* nam, quoniam secundo mense terra sinus aperiret, floresque emitteret, dictus est *Zio*, quasi apertionis mensis, quæ latiùs explicat Pineda libr. 5. *Pineda.* de rebus Salomonis, cap. 5. §. 17. & ambobus *Burgens.* multò vetustior Paulus de Sancta Maria, loco oupet repræsentato; Equidem Paralipomen. secundus liber cap. 4. *Paral 2. 4.* hæc eadem enarrans: *Cœpit* (inquit) *ædificare mense secundo regni sui*; Quibus ex verbis clari aliquot Scriptores colligunt (quorum meminit Salianus tom. 3. anno mundi 3023. *Salian.* num. 10.) regnasse Salomonem annos tres, vnúmque mensem, nam altero post inchoatum dominatus quartum annum mense, fundamenta templi posuisse existimant; quæ si stabilia sunt, sequitur manifestè primo anni sacri mense, qui annus à vere auspicabatur, cùm sæcularis ab autumno inceptaret, ad quem proinde mensis Zio referendus, Monarcham declaratum fuisse; *Salomon vere ex more Rex coronatus.* siue, quòd tum Dauide sublato, imperij habenas arriperet; siue, quòd inaugurationis pompam ex consilio distulisset in veris amœnitates; idque propterea, quoniam vel vsus inaugurandi Reges ita postulasset ex Hebræorum ritu; vel, vt optima anni temperies inuitaret ex peregrinis, domesticisque ingentes populorum concursus; Sanè cùm volumine Canticorum comprehensa, vere contigisse certior existat sententia: ad coronam regni verbis illis capitis tertij: *Videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater sua.* *Cant. 3. Sotomaior. Delrius.* respectum arbitrantur nonnulli; Lege eum ad locum Sotomaior, & Delrium, vt non fuidis sit omninò coniectura de vncto in Regem eum celebritate, & publica acclamatione, Salomone, non alio tempore, quàm cùm, hieme depulsa, Zephyri spirarent.

Denique, cùm Naturæ æquissimus Rector varia dispertiret anni temporibus ornamenta, fœ- 48.
Veri fœcunditas specialiter concessa. cunditatem veri in primis tribuit; quare cùm prolis legitima, honestáque susceptio ex matrimonij finibus sit, nuptias peculiari iure sibi vendicat tempestas illa partubus fortunata; Sed lubet Titum Calphurnium audire ecloga quinta accinentem: *Calpurn.*

Tunc etenim toto vernanti gramine sylua
Pullat. & æstiuas reparabilis inchoat vmbras:
Tunc florent syluæ, viridisque renascitur annus:
Tunc Venus, & calidi scintillat feruor amoris
Lasciuúmque pecus salientes accipit hortos.

Columell. Nec omittam Collumellæ versus, qui libro decimo de cultu hortorum fusiùs, atque distinctiùs cantauit, inquiens:

Hinc maria, hinc montes, hinc totus denique mundus.
Ver agit: hinc hominum, pecudum, volucrúmque cupido,
Atque amor ignescit menti, sæuitque medullis,
Dum satiata Venus fœcundos compleat artus,
Vt generet varias suboles, sempérque frequentet
Prole noua mundum, vacuo ne torpeat æuo.

Tot igitur, tantisque concurrentibus coniecturis, cæteris probabilius axioma videatur, si non alio quàm verno tempore adstruamus Canticorũ modulatum fuisse Epithalamium, sub eandemque periodum gesta, quæ Hymenæo enarrantur.

SVBSECTIO I.

Præfatis obsistentia loca ex Cant. cap. 2. & 5. enucleata; nonnihil de tempore putationis vitis, ficuum, Myrrhæ, Messem triticeam intra veris ambitum in Palestina colligi ex professo declaratũ; Exodi & Numerorum versibus quibusdam facula: anni duplicis Hebræorum examinatio aliqua: Periodus ex versione Pagnini castigata.

EX capite 2. Canticorum, vbi maxima veris indicia illa: *Iam hyems transijt, imber abijt,* 49.
Canticorum loca ex c. 2. & 5. enucleata. *& recessit, flores apparuerunt, vox turturis audita est,* &c. inde nobis manifestior pugna; nam, postquàm dictum de vitibus vtrique, *Tempus putationis aduenit*, de iisdem subiunctum citò, *Vineæ florentes dederunt odorem suum*: At repugnant in eadem tempora incidere, vt & sarmenta amputentur, & florem emittant reuirescentes palmites: Eodem quoque capite cùm spiritus, & virium amissionem passa fuisset sponsa, subsidij aliquid postulauit à floribus & malis; sed mala quidem autumnus, ver flores præbet; Denique capite quinto gloriabundus sponsus, *Messui* (ait) *myrrham meam cum aromatibus meis*; Verùm non demetitur myrrha statim à principio anni; sed postquàm adoleuit; Cùm igitur ex his quædam veri congruant, alia ad autumnum spectent, & fortasse ad æstatem quispiam, satius fuerit docuisse, Salomonis Canticum tria hæc complecti tempore, vt quædam vere peracta sint, alia per æstatem, nonnulla per vindemiam, quàm omnia coniecisse in vnam anni partem:

Sanè

Ioan. Leoa.

Sanè Iuannes Leu Africanus descriptionis Africæ libro primo: *Martio* (inquit) *mense summo impetu flant Boreas, atque Zephyri, efficiúntque, vt totæ arbores floribus vestiantur; Aprilis omnibus propemodum fructibus dat formam; medio Maio ficus ex arbore colligunt; medióque Iunio vuas quibusdam locis maturas inuenire licet:*

Fructus vnà nos præcoces & citi in Africa.

Quòd si hoc Africa propter calidum clima, aut soli vbertatem, cùm & Palæstinos Phœbus vehementer adurat, & præter natiuam glebæ bonitatem, Deus specialem indidisse videatur feracitatem, verosimile est citiùs apud eos prouenisse fructus, quàm apud Pœnos; quare mirum non est, si vere non exhausto dicantur vineæ floruisse; Quid? nónne ita, cùm referat, qui propriis luminibus contemplatus est, Brochardus Monachus libro de terra sancta, parte 2. cap. 1.

Brocard.

Palæstina quanta & quàm insignis fertilitas?

Hic oculis vidi (ait) *quanta fertilitate terra benedicta fructificat: frumentum enim terra vix exculta, sine stercore, & fimo mirabiliter crescit, & multiplicatur: agri sunt velut horti, in quibus fœniculum, saluia, ruta, rosa passim crescunt,* Multáque alia huius generis longa oratione enarrat: Atque hæc tellus illa post millesimum à Christi morte annum; nam in deterius abiisse post occisum Seruatorem, alibi præmunstraturi sumus; At si vitis (aies) florebat vere aut incipiente, aut progressu, quorsum amputata ita serò? Nam sanè Columella lib. 4. de re rustica, cap. 23. eiusmodi præcepta tradit: *Placet ergo, si mitis, ac temperata permittit in ea regione, quam colimus, cœli clementia facta vindemia, secundum Idus Octobris auspicari putationem; sin autem cœli status frigidus, & pruinosus hyemis violentiam denunciat, in Idus February hanc curam differemus;*

Putatio vinearum aut cita aut sera pro regionū diuersitate.

Columella.

Cùm ergo ver à mense Nisan inciperet; hic autem mensis nostro Martio, aut etiam parti Aprilis responderet, vt fert communis Auctorum existimatio, deducitur vinearum putationem hyeme, & non post primum æquinoctium factam; Aduerto tamen ex eodem Brochardo loco superiùs nuncupato, vites apud Palæstinos triferas esse; *Vinum* (inquit) *terra sancta valdè pretiosum est, & suaue, præcipuè circa Betlehem: & non nullibi eadem vitis, ter in anno fert vuas, & maturas omnes suo tempore;*

Vites biferas & triferæ.

Brocardus

Acosta.

Quod ego stupêre desij, cùm legerem apud nostrum Acostam lib. 4. de natura noui Orbis, cap. 32. prope Cuzcum occiduæ Indiæ præcipuum Municipium, vallem conspici, qua per anni circulum vniuersum botrum esu amabilem vites producant; Refert & de nostris Ioannes Petrus Maffæus ad initium lib. 2. rerum Oriente gestarum per Lusitanos, illatas ad Brasilos ab Europæis vites, biferas, triferásque euasisse, vt minimè fabulosus iudicandus sit Athenæus similis lib. 14. de Samo Insula scribens; Statuo igitur Maio, Iunio, atque autumno eosdem palmites botrum ferre maturum; Equidem vt præbeamus, putationem fieri comparatione primitiuorum fructuum per Idus Ianuarias, at, cùm postea florere incipiunt iidem primi fructus, quod contingit veris ingressu, tum putatio fiat, siue caudicis, siue surculorum per ordinem ad botrum cæteris posteriorem; Itaque non de iisdem verum sit vnà florere, & inutilia resecari; sed respectu diuersorum, vt quæ vitis ferat primos botros, ea florere dicatur; putationem autem adhibere tum, quando hæc floret viti per autumnum onustæ.

Maffæus.

Athen.

Affirmare prætereà quisquam valeat, non detruncari postquàm vineæ florere cœperunt, aridam illam, & nullis vsibus aptam prolem desiccatorum palmitum solius ignis fomentum, sed nimiùm luxuriantes nouos pampinos demeti; nam, si modum excedat frondescens palmes, hoc quoque torcularibus damnosú est: fortasse enim in vitibus eiusmodi putatio, qualis in ficubus, de quibus Columella libro de arboribus, capit. 21. *Nonnunquam enim cum frondere cœperint arbores, cacumina fici acutissimo ferramento summa amputare prodest sic firmiores arbores, & feraciores fiunt:*

Ficuum putatio demptis cacuminis.

Columella.

Palladius.

Quod documentum Palladius Rutilius tradit quoque in Martio, titulo decimo, loquens de ficu, *Cum folia* (ait) *incipiunt producere fici, vt fructum multum & pinguem ferant, in principio germinis cacumina summa decutimus,* &c. De myrrha autem adstrui queat, vere quidem non fieri corticis incisionem, nec stacten colligi, sed decuti surculos aliquos, quòd his odor, pretiúmque sit etiam vti balsami ramusculis, vt scribit Ioannes Renodæus lib 1. de materia medica, sectione 3. cap. 16. Profectò de nouellis frondibus sertum illud sponsæ fuit, de quo Canticorum 1. cap. *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur;*

Myrrha surculi odorati.

Renodæus.

Cantic. 1.

Attamen à Plinio docemur, duplicem esse myrrhæ vindemiam lib. 12. cap. 15. *Inciduntur bis & ipsa, iisdémque temporibus; sed à radice vsque ad ramos, qui valent;* Æquiparat autem thuri myrrhæ naturam quoad varias proprietates, atque in hoc conuenire affirmat, cùm paulò anteà cap. 14 prædidisset, alteram vindemiam vere peragi, *ad eam hyeme corticibus incisis;* alteram, *circa Canis ortum flagrantissimo æstu:*

Myrrha duplex vindemia.

Plinius.

Potuit igitur vere messis, siue vindemia esse myrrhæ; hæc siquidem vocabula aliis præter frumentum, & vina accomodari à peritis Scriptoribus, docet Sanchez ad cap. 2. Canticorum; nam de mellifico loquens Maro Georgic. 4. messis nomine vsus fuit:

Messis & vindemia pro iisdem sumpta, & aliis, quàm vino & frumento accommodata.

Sanchez.

Virgil.

Bis gravidos cogunt fœtus duo tempora messis.

Et cùm de vinearum putatione diceret, eadem nec renuit vocabula Georg. 2.

——*Primus deuecta cremato*
Sarmenta, & primus vallos sub tecta referto,
Postremus metito,

Sed & Amos cap. 4. cùm messem expressisset vulgatus, inquiens vers. 7. *Ego quoque prohibui à vobis imbrem, cùm adhuc tres menses superessent vsque ad messem.* Septuaginta vindemiam posuêre: *Et ego repressi* (aiunt) *a vobis pluuiam ante tres menses vindemiæ,* &c.

Amos 4

Septuag

Postremò, quòd malis constipari aueat sponsa, eiusmodi poma sunt, quæ vernam etiam temperiem ostendat, nempe, illa quæ selectiori vocabulo nominantur *mala medica*; vulgus, *aurantia* appellat: de quibus agit Guillielmus Rouillius historia generali plantarum ad lungum, lib. 3 cap. 2. Renodæus lib. 1. de materia medica, sectione 6. cap. 3. docéntque id, quod experientia passim confirmat, arbores perpetuò virentes esse, perpetuóque pomiferas, quibusdam malorum erumpentibus, aliis crescentibus, nonnullis perfectam ætatem consequutis, putredinem arcere, cor recreare, venenis obsistere, halitum corrigere, denique tam salutares esse fructus, florésque, vt inde potiùs *medica* nuncupata sint poma, quàm quòd originem ex Medorum regionibus traherent; Hæc igitur languens sponsa desiderauit mala, hos concupiuit flores, quibus afflicto cordi mederetur; nam Palæstinorum glebam istorum fœcundam extitisse matrem declarat Brochardus loco numero antecedenti assignato:

Rouillius.

Renodæus.

Mali aurei, & medici natura, atque virtus.

Malorum medicorum in Palæstina plurimum.

assignato: *Sunt ibi* (inquit) *cedri, citri, limones, anarangi suauissimi, & optimi odoris; sunt & quædam poma citrina ex quibus electuaria pretiosa valdè conficiuntur*; Sed & Hebræos, cùm Scenopegiæ lætissimos agerent dies, portare solitos à ramis pendentia chrysomela, probat Ribera lib. 5. de templo, cap. 13. atque hanc esse speciosissimam illam inter arbusta, de qua Leuitici cap. 23. *Sumetisque vobis die primo fructus arboris pulcherrima, spatulásque palmarum, & ramos densiorum frondium*; Pro quo Pronunciato vide etiam apud Lorinum ad præfatum Leuitici locum: nos enim exactum horum examen reiicimus ad c. 2. Canticorum; sanè cùm multifaria fronde conuestita essent omnia ad nuptias pertinentia loca, præ reliquis desiderauit medica poma deficiens sponsæ anima; quoniam horum, aut potentior esset ad medendum virtus, aut decore superassent cætera.

Mala aurei lignorum arboris fructus speciosissima dicta. Brocardus. Ribera. Leuit. 23. 40.

51. Alter ex Canticorum volumine, idque potissimus nodus est, quoniam cap. 7. v. 13. *Mandragora referuntur dedisse odorem suum*; Sed huiusmodi plantam Gen. c. 30. v. 13. tempore messis triticeæ repesisse legitur Ruben; hoc autem tempus in æstatis fines, autumnique ingressus consueuit incidere: quare tum inuentas à Ruben mandragoras arbitratur noster Delrius ad citatum Geneseos locum, neque extra autumni initia reperiri potuisse confirmat ex Ramberto Dodonæo: Equidem verno tempore mandragoram, & odorem emittere, & poma ostentare, disertis verbis edocet Gislerius in c. 7. Canticorum explanatione 1. Genebrardus vernæ amœnitatis pignora esse, notásque: Salianus tom. 1. anno mundi 2287. n. 7. sub finem veris à puero inuentam; quibus exploratis, si messem triticeam in æstatis terga, autumnique priora reiicere opportunum sit, dicemus ex duobus aliquod; nempe, aut vere florere mandragoram, æstate fructus dare, quemadmodum plurimis aliis è terra enascentibus contigit: quare verba Canticorum intelligenda de flore, aut foliis, nam hæc quoque odorifera esse scribit Plinius lib. 25. c. 13. dederat autem genitrici Ruben, non florē, quo gaudere Auctor est Columella lib. 10. sed poma, quemadmodum tradidère Iosephus lib. 1 Antiquit. cap. 19. Augustinus lib. 22. contra Faustum, c. 56 aut affirmandum duplices fructus mandragoram ferre: alios paulò post vernum æquinoctium, alios ante autumnale solstitium, vti de hyacintho generalis plantarum Historia loquitur lib. 15. cap. 4. quem duplici partu natura edit; alterum ostendens Aprili, alterum sub anni exitum, quando autumno colliguntur fructus; At, quia incerta hæc omnia esse quispiam contendat, & meras hallucinationes, asserimus tandem id, quod constans esse probabimus, apud Palæstinos messem triticeam veris saltem extrema periodo fieri; Quare quòd inuentæ legantur mandragoræ à Ruben, cùm in messem triticeam falx mitteretur, non euincit intra veris ambitum ab eo non repertas fuisse; quibus probandis si prolixior euasero, conabimur tamen dicendorum varietate, atque in primis commodo Lectoris mentem fallere, ne si fieri possit, nauseæ succumbat; certè fastidium discendi appetens facilè superet.

Cantic. locus ex cap. 7. de mandragoris. Genes. 30. *Quo tempore mandragora & flores, & poma ostendat.* Delrius. Dodonæus. Gislerius. Genebrard. Salian. *Folia mandragoræ odorata.* Plin. Iosephus. August. Hist. plant. *Hyacinthus annis bis nascitur.*

52. Proferam opinionis patronos; Augustinus præcedit quæst. 3. in Iosuë, inquiens de Chananæorum tractu: *Ibi autem, sicut perhibent qui nouerunt, in initio veris est messis tritici*: Qua sententia vtitur Glossæ ordinariæ Collector, vt, quid ipse indicet, ostendat: Eandem fuisse Hieronymo mentem præmonstrabo inferiùs num. 55. Cyrillus lib. 2. in Ioannem, Rupertus lib. 4. in eundem, idipsum docuēre: Abulensis in cap. 12. libri 1. Regum, quæst. 15. §. *Dicendum.* messem hordeaceam Martio confici adstruit, triticeam Aprili, aut, vt serius, ad Maij introitum: atque anteriùs consentientia pronunciauit quæstione 5. in cap. 14. Numerorum; & quæstione 35. in cap. 3. Iosuë: Lippomanus ad versum 22. cap. 34. Exodi, mensem nouarum frugum in Palæstina dicit esse Martium, aut inchoatum Aprilem: Sed accuratè discussit argumentum istud ex nostris, P. Serarius quæst. 5. in cap. 3. Iosuë: probat à quæstiuncula 4. ante exitum veris absolui consuetam tritici falcem. Ægypti exemplo confirmat, quod apud Syros accideret: quos ante finem Maij spicas omnes deiicere ostendit ex Cassiano, Plinio, Ioanne Leone Africano quin & antè extremos Aprilis dies perfici sæpiùs affirmat Rodziuillus Peregrinationis Ierosolymitanæ pag. 159. quibus corrigenda erunt, quæ idem de messe per Iunium, Iuliumque scripserat in c. 5. canonicæ Iacobi Epistolæ: Masius in idem Iosue c. 3. Lorinus ad versum 21. cap 3. Numerorum: Gislerius ad versum 13. c. 7. Canticorum: Salianus tom. 1. anno mundi 2287. n. 7 & tom. 2. anno 2584. num. 41. Ribera ad cap. 6. Oseæ, n. 15. ad cap. 10. Zachariæ, num. 1. Torniellus anno mundi 2544. n. 2. & 10. & anno 2584. num 1. Maldonatus ad versum 35. cap. 4. Ioannis Salmeron tom. 4. in Euangelia, parte 1. tract. 21. Suarez tom. 2. in 3. part. disp. 30. sect. 3. §. *Secunda expositio.* Pereira dispur. 1. in cap. 12. Exodi, & manifesta declaratione tom. 4. selectarum quæstionum, dispur. 9. ad versum 35. c. 4. Ioannis: Iansenius Concordiæ cap. 23. Pineda ad versum 15. cap. 1. Iob, num. 4 Mendoça tom. 1. in lib. 1. Regum, litterali expositione versus primi ex capite sexto: Claudius Rangolius ad versum 17. cap. 12. lib. 1. Regum: Bonfrerius ad vers. 14. c. 30. Geneseos, & ad vers. 32. cap. 9. Exodi: Menochius ad cap. 3. Iosuë: Atque hi sunt, quos hactenus comperimus testes, palàm, & sine ambagibus definientes de messe triticeâ: Iam quantis moueantur causis, declarare aggrediamur, si priùs pro his, aliisque in posterum resoluendis monuerimus duplicis apud Hebræos anni: alter, sacer & ecclesiasticus dicebatur, quòd iuxta eius computum festa nominarentur: eius ortus sub vernale æquinoctium, & primus Mensis Nisan vocatus, incidens in nostrum Martium, & partem Aprilis communiter, & aliquàdo in partem Maij protensus; alter ciuilis, atque sæcularis appellatus, quòd forensia negotia, nundinationes aliaque id genus regeret: Communissima hæc sunt apud Scripturarum Explanatores: Sed, quoniam omnia perpendere hic non sinit locus, adeat pleniora flumina cupidus apud Nicolaum ad caput Geneseos septimum: ad cap. 12. Exodi: atque ibi doctum Burgensis additamentum; Riberam ad cap. 2. Haggæi, num. 5 & lib. 5. de Templo, cap. 2. Pereiram disp. 1. in c. 12. Exodi: Salianum tom. 1. anno mundi 2544. num. 93. Pinedam in Ecclesiasten. ad vers. 2. cap. 12. num. 5. Petauium tom. 2. de doctrina temporum, lib. 9. cap. 6. docet Iosephus lib 1. Antiquit. cap. 4. *Moyses autem* (inquit) *Nisan, qui est Xanthicus, mensem primum in suis Fastis ordinauit, quod per hunc Hebræos ex Ægypto eduxisset; eundem etiam omnium, quæ ad rem diuinam*

Messis triticea in Palæstina veris ambitum. August. Glossa. Hieron. Cyrill. Rupert. Abul. Lippom. Serarius. *Ægypti ante finem Maij triticum degunt.* Masius. Lorinus. Gislerius. Salianus. Ribera. Torniellus. Maldonat. Salmeron. Suarez. Pereira. Iansen. Pineda. Mendoça. Rangol. Bonfrer. Menoch. *Duplex annus apud Hebræos sacer, & profanus, & quando inciperent.* Nicol. Burgensis. Ribera. Pereira. Salianus. Pineda. Petauius. Ioseph.

diuinam pertineret, exordium fecit: aliòqui, quod ad moderationes rerum venalium, reliquamque dispensationem anni attinet, nihil de pristino vsu innouauit: Sed potissimum fulcimentum à verbis

Exod 34.

Exodi, cap. 34. vers. 22. *Solennitatem hebdomadarum facies in primitijs frugum messis tuæ triticeæ: & solennitatem, quando redeunte anni tempore cuncta conduntur:* Translatio septuaginta virorum: *Et solennitatem collectionis mediante anno:* Significatur autem celebritas Scenopegiæ, seu Tabernaculorum, cùm incipit quidem mediare annus inchoante Septembre, ducto initio à mense Nisan nostro Martio respondente; Sed hoc ipsum erat finire annum sæcularem, qui à Septembri auspicabatur, vnde eiusdem Exodi cap. 23. vers. 16. *In exitu anni,* (ait,) *quando congregaueris omnes fruges tuas de agro;* Septuaginta & Chaldæus eodem more: Pagninus; *Quando egreditur annus;* Esse autem hunc mensem septimum, qui vocatur Thisri, & nobis September nuncupatur, expressère Leuitici cap. 23. & Deuteronomij 16. vbi, & qualis esset solemnitas, declaratur; Fit igitur apertè duos extitisse annos: alterum, cuius initium esset September, cuius comparatione Augustus exitus anni nunciatur à vulgato: alterum, cuius exitium esset idem mensis, quoniam à Martio inciperet: & ideò septuaginta Seniores vertère eodem sensu, *Mediante anno;* Ab hac regula excipit Pererius lib. 1. in Genesim, disp. *An mundus verè fuerit conditus?* & disput. 1. in cap. 12. Exodi & antè Burgensis Additione 1. ad relatum Exodi caput anni septimi, siue Sabbathici exordium pariter cum Iubilei anno: necessarium enim esse probant, vt horum initia reijciantur in autumnum, alioquin fore, vt sexti anni fruges penitùs intereant; cùm, quod anno post autumnum seminatum est non possit colligi; incipiebat enim septimus annus à mense Martio; videlicet, à Nisan, quo incepta falx in segetes mitti non poterat; sed neque ante id temporis si mitteretur profuisset quoniam spica nondum maturauerat; Quam rationem vrget luculentissimus Scriptor Salianus noster tom. 2. anno mundi 2544. numero 682. At si verum illud est, quod Ribera definit ad cap. 2. Haggæi, à num. 5 sacri Instrumenti Scriptores, cùm siue de festis agant, siue de profanis, anni ecclesiastici mensibus vti solùm in numerando, quæ tamen opinio egregium habere robur videatur; suspicio mihi est, abolitum veteris anni vsum, qui ab autumno inchoabat; nam, cùm potissimus finis eius instituendi anni esset, rerum ciuilium numeratio vt inde duceretur, hoc non obseruato, ad nihilum deseruierit talis annorum distinctio; Quod autem suprà proferebamus relato Exodi textu, autumno exitum anni esse, significatio est: Cùm tempus sementis esset September, vt scribit Ribera ad cap. 6. Oseæ, num. 11. Serarius in Epistolam Iacobi ad cap. 5. Salianus loco nupertimè citato: ab hoc tempore in Augustum, quo fruges colligunt, annuum spatium consumi, cuius meta sit Augustus; vel quod tantundem est colligendorum fructuum tempus: varijs enim modis annum intelligi solitum inter Hebræus, aduertit Paulus Burgensis additione 2. ad calcem Vaticinij Haggæi Prophetæ, & hanc nostram suspicionem eius dicta roborant.

Exod. 23. — Chaldæus. — Pagnin. — Leu 23. — Deut. 16. — Perer. — *Anni Sabbathici & Iubilei exordium num autumno, an vere?* — Burgens. — Salian. — Ribei. — *Annus sæcularis ex vsu Hebræorũ abolitus.* — Ribera. — Serar. — Salian. — Burgens.

53. Quando igitur constat annum à Martio exordiri, quo etiam tempore ver inciperet: ecce quid Exodi cap. 34 vers. 18. *Septem diebus vesceris azymis, sicut præcepi tibi in tempore mensis nouorum: mense enim verni temporis egressus es de Ægypto.* Deuteronomij cap. 16. *Obserua mensem nouarum frugum, & verni primum temporis, vt facias Phase Domino;* Ac quamuis de hordeacea messe hæc intelligenda, vt vidit Ribera lib. 5. de Templo, cap 5. Sed hoc ipsum probat, priusquàm desineret verna iucunditas, triticeam segetem albam fuisse; nam hordei decussio veris ingressu peragebatur, *Septem hebdomadas numerabis tibi* (Deuterom. cap. 16. vers. 9.) *ab ea die, qua falcem in segetem miseris;* Quibus peractis; *Solemnitatem hebdomadarum* (id est, Pentecostes) *facies tibi* (inquit Exodus cap. 34. vers. 22.) *in primitijs frugum messis tuæ triticeæ;* Deducit autem peritè Ribera lib. 5. de Templo, cap. 7. hæc cadere in mensem Maium; quippe illa hordeorum oblatio contingebat mense primo, qui communiter nostro Martio, quoad partem eius saltem non modicam respondebat, atque huius cùm dies aliquot vindicaret, deglutito toto Aprili, extra Maium non ferebatur: his autem contenti erimus, si ante clausum Maium spicæ triturarentur, quod quidem præfata verba suadere arbitreris: Iosuë versum illum cap. 3. vers. 15. *Iordanis autem ripas aluei sui tempore messis impleuerat,* multi de messe triticea declararunt, vide posita exordio numeri antecedentis; nobis sufficiat cum Abulensi quæst. 15. in cap. 12. lib. 1. Reg. intellexisse de messe hordeacea, quod versio Septuagintaduorum insinuat, *Iordanis* (aiunt) *plenus erat per totam crepidinem, sicut dies messis tritici;* indicans similem inundationem, qualis esse soleat, cùm triticum demetitur; nam cùm etiam ante celebratum Pascha ista euenissent, vt denotat versus decimus capitis quinti, infantili adhuc vere, verisimile in primis est ante consummatum ver adoleuisse segetem triticeam: Iuuat & Numerorum insigniter locus cap. 13. vers. 21. loquens namque eo de tempore, quo exploratum Chananæorum regiones quidam missi sunt, *Erat autem tempus* (ait) *quando iam præcoqua vuæ vesci possunt:* Chaldæus, *Dies autem erant, quando primæ vuæ maturescunt,* At, quales essent hi dies, manifestatum Septuaginta; *Et dies erant dies veris, præcursores vuæ;* Quod etiam indicat quadraginta dies moratos fuisse perlustrando Prouinciam nondum collectis frugibus; ergo, cùm vere non exactu botri perfectionem consequuti fuissent, & palato dulces essent; credi possit, triticum falci aptum extitisse, cùm etiam apud nos triticeæ segetes messorem desiderent cùm botri vesci queant; His adiungere placet, quæ ex Brochardo transcripsimus numero 49. *Frumentum terra vix culta, sine stercore & fimo mirabiliter crescere, & multiplicari;* Cùm itaque quibus nostræ glebæ indigent adiumentis, solo illo carente, latæ enascantur segetes; fiet quoque breuiori interuallo maturare easdem segetes iis locis, quàm apud nos; ac proinde cùm æstas nobis triticum præbeat præbere idipsum Syris vernam temperiem: Quid, si his subuectamus peculiarem Numinis beneuolentiam erga Hebræos? Certè promissum illis Leuit. cap. 26. vers. 9. & 10. *Respiciam vos, & crescere faciam, multiplicabimini, & firmabo pactum meum vobiscum. comedetis vetustissima veterum, & vetera nouis superuenientibus proijcietis;* Sanè terrarum nulla Chananitidi fertilitate comparanda esse videatur, & tamen aliæ nationes, vt etiam procrastinentur; ad finem Maij

Messem maturam verni temporis cadere in Palæstina, vaga Scriptura probatum. — Deut. 12. — Ribera. — Iosuë 3. — Abul. — Num 13. — *Exploratores terram Chanaan verno tempore lustrarant.* — Brochard. — Leuit 26. — *Palæstinæ fertilitas.*

triticum in horrea trudunt; De Ægypto testatur Plinius lib 18.cap.7. & 18.quod mirandum non est, cùm eodem cap.7.dicat,in Hispaniensi Carthagine colligi hordeum Aprili, & sequenti mense triticum decumbere: Quid apud Africam, apud amos, in Peruana regione, inter Brasilos eueniat, perspeximus num.49. prolatis approbatissimis testibus, præsertim quod ad noui Orbis qualitates attinet.

Plin.

Quibus regionibus fruges ... prosperantur

54. Sed, cùm ad hæc confirmanda duo attulerimus loca: Primum ex c.34.Exodi,v.18.vbi vulgatus: *Mense enim verni temporis egressus es de Ægypto*; Secundum ex Deuteronomij cap. 16. vers.1.*Obserua mensem nouarum frugum, & verni primum temporis,vt facias Phase*: admiratio cœpit me translationis Sanctis Pagnini; nam priora verba vertit, *Septem diebus comedes infermentata, quemadmodum præcepi tibi tempore mensis Iuly? quia in mense Iuly egressus es de terra Ægypti*: Posteriorem sententiam interpretatur, *Obserua mensem Iuly, & fac Pesach Domino Deo tuo,quia in mense Iuly eduxit te Dominus Deus tuus ex Ægypto nocte*,Sic ille, mensem nouarum frugum, apud vulgatam mensem veris, mensem primum anni (nam hoc eductus est Hebræorum populus ex Ægypto,) mensem denique Paschalis Iulium constituens, Quis autem Scripturarum adeò rudis versator, qui ignoret, Paschæ festiuitatem, & Azymorum, mense Nisan concelebrari solitum, qui omnium calculis nostrum saltem Aprilem, & Maij (vt longissimè excurrat) tantillum excedat? Legantur passim in Exodi cap. 12. scribentes, & Euangeliorum Commentarij; conferantur nominati per nos Auctores numero 42. atque illis copulentur quoad hanc specialem litem, Suarez tom.2 in.3. part. disp.30.sect 3.Azor. tom.2.lib.6.cap.33.Basilius Legionensis prima variarum parte, disp.de Agno typico; Sed, cui dubium est euoluenti eos, qui de climatum natura & conditionibus tradidêre certiora, apud Syriam, & Orientales vniuersim, priùs ostendere tellurem diuitias, quàm apud nos: Adeò veris initium ad decimumquintum Februarij diem constituere Numidas, scriptum reliquit Ioannes Leo libro primo delineationis Africæ, Quid ergo fruges illæ nouæ Pagnini ad Iulium? Denique, siue annus à primo Hebræorum mense, siue ordiatur à septimo, vtcunque adaptaueris nostros Iudæorum mensibus, quæ norma transferendi Pascha in Iulium; quem dierum assignabimus septem hebdomadarum sequuturo festo? & erit vt Pentecosten Septembri celebremus ex nupero vtique Sanctis Kalendario,quod neque verus, neque noua Ecclesia hactenus agnouit? Quare huiusmodi Pagnini lapsum pudendum sanè in tali viro, meritò censuit noster Ribera ad cap.2. Haggæi, numero 2. cùm & vulgati Interpretis sensui manifestè repugnet, & falsitatis arguatur propter sequuta varia absurda; at in huiusmodi scopulos non rarò impingunt, qui inoffensas vulgati textus semitas declinant.

Pagnini versio notata ad c.34. Exodi & ad c.16. Deuteron.

Pascha celebratio nunquam mensem Iulium ingreditur.

Suarez. Azor. Basil.Leg.

Ioan.Leo.

Ribera.

Sherlogi Anteloq. in Cant.

SVBSECTIO II.

Hieronymi emaculatus Textus; Duplex in Palestina imber, temporaneus & serotinus quando? Amos interpretatus, Lucas, & Marcus; Quo anni tempore fatigatus ex itinere Iesus sedit suprà fontem ex cap.4. Ioannis: Matthæi de ficu arefacta Narratio excussa; Micheæ sensus decorticatus.

QVoniam Hieronymi in his, quæ ad terræ sanctæ cognitionem spectant, summa est auctoritas, vt qui præter absolutam scientiam Scripturarum, illorum locorum longus fuerit incola; placet examinare eius, quæ sunt verba ad illud cap.4. Amos: *Ego quoque prohibui à vobis imbrem, cùm adhuc tres menses superessent vsque ad messem*. &c. *Non solum* (inquit Hieronymi Commentarius) *stuporem dedi dentium in cunctis vrbibus vestris, & indigentiam panum in omnibus locis vestris: sed prohibui à vobis imbrem, cùm adhuc superessent tres menses vsque ad messem, quæ appellatur pluuia serotina, & agris Palestinæ, aridisque sitientibus maximè necessaria est: vt quando herba turgeret in messem, & triticum parturiret, nimia siccitate aresceret: significat autem vernum tempus extremi mensis Aprilis, à quo vsque ad messem frumenti tres menses supersunt*. Cùm igitur ex Hieronymi computo ab Aprilis fine ad messis tempora trimestre supersit spatium, fit absque periculo Iulium aruis metendis scopum ponere, idque ad minimum: non itaque vera est nostra cogitatio, qui affirmamus vel triticeam messem Maium non transcendere. Respondeo, Hieronymi textum proculdubio mendosum esse, quod mirum est præterfugisse sollicitam Victorij Reatini Præsulis, in corrigendis Hieronymianis Operibus industriam; sed vidit, & restituit noster Serarius quæst 5. ad cap 3. Iosuë, nam ibi: *Vt quando herba turgeret in messem, & triticum parturiret, nimia siccitate aresceret*; supplendum, *ne nimia siccitate aresceret*, hoc enim præstaret imber; Deinde illud: *Prohibui à vobis imbrem, cùm adhuc superessent tres menses vsque ad messem, quæ appellatur pluuia serotina*; *qui* potiùs dicendum, nam relatiuum *imbrem* non *messem* respectat, imber quippe pluuia nominatur, non messis Non esse ipsius Hieronymi textum, sed alicuius glossema ad marginem, quod postea irrepsit textui docet noster Bonfrerius ad cap. 3. Iosue. vers.15.Sed,quò hæc pateant,aduerto,duplicem à Palæstinis semper omnibus votis desideratam pluuiam; alteram, quam Ribera ad c. 6. Oseæ,num.11.ad c.10. Zachariæ,num.1.asserit descendere solitam Octobri iactis in terram seminibus; hæc temporanea, & primitiua dicebatur: alteram, quam æther mittere consueuerat maturis iam aruis sub exitu Aprilis, aut per Maium; nominabatur ista serotina; Sic ferè Prophetarum minorum Interpretes ad ea ipsa loca, atque ad hunc, quem discutimus, Amos versum: quibus non leuiter fauere visus Hieronymus ad cap.6. Oseæ: ibidem Glossæ ordinariæ Auctuator, ab 55.

Amos 4.

Hieronymi textus emendatus.

Mar.Vict.

Serar.

Ribera.

Duplex in Palestina imber, temporaneus & serotinus & quo eius tempore

Hieron. Glossa.

S 2 eóque

Theophy.

eóque relatus Thophylactus, vt omittam existimasse plures, Hieronymum huius fuisse sententiæ in hæc verba Amos. Consentio quidem quoad priorem assertionem de maturino, & temporaneo imbre: cæterùm velle alium imbrem Maïo labi solitum, aut extremo Aprili, cùm segetes ad messem albæ fuissent, approbare nequeam. Primùm, quoniam, vt optimè animaduertit Hieronymus ad hanc Amos sententiam; in Regum libris pro signo magno, atque portento diebus æstatis, & messis orante Samuële pluuiæ concitatæ sunt: atque equidem prodigij instar fuisse impetratas à Samuële pluuias, Reg. 1. cap. 12. cùm tritica caderent à falce messorum. docuit ibi Nicolaüs, Abulensis quæst 15. Ribera ad cap. 6. Oseæ, num. 11. Salianus tom. 3. anno mundi 2963. num. 72. qui aduertit concinnè, euenisse miraculum, Israëlitis cum Samuële celebrantibus hebdomadarum, siue Pentecostes festa: docuimus autem numero 53. huiusmodi solennitatem in Maium incidere: sed & probauimus ibidem latè, atque eo, qui præcesserat, numero, tritici demessionem nunquam superare Maij extrema: nequit igitur verum esse, vt Maio serotinus imber madefaceret; Et sanè apud Salianum loco nuperè memorato Hebræi, quorum recordatur Vatablus, negant pluere à decimoseptimo Martij vsque ad Octobrem. Secundò, quoniam correctissimis Bibliis legimus Zachariæ cap. 10. vers. 1. *Petite à Domino pluuiam in tempore serotino, & Dominus faciet niues, & pluuiam imbris dabit eis:* At ipse Ribera eo loco facilè concedit, Aprili, aut Maïo niues euanescere, cùm & apud eos, qui sub frigidiori cœlo viuimus munstri penè loco sit, niuibus operiri campos post Aprilis dulcissimos Zephyros: non igitur serotinæ pluuiæ tempestas est Aprilis, aut Maius; Tertiò, quòd hoc Canticorum Epithalamio legimus, cùm primum terra sinus expandit & florum infinita varietate, seu polymita cyclade amicitur, tum depulsam pluuiarum memoriam: *Iam hyems transiit* (Canticorum cap. 2.) *imber abiit, recessit, flores apparuerunt in terra nostra, vox turturis audita est,* &c. At de veris exortu verba intellexêre Explanatores omnes: & quid aliud proclament illa: *Iam hyems transiit?* Sed apud Chanaan etiam ante Martium ver auspicatur, vt statim ostendero: igitur & ante hoc tempus desiit omninò pluere, alioquin non probè argumentatum à pluuiis non imminere periculum, quoniam flores se ostenderent, imò iuxta hanc sententiam mense florum, qui Aprilis est, potissimùm imber de supernis venit.

Neque Aprili, neq. Maio imber in Palæstina.

Prodigij instar, quòd pluuia caderent tempore messis in Chanaam.

Lyra. Abul. Ribera. Salian.

Vatabl.

Zach. 10.

Cantic. c. 2, verba declarata.

56. Ergo de conuexo labentes serotinas aquas, si in principia Februarij coniiciamus, sapientiùs fortasse senserimus. Probo sufficienter ex Amos cap. 4. *Ego prohibui à vobis imbrem, cùm adhuc tres menses superessent vsque ad messem:* Cuius Pronunciati significatio est: Tribus ante messis collectionem mensibus imber sitientibus aruis maximè necessarius erat, ne, cùm herba turgeret, & triticum parturiret, (vt loquitur Hieronymus,) nimia siccitate aresceret; tunc ego, quo fame vestra scelera compescerem, cobibui, ne stillarent nubes; At mensis Februarius is fuit, nam messis triticea in Pentecosten incidebat, quemadmodum ostendi num. 53. Pentecôstes autem celebritas, quoniam post festa Paschatis, quinquaginta elapsis diebus, agebatur, cùm Pascha frequentissimè bonam Martis partem sibi vendicaret, fit vt ad Maij vigesimum conderentur in horrea frumentorũ aceurui. igitur, vt communiter ad Maij vigesimũ numeremus messis triticeæ laborem, oportet auspicemur à Februarij decimoseptimo, à quo tempore incipere apud Africanos ver retulimus num. 54. cùm igitur tribus ante maturas segetes dãdus esset serotinus imber mensibus, sequitur vt daretur sub initiis Februarij. Confirmo hoc primò: quoniã duabus tantùm pluuiis gaudebant Palæstinorum sata, vt & Hebræi, & nostri Interpretes supponunt, temporaneo, videlicet, & serotino imbre; ex his, ante prostratas segetes mensibus tribus labebatur aliquis, at non temporaneus, quoniam hunc vniuersi Octobri tribuunt pro nuper iactorum seminum crementis, nemo autem asseruit messem ab Octobri trimestri solùm interuallo distare; igitur serotinus: falsum itaque erit dicere tum datas serotinas pluuias, cùm propè matura essent arua, Aprili extremo, aut Maio inchoato, Confirmo secundò quoniam Zacharias cap. 10. v. 1. nos ducet, cum serotino imbre simul descendere niues; at niuibus opportunum tempus hyemis vltima periodus incidens in Februarij primos dies: Septuaginta quoque eodem loco cadere pluuiam hyemalem dicunt; quod etiam congruum est, quoniam nondum bruma desiit.

Amos cap. 4. vers. 7. explanatum.

Veris initiũ apud Chananæos & Africanos ad 17. Februarij diem.

57. His itaque confirmatis, puto, Hieronymum explanantem Amos verba cap. 4 pari modo loquutum cum Nicolao Lyrensi; nempe prohibitas serotinas aquas tribus ante messem triticeam mensibus, quæ messis incipit quidem colligi sub Aprilis extrema; perficitur autem ad Maij vt plurimùm vigesimum diem: quare verba illa, *Significat autem vernum tempus extremi mensis Aprilis,* integrum sensum faciunt; quæ sequitur autem sententia denotans à consummato Aprili numerandum trimestre spatium vsque ad messis inceptionem, Hieronymi opinio non est, sed aliorum, qui, quòd legerent, apud septuagintaduos Interpretes, *vindemiam,* pro *messe,* substitui, Augusto putarunt segetem triticeam demeti, quos multis confutat Scripturarum lima Stridonensis; Sic quoque ab eodem maximo Doctore tradita ad cap. 6. Oseæ, de pluuia labente post maturas, dealbatásque spicas, intelligenda velut aliorum nomine prolata; quod neque refellit, nec approbat tamen; quippe id ipsum, quod attentè inculcat Ribera prolusione in Zachariam, numero 11. nos allatis non paucis testibus obseruandum monuimus suprà Anteloquio 1. numero 58. Hieronymum requirere vigilem, & accuratum Lectorem; nempe, cùm de more habeat suis intermiscere definitionibus aliorum placita, quæ absurdum contineant, & sæpè errores non ostendat aut, vt patefaciat, difficile sit diiudicare, vbi incipiat reiicere, opus est cautum esse; & perspicacem qui legat, cui sit expeditum dignoscere, quando alij loquuntur, quando Hieronymus ipse: Atque ex hac regula corrigenda erunt illa tom. 8. ad cap. 16. Prouerbiorum *Et clementia eius quasi imber serotinus.* vbi inquit: *Imber in Iudæa iam maturis messibus vsque hodie venire consueuit:* Quanquam Commentarios illos Hieronymo tribuendos, neque Marianus Victorius; neque Bellarminus, aut alij volunt.

Lyra.

Ribera.

Hieronymus quorsum vigilantem Lectorem postulet

Mar Vict. Bellarm.

56. Verùm præfatis obsistit multùm Ioannis textus cap. 4. narrat nanque *fatigatum IESVM ex itinere sedisse sic supra fontem ad horam sextam:* Cùm autem adeò lassaretur ambulando, vt quiescendum

Ioannis sententia ad longum examinata ex c. 4.

quiescendum fuerit diei spatio medio solùm transacto, verosimile est à nimiis caloribus tam citò fractum; quòd si adeò vehemens fuit solare iubar, quis dubitet, non tantùm incepta veris tempora, sed & creuisse etiam non modicum? Tum sic: At eo tempore ad messem quatuor supererant menses, dicit enim palàm Christus vers. 35. *Nonne vos dicitis, quòd adhuc quatuor menses sunt, & messis venit?* Neminem autem se Scriptorum legisse attestatur Maldonatus, qui non de corporea messe hæc intellexerit verba; ergo, vt concedamus, ver à decimosexto aut septimo Februarij inchoare, Christum autem ista protulisse adulto aliquantulum vere, id est post Martij exordia, cùm à Martio quatuor intercedant, necesse est dicere, messem triticeam totum Iunium sibi vendicare; falsum erit igitur statuisse extra Maium nunquam vagari: Respondeo, hunc omnem discursum subitò corruere, si contendamus, hyeme lassatum Seruatorem; At sanè Cyrillus lib. 2. in Ioannem, in eundémque Rupertus libro 4. autumant, veris ingressu fatigatum, idque Februario mense; atque idem concedere non grauabuntur, qui iudicauerint plagam grandinum, de qua Exodi cap. 9. vers. 24. Februario immissam, cuius opinionis sunt cum Saliano tom. 2. anno mundi 2544. numero 3. Abulensis, & Cornelius noster, quippe narrantur illæsa triticum, & far, quia *serotina erant*, cùm læderentur hordeum, *eò quòd esset virens*; & linum, *quia folliculos germinabat*: Septuaginta legunt: *Hordeum autem ad vigorem venerat*; quippe in culmum processerat, & spicam habebat, virentem tamen adhuc, Sed hoc ipsum veris certam esse notam, multis probat doctè Ribera ad cap. 2. Haggæi, à numero 1. Expensa hac Exodi sententia; hordeum itaque per Februarium in spicas surgebat, cùm in herba esset triticum: Asserimus ergo cum Cyrillo, atque Ruperto, lassatum IESVM Februario ex dimidia parte elapso, vere non quidem adulto, sed exordiente: tum verò ex accidenti quodam, & præter annorum, regionísque communem vsum, accensos acriùs solares radios, viatoribus solito grauiores extitisse: aut, si peregrinos calores accessere displicet, asseramus à non vehementi admodum flamma, & quam alij homines tolerassent, fatigatum Christum, eò quòd mortalium delicatissimus esset: Denique alij pronunciauerint, allatam sponte à Christo molestiam illam, quòd præuideret Samaritanæ salutem, modò illic subsisteret; sed debuisse causam idoneam exhibere discipulis, quoniam apud fontem manere tantisper decreuisset; Sic Matthæi c. 21. quòd summo mane esuriret, & ficus perquireret, excitam ex industria præter tempus esuriem dixêre apud Maldonatum ex Patribus aliqui, dixit Abulensis, dixit ipse, qui & opinatur propter mysterium excitatam mari tempestatem à Domino, somnúmque vocatum, de quibus Matth. cap. 8. Item à dimidiato Februario ver auspicantes, & Christi ponentis quatuor menses, & Hieronymi assignantis tres, computus cohæret; nam Christi sermo absolutam messem, & collecta in cellarium grana respicit; hoc autem contingit sub exitu Maij: Neque obest mensis sequuti dimidium; nam à decimosexto Februarij, aut decimoseptimo numeramus, cui adiungimus tres sequentes menses:

Maldon.
Quo anni tempore fatigatus IESVS sedit super fontem?
Cyrill.
Rupert.
Exod. 9.
Salianus.
Abulens.
Cornel.
Septuag.
Ribera.
Matth. 21.
Maldonat.
Matth. 8.

Sherlogi Anteloq. in Cant.

notum enim est, quod Augustinus monet tom. 4. lib. 2. quæstionum in Exodum, quæst. 47. ex Scripturarum vsu, *Tempora ita numerari, vt quod de summa perfectione numeri paululùm excrescit, aut infra est, non computetur*; Quin & Exodi 12. cùm asseratur, agnum debere esse anniculum, Pereira tamen disputatione 5. in cap. 12. num. 24. peritè aduertit, non desiderari, vt duodecim mensium esset ante sacrificium, sed ab expletis septem diebus potuisse hostiam offerri iuxta Leuitico præsignata c. 22. Ergo inceptus Februarij mensis pro completo habetur; atque ita vsque ad consummatum Maium quatuor existunt menses; Hieronymus autem sermonem instituit, non de collecto tritico, sed de inchoato decuti; id autem agitur per vltimos Aprilis dies; Rectè igitur à Februario ad Aprilem, id est, ad messem non absolutam, sed colligi cœptam, tres sunt menses, eodémque modo ab imbre serotino ad messem in dicto significatu, Restat solùm, aliquem maturum quempiam, tribuere nos veri quatuor menses, Februarium, nempe, cum tribus sequentibus; hoc autem contra gentium morem est, distribuentium anni circulum in quatuor partes, quarum vnaquæque tribus constet mensibus; Respondeo, non esse similem apud omnes nationes anni diuidendi rationem: nam Romani à Martio auspicabantur vernam bonitatem, vt scribit Varro lib. 1. de re rustica, cap. 28. Seruius ad illud Georgicorum 2. *Vere nouo*. Africanis initium veris decimus quintus Februarij dies, vt docet Ioannes Leo lib. 1. descriptionis Africæ: & de Ægypto æqualia prodit Plinius lib. 18. cap. 7. & 18. de Palæstinis Rupertus, atque Cyrillus supra nominati: Porrò ostendunt iidem non pares omninò dies fuisse omnibus anni partibus; quare his satisfaceremus; prætereà tamen asserimus, trimestre spatium non excedere nos; quoniam ver exordimur à decimosexto Februarij, & metam ponimus Festum Pentecostes, siue absolutam triticeam messem; incidebat autem vtrunque vt plurimùm in decimumoctauum, aut vigesimum Maij.

August.
Regula. In tempore computando, quod paululùm excreuit, aut deficit, non computatur.
Pereira.
Anni varia distributio apud nationes.
Varro.
Seruius.
Ioan. Leo.
Plinius.

59\. Sed oboritur hinc altera controuersia; nam, si Fauonius spirare incipit à Februario, eàque est solarium radiorum vis, vt non multis diu horis transactis cogat viatores sedere, & requiescere, aut sub vmbrosis, aut prope fontes; quorsum nos doceat Matthæus cap. 21. vers. 19. paulò ante Paschatis Festa, ad vndecimum pactà Martij, quæsitas à Christo ficus, & non inuentas, eámque perhibeat causam Marcus pro non repertis cap. 11. *Quoniam* (ait) *non erat tempus ficorum*; Nam, si tum hordeaceæ demetebantur segetes, vt omnes fatentur, & triticeæ, vt plures coniectantur, quamobrem, qui sufficiebat calor ad maturandas segetes, non idem ficubus perfectionem daret? Confirmatur: nam simul ac ver incipit apparere, progerminat ficulnea, & florem reuelat; Sic Hieronymus arbitratus ad illud Matthæi, cap. 24. *Ab arbore autem fici discite Parabolam: cùm eius ramus tener fuerit, & folia nata, scitis, quia propè est æstas. Quando* (inquit) *teneri fuerint in arbore ficus cauliculi, & gemma erumpit in florē, corticéque folia protulerit, intelligito Fauonij, ac veris introitum.* At flores ficus sunt grossi, qui & fructus sunt, vt docet Ambrosius lib. 7. in Lucam, cap. 13. Nyssenus homilia quinta in Cantica: in eosdem Bernardus sermone 59. & 60. hos autem

Matthæi sermo de fico arefacta c. 21. v. 19. elucidatur.
Marc. 11.
Hieron.
Ficulnea fructus quando eius idonei?
Ambros.
Nyssen.
Bernard.
Luc. 21.

fructus statim producit, quemadmodum Lucas adsignificat cap. 21. *Videte (ait) ficulneam, & alias arbores, cùm producunt iam ex se fructum, scitis, quoniam propè est æstas*; Cur igitur vno mense à percussione ardentium radiorum esui non reddantur idoneæ? Respondeo, eius esse naturæ, vt quanquam celerrimè prodeant, tamen nisi sub finem veris; Maij elapsa multa parte, palatu gratæ non sint: Nam, cùm apud Mauritaniam ver quoque Februario incipiat, & æstus maximus sit, non tamen colligi ficus ante decimumquintum Maij adstruit memoratus sæpè

Ioan. Leo.

Ioannes Leo libro 1. descriptionis Africæ; & progerminare quidem statim ad introitum veris, sed nisi eo satis adulto stomacho vtiles esse

Theoph. Plin.

tradiderunt Theophrastus lib. 5. cap. 1. Plinius lib. 13. cap. 7. & lib. 16. cap. 25. quare cùm ante Paschatis solennia ficus quæsiuisset Christus, aptè retulit Euangelista Marcus, ficorum non esse tempus; Deinde intelligere possemus, loquutum illum non comparatione totius Palæstinæ, sed respectu Hierosolymitani tractus, vbi Christus tunc agebat, nimirùm, in Bethania, non

Hieron. *Hyerosolymitanus tractus petrosus, & aquarũ indigus.*

longè à metropoli; nam, vt scribit Hieronymus de hac vrbe, in cap. 49. Isaiæ, ad illud: *Et dixit Sion: Dereliquit me*, &c. *Totius; prouincia deterrima est, & saxosis montibus asperatur, & penuriam patitur sitis, ita vt cœlestibus vtatur pluuiis, & raritatem fontiũ cisternarum cõstructione soletur*; Porrò ficum, quoniam admodum calida, aquarum fomenta desiderare, rectè notauit homilia 5. in Cantica Nyssenus, quin & commune est id plerisque arborum; Minimè ergo suspiciendum est, cùm Hierosolymitanus tractus, aquarum egestate laboret, non tam citò maturare ibi ficum, at-

Hierosolymitanus tractus frigidior. Serarius.

que in aliis Iudææ partibus; Faciunt in huius discursus robur quæ Princeps Radziuillus in Ierosolymitana sua peregrinatione memorat pag. 98. nempe *Fructus (ait) omnes, & segetes, Herichũte duabus antè hebdomadis prouenmunt, quàm Hierosolymis*: Nec mirum: *sunt enim hic adeò immensi calores, vt hinc petentibus Hierosolimam, cœlum longè frigidius videatur*: Et sanè hanc differen-

Diuersa temperatura regionum sub eodem polo æqualiter positarum. Acosta.

tiam locorum, qui etiam eiusdem Prouinciæ limitibus circunscribuntur, non adeò stupebit, qui animaduerteret prodita à nostro Acosta de regionibus sub eodem polo æqualiter positis; ex quibus asserit lib. 2. de natura noui Orbis, cap. 9. aliquas vno, eodémque tempore summis affligi æstibus; alias frigora occupare maxima; quasdam verò nec multùm frigidas, nec nimiùm calidas esse; vt hinc incredibile nemo putet, cùm nos intra æstuantes regiones Palæstinam annumeremus, Ægyptóque, atque Africæ assimilemus, asseramúsque ibi ver citiùs enasci vix finitis Idibus Februarij; tamen ad decimumquintum Martij aut infra fortasse, cùm Paschæ instaret celebritas, significet Euangelista frigora

Marci verba illustrata ex c. 14.

dominata fuisse; *Petrus autem* (ait eius discipulus Marcus cap. 14. vers. 54.) *à longè secutus est eum vsque intro in atrium Summi Sacerdotis, & sedebat cum ministris ad ignem, & calefaciebat se*; Nisi arbitremur præter solitos rerum cursus commota ex deliberato à Redemptore hominum elementa, quò acerbior esset passio, quale etiam simile quidpiam operatum fuisse existimemus, qua natus est Decembris nocte, modò persuasum nobis velimus æqualia fuisse nostris frigoribus vt pij communiter contemplantur; alioquin de Ægypto Iudeæ contermina, & ferè proprietatum earundem nonimus vix hyemem

Athen. *Ægyptus vix hyemem experitur.*

experiri; Nam Athenæus lib. 5. Dipnosophist. describens Ptolomæi Philadelphi tentorium; *Ægyptus* (inquit) *ob circunfusi aeris temperiem, & cultorum industriam, quæ parcius etiam tempore suo alibi proueniunt, copiosissima gignit, & perenni fœcunditate, vt nunquam rosa, viola, aliúsve quiuis flos facilè non suppetat: quamobrem media hyeme, cum apparatum id conuiuium esset; quæ ad vnius corona in alia ciuitate vix reperta fuissent, ea largissimè ad conuiuarum singulorum coronas abundabant, atque adeo tam cumulatè effusa tabernaculi solum obtegebant, vt prati cuiusdam diuini prorsus imaginem ostentarent*; Quibus scribit cogna-

Ioan. Leo. Philo.

ta Ioannes Leo lib. 8. descriptionis Africæ & allegatus suprà Radziuillus, Sed maxima auctoritas à Philone lib. 1. de vita Moysis, qui rem dilucidè narrat, cladem grandinis Ægyptiis immissam depingens; Et hac fortasse de causa apud

Luc. versus ex c. 2. declaratus.

Lucam cap. 2. vers. 8. *Pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum*; Sub dio enim etiam per Decembrem agebant, alioquin sub tecto manentes non erat, cur somno non indulgerent, saluo grege per tectorum munimenta à luporum insidiis; sed in regione calida hyems erat tolerabilis, & poterant à monte & saltibus non disce-

Maldon.

dere, vt indicauit breuiter Maldonatus ad citatum Lucæ versum; quæ ex diuinatione tantùm aliqua prolata volumus; nam, quamuis Ægypto coniuncta Syria; alias tamen pati leges poterat, tum propter superiùs de æstuantibus regionibus citata ex Acosta: tum, quia Iacob non

Palestina frigida. Gen. 31.

minùs de frigoribus conqueritur, quàm de caloris præpotenti vi, Genes. cap. 31. vers. 40. *Die, noctúque æstu vrebar, & gelu; fugiebátque somnus ab oculis meis*: vtpote vigilias agens sub aperto & pruinoso æthere: tum, quòd brumæ temperies, atque serenitas Ægypto singulariter con-

Philo. *Ægyptus inter meridianas sola ignorat hyemem.*

cessa, vt Philo præfato loco adnotat: *Nam Ægyptus* (inquit) *penè sola inter regiones in meridiano tractu sitas vnam ex quatuor anni temporibus ignorat hyemem* Tum denique, quia idem Philo lib. de Abraham, propterea concessisse in Ægyptum asserit Patriarcham (cuius peregrinationis meminit Genes. c. 12.) *quoniam propter nimios imbres vrbes Syriæ continua fame oppressæ, deserta fuerant ab habitatoribus, aliis alio dispersis quærendi victus gratia.*

At, si ferendarum non erat tempus ficuum 60.
quorsum maledixit arbori Christus? quorsum arefacta est: Sanè propositum nobis hactenus institutum his non cogit respondere; sufficit enim monstrasse, tantum ad veris exitum esui habilem esse ficum; Sed tamen in gratiam studiosorum, quoniam semel exponendum suscepimus Matthæi locum, perficiamus interpretamentum; Mysterij igitur solius causa vt velimus factum, significabat; vti de via deflectens ad illam arborem post súsque déque versa folia, quemadmodum laborum nullum solamen reperit, ita à summis cœlorum desilientem, à suis non admissum, sui enim non receperunt, in quibus præter folia & speciem tantùm probitatis non inuenisset aliud, posthabita Synagoga, deletísque legalibus, desponsauit sibi Ecclesiam ex gentibus non habentem rugam, neque maculam, aut eiusmodi aliquid: Hinc & esuriem accessiuit, & summo mane velut manducaturus declinauit à sociis, alioquin virum grauem illa

non

non decuerint; sed optabat appropinquare discentes suos, vt cùm arefactam arborem contemplati fuissent, cuius tamen vindicta culpæ fuisset illa penetrare non valentes, contremiscerent ad diuinorum iudiciorum abyssum obstupefacti; quare & conterritos discipulos notat Euangelista; At, si omissis spiritalibus arcanis historicam aliquam causam inuestigare cupiamus, dicerem ex coniectura, hanc ex infœcundis fuisse ficubus, & germanam alteri. de qua apud Lucam quispiam conqueritur cap. 13. vers. 7. *Ecce anni tres sunt; ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio: succide ergo illam: vt quid etiam terram occupat?* Ignorabant Apostoli hoc, & cùm foliatam viderent ad mortem aliarum arborum, cogitarunt à culpa liberam esse: verùm Christus supereminenti scientia penetrauerat naturam infructiferi ligni, & cùm nosset, quantus à colono labor non profuturo opere positus fuisset, damnauit pessimum germen, non, quia fructus tum esurienti non præstaret, (nam neque fructuosæ id potuissent ficus) sed, quoniam elapsis annis toties stercorata, ingrata semper extitisset, & domini lusisset beneficia

Luc. 13.

61\. Verùm non priùs absoluemus de ficubus tractatum, quàm Michææ dictum expendamus: *Va mihi* (inquit cap. 7. vers. 1.) *quia factus sum, sicut qui colligit in autumno racemos: non est botrus ad comedendum, præcoquas ficus desiderauit anima mea*; Huius loci tota sententia vindemiam respicit, vt interpretatur Ribera, cæterorúmque commune iudicium est: nam post quæsitos, & non repertos derelinqui à colligentibus solitos botros, conuersum se ad ficus inuestigandas asserit; certè, quæ coaptatio est autumnum cum verna coniungere tempestate? Quæ si vera sunt, ecce argumentor: Si quas daret ver ficus, maximè primitiuas, quæ sunt præcoquæ, id nullus dubitauerit: nam secundas ficus autumnus habet; at Michæas nec etiam primam ficum veri concedit, cùm per vindemiam quæsierit; vere igitur nullæ sunt ficus; ergo Canticorum 2. verba illa: *Ficus protulit grossos suos.* non ad principium anni, sed ad tertiam eius ætatem, cùm torcularibus instat labor, referenda sunt: hoc autem stare nequeat cum pronunciatis hucusque tota hac Sectione, At, vt respondeam: noto, ficus biferas esse, atque alios proferre fructus ante conclusum ver, alios per autumnum; Sic Ambrosius attestatur lib. 7. in Lucam, cap. 13. Hilarius Canone 26. in Matthæum: Theophrastus de causis plantarum, lib. 5. cap. 1. Plinius lib. 13. cap. 7. & lib. 16. cap. 25. Ioannes Leo descriptionis Africæ lib. 1. Rhenodæus lib. 1. de materia medica, sect. 6. cap. 16. Maffæus noster initio lib. 2. historiæ rerum apud Indos Orientis gestarum, etiam triferas ficus refert; quibus approbatis, existimo facilè concessuros omnes præcoquas dicendas proprii loquutione ficus vere productas; nam, cùm eo vocabulo, quæ primæ in lucem exierunt ficus, indicantur, (aliæ nanque translationes præcoquas vertunt primitiuas,) apertum est vere editas, natiuitate priores extitisse; hæ igitur erunt, siue primitiuæ, siue præcoquæ: Sed, quid moramur, cùm habeamus Patronos, vulgatum, & Septuaginta? Nam de vitibus, aut biferis, aut triferis, (de quibus propterea eadem ratio est, ac de ficubus,) cùm loquatur editio communis Num. cap. 13. vers. 21. *Erat autem tempus, quando iam præcoquæ vuæ vesci possunt*: cùm reddidisset Chaldæa Paraphrasis *vuas primas*, & Pagninus nominasset *primitiuas*; Septuaginta seniores explicarunt: *Et dies erant dies veris præcursoris vuæ*: nimirum, denotans, quas appellat vulgatus præcoquas vuas ante absolutum ver prodire, atque de ficubus erit vt idipsum indicemus; ratiocinatur equidem Delrius ad vers. 13. cap. 2. Cant. *Ficus protulit grossos suos*; non aliud esse, quàm præcoquas ficus, eos, qui ad maturitatem veniunt grossos, Gislerius idipsum sentit; atque ex his quidem, non dico dulcibus grossis, sed acidis & immaturis, ferè omnes ventorum motu decidunt; Nahum cap. 3. vers. 12. *Omnes munitiones tuæ sicut ficus cum grossis suis; si concussæ fuerint, cadent in os comedentis*; Pagninus, *vt ficus cum primitiuis*; quibus tria significantur, & grossos esse idem cum primitiua ficu, & esui idoneos esse, & postremum, de quo agitamus, facilè labi, & decidere; Apoc. cap. 6. vers. 13. *Et stellæ de cælo ceciderunt super terram, sicut ficus emittit grossos suos, cùm à vento magno mouetur*; Quare Ambrosius aliàs relatus numero 59 paucos admodum in arbore manere, comparatione eorum, quos ventorum flabris decidere affirmat: Michæas igitur cùm iustorum pusillum nimis ploraret gregem, vt, quàm raros inuenisset, indicaret, à duobus anni temporibus similitudinem mutuatur: nam, quàm infrequentes post vindemiam absolutam apparent botri in amplissima vinea: aut, si vere, postquàm ficulnea grossos extulit, iracundior strideat Boreas, quàm pauci relinquuntur grossi post validam quassationem arboris, tam exiguum a se repertum proborum numerum, & qui ex iustitiæ institutis regerentur: Denique, si quis contendat, præcoquas reputandas ficus primum ficulneæ partum, amari cuiusdam atque ingrati saporis, vt concedamus autumno reperiri, verùm nunquam probabit, non etiam cerni sub verno æquinoctio, quando id palam testantur Columella lib. 5. de re rustica, cap. 1. Plinius lib. 15. cap. 19. & lib. 16. cap. 25. ex Patribus Nyssenus homil. 5. in Cantica: Hieronymus principio cap. 7. Michææ: Ambros. libro 7. in Luc. ad cap. 13. Chrysologus serm 106.

Michææ dictum ex c. 7. excussum.
Ribera.
Ficus an autumnus solum offidat.
Cant. 2.
Ficus bifera, & trifera.
Ambros.
Hilar.
Theophr.
Plin.
Ioan Leo.
Rhenod.
Maffæus.
Num. 13.
Paraphr.
Pagn.
Delrius.
Gisler.
Nah. 3. 3.
Apoc. c. 6.
Grossi quomodo ventorum flatu decidunt.
Columell.
Plin.
Hieron.
Ambr.
Chrysol.

SVBSECTIO III.

Iordanis cur per messem intumescat? ex Ieremiæ & Parœmiastæ sententia difficultas sublata: De Nilo fusior disceptatio; restagnationis magnorum amnium phisicæ vestigatæ causæ.

SEd (inquis) si tam feruida est illa plaga, tantúmque adurit Phœbus, quamobrem niuosus semper apparet montium Rex Palæstinorum Libanus? Nota est Hieremiæ quæstio cap. 18. vers. 4. *Nunquid deficiet de petra agri nix Libani? aut euelli possunt aquæ erumpentes frigidæ & defluentes?* Quo loco Declaratores omnes continuas eo monte, perennésque supponunt niues: quin & inde Libanum, idest, candidum à perpetua niuium dealbatione dictum plerique autumant. Tacitum enim colunt, etsi peregrinum testem, & Iudæorum describendis ritibus hallucinantem.

62.
Libanus mōs niuosus, an inde nomen?
Hierem. 18.
Tacit.

cinantem, cùm pronunciat Annalium quinto lib. cap. 2. *Præcipuum montium Libanum erigit, mirum dictu tantos inter ardores opacum, fidúmque niuibus;* Si tam igneos regit Sol equos, quorum flamma duplo, quàm apud nos, celeriùs messem, vindemiámque perficit; quamobrem non eadem fornax potens fuerit ad niues liquescendas? Confirmatur; nam, vt constat ex Iosuë cap. 3. Iordanis sacer amnis, cùm segetes procumbunt à falce metentium, sic inundat & excrescit, vt ripas longè, latéque prætergrediatur per campos vagatus; at huius exuberantiæ non alia possit esse causa, quàm imbrium præter modum copia: ergo eiusmodi regiones pluuiosæ sunt, potiùs quàm siccæ & arescentes à nimiis æstibus; Respondeo, Palæstina quidem niues cadere; legimus namque Prouerb. vltimo cap. vers. 31. domesticos illius, quæcunque fuit, matrumfamiliás perfectissima idea, non timuisse à frigoribus niuis, quoniam vestiti erant duplicibus; Nouimus quoque Machabæor. 1. cap. 13. vers. 22. Tryphonis equitatum Galaaditidem venire prohibitum, *quia nix erat multa valdè*; Sed puto iis solùm temporibus defluere solitas, quibus matutinus, & serotinus decidebat imber, nempe, per Octobrem, & Februarij initia; Inuenimus apud Zachariam nanque cap. 10. vers. 1. sociatas niues cum serotinis aquis; *Petite (ait) à Domino pluuiam in tempore serotino, & Dominus faciet niues, & pluuiam imbris dabit eis.* Isaias quoque cap. 55. vers. 10. *Et quomodo descendit imber, & nix de cœlo, & illuc vltra non reuertitur; sed inebriat terram, & infundit eam: & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem manducanti*; Atque certè cùm harum niuium scopus glebæ fœcunditas, quando ad hoc niuis descensus maximè vtilis, vt docet Isaias, Plinius adsentit lib. 17. cap. 2. *Alioqui vota arborum frugúmque communia sunt, niues diutinas sedere; non solùm, quia animam terræ euanescentem exhalatione includunt, & comprimunt, retróque agunt in vires frugum, atque radices; verùm quòd & liquorum sensim præbent, purum præterea, leuissimúmque, quando nix aquarum cœlestium spuma est*; oportet cum serotinis, & temporaneis pluuiis vnà delabi niues; Cùm autem ad Aquilonem vergeret Libanus, densior montem hunc occupabat nix: qui cùm vastissimus sit, atque arbustorum condensitate opacus, suprà quàm credi possit; Ezechiel loquens de cedro Libanitica, cap. 31. vers. 3. *Et inter condensas frondes eleuatum est cacumen eius.* vers. 9. *Quoniam speciosum feci eum, & multis, condensísque frondibus* vers. 10. *Et dedit summitatem suam virentem, atque condensam*; Ob has causas non penetrabant solares radij, antepositis velut aheneo muro arborum densissimis cacuminibus; quare nunquam congestarum niuium immensi aceruí liquescebant penitùs, quæ est sententia Lyrani ad cap. 24. Ecclesiastici: Abulensis quæstione 36. & 37. in cap. 3. Iosuë: Serarij ibidem quæst. 5. quæstiuncula 7. Magallanis sect. 2. annot. 8. non ergo probant indeficientes Libani niues, inter calidiores Prouincias minimè numerandam Syriam, sed monent frondium tantam extitisse spissitatem, quæ Phœbi radiis prohibuerit, ne vim exercere possint aduersùs niuium cumulos.

Palæstina niues decadunt. Pro 31. 1. Mach. 13. Zach. 10. Isaiæ 55. Plin. *Nix vtilis ad fœcundandam terram.* *Libanus cõdensam sylnam gignit.* Ezech. 31. *Libani cur nunquã defessent niues?* Lyra. Abulens. Serarius. Magalh.

63. At ille Iordanis cataclysmus vndæ, & per camporum æquora diffusi vndequaque vortices? Auctores, quos nuper memoraui, atque iis cum Andreas Masius ad cap. 3. Iosuë Bonfrerius ad eiusdem cap. vers. 15. arbitrantur à dissolutis Libani niuibus prouenire: etenim sub huius editissimi montis radicibus ortum ducere amnem prodigiis, & Christi ablutione memorabilem iidem tradidêre Scriptores, quibus duces Iosephus lib. 3. de bello, cap. 18. Brochardus apud Serarium quæst. 3. in cap. 3. Iosuë: Tacitus Annalium lib. 5. cap. 2. Plinius lib. 5. cap. 15. & 20; Non longè namque super Cæsaream ad vastissimi collis primum ascensum duo fontes, quibus nomina *Ior*, & *Dan*, conuenientes, fluuium iustæ magnitudinis procreant; in hos delati aquarum torrentes, dum metendo tritico incumbitur, quoniam tum grauior est æstus (nam etiam cùm hordeorum manipuli colligerentur, Sole nondum explicante ardentiores radios, scimus Iudithæ virum Manassen, quòd instaret super alligantes manipulos in campo mortuum, Iudith 8. vers. 2.) alueum onerant, & superuenientibus aquarum copiis, cùm pro tantis capiendis laticibus cauernæ non sint, supergreditur ripas adauctum flumen, & rigat propinquam planitiem omnem: existimo autem hanc quotannis contingere inundationem, quoniam eædem substant perpetuùm causæ; At non esse hoc Nili incrementis æquale diluuium, de quo Ioannes Leo lib. 8. descriptionis Africæ; *Nili (ait) inundatio Idibus Iunij incipit, diebus excrescit quadraginta, totidémque decrescit; quo tempore Ægypti ciuitates, & vici Insulas repræsentant, ad quas accedere non licet nisi nauigio*; Nam, si Iordanis illuuione paria contingerent, cùm Scripturæ Iosuë cap. 3. & Ecclesiastici cap. 24. vers. 35. indicent apertè, euenire ipso tempore, quo spicæ resecantur, actum esset de omni agricolarum opere: obruissent enim, computruisséntque segetes aquarum moles; hoc autem, ne Ægypto quidem, pessimarum superstitionum nationi, accidere permittebat Creator: nam sub Aprilis initium (vt idem Leo testatur,) *segetes succidunt, succisas confestim triturant, neque spicam ad vigesimam Maij secandam relinquunt*; Messe autem plenè absoluta, sub Iunij primordiis incipit Nilus tumescere; non igitur minùs propitium Numen erga fidelem Hebræorum populum, vt non sinat eiusmodi Iordanis incrementa, quæ famem afferat vniuersæ Palæstinæ: Moderata igitur erat aquarum protuberantia, & quæ infructuosa solùm agrorum quædam occupabat spatia; Atque de hoc niuali latice intellexerim Prouerb. illud cap. 25. vers. 13. *Sicut frigus niuis in die messis: ita legatus fidelis ei, qui misit eum*; Non enim significatio est, sub messem æthera niues iaculari, cùm proximo subiiciat capite, vers. 1. *Quomodo nix in æstate, & pluuia in messe: sic indecens est stulto gloria.* Denique monstrauimus numero 55. neque niues conspici, neque pluuias à Februario in Octobrem; quare non à delapsis cœlo niuibus frigus, sed, cùm Iordanis fluentis commiscerentur de Libani cacuminibus resolutæ in valles vndæ, frigidissimum amnem faciebant, & quoniam id eueniebat, dum messis peragceretur, vexabat autem sitis sub ingenti æstu laborantes, nunquam suauior frigida potatio, quàm tum: proinde asserit, fidum internuncium tam fore optabilem, quàm suaue messoribus est de Iordanis bibere lymphis tum quidem, cùm Libani niues dissoluuntur, quoniam eo quidem tempore aquæ, vt sunt frigidissimæ, ita nunquam amabiliores.

Masius. *Iordanis initia ad radices Libani: & cur intumescat amnis?* Ioseph. Brochard. Tacitus. Plinius. Iudith 8. *Nili inundatio ingens: Iordanis mediocris.* Ioan. Leo. Iosuë 3. Eccli. 24. *Prouerbiorũ locus cap. 25. explanatus.*

Neque supra hæc apud Bibliorum interpretes alia probabiliora de Iordanis excrescentia: nam, quod 34.

quod aliqui dixerunt, à verno pluuiâ ortum trahere; aut quidem sentiunt, eiusmodi cadere imbres ante maturas segetes, quæ si asserant, disquirimus, quamobrem non tum statim amplificatur amnis? quasi verò Æolus aliquis, vt Poëta de ventis fabulatur, etiam aquas has subterraneis meatibus claudat, & repagula non anteà laxet, quàm messis peragatur? Sin autem dicant, (quod quidem ipsorum verba denotant,) sub messem cadere; nam tum certè prouinciale hoc diluuium terrefacit mortales, hæc à nobis superiùs confutata sunt num. 55. vbi ostendimus, peculiariter hoc concessum Chananitidi, vt pluuias ignoret, quo tempore grana in hyemem coaceruat, quo spicam deiicit: rectè dixit vnus:

Triste lupus stabulis; maturis frugibus imber.

Columella.
Qua de re Columella libro 2. cap. 21. Ergo fuerint regiones illæ beatæ nimis, & campi superexcelsa agrorum, in quos introducturum se Creator pollicetur gentem singulariter dilectam; illa, inquam: infelicia arua, quæ imbres sub messem labentes quoquo depopulantur anno: hæc scilicet, gleba illa incomparabilis à fructu frumenti, vini, & olei abundans, de qua vaticinatum: *Apprehendet messium tritura vindemiam* (Leuit. cap. 26. vers. 5.) *& vindemia occupabit sementem, & comedetis panem vestrum in saturitate, comedetis vetustissima veterum, & vetera nouis superuenientibus proiicietis*; Sed hac reiecta de imbribus commentatione, illud quoque de niuium liquefactis globis, offendiculis scatet; Nam, si densitate frondium prohibentur solares radij, quorum in penetrando subtilis est virtus, ne substratas verterent niues, quamobrem non eadem, siue ramorum, siue foliorum condensitas obstiterit, quominus niues descenderent? Sin autem cedrorum, aliarúmque arborum cacuminibus iacebant niues, cùm Phœbi paterent flammiuomo vultui, debuerant ante messem resolui; Vltra hæc, Isaïæ vaticinatio cum Zachariæ prædictionibus num. 63. productæ significant, simul de cœlo missam cum niuibus pluuiam; eueniebat igitur, vt terram vix attingerent niues, cùm subitò resoluerentur à sociis pluuiarum guttis; non itaq; in longum concreta perstabat nix, sed quàm citò cadebat, tam citò vanescebat; Supponunt ergo, quod minimè certum est, Libanum perpetuò sub niuibus esse; Neque Hieremiæ verba conuincunt cap. 18. vers. 14. *Numquid deficiet de petra agri nix Libani?* Primùm quippe obuersantur palam his, quæ ipsi statuunt; supponunt nanque si quæ sunt in aprico niues, & arborum opacitate liberæ ad primos solares radios in aquas fluere; at locus Prophetæ de camporum niuibus sermocinatur, non de his, quæ nemora, & saltus occludunt; Deinde Vates minimè indicat, toto anno perseuerare niues, sed, ne pluribus quidem hebdomadarum; tantùm velit pronunciare, vt quidem accidat aliquo anno Palæstinæ quædam spatia non operiri niuibus, tamen nunquam euenire, vt Libani arua nullas excipiant niues, quoniam quidem Syriæ aquilonaris pars est, & montium sublimissimus; an verò quæ labuntur niues, in longa aut breuia durent interualla, Propheta non definit: quare & cùm firmum non sit niuibus conuestiri, neque inde candidi nomen deriuatum, vt hoc significet Hebræa vox, *Lenan*, sed forsan, ab albo lapide, propterea quòd illum subministrasset hic mons templi structuræ; sic enim Regum textus innuere visus lib. 3. cap. 5. à vers. 14. nam cùm de Libano locutus esset, subiungit; *Fuerúntque Salomoni octoginta millia latomorum in monte*, vtique Libano, quem intellexisse necesse sit, si ad antecedentia referas; sin verò absolutè positum nomen asseras, pro famosiori stabit, Libanus autem inter Syriæ montes nobilissimus est; vnde mons montium appellatus, quemadmodum Sotomaior animaduertit ad illud Cantic. 4 *Veni de Libano*, &c. ideò templum ipsum Libani vocabulo non infrequenter appellatum in sacro Instrumento; qua de nuncupatione Ribera ad cap. 11. Zachariæ, num. 2. Certè *extructum ad lacunar vsque ex candido lapide*, prodit Iosephus lib. 8. Antiq. cap. 3. Sed à niuibus deriuatam appellationem, quoniam multis ita placet, concedamus; postremo loco id edoceri cupimus, si in perpetuum niuosus est altissimus collis, cur non etiam post messem innauigabilis est fluuius, & vsque ad absolutam vindemiam? nam augentur calores messe perfecta per Maium, Iunio, Iulio, atque Augusto: sunt etiam quæ liquescere possint tum niues.

Hieremiæ verba ex cap. 18 enodata.

[illegible]

Libanus vnde sic nuncupatus à candido lapide.
3. Reg. 5.

Sotomaior.
Regula: Templum Hierosolymitanum Libanus nuncupatur in Scriptura.
Zachar. 11.
Ribera.
Ioseph.

65. Nostri sanè Conimbricenses, cùm Nili excessus diligentiùs perscrutati fuissent, dixere Meteor. tractatu nono cap. 10. ortum eius prioribus incognitum sæculis, & ab ignorantia notissimum, hac nostra ætate compertum ex quodam Africæ lacu in regno Congensi: cùm autem experientia constans sit, tum hyemem regnare ea Africæ parte, cùm Ægyptus torretur Sole æstiuo, euenit maximos cadere imbres ad caput Nili, qui delati in Ægyptum efficiunt flumen tumescere; sic & ex quorundam opinione noster Acusta libro secundo de natura noui Orbis, cap. 4. In Æthiopiam puto Africanam transtulit noster Ioan. Bapt. Scortia lib. 2. de Nili natura & incremento, cap. 17. illustrissimus Dux Nicolaus Radziuillus in peregrinatione Ierosolymitana pagina 159. à montibus lunæ vltrà æquatorem ob maximos ibimet imbres principium ducere asseuerat; quam fuisse Hieronymo Fracastorio opinionem refert Goropius Becanus in Originibus Antuerpianis, quem refutat lib. 3. Niloscopij; sanè Ptolomæo falsò adscriptam contendit Iohannes Philoponus lib. 4. de creatione mundi cap. 5. Equidem in hoc discursu multa plausum captantia narrantur, præsertim cùm probatio ducatur ab his qui viderant; tamen mirandum apparet, vt semper decidant pluuiæ Congensi tractu definitis anni temporibus; nemo enim puto cum Europæis certis Prouinciis, si pro pluuiis concertatio sit, adustam Africam contulerit, quam rarissimos imbres madefacere Auctor est Ioannes Leo in eius descriptione regionis; at nullibi fixæ leges, vt statis mensibus bruma prœter dubium pluuias deferat, sed Decembri, verbi causa, hyemis meditullio frequentiùs humoris plurimum est: nonnunquam tamen etiam aquosis nationibus December serenam ostentat frontem; Quin & eædem alibi causæ & à vaporibus & à sole ad pluuiarum abundantiam, cùm tamen moderatus sæpè humor cadat, quandóque nullus: etiam & à Ianuario in exitum aprilis flere satis idem cælum nuper allegatus Becanus Goropius rectè aduertit, licet tùm Nilus haud quaquam excrescat. Sed præter Nilum alia quoque multa flumina æstate cùm imminui oporteret, & decrescere, exundant, & effractis (si quibus coërcebantur,) repagulis, ripas superant, Enumerat Ecclesiastici Scriptor cap. 24. vers. 25. *Qui implet*

Nili ortus Congensi in regno.
Coimbr.
Acosta.
Scotia
Ioan. Leo.

quasi

Fluuij, qui æstate resta gnan: *Eccli. 24* *quasi Phison sapientiam, & sicut Tigris in diebus nouorum; qui adimplet quasi Euphrates sensum; qui multiplicat quasi Jordanis in tempore messis; qui mittit disciplinam, sicut lucem; & assistens quasi Gehon in die vindemiæ:* Quibus verbis Iesus Sirach. cùm plenissimam Salomonis scientiam indicare vellet, ab iis fluminibus mutuatus est exemplum, qui, quòd æstate, præ aquarum copia intra claustra contineri nequirent, significantiùs declararent abundantem notitiam, vt probè annotauit Salianus tom. 1. anno mundi 1. die 3. num. 63. & 68. (Salian.) & imprimis Christi supra Apostolos eminentem scientiam, vt loquitur Nicolaus Lyrensis (Lyran.); quinque igitur habemus amnes huius formæ, Paradisiacos, nempe, quatuor, Gangem, scilicet, Phisonis nomine adumbratum; Gebonem, qui Nilum repræsentat; Euphratem, atque Tigrim cum Iordanis vndis, de quorum tribus, Nilo simul cum Tigri, & Euphrate meminit Plinius lib. 18. cap. 18. (Plinius.) confirmátque dicta ab Ecclesiastico, de Euphrate Lucanus lib. 3. (Lucanus.)

——sed sparsus in agros

Fertilis Euphrates, Pharia vice fungitur vnda;

Iordanis incrementa omnes diuinorum librorum Interpretes celebrant; Quòd si ea verior est sententia, quam non futili argumentatione suadere nituntur Pererius lib. 3. in Genes. (Pererius.) disceptatione de tertio, & quarto flumine Paradisi; Salianus (Salianus) loco nuper memorato, nempe neque Phisonem Gangem esse, neque Gehunem Ægyptiorum fluuium Nilum; sed hæc nomina indicare fluuios duos exortos ex Euphrate, & Tigre, eo, quo admistis verticibus conueniunt loco, quorum alter currat in terram Heuilath, alter præceps feratur in Æthiopiam, eámque alluat; iam habebimus sex restagnantia flumina; præter quatuor, nimirum, ex loco voluptatis prodeuntes amnes, insuper Nilum, atque Iordanem, quid si etiam Gangem? Nam id supponunt, qui locum Ecclesiastici explanantes Phisonem declarant Gangem esse; Adde & Peruano regno vastissimum, cui ab argento nomen, amnem, de quo æqualia testatur Acosta nominato libro, capite quoque memorato; (*Amnis argēti in Peruano regno Nilo similis.* Acosta.) Quæro igitur tandem, quales afferemus causas, ob quas hæc tot flumina inundationes patiant, atque alia quidem ante veris conclusionem, alia æstate, alia per autumnum? Si imbri, & niuibus tribuamus, iam hæc sunt à nobis confutata numero antecedenti; si ventorum conflictibus, & Etesiæ, siue Subsolano imprimis, quod dixêre Thales, & alij apud Conimbricenses de Nilo, nuncupato iam capite, (Conimbric.) Philo. lib. 1. de vita Moysis, pagina 480. (Philo.) Heliodorus Æthiopicorum lib. 2. Ammianus Marcellinus lib. 22. ex Physicorum sententia commonstrat ipse vanidum esse assertamentum, superest igitur solùm, quod pronunciatum est de Pelusio amne, hoc affirmemus de reliquis; nempe, eo, quo incipiunt oriri climate, brumam instare, quando æstas est, quibus ipsi turgent regionibus; at quis nobis hoc adstruentibus, vel leuissimam fidem habiturus sit, quando neque ex Historiis, neque ex Cosmographia, neque ex rerum naturis id depromere valeamus? Quin si hoc propugnare necessum sit, non minores inde salebræ, quam ex Nili restagnatione, cùm æquè difficile sit demonstrare, quorsum pluuiæ quasi certa & inuiolanda lege statis anni mensibus, statis quin etiam diebus, cadant?

Vt in ancipiti controuersia aliquid tandem statuamus veri saltem lineamenta habens, suppono tria extra quæstionem profectò, quoniam eius generis sunt, quæ oculis, cæterisque sensibus hauriuntur; Primum, fieri nonnunquam, vt campestria, & montium cauata, dicamus valles, Solis intolerando penè iubare arescant, cùm tamen circumiacentes montium apices, siue à nondum liquefactis niuibus, siue à gelidissimis ventorum flabris hyemem asperimam scandentibus repræsentent; Secundum, calidissimis regionibus, etiam sub ardenti zona, vel tum quando appropinquat Planetarum Rex, magisque incalescit, pruinas cadere, imbres, & quicquid tempestuosum aduehit bruma; Tertium, euenire prouinciis oppositos respicientibus polos, vt vno, eodemque interuallo contraria dominentur anni tempora; nempe, hîc æstas est, cœlúmque sudum, & absque nubilo; ibi apertis Olympi cataractis, hyeme iam regnante, diluuiorum terror accolas occupat; Horum omnium & exempla, quæ ipse contemplatus fuerat, & causas naturales diligens Historicus, idémque doctus Philosophus præbebit noster Acosta lib. 2. de natura noui Orbis, à cap. 3. (Acosta.) & ex eo, aliísque testibus Conimbricenses (Conimbric.) quæst 1. art. 3. ad cap. 14. lib. 2. de cœlo; Quibus animaduersis, asserimus, insueta fluuiorum incrementa bis emanare ex capitibus; quoniam vel montium soluuntur niues; vel de cœlo importuni imbres cadunt, vel alio distanti climate hyberna sunt tempora, quo intumescentis amnis narioitas cernitur esse; Si tamen generalem omnibus causam præstat exhibuisse, dicemus, Naturæ Ducem sic dispensare occulta potentia aquarum motus, postulante hoc, & communis fabricæ, & particularium substantiarum exigentia, vt definitis, certísque mensibus sine lege ferantur hæc illáve flumina; & subita irruptione, & deserta, & ab hominibus occupata conuertant in stagna; Declarationis gratia; Ægyptus ne hyeme quidem pluuiarum, imbriúmve aliquid experitur, vt audiebamus ex Philone numero 59. (*Naturalis causa quamobrē flumina æstate exundant.* Philo.) à veris exitu calore vritur intolerando, vt scribit Ioannes Leo octauo descriptionis Africę libro (Ioan. Leo.) & Radziuillus pagina 155. forsan & aliæ similes existant regiones adhuc inexploratæ; Certè quarundam apud occiduos Indos meminit Acosta cap. 5 (Acosta) quibus per brumam nulli labuntur imbres, Quid bis terrarum partibus fecissent mortales, si aduersùs æstum nullum lenimen præberetur? Quid semina, quid fruges vniuersæ ab[illegible] humectantibus aquis, quæ fœcundant? Exigebat igitur gleba illa, quò parturire possit, vndarum beneficium; si negasset Opifex, f[illegible] quasi aduersùs naturæ statuta cui debitum, vt Artifex summus ad gignendum necessaria subministret: aqua autem telluri opus est; quam si desursum Creator non mittit, ex subterraneis proferat, oportet Quarè & nuper relatus Dux Radziuillus in peregrinatione Ierosolymitana monet pag. 160 Ægypti locis quos fluuius non irrigat, pluuias ab æthere labi, qui agros competenter ad frugum generationem humectat: Sed & communis opificij venustatem hæc adaugent: nam, quàm pulchra varietas est, hîc temperati æstus ab æthere defluxis pruinis? ibi excrescere amnes, qui leniant immoderatos ardores? illic ventos flare? Solem alibi imbres fugare, alibi procreare? has segetes ab æstiuis aquis lędi, illas surgere & lætari? Harum primam causam,

quæ

quæ hominum, tellurisque solatia respicit, Lucanus attigit lib. 10.

Lucan.

——Dare iussus iniquo
Temperiem cælo, medijs æstatibus exit,
Sub torrente plaga, ne terras dissipet ignis,
Nilus adest mundo.

Philo.

Alterum fundamentum vniuersi pulchritudinem complectens Philoni debetur libro 1. de vita Moysis, pag. 480. *Est & alia causa*, (ait,) *cur Ægypto hyems sit superuacanea; nam, quod imbres alibi; hoc restagnationes fluminis efficiunt, arua fœcundantes ad prouentus frugum annuos; natura autem non solet ita in vanum operari, vt pluuias terra non indigenti largiatur, simúlque gaudet varietate sui artificij, concentum è contrarijs qualitatibus temperans; & ideò alijs supernè è cælo, alijs infernè è fontibus, ac fluuijs præbet aquarum commoda.* Quibus affinia Theodoretus lib. 4. de curatione Græcor. affectuum diuinæ singulariter prouidentiæ adscribens.

67. Sed elucidò postremum istud theorema; Quanti stuporis, Oceanum fluctibus Olympum verberare, & decumanis excandescere procellis; iras tamen cohibere, & arenarum vile prætergredi vallum non ausum? quid dixerim, & algas revereri? Demiratur Ieremias cap. 5. vers. 22. *Qui posui arenam terminum mari, præceptum sempiternum, quod non præteribit; & commouebuntur, & non poterunt; & intumescent fluctus eius, & non transibunt illud*: Deprædicat sæpè Iobus; portenti instar Patrum non paucis visum, quorum loca notat Pineda ad versum 7. cap. 1. Ecclesiastæ; hoc tamen naturæ opus esse demonstrat Vallesius de sacra Philosophia. c. 52. P. Suarez tractatu de opere sex dierum, lib. 2. cap. 6. At, quomodo natura operatur? Taceo disputare, an mari superior sit terra; suppono eleuationem cum Pererio lib. 1. in Genesim ad opus tertiæ diei; probauerit quidem bo..noo posse naturaliter totam orbis machinam vndis obrui, quemadmodum euincunt Conimbricenses tract. 8. Meteororum, cap. 10. non pro his concertatio; sed pro arenarum fortissimis; si Deo lubet, propugnaculis; vnde illa Ieremiæ, *Posui arenam terminum mari, & intumescent fluctus eius, & non transibunt*; Sanè necessarium est, dicamus cum P. Soarez. sic ab initio dispositas naturas, vt non nisi harum effractis legibus maria signatos limites transire valeant, postulante hoc opificij vniuersalis conseruatione; igitur, quemadmodum aquis præcepit ab exordio, ne scripto circulo exirent, quod cùm illæ faciunt, naturaliter, & absque miraculo obtemperant; ita iisdem à primordio imperatum, Ægyptum vt allueren peracta messe, aut alias glebas aquarum irrigationibus fœcundandas; quæ dum exequuntur iussa, ex naturæ moribus obediunt, & sine prodigiis: Hæc illa iustissima trutina, quam Parœmiastes laudauit Prouerb. cap. 8. vers. 28. *Quando æthera firmabat sursum, & librabat fontes aquarum; quando circumdabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis, ne transirent fines suos*, Tum enim, prout cuiusque exigebat regionis necessitas, quasi ex distributione iustitiæ regalis, seruata proportione diuisit aquarum varia & admiranda officia, & has desuper cadere iussit, illas ab imo prodire, hyeme pleràsque defluere; vere, atque æstate rariores; sydeibúsque vim impressit, ventósque, qua secretè impellerent vndas, cohiberent etiam: Et potuit quidem aliter decreuisse; sed, quemadmodum, cùm possit aquis repagula arenarum non ponere; ex suppositione tamen imperij, naturaliter nequeant præfinitos transire cancellos: sic etsi possit statuere, ne hæc, aut illa flumina per æstatem excrescerent, ex suppositione tamen primæ iussionis, quam debitus rerum ordo extorserat, nisi contempta naturæ auctoritate, non possunt eiusmodi amnes determinata anni periodo non restagnare, & in camporum patentia diffundi.

Ierem. 5.
Naturaliter quo pacto accidat, ne aquæ præscriptos à Creatore limites prætergrediantur.
Pineda.
Vallesius.
Suarez.
Perer.
Conimb.
Suarez.
Prou. 8.
Deus quo pacto elementa quasi in statera mensuratum est.

68. Sed difficile fore, vt credamus, natura mouente, flumina restagnare, asseres; quoniam, si naturæ is esset motus, cederet in emolumentum creaturæ, magis quàm in destructionem, & nocumentum; at euenit eiusmodi fluminum irreptionibus pessundari omnia, & innumeris affici homines, atque alia animantia, ipsámque tellurem malis; nanque Tigris, cùm effluat & expandatur in diebus nouorum, vt loquitur Ecclesiasticus cap. 24. v. 35. hoc est, cùm hordacea est messis, cùm ver incipit thesauros effundere, quis dubitet ab aquarum impetu prosterni segetes flores, atque olera lædi, pecudes torrentis vi in profundum attrahi? qualia, & damna Iordanis affert, cùm ipse quoque sub messem, siue triticeam, siue hordeorum intumescat; sed Gehon messe quidem absoluta excrescit: Verùm cùm ad decem & octo cubita augeatur nonnunquam, vt scribit Plinius lib. 5. c. 9. (Gehonem quippe Nilum intelligimus) viuorum labores eludit: sequitur quippe post granum boni collectio: quin & cellariis recondita frumenta, aut dissipat effractis valuis, reliquisque munimentis, aut putrescere facit; hæc igitur sunt ab illis diluuiis egregia beneficia: Sanè vel hoc ipsum nobis persuadet, illuuiones, quæ fixo, perennique ordine contingunt, naturæ opera esse, quoniam incredibile pariunt emolumentum: *Nam inter Tigrim, & Euphratem iacentia* (ait Curtius initio libri quinti) *tam vberi, & pingui solo sunt, vt à pastu repelli pecora dicantur, ne satietas perimat*, Causa fertilitatis est humor: quid autem tam celebre apud antiquitatem, atque Ægypti feracitas, præsertim quoties frumentorum memoratio incidit? Deprædicat Iosephus lib. 2. Antiquit. cap. 8. Philo libro de Abraham: Plinius lib. 18. cap. 10. & clarissimus testis Moyses Genesis cap. 41. v. 49. *Tantáque fuit abundantia tritici, vt arena maris coæquaretur, & copia mensuram excederet*; *Porrò Ægyptum* (inquit Nazianzenus oratione 24.) *fluuius ditat è terra fluens, ac tempestiue maris instar exundans*; Refert Pierius ex veterum narratione, lib. 46. de sacris Ægyptiorum characteribus: Plinius & ab Euphrate, & à Tigri paria emanare lucra testatur lib. nominato, cap. 8. Sed, quem in modum hæc conciliabimus? Equidem, de quibus disputamus, aut sobriè tantùm intumescunt flumina, aut modum prætergrediuntur. Prioris generis cataclysmi, vt moderati sunt, & extra crepidines temperatè feruntur, sic vt nocerent, modica intulissent damna, qualem fuisse Iordanis excrescentiam putamus, de qua Iosue cap. 3. *Iordanis* (inquit) *ripas aluei sui tempore messis impleuerat*. Septuaginta: *Iordanis autem plenus erat per totam crepidinem suam, sicut dies messis tritici*; Quibus significatur, vsque ad summitatem euectum tunc amnem, cùm aliàs decurreret infra margines: Posterioris formæ diluuia non modicam generant difficultatem: nam, maria æmulari Nilum, dixère ex Patribus Nazianzenus nuper memorata oratione; Basilius lib...

Eccli. 24.
Plin.
Tigris, & Euphrates gleba quàm benefici.
Curt.
Ægypti in frumentis copia.
Ioseph.
Philo.
Plin.
Gen. 41.
Nazianz.
Pier. Val.
Iosue 3.
Nilus, maris instar, cùm inundat.
Nazianz.
Basil.

Anast. Sin. Cassian. Ælian. Plin. Ioan. Leo.

lib. 1. Hexameri: Anastasius Sinaita sui quoque Hexameri lib. 1. Cassianus collatione 15. cap. 3. Exteri testantur Scriptores, Ælianus lib. 10. de animal. cap. 43. Plinius lib 5. cap 9. Ioannes Leo Africæ descriptionis lib. 8. Nili autem timiam esse Euphratem prodit Lucanus allatus suprà num. 64. Pereira lib. 3 in Genesim, disp. de 3. & 4. flumine Paradisi: & vtriusque imitator, argenti apud Peruanos dictus Amnis, quemadmodum eius contemplator noster retulit Acosta lib. 2. noui Orbis, cap 4. & lib. 3. cap. 20. De his igitur omnibus fluminibus idem dictum esto, quod de Nilo.

Lucan. Pereira. Acosta.

69. Incipit autem Ægyptiorum amnis augeri *sensim, modicéque Cancrum Sole transeunte* (ait Plinius lib. 5. cap. 9.) *abundantissimè autem Leonem eodem percurrente*; Anastasius Sinaita expressiùs magis lib. 1. mundani opificij: *Incipit* (inquit) *Nilus fluere mense Iunio, & per eum totum, & post ipsum crescit, nempe, Iulio; in Augusto autem, & ipso Septembri instar maris exundans Ægyptum facit nauigabilem, quæ prius erat arabilis; incipit autem decrescere Octobri, & Nouembri; in mense autem Decembri & toto Ianuario redditur priori alueo*; Ioannes Leo eo, quem nominauimus, octauo libro, ad Idus Iunij quidem turgere ait; sed dies quadraginta consumere antequàm perfecta assequatur incrementa, totidémque rursus diebus decrescere; quæ à nobis enim in scopum prolata sunt, vt enim intelligatur Nilum non subitò, & tanquá ex abrupto inundare, facile quoque sit capere, spatium dari terræ habitatoribus, vt & animantium, & cæterarum rerum incolumitati prospiciant; Hoc autem multifariam contingit; nam, vt vindemiæ consulant, cuius illud tempus est; (quare de hoc fluuio sob Gebonis titulo, vt communis velit interpretatio, Ecclesiasticus cap. 24. tumescere inquiebat diebus vindemiæ) opinabile est vitibus loca conuexa, & tuta ab vndarum incrementis eligere, montes, scilicet, & in his editissimos tumulos, quando, vt pangit Vates, *Bacchus amat colles*: si quas autem plana nutriunt vites, his suas maritant arbores, quas dum scandunt, sæpè in eam altitudinem feruntur, vt quemadmodum Plinius lib. 14 cap. 1. tradidit, vindemiatorem si de cacumine feratur præcipitio, interitus & sepulcrum excipiant: Adigunt & in sublimia greges cum armentis, viuúntque ipsi per scopulos: Sed quod Babylonij inuenerunt propter Euphratis restagnationes, vt ex cocto latere, bitumine atque pice interstrato (inquit Iustinus de Semiramide lib. 1. exordio) muros insuperabiles redderent aduersùs aquarum violentos impetus, fortassè Ægyptij idipsum mutuati: Quanta verò contra subtilem penetrandi vim in bitumine sit virtus, declarat sufficienter Noëricæ magnæ arcæ fabrica, quæ ne periclitaretur, iussit Numen Genes. cap. 6. vers. 14. *Fac tibi arcam de lignis læuigatis, mansiunculas in arca facies, & bitumine lines intrinsecùs, & extrinsecùs*; Vide eum in locum Pererium de bituminis potestate, & natura disserentem, lib. 10. in Genes. num. 12. Porrò tantam murorum firmitatem, quorum & altitudo fuit quingentorum cubitorum, teste Suida, in gratiam publicæ incolumitatis meditaram ennita illusiones, Alphæus narrat apud Eusebium lib. 9. de præparatione euangelica, capite postremo: Cùm autem ab Assyriis digressi sint, qui Niniuen amplissimam vrbem condiderunt, quemadmodum Geneseos affirmat Historia cap. 10. vers. 11. quando hæc Ti-

Nilus quando intumescit, quando decrescat. Plin. Sinaita. Ioan. Leo. *Ægyptij, vt sibi pecoribusque consulant Nilo exundante.* Eccli. 24. *Vitis quàm altè scandat.* Plin. *Bitumini contra aquas robur.* Iustin. Gen 6. Pereira. Suidas. Euseb.

gri, qui ex fluminibus quæ restagnant, est, imposita fuerit, assertore Plinio lib. 6. cap. 13. quod etiam Tobiæ cap. 6. indicat, credibile est ædificata murorum propugnacula parem in modum: sed, quòd ciuitas tanti ambitus fuisset, vt trium dierum itinere vix circuiri potuerit secundùm Hieronymi asseuerationem ad cap. 3. Ionæ, propterea existimari valeat factum, vt si quando vigeret amnis fortior tempestas, haberet ferè vniuersa Prouincia, quo non solùm habitatores, sed etiam iumenta, & pecora reciperentur; & forsan, quoniam ob hanc causam abundabat animalibus, voluit Monarcha, vt & animalium irrationalium infinitus numerus communue lamentum augerent; *Et operiantur saccis homines* (Ionæ cap. 3.) *& iumenta, & clament ad Dominum in fortitudine*; Sed præter hæc vrbium, atque oppidorum certissima munimenta, campis quoque prouisum; nam in planitie aggeres in hunc finem à Semiramide constructos refert Herodotus in Clio; quorum etiam meminit Strabo lib. 16 quibus & detinentur aquæ, si quando opus terram satis bibere, & eædem defluere permittebantur apertis *molibus*, (vt inquit Plinius lib. 5 cap. 9. loquens de Nilo,) Fossarum quoque per quas idem amnis deducebatur, vt glebam feraciorem redderet, & per quas in Oceanum decurreret, mentionem facit Suetonius in Augusto, cap. 35. Sed nemo tam distinctè proposuit, quibus modis communi bono consuleretur, atque Diodorus Siculus lib. 1. de fabulosis antiquorum gestis, prope metam narrationis; *Aqua* (ait) *leniter fluente, facilè eam paruis aggeribus arcent, inducúntque pro commodo terræ*; Mox addit, *Est Ægyptus plana, & campestris, cúmque vrbes, vici, agricolarum mapalia aggeribus munita aqua inundationem deuitent, tanquam Cyclades apparent aspicientibus: Terrestres belluæ omnes, quæ in campis remanent, suffocantur aqua, quæ euadunt, ad altiora confugiunt loca: pecora inundationis tempore in stabulis reclusa nutriuntur à colonis, ad id antea præparato pastu: vulgus, remissis operibus rusticis, ocio, in epulis indulget, ac voluptati*: At quemadmodum & hodierna etiam tempestate quæ Diodorus refert, Ægyptij obseruant, declarat in Niloscopio Goropius, Becanus, & oculatus testis Dux Radziuillus in Ierosolymitana peregrinatione pag. 156. Verùm redimendis à diluuio corporibus defunctorum quemadmodum Pelusiaca inuigilet natio, delineat Cassiani decima & quinta collatio, cap. 3. *Hunc autem* (dicit) *Ægyptijs morem Nili fluminis inuexit alueus, vt quoniam vniuersa illius latitudo terræ instar immensi pelagi non paruo anni tempore, soluta aquarum eruptione contegitur, ita vt nulla tunc cuiquam humandi copia humani corporis tribuatur, nisi post transuectionem decursam: corpora mortuorum pigmentis condita redolentibus in editioribus cellulis recondantur*; Taceo à cymbis opitulamen, atque inita nauigiorum compages vrbium pulcherrimas ideas, quod ciuium vniuersa exercerentur munia, nedum priuatarum ædium: atque his fiebat artibus, vt cùm & homines, & animantia, quicquidve aliud in diuitiis numeratur, sarta tecta essent, nullibi terrarum facies iucundior, nullibi plenior, quàm apud has Prouincias.

Niniue Tigri flumini superimposita. Plin. Tob. 6. *Niniue trium dierum circuitu haberet.* Hieron. Ionæ 3. *Aggeres, & fossæ, vt Nilum, aut flueret, aut decurreret.* Herodot. Strabo. Plinius. Sueton. Diod. Sic. Cassian. *Ægyptij vt cadaueribus defunctorum prospiciunt ob diluuia.*

Dicam pro coronide sermonis: neque enim subticere animus est, quando huc vsque deuecti sumus, siue ex genio nostro, siue ex institutæ tractationis necessitate: Mihi equidem aeterna 70.

contuenti,

conuenit, quo pacto Iesus Sirach cap. 24. fluuiorum alluuiones suis secernat temporibus, & Euphratem asserat se maiorem fieri diebus nouorum, id est, veris non absoluta læta temperie: Iordanem excrescere, dum segetes desalcantur; Gehonem inundare peracta messe, cùm torcularia calcantur; quoniam video hæc ab Auctoribus Nilo, atque Euphrati tribui; (nam de Iordanis intumescentia apud Bibliorum Interpretes tantùm reperio;) cogitabam ex hoc Ecclesiastici dicto non segniter corroborari, Nilum ex Paradisi profluentibus vnum esse; nam, qui de situ orbis exactissimam scripsit Geographiam Strabo lib. 18. manifesta sententia affirmat ante clausum ver Euphratis incipere incrementum; Nilum verò terminata messe, cui vindemia statim succedit, neque priùs augeri attestatur apertis verbis Plinius lib. 5. cap. 9. & lib 18. cap. 18. atque à quo ipse desumpserat Herodotus lib. 2. Anastasius Sinaita lib. 1. Hexameri, Ioannes Leo octauo de moribus Africanorum libro; Hæc igitur cùm Gehoni ad amussim adaptentur, atque eundem per Æthiopum tractus ferri quemadmodum pronunciauit Moyses Geneseos cap. 2. ita etiam de Nilo veteres & noui Historici declararunt, vt vix sit, qui de Ægypti amnis natiuitate disputet, qui non probet; quamobrem difficiles erimus, vt arbitremur cum Patrum vniuerso ferè concilio (adi Cornelium, atque Delrium ad cap 2 Genesis) Nilum Gehonem esse, & consequenter ex fluuiorum Paradisi quaternione? Scilicet arduum est credere, tam dissitas origines habere, si ex vno nascantur capite recentiti à Moyse quatuor amnes; Premunt hoc argumentum disertè pro more suo Pererius lib. 3 in Genesim, tractatione de Paradisi fluminibus: Salianus tom. 1. anno mundi 1. die 3. num. 62. At viderunt hoc, ac considerarunt attentè ingeniorum apices, & per tot sæcula nemo impossibile iudicauit vsque ad Eugubini Cosmoq[illegible] etiam; Dicebant quidem, ex gurgite illo, qui locum voluptatis madefaciebat, nominatos vndarum decursus manare; sed ab arenosa aliqua vastitate excipi, atque mergi subterraneis amplissimis cauernis, exilire tandem remotissimis locis, quoniam per varias & disiunctissimas [illegible] diriguntur venas; id sic dicas physicè, & absolutè absque superatis naturæ legibus euenire potuisse, negari non posse; moraliter autem an contigerit, omnis quæstio erit; Sed hoc etiam suadibile reddunt animum plures admirandi casus quorum magnam partem, vt admittere oporteat, aut omnem Historiæ fidem [illegible]; Saltem loco præfato Salianum num 87 Conimbricenses tract 8. & 9. Meteororum atque inter antiquos diligentissimam narrationem Nicephori lib 9. cap. 19. An non hæc satis docuisse, quàm Phisonem, atque Gehonem duo brachia esse exorientia, quo loco Euphrates, atque Tigris commiscentur, quando de istiusmodi meatibus neque prisci, neque recentes Cosmographi meminerunt, scilicet certè meminisse debuissent saltem propter restagnationem, vt concedamus copiosa non fuisse flumina; quod tamen fateri sine crimine aliquo Ecclesiastici non sinat compatrio? Ad hæc, à nouæ opinionis fautoribus si requiramus de protoparentum habitatione, vbi nunc ille deliciarum hortus, & amœni nemoris iucunditas? Respondebunt quidem, aut cum Pererio lib. 3. in Genesim, quæst. 5. de Paradiso non extare omninò, sed generali cataclysmo loca illa altissimè esse demersa, atque eo vsque obruta, vt ne vestigia quidem remanserint: aut cum Saliano die, annoque orbis memoratis, numero 59 manere quidem glebam, at omnibus ornamentis spoliatam, siue id Noemi diluuia effecerint siue tempus edax rerum, siue Numinis inaccessa cogitatio ob speciales fines: atque equidem indelicium adhuc viridarium, Patrum solemnis fuit existimatio, quemadmodum & Pererius lubens admittit; Facta igitur Paradisi tanta [illegible]tione, atque eam in formam reducto celeberrimo pomœrio, vt ne vmbræ quidem appareant pristini splendoris, quid obstupescimus fluminum inde prodeuntium diuersissimos fuisse vultus posterioribus sæculis à primæua figura?

Nilum, vnum de quatuor Paradisi fluminibus.
Strabo.
Plin.
Herodot.
Anast. Sin.
Ioan. Afric.
Cornel.
Delrius.
Perer.
Salian.
Eugub.
Salian.
Conimbric.
Niceph.
Paradisum mundo extare
Perer.
Salian.

Gerberlogi Anteloq. in Cant.

71. Sed, inquis, vt tribuant Nili latices ex Paradiso deriuari, Phisonem nunquam admittent Gangem vocandum, quoniam terra Heuilath, quam alluit, India esse non potest; constat verò Gangem apud Indos esse, concesso autem Gangem Paradisi fluminibus haud ortu & nascentia coniunctum, nihil vetat id ipsum de Nilo asseruisse, quoniam vnius Pronunciati defensores, alterius quoque indiuulsi propugnatores sunt; Sanè, si quod est apud Pererium Ariæ, atque Vatabli iudicium, regionem Heuilath apud occiduos Indos quærendam regnis potissimum Peruanis, speciosa saltem niteretur coniectatione; dixissem Phisonem illum esse argenti nomine clarissimum amnem, cuius sæpè ex Acosta lib. 2. de nouo orbe, cap. 4 in superioribus meminimus; nam, cùm per trimestre spatium exundet, profundissimique gurgitis sit, aptè repræsentaret apud Ecclesiasticum cap. 14. Salomonis abundantissimam rerum diuinarum, humanarúmque cognitionem, At, neque ille fluuius ex eorum genere est, qui absque pluuiarum, aut liquescentium niuium adminiculis, velut suapte natura in magnas aquarum moles exurgunt; neque Gangis ei aut nomen, aut cursus, aut proprietates adaptari valeant; Gangem igitur & regionem Heuilath in orientem transferamus, necesse est; Et quidem Nicephorus citatus numero antecedenti ad Tropabanam vsque Insulam decurrere affirmat; Sed, quæ fuerit hæc regio, & quam occupauerit apud Eoos Indos telluris partem, an Ophir is aurifer tractus Salomonis classe nobilis diffusam, implicatámque postulat discursionem; Erit vt ex professo disputemus ad cap. 5. Cantici canticorum, si Numen indulserit: interim fruere eleganti Scriptore Pineda nostro lib 4. de rebus Salomonis, cap 16. num 9 Nos iam fastidientis metus Lectoris terret, ne longiores simus: si æquo prolixiores fuimus, messis in culpa fuit, cuius gratia tantùm suscepimus operis per tres Subsectiones; nempe quòd hæc multa, nos operarij pauci & imbecilles; Rogare Dominum messis, & mittet operarios, quibus comparati nos locustæ iudicabimur, qui breui absoluant trituram vniuersam, & studiosum compendio docentes nausea liberent.

Heuilath regio an apud occiduos, an apud orientales Indos
Montan
Vatabius
Acosta.
Pererius.
Eccli 14
Peruanus argenti amnis an Ganges?
Nicephor.
Pineda.

T SECT. V.

SECTIO V.

Quis Iudæam regebat, cum hoc contenta Epithalamio gesta sunt? Salomon quam magnificus, & elegans in ædificationibus, satellitio, lecticis? Turris de qua Cantic. cap. 4. an Dauidis, an Salomonis opus? eiusdem Cantici versus ex cap. 6. & 7. cum labore perpensi; Piscinarum quæ celebriora stagna in Palæstina? Thersa qualis vrbs, & ad quam tribum spectans? Pharaonis filia vbi habitauerit donec ei constructa regia à Salomone?

Salomone Dauidis filio regnante peracta quæ hoc panguntur Hymenæo. Cant. verba ex cap. 1. illustrata.

72. MVltæ coniectationes sunt, ne dicam aperta argumenta, quæ planè edocent huius Epithalamij acta Salomonis, eius qui Reges cæteros maiestate, opulentia, cognitione superauit, dominatum respicere. Huius nemini dubia illa Cant. 1. v. 4. *Nigra sum, sed formosa, filiæ Hierusalem, sicut pelles Salomonis*; Rectè, vt exquisitam nuptiis, & paucissimis feminarum concessam pulchritudinē sponsæ exprimeret, curuli Salomonis gloriæ, atque pompæ venustatem comparauit; Nam, vt admittamus ante Salomonem duos Hebræorum Reges Saulem, atque Dauidem, atque hos qui præcesserunt Iudices quadrigis etiam ad ostentationem inuectos, cùm legamus Reg. 1. & de curucis memoriam, & luxus non mediocris argumenta; capite quippe octauo de Monarcha prædicit Samuël: *Filios vestros tollet, & ponet in curribus suis, facietque sibi equites, & præcursores quadrigarum suarum filias quoque vestras faciet sibi vnguentarias, & focarias, & panificas*, Et audiamus de multitudine essedorum eiusdem primi Regum libri c. 13 vers. 5. *Et Philisthim congregati sunt ad præliandum contra Israël, triginta millia curruum, & sex millia equitum*; tamen cùm assiduis bellorum tempestatibus iactata fuerint omnia illa tempora ad obitum penè Dauidis, verosimile est currus illos, equorúmque ornamenta ad robur, & sustinendam armorum vim potiùs composita, quàm ad decorem, & spectaculum; verùm, vt præbeamus politiori opificio elaboratas superioris ætatis rhedas, & pilenta, at longissimo interuallo superâta omnia vehicula priorum temporum à Salomonis superbissimis lectis plurima attestantur; tempe, in primis constat de eo throno, quem fecisse legitur Salomon Reg. 3. c. 10. v. 18. ex ebore superinducto auro fuluo nimis, non esse factum tale opus in vniuersis regnis; hunc constituisse iudicio assignatis ædibus, de quibus eodem libro, c. 7. v. 7. *Porticum quoque Solij, in qua est tribunal, fecit; & texit lignis cedrinis à pauimento vsque ad summitatem, & domuncula, in qua sedebatur ad iudicandum, erat in media porticu simili opere*; Indicat Pineda lib. 6. de Salomone, c. 8. Sanchez ad nominatum c. 10. tertij Regum, Salianus tom. 3. ad annum mundi 3073. n. 12. Certè Iosephus lib. 8. Antiquit. c. 5. Basilicam condidisse Salomonem affirmat magnam, & pulchram multis fulsultam columnis ad causas forenses agitandas, & lites decernendas; Cùm igitur ad seria tractanda destinatum locum tanto decorandum pulimento æquum iudicauerit Salomon; quid arbitramur operatum fuisse in his, quæ soli pompæ, & iucunditati subseruirent? Sed quali apparatu prodiret in publicum Salomon describere non omisit præfato libro Flauius, capite nanque 2. primo, postquàm equorum compositionem & formam laudasset, *Hos* (ait) *decem addebant equites, flos iuuentutis, procera statura, promissoque capillitio conspicui, & tunicas è Sarrana purpura induti, ad hæc ramentis auri capillum quotidie spurgebant, vt ad Solarium radiorum contactum fulgor a capitibus eorum refulgeretur; Hi armati & pharetris succincti regiumcem eum stipabant, qui sublimis inuectus, & amictus veste candida, manè solebat vrbem egredi*; Tanta cùm esset satellitum elegantia, quibusnam ornatum, seu ingenij, seu naturæ inuentis regium vehiculum æstimabimus; Vt iam illa stupori nón sint, quæ huius c. 3. Hymenæi legimus, columnas fuisse argenteas, reclinatorium aureum, aulæa ex meliori purpura intimum eius (vt loquuntur Septuaginta) lapidibus constratum proculdubio pretiosiorum lectissimis quibusque: probant quoque curruum eximiam fabricam, quòd homini citra dolo dili in nullis commissa; *De filys enim Israël non constituit Salomon seruire quemquam*: (Regum 3. c. 9. v. 22) *Sed erant viri bellatores, & ministri eius; & Principes, & Duces, & Præfecti curruum, & equorum* Denique euincit allatas nominatim ex Ægypto quadrigas, ibidē c. 10. v. 29. atque hoc illa tangunt c. 1. Canticor. v. 8. *Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te, amica mea*; Qualis verò, & quàm magnificus; siue quadrigarum, seu tabernaculorum ornatus Ægyptiorum consueuit esse Toparcharum, facilè animaduerteret, non tamen absque summo stupore, qui Athenæi lector extiterit, præsertim lib. 10. vbi ad longum depingit Ptolomæi Philadelphi tentorium; De multis vnam sententiam transcribendam duximus, quoniam pro Salomonis pellibus facit, & cuius essent voluptatis, pulchritudinisque demonstrant: *Interior* (inquit) *eius stationis pars Phœniceis tapetibus circumuelabatur: interuallo medio, quod hunc locum à tentorio separabat animantium pelles incredibilis varietatis, & magnitudinis pendebant*; Cùm igitur quo tempore hic decantatus est Hymenæus, omnium linguis, & narrationibus commeodarentur Salomonis tentoria, rhedæ, equitatus, duxit ab ea re similitudinem sponsa, quæ ob maximam celebritatem nullius cognitionem latere posset.

Currum multus vsus Palæstinis.

Thronus Salomonis iudicando destinatus.

1. Reg. 13. — 3. Reg. 10. — Ioseph. — Pineda. Sanchez. Salian.

Salomonis quàm splendidum satellitium. Ioseph.

Currus præfecti ex honoratis & ingenuis. Cant. 3. — 3. Reg. 9. — 3. Reg. 10. Cant. 1.

Nobilissima carruca Salomonis. — Athen.

Cant. versus ex c. 6 declaratus.

73. Alterum fundamentum suppeditant verba Cātic. c. 6. v. 3. *Pulchra es amica mea, suauis, & decora, sicut Hierusalem*; Nam, quod aliàs diximus ex Hieronymo ad illud cap. 49. Isaiæ: *Dixit Sion, Dereliquit*, &c. modò ex Strabone eadem promimus lib. 16. qui Hierosolymitani soli formam delineans; *Est enim* (ait) *petrosum, circumiacentem regionem sterilem ac siccam habens, & intra sexaginta stadia petrosum*; Hunc ergo tam infaustum situ ad venustatem reduxisse quanti operis fuerit? Fateor extruso Iebusæo Dauidem ædificasse per gyrum à Mello, & intrinsecùs; sed, quod decoris plurimùm conciliare posset, regiā ab eo ex nobilibus constructam lignis, Reg. 2. c. 5. v. 9. At semipolita adhuc ciuitas, cùm & muri rudis essent operis, & plateæ incompositæ, & extra murorum ambitus informia vniuersa; denique diuinis mancipata cultibus adhuc Basilica non cerneretur: Sed per

Hierosolymitanus tractus horridus. Strabo.

2. Reg. 5. *Salomō Hierosolymorum vrbem formosam & comptā reddidit.*

Salomonem

Ioseph.

Salomonem redintegrata hæ omnia, docebit Iosephi oratio lib. 8 Antiquit. cap. 5. *Cæterum Rex, cum videret mœnia Hierosolymorum turribus, & propugnaculis ad securitatem egere, nec ea dignitati urbis satis respondere, & muros instaurauit, & turres magnas in eis erexit*; Atque septimo capite: *Diuina autem quadam diligentia, ac prudentia in rebus omnibus vtebatur: & cum esset elegantiarum amator, ne viarum quidem curam prætermisit, sed silice constrauit, tum vt vltro, citróque commeantibus essent faciles, tum ad ostendendam hac quoque parte principatus sui magnificentiam*; Superfluum est referre de templi fabrica, & regiarum ædium, quibus perficiendis operibus cùm ad structionem necessaria, cuncta in promptu essent, ipsos viginti annos consumpsit, sileo hortorum, nemorum, vinearum delicias incompatabiles, quoniam de his abundè tractat ipse ad cap. 2. Ecclesiastæ. Igitur, cùm ante Salomonis imperium, Sion venusta dici non potuerit; aut certè nullatenus summam eam venustatem consequuta sit, quę Virginis speciem exprimeret, cuius forma decentissimos quosque feminarum vultus obnubilaret, sequitur post absoluta Hierosulymitanæ vrbis, quæ audaci mente conceperat opera admiranda Salomon, hæc desponsa prolata fuisse, Eiusdem roboris argumentatio ab aliis nominati c. 6. verbis, nempe; *Sexaginta sunt Reginæ, & octoginta concubinæ*. &c. Sed, quoniam de his, alisque Epithalamij locis, quorum allusio est ad Salomonem, egimus superiùs Anteloquio t Sect. 9. num 69 supersedemus diffusiori probationi.

74.

Ex c. 4. Canticorum periodus discussa.

Sed labefactari statuta à nobis per versum 4. cap. 4. Canticorum asseras: *Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium*; Nam expulso ab arce Sionis Iebusæo, regni difficilioribus compositis rebus, cùm misisset Tyriorum Dynasta Hiram ad Dauidem, & peritissimos Architectos, & cedrinæ copiam sylux; regiam extruxit operosa magnificentia, Reg 2. c. 5. variæ, & ad ostentationem, & ad munimen diuersis basilicæ partibus fabricatæ turres, ex quibus illa, quę armamentario designata ostentabat iucundissimum bellicosis spiritibus pabulum, clypeorum ingentem multitudinem, quemadmodum & huius filius, diuino profanóque ædificio absoluto; *Ducentas hastas an eas*, Paralip. 2. cap. 9 vers. 15.) *trecenta quoque scuta aurea, posuit in armamentaria, quod erat consitum nemore*, hoc est æde à saltu Libani nomē vt autumat Pineda lib. 5 de Salomone, c. 5 n 5 quam domum inter Salomonis plurima miracula præcipuè obseruasse Sabæorū Reginam, Auctor est Iosephus lib. 8 Antiq. c 6. Igitur, cùm ad hoc Dauidis venustissimum opus respiciant Canticorum verba, necesse concedamus in eius incidisse tempora Epithalamium Respondeo, esto quidem turris eius facta sit mentio quam à fundamentis duxerit ad fastigium Dauid; verùm, cùm describitur à sponsæ laudatoribus, defunctum iampridem fuisse Dauidem; quippe repręsentat nobis hoc Epithalamium Salomonem cum eo quadrigatum apparatu, quem depinximus numero 70 cum sexaginta Reginis, & octoginta concubinis. præter adolescentularum absque numero mandras; denique repræsentat, vt disputabamus numero elapso, Hierosolymam decoris vltima lineamenta consequutam; Vt autem concedamus, etiam superstite Dauide regnasse Salomonem, quod mauult Pineda lib. 2. de Salomone, cap. 10. Salianus tom. 3. anno mundi 3020. num. 4. at imperij consociatio vix biennium explicauit, quo interuallo adhuc Salomonis tanti fastus vix pictura, quem moderata pompa, regia, scilicet, mula vectum, Principatus & consortem & hæredem scimus declaratum Reg. 3. cap. 1. vers. 33. sed & viginti annos perficiendo templo, ædibúsque suis extruendis absumptos scribit Iosephus lib 8. Antiquit. cap. 2. denotatque satis Palip. 2. capue octauum, vers. 1. Denique illæ tot Reginæ, tot secundariæ vxores, tanta iuuenculatum caterua, non nisi adulto iam dominatu; alludunt itaque Canticorum verba ad Dauidis sepulti, non autem viuentis opera.

Armamentary Salomonici splendida, & venusta fabrica.

2. Reg. 5.

2. Paral. 9.

Pineda.

Ioseph.

Pineda.

Salian.

3. Reg. 1.

Ioseph.

2. Paral 8.

75.

Turris Dauid, de qua Cant. 4. Salomonis opus.

Fortasse etiam turris ista, quamuis à Dauide appellationem mutuaretur, sed eius non erat tamen opus; nescimus enim ab homine militari, atque voluptatum osore, tantarum elegantiarum molem aliquam constructam, quæ virginis mulierum pulcherrimæ collum, cuius erant multæ, & subtiles dotes, aptè repræsentaret; At, quibus nixi rationibus hæc coniectamur? Equidem Salomon cùm statim à parentis exitu Pharaonis filiam duxisset, *Adduxit eam in ciuitatem Dauid* (Reg. 3. cap. 3. vers. 1.) *donec compleret ædificans domum suam, & domum Domini*; Pharaonis autem puellæ quo gratum faceret sponsus, quoniam sciebat delicijs enutritam, (Ægyptiorū enim plurimus est luxus,) regiæ, quam genitor firmiùs magis, quàm excultiùs erigendam curauit, elegantias addidit; eminebat autem inter cæteros ædificij labores turris aliqua, artis præcipuum opus, cuius è fastigiis cùm armati (vt probabile est) penderent clypei, dignum magnificentia Salomonis ostentum, gratiam conciliabant incredibilem, præsertim quoties à solarium radiorum illustratione quasi fulgura emittebant, quod frequens erat sub Palæstino non multùm nubilo cœlo.

3. Reg 3.

76.

Pineda.

Pharaonis filia vbi habitauit, donec ei constructa est à Salomone?

Video contra hæc allaturum aliquem id, quod insinuat Pineda lib. 5. de Salomone, cap. 7. n. 2. non habitasse quidem mulierem alienigenam intra ipsius Dauidicæ Basilicæ circulum, quoniam hæc, eò quòd Arcam fœderis recepisset, sanctificata habebatur; constructam nihilominùs Reginæ habitationem intra Sionis ambitum vocarum communiter *Dauidis vrbem*; non enim tota ciuitas sacrata dicebatur, sed regia Principis tantùm, quam Arca intrauerat; Scriptura autem solùm perhibet delatam Pharaonis gnatam in ciuitatem Dauid ex Ægypto, & ex hac traductam ad ædes, quas consummata templi fabrica Princeps sibi, Reginæque erexerat: Sanè mihi tutum hæc omnia admisisse, quod ad præsens attinet institutum; sit ita: dicam equidem huius structuræ partem fuisse illam turrim, quam etsi iusserit Salomon erigi, quoniam tamen ædificauit intra ciuitatem Dauid, vocata est Dauidis non Salomonis turris. Sed veritas est, nequaquam in arce Sion, præter Dauidis regiam, aliam compositam domum, qua habitaret Pharaonis filia: tum, quoniam huius constructionis labor impedimento fuisset templi fabricæ, à qua velut à potiori opere incepit Monarcha: tum maximè, quòd 2 Paral cap. 8. vers. 11. reperiamus expressum, intra Dauidis penates moratam fuisse Ægyptiam quoadvsque Palatij ingentem architecturam absoluit Salomon: tunc nanque *Filiam Pharaonis transtulit de ciuitate Dauid in domum, quam ædificauerat ei; dixit enim Rex: Non habitabit vxor mea in domo Dauid Regis Israel, eò*

quòd sanctificata sit; quia ingressa est in eam Arca Domini; Ac quamuis tali loco habitare feminam aliquam interdictum fuisset; aut specialiter prohibitæ mulieres alienigenæ, licèt Iudaismum amplexæ, qualis erit Pharaonis filia; tamen, quia indecorum erat Reginam alio, quàm magnifico vixisse loco; non decebat autem templi constructionem differri, vt humanæ personæ pararetur hospitium, potuit absque noxa in domo sanctificata Dauidis per integros viginti annos habitare, quoniam non erat hæc statio fixa, sed ad tempus solùm, vt probè obseruauit Lyranus ad cap. 9. lib. 3. Regum, cuius moræ iustæ suppetebant causæ; Quem ego articulum vno, alteróve exemplo declaraturus sim, quoniam prætermissum animaduerto ab Interpretibus; Eum quidem ensem, quo Dauid superbi gigantis abscinderat verticem tabernaculo ipse suspenderat trophæum victori Deo; ab inde iam iacet ille gladius, & profanis vsibus negatus; postulauit deinceps idem qui dono dederat Dauid Reg. 1. cap. 21. quoniam quidem properanter per fenestram demissus à Michol, arma secum portare nequiuerat; inermem autem virum capere non decebat; Sed & inhonorum erat, virum nobilem strenuissimúmque Ducem inaccinctum se ostendere; Has ob rationes excusant à leuissimo etiam scelere Abulensis quæst. 21. ad nominatum cap. 21. lib. 2. Regum: Sanchez ibidem: Pineda lib. 1. de Salomone, cap. 3. num. 7. Salianus tom. 3. anno mundi 2973. num. 110. Alterum est; Ethnicis vetitum fuerat Hierosolymitanum ingredi templum; nam Actor. cap. 21. vers. 28. Paulo culpæ vertitur, quòd Gentiles induxisset in templum, & sic violasset locum sanctum attamen si ob iustas causas intrare vellent, id est, orandi gratia, poterant quidem, & fortasse in atrium Israëlitarum; sic enim verba illa Reg. 3. cap. 8. vers. 41. indicare dixeris; *Insuper & alienigena, qui non est de populo tuo Israel, cùm venerit de terra longinqua propter nomen tuum, & orauerit in hoc loco; tu exaudies in cælo*, &c. Quod iudicarunt Forerius ad illud Isaiæ cap 56. vers 7. *Domus mea, domus orationis vocabitur*, &c. Maldonatus ad versiculum 20. cap. 12. Ioannis. Quemadmodum igitur Ethnicis permittebatur loco consecrato ad tempus subsistere, quin pollueretur hac de causa Dei fanum, quoniam, honestis concitabantur rationibus; & vti poterat Dauid lateri accomodare ensem piis vsibus consignatum, postulante hoc, aut salutis, aut honoris cura; sic poterat per viginti annos Pharaonis filia Dauidis habitare sub tectis, quamuis ab Arcæ ingressu sanctificatis; quoniam alij nulli penates, quibus pro dignitate stare posset: neque vt de nouo construerentur, opportunitas erat vlla.

Pharaonis filia absque noxa habitauit sanctificata domo viginti annis.

Lyran.

Dauid consecrato gladio vtens nō peccauit
1. Reg. 21.

Abul
Sanct.
Salian.

Ethnici, quā partem templi ingredi poterant?
Act. 21

1 Reg 8.

Isaiæ 56.
Fores.
Maldon.

77. At caput septimum Canticorum molestiam nobis plurimam generat: comparantur quippe vers. 4. oculi sponsæ piscinis in Hesebon; Porrò fuit Hesebon metropolis Regum Amorrhæorum, quam quidem illic expulso Moabitarum tyranno occuparunt, & postea sortè obuenit filiis Gad, & Ruben, & dimidiæ tribui Manasse, Numerorum cap. 32. vers. 33. at ignoramus, Salomonis ætate huiusmodi extitisse vrbem; Cùm igitur eo tempore congruum est, hanc desumptam à stagnis comparationem, quin lacus ipsi extitissent, (neque enim conueniens est ab his, quæ perierant, desumi paradigma,) necesse est affirmemus, Epithalamij huius ætatem Salomone multò antiquiorem fuisse; Respondeo, forsan dubio verti posse, an Hesebon lacubus, & piscinis abundauerit: situm nanque fuit regnorum hoc caput monte, ac proinde loco stagnis, & profluentibus non nimiùm opportuno: Audiamus super his Commentarij de Hebraïcis locis sententiam: *Hesebon (ait) ciuitas Sehonis Regis Amorrhæorum in Galaatide; quæ, cùm fuisset anteà Moabitarum, ab Amorrhæis belli iure possessa est; Meminit eius Hieremias, & Isaias in visione contra Moab, Porrò nunc vocatur Esbus, vrbs insignis Arabiæ in montibus, qui sunt contra Hiericho, viginti à Iordane millibus passuum distans*; Et quidem ab aquis hæc non laudat descriptio; & cùm frequentissima in veteri Instrumento Hesebon memoratio reperiatur, aquarum multum est silentium: Legi poterit Numerorum cap. 21. & 32. Deuteron. 2. & 3. Iosuë 9. & 12. Iudic. 11. Isaiæ 15. & 16. Hieremiæ 48. & 49. Quòd si Hesebonem semel statuamus piscinis & lacubus caruisse, oportet meditemur, huiusmodi nomen stagno alicui impositum, quod ipse Salomon, dum reliqua perficeret opera, parietibus clauserit visendæ iucunditatis: nam extructas à se piscinas deprædicat Ecclesiastæ cap. 2. vers. 6. & Iosephus lib. 6. de bello, vestibulo cap 6. stagni Salomonici meminerat: Cùm verò dixerimus Hesebonem principem sedem extitisse Regum Amorrhæorum, si fortè à capitali vrbe (quod non infrequenter euenit) tota prouincia nomen acceperit: sinè cogemur fateri Toparchiam aquis abundasse, nisi nos decipit Iosephus 4. Antiquit. *Situm esse* (inquiens) *regnum Sehonis inter tria flumina, quasi insulam; nam à Meridie cingitur Arnone, à Septentrione Iabor, & Occidentem ripa Iordanis terminat:* Aquis igitur cùm vndequaque cingeretur, præbebat facilem copiam piscinarum extructionibus, quas veteres Amorrhæorum Dynastæ cùm in præcipuis deliciis haberent, magnis sumptibus, summáque industria id adepti sunt, vt intra Palæstinorum fines, ab aquarum contemplatione nullibi maiores voluptates capi potuissent; Salomon autem cùm se non satis gloriosum arbitraretur, nisi quicquid rarum & eminens intra vniuersam fuisset Iudæam, id operibus suis Hierosolymitanis æmularetur, atque naturam ipsam, quoad fieri posset, artis inuentionibus superaret: quemadmodum hortum sibi composuit quem, eò quòd Libanum ad viuum referret, *saltum Libani* nuncupauit, vti Abulensi, Comestori, Nicolao, & Ricbelio visum apud Pinedam, lib. 5. de Salomone, cap. 7. num. 2. atque intra hoc nemus tumulos erexit, qui iuga Libani imitarentur, Amanam, Sanir, & Hermon, Iudicibus Delrio, atque Gislerio ad vers. 8. cap. 4. Canticorum: sic quoque fluuios & lacus meditatus est, qui exprimerent pulcherrimos quosque Chanaanitidis amnes, & piscinas: & cùm inter fluenta vniuersa palmam reliquis præriperent Hesebonis stagna, hæc sibi imitanda proposuit: & cùm illorum spirantem ideam assecutum se vidisset, vocauit germanos fontes iisdem nominibus: Si tamen diuinare nos in his omnibus potiùs, quàm solidi quidpiam afferre aliquis conqueratur, pronunciemus ad eum modum, quo Cassiodorus, Beda, Ambrosius, Rupertus, Lyra, quos citat expositione 1. Gislerius, putant verba illa cap 6. Cantic. *Anima mea conturbauit me, propter quadrigas Aminadab*, sic intelligenda, vt comparatio fiat inter sponsum, & Aminadab

Canticorum sententia ex cap 7. enucleata.
Hesebon vbinam? & an lacubus nobilis?
Num 32.

Traditiones Hebraicæ.

Num. 21. & 32.
Deuter. 2. & 3
Ios 9. & 12.
Iudic. 11.
Is. 15. & 16.
Ier 48 & 49.

Salomō piscinarum structor.
Eccles. 2.
Ioseph.

Hesebonitæ regio aquis abundans.

Ioseph.

Saltus Libani quidnā inter Salomonis opera.

Pineda.

Libani mōtis qualem imitationem fecerit Salomon?
Delrius.
Gisler.

Gisler.
Cant 6

Iudæ

Currus Aminadab prouerbialis loquutio.

Iudæ Patriarchæ abnepotem, vt qua ille velocitate post Moysen primus rubri æquoris vada ingressus sit, eo ferantur alatu sponsi currum trahentes equi; itaque similitudo desumpta sit ex prouerbiali formula ab eo, quod multis præcessisset sæculis; sic cùm alia multa fuissent stagna, quibuscum sponsæ lumina comparari possent; quoniam tamen à vetustissimis temporibus mansit fama piscinarum Hesebonis, quæ laudatissimæ fuerunt, stante Amorrhæorum regno, ab his ductum exemplar & typus, Atque his ostenditur minimè firmum esse, quod obiectio supponebat; nempe, similitudinem non deriuari ab iis, quæ periissent; sed necessariò tum extare, cùm fit comparatio: nam, vt in aliis hæc valeant; tamen in prouerbiali loqutione robur amittunt, quæ perpetuò ferè à præteritis ducuntur.

Canticorum nodus ex cap. 6.

78. Restant adhuc nobis illa ipsa verba, ex quibus robur conclusioni nostræ afferre conati sumus; nimirum, cap. 6. Cantic. *Pulchra es, amica mea suauis, & decora sicut Hierusalem*; Nam pro eo, quod vulgatus *suauem* interpretatus est; Hebræa habent, *Thersa*: quod vocabulum Hebraïzantes non appellatiuè, sed propriè sumendum esse putant pro vrbe nempe amœna eius nominis, de qua Reg. 3 cap. 14. & 15. qua Reges Israël sedem Imperij collocarunt ante conditam Samariam; at hæc vrbs nullius famæ fuisse videtur dominante Salomone; neque enim celebris eius aliqua inuenitur mentio, nisi elapsis post tribuum defectionem plurimis annis; ergo comparatio cum *Thersa* facta, Salomonis æuum non respicit. Dico primùm Hebræum *Thersa* appellatiuè construendum, quoniam præter Vulgatum (cuius tamen sola auctoritas sufficiens extitisset) ita transtulêre Græcæ editiones Septuaginta virorum Aquilæ, Symmachi, quintæ versionis: nam verbo vtuntur omnes, εὐδοκία, quod aut beneplacentiam, vel suauitatem denotat; Fauet Chaldæa Paraphrasis, & inter Hebræorum Magistros Rabbi Salomon, quemadmodum latiùs explicatur ad vers. 4. cap. 6. Cantic. à Genebrardo, Sotomaior, Delrio, atque Gislerio; quo stabilito, argumenti nulla est virtus: Dico deinceps, concedere nos, vrbis nomen esse; quam vrbem Sotomaior loco iam iam nominato asserit ad tribum Iuda pertinuisse; Verùm fieri non potuit, quando ibi decem tribuum Principes aulam per aliquot annos constituerint; remansêre autem cum Roboamo Benjamin, & Iuda suis cum possessionibus; quare Adrichomius 1. Manasse, num. 60. ad huius appellationis tribum spectasse definit: Magallanes tom. 1. in Iosuë cap. 12. annotatione 2. sectione 3. mauult Ephraim tribuere quam esse veriorem omnino sententiam euincit Bonfretius in Onomastico verbo *Thersa*, & adspectu comprimis amœnam vrbem adstruit; cuius fuêre opinationis ad eum Canticorum, quem allegaui, locum Aloysius Legionensis, & Almonacyrius: cuius quidem portionem soli bonitate singulariter donatam euincit Magallanius tom. 2. in Iosuë Epitome Isagogicæ sect. 6. numero 18. quippe in hac, atque Manassæa tribu, vtpote filiis Ioseph adimpleta quæ semper Iacob moribundus prædixit Genes. 49. vers. 25. *Omnipotens benedicet tibi benedictionibus cœli desuper, benedictionibus abyssi iacentis deorsum, benedictionibus vberum & vuluæ*, sicut annotauit Pererius ad eam Prophetiam; Cùm ergo tam felicem glebam accepissent Manasses, & Ephraïm, quando in huius, aut Manasse tribu *Thersam* ponant Interpretes, verosimile est id, quod ad præfatum Canticorum locum Explanatores communiter affirmant, & ad quartum decimum cap. lib. 3. Regum noster Sanchez, iucundo in primis & desiderabili loco sitam hanc vrbem, vt suauissima planè, & benè supra modum placens esset illius habitatio termini; Concedimus igitur, Salomone imperante, quod ad eiuitatis venustatem attineret, quam & ædificia, & plateæ, & murorum affert maiestas, his caruisse ornamentis; sed cùm à natura haberet gleba, vt amœna atque deliciosa esset, bis etiam doribus tunc præditam fuisse; Concinnè itaque quicunque sponsam laudabit, pulchram sanè ad instar Solymorum pronunciabit: sed suauem in modum *Thersæ* nimirum, sub id temporis ad vmbilicum perductis à Salomone omnibus domesticis operibus, vrbéque suis numeris absoluta, nihil erat, quod perfectam venustatem meliùs repræsentaret, cùm & elapsis temporibus marcescente ab annis pulchritudine, de ea Hieremias testatus sit Thren. c. 2 v. 15. *Haeccine est vrbs perfecti decoris, gaudium vniuersæ terræ?* At *Thersa* cùm penè eremus tunc esset, aut villula ignoti nominis, laus eius vniuersa à floribus à naturæ cumulatis muneribus, quæ vt suauissimi erant & tactus, & odoris, sic ab iis ad sponsæ declarandam suauitatem aptissima depromi potuerunt exempla.

Septuag. Aquila. Symmach. Paraphrast. Chald. Rabbi Salomon. Genebr. Sotomaior. Delrius Gislerius.

Thersa quanam ciuitas, & quam ad trahentem sponsam? 3. Reg. 14.

Thersa vrbs ascribenda ad tribum Ephraim spectans. Adrichom. Magall.

Ephraim, & Manasse fors opulenta & felix. Genes. 49.

Magall. Sanchez. Thren. 2.

SVBSECTIO I.

Libani descriptio: num genialis pompæ locus? ex cap. 3. & 6. Canticorum versuum duorum interpretatio: sub Salomonis imperio quantus optimatum fastus? in Libanum quoties, & quas ob causas profectus? verba ex Paralip. 2. dilucidata: Sponsæ patria Tyrus; duplex ei nomen: Genitor de classe nobilium.

SAnè, quæcunque tandem Chananitidis regione genialibus indultum est epulis, cæterisque nubentium plausibus, id præter dubium est, fuisse situm amœnitate summoperè commendabilem, 79.
cùm vbique personent & nemora, & Tempe, & saltus, nunc vallium profunda, nunc montium inaccessi vertices audiantur, iam & perstrepunt viuentium lympharum inter Paradisos malorum punicorum deducti loquaces riuuli, & viteæ conspiciuntur, & detonsarum ouium balatus, & turturis cæterarúmque auium ad aures defertur Musica: Sed apud Solymorum inclytam aulam hæc vniuersa, inquies, cùm huiusmodi nihil à se prætermissum potentissimus declaret Salomon Ecclesiastæ c. 2. Nam & domos æstiuas fabricauit sibi, & hortos fecit, atque pomœria, quæ cuncti generis arboribus conseuit: & extruxit piscinas aquarum, vt irrigaret syluam lignorum germinantium: Obseruo, Libanum inter Syriæ montes celeberrimum ad Palæstinæ Septentrionem surgentem, quique regionem à cæteris nationibus per Aquilonem diuidit, cùm longissimè protendatur, pluráque sub vno colle contineantur iuga, Galaad, Hermon, Sanir, Amana, (fortè & Carmelus aliquis,) in duo tamen membra

Ecclef. 2.

Libani diuisio, & vbi eius celeberrima iuga incipiant, desinántque?

potiſſimùm diſſecari; alterum ipſius Libani nomen integrè tetinens; alterum Antilibani voce significatum; Libaoi exorſum Plinius libro 5. cap 20. à tergo Sidonis collocat, in quem exentere docent Gueuaṛa ad cap. 2. Habacuc, n. 317. Galarza euangelicarum Inſtitutionum lib. 6. c. 2. At meliùs deſcribere Strabonem lib. 16. affirmat Maſius, quem & ſequitur ad verſ 4, cap. 1. Ioſuë: dicit vterque Libanum incipere apud Tripolim eique vicinum ſuburbium Θεοῦ πρόσωπον, id eſt, Dei faciem vocatum: Antilibanom autem prope Sidonem; Acquieſcunt buic Pronunciato ad verſ 8. cap. 4. Caoticorum Sotomaior, Salmeron prologo 41. Adrichomius in Aſer, num. 14. Magallanios tom. 2. in Ioſuë, ſectione 4 annor. vnica hanc ſententiam optimè declarat Bonfrerius in Onomaſtico, verbo Antilibanus, & Annotationibus ad tabulam ſuam Geographicam: De huius montis dulciſſima temperie, vineis, aromaribus, ſylua imputribili, & odorata, venationibus, ſcire cupientem amandamus ad tabulas Adrichomij; legat in tribu Nepthalim num. 63. neque enim intentio eſt transſcribere, quæ apud plurimos reperias, niſi quantùm inſtituti ſermonis neceſſitas exigat: illud tamen omittere non præſtat, quoniam Dei honor eſt; quanquam ſi cum antiqua gloria præſentem Libani ſtatum conferas, infelix cenſeodus ſit, iuniperum & cedrorum copia, & cætera vbertate ſpoliatum eernas, quemadmodum diligentiſſimi nobis teſtantur Scriptores Genebrardus ad annum Chriſti 71. & mundi 4160 Ribera in c. 7. Amos, num. 19. & Dux Radziuillus in Peregrinatione ſua Ieroſolymitana pag. 26. ex tanta Cedrorum copia, hodie ſolùm viginti ſuperſtites affirmat: Sed eo titulo beatiſſimum eſſe, quòd inter Mahumetanorum execrandam rabiem, diráque ſupplicia Moranitæ eius incolæ Romanæ Sedis fidem profiteantur: qua de re idem Radziuillus pag. eadem, & pag. 149. noſter Poſſeuinus in Apparatu, verbo, *Moramita*: idémque Bibliothecæ lib. 9. in argumento operis quos ſub Gregorij XIII. fauſto Pontificatu erroribus quibuſdam liberatos, deinceps regulas integrè ſanas obſeruaſſe memorat.

Plinius.
Gueuara.
Galarza.
Strabo.
Maſius.
Salmeron.
Magall.
Adrichom.
Libanus antiqua vbertate & gloria nunc denudatus.
Genebrard.
Ribera.
Maronita Libani montis incola Catholici.
Poſſeuin.

80. Exiſtimo ergo, locum nuptialibus ſpectaculis dicatom Libanum fuiſſe; Primùm, quoniam huius montis quidpiam omnes Epithalamij iſtiux anguli perſtrepunt; ſiue Galaad conſcendere intuemur caprigenum pecus; ſeu odoramur iuga aromatum, thuris & myrrhæ colles, aot immurmurant viuentium aquarum fontes, quos impetuose emittit Libanus; Secundò, quia huius effati clariſſimos tutelares ex Patrum, recentiorúmque potiori corona dedimus Anteloquio 1. Sectione 7. num. 51. Tertiò, quoniam id manifeſtè euincunt verba illa cap. 4. Canticor. *Veni de Libano, ſponſa mea; veni de Libano, veni: coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum*: Nam, vt concedamus id, qood non paoci volunt, Libani montis repræſentationem à Salomone exbibitam nemore, quod Libani ſaltus appellatom, aut intra metropolim, aut prope illam: ſed, cùm hæc figura, & ſymbolum veri Libani tantùm extiterit, Canon ille vocandus in memoriam, quem nos ſatis ſtabiliuimus nominata dudum Iſagoge 1. ſectione 4. num. 26. nempe, ſacra Inſtrumenti verba conſtruenda de eo, quod propriè, & abſque tranſlatione ſignificant, modò ex tali Interpretatione non reſultet implicantia; at ex eo, quòd intelligamus præfatas Canticorum ſententias eſſe commonuotium, vt veri Libani eremum ſponſa deſerat, & tuti præferat delicias metropolitarum, velitque vnà cum dilecto aulam inuiſere, nullum deriuatur inconueniens: igitur in hunc ſenſum præſtat verba illa expoſuiſſe: iis autem ſic explanatis deducitur facilè, quod proponebamus: nempe, Libano concelebratam genialem pompam: nam certè ibi & ſponſus & Hymenæus, cæteráque connubiorum gaudia, vbi ſponſa adeſſet: ſponſam autem cùm hortarentur, vt Libanum non inuita deſereret, neceſſe eſt ipſam tenuerit tunc Libanus: apud Libanum igitur genialis pompa.

Libanus genialis pompa locus.
Cant. 4.

Hæc firma exiſtimari poſſint, ni obſtaret verſus 7. cap. 3. Canticorum: *En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael*: Atque reliqua ſequentia de ferculi incomparabili opere, quæ omnia maiora videntur, quàm vt conuenire poſſint in alium præter Salomonem Dauidici imperij hæredem. Vt autem ſemel ſtatuamus Salomoni hæc eſſe tribuenda, quorſum aſſeramus, Hieroſolymam relinquere voluiſſe, & optaſſe inſignis triumphi ſpectatores potiùs Libani agreſte vulgus, quàm nobilitatem Solymitanam? Sed vocantur ad pompam Sionides: *Egredimini* (inquit) *& videte, filiæ Sion, Regem Salomonem*; Vt omne dubium tollatur, naductum celebri ſpectaculo Monarcham per Solymitanas plateas, quando ad viſendum non aliæ perſonæ, quàm metropolitanæ inuitantor, ſiue heroïnæ, ſeu honeſtæ quæque nuitis: Reſpondeo, hæc ſanè grauia eſſe, & terrere quidem, ſed componi tamen; Dicere quippe valeamus, relata, quanquam præſtantia & magna, non tamen deſiderare ſummum Monarcham, vt in neminem excepto hoc conueniant: Nam Salomonis tempora, cùm & diuitiis, & maieſtate, atque faſtu præcedentium ſæculorum ætates ſuperaſſent, mirum non eſt eiuſmodi habuiſſe ſub ſe Dynaſtas, quorom ſaltem pauci aliqui eum gloriæ apicom attigerint, vt & haberent ex robuſtiſſimis, qui lecticam obſeruarent ſexaginta, eſſedum quoque auro, purpura, gemmis micantiſſimum: Plúſne hoc, quàm vt tantus Monarcha filiam daret, non qoidem vni de ſommis Principibus, ſed duobus rei frumentariæ præfectis, de quibus Reg 3. cap. 4. verſ. 11. & 15. ex Lyrani, noſtrique Sanchez eius loci interpretatione? Atque, vt omittam externa, quibus probare valeamus parem cum dominis maieſtatem penè aſſecutos ſeruos (ſic enim leges de pluribus Magni Alexandri amicis apud Plutarchum, quorum nimium faſtum cohibere Imperatori fuerit neceſſarium, & de Pompeij liberto Demetrio apud eundem, qui etiam domini ſui gloriam vicerit) ſacra nobis monumenta Ioſephum repræſentant, Geneſ. cap. 41. verſ. 40. quem Pharao vno tantùm regni ſolio anteceſſerit; in in comitatu, in lecticis, in cæteris ornamentis pares; Sed & Amanum cùm ſuper omnes, quos habebat Principes, exaltaſſet Aſſuerus Eſth. c. 3. verſ. 1. iuſſit, vt eo tranſeunte genibus omnes procumberent, quem honorem non niſi imperatoriæ Maieſtati exhibendum meritò æſtimemus, quando eo maiorem creatura vindicare non poſſit; Itaque inauditum non eſt, ſubditorum aliquos ad regiam pompam proximè accedere: atque Salomon, cùm maieſtate anteiret cæteris Dominatoribus, faciebat ad hanc gloriæ oſtenta

81.
Ex Cant. c. 3. verſus deſcuſſus ad Libanum.
Salomonis filia quibus maritis datai
3 Reg. 4.
Lyran.
Sanch.
Plutarch.
Optimates, qui Imperatorum faſtû attigerunt.
Gen. 41.
Eſth 3.

ostentationem magnoperè eos vt sub potestate sua numeraret Optimates, quorum prædia & incredibiles thesauri, domus, supellex, ministrantium catervæ aliarum provinciarum summos Monarchas vincerent; Denique verissimè ab illo dictum.

Sub imperio Salomonis quantum Optimatum fastus?

Regis ad exemplum totum componitur orbis.

Salomoni autem quadrigarum ingens fuit amor, & æqualis amori sumptus, quod ostendimus à num. 70. Sed & elegans, atque copiosum satellitium, cùm inter ea, quæ Sabæorum Regina cum stupore profundo contemplata sit, numerentur Reg. 3. cap. 10. vers. 5. habitacula seruorum, & ordines ministrantium, vestésque eorum; eius igitur ad figuram regni proceres & ipsi curribus, quibus & artificium, & pretia exquisita, delectari; atque hos, qui ambirent, alebant valentissimorum maximas turmas; Asseri etiam queat id, quod ingeniosè cogitauit noster Sanchez ad Canticor. cap. 3. illa verba: *Propter filias Hierusalem* & ad versiculum 24. cap. 1. lib. 2. Regum, morem fuisse Iudæorum Regibus, vt benè meritis de republica præsertim Monarcha supellectilem ad genialem apparatum necessariam, aut donaret omninò, aut saltem commodaret: cuius in rei stabilimen arbitror facere, quod apud Athenæum legamus Dipnosoph. lib. 12. Alexandrum suas, amicorúmque nuptias post Darij obitum celebrantem, eodem loco, pari etiam magnificentia, qua suas, nuptias quoque sodalium prosequutum fuisse, exceptis solùm aureis fulcris, quibus regis innitebatur thalamus; quo pariter volumine refert, quod aliàs à nobis insinuatum, Polycratem, Samiorum tyrannum, sumptuosos lectos, & pocula affabrè composita habuisse, quæ vtenda dabat, si quis per nuptias epularetur; Concedamus igitur, & lectum, & satellitium, & ferculum ex lignis Libani, cuius de argento columnæ, reclinatorium aureum, pauimentum gemmeum, omnia ad summum Monarcham spectasse: at, cùm sponsus Canticorum de numero illorum esset, qui optimè meriti fuissent, & de Imperatrice, & de republica; vtendum huic tribuisse Salomonem quicquid in regia supellectile optimum, & fulgentissimum habebat: Sed de his redibit iterum sermo Sectione 6.

3 Reg. 10.

Sanch.

Monarcha Optimatum nuptijs commodabat regiam supellectilem

Athen.

82\. At præbeamus nihil horum accidisse; sed eum, qui lectica vehebatur militiæ flore stipatum Salomonem summum Monarcham fuisse; sed is vt in Libanum peruenerit, cùm nostri sponsi genialis exerceretur celebritas, iam aggredior patefacere; Sanè Eupolemus Auctor est apud Eusebium lib. 9 præparationis euangelicæ, cap. 4. Salomonem, antequàm templi fabricam inchoaret, profectum fuisse cum patriis amicis ad montem Libani, cum Sidoniis & Tyris, ac cæsa priùs iussu patris ligna per mare in Ioppen transtulisse; inde vero terrestri itinere Hierosolymam: hæc autem vt contigisse existimemus cum Pineda lib. 5. de Salomone, cap. 13 num. 3. oportet, referamus in annum tertium Salomonici Imperij, cùm anno quarto posuerit fundamenta operis, vt Regum testatur apertè liber tertius, cap. 6 vers. 1. Sic igitur per Libani deserta pergentem ad Hirami regnum, vbi cædebantur ligna, cum militari custodia vallatum ex his, qui in sponsæ comitatu erant, contemplati fuissent nonnulli. & cognouissent illicò Regem, sponsam, quæ *ascendebat per eremum, sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & uniuersi pulueris pigmentarij.* Monent quantocyùs de aduentu insperato Monarchæ; *En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt*, &c. Atque illa continuò nuncium remisit ad Hierosolymitanas Heroinas, quæ simul cum sponso ex metropoli venerant; *Egredimini, & videte, filiæ Sion, Regem Salomonem*, &c. Hæ igitur causæ, vt & Salomon apud Libanum videretur, & vt Hierosolymitanæ nurus extra Solymos eum contemplatæ fuissent. Atque hæc iuxta assignabimus incidisse contenta hoc Epithalamio ad quartum regni Salomonis annum. Verùm Salianus tom. 3. anno mundi 3044. num. 5. dubiam satis arbitratur hanc Salomonis peregrinationem: multis enim impeditum negotiis pro componenda reipublicæ pace, cùm & in genitorem, inque ipsum contumaces plectendi essent, & ducenda ex Ægypto vxor, & sine mora inchoandum sacrum ædificium, haud facile est credere, voluisse tum, quasi otio maximo frueretur, voluptatis potiùs, quàm necessitatis gratia, iter suscipere: nam, quæ necessitas, cùm datis ad Hiramum litteris eadem, quæ sua præsentia, perfecisset: Sed nec tum tanta illa diuitiarum copia, vt ferculum tam operosum, quale Canticorum cap. 3. describit, extruxerit; quoniam nondum classis in Ophiritinam soluerat regionem, & vt plurimo abundaret auro, vix totum sufficere arbitraretur ingenii, quam animo conceperat, ædificiorum moli. Alia nihilominus sub idem tempus proficiscendi ratio; nimirum vt ascendenti ex Ægypto Pharaonis filiæ obuius progrederetur: Nam & modò etiam ad radices Libani antiqua vestigia magnificentissimi palatij conspici, quod Salomon filiæ Pharaonis sub nuptiarum auspiciis ædificarit, auctor est Nicolaus Radziuilius in Peregrinatione Ierosolymitana, pagina 27. certè gloriosus, si quando vnquam, processit tunc, vtpotè in die lætitiæ cordis sui: Hæc apta prorsus nisi docuissemus Prolegomeno 1. Sectione 8. num. 60. Salomonem, postquàm & Dei domum, suámque pariter absoluit, cecinisse diuinum hunc Hymenæum: probabile autem est ea modulatum esse, quæ tunc acciderant: Numquid & tunc abeundi in Libanum occasio? planè quidem; Nam sub his temporibus, cùm regnasset per aut quinque aut sex, & viginti annos, domesticis omnibus rebus compositis, ad extera animum conuertit; & cùm aduersùs eum Chananæorum scintilla, quæ montem Libani incolebat, absumptis cum tempore reliquis, rebellis extitisset; quemadmodum prodit Iosephus lib. 8. cap. 3. aduersùs eos cum bellica expeditione processit: erant autem hi Emathæi, quos iuxta Libanum in confiniis Damasci collocat Adrichomius in Nephtalim, num. 45. Zieglerus etiam apud Pererium libr. 15. in Genesim, num. 123. de qua belli victoria illa Paralip. 2. cap. 8. vers. 3. *Abijt quoque in Emath Suba, & obtinuit eam* intelligunt Abulensis quæst. 1. in dictum cap. Torniellus anno mundi 3043. Genebrardus lib. 1. Chronographiæ, anno mundi 3150. Magallanius in cap. 19. Iosuë, sect. 5. annot. 2. Pineda, atque Salianus locis anteà memoratis. Bonfrerius in Onomastico, verbo Æmath, quam subiugatam dicit à Salomone: Superatis igitur, qui illius dominatum auersabantur, cùm velut ouans pergeret, vt veterem socium Hiramum, Tyri Toparcham, viseret: fortasse enim tunc viginti ciuitates illas, de quibus Reg. 3. cap. 9. vers. 12. in terra Galilææ ei concesserit: quæ quoniam displicuerant, cùm

Salomon Rex num in Libanum profectus, & quando?

Eusеb.

Pineda.

Salian.

Salomon Canticorum nuptijs qua occasione interfuerit?

Ioseph.

Emath vbi sita, & quando à Salomone subiugata?

Adrichom.

Zigler.

Pererа.

2. Paral. 8.

Abul.

Genebr.

Magallan.

Reg. 9

Reges solito diadema semper gestare

obuiam habuisset Salomonem, de non benè compensata amicitia sua conquestus; *Haccine* (inquit) *sunt ciuitates, quas dedisti mihi, frater?* Hiramum igitur cùm adiret, diadematus seculo ostendebatur: siue, quòd moris fuisset, Reges vbique conspici cum coronis, alioqui præliaturus Saül capite deposuisset principatus insigne quod tamen gestasse monet lib. 1. Reg cap. 2. vers. 10. aut quoniam in magna lætitia is extitisset vsus, sic epulans Assuerus, ministrantibus eunuchis, imperauit (Esther cap. 1. vers. 11.) vt introducerent Reginam Vasthi posito super caput eius diademate; Vel demum quòd recens de hostibus reportatus triumphus sic postulasset; vtcunque tum cingebat tempora aut idem, aut simile omninò diademati, quo eum genitrix Bethsabea condecorauerat, quo die lætissimo Pharaonis filiæ coniunctus est: Cùm autem prope Tyrum, vt sequentibus numeris demonstraturi sumus, Canticorum sponsus genialia ageret gaudia sociante eum Solymitanæ nobilitatis iusta parte; cùm prætervcheretur Monarcha, eius intuendi gratia totus se nuptiarum effudit comitatus, atque euenêre quæcunque Canticorum volumen pangit à versu 6. cap. 3. Fortasse & hospes, atque conuiua sponsi fuit Salomon; neque enim hoc eius dedecebat maiestatem, cùm sponsus ex primi regni Dynastis esset: Sed & hæc vniuersa cùm, vt dicebamus, acciderint ab anno, aut vigesimoquinto, aut sexto regni Salomonis; in hunc etiam præstat transcribamus nuptias eas; de quibus toto hoc Epithalamio canitur.

Quo regni Salomonis anno peracta nuptiæ Canticorum?

83. Quòd si Salomonis triumphum in hanc incidisse & temporum, & nuptiarum periodum asseramus, erit tum vt affirmemus, rumorem bellorum, de quo Canticorum cap. 6. in verba illa: *Anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab.* commentitium, inanémque fuisse; nempe, sparserant per vulgus rerum nouarum auidi, superesse adhuc alias Salomoni pugnas, quo nuncio perterrita sponsa, metuens, ne recens maritus castra Principis sequeretur, mœstissimos subitò induit vultus inter geniales Fescenninos: aut certè bellum illud fuit, quod Iromus, Tyriorum, Phœniciæque Toparcha, gessit; cui sponsum non solùm suppetias laturum, missis auxiliaribus copiis, eò quòd Hebræorum socius esset; sed etiam, qua erat animi magnanimitate simul & in amicos inuiolabili fide, oblaturum se Regi comitem, verebatur puellæ afflicta cogitatio: Sanè nomen *Aminadab*, id est, Ducis populi, Iromo quadrat cum proprietate, cùm ipse supremo imperio Phœnices regeret, alteri, quod sciamus nemini tributarius, Itaque erat dux capútque populi, cuius militares quadrigæ sponsam terruerant ob causas, quas nominauimus, Porrò Iromum expeditionem aggressum aduersùs Eucheos, quoniam debita tributa non persoluerent, illisque subactis domum victorem reuersum fuisse, tradit ex Menandro Iosephus lib. 8. Antiquit. cap. 5. Quando autem constat, apud Libanum initas nuptias, & peractos connubiales ludos, suspicio multa est, hanc fuisse sponsæ patriam; Coniecturæ fundamenta sunt; quoniam frequentior vsus, quantùm sacra attestatur pagina, vt in sponsæ laribus nuptialia exhiberentur symposia: sic Genes. 19. v. 22. in Labanis domo, qui virginis genitor erat, instruitur conuiuium: sic Iudic. cap. 14 vers. 10. descendit pater Samsonis ad mulierem, & fecit filio suo epulum: quem vt intelligeremus morem

Canticorum locus ex c. 6. explanatus.

Hiramus supremus Phœniciæ Monarcha.

Ioseph.

Libanus sponsæ natale solum.

Gen. 29

In sponsæ domo fuisse celebratas nuptias sponsi.

fuisse regionis, protinus additur; *Sic enim iuuenes facere consueuerant*; Sic Tobiæ cap. 9. apud Raguelem, qui puellam dabat, mensa sternitur; Verosimile igitur est, hoc & ab huius Cantici sponso obseruatum, alioquin satius fuisset apud Hierosolymam gaudere, quàm apud Libanum, Deinde perquàm similia videntur illa Canticorum verba: *Veni de Libano, sponsa*, &c. alteri sententiæ ex Psalmo 44. vers. 11. *Audi, filia, & vide: obliuiscere populum tuum, & domum patris tui*: Nam vtrobique Epithalamium est, & ad sponsam fit hortatio; Igitur, quemadmodum Psalmi dictione omnes fatentur scopum esse, vt non grauatè ferat sponsa paternos lares deserere, quò sponso fruatur omnibus fortunæ, atque animi dotibus conspicuo: ita & Canticorum verbis suasio est in idipsum collimans, ac proinde Libanus sponsæ patria est, quam patriam vt deserat, hortantur: Vide quæ addimus tom. 2. vestigatione 8. numero 11.

Tob. 9.

Psal. 44.

Iud. 14.

Verùm, cùm longissimè excurrat Libanus, 84.
quam eius certam, definitámque partem sponsæ natale fuisse solum affirmabimus? Equidem difficile est de hoc speciosum quidpiam, nedum solidum pronunciare; si tamen statuamus id, quod optimè annotauit noster Villalpandus ad illud cap. 27. Ezechielis: *Abietibus de Sanir.* & indicauit Gueuara ad cap. 2. Habacuc, num. 317. versum cap 4. Canticor. eum, *Veni de Libano, sponsa: de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum*; continere quicquid inhospitale & monstruosum reperitur in eo monte, prætermissa multiplici eius iucunditate; atque artificiosè id à sponso factum, quò horroris, & vastitatis plenum locum sponsa lubentiùs desereret; cùm animaduertisset dilectus, contristatam virginem, quòd eius patria tam malè audiret apud Hierosolymitanos Proceres, matronarúmque nobilissimas; sponsus, quò inflictum præter intentionem vulnus, quoad fieri posset, sanaret; cùm intelligeret, auditores de patria sponsæ latissimè sumpta priora accepisse verba, mox eius regionis, quæ singulariter & ex proprietate sponsæ debeat nominari patria, cumulatissimas laudes modulatur inquiens: *Hortus conclusus, soror mea, hortus conclusus, fons signatus, emissiones tuæ Paradisus malorum*, &c. Itaque primus ille sermo est eiusmodi, vt si quis de Italia loquatur, ac solas Alpes in medium afferat, quarum sola descriptione audita, quis non prouinciam, qua alia non beatior, fastidiret? Secundus sermo est, tanquam si Neapolis, aut Florentiæ hortos deliciosos in medium producas; Sponsæ igitur patria cum restrictione *fons hortorum, puteus aquarum viuentium*: sed, vbi hæc lympharum conditoria? Sanè Adrichomius in Aser, num. 67. Magallanius tom. 2. in Iosuë, sectione 4. in cap. 19. annotatione vnica, aiunt, paruo vno milliario à Tyro distare, Wilhelmus Tyrius lib. 13. belli sacri cap. 3. prope Tyrum statuit; & quanquam vnus fons reliquos longè superet, quatuor tamen esse verè fontes, ex quibus puteus ille, qui firmissimis muris ambitur, & cuius aquæ in Tyri planities deriuatæ veris quasi æternam faciem pariunt, nunquam non iuuenescente, nunquam non olitoribus fructuosa gleba; Distat autem Tyrus à Libano per sex mille passus, vt vult Salmeron prolegom. 41. in 5. Syriæ delineatione; *fons* autem *hortorum* ex Libano oritur sexto à Tripoli milliario, vt idem Adrichomius tradit in Nephtalim, num. 48. & Magallanius,

Libani quæ specialis pars edita in lucem sponsæ

Villalp.

Gueuara.

Cant. 4.

Cantic. verba ex cap. 4. de sponsa.

Fons hortorum, & puteus aquarum viuentium, vbi sit?

Adrichom.

Magall.

Salmeron.

nius, qui eius legit veſtigia ſectione 5. in cap. 19 Ioſuë, annotatione 2. quanquam in locis externis Adrichomius num. 3n. dicat; Tripolim à Libano ter mille paſſibus diſtare, quam vrbem Tyrum, & Sidonem reſpicere aſſerit, eundémque pati Dominum, cuius campo fons ille eadem beneficia præſtat, quæ viuentium aquarum puteus Tyri aruis & pomeriis; Tyriam igitur virginem ſponſam fuiſſe appareat: & propterea tones à columba ducta comparario, quòd has aleret pulcherrimas Tripolis quæ Tyro affinis &

Pſalm. 44.

ſubdita & ideò Pſalmo 44 cuius eſſe carminis idem argumentum cum noſtri Epithalamij materia oſtendimus ex claſſicis Præceptoribus Præluſione 1. Sectione 9. num. 72. accinit Poëta verſ. 13. *Et filia Tyri in muneribus vultum tuum deprecabuntur: omnes diuites plebis:* nimirum, cùm à tanto Dynaſta adamatam cernerent non ſolùm proletaria multitudo, ſed etiam opulentiores ciues ſuſpicerent, donáque offerrent nuptialia, gauiſi tanto honore patriam condecorari, vt ex hac quærendam ſibi ſponſam indicauerit homo diuitiis, amplitudine, ingenio, viribus ſupra coætaneos, auorum gloria nemini (excepto ſummo Monarcha) inferior: atque hoc eo tempore, quo maximè florerent Iudæorum res, quo generum optabant quicunque per vniuerſam Palæſtinam maiori auctoritate, & honore pollebant. Tyriæ verò Prouinciæ ſingularem deſignaſſe ciuitatem, quæ ſponſæ antiquam alnerit ſtirpem difficile eſt: dubium itáque nam ex Tyri vrbe vel ex coniunctiſſimis Sidone, aut Sarepta, an etiam de Tripoli: ſolùm ſpecioſior coniectura, quæ in locum refert Libano ſitum, aut quàm proximè ad radices.

85. Huius effati duæ aliæ nobis ſuperſunt diuinationes. Prima, quòd diximus huius, quo verſamur Præludij num. 27. hoc dramate inter alias perſonas introduci virgines venatrices; nimirum,

Cant. 6. & 7.

illud denotari cap. 6. Canticorum, cùm dicitur ſponſa terribilis apparere tanquam caſtrorum acies; atque cap 7. verſ. 1. cùm pronunciatur in Sulamitide non aliud conſpiciendum præter choros caſtrorum: hæc autem poſita ſunt, eò quòd ſponſa, ſociæque puellæ pharetras accinctæ, & ſpicula protendentes, ex venantium norma belli ſpeciem oſtenderent, vt Amazonarum peltatas turmas potiùs iudicares, quàm molles nubentium cohortes; apud Tyrum venationibus aſſueſcunt virgines. Scitum eſt Virgilianum illud Æneid 1.

Virgil.

Tyriæ puellæ venationibus aſſuetæ.

Virginibus Tyriis mos eſt geſtare pharetram,
Purpureóque altè ſuras vincire cothurno:

Origen.

Quare & Origenes homilia 14 in Ioſuë, loquens de Sidone Tyri confœderata vrbe, & eorundem morum: *Sed ſi interpretationem nominis reddam* (inquit) *quod ſignificat venatricem, vel venatores:* Alia diuinatio eſt à nomine ſponſæ tranſlata: nam, etſi certior appellatio *Sulamitis*: quo-

Sponſa cur aut Sulamitis, aut Sunamitis dicta?

niam correcta Biblia ſic legunt Canticorum 6. & 7 capite; quoniam tamen ſeptuaginta Seniorum emendatior textus, nempe, Romana editio *Sunamitem* affert, atque eadem placuit lectio veterum plurimis; huic etiam verſioni honor deferendus eſt, cùm vtroque vocabulo nominari ſponſa potuerit, quemadmodum Sunam vrbem ad latus auſtrale Hermonis ſitam ex aduerſo montis Gelboë, Sulam quoque vocatam eſſe

Adrichom.

affirmat Adrichomius in Iſachar, numero 5~. à qua oriundam velit noſtri Epithalamij ſponſam & propterea Sulamitem, ſiue Sunamitem nuncupari; quæ eſt etiam Magallanij cogitano ad cap. 19. Ioſuë, ſectione 3 annotatione vnica; equidem & vtroque modo appellatam Bonfrerius quoque adſenut in Onomaſtico, verbo Sulem. Verùm, cùm extra Libanum ciuitas hæc locetur, eiúſque Hermon; ſponſam ibi natam ſi concederemus, falſa eſſent, quæ à numero 81. diſputauimus, Tyriam cùm fecerimus: hoc quoque *Sunamitis* verbum probare arbitramur, & fatemur ſanè ex ſanctis Doctoribus pleróſque interpretatos dictionem illam, quæ ſignificaret *captiuam*, atque *deſpectam*, ſiue vt Symmachus vertit, ἠχμαλωτισμένη, id eſt, *ſpoliata*; Sed aliqui tamen fuerunt inter poſteriores Magiſtros, qui *coccineam* explicarent, quales quidem Honorius Auguſtodunenſis, Ioannes Halgrinius, Philippus Abbas ad illud cap. 6. *Reuertere Sunamitis*, quorum me paucitas terreret, ſi deſuiſſet clariſſimus Patronus, atque in declarando arcani ſermonis etymo præcipuus Hieronymus, qui ſanè epiſtola ad Nepotianum: *Porro Sunamitis* (inquit) *in lingua noſtra coccinea dicitur*; Iam de cocco, atque purpura ſuperuacaneum ſit agere. cùm nemo ignoret, ſummam laudem præceptam à Tyriis; Lege Plinium lib. 9 cap. 41. Adrichomium in Aſer: Commentarios ad verſ. 18. cap. 1. Iſaiæ; & verſ 16. cap 27. Ezechielis; Ergo, vt ex Tyro oriundam, ſaltem quoad genitricem, ibi educatam inſinuarent, *Sunamitem*, id eſt, coccineam vocarunt; Fortaſſe & eſſe ex officio innuebant vermiculariam: nam, quòd non purpuratiam, ſed coccineam dixerint haud myſterio carere dicendum eſt: quippe purpura conchyliorum opus eſt, & ad litora maris reperitur, ſicut Plinius memorato capite perhibet, coccum autem granum eſt ilicis, gratiſſimus fructus, vt idem ſcribit lib. 16. cap. 8. nec minori impendio quæſitum, quàm purpura, vtpote imperatoriis dicatum paludamentis eodem Aſtertore lib. 22. cap. 2. ſponſa autem noſtra in ſyluis nata, nemora habitauit, proinde cocco, non purpura tingere didicit, aut certè cocci tincturam præſtantiùs didicit Cùm autem officium eius quondam fuiſſe ſtatuerimus, vermiculo veſtes, & ſtragula inficere; non ſignificamus his ſolùm occupatam ſemper; nam etſi, quando opus, vineas tuebatur, & caprarum, ouiúmque genus ad paſtum abigebat; verùm præter hæc etiam complura alia didicit, quoniam ingenio erat, quod multarum artium ſocietatem admitteret, atque in omnibus ſciret excellere.

Magall.

Sunamitis vocabulum quid ſignificet.

Honorius, Halgrin. Philip. Abb.

Hieron.

Tyrus à purpura nobilis.

Plinius. Adrichom. Iſ. Ier 1. Ezech 27.

Purpura & coccus diſcrimen.

Plinius.

Sponſa ex officio purpuraria.

86. Sed Bedam nobis obiicies ad cap. 6. Canticorum, explanantem illud: *Reuertere, Sunamitis, &c. Nomen autem Sunamitis nuſquam me aliàs legiſſe memini: & quidem videtur eſſe vocabulum alicuius feminarum nobilium, ſiue proprium ſiue à loco deriuatum. quæ plurima ſapientia, vel ſpecie, vel virtutis gloria tempore illo fuerit inſignis:* At, ſi ſponſæ officia greges ductare, vermiculo tingere aptam quamque materiam, hæc quonam modo cum nobilitate maritabimus? quin potiùs iſta confirmant datam à cæteris Patribus etymologiam, quæ mancipiorum, viliúmque conditionem denotant; quid enim prætereà innuere iudicemus, cùm *deſpectam*, *captiuam*, *ſpoliatam* audimus? Reſpondeo, Bedam ſatis declarare, quam ſpectant nobilitatem; eam quippe, quam ſapientia, virtus, pulchritudo generat, quibus dotibus abundè cumulata fuerat ſponſa; Taceo

Beda textus emaculatus.

vix

vix credi posse sententiam illam à Bedæ officina profectam esse, cùm eius Auctor profiteatur alibi, à se non lectum Sunamitis nomen; cùm Bedam, neque Abisag Sunamitis latuerit, nec altera etiam, quæ à Propheta beneficium retulit Sunamitis; Postremò, diuinatio mihi est, nec generis claritate destitutam fuisse sponsam; & hoc altera eius appellatione, qua Sulamitis dicebatur, adombratum; Sanè ego nunc etiam in ea sum persistens sententia, quam docui superiùs Anteloquio 1. num, 51. posteà Prælocutione 3. num. 83. nactam sponsam hoc decantatam Epithalamio genitricem inter syluestres mediocrem, deinceps sine gloria aliqua illiberaliter educatam fuisse; verùm genitorem ex primo generosorum cœtu, quoniam & Beda facem præfert; & multi patrem dederint Pharaonem, de quibus 1. Disceptatione, num. 68. alij Hiramum quorum nomina tacet Sotomaior ad illud Cantic. cap. 4. *Veni de Libano*, &c. & adigunt cap. 7. illa verba initialia: *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia Principis?* Nam ad altũ stemma alludere hunc versum comperiet, qui per otiũ Patres adire valeat; aduertit, & exposuit in eum modum probè Sotomaior: quis autem hic extiterit Princeps, incognitum; fortasse ipse Rex Tyri Hiramus; aut etiam Israëlitarum aliquis; nam reperies quidem 3. Regum, cap. 4. duos amicorum ordines sub Salomone, alios Principum nomine insignitos, quorum potestas quanta fuisset, declarat Pineda lib. 5. cap. 13. num. 2. alios Præfectorum dictos vocabulo; De Principibus igitur quispiam, aut paris auctoritatis, cùm à Salomone Monarcha in Libanum mitteretur, vt aut Tyri inuiseret Dynastam; aut referret de operariis, qui vel ligna cædebant, vel lapides extrahebant, cùm sponsæ genitricem deperiisset, grauidam reliquit: sed, quòd eius thalamis nimiùm impar esset, despexit in posterum, nulla aut matris, aut prolis cura habita. Sanè spõsæ genitorem Salomonem nuncupatum, (quod nomen Israëlitis proprium fuisse, & illius nationis peculiare appatet,) affirmat Matth. Cantacux. ad illud c. 6 Canticorum: *Reuertere, Sulamitis*. Ex semine Abraham ortam dicit Agathius Guidacerius, & probabilia ab eo adstrui iudicat Sotomaior: vterque ad vers. 1. cap 7. Canticorum; ibidémque ex semine Aaron, & sacerdotali linea deriuat Petrus Nannius; Hæc si ita euenisse concedamus, in promptu est, cur Sulamitis vocetur; nempe, à genitore Salomone; aut certè, vt indicetur Solymitana esse ex parte, quoniam pater illius ex aula Palæstinæ fuerat; Itaque binomia cùm sit, ex appellationibus altera paternum genus demonstrat, cùm *Sulamitis* nuncupatur; altera maternum, cùm vocatur *Sunamitis*.

Sponsa genitor de Optimatibus, & quis fuerit.
Sotomaior. Cantic. 7. 3
3. Reg 4.
Pineda.
Sponsa genitor Hebræus.
Cantacuz.
Guidac.
Sotomaior.
Nannius.
Sponsa cur Sulamitis dicatur.

Svbsectio II.

Sponsam cũ cæteris patriæ incolis nimirùm Tyriis, ethnicam fuisse; Chananæi strictè dicti quinam? & eos quamobrem delere omiserint Dauid & Salomon? Biblicis aliquibus nodis auxilium.

87. SPonsam, quam hoc celebrat Epithalamium, Libano ortam, & nutritam, ex solidioribus fundamentis stabiliuimus; coniectabamur etiam natale solùm non longè à Tyro distare: Vtrunque Pronunciatum ethnicam fuisse confirmat: nam certè, quicquid Tyri occupabat Dynasta, falso Deorum cultu contaminatum fuerat; possidebat autem Tyrum, Sidonem, Tripolim, Sareptam, aliáque maritima loca: Libani quoque partem cedrorum fertilem, alioquin sanè, vt quid misisset (Reg. 2. cap. 5. vers. 11.) ad Dauidem cedrina ligna externus Toparcha, ab eiusque tributis liber, si Dauid cedrini nemoris possessor? Quorsum etiam Salomon Paralip. 2. cap. 2. vers. 8. petisset mitti arceuthina, & pinea ex Libano, cùm his non opus fuisset, quando syluæ esset dominus? Postulasset quidem artifices, quoniam his carebat; at non tabulata, quibus non indigebat vasti saltus dominator; cuius sententiæ sunt, nempe, quæ asserit Sidoni, Tyro, & Libano imperasse Hiramum, Tostatus quæstione 10. in caput 3. libri 2. Regum, quæst. 20. in cap. 2. libri 2. Paralip. & in idem cap. quæst. 23. Salmeron tom. 1. prolog. 41. §. *Ex his habemus*, Gaspar Sanctius ad cap. 5. lib 3. Regum, num. 4 Sed ostendamus, paganos fuisse Tyrios, atque Sidonios; nam Phœnicia, quamuis cùm diuideretur tellus promissa Aseritis destinata fuerit, Scriptoribus plerisque visum, nunquam ab illis expugnatam, vt monet Serarius quæst. 8. in cap. 19. Iosuë: Magallanius sect. 4. annotatione voica in idem cap. Salmeron nominato prolegom. 41. Pererius lib. 15. in Genes, num. 113. Ribera in cap. Oseæ 9. num. 26. Masius ad illud cap. 19. Iosuë: *Et redibat terminus*, &c. Galarza euangelicarum Institutionum lib. 6. cap. 7. Iacobus Boulduc lib. 2. de Ecclesia ante legem, cap. 10. Denique, à quo omnes hauserunt, Hieronymus in locis Hebraïcis, verbo, *Sidon*; Cùm igitur in Hebræorum potestatem nunquam venerit, probabile est, in antiqua superstitione semper mansisse: Sed, nisi nos decipit Iosephi narratio, id, quod præcipuè coniectamur, constat sub Salomonis imperio Tyrios fana otiosis, euanidísque Numinibus dicasse. Eius oratio de Iromo sic habet Antiq. lib. 8. capit. 5. *Defuncto Abibalo successit in regnum filius Iromus, qui vixit annos quinquagintatres, & regnauit annos trigintaquatuor; Hic aggessit ad Insulam agrum, qui dicitur Amplus, & auream columnam in Iouis delubro dedicauit; & demolitus antiqua templa; Herculi, & Astartæ noua instaurauit; primúsque Herculi statuam erexit mense Peritio*; Sed & coluisse Salomonem, postquàm voluptatibus obscœnis succubuit, Astarten Sidoniorum Deam cognitum est ex vndecimo capite lib. 3. Reg. vt indubium videatur Salomonis temporibus Tyrios, atque Sidonios falsis Diis sacrificasse; Certè, vt si eadem materia huius Epithalamij atque eius Hymenæi, qui Psalmi 44. titulum obtinet, quemadmodum insinuabamus n. 82 planè ethnicas fuisse filias Tyri, de quibus ibi Psalmodus, attestatur Augustinus: *Filia* (inquit) *Tyri filia gentium?* Quin & pessimè superstitiosi fuisse videntur, cùm Achab singulari vitio vertatur Reg. 3. cap. 16. vers. 31. quòd vxorem duxisset Iezabel, filiam Ethbaal, Regis Sidoniorum: simulauerunt quidem, (vt Hæretici, infidelitatis progenies, sed matre peior soboles, consueuerũt,) amicitias cum Dauide, & eius germine, quòd timerent potentiã; at vbi metuere desierunt, fœdus contempserunt, malorúmque Iliadem

Tyri, Sidonis, Libani Toparcha Hiramus.
2. Reg. 5.
2. Par. 2.
Tostat.
Salmeron.
Sanctius.
Phœnicia nũquam expugnata à tribu Aser.
Serarius
Magall.
Salmeron.
Pereira.
Ribera.
Masius.
Galarza.
Boulduc.
Hieron.
Tyrij ethnicismum nunquam vsque ad Christum abscindentes.
Ioseph.
Tyriorũ Dij Hercules & Astarta.
3 Reg 11.
August.
3 Reg. 16.

liadem contra Hebræos machinati sunt:pro qui-
Amos 1. bus grauiter conqueritur Amos Propheta cap. 1.
Tyrij perii- macos ed lo- luro, Hebraos enfe finsimi. vers.9 *Super tribus sceleribus Tyri,& super quatuor non conuertam eum:eo quod concluserint captiuita- tem perfectam in Idumæa, & non sunt recordati fœ- deris fratrum:* Dolet quoque, minatur Ioël cap 3.
Isa.23. Isaias cap 23 Ezechiel ad longum à cap.26. Ve-
Ezech.26. rum & prædixerat Dauidis Lyra Psal 82. vers 6.
Psal 82. nec alibi in superstitione maior pertinacia, nam
Machabæorum sæculo Herculem adorabant,
2 Mach 4. 2.Machabæorum cap.4 vers.19 Quare vsque ad
Euangelij lucem idolatria occupatos scribunt
Adrichom. Adrichomius in Aser,num 84. Magallanius ad
Magall. cap.19.Iosuë, sectione 4. annotatione vnica: de
Hirami dominatu testatur Abulensis quæst. 6. in
Tostat. cap.5.lib.3. Regum: noster Sanctius num 7. ad
Sanct. idem quintum caput: Hieronymus & Maldona-
Hieron. tus ad illud cap.11. Minh. *Vesibi,Cotzam,*&c.
Maldonat. de reliquis autem Libani incolis, qui Salomonis
imperium recusabant, & bello subactos ostendi-
mus numero 80.meliora opinari non datur, quo-
niam & perpetuum rebelles extiterant in Israë-
lem, nempe de Philisthæorum semine, vt om-
nis Regum Historia proclamat, & ideircò paci-
fico Monarchæ obedire noluerant, vt superstitio-
nes liberiùs exercerent; denique & contra hos
non minori buccina intonat Amos relato cap. 1.
quam aduersus Tyrios, quòd omnes ex cadem
iniquitatis essent massa: ergo demum, siue
inter Sydonias, & Tyrias virgines numere-
mus Canticorum sponsam, seu de alia Libani
prouincia faciamus, ethnicam fuisse, oportet,
statuamus, Deorúmque eorum cultricem, quos
aut Libanus, aut Phœnicia sollicito studio ve-
nerabatur.

88. At supponamus id, quod doctissimi Viri ob-
Phœnices Chananæi simili dicti, mercatura & nautica fama. seruarunt; vt quidem Chananæorum nomine
vniuersi Palæstinæ habitatores comprehendan-
tur sæpè huius tamen nominis proprietatem ma-
ximè spectare ad Phœnices; Probationem suppe-
Num.13. ditat Numerorum c.13. vers.30. *Chananæus ve- rò moratur iuxta mare, & circa fluenta Iordanis;*
Hi autem re nautica,& mercatura clarissimi Tyrij
sunt, atque Sidonij, quorum est Phœnicia, vt
Masius. probat Masius ex Homero ad cap.5.Iosuë: Pine-
Homer. da de rebus Salomonis,lib.4.cap.14 num 4 vnde
Pineda. & in sacro sermone Chananæus idipsum, quod
Regula Chananæus idem quod mercator ex sacrosan- mare. institor & mercator, vt ostendit Ribera num.53.
ad cap.14. Zachariæ, Lorinus ad vers.11. cap.2.
Actuum apostolicorum; Quare & illa sedula
negotiatrix Prouerb. cap. vltimo, vers.24. tradi-
Ribera. diste cingulum, atque sindonem Chananæo ven-
Lorin. didisse dicitur; Denique huius sententiæ sunt
Philo. Philo inter Antiquos lib.1.de vita Moysis: ex no-
Pererius. uis Pererius disput.10. in cap.3. Exodi, num.47.
Salian. Salianus tom.2.anno mundi 2544.num.167. Pi-
Pineda. neda ad vers.1. cap.1. Iob,numero 31.Iam ergo,
si Phœnices Chananæorum nomine in primis
significari constat: vt demus quidem à Iosuë, &
tribu Aser, cui regiones illæ distributæ, superari
non potuisse quoniam viribus impares erant;
quorsum Dauid, qui alias etiam extra Cha-
naanitidem subiugauerat nationes, non in hos
gladium euaginauit, quando lege cautum fuerit,
Deut.7. (Deuteron cap. ,vers.2.) vt ad internecionem
vsque deleret? Quòd si Dauid plurimis impedi-
Cur Dauid, & Salomon Chananæos non extinxe- rint to bellis omnia exequi non concessum, quibus
Salomonem mundis ab omni crimine liberabi-
mus, otio, diuitiis, potestate summa fruentem? Eri
igitur vt asseramus, (quoniam tales Viros con-
demnare absonum fuerit,) Phœnicios sponte Iu-
daismum complexus esse, atque ob hoc ad He-
bræorum societatem, & fœdera admissos, dum
Iudæorum res floruissent sub Dauid, & gnato il-
lius. Atque in hanc incumbit opinionem respectu
Chananæorum, quos Salomon coërcuit Reg.3. 3.Reg 9.
cap.9 vers 20. Dionysius in eum locum; & Ni- Dionys.
culaus ibidem non aliter excusat. Conuersis ita- Nicol.
que ad veri Numinis obedientiam Tyriis, atque
Sidoniis, reliqua etiam Chananæorum multitudi-
ne, imprudenter videmur dixisse adhuc perstitisse
sponsam in antiquo errore: igitur falsum erit,
quod supponimus impiorum Numinum culti-
bus addictam eam fuisse.

Hac de re Abulensis varios sermones habuit; 89.
nempe, quæst.2.ad cap.5.lib.3. Reg quæst.13. in Abul.
cap 9 quæst.10.in cap 8 lib.2.Paralip. quibus lo-
cis affirmat, præcepto de enecandis Chananæis
non adstrictum Salomonem, (de quo potior est
difficultas quoniam potentia, & opibus valebat
supra reliquos,) eò quòd mandati finis, & vt ha-
berent sufficientes possessiones Hebræi, & Cha-
nanæorum sic frangerentur vires, ne si maximè
cuperent, potuissent fidelem populum opprime-
re,& ad superstitionem, metu vel opulentia co-
gere; itaque pauci cùm essent regnante Salomo-
ne,& præsidiis destituti, poterant facile coërceri,
si quando praua dogmata spargere ausi fuissent,
quare in tuto posita erant, quæ lex præcauebat;
His subscripsit rationibus Caietanus ad cap. 9. Caiet.
lib. 3. Regum: Torniellus anno mundi 3043. Torniell.
num 5. Sed etiam quid nos meditati simus, non *Phœnicia*
grauetur patienter audire Lector: munitissimas *vrbes muni-*
fuisse Phœnicum vrbes; præsertim postquàm *tissima, terra,*
Hiramus imperij habenas capescere cœpit, osten- *marique for-*
dunt Adrichomius in Aser, numero 84. Magalla- *tes incola.* Adrichom.
nius in cap.19. Iosuë, sectione 4 annotatione vni- Magall.
ca; Villalpandus ad cap 27. & 28. Ezechielis: Villalp.
Plutarchus in Alexandro: & cùm ad maritimam Plutarch.
oram Chananæus staret, vt dicebamus ex Nu-
merorum libro, numero elapso; nauali prælio
vincendi erant: Porrò Phœnices cùm armis cla-
rissimi extitissent, (nam & domesticis terminis
non contenti in Africam, & Hispaniam colonias
transtulerunt: adi Pinedam lib. 4. de Salomo- Pineda.
ne, cap.14. num.4. & 5.) mari tamen in primis
strenuissimi bellatores euaserant, quemadmo-
dum prodidêre Iustinus lib.18. Tacitus Anna- Iustin. Hist.
lium volumine 11. cap. 4. Plutarchus in Marco Tacit.
Antonio: adeò Alexandrum orbis Domitorem Plutarch.
penè in desperationem adipiscendæ victoriæ
adegerunt, vt multis eloquenter enarrat Quin-
tus Curtius lib. 4. Tantæ igitur potentiæ metu Curt.
perculsi Dauid, atque Salomon, insuper quòd
Hebræi maria ignorassent; nam Ophirinæ classi
viros nauticos, & æquoris gnaros subministrauit
Hiram Reg.3.cap.9. vers.27. maluêre Phœniciæ 3.Reg.9.
Tyrannos amicos experiri potiùs, quàm ho-
stes: fieri enim poterat, vt veram religionem
propagare nisi importunè, ruinam, aut ingentia
peperisset dispendia: conniuendum igitur erat
ad tempus, donec Israëlitæ ab ipsis Phœnici- *Infideles aut*
bus naualem pugnam edocti, idololatriam exue- *Haeretici quatenus to-*
re compulissent: nam infideles tolerandos esse, *lerandi?*
cùm si non tuleras, maiora immineant damna,
aut vnà cum zizaniis, & tritica peritura sint, do-
cuêre Patres ad vers. 25. cap.13. Matthæi, dum Matth.13.
Loliorum parabolam tractant, & ad scholæ nor- S.Thom.
mam discussit Angelicus Doctor 2.2. quæst.10.
art.11. in corpore.

Verùm,

90. Verùm, inquis; vt concedamus, iusta extitisse causarum momenta, ob quæ Phœnicios sufferre necessarium fuerit, quoniam maris ostia seruabant, & opibus, & bellica peritia, & finitimarum gentium auxiliis pollebant; at Libani accolas Chananæos his destitutos propugnaculis, quamobrem non extinxerint penitùs? Sanè fortasse Dauidi non licuerat per alia grauiora bella Chananæos Libanum habitantes persequi, aut vt expugnauerit, quemadmodum velit Salianus tom. 3. anno mundi 3043. num. 4. vltra tributi impositionem aliud cum non poterat, quoniam si extrema experiri coëgisset, desperatione fortiores effecti, nec vectigal pendere voluissent, quinimò aduersùs victorem conuersi, stragem aliquam edidissent insignem, nam Dauidis exercitus non vndequaque munitus erat, quoniam frequentissimæ pugnæ militiæ robur lassauerant: verùm Salomoni cùm omnia adessent, thesauri incomparabiles, Ducum & prouinciarum amicitiæ, miles & copiosus, & valentissimus, quibusdam placuit auaritiæ studio pepercisse eum, vt haberet, vnde fiscus cresceret; Mitiùs tamen cum eo agendum, idque affirmandum, quod docuêre Auctores numero antecedenti relati, indulsisse, quia à paucis quibusdam timor non erat idololatricæ contagionis; Addimus nos, & ipsum, & genitorem eius spe adductos trahendi ad fidem clementia, & mansuetudine, Principumque benignitate allectos Chananæos sponte abiuraturos superstitionem; & hac ex causa posse ad tempus sustinere Christianos Toparchas hæreticam luem, tradidit S. Thomas loco memorato calce præcedentis numeri; Sed, ô videant Principes, ne clementiæ speciosis titulis obpallient, aut ignauiam, aut lucri cupiditatem, vos ô (quoniam inter Principes vix millesimus aliquis huiusmodi Scripturas legit, quibus Rectores mundi huius conscientiarum latebras pandunt, ite per antiquas semitas, & euoluite temporum Historias; cogitate per Deum immortalem, quid damni profuerint Ario moræ, aliisque Heresiarcharum? Sed præstat ab huius furfuris fortissimo malleo Hieronymo audire, qui in illud 5. ad Galatas, *Modicum fermentum totam massam corrumpit*, &c. *Doctrina* (inquit) *peruersa ab vno incipiens, vix duos, aut tres primum in exordio reperit auditores, sed paulatim vt cancer serpit in corpore, & iuxta vulgare prouerbium: Vnius pecudis scabies totum commaculat gregem; Igitur & scintilla statim vbi apparuerit, extinguenda est; & fermentum a massa vicina semouendum: secanda putrida carnes, & scabiosum animal à caulis ouium repellendum, ne tota domus, massa, corpus, & pecora, ardeat, corrumpatur, putrescat, intereat; Arius in Alexandria vna scintilla fuit; sed, quia non statim oppressa est, totum orbem eius flamma populata*, Nihil posteriori hac clausula venustius; quòd Occidentem, aut potiùs Septentrionem pariter comprehendat; Heu lentam vindictam aduersùs Lutherum! quanta ab vnius excucullati vaporibus Ætna! *Vna scintilla fuit; sed quia non statim oppressa est*, florentissimas Europæ prouincias multas depopulata est: & nisi Deus Sabaoth reliquisset nobis semen, essemus sicut Sodoma & Gomorrha: & iam nunc quidem parcunt delere Chananæos Dauid & Salomon: atque illi fingunt pacem, & amicitias cum Israël, quoniam dominantur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum; Veniet tempus, cùm discissa domus Iacob, & diuisis imperiis non alios grauiores experietur hostes Hebræorum populus *Verum, quid mihi, & vobis, Tyrus, & Sidon, & omnis terminus Palæstinorum?* (Ioëlis 3. cap. vers. 4.) *Nunquid vltionem vos reddetis mihi?* Reddent sanè, & cùm cogitauerint vnanimiter, & simul aduersùm te testamentum disposuerint gentes, quæ non nouerunt Deum; ibi erunt alienigenæ, id est, Palæstini cum habitantibus Tyrum. Sed hæc longiorem threnum desiderant, quàm hic patiatur locus.

Salian.

Hæresis continuò opprimenda.

Hieron.

Ioël 3.

SVBSECTIO III.

Solis & Lunæ nominibus contenti Dij, deæque veterum: Qui superstitionum Auctores? explicata quæ falsa numina essent Baal, Astharte, Beelphegor, Beelzebub, Dagon, Molor; ritus adorandi tacti nonnullis locis Bibliorum non paucis accessio enodationis; Amos verba longiori donata explanatione.

SPonsam igitur paganam fuisse commonstrauimus, cuius Pronunciati adstipulatores recentes & veteres primo Anteloquiorum produximus num. 54. operæ erit pretium, & Lectori fortasse non iniucundum, qualia inter Deorum myriades adorauerit Numina examinare, interest enim, an spurcum & vile aliquid, qualia multa portenta Ægyptus adorat, cuius & allium Deus; an nobile quidpiam, & excellens coluerit, nam, cùm acerbè ferret Tertullianus, Christianitatis Initia Asinaria dici, quòd stolidissimi animantis capiti litare Gentiles finxissent, de Solis tamen reuerentia Apologetici cap. 16. *Alij planè humanius* (inquit) *& verisimilius, Solem credunt Deum nostrum; Denique inde suspicio, quòd innotuerit nos ad Orientis regionem precari æquè si diem Solis lætitiæ indulgemus, alia longè ratione, quàm religione Solis*; Sed & sapientiæ Auctor cap. 13. cùm omnes condemnet à veri Creatoris aberrantes notitia, mitiùs agit cum Solis, stellarúmque adoratoribus, *Iubes* (inquit) *minor est querela, & hi enim fortasse errant, Deum quærentes & volentes inuenire*; Hunc igitur, quem minùs puduit adorasse, si colendus quispiam fuisset, Canticorum sponsa venerata est; quod vt definiamus, oportet de Diis gentium præfari aliquid; Solem igitur nationes colere solitas docet Tertullianus eodem loco; Septima synodus Actione 6. Leo Magnus sermone de Epiphania; Chrysologus sermone 5. de duobos filiis: Arnobius lib. 1. contra Gentes, Sozomenus lib. 2. Historiæ, cap. 8. & 9. & fortè vetustissimi eius adoratores Chaldæi, atque Persæ, quem & in vexillis gestant: *At Persas si fortè deputabimur* (ait Tertullianus vbi suprà) *licèt Solem non in linteo depictum adoremus, habentes ipsum vbique in suo clypeo*. Et Darij castra describens Curtius lib. 3. *Super tabernaculum, (ait,) vnde ab omnibus conspici posset, imago Solis crystallo inclusa fulgebat*: Ad memoranda 91.

Tertull.

Christiani Asinarij dicti.

Sol inter Deorum farraginem præstantius Numen.

Sap. 13.

Sol plurimorum nationũ Deus.

Tertull.
VII Synod.
Leo Magn.
Chrysol.
Arnob.
Sozom.

in

Persæ Solem Mithra sub vocabulo celebrant. inprimis sacra illa Persarum Apollini sob Mithræ nomine dicata in specubus, atque subrectaneis, de quibus Tertullianus sæpiùs, nempe, libro de Baptismo; de præscriptionibus
Cort. Tertul. aduersùs Hæreticos, lib. de corona militis, pro-
Luctat. pe finem, lib. 1. contra Marcionem, Luctatius Placidius ad postrema carmina lib. 1. Theb. & ex
Lil. Girald. iuniorum numero Lilius Giraldus libro de Diis Gentium, syntagm. 7. de Chaldæis actum simus numeris duobus sequuturis, quos Solem venerasos esse Beli nominibus commonstrabimus; Adeat studiosus Pradum nostrum commentario
Pradus. c. 8. Ezechielis; Ab his didicerint Ægyptij quos Solem adorasse scribit Marcus Tullius lib. 3. de
Ægyptij Solis Cultores. natura Deorũ, Seuerianus in catena Græca Pen-
Tull. Seuerian. tatheuci, ad cap. 1. Genes. & indicat Helipoleos vrbs, id est, Apollini dicata, quemadmodum opinantur plerique explanatorũ ad c. Gen. 41. v. 45.
Genes 41. & ad c. 19. Isaïæ, v. 18. vnde Heliugabalo inditum
Isaiæ 19 nomen putat Lampridius, cuius hæc verba sunt,
Lamp. *Heliogabali nomen vnde deriuatum.* *Et hic quidem prius dictus est Varius, pòst Heliogabalus à sacerdotio Dei Heliogabali, cui templũ Romæ in eo loco constituit, in quo prius ædes Horci fuit, quem è Syria secum adduxit*; Porrò, cùm
Ægyptij conditores Tyri atq. Sidonis Tyri, atque Sidonis, aliarúmque in Phœnicia vrbium, quemadmodum tradit Abulensis quæst.
Abul. 2. in cap. 5. lib. 3. Reg. & exactiùs ex Historicorum relatione Adrichomius in Aser, num. 71.
Adrichom. Villalpandus ad cap. 27 Ezechielis, Ægyptij,
Villalp. aut conditores, aut amplificatores extiterunt, ab
Phœnicij colere ab Ægyptiis didicere his credibile est Solis adoratinnem in nouam coloniam vnà cum Ægyptiorum ritibus fuisse translatam, quòd apertè testatur lib. 3. de Græcarum affectionum curatione Theodoretus; quo
Theodoret. volumine tamen Ægyptios, non quidem Persas, aut Assyrios, mortalium primos fuisse affirmat, qui Solem, Lunámque venerati sunt, quibuscum
Eusch. germana plurima apud Eusebium lib. 1. de præ-
Epiphan. paratione euangel. cap. 6 atque apud Epiphanium Anacephaleoseos initio; Sed absoluamus inceptum de Phœnicibus sermonem; quos sanè
Herodian. fulgentissimi Planetæ veneratores facit Herodianus lib. 5. Apollinem coluisse Tyrios eximia quadam religione testatur Curtius lib. 4. déque
Curt. Phœnicibus æquè, atque Ægyptiis memorat
Pier. Valer. Valerianus Hieroglyphicorum lib. 44. sed siue à Pelusiacis, quibuscum diu commorati sunt, siue
Heb ai Solis veneratores. à maritima Chananæa hauserint Israëlitæ, imò ab vtrisque, vt num. 93 referemus, in eundem frequenter prolapsi errorem; & monuerat Crea-
Deuter. 17. tor Deoteronom cap. 17. vers. 3. sed spreuerunt
4. Reg 17. 31. & 23. iussa Reg 4 cap 17 vers. 16. cap 21. vers. 5. c. 23.
Soph. c. 1. vers. 11 Sophoniæ c. 1. vers 5 neque apud illos superstitionum aliquarum profundiores radices.

At, cùm in veteri Instrumento multa recen-
92. seantur Deorum nomina, qualis hic tandem Si-
Phœnicum quinam Dij. doniorum, Tyriorúmve Deus? Nam, neque Io-
Ioseph. sephus lib. 8. Antiquit. cùm de Numinibus meminit, quæ coluerit Iromus, Tyriorum Dynasta
Adrichom. Phœbi memoriam ingerit, nec Adrichomius, cùm de tribu Aser ageret, quales fuissent Sidoniorum Dij, refert, Deníque & Astarten Phœnicibus Deam tantùm fuisse, Salomonis idolola-
3. Reg 11. tria indicat Regum 3. cap. 11. vers. 5. Attamen etiam Baal à Phœnicibus cultum manifestis ver-
Hieron. bis declarat Iosephus Antiquit. lib. 9. cap. 6 Hieronymus in cap. 1. Oseæ, eiusdémque octauum caput ad illud, *Protectus est vitulus*, &c. quorum
Ribera. sententias quoniam accruat Ribera ad Oseæ cap. 2. num. 61. omitto referre; Sed quid tandem

Baal, aut Beel, siue iuxta propriorem significationem Bal, aut Bel, vt demonstrat Ribera ad *Baal an Solẽ denotarit*
cap. 1. Sophoniæ, num. 18. Sanè Bel Solem significatum verisimilius reor: etenim plerique recentiorum Theodoretum sequuti in cap. 32. Theodoret.
Ieremiæ, existimarunt, huiosmodi vocem com- *Baal idem quod Dominus.*
munem esse Numinibus omnibus, quoniam Dominum significat, Vide Serarium q. 1. c. 2. Iudic. Magallanium in Commentario eiusdem ca- Serar.
pitis: Masium ad vers. 15. cap. 13 Iosuë, Bouldue Magall. Masius.
lib. 2. de Ecclesia ante legem, cap 11. & 12. Del- Boulduc.
rium Adagio 54. Sanctium, & Mendoçam ad Delrius.
versum 3. cap. 7. lib. 1. Regum: Salianum tom. 1. Sanct.
scholio 7. ad annum mundi 2583. sic *Beelzebub*, & *Beelphegor*, & similes dictiones; At Solis Mendoça. Salian.
vocabulo aptissimè quadrat dictio, quæ sola omnium Deorum munia significationis latitudine demonstret nam Eusebiũ si consulmus, qui euo- *Sol vnus omnium Deorum muneribus functus.*
lutis veterũ monumentis doctissimas edidit elu- Euseb.
cubrationes de gentium Diis, reperiemus lib 1. de præpar. Solẽ, quem Phœnicia cœli Dominũ arbitrabatur, ac proinde *Beelsemen* vocabat, eundem à Græcis Iouem nuncupatum quem lib. 3. cap. 3. Plutonem existimatum asserit, quoniam hyemis tempore velut absens, regnorum quoque partem, subterranea lustrat, & quod ignea vi fructus maturet, Dionysium, hoc est Bacchum appellatum, Herculem autem dictum, duodecim triumphis clarum, quoniam per duodena signa pertranseat, atque eodem libro cap. 2. primi quoque libri cap 6. Osirim ab Ægyptiis nuncupari: Porrò eundem cum Mercurio esse adni- Macrob.
titur suadere Macrobius lib. 1. Saturn. c. 19. *Pleraque (ait) simulacra Mercurij statu quadrato figurantur, qua figura significat Solem mundi esse caput, & rerum satorem*: Idémq. libro nominato c. 21. Adonidem Solẽ exponit, quem cæteri Mythologi se- Pierius.
quuntur, vti affirmat Pierius lib. 9. Hieroglyphicorum, pagina 82. Ægyptios verò, Deos omnes retulisse ad Solem pronuntiat Gueuara ad cap. 1. Gueuara.
Habacuc num 64 Sed August maximè legen- August.
dus lib 7 de ciuitate, c. 11. pro hoc argumento et quot indueret formas elegántiùs declarát Martiani Mart.
Capel versus de nuptiis Mercurij, & Philologiæ. Capel.

Te Serapin Nilus, Memphis veneratur Osirim,
Dissona sacra Mithram, Ditémque, ferúntque Typhonem:
Atys pulcher item, curui & puer almus aratri,
Ammon & arentis Lybies, ac Biblius Adon:
Sic vario cunctus te nomine conuocat Orbis.

Quibus & Plutonem eum fuisse memorat, eum Ditem faciat; & Iouem, cùm Ammonem dicat; & Triptolemum, cùm aratrum ei assignat, & charũ Cybele Diuorum magnæ genitrici adolescentem Atym nominans, & Adonidem, illum sanè, cui delubrum in Biblo Phœniciæ vrbe constructum, Adrichom.
vt notat Adrichomius in Aser, numero 6

Causa horum: nam primi inter mortales, qui 93
à veri Numinis aberrarunt cognitione, non *Sol & Luna Deorum antiquissimi.*
alios putarunt Deos, quàm Solem, atque Lunam, cæteráſque sydereas virtutes, quod de Phœnicibus, Ægyptiis, atque Græcis (à quibus ortum habuêre superstitiones ex quorundam opinione) ex Platone, Porphyrio, Philone, Bi- Euseb.
blio, Diodoro, aliisque probat Eusebius lib 1. de præparatione, cap 6. & 7 lib. 2. cap. 4 lib 3. cap. 3. Theodor
Theodoretus lib. 1 Græcarũ affectionum, Quòd si his antiquiores Deorum quæramus inuentores Persas, Assyrios, Chaldæos; inueniemus omnes velut conspirasse in eundem cultum: *Quænam gentes idololatriæ inuentores*

V nam

nam Assyrij (apud quos idololatriæ initia, refe-
Hieron. rente Hieronymo ad illud Oseæ 2. *Et erit in die illa,*&c.) cùm rerum potirentur, ea Nini hor-
tatu parentem ipsius Belum apotheosi donarunt:
ac hunc, quem Nemrodum fuisse communis exi-
Salian. stimatio fert apud Salianum tom. 1. anno mun-
Seruius di 1931. Seruius Honoratus Solem dici testatur
ad illud Æneid 1. *A Belo soliti,* &c. *Primus* (in-
quit) *Assyriorum Rex, vt supra diximus: quo con-
stat, Saturnum, quem & Solem dicunt, Iunonémque
coluisse, quæ Numina, & apud Afros postea culta
sunt, vnde & lingua Punica Bal dicitur Deus,
apud Assyrios autem Bal dicitur quadam sacrorum
ratione, & Saturnus, & Sol;* Porrò hunc idem esse
Numen, quod diuina Historia Bal, aut Baal no-
minat, quod & Phœnices venerati sunt, Hiero-
nymus commonstrat loco recèns citato; Ergo
hi Astrorum contemplatores, cùm miris lau-
dibus Apollinem extollerent, dicerentque id,
Plin. quod Plinius testatur lib. 2. cap. 6. *Hunc mun-
di esse totius animum, ac planius mentem: hunc
principale naturæ regimen: nec temporum mo-
do, terrarúmque, sed syderum etiam ipsorum, cœlí-
Apollo syderum Rex. que Rectorem,* sanè hunc Deum absolutè con-
stituerunt, & cætera posthac Numina, velut ab
eius diuinitate pullulantia attributa; & cùm in
fabularum sexcenta monstra prolapsi essent,
Rempublicam quandam apud Superos com-
menti sunt, cuius proceres septem Planetæ,
Horum omniū Rex, vt plerique vocantur (ait noster
Clauius Clauius ad cap. 1. sphæræ Sacroboscianæ.) *Sol;
Dij prater Solem, ipsius Solis quasi attributa. Saturnū autem ob senectam eius Consiliarius: Iupi-
ter ob magnanimitatem Iudex omnium: Mars dux
militiæ: Venus dispensatrix omnium bonorum instar
matrisfamiliâs: Mercurius eius Scriba ac Cancella-
rius: Luna denique nuncij officio fungitur.* Sed cùm
in ea essent opinione, vt effectricem cœlestium
corporum vim luci adscriberent, vti ea Astrolo-
gorum Principibus narrant Conimbricenses ad
Conimb. 2. lib. 2 de cœlo, quæst. 3. art. 1. lucem autem,
claritatémque à Sole cætera mutuarentur sy-
dera, quemadmodum vulgata Philosophorum,
Astrologorumque fert doctrina apud eundem
Clauium, certè fiebat, vt reliqua Deorum turba
causæ (vt cum scholæ vsu loquar) instrumenta-
lis vice fungerentur, Sol autem principalis esset
agens, quare, quemadmodum anima id agere
asseritur, quicquid intellectus, quicquid volun-
tas, aliæque actitant potentiæ: quoniam hæ qui-
dem (nunc attendo ad eorum placitum, qui po-
tentias realiter ab anima separatas volunt) tan-
quam menti; instrumenta operantur; sic cùm
& Mercurius & Iupiter aliæque stellæ effectri-
cem virtutem, lucem vtpote ab Apolline reci-
piant, quicquid Saturnus, quicquid Venus, aut
Mars agunt, Sol eadem efficere opinabatur; ac
proinde mirum non est aliquando cum Ioue,
nonnunquam cum Saturno, aliísque confundi
Numinibus; Omnes igitur Dij, aut Sol ipse,
erant sub variis nominibus; & cùm ignes pro-
ducebat, Vulcanus habebatur; cùm messem
iuuabat, Triptolemus nuncupabatur; cùm vi-
tibus opitulabatur, Bacchus asserebatur; aut, si
realiter distincta ab Apolline alia Numina,
quemadmodum Planetæ; cùm tamen ab eo in
hos etiam Deo virtus deriuaretur, lux, scilicet:
meritò etiā quicquid ab his, aut terroris, aut so-
latij, à Sole id ipsum dimanare persuasum ha-
bebant, quod verò Iouem, aut Saturnum Phœ-
bo maiorem fecerit antiquitas, ex ignorantia il-
lud perpetratum, quòd Planetarum naturas sa-
tis non penetrarent; aut ex mentiendi nimio
œstro? aut denique, quoniam accidisset nonnun-
quam sanis Saturno, vel Ioui dicatis à Dæmone
præstigiatore eludi vulgus prodigiorum laruis
quibusdam superantibus ostenta, quæ Apollinis
delubro fierent. Cæterum, quem delectat lon-
gum, & accuratum huiusce penitus argumenti
discursum peruoluere, adeat Macrobij Saturna- Macrob
lia lib 1. c. 17. Geuaram in c. 1. Habacuc, num.
166. & nos iterum pertractamus tom. 2. Vesti-
gatione 7. primæ explanationis sect. 3.

Atque hoc, quod de Pœbo statuimus cum 94.
Diis assimilato, idipsum de Latona Dearum com- *Omnes Deæ veterum sub Luna comprehensæ.*
paratione definimus siue potius de ipso sole cum
Dianæ nomine quā scitè admonent Conimbricen-
ses in cap 3. lib. 2. de Cœlo, quæst. 2. art. 1. Lunā Conimbric.
ab Aristotele lib. 4. de generatione animaliū, ca- Arist.
pite vltimo, minorem Solem appellatam, quòd *Luna cur Triuia dicta.*
eius in orbem nostrum maxima, & Solem penè
æmulatura sint beneficia, ea quorum connotatio-
ne (sic placet sermocinari) varios sortita fuerit ti-
tulos; satis commune est Triuiam nominati Deā,
quòd & apud Superos, & in terris, Infernóque
etiam haberet dominatum, Vnius Prudentij Mu- Prudent.
sam audisse sufficiat lib. 1. in Symmachum.

Denique cùm Luna est sublustri splendet amictu:
Cùm succincta iacit calamo, Latonia virgo est:
Cùm subnixa sedet solio, Plutonia coniux.

Sed Opis cognomento insignitum meminit Ser- Seruius.
uius ad illud Virgilianum Æneid. 11 *Velocem in-
terea superis in sedibus opim. Opis terra vxor
Saturni.* (inquit.) *quam Græci Rheam vocant.* Sā-
nè & hoc nomen ipsius Dianæ fuit; at & Vene-
ris, quæ Murcia dicebatur, appellatione celebra-
tam ostendit Dempsterus Paralipomenis ad c. 19. Dempster.
lib. 2. Antiquit. Roman. Ioan. Rosini: neque in-
iuria, nam ob pulchritudinem existimatam à qui-
busdam Venerem esse fulgentissimū illud sydus,
quod Solis antecedit exortum, sequitur occasum, Euseb.
prodit Euseb. lib. 3. de præparatione Euang. c. 3. Serar.
ostendit Serar. q. 1. in c. 2. Iudicum; Quidni Lunā
dixissent, cuius splendor Bosphori maior est cla-
ritate? Sed cùm Rosin. lib. 2. Antiquit. Roman. Rosin.
cap. 10. referat, cœlo, & die natam, an quippiam
valeat esse, quod Lunam præstantiùs denotet *Luna spectabilis dominatur in humido.*
quæ diei succedit ab eā quasi progenita, & Olym-
pi sinu recepta? Verùm, quòd Cytherea maris
nuncupetur domina, spuma vtpote æquorea
sata, Lunam hoc manifestè denunciat, cuius in
humida præcipuum imperium est, quemadmo-
dum disertissimè commonstrant Basilius homil. Basil.
6. Hexameri Ambrosius lib. 4 cap. 7. Anastasius Ambr.
Sinaita lib. 4. de sex dierum artificio, atque Me- Sinaita
dicorum calculis deducunt Conimbricenses tra- Conimbr.
ctatu 8. in libros Meteororum, cap. 6. Denique
existimasse veteres eamdem esse Lunæ, Veneris-
que commentitiam diuinitatem, enarrat Augu-
stinus lib. 7. de Ciuitate, cap 15. Atque de
his Deabus qualia dicta sunt, eadem de Ce-
rere, Theti, Iunone, aliísque intelligenda: om-
nes enim eadem sunt Luna pro diuersis officiis
multipliciter significata.

Veniamus iam ad Hebræorū ementita Numi- 95.
na, hunc nanq. sibi præfixit scopum potissimùm
noster labor; Dicimus igitur Baal Solē esse, Astar- *Baal Phœbus, Astarte Luna.*
tes nomine Lunam adumbrari; ita Bouldue lib 2.
de Ecclesia ante legem c 11. & 12. Primum, quo-
niam Baal nomen commune est, Numina velut
masculini sexus referēs, vt docebamus n. 90. atq;
ibidem

ibidem nominati Auctores de Astartis vocabulo paria testantur Dearum præsertim comparatione: quibus adde Pinedam lib. 7. de Salomone, c. 11. n. 2. at probauimus ab eodem loco Solem cum Luna Deos esse, sub quibus cætera omnia, quibus diuinitatis quidpiam inest, continentur; Deinde eosdem Superos colebant Hebræi, quos circumpositæ adorabant nationes, Phœnicij, videlicet, Ægyptij, Assyrij; Constat planè ex Iudic. cap. 2. v. 12. & c. 8. n. 6. Tradit Hieronymus in c. 8. Oseæ: Scoerianus in Catena Græca Pentateuchica, ad c. 1. Genes. monstrauimus autem, exteratum gentium mortales, atque in primis quarum nominauimus prouinciarum homines thura, & victimas Phœbo, eiúsque sorori obtulisse; nunc quidem sub nominibus Solis & Lunæ, id est, supremorum Numinum; nunc sub Herculis, aut Bacchi, aut Saturni vocabulis: Ad hæc potissima cura Scripturæ interdicendi Solis, astrorúmque latriam, quemadmodum Deuteronomij cap. 17. vers. 3. instruit, quo Deos alienos aliud nihil fuisse, *Vt vadant, & seruiant Dijs alienis, & adorent eos, Solem, & Lunam, & omnem militiam cæli*; Neque prætereà memorat peregrinum Numen aliquod Iudic. 2. v. 12. *Concitauerunt Dominum seruientes Baal & Astaroth*: Et eadem cap. 3. vers. 7. & c. 10. vers. 6. Sub æquali verborum formula: Reg. 1. cap. 7. vers. 3. cùm iubentur Deos alienos abiicere, solùm præcipitur, vt Baalim, & Astaroth dimittant, Paria eodem lib. cap. 12. vers. 10. Reg. 4. c. 17. v. 16. *Et adorauerunt vniuersam militiam cæli, seruieruntque Baal*; nempe, cœlestium acierum Imperatori Apollini, cap. 21. vers. 3. *Et erexit aras Baal, & adorauit omnem militiam cæli*, cap. 23. vers. 5. *Et eos, qui adolebant incensum Baal, & Soli, & Lunæ, & duodecim signis, & omni militiæ cæli*: Quo in loco arbitror coniunctionem, *&*, non denotare Solem, aut Lunam, aut Zodiaci stellas esse diuersa Numina; verùm construendum, *&*, pro, *id est*, nempe, Baal idem esse, ac sunt Olympica sydera, ornatósque polorum reliquus, quo pacto accipi sæpè einsmodi particulam apud diuinos Scriptores, docebit Cantapretensis hypotyposeon lib. 8. cap. 9. §. *Interdum*, &c. Isaias cap. 7. vers. 8. *Vt faciant placentas Reginæ cæli, & libent Dijs alienis*. Sophonias c. 1. v. 5. *Disperdam de loco hoc reliquias Baal, & eos, qui adorant super tecta militiam cæli*: Cùm igitur semper ferè coniungantur hæc tria, velut vnum, idémque; Baal, & Astaroth; Dij alieni; militia cœli; argumentum suppeditat efficax astruendi, & Deos peregrinos, & Baal cum Astaroth, & Solem cum noctis præside, astrorúmque clarissimis legionibus non distingui.

Pineda. — Hebræi vicinorum nationum Deos coluerunt. — Iudic. 2. Hieron. Scoer. — Scripturæ Solis cultum specialiter interdicit. Deut. 17. — Iud. 2. & 3. & 10. — 1 Reg. 7. & 10. — 4 Reg. 17. — 4 Reg. 21. — Regula, &, pro, id est, positum. — Cantapr. Isaiæ 7. — Sophon. 1.

96. Nec postrema fides huic sententiæ, quòd Bibliorum effata non inuenuste conciliet; hunc enim factum Reg. 3. c. 18. v. 26. vt decertantibus iniquissimis Mystis pro vera religione cum Elia, cùm è supernis mittendi fuissent ignes, non alium deprecati sunt auxiliatorem, quàm Phœbum, Baal, nempe, quòd hic cœlestis custos sit flammæ, quam & in terras iaculatur definitis temporibus, & torret omnia; verùm quòd Baalis Sacerdotes vers. 28. dicantur *inciderè se cultris & lanceolis iuxta ritum suum, donec perfunderentur sanguine*. Quanquam Lactantius lib. 1. Instit. cap. 21. asserat, Bellonæ esse Sacerdotes, qui *exertis gladijs humeros vulnerant, & suo litant cruore*; Puto etiam æqualia sustinere Mithræ, id est, Soli initiatos, vt erubescendum Christiano militi, quid Dæmonum Martyres sufferrent, meritò dixerit Tertullianus ad calcem voluminis de corona militis, atque breuiori comprehendit periodo lib. de præscript. aduersùs Hæreticos: *A Diabolo*, (inquit,) *qui ipsas quoque res Sacramentorum diuinorum in idolorum mysterijs æmulatur; tingit & ipse quosdam, vtique credentes, & fideles suos: expiationem delictorum de lauacro repromittit, & sic adhuc initiat Mithræ: signat illic in frontibus milites suos, celebrat & panis oblationem, & imaginem resurrectionis inducit, & sub gladio redimit coronam*: Ad hos Mithræ Velites alludere Paulum arbitror potiùs c. 6. ad Galatas v. 18. *Ego enim stigmata Domini* IESV *in corpore meo porto*, quàm ad castrensem cohortem; Sed cùm occiduos Indiæ habitatores, Solem, cœlíque dispositas turmas præcipuo honore coluisse noster refert Acosta lib. 5. qui moralem Indorum complectitur Historiam, cap. 4. tum, vt hæc ipsa facere soliti fuissent, quæ Baalis Flamines agerent, commonstrat c. 14. & 17. Hoc prætereà illud Reg. 4. c. 23. v. 11. quòd Iosias piissimus Rex, & Catholicorum Principium subillustre exemplar, *abstulit equos, quos dederunt Reges Iuda Soli in introitu templi Domini, currus autem Solis combussit igni*. Nam, cùm scirent Eliam igneo curru raptatum ad æthera, inde occasionem sumpsère Soli tensam fingendi, quoniam ignes apud eum esse; ignibus ambiri semper, animo conceperant: Nam & primum enascentis vagitum, ignem fuisse pulcherrimè cecinit Claudianus initio lib. 2. de raptu:

Phœbi sacerdotes, cultris se vulnerant. — Tertull. — Pauli verba ex cap. 6. ad Galatas, enodata. — Acosta. — 4. Reg. 23. — Fabula de Solis curru ex rapta Eliæ tensa. — Claud.

Insignem dextro portat Titana lacerto
Nondum luce grauem, nec pubescentibus altè
Cristatum radijs, primo clementior æuo
Fingitur: & tenerum vagitu despuit ignem.

Probant ex Chrysostomo, & Beda ab Eliæ theda desumptam superstitionem Iosephus Stephanus ad c. 4. lib. 1. Machab. n. 48. noster Roa singularium lib. 5. cap. 6. vt credibile sit, quod disputabamus à Sole postulatum ignem per Sacerdotes Baal, quando ignis ei thronus, & vehiculum. Iam illa Reg. lib. 3. c. 19. v. 18. *Et derelinquam mihi in Israel septem millia virorum, quorum genua non sunt incuruata ante Baal, & omne os, quod non adorauit eum osculans manus*? Sed hæc palmæ ad os admotio modum adorationis complectitur, quo gentes Phœbum salutabant, quemadmodum Interpretibus communiter persuasum est ad v. 26. Iobi, c. 31. *Si vidi Solem, cùm fulgeret & Lunam incedentem clarè, & lætatum est in abscondito cor meum, & osculatus sum manum meam ore meo*: Atque Ezechielis cap. 8. vers. 16. *Et introduxit me in atrium domus Domini interius: & ecce in ostio templi Domini inter vestibulum, & altare quasi viginti-quinque viri dorsa habentes contra templum Domini, & facies ad orientem, & adorabant ad ortum Solis*: Quo capite agi de Baalis cultu, omnes fermè Interpretes consentiunt, Hieronymus, Nicolaus, & apud eum Hebræi, Pintus, Maldonatus, Pradus, Sanchez, Cornelius. Neque obstat Reg. 4. cap. 17. vers. 17. inhumana fuisse sacrificia colentium Baal, nempe, consecrantium filios suos, & filias suas per ignem; nam mactatos Apollini non vnó loco pueros Eusebius assertor est lib. 4. de præparatione euangelica, c. 7. docet ex Porphyrio similia Iosephus Stephanus Opere de vnica religione, c. 15 de Peruanis, Mexicanísque Acosta lib. anteà relato, c. 20. Aperiebant autem Indorum Sacrificuli primo vulnere pectus humanæ victimæ, & palpitante adhuc corde eruto, eo lenissimi

Chrysost. Beda. Stephan. Roa. — Solem Gentes manu deosculata, & ori admota salutabant. — 3 Reg. 19. — Iob 31. — Ezech. 8. — Hieron. Lyra. Rabbin. Pint. Maldon. Prad. Sanch. Cornel. — Apollini humana victima mactata. — 4 Reg. 17. — Euseb. Stephan. Acosta.

Sherlogi Anteloq. in Cant.

consalutabant Solem, quòd eius in honorem caderet hostia.

97. *Pe lphegor quidnam sit?* Num. 25. Masius. Del rio. Salian.

Transeamus ad vnum alterúmve ex Baal compositum nomen, atque illud in primis Numerorum cap. 25. vers. 3. dicitur enim initiatus fuisse Israel *Beelphegor*, quod idolum Priapum existimauêre Masius ad vers. 15 cap. 13. Iosuë Delrius Adagio 54. & passim omnes, inquit Salianus tom. 2. anno mundi 2585. num. 87 nec operosum est inuestigare rationem nominis; *Pheor* quippe, vel *Phegor* פער detectum, apertúmque denotat: sufficiat nunc Tibulli distichon, qui de hoc Deo lib 1. elegia 4.

Nudus & hyberne producis frigora brumæ,
Nudus & æstiui tempora sicca Canis.

Priapus cur nudus pingatur? Tibull.

Verùm ego contentus fuero, vt horrorum Patronus, siue Priapus, siue *Beelphegor*, idest, apertionis vocetur Deus, dummodo non aliquod ab Apolline distinctum faciamus Numen, sed ea multis illius cognominibus hoc vnum esse: Porrò apertionis Deum Phœbum dicere valeamus ob duas potissimùm causas; alteram quidem, eò quòd Persæ Solis præstantissimi cultores sine fanis loco manifesto eum adorassent, qui irruptione in Græciam facta, omnes Diuorum Basilicas destruxerint, quemadmodum ex variis Scriptorum monumentis ostendit Dempsterus Paralipomenis ad lib. 2. Antiquit. Ioannis Rosini, cap. 2. meminit & Delrius vbi suprà Apollinem à Romanis olim Apertam nuncupatum; Sed potior vocis altera, quam nunc subiiciam, ratio: ostendimus quippe numero ea antecedentibus 47. secundum inter Hebræorum menses Zio vocatum, quasi apertionis mensem, quoniam tum abeunte hyeme telluris aperiuntur sinus, & florum varietate beat campos: hanc autem glebæ apertionem, qua & horti & pomœria ditantur, cùm à Solis accessu prouenias, idémque & incrementa & perfectionem posteà tribuat, proptereà non inuenustè apertionis est appellatus Deus: quarè & plurimo cum acumine aduertit Caietanus ad Numerorum cap 25. singulare supplicij genus, quo plecti iussit verus Creator Beelphegoris capitales adoratores: mandauit nempe, tolli cunctos Principes, atque vt contra Solem suspenderentur, scilicet, vt ad ignominiam falsi Dei, quem venerari fuerant, eius coram oculis perfidiæ meritas darent pœnas: Coniungamus cum *Beelphegor* alium ex compositis vocibus nimirum *Beelzebub*, de quo Regum 4 cap 1 Math. cap. 10. vers. 25. atque Lucæ cap. 11. vbi nuncupatur *Princeps Dæmoniorum*; communissimum dictionis etymon, *Dominum muscarum*, interpretari; Dicamus vtriusque nominationis fundamenta: Sanè ostendimos numero 90. præter cæteras Solis appellationes, Plutonem etiam vocatum, huius autem ex multis titulis vnus erat, quo *Summanus* audiebatur, id est, Manium Summos, quemadmodum interpretatur Rosinus lib. 2. Antiquit. cap. 15. hoc autem aliud non est, quàm supremam inter subterraneos spiritus, qui sunt Manes, obtinere auctoritatem, ad quam omninò normam *Beelzebub* quid significet explanat Porphyrius apud Eusebium lib. 4. de præparat. euangelica, cap. 11. Quoniam verò mortis, & sepulcri arbiter habebatur *Pluton*, ideò ad eius fanum in Accaron ægrotans Ochozias misit Reg. 4 cap. 1. vers. 2. ne tam citò ad Inferos admitteret: certè mortis prohiberet spicula, cui præerat, quando sub Tartaro habitaret Difficilius ostendisse, cur muscarum Deus? equidem

Sol Aperta, seu apertionis Deus cur nuncupatus? Dempst. Delrius.

Cur Principes Israelitarum contra Solem suspendi iussit Deus? Num. 25. Caiet.

Beelzebub, cur Princeps Dæmonum, & Deus muscarum dictus? 4 Reg. 1. Math. 10. Luc. 11.

Pluto idem qui Beelzebub. Rosin.

Euseb. *Beelzebub cur pro morte deprecatus Ochozias.* 4 Reg. 1.

non absurdè, quia figura idoli, quæ muscam referebat; nam & Babylonios scimus Draconi tribuisse diuinitatem ea Danielis cap. 14. Ægyptios Crocodilo, Hebræos vitulino capiti, Romanos Epidaurico angui, teste Valerio lib. 1. cap. 8. *Persæ autem* (vt inquit Luctatius ad vltimum versum lib. 1. Theb.) *in speleæ Solem colunt, & hic Sol proprio nomine vocatur Mithra. est autem ipse Sol leonis vultu cum tiara Persico habitu, & vtrisque manibus bouis cornua comprimens*; A quo & Mystæ ipsius leones nuncupati apud Tertullianum lib. 1. contra Marcionem, *Sicut* (inquit) *aridæ, & ardentis naturæ sacramenta, leones Mithræ philosophantur*, Quando igitur & Flamines à monstri imagine nominantur, quid mirum sit, figmentum ipsum cognosci, aut à muscæ, aut à leonis delineatione, vt Deus muscarum habeatur, quem artifex in muscæ similitudinem effinxit? Libet tamen subtilius quidpiam si modò valeamus, comminisci, Sanè consideranti Danielis cap. 14. narrationem de Chaldæorum Belo (quem eundem cum nostro Beel docuimus à num. 90.) patebit, cùm idolo quotidie escarum ingens apponeretur copia, (quippe, quantùm saturandis septuaginta Sacerdotibus sufficiebat, excepta feminarum, puerorúmque non exigua turba,) nihil tamen ab ipsa muta effigie deuorandum, ni Flamines furti ingeniosum inuenissent modum: *Et ait Daniel* (inquit Textus) *arridens; Ne erres, Rex iste est enim intrinsecus luteus, & forinsecus æreus, neque comedit aliquando.* Cùm igitur appositos cibos non consumeret Belus, & non vbique Sacerdotum technis daretur satis opportuna occasio, vt omnia consumerent, fiebat, vt edulia computrescerent ea illis autem iam tabidis, & malè olentibus enascebantur muscæ, quarum generationi accommoda est putrefactio: Hæc igitur fortasse causa, ob quam Belus, qui & Baal, & Phœbus est, muscarum nominetur Deus; Sed & Belo initiati, vt dolum tegerent præter osta, si quando displicebant quæ apponerentur, semesa relinquebant, & Diuum tutelarem exosum ingratos cibos offerebant; ergo aut ex relictis obsoniorum frustulis generabantur muscæ, quemadmodum ex iuuencorum examinato corpore apes reparantur, vt ex Marone recenset Plin. lib. 11. cap. 20. ex equorum cadaueribus vespæ, atque crabrones, ab asinis scarabæi: aut conuolabant ad loca esculentiorum, & compotationis, vt euenire quotidie facilè comperimus.

Daniel. 14. *Sub animalium figuris Deos venerati ethnici.* Valer Max. Luctat.

Tertull. *Solis Sacerdotes leones nuncupati.*

Plin.

98. *Phœnices Lunã præcipuè colebant, & quare?*

Sed vocat nos iam Astarta Dea; atque huius memoriam ingerit Scriptura, cùm Sidoniorum Numina refert, Baalis suppressa fama; non quòd Phœnices Solem impensè non colerent, sed quoniam potior apud eos Lunæ, seu Veneris marinæ Deæ auctoritas; quippe Tyrij, atque Sidonij, omnísque ad Oceani littora adiacens Chananæa spem vniuersam, quæstúmque in nauigationibus posuêre, vnde Tyrus apud Isaiam cap. 23. *filia maris nuncupatur*; Porrò ventorum, hyemísque sæuitia sub Lunæ imperio, Phœbus æstati dominatur, vti cum elegantia memorat Anastasius Sinaïta lib 4. Hexameri: *Dicunt enim, qui res Solis, atque Lunæ diligenter inuenerunt,* (inquit) *quòd ab his duobus luminaribus administratur, & gubernatur, ac dependet vniuersa, quæ est sub cœlis creatura, tam animatorum, quam inanimatorũ corporum Sole quidem dominante æstate, vt qui sit elementum siccum, Luna verò habente gubernationem, & administrationem auctoritatis.*

Isaiæ 23.

Anast. Sin.

aqua,

aquæ, quòd autem Luna à Deo acceperit aquæ poteſtatem, & gubernationem & ipſi quidem huius rei plurimam habemus experientiam, & teſtantur omnes, qui in mare deſcendunt in nauibus; Ad hæc regio illa frumenti parum ferax, vt optimè probat noſter Sanchez ad cap. 17. lib. 3. Regum, num. 28. aut certè agricolandi artem contempſerat, quoniam minora allatura fuiſſet lucra; Sed credo, glebæ culpam fuiſſe, neque enim opulentis defuiſſent ſeruitia, quæ terram vomere proſcinderent; Sanè Iromus; cùm Salomoni excultos præbuiſſet opifices lapidum, gnaróſque lignorum fabros, non pecuniam poſtulauit, ſed frumenta & oleum, Regum 3. cap. 5. verſ. 11. Putabant igitur, Apollinem parum in eos beneuolum hæc denegaſſe, quare animum ad naualia conuerterunt, cùm verò per mercaturam, aut magis piraticam violentiam in immenſum creuiſſent eorum opes, acceptam referebant ſecundam fortunam marium dominatrici Latonæ; Phœbum igitur quamuis colerent, quia tamen erga Lunam excellens eorum adoratio, & huius fano præſtantiora donaria naufragantium; ideò Aſtartæ potiſſima memoratio, cùm de Sidoniorum Numinibus ſermo eſt.

Tyrus & Sidon frumenti indigentes.
Sanchez.
3 Reg. 5.

99. Verùm, quæ huic forma Deæ? Sanè hominis, paritérque referre piſcis imaginem, adeóque Numen illud eſſe, quod Dagon nominat liber primus Regum cap. 5. verſ. 2. quódque adorauerint Azotij; autumant cum quidem in locum Sanctius num. 5. Mendoça num. 6. eruditiſſimè noſter Serarius quæſt. 23. in cap. 16. Iudicum. Gueuara ad cap. 1. Habacuc, num. 165. qui probat *Dercetem* ab exteris appellatam Scriptoribus, & more, quo diximus, effigiatam fuiſſe; ſed & apud Syros in gratiam Veneris piſces, quemadmodum & columbas, intactos, dicique & דג *Dag*. à quo Dagon piſcem ſignificat; Verùm, cùm Dagonem, aut Dagaonem frumentorum Deum nobis exhibeat Euſebius lib. 1. de præparatione euangelica, cap. 7. & Hebræa vox hanc etiam interpretationem non reſpuat, vt probat ex Aria, & Marino Mendoça num. 9. admittit Serarius loco præfato, putarem Dagone non inconuenienter ſignificari Solem ſub Oſiris, aut Triptolemi titulis, alteriúſve qui aratrum inuenit; ſed Oſirim eſſe in primis augurior; quæ vt ſtare valeat aſſertio, moneo ex Suida apud Lyſium Viuem ad cap. 5. lib. 18. Auguſtini de ciuitate, hunc Deum à quibuſdam exiſtimatum Nilum eſſe propter modium, quod in capite habet, & cubitum, aquæ videlicet, menſuram; ab aliis verò Ioſephum. At Ruffinus lib. 2. Hiſtoriæ eccleſ. cap. 23. *Serapidem* (inquit) *cuius capiti modius ſuperimpoſitus, quidam in honorem noſtri Ioſeph formatum perhibent ſimulacrum, ob dimenſionem frumenti, qui tempore famis ſubuenit Ægyptiis:* quam etiam dimenſionem modio ſignificari affirmat Iulius Firmicus Maternus libro de errore profanarum religionum; Iam verò docuimus ex Martiani Philologia, num. 90. Oſirim, & Serapidem Apollinis eſſe nomina, monſtrauimúſque non alios Ægyptum coluiſſe Deus; inſuper oſtendimus num. 93. ab Ægyptiis mutuatos fuiſſe Numina Syros, atque Phœnicios; ſed & probauimus num. 66. cùm ſupra omnes ferè prouincias Peluſiaca gens frumento abundet, acceptam tamen referre ſoli Nilo diuitias tantas: Cùm igitur Ioſephus, cuius beneficio famem depulerant, amœna, atque inſigni eſſet facie, quippe

Aſtartis, cuius forma eſſet Deæ? & num eadem qua Dagon?
Sanctius.
Mendoça.
Serarius.
Gueuara.
Dagon frumentorum Deus quiſnam?
Euſeb.
Mendoça.
Marinus.
Suidas.
Viues.
Ioſephi, & Nili verum ſimulacrum.
Ruffin.
Firmicus.

Sherlogi Anteloq. in Cant.

filius accreſcens, & decorus aſpectu. Geneſ. cap. 49. verſ. 22 huic vtpote intellectuali creaturæ, ſuperiorem ſtatuæ partem tribuêre, vultum, membráque effingentes, quæ florentes annos repræſentarent; Nili quoque memoriam cùm celebrare cuperent vno, eodémque ſimulacro, infernas iconis partes piſcis in ſimilitudinem depinxêre, quoniam amnem ſignificaturi erant; Hæ cauſæ de formis compoſitionis; quanquam longè ante Ioſephi exortum haud dubium eſt, coluiſſe vanos Deos Nili populum, quorum ſuperſtitio ad Syros & Phœnicas tranſlata; Nam primos in orbe Deos extitiſſe Solem, & Lunam, aduertit Theodoretus lib. 3. de Græcorum affectionibus; deinde poſterioribus temporibus tranſlata diuinitas ac homines, qui pace, aut bello, rerúmque præſtanti aliqua inuentione excelluiſſent; Quare iucundioris æui illa ſimulacri facies Phœbum repræſentabat, quem veteres ſimul cum Baccho adoleſcentem, & vix cum prima lanugine effingere conſueuiſſent, cuius exquiſitam formam cùm Ioſephi digniſſima ſpecies ad vnum æmulata fuiſſet, apud nepotes veteris traditionis parum tenaces, in dubium vocari cœptum, an Apollinis, an Ioſephi eſſet illa ſtatua; quanquam autem Nili beneficia ſolis Ægypti incolis profuerunt, retinuerunt tamen aliæ nationes eandem idoli figuram; quemadmodum Romani eoſdem ritus obſeruarunt in Iſidis Deæ ſacris, vt refert Apuleius lib. xlı. Mileſiar. quanquam ipſa proprium Alexandrinorum Numen, teſte Macrobio lib. 1. Saturnal. cap. 20 fuiſſet.

Gen. 49.
Theodoret.
Apuleius.
Macrob.

At, vt cupiamus Dagone quoque Aſtarten, Venerem nempe, aut Lunam adumbrari, oportet aduotaſſe, apud Gentes aliquando ex maſculis atque femellis Diis vnam eandémque compingi ſtatuam; exempli cauſa, eodem coniungebantur ſimulacro eloquentiæ Patroni, Mercurius, atque Minerua, quod genus iconis proptereà *Hermathenam* appellabant, ac ſi vocares Mercurio Mineruam, quemadmodum poſt Turnebum lib. 8. Aduerſar. cap. 14. Thomas admonuit Dempſterus ſua ad Roſini lib. 2. cap. 9. Mantiſſa, Cùm autem tanquam diſpertitis imperiis Phœbe pluuias ſibi vendicet, Apollo calefacientem virtutem, vt oſtendebamus num. 96. ex Sinaïta Anaſtaſio horum verò opitulamentis indigeant fruges, & frumenta imprimis, coniunxêre in vnum duo Numina, quorum benignam indulgentiam agricolarum maximè reſpiciunt vota atque preces: Atque ab hac ſtatuarum forma prodiiſſe opinor, vt eadem Numina nunc maſculina, nunc terminatione feminina efferantur, tum apud ſacri Auctores ſermonis, tum apud exteros: Ita & Sol nonnunquam ſub Deæ nuncupatione, Venus autem cum Dei nomine auditur, quorum ſuppeditabunt exempla Ribera ad cap. 2. Oſeæ, num. 65 Gueuara ad cap. 1. Abacuc, num. 164. Sanchez ad cap. 5. lib. 1. Regum, num. 3. qui ex Horo, atque Ammonio aduertit, inter priſcorum Deos extitiſſe, qui de vtroque participarent ſexu, id eſt, qui credebantur ſimul eſſe viri, atque mulieres, Sanè Macrobius Saturnaliorum ſæpius indicato primo volumine, non ſolùm Deos, ſed etiam Diuas eadem eſſe cum Apolline Numina edocet: de Iſide quidem & Salute, cap. 20. de Telluris diuinitate, c. 21. de Nemeſi, cap. 21. Auguſtini autem ſunt illa effata lib. 7. de Ciuitate, cap. 11. *Cogito enim poſſe reſponderi, & ipſam Lunam* 100.

Idem ſimulacrum ex mare pariter & femina.
Turneb.
Dempſter.
Regula: Dij ſub feminina terminatione, Deæ ſub maſculina leguntur.
Ribera.
Gueuara.
Horus.
Ammon.
Non tantùm Dij, ſed etiã Deæ, indiſtincta à Sole Numina.
Macrob.
Auguſt.

nihil aliud esse, quàm Iouem, secundum illos Valerij Sorani versus, vbi dictum est.

Iuppiter omnipotens Regum, rerúmque, Deúmque
Progenitor, progenitrixque Deûm.

Quare ergo dictus est Ruminus, cùm diligentiùs fortasse quaerentibus, ipse inuentus esse etiam illa Diua Rumina? Quemadmodum igitur si fingeremus duas naturas, equi, videlicet, & leænæ eadem terminati subsistentia, (dixi fictionem, quoniam certiùs opinamur, neque de absoluta Dei potestate creatam subsistentiam duas posse afficere naturas, eò quòd essentialiter modus sit, & non res;) tunc sanè de eo complexo verum fuisset, & equum, & leænam nominari posse; ita cùm permiscerent Deorum naturas priscarum fabularum architecti, & quasi vnam personam ex duarum essentiarum glutino conflarent; absque incommodo nonnunquam Diuæ, aliquando & Diui vocibus exprimebatur quicquid illud erat.

101. Hæc nobis aperuère spem, vt Amos posse nos assequi sensum arbitraremur, qui cap 5. vers. 26. *Et portastis* (ait) *tabernaculum Moloc vestro, & imaginem idolorum vestrorum, sydus Dei vestri quæ fecistis vobis.* Quam & repetit sententiam Martyrum Antesignanus Actorum cap 7. vers. 41. Quamuis igitur communi æstimatione idolo Moloc Saturnus censeatur adumbratus, de quo vide Pinedam de rebus Salomonis, lib. 7. cap. 11. num. 3. cogitamus tamen meliora esse, quæ noster Sanchez varijs sparsit suorum Operum locis; nimirum, ad præfatas Amos, & Actorum sententias, ad cap. 21. lib. 3. Regum; nempe Solem esse; Nam, quòd passim Scripturæ dicant huic simulacro, & nationes, & Israëlitas solitos immolare filios suos; hoc etiam in Solem quadrate commonstrat Sanchez & nos ostendimus n. 94. id autem, quod doctè comprobat Ribera ad c. 5. Amos, numero 68 Sanchez, & Pineda citatis locis, Salianus exactissimè demonstrat tom. 3. anno mundi 3999. à num 34 Moloc, siue Melchon (quæ sunt eadem nomina) Regem significare: ita vt idolum hoc sibi appropriaret appellatiuum, & commune verbum, quo Regem denotamus, velut qui per excellentiam, & absolutè Rex dici mereatur; Quare & Septuaginta ἄρχοντα, id est, regnantem; & ipse Vulgatus cùm Paralip. 1. cap. 20. vers. 2. Melchon retinuisset, Reg 2. c. 12. vers. 30. Regem transtulit, ab Hebræo, nempe, Malac מלך quod est regnare; hic (inquam) tam magnificus titulus Solem indicat; nimirum Planetarum quempiam fuisse omnes admittunt; Saturnus à plerisque habitus Iouem, aut Mercurium aliqui putauère, at inter Planetas, intérque omnia astra Phœbus facilè Princeps, atque Dynasta; Diximus aliquid ex Plinio numero 91. probat summus Astronomus noster Clauius ad cap. 1. sphæræ Sacrobosci; sed disertissimè ex Patribus, Theologis, Astrologiæ ducibus Conimbricenses nostri ad cap. 5. lib. 2 de cœlo, quæst. 2. artic, 2. quare & in quarta sphæra residet, vt inde quasi è regni meditullio vim suam quaquauersum diffundat; & quanquam orbes ipsi, quò altiores sunt, eò nobiliores censeantur: tamen quarta sphæra cæteris præstantior est quoniam eam sibi vendicat syderum Monarcha Phœbus; quamobrem & de hoc Moloc simulacro, quoniam Apollinem referebat, legimus ornatissimo diademate (ex auro, nempe, vt flauum repræsentaret Numen, & micantibus lapillis, quo radiaret magis) insignitum Reg. nominato lib. 2. capite 12. vers 30. quemadmodum validè probat Salianus vbi suprà: Quòd si fabularum constructores imitemur, & syderibus placeat regiam concessisse dignitatem, quòd iubar emittant, coronam repræsentans, cùm à Sole habeant, vt coruscent, & fulgeant, vti monstrauimus num. 91. eius quoque beneficio acceperunt, vt Reges viderentur: ipse igitur Regum Rex, à quo in cæteros manauit regia, vel similitudo, vel potestas: Hunc igitur, qui, cùm Rex absolutè profertur, concipitur, operoso vehiculo tabernaculi in similitudinem expolito, solenni pompa traducebant vanissimi cultores: nam diuinorum mysteriorum æmulatores cùm fuisse Cacodæmonas audierimus ex Tertulliano num. 94 publicos, solennésque processus, quemadmodum habet intaminata religio, habebat quoque præuaricatrix: mutuati Israëlitæ ab Ægyptiis, de quibus Claudian. lib. 4. de consulatu Honorij:

Amos locus elucidatus ex cap 5.

Actor. c 7.

Moloc num idem cū Sole Numen?

Sanchea.

Ribera.

Pineda.

Salian.

Septuag.

1 Paral 20

2. Reg 12.

Phœbus Rex Planetarum.

Clauius.

Conimbr.

Processus anorum Numinum in publicum.

Claud.

—— Sic Numina Memphis
In vulgus proferre solet, penetralibus exit
Effigies, breuis illa quidem, sed plurimus infra,
Liniger, imposita suspirans veste Sacerdos
Testatur sudore Deum, Nilotica sistris
Ripa sonat, variósque modos Ægyptia ducit
Tibia, submissis admugit cornibus Apis.

Describit eleganter longa oratione lib. 5. rerum Indicarum noster Acosta cap. 23. At Macrobij sententiam præteriisse non conuenit, qui Saturnal. 1. cap 23. de Solis statua: *Vehitur* (inquit) *simulacrum Dei Heliopolitani ferculo, velut vehuntur in pompa ludorum Circensium Deorum simulacra, & subeunt plerunque prouinciæ Proceres, raso capite, longi temporis castimonia puri;* Fortasse ne hos Phœbi baiulos imitati fuisse viderentur veteræ religionis alumni. Ezechielis cap. 44. vers. 10. & alibi sæpè præceptum, ne caput raderent: Sic igitur coronatus, & tabernaculo (velut geniali lectica traducuntur nubentes cum nuptiarum diademate) vehebatur Solis statua: ad quæ fortè alluserit Psalmodus carmine 18. *In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo,* & ferebat secum comparem, Lunam nempe: Hoc equidem *sydus Dei vestri,* De quo in antecedentibus Amos, & cuius enarrandi gratia susceptus à nobis de Molocho sermo.

Acosta.

Macrob.

Ezech. 44.

Versus ex Ps 18 declaratus.

Atque equidem sydus hoc stellam matutinam, Luciferum videlicet, explanat Hieronymus ad cap. 5. Amos, in quam conspirauère sententiam ad cap. 7. Actorum, Beda, interlinearis Glossa, Nicolaüs Lyrensis: eadémque interlinearis Glossa cum altera maiori ordinaria Glossa in dicta Amos verba: verùm hoc Luciferi astrum Venerem esse Hieronymus in vita Hilarionis planè declarat: Augustinus asserit lib. 7. de Ciuit. cap. 15. Eusebius lib. 3. de præparatione euangelica, cap. 3. Beda in cap 7 apostolicorum Actuum: quemadmodum igitur dicebamus, consociatos vno, eodémque simulacro, cùm loqueremur de Dagone numero 97. Apollinem, atque Venerem, seu Lunam: sic nunc dicimus, copulatos statua Molochi, aut Melchi titulum præferente: quare Amos quasi appositiuè loquutus de Melcho: *Et imaginem* (inquit) *idolorum vestrorum. sydus Dei vestri,* id est, simulacrum, quod & Moloc, Apollo scilicet & simul Lucifer Venus nempe, est: vbi verò stella repræsentans Venerem sub Luciferi typo fixa esset, dubium, Probabile est corona

102.

Molocho Phœbi simulacro quandò adiuncta stella?

Hieron.

Beda.

Interlin.

Nicol.

Glossa.

Euseb.

sedile,

sedisse, & gemmas esse pretiosissimas, quas Mo-
(1. Paral. 20) lochi diadema habuisse confirmat liber 1. Pa-
ralip. cap. 20. in Hebræo, & Græco dicitur corona
(Salian.) illa lapidem pretiosum ostendisse, vt notauit Sa-
lianus tom. 3. Scholio 6. ad annum mundi 2999.
quasi vna tantùm fuerit gemma; innuit etiam
(Ioseph.) Iosephus lib. 7. Antiq. cap. 7. Sed credo vnam ex
multis lapillulis confluam magnam gemmam,
quæ lucidissimi syderis fulgores satis declararet;
(Plin.) Certè Plinius lib. 37. cap. 10. dum per alphabe-
tum gemmas distribuit, cuiusdam meminit, cui
(Gemma Beli oculus dicta.) Beli oculus nomen; *Hæc (inquit) propter suam
speciem sacratissimo Assyriorum Deo dicatur*: Be-
lum autem Assyriorum Numen Solem fuisse
monstrauimus num. 90. Sed & posteà Solis gem-
mam proponit; *Quæ candida est, (ait.) & ad spe-
ciem syderis in orbem fulgentes spargit radios,
verum & Salenitem ex candido translu*. Hæc (inquit)
melleo fulgere, imaginem Lunæ continentem; Hu-
ius igitur generis lapillo aliquo exprimebatur,
seu Venus, seu Diana: & supra verticem, id est,
nobilissimo, optimóque oportebat loco, vt quan-
to eam honore, quæ Olympi Regina dicebatur,
& scepteri consors, prosequeretur, testatum om-
nibus fieret: quemadmodum summus Hebræo-
rum Pontifex augustissimum & ineffabile Dei
nomen lamina gestabat a mitra pendente, non
(Exod. 39.) humero, non pectore ferebat Exodi cap. 39.
vers. 19. Atque hæc fuit compositio, ex viri-
li, femineóque sexu, quam referebat Molocho
dicata statua.

SVBSECTIO IV.

*Sponsa Phœbi adoratrix, sub qua for-
ma? Canticorum ex cap. 1. Duorum
versuum interpretatio rarior: celebris
nodus ex Psalmi 67. vers. 14. Si dor-
miatis inter medios cleros, &c. Tri-
plici via dissolutus; diuinatio ex som-
nijs: Gehennæ vnde nuncupatus ignis?
Paulus declaratus: Vestalium focus
perennis: Priapi in sacris an Magi-
stra extiterit sponsa?*

103. EX antecedenti articulo disputatis facile est
definire, non alia venerari potuisse sponsam
Numina, quàm aut Solem, & Lunam; sed cùm
his etiam Diis insani idololatræ pudendas sæpè
formas dederint, aut ob horrorem difficiles, aut
contemnendas propter abiectam materiam; ex-
plorare iuuat, quo superstitionum genere dele-
ctata sit sponsa; Docebit nos cumulatè Sioni-
dum erga nouam nuptam malignus liuor, dum
enim dolebant virginem ex peregrinis allatam
regionibus, cuius fama in id temporis extra pa-
trios fines obscura, sibi præferri, quibus possunt,
vellicant modis, & Paganismum in primis obie-
ctant; Audiamus ab ipsius sponsæ veraci lingua,
quid effutiuerint, *Nigra sum sed formosa filiæ
(Canticorum verba ex c. 1. enucleata.) Hierusalem* (Cantic. 1. vers. 4.) *sicut tabernacula
Cedar, sicut pelles Salomonis; nolite me considerare,
quòd fusca sim, quia decolorauit me Sol*; Hanc
quidem fuscitatem metaphoricè capiendam, de

Gentilitate, scilicet, reliquæ Epithalamij senten-
tiæ cogunt; Nam certè prædicatur velut lilium
candor illius est cap. 2. vers. 2. cuius cum albedi-
ne cæteræ virgines si audeant contendere, ærru-
gineæ apparebunt spinarum in morem, collum
quandoque margaritis, quandoque eboris com-
paratur nitori, vt mirum sit iuxta faciem tenebro-
sam positum euasisse albidum, Nec mirar dixisse (Sponsa Canticorum pagana.)
per meridiem cum pastoribus vagatam esse, quo
diei articulo Sol maximè torret; nam velata
prodibat in saltum & campos, vulnerauit enim
amantem in vno oculorum, in vno colli crine,
quoniam cætera, & honestatis & formæ diligen-
tia celauerant. Denique *tota pulchra*, & absque
macula omnino asseritur cap. 4. quare & sic maximi
Interpretes exposuère; Adamantius inprimis
homil. 1. ex quatuor affirmans, sponsam tale ali-
quid passam, quale Sephora Moysis sustinuit
vxor, cùm Æthiopissa nominaretur à Legislato-
ris sorore, id est, superstitionum, & illegitimarum
cæremoniarum obseruatrix, vt probè declarat (Origen.)
Salianus tom. 2 anno mundi 2545 numero 184. (Salian.)
Athanasij existimata Synopsis, Trium Patrum (Athan. 3. Pat. Com.)
Commentarius, & cæteris distinctus Theodore- (Theod.)
tus, Hieronymus ad cap 9. Amos, capútque 2. (Hieron.)
Sophoniæ. Augustinus, Anastasius Sinaïta, Pe- (Regula: Æthiopes pro peccatoribus, & specialiter pro ethnicis in Scriptura.)
trus Damianus præludio 1. dati num. 51. éstque
hoc metaphoræ genus consanguineum Scriptura-
rum vsibus quibus solenne est per Æthiopas, eò
quòd atratos supponant: illos significare Aucto-
re Hieronymo in verba ea cap. 2. Sophoniæ; *Sed
& vos Æthiopes & qui penitus in vitia sunt de-
mersi secundum illud, quod in Hieremia legimus:
Si mutabit Æthiops pellem suam*: Sed fuscitie
ethnicismum in primis adumbrari, duce eodem
Hieronymo, euincit noster Ribera ad cap. 9. (Ribera.)
Amos, num. 18 & cap. 2 So, homæ, num 60. Ni-
gram igitur & vmbrosam cùm sponsam nomi-
nant, non oris, & faciei gratiam diminuunt; sed
animum perstringunt, qui sit v notum Numi-
num iteritus superstitione rupi, atque in-
digna.

Illa quidem admittit, verum esse, quod affir- 104.
mant, sed dum suum extenuat crimen, eas inge-
niosè pungit; Fateor (ait) me commune Numen,
Solem, nimirum adamasse: indecens quidem hoc,
& vituperabile: sed ferendus vtcunque, vestra si
cum insania conferatur, meus error: quid enim
coluistis? Certè vitulinum occiput: atqui præce-
ptores habuistis in paucis clarissimos, quibus ex-
celsum & immortale Numen arcana aperuerat,
quotidie ante ora vestra stupendi casus, insolita
ostenta, præposuistis Dominatori potentissimo
Ægyptiorum infandas, spurcásque Deitates: &
qualia tandem idola? (Iuuenalis Satyr. 15.)

——*Crocodilon adorat*

Pars hæc, illa pauet saturam serpentibus Ibin. (Quàm ridenda gentilium Numina. Iuuen.)
*Quæ hæc religionis derisio est? Nónne scurrilitati
inimica magis, quàm diuina consonant dignitati.* (August.)
(Augus. 6. de Ciuit. cap 9.) *Haeccine sunt Numi-
na salubria vrbium, magis videnda quàm ludibria
Fectarum, & theatrorum*? Ego autem inter Pæ-
dagogos quidem multos: sed, qui omnes cæcuti-
rent, & infaustos docerent ritus: non talpas, aut
vespertiliones, non reptilia, aut vile allium ado-
raui: sed Phœbum suo in decore, nempe, sy-
dus illud Astrorum ornamentum, Mundi ocu-
lum, Planetarum Regem temporum metatorem: (Sponsa ad Iudaismum conuersa.)
Quòd si vobis inhonorum non est fuisse ali-
quando tenebras, quoniam modò translati estis

ad lumen incomparabile, & filius non portabit iniquitatem patris sui; *Ego quoque laceris quondam obsita pannis* (Theodoretus in illud cap. 1. Cant. *Nigra sum.*) *nunc in vestitu deaurato, regiam obtineo dignitatem, Æthiopissa quidem fui; sed oblita sum populum meum, & domum patris mei; itaque concupiuit Rex decorem meum*; Denique nigra sicut tabernacula Cedar; formosa, velut pelles Salomonis.

Theodoret.

105. Sed, nisi vani augures simus, hæc sponsæ oratio Psalmum 67. tangit; ea nanque oda cùm per Deum collata ingentia beneficia in Hebræorum nationem cecinisset Vates, celebrauit altiori Musa beneficentiæ apicem, nempe, quòd idololatriæ horrendam abstersisset lepram, & denigratos super carbonem, lacte candidiores, & super ebur, atque sapphirum nitidos reddidisset; *Rex virtutum* (inquit) *dilecti, dilecti*; hoc est, Deus ille populi sui amantissimus, vt speciosam exhiberet sibi, & non habentem maculam gentem acquisitionis, eiues sectatores bonorum, *spolia diuisit*; idola, nimirum, superauit, & quicquid Ægypti superstitio labis aspersit, purgauit: quidni enim fecisset, cuius ob hoc nomen: *Accelera spolia detrahere*; (Isaiæ cap 8. vers. 3.) *festina prædari*: Sed iuuat percepisse, quanta exciterit hæc medela: non enim leuiter deformatos emcudauit; sed amissam penitùs speciem superbissimis auxit incrementis; *Si dormiatis* (ait) *inter medios cleros, pennæ columbæ deargentata, & posteriora dorsi eius in pallore auri*: Quem quidem versum cum sequenti, *Dum discernit cælestis Reges super eam, niue dealbabuntur in Selmon*, putat noster Sanctius prolegom. 6. in Cantica, num. 26. eadem significare, quæ verba Canticorum, quorum inuestigationi insudamus; sed ille ad agrestia opera retulit, fuscatámque sponsam arbitratus est, dum rusis exercitationes sequitur: Nobis aliter explicasse necesse, nempe de superstitionibus gentium, quod vt persoluamus sufficienter, non pauca sunt, quo fieri possit compendio, anotanda. Primùm, Hebræos, cùm apud Ægyptios commorarentur falsorum Deorum cultu oblectatos fuisse; Probat egregiè Salianus tom. 1. anno mundi 2451. num 3. indicat apertè illud Iosuë c. 24. num. 14 *Auferte Deos, quibus seruierunt patres vestri in Mesopotamia & in Ægypto, & seruite Domino*: Tradunt communiter Explanatores ad initium cap. 23 Ezechielis, Hieronymum, Theodoretum, vtramque Glossam cum Nicolao, sequentes; Secundum, inter *medias cleros* idem haberi, atque inter medias sortes Augustino Oedipode, quem innumerabiles sequuti, quoniam Græcum κλῆρος, Latinis *sors* est; Porrò vaticinia & diuinationes sortium vocabulo exprimi à bonis Scriptoribus: Liuius 1. Decadum. lib. 1. *Delphos ad maximè inclytum in terris oraculum mittere statuit, neque responsa sortium vlli alteri committere ausus*; Prudentius in Apotheosi:

Ps. 67. versus difficiles ad legē enodati.

Isaiæ 8.

Albert. ad librum Canticorum & Ps. 67. Dauidico. Sanchez.

Hebræi in Ægypto Gentilium superstitiones didicere. Salian. Iosuë 24.

Ezech. 23. Hieron. Theod. Gloss. Nicol. August.

Liuius.

Prudent. *Vaticinia sortium vocabulo significata.*

—— *Ex quo hominis Deus induit artus,*
Delphica damnatis tacuerunt sortibus antra,
Non tripodes cortina tegit, non spumat anhelus
Fata Sibyllinis fanaticus edita libris.

Tertium, futurarum rerum prædictiones per somnia sæpè oblatas; Cornutus, si tamen verus ad 2. Persij Satyram: *Acron* (inquit) *tradit, quod in porticu Apollinis Palatini fuerunt Danaidum effigies: & contra has sub Diuo totidem equestres filiorum Ægysthi, ex iis autem statuis quadam dicebantur postulantibus per somnum dare oracula:*

Cornut. *Vaticinationes per somnia.*

Immittebantur hæc ab Inferis, sed diuersis itineribus vera, quàm falsa, quoniam & ex ianuis dissimilibus, quas Latinus Poëta lib. 8. Æneid. descripserat, inquiens:

Bona & mala vaticinia diuersis ostijs ex ijsa. Virgil.

Sunt geminæ somni portæ, quarum altera fertur
Cornea, qua veris facilis datur exitus vmbris:
Altera candenti perfecta nitens elephanto:
Hac falsa ad superos mittunt insomnia manes.

Notauit autem scitè Macrobius cap. 3. in lib. 1. somnij Scipionis, abiectioris materiæ, corneam, videlicet tribui portam veris somniis, quoniam cornu subfuscum, & obscurum est; Cacodæmones autem, Dij gentium, nempe, ne propter mendacia contemnerentur, inuolucris ambagibúsque vtebantur, vt cùm euenisset, alios fuisse exitus quàm pollicebatur vaticinium, non Deo tribueretur crimen, sed hominibus oraculum penetrare non valentibus; Quare Chrysippus apud Romanum Demosthenem lib. 2. de diuinitate, *flexiloqua, & obscura vocat Oracula.* Lucan. lib. 6. cantat:

Macrob. *Ethnicorum vaticinia ambigua.*

Tull.

Lucan.

—Tripodes, sortésque Deorum
Sors obscura tenet.

Verùm, quòd Dæmones per somniorum præsagia mortales decipere in more haberent, fidelissimus testis Gregorius Papa affirmat lib. 8. Moralium, lib. 13. *Nisi enim somnia* (inquit) *plerunque ab occulto hoste per illusionem fierent: nequaquam Scriptura dixisset Ecclesiast. 34. Multos errare fecerunt somnia, & illusiones vanæ: vel certè in Leuitico cap. 19. non esset scriptum: Non augurabimini, nec obseruabitis somnia: cuius verbis, cuius sint detestationis, ostenditur, quæ auguriis coniunguntur.* Quo loco pergit declarare, & æternum atque indubitabile Numen per somnia reuelasse Abrahamo, Iacob, Iosepho, Salomoni, aliisque: vnde Regum 1. cap. 28. vers. 6. de Saüle dictum: *Consuluitque Dominum, & non respondit ei, neque per somnia, neque per Sacerdotes, neque per Prophetas:* Quamuis autem cubationis peculiaris aliqua forma superstitiosis somniatoribus, vti Maro innuit lib. 7. Æneid.

Vera etiam prædictiones in somniis. Greg. Papa.

1. Reg. 28.

—— *Huc dona Sacerdos*
Contulit, & cæsarum ouium sub nocte silenti
Pellibus incubuit stratis, somnósque petiuit.

Virgil.

At quouis modo sopore vincente, id est, siue extra stratum, aut in thalamo loquebatur cùm suis verum Numen; Iobi autem liber lecti sæpiùs meminit, quoniam ad quiescendum, thorum conscendere vsus est cap. 7. vers. 13. *Si dixero: Consolabitur me lectulus meus, & releuabor loquens mecum in strato meo, terrebis me per somnia, & per visiones horrore concuties*: Cap. 33. vers. 15. *Per somnium in visione nocturna, quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo.* Sed de sacrosanctis arcanis somniorum scito desiderans, adeat Iacobum Boulduc lib. 3. Ecclesiæ ante legem, cap. 13. & 14. & ex nostris Pererium lib. 1. in Danielem, disputatione de somniis; Castrium tractatu Isagogico de Vaticiniis ante minorum Prophetarum explanationem, lib. 2. cap. 10. Antonium Fernandez prælud. 7. in veteris Instrumenti visiones Theophilum Raynaudum Theologiæ naturalis dist. 4. n. 44. Ludouicum Vellugam de vita duorum præludio 1. cap. 10. & 11.

Iob 7. & 33.

Boulduc. Pereira. Castro.

Fernand.

Ergo his statuis: Dauidica verba respicere affirmauerimus eam, quæ per somnia est diuinationem; aut potiùs dixerimus idololatriæ speciem vnam pro multis, seu etiam vniuersis poni, vt sensus euadat: Quamuis in medio clerorum 106.

(ita

Iansen. *Regale Mendum pro eo quod, summa est adsumtum: & quod profundissimum* *Prouerb. 20.* *Caiet.*

(ita construit Iansenius) accumbatis, hoc est, in summam idololatriam excessentis, medio namque id significatur, velut mediis tenebris, tenebrarum profundissima, vt Prouerb. cap. 20. v. 20. *Qui maledicit patri suo, & matri, extinguetur lucerna eius in medijs tenebris*, Signanter *medias*, dixit, quo innueret, Auctore Caietano, quod obscurissimum est, & lucis fulgoribus maximè indigens; ex hac igitur tam enormi scelerum voragine, & spurcitie turpissima eruam ad tantam nitelam, vt si vestita cum pulchritudine, & elegantia certare audeant columbarum speciosissimæ, illæ scilicet tam niueæ, quæ argenti splendorem æmulentur, quibus ad maiorem gratiam demotiens auri ad dorsi metas fulgetra aut vincantur aut quidem superiores non euadant; At hæ quæ fuerint columbæ, quoniam pro dignitate tractauit Gueuara ad c. 1. Habacuc, n. 154 dicere supersedeo; sed his non fieri satis proposito à nobis instituto decertabit curiosus Lector: Nam, cùm sponsam à nigredine ad candorem translatam asseramus, oportebat attulisse quidpiam extrema hæc complectens; præfatis autem quamuis columbarum appareat argentum, sed aliud quod fuscum esset, atque vmbrosum non produximus; verùm ad hæc etiam accingamur.

Gueuara.

107. Suppono igitur id, quod in huius explanatione Psalmi aduertit Iansenius, Gueuara loco nuperrimè indicato, Boulduc vbi suprà ad calcem numeri 103. petendum horum verborum sensum ex simillimis alijs Genes. c. 49. v. 14. *Issachar asinus fortis, accubans inter terminos*, Græca tenent, ἀνὰ μέσον τῶν κλήρων, hoc est, *in medio clerorum*; cuius versionis septuaginta Virorum meminit Hieronymus in Hebraicis traditionibus, significent autem huiusmodi limites, & termini cancellos eos, quibus agri, possessionésque diuiduntur; Porrò monuisse conuenit, maleficas incantationibus suis eligere hortos, agrorúmque loca munita, quæ terminis circumscribuntur; quoniam autem manes Pythonistæ consulere, cùm in has se conferunt partes, consueuerunt, funesta, atque atrata sunt vniuersa, & victima, & coniurantis amictus, & apparatus reliquus; audiamus prorumpet hortorum tutelare Numen Priapum apud Horatium lib. 1. Sermonum, Satyra 8. quibus coloribus sagas depingat dolens, quod vellet nollet pomœrium ingressæ fuissent:

Gen. 49. *Hieron.* *Venefica in hortis incantationes exercent.* *Horat.*

Vidi egomet nigra succinctam vadere palla
Canidiam, pedibus nudis, passoque capillo,
Cum Sagana maiore vlulantem (pallor vtrasque
Fecerat horrendas aspectu) scalpere terram
Vnguibus, & pullam diuellere mordicus agnam
Cœperunt, cruor in fossam confusus; vt inde
Manes elicerent animas responsa daturas.

Incantantiū habitus funestus, & atratus.

Sed quoniam à Seneca, quod est nigredinis, dum euocantur ab imo spiritus, proponitur, non omittam illius versus ex Oedipo proferre:

Tunc fossa tellus, & super rapti rogis
Iaciuntur ignes, ipse funesto integit
Vates amictu corpus, & frontem quatit
Lugubris imos palla perfundit pedes,
Mortifera canam taxus adstringit comam.
Nigro bidentes vellere, atque atra boues
Retro trahuntur, flamma prædatur dapes,
Viuúmque trepidat igne ferali pecus,
Vocat inde manes:

Seneca.

Magicis autem artibus excelluisse Ægyptios, atque fuisse pessimum inuentum idololatriæ seminarium, ostendit Pererius disp. 2. in c. 7. Exodi; Ab his itaque nigredinis sumere exempla operosum non esset, quippe Hebræi Ægyptiorum imitati mores, in quos relapsi Saule regnante Reg. 1. c. 28. cùm euocare vellent ab Infero animas, accubabant inter terminos, id est, intra hortorum septa, ibique & victima, & Sacerdos, totáque inuocationis præparatio mœsta erant, vtpote Tartaro, & æternæ nocti dicata omnia.

Magia idololatriæ seminarium. *Pererius.*

Sed, quoniam etiam celebris est illa huius sententiæ translatio, quæ cacabos, ollásque culinarias fuligine, & atrore tinctas meditatur; 108.
huius quoque in fauorem versionis laboremus; fortasse autem allusio est ad infandum sacrificij genus, quo mortales in extremam prolapsi amentiam, charissima pignora, filios, gnatásque Dæmoni immolabant, & Israëlitæ Molochi simulacro; Non potero, quantuncunque stomachetur breuitatem amans Lector, quin Lactantij transcribam verba lib. 1. diuinarum Institutionum, cap. 21. *Tam barbaros*, (inquit,) *tam immanes fuisse homines, vt parricidium suum, id est, tetrum atque execrabile humano generi facinus, sacrificium vocarent: cum teneras, atque innocentes animas, quæ maximè est ætas parentibus dulcior, sine vllo respectu pietatis extinguerent, immanitatémque omnium bestiarum, quæ tamen fœtus suos amant, feritate superarent: O dementiam insanabilem! quid illis isti Dij ampliùs facere possent, si essent iratissimi, quàm faciunt propitij? cum suos cultores parricidijs inquinant, orbitatibus mactant, humanis sensibus spoliant.* Qua de re scribit noster Acost. lib. 5. Historiarum noui Orbis, cap. 22. occiduæ habitatores Indiæ tam detestandam auersatos Dæmonum tyrannidem, priusquàm Euangelij affulsisset lux consilia iniisse, si quo pacto mitiora inuenissent Numina, quæ adorarent; Forsan, & proptereà Moysi vera apparuit Diuinitas flammam repræsentans Exodi cap. 3. vt cùm ne spinas quidem læsisset, mitissimi Numinis suauissimis delectati imperiis Israëlitæ facilè valedixissent tam atroci idolorum Deo, qui auulsos à matrum vberibus dulcissimam voraret infantiam; sed Iudæus supra Barbarorum immanissimos efferus, supra Indos stolidus, cùm eam nactus fuisset diuinitatem, *quæ circumduxit eum, & docuit* (Deuteronom. cap. 32. vers. 10.) *& custodiuit quasi pupillam oculi sui, expandit alas sicut aquila, & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis*, maluit tamen Molocho infantes teneros cremare, durus ad pusionis lacrymulas, ad iniecta collo brachiola, ad imperfectas balburientis, sed quas genitor, si pietas vlla, facilè intellexisset, preces: ergo inter cacabos, & culinarij armamentarij præclarissima instrumenta scelus peragebatur Thyesthæa atrocius mensa; Describit ad longum noster Castro ad Hieremiæ cap. 44. Pineda lib. 4. de Salomone, cap 11. num. 3. vbi perhibet, Sacerdotes Infamis statuæ *Chomerim* vocatos, aut à nigris vestibus, vel quod certius fuerit, à fumo, à combustarum vapore carnium, à chytropodum, caldariorúmque attritu; ab his igitur impurissimis hostiis, quæ & mentem, mentúmque pariter fuliginant translatos fuisse Hebræos gloriatur Psalmographus ad veræ religionis tam puros ritus, támque mites, columbarum vt & niuclam, & mansuetudinem æquent.

Dæmonum immanitas cogentiū homines, filios sacrificare. *Lactant.* *Indi occidui Dæmonum sæuitiam auersati.* *Acosta.* *Cur rubo apparuerit Deus, Exod. cap. 3.* *Deuter. 32.* *Castro.* *Pineda.*

Verùm, quo id fuerit modo perpetratum, sequenti hemistichio declarat; *Dum discernit cœlestis Reges super eam, niue dealbabuntur in Selmon*; 109.
nempe, Sacerdotium instituit, & discreuit sibi Leuitas,

Leuitas, quos à multitudine separauit; *Statues Leuitas in conspectu Aaron* (Numer.c.3.) *& consecrabis oblatos Domino, ac separabis de medio filiorum Israel, vt sint mei;* Hi Reges sunt, quos cœlestis Rex segregat; neque enim Regis titulus à sacerdotio alienus; nempe Regum 2.c.8. percipimus v.18 filios Dauid Sacerdotes esse cùm Principes solùm essent, eo quemadmodum locu benè aduertit noster Sanchez, Pereira disput.12.in c.2. Exodi, n.65. Salianus tom.1.anno mundi 2904. n.9. erant quippe de tribu Iuda, quæ tamen lineam sacerdotalem non dabat, sed Leuitica; quare Septuaginta αὐλάρχας vocarunt, id est, Principes aulæ, eò quòd sacerdotalis auctoritas Palatinæ comparabilis sit, hoc autem dùm præstaret, contigit, vt quorum nigredo, atrásque Selmonis obscurissimi montis vincebat tenebras, horum candor niues excederet: Iam vt sponsæ applicemus; demus quidem Cedarenos nigros fuisse; sic enim velit Vincentius Riccardus ad hûc, de quo tractamus versum: *Nigra sum*, &c. atque ob hanc causam, quo præteritam repræsentet fuscitiem, à Cedarenis exempla desumere sponsam, fuerit illa fort lega, fuerit præstigiatrix, denique & ex Molochi infando satellitio, quid, nónne eodem quódam volutabro demersus Hebræorum populus? Sed exsurrexit beneficio clementissimi Numinis, euasitque lucidus quale argentum, quale nix; ex desertini vita decoram vertit, cuius inæstimabili pulchritudo Salomonis exsuperet tentoria, pelles illas, quibus ad perfectam ambitionem nihil defuisset; ubi igitur iniuriæ sint, suàque condemnent, necesse est, sponsam si despicere pergant.

Num. 3.
Regula: Sacerdo. pro Principe ponitur.
2.Reg 8.
Sanchez.
Pereira.
Salian.
Septuag.
Selmon mons opacus.
Cedareni fusci
Riccard.

Sed quoniam Molocho qui initiati essent,
110. quàm subtilis & fuliginosa esset plebs, ostendimus, placet monuisse ab huius ignibus *gehenna* nomen desumptum: obseruarunt id Iansenius Concordiæ cap.40.ad illud: *Ego autem dico*, &c. Maldonatus ad Matthæi cap.5 vers. 21. Gabriel Aluarez ad Isaiæ c. 30 vers.33. Dicebatur autem Gehennon, id est, vallis Ennon, Iosuë 18. vers 16. *Descenditque in Gehennon, (id est, vallem Ennon) iuxta latus Iebusæi ad Austrum:* Locum ipsum quidem amœnum satis fuisse, vtpote quem ex Siloë fontibus deriuati latices irrigarent, scribit Hieronymus ad cap.7 Hieremiæ, vers.31 *Ædificauerunt excelsa Topheth*, &c. prope Hierosolymam extitisse eiusdem Hieremiæ verba illa c. 19. vers.2. denotans: *Egredere ad vallem filij Ennon, quæ est iuxta introitum portæ fictilis; in suburbanis, nempe Hierusalem* vt idem asserit Doctor Topheth describens in locis Hebraïcis; Porrò hîc immolatos ab Israëlitis pueros simulacro Moloch constat apertè ex nominato Hieremiæ c. 7. atque ex Regum quarto volumine, cap.23. consentiunt autem præfati Auctores, & dati n.106. Castrius, atque Pineda tympana pulsata dum cremarentur pusiones, ne audito infantium vlulatu parentum commouerentur viscera, & ab hoc nomen loco Topheth, quoniam tympanum Hebraïcè, *Toph* תף, nominatur; ego tria coniungo; Primum, Sacerdotum pullos, atque funestos amictus, squalida membra, faciem à vaporibus, & fumo turpiter denigratam; Secundum, tympanorum inconditum sonum, quem verosimile est matrum à clamoribus auctum; vix enim credibile est, miserabiles non dedisse voces; at quàm feralis musica? Tertium, ignem hunc inextinctum fuisse, & qui perpetuò arderet; hæc autem tria quis non facilè contempletur ad viuum exprimere Tartaream confusionem, Chaósque illud immane, & formidandum? Atque de primis duobus conspirant nobiscum, quos citauimus Patroni: perennium verò ignium illi quidem non meminêre, nos autem coniectura ducimur: eò quòd Vestæ Numen in hunc finem commenti sint, quibus Deos mentiri libuit; Sanè ab ipsis idololatriæ primordiis statim cœptus à Persis & Chaldæis venerari ignis, qui perpetuis asseruatur excubiis, vt tradit Clemens Romanus 4. recognit. Socrates lib. 7. c.8. transiit ad Ægyptios superstitio, qui hoc ritu Isidem, Vestam nimirum seu Tellurem auctore Macrobio lib.1. Satur.cap. 20.& Seruio ad 8 Æneid. ab his deriuata ad Phœnicios & Hebræos, deinceps ad Græcos & Romanos tractat eruditè Fortunatus Scacchus sacror. Eclochrysm. Myroth. 1.cap.8. & 9. Cùm igitur tot nationum portenta Hebræi adorauerint, verisimile, neque hanc ab illis prætermissam superstitionem, & mandatum de loco perenni Leuit. c.6. vers.12. Vitiasse paganismo: nam, si ignes peculiari non coluissent ritu, quid opus fuisset illa traducendi per flammas ceremonia, qua vsus Achaz Reg.lib.4. cap.16. v.3. qui fuisse dicitur gentium vsu: idémque cap. 21. vers.6. de Manasse; sufficiebat vtcunque immolasse, si victima solùm requirebatur: Sed illud suspicionem potissimùm generat, quòd Vesta cum tympano efformetur, quod manu teneat, vt tradidêre Augustinus lib.7.de ciuit.c.24. Rhodigin. lib.15.c.14. cui affine est, quòd Isis, quam Vestam meritò censeri diximus, cum sistro depingatur. Pseudocornutus ad illud Satyræ 5. Persij, *cum sistro lusca Sacerdos* & *Sistrum* (ait) *Sacerdotes Isidis portant; lusca autem ideò, quòd nobiles deformes cùm maritos non inuenerint ad ministeria Deorum se conferant; forma eius ouali, & manubriata:* Dextra gestari à Dea asserit Seruius ad 8. Æneid. ac quanquam lætitiæ deseruierit, quemadmodum & tympanum, Reg. 2.c.6 v 4. *Dauid autem, & omnis Israel ludebant coram Domino, in omnibus lignis fabrefactis, & cytharis, & lyris, & tympanis, & sistris & cymbalis:* Luctui tamen accommodat Lucanus libro octauo carmen:

Gehenna vnde dicta.
Iansen.
Maldonat.
Aluarez.
Iosuë 15.
Gehennon vallis amœna.
Hieron.
Hierem. 19.
Castro.
Pineda.
4.Reg.16.
Vesta, quæ & Isis & Tellus, effigiata cum tympano.
Cornut.
Persius.
Sistrum & fletui, & lætitiæ instrumentum.
Seru.
2.Reg.6.
Lucan.

Semideósque canes, & sistra iubentia luctus;

Ergo Vestæ, aut tympanum, aut sistrum, quod & ipsa, & eius portant Sacerdotes, illud fuerit, quod crepitat, atque personat, dum pueri per flaminas traducuntur, Denique & in huius rei confirmationem profecerit vallem Topheth sitam esse prope fictilem vrbis Hierosolymitanæ portam, vt dicebamus huius initio Numeri ex cap.19. Hieremiæ nempe, vbi testacea efformarentur vasa, vt ait Lyrensis; nanque morem fuisse ignem illum, quem aliquando extingui piaculum erat eiusmodi figulinis asseruari lagunculis indicant verba illa Valerij lib 4.cap.4 num.13. *Nanque per Romuli casam, pérque veteris Capitolij humilia tecta, & æternos Vestæ focos fictilibus etiamnum vasis contentos iuro, nullas diuitias talium virorum paupertati posse proferre:* Erat igitur iuxta, Vestæ fanum officina figulorum, vt in procinctu, & ad manum haberent id vasorum genus, quo solùm asseruari focos Deæ licitum erat; Atque in hunc Valerij locum cùm incidissem, legerémque apud Liuium Decad.1.lib.5. huius ignis vigili conseruatione Reipublicæ quasi sitam esse salutem: *Quid de æternis Vestæ ignibus, signóque, quod imperij pignus, custodia eius templi*

Ignis perennis figulis vasi seruatus.
Lyr.
Val.Max.
Ignis perennes alimenta sita Reip salus.
Liuius
Dion.Hal.

templi tenetur? Ac quacunque de causa ignem extingui contigisset, id formidolosissimum Romanis fuisse, vtpote ciuitati ruinam certam portendens; Auctor est Halicarnassæus Dionysius lib. 2. Antiquit. Romanarum. qui & grauissima supplicia virgini inflicta asserit, cuius id incuria euenisset; Putabam sanè Pauli sententiam Corinth. 2. cap. 4. vers. 7 proculdubio ad hæc alludere; nam, cùm de luce sermonem instituisset, quam Christus nostris in cordibus accenderit; *Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus*, (inquit,) vt hinc moneamur, quàm diligentes nos esse oporteat, quando frangi lucis inclusorium facillimum sit, quo omne incolumitatis nostræ præsidium gestamus; ac sanè thesauri etiam nomine ignes Tertullianus affecit lib. de Pœnit. ad finem: *Quid illum thesaurum ignis æterni æstimamus, cùm fumariola quædam eius, tales flammarum ictus suscitent, vt proximæ vrbes, aut iam nullæ extent, aut idem sibi de die sperent?* Vt hoc posito nihil ad cumulatam Pauli intelligentiam deesse videatur.

Pauli Hemistichium ex cap. 4. 2. Corinth. peculiariter donatum.

Tertull.

111. Sed prosequamur sponsæ superstitionem, & exploremus, an, cùm Solem sub ea forma coluerit, qua se æthere ostendit fulgentem, & auricomum, etiam sub diuersa imagine venerata sit? Arbitror ergo, eos versus, qui hactenus à nobis discussos immediatè sequuntur, nimirum; *Filij matris meæ pugnauerunt contra me, posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodiui*; probabiliter explanentur de fratrum acerba inhumanitate, qui, cùm ipsi viri essent proindéque aptiores vineam defendere, coëgerint sororculam, quam dum laeuisse & formæ & pudicitiæ vtilius foret, vigilem agere; attamen his Priapeia sacra innui; Priapum nanque hortorum, agrorúmque Deum fuisse nouerint elementarij Grammatici; Horatij Satyra 8. ex primo libro Sermonum:

Canticorum versus ex c. 1 illustratur.

——— *Deus inde ego furum, auiúmque*
Maxima formido; nam fures dextra coërcet?
Ast importunas volucres in vertice arundo
Terret fixa, vetátque nouis considere in hortis.

Priapus hortorum custos. Horat.

Hunc autem Beelphegorem esse demonstrauimus superiùs num. 95. cuius Sacerdotissas fuisse virgines, aut cuiuscunque generis feminas cap. 25. libri Numerorum, indicare visum, quando ab his pertractos Israëlitas docet, vt de sacrificatis Priapo escis comederent, deinceps & colerent; Verùm clarissimè prodit Reg. 3. liber, cap. 15. vers. 13. dum memorat, Asam Regem Maacham matrem suam amouisse, ne esset Princeps in sacris Priapi, & in luco eius, quem consecrauerat; *subuertitque specum eius, & confregit simulacrum turpissimum, & combussit in torrente Cedron*. Atque Adonidis, quem Priapi genitorem, & hortorum nemorúmque Præsidem depingit Natalis Mythologiæ lib. 5. cap. 16. planctum, quem mulieres fecissent, nonimus ex Ezechiele cap. 8. vers. 14. hunc autem luctum Phœnicios primùm inuenisse, assertor est Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 21. & de eo quantùm sufficit, nostri Sanchez. atque Cornelius, Pradus in Commentario, Cùm igitur iuxta Sareptam (quæ inter Sidonem, & Tyrum posita est ciuitas) luci conspicerentur, quin & iuxtà sylua, à qua nomen vrbi datum, vult Adrichomius in Aser num. 71. Vineæ quoque essent laudatissimæ: Fulgentius nanque lib. 2. Mytholog. Sareptanum vinum esse affirmat, *cuius tanta virtus sit, quo vix quilibet ebriosus sextarium toto mense bibat*, Corrippus quoque Africanus lib. 3. dum generosa recenset vina, Tyrum, & Sareptam commendat, inquiens:

Priapi Sacerdotissa femina. Num. 25.

3. Reg. 15.

Nat. Com. *Adonidis planctus.* Ezech. 8.

Macrob. Sanch. Cornel. Prad.

Adrichom. Fulgent.

——— *Dulcia Bacchi*
Munera quæ Sarepta ferax quæ Gaza crearat,
Ascalon, & latis dederat quæ Græca colonis,
Quæve antiqua Tyros, quæ fertilis Africa mittit.

Conip. *Tyrus, & Sarepta vinum ferunt generosum.*

Euchit & à Bacchi liquoribus Adrichomius memorato loco, Magallanius in cap. 19. Iosuë, sect. 4. annotatione vnica. His itaque in vineis, atque nemoribus sponsa sacrorum, quæ Priapæia dicebantur, Præses constituta; hoc enim aliquando significat custodis numen, vt cùm Genes. cap. 2. vers. 15. dicitur Protoplastus positus fuisse in loco voluptatis, *vt custodiret eum*, id est, dominaretur in illo, caputque, & Antistes esset; quæ dum imprudens virgo peragit, *vineam suam*, id est, mentem, animúmque non custodiuit; solet enim Scriptura vno, eodémque vocabulo, & in propria, atque etiam allegorica significatione, antequàm absoluat periodum, vti, quale illud Ioan. cap. 4. *Omnis, qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum*. Lymphæ hîc propriè construuntur, Sed in sequentibus per metaphoram, nempè. *Qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum*. Vide hypotyposeon Martini lib. 5. cap. 7. §. *Solent verba*, &c. Riberam in cap. 4. Michææ. num. 28, & in Zachariæ cap. 2. num. 16. ita hîc vineæ clausulæ initio propriè significant, sub finem ex translatione pro sponsæ anima, pro qua illa segniter vigilauerat; non enim debuerat fratribus auscultasse; attenuat tamen crimen, quòd non femina aduersùs feminam, sed vir, non vnus, sed plures, non exteri, sed coniunctissimi, fratres, videlicet, pugnauerint, atque non nisi per vim, & concertationem Priapi mysterijs operata sit; Quid faceret; Genitor, quem ex Hebræorum semine fuisse diximus num. 84 & qui veram docere possit religionem, obliuioni commisit gnatam: mansit sub potestate matris Phœniciæ, quæ idola semper impensè coluit; fratres, qui non ex eodem sati genitore, sed ex viro idololatra, tacti superstitionum zelo, cùm timerent, ne pater abripere vellet, postquam creuisset, & Mosaïcis imbueret dogmatis, properarunt inficere sectarum suarum venenis, neque discipulam esse contenti, fecerunt, vt Magistra euaderet pessimarum disciplinarum, atque cùm prope Sareptam habitarent, voluerunt, vt non longè ab vrbe sua scholam Priapi soror regeret; In vineis igitur custodem posuerant eam filij matris eius.

Magallan.

Genes. 2. *Sponsa Canticorum in sacris Priapi Antistes.*

Regula: Custodire, idem quod dominari.

Regula: Scriptura ante periodi absolutionē, & propria, & metaphorica eodem vtitur vocabulo. Cantapr. Ribera. Ioan 4.

Sed aduersùs hoc ratiocinium quòd diuinationem esse tantùm volumus, & quia futura sit vtilis ad repræsentandam Ecclesiam ex gentibus, antequam Christo desponderetur, subiiceri non debuerit dum facere videntur. Primum quoniam, cùm turpissimum esset Priapi simulacrum, oportet. existimemus, non nimiùm castas fuisse, tale, quæ Numen coluissent, feminas; nam propter obscœni magnitudinem adorasse Auctor est Hieronymus ad illud Oseæ cap. 4. *Super capita montium*, &c. Quin & meretrices, scortáque fuisse Propheta eodem loco memorat *Quoniam* (ait) *ipsi cum meretricibus conuersabantur, & cum effeminatis sacrificabant* vt præter Hieronymum, ex Cyrillo, & Theophylacto exponit Ribera num. 26. Regum, c. 23. abundè confirmat, vti quibusdam visum, existimátibus lupanaria fuisse domunculas luci, quas mulieres texebant, de quibus versu. 7. Ergo prostibulum faciamus sponsam necesse est, 112.

Priapi sacra turpissima.

Hieron. Oseæ. 4.

Cyrill Theophil. Ribera.

si

si Priapi cultricem extitisse concedamus; hanccine autem publicis libidinibus fœdatam duxerit Princeps Israëlita, quem toties statuimus ob modestiam, grauitatem, pudicitiam, virginem alienigenam patriis antepoluisse puellis? Secundus nodus à verbis Canticorum; nam custodem, vinearúmque Præsidem factam illam significant; vineæ autem non ad Priapi curam, sed ad Liberum Patrem spectant; quare apud eum & vitis, & cantharus, quidquidve ebrietatem iuuat; hæc insignia Numinis, his à Deorum turba discriminatur notis; Rectè delineauit Sidonius Apollinaris Carmine quinto,

Bacchus vinearum Præses.

——— *Sagittiferas Euan populatus Erythras*
Vite capistratas cogebat ad esseda tygres
Cantharus, & thyrsus dextra, læuaque feruntur.

Sidon. Apol.

Non itaque Priapum, sed Bacchum venerabatur puella; Sed neque eùm eius sacra etiam scortis ipsis, & prostitutis indigna extiterint, vt loquitur grauissimè August. lib. 7. de Ciuitate, cap. 21.

August.

113. Ad priorem inter duas has obiectiones respondemus, veræ, sempiternæque Deitatis speciali permistione factum, quò mortales, quale esset idololatriæ monstrum, facilè discerent, vt hominum sapientissimi (eorum dico, qui naturæ, rationísque ducatu agebantur solius absque fidei splendoribus) in ea prolapsi sint absurda, quæ stuporem maximum considerantibus pariant; quid enim populo Romano maius, siue belli, siue pacis artes consideremus? quid eius sapientia, quid consilio, quid grauitate præstantius? Et tamen hæc illa tanta Respublica Lupercalia approbauit. quorum tempore festorum, *Nobiles iuuenes frequentes* (inquit in Caio Cæsare Plutarchus,) *& Magistratus nudi per vrbem discurrunt. hirsutis scuticis obuios per ludum, & iocum cædentes; multæ quoque Principes feminæ ex composito se offerunt illis, ac manus ferientibus. sicut in ludo litterario offerunt; credúntque id ad facile puerperium pragnantibus, & infœcundis proficere ad conceptum*; Quæ possit hanc amentiam vincere insania, cùm non scurræ, sed Consules, & Senatores turpissimo ludibrio fuerint? Meritò irrisit amplissimam Patritiorum ordinis auctoritatem Aurelius Prudentius in Romano Martyre:

Ex Paganis etiam sapientissimi in insaniam prolapsi amentiam.

Plutarch. Lupercaliorum festa indecora.

Prudent.

Quid illa turpis pompa? nempe, ignobiles
Vos esse monstrat, cùm Luperci curritis;
Quem seruulorum non rear vilissimum,
Nudus plateas si per omnes cursitans,
Pulset puellas verbere ictas ludicro?

Iam verò cum Ægyptiorum encyclopedica cognitione quæ possit certare gens, aut natio? à quibus manauit quidquid doctissimæ tulêre Athenæ, vniuersáque Græcia, vt ostendunt Pererius disputatione 7. & 8. in cap. 2. Exodi, Salianus tom. 2. anno mundi 2470. num. 23. Tuffus in Prologum Ecclesiastici, ad illud, *Perueni in Ægyptum*, &c. Hæ illæ scientiæ, quibus imbutum Moysem deprædicat Martyrum Princeps Actorum cap. 7. hæ illæ, quibuscum Salomonis comparatur insignis notitia Regum 3. cap. 4. vers. 30 & tamen, Deum immortalem! qualia portenta tam sapiens protulit Schola, quæ coleret? Audiamus ex eodem Prudentio libro secundo contra Symmachum:

Ægyptus doctissima.

Pererius. *Salian.* *Tuffus.* *Act. 7.* *3. Reg. 4.* *Prudent.*

Vilia Niliacis venerantur holuscula in hortis,
Porrum, & cæpe Deos imponere nubibus ausi,
Alliúque, & Serapin cæli super astra locare.

Ægyptus quam vilia Numina coleret!

Sed & septima Synodus Actione 6. §. *Palam dicendum est*, &c. *Nouerunt historicorum librorum peritissimi*, (inquit,) *quia Ægyptij olim boues colebant, & alia quadrupedia, & volatilia diuersa, & muscas, & crabronum habitácula, & viscera istis animantia*; *Colebant igitur* (ait Lactantius lib. 1. Institutionum, cap 20) *ebure, ac summus digitis, qua sensibus intimis horrere debuerunt; qui error omnis ex illius principalis, ac summi boni ignoratione descendit*; Verè euenit, quod Paulus memorat ad Romanos cap. 1. vers. 21. *Quia, cum cognouerunt Deum, & non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt; euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. dicentes enim se sapientes esse, stulti facti sunt*; Quid enim tam stolidum, ac quod à nobis commemoratum est: Verùm, quemadmodum etsi absurdi plenissimum videbatur, aut Ægyptiorum Academicos allium colere, aut Romanorum grauissimum Magistratum per compita nudum, intectúmque ferri; non tamen ob hoc statuemus, aut non doctos, vel non prudentes fuisse, quippe exceptis huiuscemodi actis, cætera & scientiam, & prudentiam ostendebant; sic, quamuis sponsæ à turpibus alienissimum nomen maculare videatur Antistitem fuisse impurissimorum sacrorum, nihilominùs & hæc facere poterat, & esse tamen pudica; temporum enim vitium erat, vt fœdissimis institutis etiam castissimæ matronæ subseruirent; non enim meretrices solæ intererant Priapæis, sed illæ quoque, quibus omni honestate nihil erat antiquius; Sed operæpretium est Augustini verba percepisse, ex 7. de Ciuitate cap. 21. *In oppido autem Lauinio vnus Libero totus mensis tribuebatur, cuius diebus omnes verbis flagitiosissimis vtebantur; cui matremfamilias honestissimam palàm coronam necesse erat imponere. Sic, videlicet, Liber Deus placandus fuerat pro euentibus seminum, vt matrona hoc facere cogeretur in publico quod nec meretrici, si matrona spectarent, permitti debuit in theatro*; Sic Augustinus; Nec dedimus locum syncerum atque integrum, quoniam eius quædam satius est apud Augustinum, quàm apud nos legisse, quòd tanti Doctoris auctoritas in omnia sufficiens sit. Quibus æmula scribit lib. 6. cap. 9 Quando igitur matronarum gemmæ, quibus ætas sufficiens, consilium, probitas, cogebantur morem gerere sacris, ne belluino cœtu dignis; quid mirum fecisse id ipsum teneram virginem, præsertim cùm qui reuocare debuerant fratres, potissimùm impulerint?

7. Syn. *Lactant.* *August.*

Verùm obiectionis secunda pars confundi à nobis Bacchi, atque Priapi Numina asserit; Sed rectè fecimus, nam ex Augustino recentissimè citato palàm deriuatur iisdem cæremoniis vtrunque à priscis veneratum; Legant Firmianum lib. 1. diuinarum Institutionum, cap. 21. Natalem Comitem Mythologum lib. 5. cap. 15. Accedit, Deum Chamos, quem plerique Bacchum autumant, eò quòd deriuari putent à Græco, κῶμος, significante comessationem, compotationémque, Hieronymus manifestè Priapum esse affirmet ad illud Isaiæ cap. 25. *Et dicent in illa die*; Neque iniuria; nam per ebrietatem, & conuiuia illecti Hebræi Numerorum cap 25. hunc adorauerunt Deum; Sed Chamos, inquis, Liberum repræsentans, à radice *Camas* כמס, dimanat, quod *occultum*, & *latitans* denotat, quoniam Bromij sacra noctu, & per tenebras fierent; at verò Priapum suprà num. 95. *Deum apertionis*, nominari asseruimus, 114.

Bacchus, & Priapus iidem Dij. *August.* *Lactant.* *Nat. comes.* *Hieron.* *Num. 25.*

Bacchum absque vestibus quare pinxit Rosin.

ruimus, eò quòd reuelatus, intectúsque pingatur; Sed dicimus & Bacchum etiam sine vestibus præmonstrari, neque absque arcano, cùm vinum secretissima manifestet, vti aduertit Rosinus lib. 2. Antiquitatum, capite 11. Quemadmodum verò quædam Liberi sacra cum tenebris, & quasi clanculùm fiebant; sic & Priapum veneratores illius in speluncis adorabant; Quare Regum 3. cap. 15. vers. 13. Asa specum, antrúmque illius subuertisse narrauit, *3. Reg. 15.* Regúmque 4. cap. 23. Iosias domunculas, *4. Reg. 23.* quibus scortationes suas muliesculæ absque testibus exercebant, destruxit; Fortasse etiam hæ latebrosæ abominationes, de quibus Ezechielis cap. 8. vers. 12. *Et dixit ad me: Certè vides, fili hominis, quæ Seniores domus Israël faciunt in tenebris, vnusquisque in abscondito cubiculi sui*; *Ezech. 8.* Denique, siue Priapum, siue Bacchum coluisse sponsa dicatur, parum refert; Solem quippe sub ea colebat figura.

115. Sed nescimus, inquies, an Phœnicij eiusmodi habuerint, quæ colerent, Numina, Bacchum, videlicet, aut Priapum; Respondeo, demonstrasse me superiùs numero 89. Phœnices cum Ægyptiis Deorum potissimos inuentores extitisse, à quibus ad Græcos, aliásque nationes tot Numinum plaustra deriuata sunt, Verosimile igitur est, coluisse ipsos ea, quæ alias gentes, vt adorarent, docuissent: cùm autem nemo dubitet inter multarum nationum tutelares Deos numeratos esse Bacchum, atque Priapum, par est existimasse Phœnicios etiam sbura eis obtulisse; Accedit, ostendisse nos Sarepranum vinum inter laudatissima recenseri: monstrauimus numero 104. atque ibi productus Fulgentius Sareptanæ, Meroëticæque viris lacryma primùm inebriatos mortales asserit; Sareptam autem intra Phœniciam esse, eodem probauimus loco. Adonidem verò fuisse Priapi genitorem, stabiliuimus ibidem, & eius sacris dedicatam Phœniciam; probabile est autem patrem cùm adorauerint, filium quoque honore prosequutos fuisse; Demum, neque obsistit Regum 3. cap. 11. vers. 7 Chamos appellari Moabitarum Patronum: hoc enim (vt eo nomine Priapum, Bacchúmve intelligamus) tantùm suadet, speciali quodam titulo, aut exquisita, multáque pompa adorasse Numen Moabitas; non tamen inde legitimè inferas alibi, neque altaria, nec statuam Chamo erectam; nam Isis Ægyptiorum notissima fuit Dea; & tamen eam Romani etiam venerati sunt, vt modulatur Lucanus lib. 8.

Phœnices Bacchum, & Priapum venerati. *3. Reg. 11.* *Isis Ægyptiorum Dea.* *Lucan.*

Nos in templa tuam Romana recepimus Isim,
Semideósque canes.

Quemadmodum & eodem Regum loco Moloc Ammonitarum fuisse idolum declaratur; cui etiam Moabitas sacrificasse Ribera demonstrat in cap. 5. Hamos, num 71. Sic igitur & Chamos Moab præcipua quadam religione colebat, Phœnicij etiam adorabant, etsi minori cum pompa atque gloria; quoniam apud eos principem inter tutelares Deos sedem non obtinebat. *Ribera.*

Sherlogi Anteloq. in Cant.

SVBSECTIO V.

Quo Nubentium vitæ articulo celebratæ nuptiæ? pubertatis anni connubijs signati, & quinam in viro, fæmináque? sponsus nouæ nuptæ quasi Pater effectus quamobrem? Ruth, Prouerbiorum, Ecclesiastici, Ezechielis, Ioëlis sensus patefactus; puberis ætatis quænam argumenta? Pauli declarata sententia; quo tempore filij robustiores generentur? Canticorum versus ex c. 8. intellectio.

116. HAnc vt definiamus expeditè controuersiam, adnoto primùm, pubertatis anni finem in virginibus in plurimum duodecimo circunscribi anno: in masculis quarto, & decimo. Sic Philosophorum Princeps Aristoteles lib. 7. de historia animalium, cap. 1. Medicinæ oracula Hippocrates, tertio Aphorismorum: Galenus Commentatio 27. in eum locum: idémque sexto de tuenda valetudine, quos sequuti ex schola Æsculapiana Franciscus Valesius controuersiarum Medicarum lib. 1. cap. 8 Petrus de Vega in 2. lib. Prognosticorum Hippocratis, Prognostico 33. Petrus Garcia in fent. 1. Auicennæ, lib. 1. doctrin. 3. cap. 3. disp. 16. c. 3. Ioannes autem Fernelius de Temperamentis, lib. 3. c. 10. Iacobus quoque Holerius Commentario 3. ad Aphoris. Hippocratis 27. à decimo anno pubertatem inchoant; Verùm communem opinationem Medicorum decimi, & quarti in viris, in femina duodecimi, extra eam scholam præferunt Macrobius lib. 1 in somnum Scipionis, c. 6. non longè à fine, & Saturnaliorum lib. 7 c 7. Tiraquellus lib. 6 connub n. 38. Brissonius libro singulari de connubiorum iure: Maldonatus ad cap. 16 Ezechielis, atque Theologorum, Canonistarúmque vulgare placitum quoties de conuenienti nuptiarum agunt tempore: qui cum peritioribus Medicæ Philosophiæ Institutoribus sentientes, aliquando ob frigiditatis prædominium pubertatem seriùs venire asserunt: plenæ, absolutæque pubertatis notas fore certas in femina sub annum quartum supra decimum, in viro octauo & decimo ætatis anno: Lege vtriusque Facultatis multos apud Thomam Sanchez lib. 7. de Matrimonio disp. 104. n. 18. Videndi locis indicatis nuperè, Galeni quos nouimus sequaces, qui in annum octodecimum pubertatis terminos proferunt, equidem virilis: nam mulieres, sicut à pariendo multò anteà desinunt, quam viri à generando: nempe, partubus feminarum metam ponit annus quinquagesimus, vt velit Aristoteles Politicor. lib 7. c. 16. cùm vir generet vsque ad septuagesimum annum: sic & ante viros aptæ sunt parere: quoniam generandi virtus, quæ fortior est, vt diutiùs perseuerat, sic vt perficiatur, longiores moras postulat: quæ fragiliora sunt, maturitionem pariter, & interitum citiùs consequuntur.

Pubertatis in viro, in femina, quinam anni? *Aristot.* *Hippocr.* *Galen.* *Valesius.* *Vega.* *Garcia.* *Fernel.* *Holerius.* *Macrob.* *Tiraq.* *Brisson.* *Maldon.* *Sanch.* *Femina citiùs pubescit viris, generatione ab anno quinquagesimo ine; 14.* *Aristot.*

117. Adnoto secundò: Etsi solius naturæ considerato iure ante puberes annos, qui ratione, & iudicio præstant, matrimonia validè contrahe

Pubertatis tempora matrimonio signata.

X rent;

rent; per ciuiles tamen & ecclesiasticos Canones pubertatis tempora nuptiis præstituta fuisse; adeundi, quos numero antecedenti protuli, Macrobius, Tiraquellus, Brissonius, Sanctius, illisque copulandus Basilius Legionensis lib. 7. de Matrimonio, cap. 45. hoc illud Ruth, cap. 1. vers. 13. *Etiamsi possem hac nocte concipere, & parere filios, si expectare velitis, donec crescant, & annos pubertatis impleant, antè eritis vetula, quam nubatis:* nempe, quoniam ante pubertatis annos connubia inire, aut non liceret, aut non expediret; Hoc Ioëlis cap. 1. vers. 8. *Plange quasi virgo accincta sacco super virum pubertatis suæ*; Septuaginta; *Super virum suum virgineum*; Vocant enim παρθενικὸν, id est, qui virgineam eius soluit zonam, qui florem pudoris rapuit; Huius autem fletum pro insigni luctu prouerbialiter Vates posuit, quoniam sanè, cùm ad pubertatem venerunt, nubilésque euadunt, tunc amare incipiunt adolescentulæ, quare Ezechielis cap. 16. *Et grandis effecta es, & peruenisti ad mundum muliebrem: & ecce tempus tuum tempus amantium*; vbi sermonem instituí de pubertatis articulo ostendam venturo numero: Amor igitur ille, quemadmodum primus est, & inexpertus, sic ardentissimus, dulcissimúsque parietet est; Quamobrem Prouerbiorum cap. 2. vers. 17. exaggeratio maxima est contra adulteram feminam, quoniam *pubertatis ducem reliquerit*, id est, tam effrænato libidinis œstro correpta fuerit, vt etiam primos amores exosos habuerit; Sed elegans est in primis Hieremiæ sententia cap. 3. vers. 4. *Ergo saltem amodò voca me; Pater meus Dux virginitatis meæ tu es:* Nam nouæ nuptæ quasi in familiam mariti transibant, eum loco parentum sortitæ, monet nanque eas Hymenæus; *Obliuiscere populum tuum*, (Psalm. 44) *& domum patris tui, & concupiscet Rex decorem tuum.* Monet & Euripides in Danaë apud Stobæum sermone 71.

Mulier enim egressa paternam domum,
Non amplius parentum est, sed mariti,

Quare Lypsius ad illud lib. 4. Annalium Taciti: *Patritios confarreatis parentibus genitos*, &c. refert ex Seruij fragmento, *nuptijs, quæ per coemptionem fiunt, vxorem in filiæ locum, maritum in patris succedere*; Patrem igitur virginitatis suæ appellat sponsum, quòd quæ in eum diem pater commodare solitus fuisset, victum, ornatum aliáque, in posterum sponsus daturus sit omnia; sed ob specialem præterea causam, nempe ad genitorem pertinebat, vt quàm honestissima esset de filiarum pudore fama, docente Ecclesiastico cap. 42. vers. 9. *Filia patris abscondita est vigilia, & sollicitudo eius aufert somnum, ne forte in adolescentia sua adulta efficiatur, & cum viro commorata odibilis fiat*, Et alibi suaserat idem c. 7. v. 27. *Trade filiam, & grande opus feceris*; Ob hæc igitur genitor pubertatis certæ, & quasi indubitatæ tempora sollicitè obseruabat, qua adimpleta, filiam quàm citò foras mittebat, nimirum, despondebat viro, sub cuius manebat cura in nuptiarum diem, quemadmodum prodit Bernardus serm. 2. super *Missus est. Mos siquidem Iudæorum erat* (inquit) *vt à die desponsationis suæ vsque ad tempus nuptiarum sponsis sponsæ traderentur custodienda, quatenus earum ipsi eo sibi pudicitiam curiosius seruarent, quò sibi ipsi fideliores existerent*; Sponso itaque cùm incumberet de puellæ illibatu honore in posterum labor, probè pater, & dux virginitatis nuncupatur.

Legion. Ruth 1. Ioël. 1. Septuag. Ezech. 16. 7. Prou. 2. *Sponsus nouæ nuptæ quasi pater. Versus ex Hieremiæ c. 3. declaratur.* Psalm. 44. Euripides. Stobæus. Lypsius. Seruius. Eccli. 42. & 7. *Sponsæ sponso custodienda tradita.* Bernard.

118. Adnoto postremum, signa esse quosdámque à natura effectus, quibus puberes cognoscantur anni; Hippocrates lib. de pueri natura, quòd excepta verticis coma, alibi etiam pili enascantur; lanuginem prodire Iacobus asserit Holetius datis num. 114. sed Macrobius lib. 1. in somnium Scipionis, cap. 6. mentum post ter septem annos vestiri sentit, Philo Hebræus id ipsum tradit libro de mundi fabrica; quæ tamen incerta regula est, experientia Magistra. Aristoteles lib. 7. de Historia animalium, cap. 1. notas virilis pubertatis dicit, si mammæ excrescant, si vocis asperetur metallum; in femineo sexu, cùm turgent vbera, & in duos exurgunt digitos, gracilior ille puellarum sonus mutationem admittit, & menstrua erumpunt, Videndus Thomas Sanchez lib. 7. de matrimonio, disput. 104. cùm Auctoribus, quos refert num. 34. Hæc verò, quæ ex Philosophorum depromptimus penu, consentientia profert Ezechielis cap. 16. Nam illa vers. 7. *Grandis effecta & ingressa es, & peruenisti ad mundum muliebrem. vbera tua intumuerunt, & pilus tuus germinauit*; honestè significare pubertatem in femina pronunciauit Hieronymus cum in luctum, & posteriores Interpretes, Lyranus, Pintus, Pradus, Maldonatus, Sanchez, Cornelius; atque id, quod de vberum excrescentia diximus, confirmat D. Ambrosius serm. 22. in Psalm. 118. & huius Cantici plerique Explanatores ad illud cap. 8. *Soror nostra parua, & vbera non habet*, &c. Iam ergo, quantùm Textus indicat Canticorum, sponsa, cùm Epithalamium sunaret, perfectam assequuta fuisse pubertatem videtur, annum vtique decimumquintum ingressa; sponsus decem & octo numerabat annos; aut forsan quatuor lustra exegerat; De sponsa probatio est, quoniam vberum intumescentia multoties significatur, nempe, cap. 4. vers. 5. & cap. 7. vers. etiam 5. comparantur hinnulorum gemellis; & vers. 8. eiusdem 7. capitis, assimilantur botris vuæ, Staturæ quoque granditas commendatur, cùm velut erecta palma, & quæ in Olympum fertur, esse perhibetur; corporis autem magnitudinem, pariter atque vbera turgentia pubertatis certa indicia iudicari monstrauimus ex Ezechiele: Porrò validam pubertatem feminarum in annum quartum & decimum excurrere ostendimus num. 114. Fit itaque post expectata pubertatis integra tempora traditam marito virginem, id est, anno à natiuitate quinto, & decimo, quam fuisse, vt diutiùs producerentur nuptiæ, legitimam, solemnémque connubiorum periodum definiuimus num. 114. & 115. In viris autem consummatam pubertatem, eam, nempe, quæ decimumoctauum indicat annum, aut, vt Philoni, & Macrobio iam relatis placet, vigesimum, aliquidque ampliùs barbæ primus flos; Porrò sponsi mentum barba incepisse operiri docent ex illis Canticorum verbis cap. 5. vers. 13. *Genæ illius sicut areolæ aromatum consitæ à pigmentarijs*, Petrus, Nannius, Gislerius, atque optimè Sotomaior cum nostro Sanchez: Corporis quoque proceritas in adolescentibus pubertatis esse consueuit argumentum, qua præditum sponsum nonnulli deriuant ex vers. 16. eiusdem cap. *Species eius vt Libani, electus vt cedri*, id est, inquiunt, procerus, quemadmodum cedri: nam Reg 1. cap. 9. vers. 2. vbi noster: *Et erat ei filius, vocabulo Saul, electus, & bonus.* Septuaginta translulêre: *Nomen ei Saul, procerus. vir bonus,*

Virilis, feminineque pubertatis, quænam indicia. Hippocr. Holetius. Macrob. Philo. Arist. Sanchez. Ezech. 16. Lyran. Pint. Prados. Maldonat. Sanch. Cornel. Cant. 8. Ambr. Cant. 4. & 7. Cant. 5. Nannius. Gisler. Sotomaior. Sanch. 1. Reg. 9. Septuag.

bonus, Cedros autem altissimas fuisse, & in sublime protractas Ezechielis docet vaticinatio c. 31. vers. 3. commendant quoque corporis iustam æquè magnitudinem, ac firmitatem illa eiusdem cap. 5. *Crura illius columnæ marmoreæ.*

Ezech. 31.

119. Sed hac potissimùm ætate, ominum, cùm ad integram pubertatem venère amantes, concelebratam genialem pompam, non pauca sunt, quæ insinuant; Primum, quoniam is fuisse Iudæorum mos appareat, vt exacta pubertate virgines domo pellerentur, quòd in virorum transirent potestatem; Persuadent non leuiter, quæ num. 114. & 115. ex Ezechiele protulimus; nam ibi cùm pubertatis tempora clarè distinxisset, subintulit, *Tempus amantium esse, & ad mundum muliebrem venisse*, id est, exornasse se nuptiarum & amoris honesti gratia; quemadmodum sequuti Hieronymum cæteri declarant Commentatores; Illud etiam commonet, quod apud Hebræos publicum fiebat experimentum, an quæ marito tradebatur, virgo fuisset; quippe seruabatur linteum, quo primùm concubuisset puella ab eius parentibus, quòd in hoc cruor flueret, corruptionem virginis denotans; quo declaro coram populi Senioribus, arguebatur improbus maritus, si quando dimittere cogitasset, quòd pro virgine tradidissent, cuius pudor læsus fuisset: Lege Deuteronomij capit. 22. vers. 14 & si placet eius facti causas philosophicas apud Vallesij sacram Philosophiam, cap. 25. Atque ob hunc finem, vti docebamus num. 115. genitor filiæ castimoniæ vigili & indefesso labore attendebat; erat enim turpissima labes familiæ, cùm à marito accusabatur puella ad eum nondum, quo Deuteronomij citatus perhibet locus; Quare properabant viro tradere statim, atque intelligebant thoro aptam esse; neque vel in diem nuptiarum apud se retinebant, sed sponsaliorum peractis ritibus adolescenti ipsi custodiendam dabant continuò; ad quæ Paulus fortasse alluserit. 1. Corinth. cap. 7. vers. 36. *Si quis autem turpem se videri existimat super virgine sua, quòd sit superadulta, quod vult faciat, non peccat, si nubat*; nempe, si quando inuenerentur post ephebiam adhuc domi seruatam virginem, metus incesserat procorum turbam, si fortè puellæ violasset claustra quispiam, abstinebántque à connubiis, atque parentibus è longinquo arcessendus erat gener populo ignotus; verùm & hoc inter vicinos dedecus, & suspicionum fomes atque nutrimentum; quare Ecclesiasticus cap. 42. vers. 9. satis aperit, quantùm cauerent patres, ne gnara adulta appareret, priusquam viro commissa fuisset: *Filia* (inquit) *patris abscondita est vigilia, & solicitudo eius aufert somnum, ne fortè in adolescentia sua adulta efficiatur*, Igitur priùs quàm cresceret, absoluta pubertate sine interposita mora maritum quærebant filiabus; Neque solus Iudææ ille vsus, quem Græcos obseruasse Sophoclis indicant versus:

Iuiæ filias verò tradebant, simul ac pubertatis annos attingebant.

Hieron.

Experimentum de rupto virginali claustro apud Hebræos.

Deuter. 22. Valles.

Pauli verba declarata ex c. 7. 1 Cor.

Eccli 42.

Vbi ad pubertatem hilares peruenimus,
Pellimur foras, atque dimendimur
Procul à Diis patriis, & parentibus.

Sophocl.

Diuendi asserit, quoniam per coemptionem fiebant nuptiæ; marito autem vendebatur sponsa, quam ille redimebat. Confirmo isthæc, Nam Virgo beata ideò templi aditis extracta quarto supra decimum ætatis anno, & Iosepho desponsata, quoniam per id temporis maturam pubertatem assequuta fuisse indicabatur, & Hebræorum

Qua ætate B. Virgo templo extracta.

consuetudo fuisset matrimonio locare statim, atque eum annorum attigissent articulum; docet noster Castro Marianæ Historiæ capit. 4. testes Pronunciati adhibens Germanum Constantinopolitanum Archiepiscopum, Euodium, Cedrenum & Auctorem (quisquis ille sit,) ortus MARIÆ inter Hieronymi monumenta; Communem sententiam nominauit Suarez tom. 2. in 3. partem, disp. 7. sect. 3. P. Vasquez tom. 2. in 3. partem, disp. 125. cap. 11. num. 121.

Castro. Ger. Const. Euod. Cedren. Hier. n. Suarez. Vasquez.

Non leuis coniectura statim inita connubia, simul ac parturire feminæ poterant, viri generare; quoniam multus amor prolis in illa natione Sanè quòd polygamia illis licuerit temporibus, ex diuina quidem dispensatione secundùm commune Scholarum placitum, sobolis causa factum velit planè Augustinus lib. 3. de doctrina Christiana, cap. 12. lib. 16. de Ciuit. c. 38 lib 22. contra Faustum, cap. 47. Ambrosius lib. 1. de Abraham, cap. 4. quos Bellarminus producit tom. 2. lib. 1. de Matrimonio, cap. 11. atque alij prætereà apud Pererium ad cap. 25. Genesis: Mendoçam tom. 1. in cap. 1. lib. 1. annotat. 5 circa lineam 2. versus, sect. 2. Cùm igitur tanta posteritatis cupiditas regnaret, atque huius stabiliendæ causa, multiplicarentur vxores, adhibitis etiam concubinis; verosimile est quamprimùm duxisse sponsas; nam, vt multa habuisse simul coniugia laudabile erat; sic nec in longum distulisse matrimonium commendabatur; Vltra isthæc, inter connubiorum fines ille numeratur, si quis in medelam concupiscentiæ, atque ne in fornicationem incidat, vxorem ducat, Auctore Apostolo priori ad Corinthios Epist. cap. 7. vers. 2. *Propter fornicationem autem vnusquisque suam vxorē habeat. & vnaquæque suum virum*; Ac sanè, quanquam huius solius scopi gratia matrimonio coniungi nonnulli veniale delictum faciant; ab omni tamen noxa liberat Basilius Legionensis libr. 1. de Matrimonio. cap. 21. num. 4. cum plurimis aliis doctissimis Theologis; quòd si id tam illæsum post Euangelij doctrinam, quid putamus, quando nondum se homines propter regnum cœlorum castrauissent? At verò, si quod totius vitæ periodo à fornicatione iustum periculum est, certè id consummata pubertate, tunc nanque amantium tempus est, vt inquit Ezechiel cap. 16. tunc hircire incipiunt adolescentes, vt loquitur Iacobus Hollerius Commentario 3. ad Aphorismum Hippocratis 27. tum igitur decebat maximè matrimonio copulari lasciuientem ætatem; Denique, cùm ad prolis donum conducat summopere valetudo corporis, eiúsque optimum temperamentum; certè vtrumque adolescentiæ dos est, vt monstrauero inferiùs num. 121. proxima autem pubertati adolescentia ex omnium calculis, qui vtranque ætatem separant: hoc igitur vitæ interuallum generationi ante reliquum spatium, commodum est: fit igitur nuptiarum tempestiuam occasionem esse, cùm de pubertate constat; hæc autem in femina ad quartumdecimum annum, etiam cùm serior, venit; vnde apud Stobæum serm. 69. Hesiodus: *Virgo autem pubescens anno decimoquarto, nubat decimoquinto*; In viro etiam tardanti pubertati finem ponit octauus plusquàm decimus annus; Atque hoc tam vtili connubiis articulo, dicimus modulatum, quod cecinit Salomon Cantici Canticorum Epithalamium.

120. *Polygamia cur Hebræis permissa.*

August.

Ambr. Bellarm.

Pereira. Mendoça.

1. Cor. 7.

Legion.

Ezech. 16.

Holler.

Hesiod.

Sed cum his quæ definiuimus, bellum gerunt 121.

paribus muniti armis; decertant nanque primùm ex Canticorum volumine capit. 8. vers. 8. *Soror nostra parua, & vbera non habet; quid faciemus sorori nostræ in die, quando alloquenda est?* Qua sententia communissima existimatio est Explanatorum significari nondum virginem ad ephebiam peruenisse, proinde nuptiis adhuc ineptam, quando puberes non attigerit annos; facta igitur à nobis ex eodem Epithalamio probationis semina, aut nullius sunt ponderis, aut apertam contradictionem textus inuoluit. Secundò, ex Philosophia dimicant producta Stagiritæ auctoritate, Politicorum lib. 7 capit. 16. quo loco statuit, non ante duos de viginti annos tradendas viro puellas; iuuenes autem vxores accipere monet septem & triginta consumptis annis, aut paulò ante; Argumenta Aristotelica non pauca: Primùm, ait, liberi parentibus nec multò posteriores ætate debent esse, quoniam eueniet, vt senectam adolescentes contemnant, & ipsa senectus, laboribus, nempe, impar, filiis subuenire nequeat teneris adhuc, & victum sibi quærere insciis: verùm neque penè eorum annos, à quibus geniti fuerunt, æquare præstat; vix enim verecundi satis extiterint erga illos, quibus pares videantur: igitur hæc vitare extrema cupientibus medium iter capessendum; nimirum, oportet coniugia iniisse ætate nec nimiùm propera, nec sera tamen. Secundò, ex iunioribus nuptiis tria enascuntur incommoda consideratione digna: nimirum virgines tenellæ vehementiori cum dolore pariunt, pluréſque vitam finiunt; deinde editi in lucem nati parua, & non benè absoluta sortiuntur corpora: postremò (id, quod de Animalium Historia lib. 4. cap. 2. tradit pariter,) nouella & senescens ætas femineam sobolem vt plurimùm offert; ergo siue filiorum, siue parentum attendamus emolumenta, necessarium est condemnemus matrimonia, quæ ab ephebis fiunt: In hanc sententiam declinat Rhodiginus lib. 18, cap. 20. Respondeo, Canticorum propositum versum à plurimis de quadam sponsæ germana construi, quam iis versibus significant nondum attigisse annos nuptiis sufficientes: cætera verò Epithalamij carmina, quæ puellam thalamis aptam denotant, de sponsa loquuntur: Sed quoniam nobis opinio est, & ea quoque Patronis non sit destituta, sponsam ipsam nominatis comprehendi phrasibus; dicimus quidem veritos fuisse cognatos, si fortè partubus competentem ætatem vberum magnitudo satis promitteret: fieri enim poterat, (vt non rarò accidit,) si ante tempus maritalia gaudia experiretur, non modicam inde læsionem vuluæ traheret fœcunditas, atque vt tandem mater diceretur sed per annos tamen aliquot sterilis appareret; Princeps autem infructuosum exosus ventrem, de repudio cogitaret: Hæc igitur damna vt anteuerterent, volebant aliquandiu expectare sponsum, donec virgo ea esset corporis iusta granditate, quæ prolis minimè anxiam spem polliceretur; itaque vbera non habere puellam affines & consanguinei dicebant, non quòd illis careret; sed quoniam superabundans erga adolescentulam amor, & ab hoc amore enatus de repudio nimius timor, fascinaret oculos cognatorum, ne admitterent, verum id esse, quod cæteri mortales indubitatú affirmabant; Nulla itaque in textu contradictio; quoniam ex timidis solùm & falsa parentú existimatione vbera negantur sponsæ.

Cant. 8.

Quæ iusta matrimonii ætas secundùm Aristotelem?

Aristotelica effata longiorem desiderant orationem: Nam, quod attinet, vt liberi morem gerant parentibus, & erga illos verecundi sint, hoc proba & continens disciplina præstiterit; oportet igitur, pueritiam ad omnem honestatem efformari; deinde exultantis nimiùm ephebiæ motus comprimi; quæ si fiant, quamuis gnatorum ætatem non longè superent parentum anni, gaudebit genitor aula tranquilla atque iucunda, sobole ad paterna signa, nutúsque auscultante promptè, atque diligenter; sin autem de pædagogia tenuis cura, & post trigesimum patris annum edita proles, bipedum nequissima euadat; Quòd verò adolescentulæ dicantur acerbiores in pariendo cruciatus tolerare, fœtum emittere imperfectiorem; fortasse id verissimum fuerit in virginibus, quæ ante pubertatem integram virum cognouêre: de illa autem, quæ inter ephebas non numeratur, sed iam adolescentiam ingressa fuerit, quòd huiusmodi in puerperiis torqueatur, feminam magis, quàm puerum concipiat, & vtero gestet, prolésque deterior sit quoad staturam & lineamenta, difficile erit vt credamus, quoniam sanè cum minimè aduersetur experientia, fauet medicina, Nam Galenus planè docet lib. 3. Aphorism. cap. 158. ætatum omnium optimam esse adolescentiam; & sexto de tuenda valetudine, corpus per adolescentiam optimam nancisci temperiem; Subscribit Vallesius lib. 1. Controuersiarum medicarum, cap. 8. At vulgata, Medicorum opinatio est apud Petrum Garciam in Fen. 1. lib. 1. Auicennæ, doctr. 3. cap disput. ib. cap. 1 corpus temperatum habere omnes actiones collectiuè perfectiores; atque 2. cap. confirmat eandem ob causam, corpus temperatum resistere magis, collectiuè omnibus causis inducentibus ægritudines; Hæc igitur cùm sint adolescentiæ insignia beneficia, quamobrem non hanc potissimùm ætatem perfectissimæ generationi arbitrabimur conuenientem? Si enim natura ita comparatum est causam vt referant effectus; generantiúmque & nobilitatem, & dispositionum excellentiam testetur producto termino impressa similitudo, rectè nanque Lyricus Vates in Drusi laudem, libr. 4. Oda 4. 122.

Educationi puerorum summa cura habenda.

Ætatum optima adolescentia. Galen. Vallef. Per Garç.a

Fortes creantur fortibus, & bonis:
Est in iuuencis, est in equis patrum
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant Aquilæ columbam.

Horat.

quorsum contendemus eo vitæ articulo homines ad generandum non esse satis idoneos, qui egregiè temperati sunt, quæque ætas reliqua vitæ interualla superat? Quare, si quando sub his annis contingat ex enumeratis incommodis aliquod, non temporis vitium est, sed ab accidenti aliquo prouenit damnum, fortuitum vtpote; Ac sanè Iacob cùm discedens ab hominibus, filiis ventura prædiceret, Genes. cap. 49. vers. 3. Ruben primogenitum fortitudinem, & robur suum dixit; qua, arbitror, phrasi significauit, primos fœtus validiores censendos, alioquin octogenarios superabat tunc Iacob. vt docet Pererius ad 1. inter patriarchales benedictiones, num 11. Salianus tom. 1. Scholiis ad annum mundi 2283. neque enim placet Pererij commentatio vocantis illam Iacobi ætatem florentem, comparatione videlicet reliquæ vitæ, cùm totum peregrinationis spatium supra centum quadraginta septem annos complectatur; nam quidem natus illi est Ruben, cùm quinque & octoginta annos ageret

Filij, qui in adolescentia generantur, fortiores. Genes. 49.

Pereira. Salian.

ageret: Iosephū genuit anno nonagesimo primo ex Saliani computo ibidem, atque anno mundi 2289 Sed Iosephum in senectute editum testa-
Gen. 37. tur Moyses cap. 37. vers. 3. Verùm inter Ruben, atque hunc non plùs sexennio; non igitur ea locutio annos respicit vigentes, & floridos, significat autem primam sobolem cæteris robustiorem euadere, quoniam potens est tunc generandi virtus, quæ posteà lassatur: ergo pubertatem subsequuta ætas in viris decimo saltem & octauo anno, cùm generationem auspicatur, non immaturam, languidámque prolem subministrat, sed valentiorem reliqua sobole; fortis autem cùm sit illa ætas, patiéns que calida, aptissima fuerit ad ma-
Ætas cur potiùs quam fœmina generetur. seulinum concipiendum fœtum; nam eas esse causas, cur potiùs mas, quàm femina concipiatur, docet Hippocrates lib de Genitura, Fernelius
Hippocr. lib. 7. de hominis procreatione, cap 12. Petrus
Fernel. Garçia in Fen. 5. Auicennæ, lib. 1 doctur. 7.
Garçia. sum. 1. cap. 2 disp. 37. cap. 1. 4. *Ex quo fundamento*, &c. Ergo non adolescentiæ finis in virgine, iuuentutis in viro, matrimoniis conuenientior est ætas, quemadmodum tradebat Aristoteles; sed in vtroque ingressus adulescentiæ, qui pubertatem proxime consequitur.

Sectio VI.

Canticorum sponsus regia num excelluerit potestate? quod illi nomen? quos habuerit maiores? qua editus vrbe? Regiam maiestatem an mechanica omnis dedecet exercitatio? Agriculturæ studium in honore olim: Salomon num alios ex Hebræis sub se regès habuerit? quam florens eius regnatus: allusio ad Salomonem Ecclesiastici c. 24. an inter sobolem filiæ quoque? Canticorum sponsi anus de quo Reg. 3. cap. 4. cuius splendoris? Sponsus Ierosolymis editus num binæ appellationis; Canticorum verba ex cap. 6.

123. SANE tandem quicunque ille fuerit, cuius nuptias Salomonis concelebrauerit plectrum, ad magnā euectum fortunam, exuuiáque, atque præstanti functum auctoritate, eatmē nòn segniter variis indicat locis: nam quantus ille conuectatus est cap. 1. in curribus Pharaonis, allatis ex Ægypto quadrigis, quorum gloria curruum, cæterarum prouinciarum electa, atque ienias vincebat? qualis ædium maiestas eodem capite, ex suaueolenti materia fabricatis lacunaribus, cedrino nempe, cypressinóque lignis inconsumptibilibus? Iam illæ Principum excubiæ capite 3 robustissimorum flore lecticam circumagente, ad
Canticorum sponsus diues & potens bella doctissimo propter timores nocturnos; atque ferculum, quòd ornarent, quæcunque pretium commendant, lapilli, coccinum; & melior argento associatus auri fulgor: Sed quàm diuitem nobis sponsa depingit cap 5. nempe, totùm verticem aurum abscondit, hyacinthi digitos occultant, thorax sapphiris distinctus emicat, crura byssus contegit, pedum ex auro ornamenta; Simili; fastu, procedit etiam noua nupta; nam & margaritæ adsunt plurimæ, & vnguenta exquisitissima, & murænulæ ex auro stigmatibus argenti & in pedibus sandalia eiusmodi, quæ Principis esse filiam intuentibus persuadeāt; deniq, tantus à gēmarū luce, diuersitate, multitudine splendor, intermixta auri, atq; argēti vibratione vt stupefactæ Reginæ, adiuncta concubinarū admiratione, non feminá se contemplari putarent, sed translatas in eam pulcherrimorum syderum faces omnes arbitrarentur, cùm peregrinum caneret encomium cap. 6. *Quæ est ista, quæ progreditur quasi* Cant. 6.
aurora consurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol? Super hæc & agrorum ampli sunt termini, & colles suo cum nemore, & horti cultissimi, & vinearum diffusa spatia, & caprarum, ouiúmque greges, & seruorum, ancillarúmque ingens numerus; hæc omnia diuitias, & potentiam spondent, hæc sceptro, & purpura dignam auctoritatem insinuant; Adde ipsum Regis vocabulū sæpè resonare Epithalamio; Denique vix est inter Explanatores, qui regios honores sponso neget, cùm & non pauci Salomonem augustissimum Monarcham esse credant, de quibus egimus Antèloquio 1. Sect. 1. atque 9. quanquam aliquibus placuit velari pleronque sub pastoris larua à Poeta regium fastum, quemadmodum eodem Proloquio, Sect. 3 n. 21. obseruauimus.

Obiectant, inualidam esse hanc narrationem, 124.
quoniam non pauca leguntur, regiam quæ dedecent maiestatem; nam Canticorum primo capite, dum vbi cubat, vbi in meridie pascitur dilectus? sponsa interrogat, ad caulas & pastorum tabernacula mittitur, scilicet, Rege planè, & sceptris dignam stationem; cap 2. ad columbaria & vineas nouam defert nuptam; cap. 5. ipse myrrham demetit, & opiparum quidem, delicatarúmve imprimis escarum apparat conuiuium, cibis, nempe, agrestibus, melle, atque lacte mensas onerat; cap. 6. descendit ad areolam aromatum, vt lilia colligat, quasi pomœrij non sit alius præter ipsummet custos; demúm cap 7 nondum expleta geniali pompa miseram puellam stratum summo mane deserere cogit, quò pergant ad vineas, & videant, *Si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica*; ergo tam proletariis occupatum officiis non est. quòd asseramus inter Reges numerandum, sed ne quidem inter honestos ciues. His respondere possimus, vti faciunt clarissimæ famæ Interpretes, de quibus memini, vt nuper dicebam Anteloquio 1. Sect. 3. num. 21. Sponsum aulæ semper intentum deliciis, & iocis, nunquam rusticanas exercuisse functiones aliquas; sed Carminis Auctorem, cùm ænigmata scriberet, Regem non infrequenter abscondisse, variásque sacra Comœdia tribuisse ei formas, iam gregibus præponere, iam vineis, iam hortulanum facere; itaq; eorum verè ne minimū aliquid cōtigit; vmbræ tantùm sunt, & figuræ; At quoniam, nostra opinione, nimis impedita & cōtorta est huiusmodi Allegoriis innixa explanatio, & hæc propter à nobis alibi reiecta ideò alias ingrediamur oportet semitas. Dicimus ergo per hæc significari non quidem sponsū ipsum ex instituto & vitæ conditione pecorū, vinearum, aut pomœrij curam habuisse; solitū tamen aliquando pastorum tuguria inuisere, vineas, hortúsque

adire vt quid villici facerent, ipse lustraret; his autem exercitationibus ob voluptatem, otiúmque abigendum ità deditum, vt ne intermitteret quidem omninò etiam per geniales nuptiarum dies, quin & agraria re ita peritum, vt doceret sæpè nauos opifices, ipse quoque nonnunquam trabea deposita, & imperatorio paludamentu terram foderet, arborem amputaret, florem colligeret, non siluestria colloquia despiceret non munera, qualia lac, fauúsque melleus ei oblatus aromatum hortos petenti, a simplici Principem amanti turba, de qua te initio capitis quinti Canticorum; itaque hæc omnia regiam posse sufferre maiestatem statuimus, & nunc properamus ostendere.

Regiam maiestatem quatenus decebant munia deductio.

125. Ac primo loco, vt ab exteris sumamus exempla, (sic autem alios præter Iudæorum Dynastas appellamus,) audiendus Seneca de nobilissimorum veterum inter Romanos Ducum frugalitate & modestia, qui consolatione ad Heluiam; *Scilicet, minus beatè viuebat Dictator noster, qui Samni Legatos audiit, cum vilissimũ cibum in foro ipse manu sua versaret; illa, qua iam sæpè hostem percusserat, lanceámque in Capitolini Iouis gremio reposuerat; scilicet, maiores nostri, quorum virtus etiam vitia nostra nunc sustentat, infelices erant, qui sibi manu sua parabant cibum, quorum templa nondum gemmis renitebant; itaque tunc per fictiles Deos religiosè iurabatur; qui per illos iurauerat, ad hostes, morituri ne fallerent, redibant.* Nec Columellæ oporteat orationẽ quamuis longiorem, prætermittere. Is Præfat. in lib. 1. de rustica materia; *Verum cùm pluribus monumentis Scriptorũ moneat, apud antiquos nostros fuisse gloria curã rusticationis: ex qua Quintius Cincinnatus obsessi Cõsulis, & exercitus liberator ab aratro vocatus ad dictaturã venerit; ac rursus fascibus depositis, quos festinantius victor reddiderat, quam sumpserat Imperator, ad eosdẽ iuuencos, & quatuor iugerum auitum herediolum redierit: itémque C. Fabricius, & Curius Dentatus, alter Pyrro finibus Italiæ pulso, domitis alter Sabinis, accepta, quæ viritim diuidebantur captiui agri septem iugera, non minùs industriè coluerit, quam fortiter armis quæsierat: ac mehercle vera illa Romuli proles, assiduis venatibus, nec minus agrestibus operibus exercitata, firmissimis præualuit corporibus, ac militiã belli, cum res postulauit, facilè sustinuit durata pacis laboribus; sempérque rusticanam plebem præposuit vrbanæ;* Nec minor facundia apud Musam egregij Poetæ Silij igitur Italici lib. 1 tale est carmen de Romano Senatu;

Seneca.

Romanorum Ducum frugalitas.

Columell.

Agricultura fuit tum in honore apud priscos.

Sil. Ital.

Concilium vocat Augustum, castáque beatos
Paupertate Patres, ac nomina parta triumphis
Consul, & æquantem superos virtute Senatum.
Facta animosa viros & recti sacra cupido
Attollunt, hirtaque comã, neglectáque mensa:
Dexteráque à curuis capulo non segnis aratro,
Exiguo faciles, & opum non indiga corda
Ad paruos curru remeabant sæpè Penates.

Sed in his depingẽdis multus est Claudianus, cuius duo promã solùm loca. Ergo, dũ Honorij pergit celebrare Cõsulatũ lib. 4 intonat grãdiloquus;

Claud.

Pauper erat Curius, Reges cùm vinceret armis;
Pauper Fabricius, Pyrrhi cum sperneret aurum;
Sordida Serranus flexit Dictator aratra,
Lustrata lictore casa, fascésque salignis
Postibus affixi, collecta Consule messes,
Et sulcata diu trabeato rura colono.

Verùm eiusdem non alij iucundiores versus carminibus illis, quibus Mallium Theodorum Consulatus supremam auctoritatem sedulò delinare voluisse pingit:

——— *Nunquam mihi cura tot annis*
Altera, quam duros sulcis mollire nouales,
Nosse soli vires, nemori quæ commoda rupes,
Quis felix oleæ tractus, quæ gleba fœcundis
Frugibus, aut quales tegeret vindemia colles,
Terribiles rursum lituos veteranus adibo?

Atque vt erant hæ exercitationes illorum, qui Reipublicæ lumina censebantur; sic quoque matronarum primi ordinis cura, fusum gestare, lanas secernere, vestem suis ipsas manibus marito, filiis, domesticis texere, ab ancillis pensum diurnum, nocturnúmque exigere, vt notauit Lipsius Electorum lib. 1. cap. 17. *Lipsius.*

Neque hanc sibi gloriam omnem tantùm prima rapuerunt sæcula; nam ille, quem diximus ex Claudiano, Mallius Consul posteriori vixit ætate; De Alexandro Seuero quantus didicisset artes Lampridius enarrans: *Geometriam* (inquit) *fecit, pinxit mirè, cantauit nobiliter, vitas Principum bonorum versibus scripsit, tibia, organo cecinit, tuba etiam, Palæstres primus fuit;* Iulius Capitolinus laudat Antoninum Pium Imperatorem, quòd *diligens agricultor extitisset*, eundémque & piscatione, & venatu oblectatum asserit; atque hic ipse Historicus Marcum Imperatorem, Philosophum nuncupatum celebrat, quòd operam pingendo sub Magistro Diogneto dedisset, qui pugillatum amauit, luctamina, & cursum, & aucupatus; pila lusitit optimè. Sed & Dio Adrianum commẽdat *pingere venustissimè scientem, qui etiam effigies è cera, & creta formaret: gloriaretúrque prætereà, se nihil eorum ignorare, quæ aut in pace, vel in bello, siue ad legem, siue ad priuatum pertinerent;* Nec apud solos Romanos hæc viguêre. *Quippe Eropus Macedo* (ait Plutarchus in Demetrio) *subtiles mensulas, ac lucernulas, vbi vacabat, fabricando, tempus traducebat; Attalus Philometer herbas venenosas colebat, non tantùm hyoscyamum, & helleborum, sed & cicutam, aconitum, dorycnion ipse in hortis regiis seminans; liquoréśque & semina, & fructus eorum elaborabat cognoscere, ac suo quoque tempore colligere; Parthorum Reges telorum cuspidibus ipsi formandis, vel acuendis distenti.* Atque idem de Philopœmene Achæorum dicit: *Prima luce* (inquit) *ad opus surgebat cum vinitoribus, aut aratoribus; inde remeabat ad vrbem, & negotia publica cum amicis, & Magistratibus tractabat;* Ponet finem Clementis Alexandrini vtile præceptum, qui lib. 3. de Pædag. cap. 10 *Quòd si etiam ligonem* (dicit) *tractauerint, non est hæc illiberalis & sordida mercatura œconomica ad agricolam pertinentis exercitij: cæterum oblitus sum propemodum dicere, quod Pittacus ille Rex Mytelenæorum moluit, eo efficaci vtens exercitio; Pulchrum est autem, aquam etiam per se haurire, & ligna scindere, quibus sit vsurus; Iacob autem pascebat oues Laban, regale habens signum virgam styracinam:* Atque hi profanarum gentium mores fuêre; exploremus, quid etiam sacra Iudæorum natio facere non abnuerit.

Iul Capitol.
Dio Cass.
Lampsid.
Plutarch.
Clem. Alex.

Atque, vt à minoribus auspicemur: Manasses Iudithæ in matrimonio socius, vir tantus apud Bethulienses, an non mortuus, eò quòd venisset æstus super caput illius, cùm instaret super alligantes manipulos in diebus messis hordeaceæ? Booz, quem non nemo de Iudicibus Israël fuisse existimauit: ipse messores visere, ipse hortari 127.

ad

ad opus, ipse area cubare non dedignatus, Nabalis pecuarij, aut agricolæ sponsam Abigailem ducere Dauid non contempsit; Absalon superbissimus mortalium, cùm tonderentur oues eius, fecit conuiuium quasi conuiuium Regis; Sed ad coronã illustres veniamus; Iobi, cùm esset vir magnus inter orientales, illiúsque supra multos insignis potentia, diuitiæ omnes, & armenta, & cameli, asinæque; De Saüle prædixit
1. Reg. 8. Samoël Reg. 1. capit. 8 vers. 11. quoniam Iudæorum tolleret filios, & constitueret sibi *aratores agrorum suorum, & messores segetum*; At Pa-
1. Par. 17. ralipom. lib. 1. cap. 27. à num. 26. longa texitur syllabus eorum, qui Dauide regnante, aut vineis præerant, aut oliuetis, aut bobus, aut asinis, aut terræ aratoribus; Salomon quoque delicatus Monarcha, exquisitarúmque amator voluptatum, cum in infinitum excrescerent opes illius; lucrum tamen, quod & subacta tellus afferret, & armenta, ingeniésque ouium greges, non spreuit; testatur diffusè Ecclesi. cap. 2. Verùm & mer-
Eccles. 2. caturam exercuisse, nonnullos suspicio tenuit: neque enim alias ob causas classem instruxisse, quæ Ophirinam peteret regionem; Denique Ozias, Rex bello, & pace clarus Paralip. 2. cap.
2. Par. 26. 26. vers. 10. homo agriculturæ deditus laudatur, qui & in campestribus, & in eremo vinitores, & opiliones plurimos aleret; Oman Iebusæus terit in area cum filiis triticum, Paralip. 1 capit. 21.
1 Par. 21. Sà. Serarius. Salianus. vers. 20. quem Regem fuisse Emmanuel Sà, Serarius, & alij dixêre apud Salianum tom. 3 anno mundi 3017. numer. 33. Iromus, Tyriorum Monarcha, litteris, quas ad Salomonem dedit Paralip. 2. cap. 1. vers 3. loquens de Hiram arti-
2 Paral. 2. Regula: Pater, idã quod præceptor. fice ærario: *Misi ergo tibi* (inquit) *virum prudentem, & scientissimum Hiram, patrem meum*; Vocat autem *patrem*, ex nostra coniectura; quoniam in addiscenda eadem arte præceptorem habuisset; vti Genes. cap. 4. vers. 21. Iubal vocatur pa-
Gen. 4. ter canentium cithara, & organo: id est, huius peritiæ primus Magister; Verùm & Assuerus, cuius imperij fines amplissimi, regnauit vtpote super centum viginti Prouincias, conuiuium populare præparari mandauit in vestibulo horti, & nemoris, quod regio cultu, & manu consitum erat, Esth. c. 1. vers 5 id est, quod ipse suo marte
Esth. c. 1. tam cap. Monarcha ad eã pulchritudinis ideam composuisset. Sed & Patriarcharum antiquissi-
Abrahã Patriarcha Rex & Pastor. Bellarm. Gretserus mos, Abrahamum, Iacob, Iudam, regia functos esse potestate velit Bellarminus lib. 1. de Romano Pontifice, capit. 2. nec non Gretserus, eundum Cardinalis locum propugnat tom. 2. defensionum; quos tamen cum nepotibus agricolandi constat exercuisse artem, & imprimis sedulos pecorum custodes extitisse. Denique hæc illa disciplina est, qua Adamum otium fugere ab ipso rerum exordio, placuit Creatori; quippe cùm nobilissimo loco condidisset, Principem non vnius alicuius turbæ fecisset, sed quem caput, auctorémque mortales vniuersi colerent, is pariter adiecisset quicquid non solùm necessitatibus opportunum esset futurum, sed quod oblectamento, voluptatique deseruiret; collocatum tamen inter amœnissima septa astruit
Adam Protoplastus agricola etiã in Paradiso. Pereir. Salian. Tusus Moyses *Vt operaretur, & custodiret ea*, id est, agricolationem imitaretur, vt diximus superiùs Anteloquio 2. Sectione 8. numero 51. probántque largè Pererius libro 3. in Genes. pag. 433. Salianus tom. 1. anno mundi 1. die 6. num. 88. Tusus ad vers. 16. cap. 7. Ecclesiastici: *Non oderis laboriosa opera, & rusticationem creatam ab Altissimo*; vbi probe expendit, cùm aliarum artium humani referantur inuentores; huius tamen antesignanum Deum ipsum nominari, quam inter plurimas exercitationes delegit, quam charissimæ fabricæ suæ Adamo commendaret; At Patrum effata, quæ præfati Auctores transcribunt, facilè mouent, résque ipsa suadet, recreationis, plusquàm alicuius emolumenti gratia, & Adamum, & eius imitatos exemplar, seu meliori rationis ductu inspiratos Optimatum plurimos, pecuariam, agrorúmque scientiam amasse; Non igitur, modò ad iustam trutinam reuocemos, propterea iudicabimus, Canticorum sponsum regia minimùm gauisum esse auctoritate, quòd ad vineas exeat, pastorum requiescat specubus.

Hoc tamen sublato nodo, alio nos scrupulo 128.
molestant: nescimus quippe, Salomone imperante, fuisse sub ipso tributarios Dynastas cum purpura & diademate; atque, vt concedamus ex Gentilismo extitisse aliquos, quos genitor eius Dauid vectigal pendere coëgerit, sed Hebræi nominis aliquem, neque Biblia produnt, neque insignioris famæ Scriptor quisquam; at verò rem tanti momenti, & quæ Salomonis gloriam multùm eueheret, qui Salomonem nobis multa cum diligentia delinearunt, non occultassent; quòd si Regem fuisse concedamus, quamobrem genialem sponsæ traductionem Hierosolyma potiùs celebrandam maluerit, quàm apud sua regna? nam media ferculi traductorij charitate, constrauit propter filias Hierusalem, Respondeo, cùm Regem nominamus sponsum, Dynastam nos significare, qui ad imperatoriam auctoritatem propè accedat, quòd & purpuram gerere possit, & stipatores habeat, atque ciuitati prouinciæque alicui ius dicat; Nam huiusmodi fuisse plerosque veteris Monarchiæ Toparchas scribit Genebrardus in illud Psal. 34. *Qui percussit gentes multas*, &c. atque eo significatu Iosue cap. 12 pro-
Reges antiquitùs, qui vni, vel alteri vrbi præessent. Eccl. 7. Genebrard. Serarius. Plin. Strabo. Masius. Sanch. Maldon. ditum, superatos fuisse Reges vnum & triginta, nam, si imperij fines distenti essent, quo pacto tot sceptris Chananæorum sufficerent spatia non admodum ampla? Quare & annotauit idipsum ad præfatum Iosuë caput noster Serárius quæst. 2. probátque Plinij auctoritate lib. 6. cap. 9. Strabónis lib. 16. Masius ad 5. Iosuë. Gaspar Sanchez Prolog. 4 in Iob: Maldonatus àd illud cap. 2. Matth. *Magi ab Oriente venerunt*, Igitur, quamuis eiusmodi nulli fuissent Principes, Salomone dominante, ex Israëlitarum gente, qui eius potestate omninò absoluerentur; tamen feudatarios quosdam extitisse, creditu impossibile non est; nam super Reges habuisse imperium, planè testatur Regum 3. volumen, cap 4. vers. 24. Paral 2.
3 Reg. 4. 2. Paral. 9. cap 9. vers. 26. at dixerint plerique, paganorum gentium Rectores fuisse hos: verùm Hebræorum inter illos computari neminem, arduum fuerit probare: verisimiliora dicturi, qui asserant, ex Iudæis parem aliis cum Regibus fastum prætulisse aliquos, sed Regum non insignitos vocabulo; nam, qui apud Romanos Consules nomi-
Salomon Imperator fuit multos sub se Reges habes. Æmil Prob. Reges, & Duces, & Consules, & Tetrarcha de B. nantur, eosdem Carthaginensium Respublica Reges dicebat, quemadmodum retulit Æmilius Probus in Vita Annibalis: Sic Herodem Matthæus cap. 14. vers. 1. & Lucas cap. 9. versic. 7. Tetrarcham nuncupant, quem Marcus cap. 6. versic. 14. Regem appellat: Genes. etiam cap. 36. Esaü posteri nunc Ducum, nunc Regum titulis vocantur: Iudicum cap. 3. qui præerant

Matth. 14. Luc. 9. Genes. 36. Iudic. 3. 1. Reg. 6. Zachar. 9. Pineda.

quinque celebratissimis vrbibus Philisthæorum, quas numerat Regum lib. 1. cap. 6. vers. 17. sæpè dicuntur Satrapæ: Iudicúmque cap. 16. Principes; at Zachariæ cap. 9. vers. 5. Gazæ dominator Rex effertur; Sic igitur fortassè illi, quos Salomonis historia, aut Principes, aut Duces primos, similibúsve titulis exprimit, Reges extitere. Accedit ex Pinedæ nostri diuinatione Palæstinos solitos Monarcham singularem habere, qui auctoritate emineret supra reliquos imperatoria potestate fungentes, qui inferiorū Regum, & ius defenderet, & insolentiam comprimeret, si quando res postulasset, & publicum emolumentum; qualis sanè his temporibus gubernationis idea apud Iaponiorum insulas; sic ille n. 17. ad vers. 1. c. 1. Iob; coniectatur autem venustè ob hanc causam, Melchisedecum cap. 7. ad Hebræos vers. 2. interpretatum à Paulo *Regem iustitiæ*, quoniam is fuisset, qui minores Toparchias componeret, quoties in factiones distrahebantur; quo de argumento pulcherrimè tractat ad frontem cap. 10. Iosue. Montanus, Andreas Masius nostri, Serarius quæst. 2. in eum locum; Magallanius in Commentario; qualem fuisse Adonisedec Hierosolymorum Regem, de quo ibi memoria, existimant, ac pro suprema, qua fungebatur, auctoritate, conuocasse feudatarios Toparchas bello ingruente; Porrò huius tanti Imperatoris aulam superbam, ipsam extitisse metropolim Solymorum fortissimam arcem, quam etiam habitasse Melchisedecum multi grauissimi testes pronunciarunt apud Tenam difficult. 2. in cap. 7. ad Hebræos, propterea hanc dici ab Isa. cap. 1. vers. 21. *Ciuitatem iustitiæ*. de quo vrbis nomine citati paulò antè Scriptores affabrè, præsertim Arias, atque Masius; quo incomparabili titulo, tum demum condecoratā vrbem noster ad dictum Isaiæ locum opinatur Gabriel Aluarez, cùm subactis hostibus Dauid de Republica ordinanda sedulò cogitauit; tum quippe adimpleta illa, quæ de Sapientia prædicat Ecclesiasticus c. 24. vers. 15. *Et sic in Sion firmata sum, & in ciuitate sanctificata similiter requieui, & in Hierusalem potestas mea; & radicaui in populo honorificato*; Sed mallem isthæc ad Salomonis referri æuum; nam Dauidi quidem per bellorum irrequietos motus non licuit (vt demus sanè incepisse) firmare, quæ ad iustitiæ, & pacis stabilimē facerent; id verò Salomon, & ob acceptam desuper sapientiam, qua Rempublicam grauiter administraret, & propter longam regnorum malaciam, potuit conuenientissimè actuare; ergo illo, si quouis vnquam sæculo, iustitia, atque pax se inuicem exosculatæ sunt, altissimásque iecisse radices videbantur, cùm certè Sabæorum Regina exclamauerit Paralip. 2. cap. 9. vers. 7. *Quia diligit Deus Israel, & vult seruare eum in æternum: idcircò posuit te super eum Regem, vt facias iudicia atque iustitiam*, Iustitiæ igitur Rex Salomon, vti Melchisedech; quam non solùm in ciues priuatósque homines exercuit; sed etiam tanquam supremus Monarcha in Reges, prouinciarúmque Dynastas; auferens quidem acquisita possessoribus iniquis, profusus atque largitor erga optimè meritos, quibus purpuræ honorem facilè concedebat: vt de eius sapientia in rerum publicarum ordinatione apta, iustitiáque incorrupta ipse protulerit Prouerb. cap. 8. vers. 15. *Per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt: per me Principes imperant, & potentes decernunt iustitiam:* Ad hunc quippe Prouerbiorum locum alludere

Palæstinus supremus Monarcha super alios Reges, qui Rex iustitiæ dicebatur. Heb. 7.

Montanus. Masius. Serarius. Magall.

Hierosolyma Imperatoris Palæstinorū sedes. Tena.

Isa. 1.

Hierosolyma vrbs iustitiæ quare dicta? Aluarez.

Eccles. 24. *Verba elucidata.*

Pax & iustitia temporibus Salomonis. 2. Paral. 9.

Prou. 8.

Ecclesiasticum verbis antecedenter relatis arbitratur Iansenius; & cum relatione ad diuinam Sapientiam de creata posse construi monuit Aluarez in memoratum Isaiæ locum, & quidem vt Salomon proximiùs Christi referret dominationem, (est autem Seruatoris perfectissima imago, si qua alia inter veteris Instrumenti hieroglyphica,) debuit quemadmodum & generis nostri reparator esse Rex Regum, atque Dominus Dominantium: habuit itaque sub se regnorum Præsides multos non tantùm exterarum gentium, sed Hebrææ pariter nationis.

Iansen. Aluarez.

Iam, quòd non huius (si tantus extitit Princeps) mentio facta regnorum voluminibus, aut istorum Paralipomenis, causas assignauimus superiùs Prælocutione 3. Sect. 3. Subsect. 1. num. 84. nonnullam tamen lucem mutuari conabimur ex Regum tertio libro capit. 4. versibus 11. & 15. illis namque duæ Salomonis filiæ traditæ feruntur annonæ Præfectis; Taphet, videlicet, vxor fuit Benabinadab; Besameth autem sponsa nominatur Achimaz: ac sanè Interpretes meritò iudicarunt, Salomonem hunc clarissimum inter Israelitas habitum proindéque notata specialim horum coniugia Præfectorum, quoniam non indigni tanto socero visi; Et quidem eum fuisse Salomonem, qui Dauidici imperij successor extitit, qui non spreuit generum annonæ Præfectum, opinantur ad citatum 4. cap. Lyranus, Abulensis quæst. 6. Serarius, Gaspar Sanctius, & leuiter indicat Pineda lib. 7. de Salomone, cap. 11. num. 3. Sed omisso, quoniam vt has componant nuptias, coactos esse asserere nominatos Auctores per anticipationem loqui eum, qui Regum disposuit historiam; certè Præfectos illos ab initio dominatus habuit Salomon; non enim aulæ compositionem, quam tantoperè demirata est Sabæorum Regina in vltimam distulit ætatem; verùm à principio exorsus statim venustissimum Reipublicæ exemplar exhibuit; credibile equidem est officia distributa viris, quos præter rerum exactam notitiam ætas prætereà commendabat, vt non nimiùm exhausta, & viribus destituta, sed proprior tamen senectæ, quàm floridioribus annis tales autem cùm sub imperij Salomonici prologo extiterint, quatuordecim prætereà expectauerint annos, quo filiæ nubiles euaderent (vt concedamus natas Monarchiæ limine) fit albenti fuisse capite & barba, cùm virgunculas ducerent; At hoc molestum videtur, & alienum à prudentissimi Regis sapientia, iam dispares ætate coniunxisse: Insuper, peregrinum apparet, quemadmodum de Michol Saulis filia crebra est memoria, déque Dauidis gnata Thamare, non paginas etiam implere Salomonis feminea pignora; Sed illud penitiùs mirandum, cùm Paralip. lib. 1. cap. 3. quam reliquerit stirpem Dauid, quàm Salomon, aliíque Reges, ex professo declaretur, insertis etiam sororibus, nullam legi Salomonis prolem, excepto vno Roboamo; Quare hæc nos coëgerunt, vt coniectaremur, potiùs alium, quàm Dauidis hæredem fuisse Salomonem eum, cuius duas filias rei frumentariæ acceperint Præfecti: & quoniam eius multa fuisset auctoritas, ob viri claritudinem, mentionem factam ab Historico; sed nudum ipsius nomen, & prætereà nihil, aut de maioribus, aut de loco, quem in Republica occuparet, positum; quoniam ob familiæ, potestatis, rerúmque gestarum claritudinem notissimus

129.

3. Reg. 4.

An Salomon filius hæres fuit

Lyra. Tostat. Serarius. Sanct. Pineda.

1. Paral. 3.

tissimus erat, quem ne lippi ignorarent, de quali Scripturarum vsu perlegendos Ribera Præludio 4. ante minorum Prophetarum Commentaria, numero 9. Porò hunc Salomonem nostri Sponsi auum auguramur; tempus, noménque suadent: nam, vt probauimus Sect. 5. Subsect. 1. num. 80. Epithalamij huius argumentum incidit ad Salomonici regnatus annum vigesimumquintum, vel circiter; tum autem sponsum peruenisse monstrauimus ad integram pubertatem Subsect. 6. at verò Præfecti annonæ, cùm regere inchoasset Salomon, habuêre vxores Taphet, & Besameth. Fuêre igitur illæ sorores eius, quem nostri sponsi genitorem meditamur; qui grandiusculus factus aureo adhuc solium progerminante Salomonis æuo, quemadmodum germanæ viros, ipse lectissimæ coniunctus sponsæ recenti etiam Monarchię imperio, masculam ex ea tulit sobolem, cui aui nomen imposuit: Nam Hebræorum is fuerat vsus, vt exoticos contemnerent titulos, semper verò intra cognationem quærerent, vnde nuncuparent; quare Lucæ cap. 1. cùm Ioannem appellari Præcursorem mater significasset, monuêre ex cognatorum serie neminem extare, qui talis diceretur; nisi quidam insoliti euentus aliter coëgissent, vt frequenter in Heroum genitura contingebat; patris tamen, auorúmque memoriam conseruare præstantior cura apud eos; nam ex genitoris appellatione Ioannem nominare conati sunt, & id frequentissimum veteri Instrumento, nouóque non rarum, cognomenti loco patris supplere nomen, vt Iacobus Zebedæi, & Alexander Philippi, Iudas Machabæus, & similia: aui autem vocabulum prodit Scriptor Ecclesiastici, nam, cùm ipse Iesus Sirach diceretur, Prolusione auum suum Iesum etiam nuncupatum affirmat. Scio Octauianum nostrum doctè contendere, alium esse Prologi Inquisitorem à libri ipsius parente; sed etiam hunc ipse nepotem Iesu Sirach facit, & ab auo appellatum adstruit; Sic igitur sponsus ab auo Salomone vocatus etiam Salomon, qua nominatione an gauderet pariter genitor illius, incognitum nobis.

Ribera.

Salomō auus sponsi Canticorum de quo Reg. 3 cap. 4.

Luc. 1.

Hebræi cognatorum vocabula filiis imponebant, & imprimis, genitoris aut aui nomen.

130. An autem principali diceretur appellatione Salomon, an fuisset agnomen tantùm illius, facillimum non est statuisse; Sanè haud ineptè docuisse eos, qui verba illa Cantic. sexto capite, vers. 11. *Nesciui; anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab*, in sponsum referunt, si quis existimauerit, alterum vt tribuant nomen præter Salomonis titulum, oportuerit; dicunt illi morem suæ gerentes explanationi, cùm iam geniales epulæ cum cæteris nuptiarum spectaculis in occasum tenderent, proximam fuisse traductionem sponsæ, cùm finita connubiorum pompa, restabat solùm gloriosa catastrophe, nempe, vt ex Libani vastitate in domum mariti transmigraret, vecta ad ouationis & triumphi, eiúsque superbissimi æmulationem per Hierosolymitanas plateas, vicósque publicos; huius apparatus gratia venêre multis ex partibus, præsertim de metropoli, quadrigarum ingentia ministeria; concitati sunt populi ad insolitam equitatus multitudinem; rumore tandem ad Sponsam perlato citò relinquendam ab illa patriam, quam dulciter amabat: quanquam ipsam supra mortales omnes lætari conueniens fuisset, quoniam eius causa tanta instaurabatur celebritas: non potuit tamen non deiici femineus spiritus, sed neque doloris acerbitatem occludere valens, latentem ægritudinem prodidit, planè confessa, turbatam se, cùm gaudêre debuisset, *propter quadrigas Aminadab*, id est, sponsi, cuius illud erat nomen: fortasse autem Salomon propria illius erat appellatio, quam, dum circunciderétur, parentes imposuerunt: *Aminadab* verò deinceps à futuro aliquo vocatus est casu: aut è diuerso nomen ipsum primigenum Aminabad fuit? Salomonis autem vocabulum agnominis vice adiunctum, quoniam pater, auúsque sic nuncupati, vt integra appellatio extiterit, Aminabad Salomonis: idest, Aminabad filius, nepósve Salomonis: Hinc & cap. 7. initio, cùm Septuaginta, multique ex Græcia Patres efferant, *Speciosi facti sunt gressus tui in calceamentis, filia Nadab*; Hieronymus autem lib. 1. contra Iouinianum, Ambrosius de obitu Valentiniani, & de Institut. virginis, cap. 14. sermone quoque 17. in Psalmum 118. Cassiodorus, atque Matthæus Cantacuzenus ad memoratum 7. Canticorum caput, *Aminadab* legunt, quam non despicit lectionem Beda, cùm attendat ex Hieronymi officina depromptam esse; certè Vincentius Riccardus Notis ad Cantacuzenum, coniectatur, fortasse è manu Librarij excidisse, *Ami*: sed puto repositurum fuisset correctus Sixto V. Pontifice textus, si Librariorum incuriam iudicassent doctissimi Emendatores; An illud speciosius? nomina composita apud Hebræos nonnunquam integra, nonnunquam dimidiata efferri sub eodem significatu? Exempli causa, *Ierusalem*, compositum verbum, ex *Iebus*, vrbis habitatore, & *salem*, vt non nemo existimauit; aut, saniori ducta etymologia, à *schalom*, siue *salem*, pro pace, & *sereth* visionem indicante, Auctoribus Masio ad vers. 1. cap. 10. Iosuè: Salmerone tom. 1. Prolog. 42 §. *Simul etiam*. variisque ad cap. 7. Pauli ad Hebræos: & tamen sola vox, *salem*, quæ vltima pars est copulatæ dictionis pro tota ciuitate pronunciatur, vt cùm Psalm. 75. cantat Rex: *Et factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion*; Conspirant Psalmorum declaratores in Hebræis *salem* scriptum, pro qua vulgatus more non insueto suo significationem omisso nomine proprio vertit *pacem*, explicans, quod & Masius aduertit loco adnotato, & multi ex superioribus ad versum 1. cap. 7. ad Hebræos; quo versu etiam *salem* iterum apparet, quam Hierosolymam intelligendam plerique veterum, iuniorúmque maluêre; adi Iustinianum, atque Tenam: sic igitur & *Nadab* portenderit idem, quod integrum verbum, *Aminadab*: ergo iterum (inquiunt) emicat sponsi nomen: quippe maritum vxoris nominari patrem ostendimus Sectionis præcedentis membro 6. num. 115. sponsam itaque dici filiam Nadab, seu Aminadab; hoc est, eam vocari vxorem Aminadab: appellabatur proinde vir eius Aminadab, siue hæc fuerit principalis ei nomenclatura, seu ab euentu posita vox, seu alia forma. Nec tamen in his nos voluptuamur, quoniam satis fortia non iudicamus.

Sponsus Canticorum nomine fictum nomine vocatur: Ex Cant. c. 6 versus tum dicatur, & q. 7. initio.

Aminadab dictus sponsus Canticorum.

Hieron. Ambros.

Cassiod. Cantacuz.

Beda.

Regula: Nomina composita apud Hebræos etiam diuisa idem significant.

Riccard.

Ierusalem nominis etymologia.

Masius Salmeron.

Iustin. Tena.

Superest ex nodis vna tantùm particula: cur Hierosolymam delata ex Libano sponsa, & non potiùs in regiam mariti, eámque vrbem, quam ipse gubernaret? Respondeo, cùm apud Hierosolymitanas nurus fama inualuisset, sponsam nigram, atque subfuscam esse, vapularétque ob hoc sponsi honos, quoniam non contentus duxisse ignobilem, accepisset quoque informem, operæpretium existimasse amicos, vt ducerent 131.

Traductio sponsæ cur Hierosolymā facta.

Sionides,

Sionides, quàm mendax spargeretur rumor; arrisit adolescenti prudens consilium, decreuitque omnium aspectibus sponsam subiicere, vt cùm luminibus suis contemplatæ fuissent Heroides virginis stupendam pulchritudinem, desinerent aures faciles spisso commento præbêre; Hoc autem impossibile fieri, cùm jam nuptialis prætereuisset celebritas, nisi per traductionis gloriam; quippe exceptis hisce duobus casibus Hebræorum feminæ nunquam se palam conspiciendas offerunt, claustro & Gynecitide omnem ferè ætatem consumunt; ergo propter filias Hierusalem ferculum fecit sibi Rex Salomon ex lignis Libani, cuius argentea fulcra, reclinatorium aureum, ascensus ex meliori purpura: sed, cùm auus eius, genitórque ex primis supremi Monarchæ amicis, consiliariísque essent, Hierosolyma eos stabiles tenuit, cùm interim regnum per vicariam potestatem gubernarent, aliquando & inuiserent; Hic verisimilius est natum, educatùmque Epithalamij huius sponsum, vt propterea Hierosolymitanum statuerimus, ac sanè cùm in lucem editus paulò post adeptas à Salomone Imperij habenas, fortasse ex adolescentibus fuit, quos vnà cum Roboamo Salomonis vnigenito enutritos Regum declarat tertia Historia, c. 12. 8. his enim regna diuidere summis Imperatoribus mos fuerat, sic enim de Alexandro testatur Machabæorum primus cap. 1. vers. 7. *Et vocauit pueros suos nobiles, qui secum erant nutriti à iuuentute, & diuisit illis regnum suum, cùm adhuc viueret*; supremi igitur Monarchæ cùm à latere rarò discederet sponsus, commorabatur perpetuò ferè inter Hierosolymitanos; traducturus igitur sponsam in mariti ædes, in has maxime transferre oportebat, cùm hæc permansura & indeclinabilis statio futura esset; Denique traductionis cùm diceretur esse magnificus supra vsum apparatus, paucísque vel de Regum classe permissus, postulabat iure suo tanta pompa dignissimum theatrum, & talem planè circum, quale nouum opus platearum metropolis, quas post absolutas maiores fabricas mirando concentu, & proportione adaptauit Salomō; sed nec tantis sũptibus pares alij præter metropolitas spectatores.

Sponsus Canticorū Hierosolyma natus, & educatus, cum Roboamo Salomonis filio nutritus.
3. Reg. 12.
1. Mach. 1.

Sectio VII.

Quæ possederit loca sponsus? quos rexerit populos? qua tribu prognatus fuerit? Dimensio agrorum an æqualiter facta omnibus Israëlitis? quotuplex terræ Chanaan partitio? Quæ stabilia bona in perpetuum coëmere Hebræi poterant? Num vna tribus in alterius sorte possessiones habêre valuerit? Decem tribus ex captiuitate rediisse quomodò intelligendum? Ierusalem cum templo an ad tribũ Benjamin, an Iudæ spectaret?

132. QVando autem extra capitalem Imperij vrbem dixerimus sponsum regna sua habere, amplámque in multos populos exercêre potestatem, quæ tandem hæc terrarum regio, inquis? aut certè quod intra Palæstinam spatium? In primis habuisse insignem vineam non longè à suburbio Hierosolymorum, præstantior Interpretũ cohors deducit ex Cantic. cap. 8. vers. 11. *Vinea fuit Pacifico in ea, quæ habet populos tradidit eam custodibus*, &c. Septuaginta pro *Pacifico*, legêre, *Salomoni*, & appellatiuam vocem loco proprij nominis posuisse vulgatum omnes fatentur neoterici; Porrò & alterum in Hebræo contextu agnoscunt verbum, quod aut vrbis, aut certè alicuius agrorum partis titulus sit, nempe *Baalamon*, quã dictionem Iuniores etiam retinuêre, & noster Interpres construxit: *In ea, quæ habet populos*: strictissimè; *in Domino, seu possessore multitudinis*: Baal enim dominum, seu possidentẽ indicat; Iutaut verò ea, seu paraphrasi, seu composito verbo intelligendam, aut Hebræorum metropolim Hierosolymam, aut sanè glebam aliquam vberem, atque felicem prope Sionem, cuius angulum aliquem propter soli bonitatẽ cùm omnes penè ambirent, fuit vt innumeris seruiret possessoribus; hic igitur prope Hierosolymam insignem sponso contigisse portionem, qua amplissimam plantauerat vineam, auctores sunt Sotomaior Commentario integro, Notisque simul posterioribus Gislerius, Genebrardus Hebræos citans, Delrius Paraphrasten Chaldæum referens, Almonacirus, Mariana, Hortulanus hereditariam sponsi vineam fuisse dicens; Publius Nigidius, quam genitor illius tenuerit; atque certè tam vastam fuisse hanc sponsi possessionem, multi qui Epithalamium illustrauêre, existimarunt, vt dicerent, comparationem proponi citatis Canticorum versibus cum supremi vinetis Monarchæ, itaque initio sententiæ describi vineam sapientissimi Regis; Ab illis autem verbis, *Vinea mea coram me est, mille tui pacifici, & ducenti his, qui custodiunt fructus eius*, Sponsi, quæ eam superasse videatur, depingi vineam; nempe, ille, quemadmodum gloria & potestate eminebat post Imperatorem; sic illius vineta ad supremi Monarchæ vineam proximè accedebant. sed præter Hierosolymitanum fundum habuisse quoque in Libano voluptati, emolumentisque dicatos agros, subindicat frequenter Canticum; quippe secundo capite, vers. 12. *Flores* (inquit) *apparuerunt in terra nostra; vox turturis audita est in terra nostra*; Dicebantur verò hæc apud Libanum, quam sponsæ patriam docuimus Sectione 5. Subsect. 1. Sed sponsus *suam* quamobrem vocat *terram*? Sanè quia iugera multa possideret ibi; quibusdam locis constructo pomœrio cum hortis suis, aliis consita vinea; erant, & columbaria, & capratum, ouiúmque greges; dabant aluearia fauum distillantem, dabat myrrham odorifer collis; neque enim horum aliquid secum sponsa vexerat, cùm sæpè monstrauimus in paupertate natam, enutritámque; vineæ autem fuerunt illæ, de quibus eodem secundo capite, vers. 15. *Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas; nam vinea nostra floruit*: Rursum septimo capite, vers. 12. *Manè surgamus ad vineas: videamus, si floruit vinea*: Columbarij meminit item secundum caput, vers. 14 *Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ*, Cap. 5. vers. 12. *Oculi eius sicut columbæ super riuulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, & resident iuxta fluenta plenissima*: De hortis idem testatur cap. vers. 1. *Veniat dilectus in hortum suum, & comedat fructum pomorum suorum. Veni in hortum meum, soror mea*. Cap. 6. vers. 1. *Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum*:

Vinea excellens sponsi Canticorum prope Hierosolymam.
Cantic. c. 8.
Sotomaior.
Gisler.
Genebr.
Chald.
Almanac.
Mariana.
Hortulan.
Nigid.
Sponso in Libano monte plures possessiones.
Cant. 2.

Atque

Atque eius fortasse viridarium aliud, cap. 4. v. 13. cuius emissiones narrantur; *Paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus: Cypri cum nardo, nardus, & crocus, fistula & cinnamomum cum vniuersis lignis Libani*, Greges ouium, atque caprarum quibus sponsæ capilli assimilantur cap. 4. vers. 1. & 2. lac hortum cum fauo cap. 5. vers. 1. ibidem myrrha cum aromatibus, quam suis ipse manibus demetit sponsus, atque huius septi fragrantibus surculis comparauit dilectum sponsa, Cantic. 1. v. 17. *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi: inter vbera mea commorabitur*; Nam,

Huiusmodi nuptialia predia sponsæ, Canticorum.

quæ sibi euenissent bona per matrimonium cum Principe, gloriabunda deprædicat virgo, futuram, nempe, deinceps aromatiferi prædij dominam, quando & myrrhæ montem, & colles thuris habitura sit; quin & balsami copiam præbituros Engaddi palmites, quippe & Hierichuntini tractus partem occupare maritum illius; certè ita Sanchez noster cogitauit dotalem sponsæ vineam, quam viri dono acceperat, sitam valle Achor, quam Engaddi putat ad illud Cantic. 1. *Vineam meam non custodiui*, & non aliud quàm duo hęc Baalamon, ad ea cap. 8. verba: *Vinea fuit Pacifico in ea, qua habet populos*, &c.

Sanch.

133. Opponas; Vt hæc omnia sponsum concedamus obtinuisse, impossibile fuisse regia vt fulgeret auctoritate; quippe terrarum spatia æqua metatione diuidebantur inter Hebræos Exechiele comprobante cap. 47. vers. 13. *Hæc dicit Dominus Deus: Hic est terminus, in quo possidebitis terram in duodecim tribubus Israel: possidebitis autem eam singuli æquè vt frater suus*; Quæ est expositio Maldonati Cornelij, Sanctij vnum Monarcham excipientis, Pares igitur cùm essent vniuersi, aut omnes, aut nemo Rex; nam quo poterat crescere quorundam potentia, emendo ab aliis in perpetuum, illicitum venditionis talis genus; anno quippe Iubilæi postliminio ad veterem dominum reuertebatur oppignorata hæreditas, ne tribus ob possessionum indistinctionem confunderentur. Leuitici cap. 25. & eiusdem Exechielis cap. 46. vers. 18. Cùm igitur Canticorum sponsus pares cum reliqua multitudine fundos numeraret, absonum fuerit, dixisse regia eum excelluisse auctoritate. His satisfacio primùm, eam quidem sortitionem, de qua Exechiel, factam absoluta captiuitate, dimissisque ab Assyria Hebræis, cuius æqualem fuisse partitionem, vt nullus altero ditior euaderet excepto totius populi Duce si concesserimus, præsentem disputationem non impedit; modò enim sub Salomonis regno versamur; tum verò perstabat adhuc terrarum distributio sub Iosue facta hanc autem disparem extitisse, ita vt maiori inter tribus amplior cederet, aut certè potior regionis dimensio, probat Salianus tom. 2. anno mundi 2590. à n. 14. producitque ex Numerorum c. 26. versum 54. *Pluribus maiorem partem dabis, & paucioribus minorem*: fortasse quemadmodum copiosioris multitudinis ratio habita fuit, ita alia fuit lex nobiliorum, alia vulgi, vt illi plusquàm isti reciperent; Certè Hebron accepit solus Caleb, Iosue c. 14. v. 13. ipse dux Iesus, Thamath Saraa in monte Ephraim donatus est, & ædificauit ciuitatem, habitauitque in ea cap. 19. v. 50. Potuere igitur maiores sponsi, quòd strenuè in bello se gessissent, essentque ex primi ordinis hominibus, eam nancisci terræ portionem, quæ ad regium pro dignitate tuendum honorem sufficeret; Altera resolutio est, vt præbeamus, quamuis

Dimensio agrorum an æqualiter facta omnibus exstiterit. Ezech. 47.

Maldon. Cornel. Sanch.

Leuit. 25. Ezech. 46.

Duplex partitio terræ Chananææ inter Iudæos.

Salian. Num. 26.

Iosue 14. & 19.

illæ tribus, in quibus grandior numerus portiones ampliores recepissent, tamen has ipsas glebæ partes æqualiter distributas esse; ita, licèt diuersitas prædiorum extitisset, comparatis ad inuicem tribubus; sed nulla varietas collatis inter se eiusdem tribus hominibus; adhuc tamen potuisse vnum opulentia alterum excelluisse: Ac si de mobili, interituráque substantia sermo fiat, nemini dubium apparebit: nam camelis, asinis, bobus, caprarum, ouiúmque & præstantia, atque copia: ad hæc ancillarum, mancipiorúmque numero sic potuit quispiam aliis præcellere (omitto exquisitam Gazam pretiosarum mercium, vt meritò Rex censeri valeat: Verùm & adhibita immobilis substantiæ collatione idipsum facilè constabit: nam primogenitis duplicia adiudicantur, vt docet Abulensis q. 9. in c. 25. Leuitici: insuper canon ille positus memorato eodem Leuitici capite de possessionum ad antiquos dominos reditu, intelligendus de solis promissæ regionis terminis; extra hanc si quis emptione, aliove modo iusto atque legitimo agros adquisiuit, manebant perpetuum ipsi, vt aduertit noster Cornelius ad citatum Leuitici caput: Præterea de vrbana domo edictum excipitur: quippe tenor: *Qui vendiderit domum intra vrbis muros habebit licentiam redimendi, donec vnus impleatur annus: si non redemerit, & anni circulus fuerit euolutus, emptor possidebit eam, & posteri eius in perpetuum, & redimi non poterit etiam in Iubilæo*: Porrò vrbium nominibus concipit Tostatus q. 21. in c. 25. Leuitici, loca quæuis murata, siue iustæ, siue exiguæ granditatis, vt hac voce oppida quoque, & villas complectatur: Poterit ergo inter locupletes aliquis multis & ciuitatibus & pagis dominari: hæc verò Dynastam faciebant, quin & vnius magni oppidi imperium, vt velit Serarius q. 2. in c. 1. Iosue: Quid interim, si his adiunxerimus intra familiam eandem multas esse personas, quarum tandem tempus omnia absumens memoriam delet, deficiente posteritate, & plurium agri vnius fundi angustiis explicant deuoluta petentium hæreditate ad cognationem proximiorem? Denique & cumulatæ eruditionis, atque iudicij Annalistæ duo affirmare non sunt veriti, minimè obseruata ab Hebræis, quæ de restituendis anno Iubilæi oppignoratis bonis tradita sunt præcepta, sanè ante captiuitatem Babylonicam, siue ob auaritiam potentiorum, seu propter sacrarum legum despectum: quam ego insolentiam difficillimè crediderim passos fuisse Regum decora Dauidem, atque Salomonem, donec inculpatè rexit; habet tamen Patronos sententia isthęc Torniellum anno mundi 2584. n. 2. Salianum tom. 2. anno post conditum orbem 2544. n. 70. Quòd si hæc tam immanis licentia, & retinebat quisque semper illa, pro quibus semel pretium soluit: in promptu est existimare, quàm diuites esse potuerint, qui multa emere possent, & regale potuisse attingere fastigium.

Quæpiam in terra Israelitica vnus altero ditior euadere poterat.

Abul.

Quænam stabilia bona in perpetuum emere poterant Hebræi.

Leuit. 25. Cornel.

Tostat.

Serar.

Hebræi præcepta de restituendis oppignoratis bonis anno Iubilæi non obseruabant.

Torniell. Salian.

Verùm hac amputata hydria, altera pullulat: 134.
Nam ab suburbana Hierosolymorum plantata vinea, quam tantoperè laudauimus, ad tribum Iudæ spectabat, siue Beniamiticam: notum quippe est, metropolim inter has diuisam tribus, cuius partem vnaquæque obtinebat. Vide cæterorum (quorum non rara cohors) coaceruantem effata Tenam, Episcopum Dertusensem lib. 3. Isagogæ sacræ Scripturæ, difficultate 17. sect. 6. hanc igitur communem opinationem modò controuersiæ

tantùm

tantùm gratia sectantes, necessarium est affirmemus intra alterius duarum tribuum limites habuisse sponsum possessiones suas; at, cùm idem, quemadmodú cecinimus num. 131. Libano multa prædia obtinuerit, oportet, dicamus, hos agros ad diuersam à Benjamitica, Iudæve tribu, spectare; nempe, si de mótis eo iugo, quod cómune Libani vocabulum habet appropriatum, sermo sit, ad Nephthali; si de Antelibano, ad Asseritas; si de Galaad, ad Manassen, vt docebunt scire cupienté Adrichomij tabulæ; Iam ex his deriuatur manifestè vnum, eundémq; apud duas tribus possessiones habuisse: sed hoc absurdi plenum; nempe, memorato frequenter Leuitici c. 25. & Ezechielis c. 46. abalienare in perpetuú agros negatum fuit, proptereà ne confusis cuiusque tribus liminibus, confunderentur tribus ipsæ: eandémque ob causam vetita connubia inter diuersarum tribuú familias, ne delapsæ vnius tribus hæreditate ad alterius tribus hominé, indistinctio ipsarum tribuum inde sequeretur. Porrò tam cauta obseruatio, ne tribus permiscerentur, præter cómoda humanæ Reipublicæ, quam ordo, rerúmque separatio mirificè cómendat, in Christum Seruatorem præcipuè dirigebatur, nempe, vt eius certa genealogia constaret, & ambagibus liberarétur vaticinia, quæ ex tribu Iuda, Dauidisq; semine oriundú annunciabant: At hæc quoque enodabimus multiplici aperto tramite; Primum, si contendimus, recreationes eas, quas Libani, seu iucunda planities, seu erecti surgentiú terrarum deliciosi apices sponso commodabát, ad tépus vendidisse aliarum tribuú mortales, donec Iubilæi pacatissimus annus veterano possessori restitueret: nam, vt hoc asseramus, nihil demimus gloriæ spósi, cùm his attritis prædiis obtineret alibi quæ regium fastum decerent, vrbium, nemorú, villarúmque plurium dominus; Quoniam autem æstiua habitatio Libani, præter amœnitatem, salubrior quoque: nam ad Septentrionem positus mons Aquilonis flatibus temperabat nimios Phœbi ignes; & magna sub niuibus semper pars, vt plerique attestárur; proinde Optimates multi huc conuolare soliti post vernum solstitium, quem in scopum loca voluptatibus apta emebant in definitos, moriturósque annos, aut quidem, vt in longiora tempora, vsque in remissionis, & Iubilæi optata sæcula: Sic igitur faciebat sponsus de more aliorú Principum, & hæc vocandi illam glebam *suam* ratio, vtque possideret vineas cum pomœriis; nam perpetuus quamuis non esset dominus, habebat tamen ex consensu possessoris vendentis in aliquot lustra

Leu 25.
Ezech. 46.

Optimates Hebræorum domos e creationis in Libano adisgabant.

135. Si tamen perpetuò dominatum fuisse, velimus statuisse, erit vt defendere possimus: nam sanè ex Chananæis, qui Libani incolebát iuga, multi rebelles extiterát vsque in Salomonis æuum, cótra quos progressum fuisse illú, quos & attriuerat à nobis superiùs edoctú, Sect. 5. Subsect 1 n. 80. Putat verò Salian. tom. 3 anno múdi 3044. n. 4. deuictos hos anteà à Dauide, tributariósq; factos: cùm autem cernerét impeditum templi fabrica, regiarúmque ædiú operibus Salomoné, cogitarént que non intermissurum, quod cœperat vectigaliú recuperandorú gratia, eius se imperiis subtraxerút: ac ille quidé dissimulauit aliquantisper; postquàm autem finé ædificiis imposuit, debitas luere pœnas coëgit refractarios; Hæc equidé esto pars, Chananæis iure distributionis ad Nephthalim pertinuerit, Adrichomio, aliisque testibus, sed recuperare, aut noluerunt belli discrimina experiri timé-

Salian.

res victi à pusillanimitate, socordiáve: aut, quod æquius iudicare par sit, non potuerunt, quòd superiores extitissent per multa sæcula Chananæorum vires: cesserunt igitur iure suo tribui Iudæ, quæ duce Dauide, subque vexillis Salomonis, cùm potita fuisset debita patribus gleba, diuisit optimis militibus liberalis Imperator captiua iugera, inter quos cùm sponsi genitor, auúsque; forsan & ipse regnante Salomone contra hostes strenuissimè dimicassent, cessit pro tanta virtute ipsis, glebæ fortunata pars; Porrò potuisse de Ilceotia tribus Nephthali, verbi causa, tribum Iudæ occupata indebitè à Chananæis arua vindicare, & veteri iniusto possessore extruso, victrici cohorti distribuere; potuisse etiam, quoties in desperationem ventum fuisset, vt superare inimicum valerent Nephthalim, quamcunque aliam tribum pugnam cum hostibus committere, de quibus si triumphabant, vendicata oppida cum adiacentibus agris, cæteráque præda, non habenti titulum sortitionis, sed tribui cedebant, quæ eiecerat, fortunarúmque, & vitæ ob hoc periculum subierat; Vtrunque equidem Abulensis docuit quæst. 10. in cap. 18. Iosuë Magallanius ad versum 28. eiusdem capitis, sectione 2. annotat. 2. Quòd si opponas, Regibus non licuisse abalienare fuodos in perpetuum, si filiis non donassent, quippe Ezechielis cap. 46. vers. 16. scriptum: *Hæc dicit Dominus Deus: Si dederit Princeps donum alicui de filiis suis; hereditas eius filiorum suorum erit, possidebunt eam hæreditariè: si autem dederit legatum de hereditate sua vni seruorum suorum, erit illius vsque ad annum remissionis, & reuertetur ad Principem:* Respondeo, hoc impositum Monarchæ onos post eam Palæstinæ sortitionem, quæ excusso Assyriorum iugo, liberatóque Hebræorum populo, & reuerso ad patrios lares, facta est, vt & Textus illius capitis palam adsignificat, & eius Enucleatores passim testantur: nunc autèm ea versamur tempestate, quæ Babylonicam captiuitatem longè antecessit; nam Salomonis dominatum respiciunt; Deinde aliud est, sermonem instituisse de patrimonio Regis, iis, scilicet, prouinciis, quæ à maioribus transmissæ fuêre: aliud de his, quæ marte suo acquisiuit Princeps; iustum quippe est, ne paulatim labatur Imperatoria auctoritas per indiscretam munificentiam, ne de antiqua possessione abalienet quidpiam, & in cæteros profundat; Quas autem de nouo acquisiuit regiones, gentium semper mos fuit, vt reseruata suprema rerum omnium potestate Monarchis, iisdémque longè amplissima adiudicata parte duces quoque, & audacissimi quique milites præmia reciperent, distributis inter illos agrorum partibus etiá, vrbibus quoque cum portubus, & villis; hoc pariter licuisse Palæstinorum Imperatoribus; de quibus sponsi progenitores, cùm optimè meriti fuissent, receperunt egregia præmia, honores, agrorúmque iugera plurima.

Pars vnius tribus assignata promissa solutus, qua de causa poterat in alterius tribus potestatem transire?

Abul.
Magall.

Principi Hebræorum quatenus abalienare fundos licitum?
Ezech. 46.

Sed id, quod obiectio exploratissimum supponebat, non potuisse, videlicet, Hebræos, nisi inter suæ tribus viros, stabilem, duraturámque mansionem figere, non esse adeò certum, sunt quæ probent, legimus nanque Paralip. 2. cap. 11. post diuisum regnum Israël, cùm apud Solymitanos vigeret indubitata religio, non tantùm ex Sacerdotum genere multos, sed de laïcorum turba plurimos decem tribuum confugisse ad Roboamum, quocum tribus Iudæ, & Benjamitica; 136.

Potuisse tribum aliquã sedes fixas habere in possessionibus alterius tribus.
2. Par. 11. 16.

tica; Sacræ paginæ verba sunt: *Sed & de cunctis tribubus Israel, quicunque dederant cor suum, vt quærerent Dominum Deum Israel, venerunt in Ierusalem, ad immolandum victimas suas coram Domino Deo patrum suorum, & roborauerunt regnum Iuda, & confirmauerunt Roboam filium Salomonis per tres annos*; Porrò mansisse hos in perpetuum inter Iudæ, & Benjamiticæ tribus homines, nec vltrà reuersos ad pristinas, quas veri cultus gratia destituerant sedes, proptereàque in magnam potentiam creuisse Roboami dominatum, opinatur Abulensis quæst. 17. in dictum Paralipomenorum caput: Caietanus, atque Serarius ad cap. 12 lib. 3. Regum: Ribera in cap. 1. Oseæ, num. 100. Salianus tom. 4. anno mundi 3062. num. 1. atque decem tribuum aliqui, cùm dicuntur, Babyloniorum euasisse captiuitatem, patriámque vidisse tandem vnà cum duabus Iudæ, & Benjamin tribubus, quibus reuertendi potestas facta est; hos solùm intelligendos; quemadmodum à Roboami temporibus ante Assyriorum irruptionem, duabus tribubus commixti sunt, & eandem pugnæ aleam experti sub victoris hastam missi; ita reduce vtraque tribu illi quoque exoptatæ libertatis participes extitêre: sic Ribera loco iam indicato; Sanctius, atque Cornelius ad versum 12. cap. 8 Zachariæ; & quidem promiscuè iisdem habitasse vrbibus Iudæ atque Benjamin tribuum sensêre Mariana in cap. 11. lib. 3 Regum: Masius ad vers. 15. cap 18. Iosuë; Magallanius ad versum 28. cap. 18 Iosuë, sect. 2. annot. 3. ecce igitur tot annuentibus classicis Scriptoribus, potuisse Hebræos apud alienam tribum fixas habere sedes, proindéque sponsus, quamuis ex Iudæ tribu, poterat intra Nephthalinorum terminos prædia obtinêre, voluptatique destinata arua.

Abul.
Caiet.
Serar.
Ribera.
Salian.

Decē tribus, quæ post ex captiuitate rediere, intelliguntur.

Sanch.
Cornel.

Iuda & Benjamin promiscua habitatio.

Mariana.
Masius.
Magall.

137. At, inquis, hæc si dicantur, sequitur apertè, confundi tribuum nomina; non enim aliæ certiores notæ, quibus quæque discernatur, quàm ab auita hæreditate, atque ob hæc interdictum matrimonium inter feminam, cui vetus possessio obuenisset, maritúmque exteræ tribus; cùm enim viri nomen sectaretur posteritas, confundendæ erant possessiones, qua de re diximus plurimùm Anteloquij huius Sect. 1. atque 2. Fateor, grauem hunc esse nodum sed quem soluere debeant memorati omnes Auctores, certè & Interpretum vniuersus chorus; nam, si ea opinatio, quæ decem tribus nunquam remeasse defendit, sententia omnium ferè Expositorum, tam Hebræorum, quàm nostrorum sit iudicio Riberæ in commentarium Oseæ 1. caput, num. 96. rogatos cuperem tantus Assertores, quibus modis tribuum distinctio apud eos conseruata sit, cùm agros non haberent, quos nisi eiusdem tribus mortales, alij colere non possent? Sed vt fuerit captiuitas annorum quorundam solùm, & finem tandem aliquando acceperit, quibus modis tum apud exules discretæ tribus? Iam verò peregrinatione emensa diuersa extitit sortitionis facies captiuitate absoluta, atque priusquàm subiugarent Hebræos Assyrij; nam vetus dimensio, vt docebamus num. 132. inæqualis fuit pro maiori, pauciorive tribuum multitudine; quæ captiuitatem sequuta est partitio æqualia omnibus terrarum attulit spatia; Certè confuso antiquo limitum, agrorúmque ordine, vnde, obsecro, cognoscebantur tribus quæ fuissent, quando pristini deleti fuissent termini? Taceo extitisse sæ-

Ribera.

Tribuum diuersitas non ex possessionibus elicienda.

[1] *Sherlogi Anteloq. in Cant.*

penumerò scelestissimos homines, qui cùm Tartaro, capita, animásque vouissent, præsertim postquàm miserandam Idololatriæ religioni stragem intulit, quas semel emerant à tenuioribus possessiones, noluerunt Iubilæi annis restituere; immò ne Iubilæum aliquod apud apostatas, vanorúmque Deorum adoratores; Sanè his, vt erant non minùs superbi, quàm illiberales, tribus conseruandæ memoriæ diligentissima cura, quòd aliæ tribus alijs se præstare arbitrarentur; at tribuum signa indubitata agrorum limites esse non poterant, nam, vt dixi, infidelitate omnia diuina iura violante, Mosaici contemnebantur Canones, confundebantur passim fundi, siue à rapina, seu ab auaritia; alias igitur oportet omnes reperiamus notas præter agrorum distinctiones, quibus tribus separare valeamus, cùm inter legis sanctæ desertores, regularum, quas, auctore Moyse, Deus tulerat, nulla esset æstimatio; Sanè huius initio Isagoge Sect. 2 num. 14. templi adytis asseruari diximus apud Hebræos generationum Indiculos quosdam; hos consulere vsus erat, quoties de tribu, aut familia cuiusuis inciderat dubia & obscura quæstio; addebatur & traditio maiorum, quæ plurimùm valebat; erant & Annalium multi conditores: qui Optimatum præsertim, & præclariora gesta, & stirpis originem simul cum incrementis vendicabant à temporum iniurijs.

Tribus, quibus discernebantur modis apud Hebræos.

Ex hactenus autem disputatis subducere præstat, cuius fuerit tribus Salomonici carminis sponsus; ac quidem nisi Iudææ Metropolis Ierosolyma ex plurium sententia spectasset ad Benjamin, facilè potuissemus definire, cùm monstrauerimus amplissimas obtinuisse possessiones prope suburbia principis vrbis: Mihi verò primùm credibile admodum est id, quod Tostatus asserit quæst. 10. in cap. 18 Iosue, nobiscúmque affirmauit Magallanius eodem loco, sect. 2. annot. 2. iure quidem distributionis, sortiúmque pertinuisse ad Benjamin; sed iure prælij ad Iudam; cui non nihil fauêre coniectationi visus scholasticæ Magister Historiæ, capit. 14. in Iosue Carthusianus ad cap. 15. eiusdem voluminis; Nam certè tribus Benjamin ad eam paucitatem virorum peruenit, vt supra sexcentos homines non numerauerit, Iudicum cap. 20. vers. 47. & eadem, antequàm principatum iniret Saül minima tribus Israël. Reg. 1. c. 9. vers. 21. Probabile est igitur, hanc inter tribus infimam non fuisse ausam Hierosolymorum vrbem oppugnare; erat enim hæc ciuitas cæterarum in Palæstina caput, vt monet Iosue cap. 10. & monstrauimus superiùs num. 127. Igitur metropolim Iudæ tribus, quæ & multitudine, & viribus, bellandique eminebat arte, aggressa occupauit immunita loca; alioquin nisi hæc pars in Hebræorum potestatem redacta fuisset, Dauid Philisthæi caput in Hierusalem non tulisset, Reg. 1. cap. 17. vers. 54. temeritas enim extitisset per iuratos hostes ingredi; at, cùm Iudæ tribus omnibus belli præsidiis suffulta esset, non potuit tamen illa tempestate arce Iebusæum expellere; quid fecisset exigua Benjamitarum tribus? Deinde procedentibus annis Dauidis fortitudine capta est tandem & Sionis arx, Reg. 2. cap. 5. Atque in hunc modum conciliare expeditum est Scripturarum verba, quæ Hierusalem nunc Benjamino tribuunt, nunc Iudæ Iosuë cap. 15. cap. 18 & Iudic. cap. 1. vt, scilicet, ad vnam tribum sortium ratione 138.

Ierusalem, an ad tribum Benjamin, an potius Iuda pertinerit?

Abulens.

Magall.

Comestor.
Carthusian.

Iudic. 20.

Benjamin minima tribuum.

1. Reg. 9.

Iosuë 10.

1. Reg. 17.

2. Reg. 5.

Iosuë 15.
Iud. 1.

Ierusalem opera tribus Iuda vindicata.

ſpectauerit, ad alteram ex victoria; Sanè fortaſſe quoque ab initio, quemadmodum Iudas ſuppetias à Simeone poſtulaſſe legitur, Iudicū c. 1. v. 3. ita Benjamino auxiliares copias miſit Iudas, quibus Hieroſolymæ partem cùm ſuperaſſet, ſociis militibus conceſſit triūphalis vrbis habitationem, atque integrè cùm non ſubiugaſſent, de vtriſque affirmatum. quòd Iebuſæū expellere non valuiſſent; at poſteà imminuta Benjaminica tribu ad deletionē ferè, ceſſit vrbis adepta portio tota Iudæ, qui abſque conſorte in poſterū dominatus eſt; ad Iudam verò cùm Hieroſolymorū pertineret vrbs, prope hanc autem lautā poſſideret glebam ſponſus; inſuper & ad Iudam ſpectarent Engaddi colles, vbi idem balſami haberet prouentus, denique & ereptæ in Libano Chananæis regiones, vbi æſtiuas recreationes teneret, ſub Iudæ eſſent poteſtate; fit planè, vt cùm omnia, quæ poſſideret ſponſus, ad Iudæ attinerent tribum, ipſum proculdubiò ex regia hac fuiſſe tribu.

Sponſus Canticorū ex regia tribu Iuda.

139 Et ſanè, vt demus habitaſſe Benjamitas ciuitatis portionem aliquā, cuius Domini extitiſſent, puto hanc tam exiguam, deſpectámq; fuiſſe, ſi compararetur cum his, quæ Iudæ obtinuiſſet tribus, vt meritò ſola Iudæ tribus vrbis ampliſſimæ Domina nuncuparetur; quemadmodum certè collatis vtriuſque tribus viribus ſimul cum potentia, ſola Iudę tribus ſæpè memoratur, vt aduertit non indoctè noſter Sanchez ad c. 1. Michææ n. 25. ita Reg. 3. cap. 11. verſ. 32. *Porrò vna tribus remanebit ei propter ſeruum meum Dauid*, cùm tamen ex ſequenti cap. 12. conſtet Benjamin præterà manſiſſe tribum; quo tamen duodecimo capite, verſ. 20. ſurſum iteratur idipſum: *Nec ſecutus eſt quiſquam* (inquit) *domum Dauid præter tribum Iuda ſolum*; Declarat optimè idem Sanchez ad cap. 11. lib. 3. Regum, num. 23. nempe, Benjamitas, qui Iudæ ſe adiunxerant, & eius patrocinium exoptarunt, ſic attritos fuiſſe, in eámque paucitatem redactos, vt non tam tribus aliqua videretur, quàm membrum Iudaïcæ tribus, neque illud quidem ex grandioribus; fauent interpretamento Caietanus in cap. 12. lib. 3. Regum, Salianus tom. 4. anno mundi 3060. n. 29.

Tribus Benjamin ſub nomine tribus Iuda comprehenſa.

Sanchez.
3. Reg. 11.

Caietanus.
Salian.

Iudas igitur optima quæque poſſidebat, & intra Hieroſolymitanum vallum, & extra muros, ac proinde ſpatium illud tam fertile *Baalamon* vocatum, vbi ſponſus vtiliſſimam vineam colebat, omniſque populus angulum aliquē tenere ſummopere ob ſoli pinguedinem ambiebat, de quo nos egimus num. 131. ad Iudam ſpectabat; Nam, quòd eruditi multi ſtatuerint egregium ciuitatis ornamentum, templum, videlicet, Benjamino adſcriptum, Deuteron. cap. 33 verſ. 12. probauerint certè tantùm dioenſionis, & ſortium iure ad eum ſpectaſſe; cæterùm iuſtiſſimis poſteà cauſis in Iudaio tranſlatum; loquor de area (nam quis ignorat, fabricam minimè adortos fuiſſe Benjamitas?) Porrò locum ſtructioni deſtinatum emit Dauid Rex, non à Benjamiticæ tribus duce, priuatorúmque hominum aliquo; ſed ab Areüna Iebuſæo Reg. lib. 2. cap. 24. verſ. 16. & fortè hanc partem nunquam occuparunt Benjamitæ; nam capta iam Sionis arce, vrbéque tota ab Hebræis ſuperata, antiqua arua tenuebat Iebuſæorum, qui fuerat Toparcha, Areüna, aliàs. Ornan, lib. 1. Paralip. cap. 21. quoniam & Iudaiſmum amplecti, & vectigalia pendere voluit. Vide Salianum tom. 3. anno mundi 3017. num. 33. hic igitur in monte Moria potiſſima ſacris altaribus ſedes Paralip. 2. cap. 3. verſ. 1. locus alter, à quo templo nonnunquam nomen, quemadmodum Machabæorum 1. cap. 4. verſ. 37. Sion, Non diſputo modò, an totum ſibi vendicauerit montem; docebit Villalpandus tom. 3. parte 1. de vrbe, lib. 1. cap. 8. Sane Iebuſæis non alius, quàm Dauid ex tribu Iudæ eripuit: tantò igitur præſtantiùs Iudæ templum adſcribitur, quantùm eius & pecunia, & ſanguine redempti montes duo Moriæ, atque Sionis: quare Pſalmodus oda 77. verſ. 68. pangit: *Sed elegit tribum Iuda, montem Sion, quem dilexit: & ædificauit ſicut vnicornium ſanctificium ſuum in terra, quam fundauit in ſæcula.* Quorum verborum communis enodatio, templum ad Iudæ pertinuiſſe tribum; ergo ex nobiliſſima, & imperatoria tribu decebat, ſponſum caſti Hymenęi fuiſſe, quòd ad amuſſim Chriſtū IESVM, qui in diebus carnis ſuę ex eadem prodiit tribu, referret.

Templum Hieroſolymitanum quo more ad tribum Iuda ſpectare dicatur?

Deut. 33.

2. Reg. 24.

1. Paral. 21.
Salian.

2. Paral. 3.

1. Machab. 4.

Villalp.

Pſalm. 77.

ANTELOQVIVM VI.

Præcedenti Iſagogæ tractata ethicis condecorantur excurſibus.

NONDVM nobis finita meſſis, quanquam in ſuperioribus metendo operam dedimus non perfunctoriā, neque ſudoribus liberā; ſed fuit illa ſeges ingenij tantùm, & ingrata ob ardentioris diei pondus, atq; æſtum; nunc voluntaris, & affectuum mitior inuitat labor; duplicem producunt ſpicā arua noſtra, & bis grauida fruimur gleba; litteræ falcem abſoluimus; vicimus grauiora; accingamur ad iucundum, quod ſupereſt, myſticæ frumentationis opus, & auſpicemur, (quemadmodum hactenus fecimus) ab ea, quæ Panem vitæ dedit ſæculis, cuius venter, nullo quamuis aratro proſciſſus vnquam, *aceruus tritici vallatus liliis.*

SECTIO I.

MARIA *ob hoſpitium, & quò ſe Dei Filium* IESVS *probaret, animâ, & corpore in cælum tranſlata.*

I. MVLTÆ *filiæ congregauerunt diuitias, ſed tu ſupergreſſa es vniuerſas*, ô Sponſa; viciſti planè felicitate magna, & incomparanda feminas omnes; quippe cæteræ virgines, cùm in maritorū poteſtatem tranſeunt, animū non mutant, vt concedamus nonnunquam fortunam, genúſque permutare; quoties, ſcilicet, quæ pauper & obſcura extitit, ditiori coniuncta eſt; Quòd ſi aliquando contingat, & religionem, moréſque reformare; ſed tunc neque opum, neque nobilitatis pariter incrementa venêre; tibi acceſsêre coniunctim, & corporis, & animæ bona, neque ea mediocria quidem; Qualis ante huius ſponſi thalamos æternum colendos tibi memoria dulciſſima? Stemmate ex media plebe, ſubſtantia

Prou. 31.

Iſti

Iri soror, officio rudis, & abiecta; mente autem denigrata, sicut tabernacula Cedar, adorabas quippe militiam ætheris cum ducibus, Sole, & Luna, eráſque deformis, Antiſtes in ſacris ſtirpis; Docuimus hæc vniuerſa antecedentis controuerſiæ Sectione 5. per eius plurimos articulos: Nunc oblitteratæ priſtinæ ſordes, & ne veſtigia remanſere vulnerum: abſterſit familiæ dedecus ſponſus, qui præclaram fecit matronarum ſociam, honore, ſubſtantia, voluptatibus fruentem; Tu animæ næuos abſtuliſti, cùm damnata impiorum Numinum ſuperſtitione, Deum Iſraël elegiſti, cui ſeruires in ſanctitate, & iuſtitia. Ergo quando, & corpore, & ſpiritu triumphatrix, ſupérque omnes euecta ſponſas, Reginæ noſtræ gloriam referre poteris; Sed eò beatior MARIA Deipara, quam non ex luto fæcis extraxit dilectus; ſed præſeruauit miſericors, ne vel leuiſſimè, aut anima, aut carne contaminaretur: Igitur, & ſpiritus nunquam vidit corruptionem aliquam, qui ipſo primo inſtanti quo creatus eſt, ſupra Angelorum, hominúmque iuſtorum ſpeciem pulcher enituit; Caro autem, quáquam in ſepulcrum deſcendit, quemadmodum & filio contigit etiam; ibi tamen refloruit magis, atque animam eùm citò recuperaſſet decorauit eam tanquam veſtitu deaurato, copulatiſque, & mente, & corpore, cùm tota ſic refulgeret, vt in ſtuporem conuerteret Angelorum cohortes, delata eſt ad ſolium interminandæ gloriæ, iuſſáque adſtare à dexteris eius, quem amauit circumamicta varietatibus cum ſumma poteſtate.

Spiritus Mariæ quàm purus à primo instanti ſuæ creationis.

2. Atque equidem MARIÆ honores ſponſa repræſentauit, cùm & ſpiritu & corpore ipſa locupletata, ſed, quoniam fœda extitit, antequàm detergeretur, mutuemur à Suſanna pudica aptiorem ideam: quid enim inimica intentauit vis? num vnam vt ſubiret mortem? Certè & menti, & corpori laqueum tetendit hoſtis efferus; quippe animam commaculare primùm aggreſſus, cùm adulterio ſupra ſeminam meliori robore reſtitiſſet, & laſciua ſenectus ſtrenuè repelleretur, conuertuntur iræ in ipſum, quod deperierat corpus: verùm excitauit prouidus rerum gubernator Deus ſpiritum pueri iunioris, Danielis, ſcilicet, qui à faucibus mortis eripuit longiſſima dignam vita mulierem. Itaque non è morte quidem ad vitam reuocata illa; ſed ne periret prouiſum; non damnum, aut corpore, aut ſpiritu admiſit aliquando; ſed ne reciperet cautum; Sed audiamus Cypriani encomium libro de bono Pudicitiæ: *Bis victrix* (inquit) *& in periculo ſuo tam funeſtè conſens concepta, & libidinem euaſit, & mortem.* Venuſtè appellauit: *bis triumphatricem*; quæ, nimirum, ex duplici aduerſario ſpolia reportauit; corporis ſubiugauit hoſtes, pariter & mentis, antequàm læderetur; Ad hunc modum, & ipſa ouans progreditur cœleſtis Regina, innixa ſuper dilectum, ornata monilibus, quam circundant ſicut dies verni flores roſarum, & lilia conuallium; nempe, putauit Satan, hanc eſſe tanquam vnam de ſtultis virginibus, & gauiſus eſt, quoniam cùm conciperetur, animam culpæ mors, quæ tranſiit ab Adam, occuparet; atque ita exultaret in poſterum MARIAM quoque ſibi aliquando ſubditam: ſed deceptus eſt nequiſſimus ſcurra, quoniam non pro hac virgine lex illa lata fuit, quæ Adamum cum nepotibus comprehendit; Hac igitur ſpe deſtitutus Tartarus, cùm animæ arcem expugnare nequiret, neque tantillum inficere, conſolabatur ſuper carnis corruptione, & conflabat legiones ex verme & putredine; in hoc quoque deluſus eſt: Ergo MARIA, quaſi altera Suſanna, *bis triumphatrix*; quoniam, & anima peccatum vicit, & caro immortalitatem induta eſt, quam debebat honori ſuo Filius, debebat matris hoſpitio.

Cypr. Suſanna propter eminentem pudicitiam vera Mariæ Idea.

3. Sibi quidem debebat Gnatus, ne ſi caro MARIÆ corruptionem paſſa fuiſſet, non crederetur Chriſtus Domini, Altiſſimi Filius eſſe; aut certè de hoc ſuſpicio oboriretur; Bis amiſit vxorem Abraham, & vtrobique dominata tyrannis ob nimiam Saræ pulchritudinem: ſuſtulit primùm Pharao Ægypti Dynaſta, Geneſ. cap. 12. deinde Abimelech, Rex Geraræ; atque illa ſemper quoniam ſub protectione Dei cœli morabatur, incõtaminata euaſit, profuitque marito, quod contumeliam, & dolorem allaturum videbatur: Sed id permouit legentem, quòd ſacro Hiſtorico curæ fuerit aduertiſſe, ab Abimelecho minimè læſam fuiſſe: *Abimelech verò* (ait cap. 20. verſ. 4.) *non tetigerat eam*, cùm de Pharaone ſimile nihil protulerit: atqui potiùs monendum apparebat, modò eiuſmodi aduertentia Saræ honori conſultum volebat: tum, quòd Ægyptij cumplurimis vitiis impliciti, libidinibus dediti fuerant ſupra alias nationes; tum, quòd Sara eo tempore adoleſcentior eſſet, ac formæ maior venuſtas plùs ſtimularet: Dabo quod Theodoretus reſponderit quæſtione 62 in Geneſim: *Sara* (aſſerit) *tunc erat paritura Iſaac: ne igitur ſemen Abrahæ ſuſpectum eſſet, manifeſtè declarauit Scriptura diuina, quod Abimelech illam non tetigerat:* Igitur, quòd Saram à Principe non fuiſſe violatam referatur, non tam ipſius cauſa pronunciatum, (alioquin & de Pharaone idipſum dici oportebat,) quàm naſcituræ prolis gratia: videlicet, ne ſuſpicandi non eſſe ex Abrahamo prognatam, anſa daretur: Verùm, vt id contingeret, nónne illuſtris ſatis Iſaaco genitor, Rex nempe, Abrahamo multò potentior, qui Geraræ iura dabat Abimelech? Sanè Iſaac Chriſti typum geſtabat, eúmque perfectum, ſi quis alius in toto Fœdere antiquo: vt igitur ſignificaret, quàm liberam à corruptione Genitricem volebat eſſe? ne cogitari quidem, vel de ea matre, quæ tantùm typum, imaginémque eius geſtura eſſet, ſuſtinuit: ratus, ſi opinarentur virginem ab omni corruptione non fuiſſe præſeruatam, ſiue animæ, ſeu corporis, venturos in ſuſpicionem, non Abrahæ, id eſt, Dei Filium fuiſſe, quem peperit: ſed communem cum cæteris mortalibus ſobolem: Filij itaque omninò intereſt, ne MARIÆ carnem expertam eſſe corruptionem exiſtimetur.

Geneſ. 20.

Theodoret. *Cur Saram potiùs ab Abimelech quàm à Pharaone intactam Scriptura meminerit?*

4. Atque, qualis Moyſi cura, vt ſollicitè aduerteret, nihil iniuriatum Saræ corpori ab Abimelecho illatum: talis in Matthæo diligentia, ne ventura ſæcula intelligerent aliud, quàm nouum fuiſſe Seruatoris buſtum: *Et accepto corpore Ioſeph; poſuit illud in monumento ſuo nouo, quod exciderat in petra.* Matth. cap. 27. verſ. 59. Alij Euangeliſtæ, Lucas, & Ioannes, prætereà addiderunt: *In quo nondum quiſquam poſitus erat*; Intueor planè hæc ordinari vniuerſa, vt conciperemus ſepulcrale marmor, quod crucifixum exceperat Redemptorem, virgineum extitiſſe, & purum, vndequaque nitens, & à vermium, putredinis, omniſque corruptelæ ſuſpicione liberum; Quorſum de his tam accurata animaduerſio? Quid ſi inter putreſcentia cadauera locaretur

Matth 27.

tur Dominica caro? Plúlne hoc, quàm quod idem Seruator cum latronibus, & sceleratis connumeratus sit, & in cruce pependerit liuidus totus? qui sic neglexit carnem, dum viueret, cur mortuus de eadem tam solicitus, & in primis, quę corruptionem afferre valeant, omnia studiosè vitat? proptereà nec monumenti nouitate contentus, posuit in corde Iosephi nobilis Decurionis, vti sindone munda inuolueret defunctum corpus; posuit & in corde Nicodemi, vt ferret mixturam myrrhæ, & aloes quasi libras centum: Sanè lapis ille sepeliendo Christo dicatus Genitricem eiusdem eximiè imitabatur; dico manifestiùs, futurum erat bustum illud quasi secunda mater Christi; nónne enim visceribus clausum habuit, quemadmodum & Virgo intemerata? Nónne vitæ restituit, sicut ipsa in auras protulit? Si nimius vobis videor, quòd vtero MARIÆ audeam comparare, intuemini Ambrosium, & præferentem quoque sermone 48. de sepulchro Domini: *Gloriosior ista est* (inquit) *quam illa natiuitas; illa enim corpus mortale genuit; hæc edidit immortalem; post illam natiuitatem ad Inferos descendit: post hanc remeauit ad cælos. Religiosior planè ista est, quàm illa natiuitas; illa enim totius mundi Dominum nouem mensibus in vtero clausum tenuit; hoc autem triduo tantùm tumuli gremio custodiuit; illa cunctorum spem tardiùs protulit; hoc omnium salutem citiùs suscitauit*: Ergo, si Christo tanta, tam ingens cura pro sepulcri incorruptela, atque vt in eo nihil non nouum, non iuuenescens & vetustatem, defectúmque abhorrens eluceret, idque quia Genitricem æmulabatur; eam proximiori similitudine referebat; non arbitramur, & veræ, atque indubitatę Parentis zelarit iuuentam, incorruptionem? multis in figura præseruanda, & permiserit, veritatem ipsam, Matrem, quam sepulcrum adumbrabat, vermium fore pabulum, putredini obnoxiam esse? Igitur, qui in cæteris despiciebat corporis curam, de cadaueris loculo admodum studiosus, vt incorruptus esset, quoniam secunda ei Mater futurus; videretúrque non satis se Dei Filium probare, aurem sam maligoę suspicioni exhibere, si quæ diceretur quouis modo Genitrix illius, ea corruptionem, & defectum passa fuisse cogitaretur.

Christi sepulcrum, velut secunda ipsius Mater, nouum & quasi virgineum esse debuit.

Ambr.

5. Gnatum imitata Mater, & ipsa sollicita, quis defunctæ cadauer exciperet locus; Vide, quæ fuerunt morituræ verba apud Damascenum de dormitione Deiparæ: *In manus tuas, fili, (ait) commendo spiritum meum, suscipe tibi charam animam, quam conseruasti alienam ab omni reprehensione: meum corpus tibi trado, & non terræ, custodi saluum, quod tibi placuit habitare*; Ac, quanquam in hac oratione illud mirandum, quod præter communem ordinem Virgo noluerit corpus telluri commendare; placet tamen potiùs examinasse, quando sic maluit terram respuisse, quæ susciperet frigida, & exanguia membra; quamobrem non saltem Apostolis, qui obeuntem circundabant è terrarum finibus delati, non charo Ioanni suo sepulturæ laborem imposuit? quid memoro laborem? dulcissimum solatium magis? Quòd si mortalium nemo tanto ministerio sufficiens, ne ipsi quidem Principes Ecclesiarum Christi discipulatus, obsequuti fuissent lubentissimis animis, hilaritate maxima Angelorum præcipui; quid est, quod omnes excusat, & de filio solùm confidit? Equidem discessuri ex hac vita in mansionem æternitatis, quodcunque illud est pignus, quod vnicè dilexerunt, amicissimis delegant; & de quibus diligentissimam habere curam optant, iisdem onera imponunt; MARIÆ autem nihil vnquam fuit tam antiquum, atque Filij, & honor, & fama; in Filio verò id præstantissimum, Deo, scilicet, esse genitum; ad hanc conseruandam gloriam proficiebat summoperè patere vniuersis, ex ea Genitrice editum fuisse, quæ nullam corruptelam, aut corpore, aut spiritu admiserit, (non enim de puro homine simile quippiam à sæculorum initiis pronunciatum.) Huius incorruptionis restabat vltima periodus, (nam cætera adimpleta fuerant) nimirum, si cadauer à putredine, & vermibus saluaretur; hanc ergo periodum, à qua reliquorum pendebat consummatio, Filio singulariter commendat; neque ideò, quòd de Apostolorum erga se fide, aut de Angelorum obseruantia dubitaret; sed, quoniam ab hac periodo, nempe, à corporis immortalitate, qui rebus omnibus charior erat Filij honos, dependens; Tuum interest, ô Gnate, meum vt incorruptionem induat corpus; sic probabere Deo genitus, cùm ideò à corruptione seruaueris Matrem, quòd ex ea desumpta sit caro, quæ Diuinitati vnita fuerit indissolubili nexu; hoc mihi nihil iucundius accidere queat, quàm vt omnis lingua confiteatur, te Deum verum esse de Deo vero; Quando igitur res tanti momenti sit, non Apostolorum cuiquam, non ex sanctorum Spirituum cœtu alicui, sed tibi ipsi commendare æquum iudicaui.

Maria quàm filio sic corpus suum ab incorruptione seruandũ filio commendaris.

Damascen.

6. Debuit igitur Filius sibi, vt Mater corpore simul, animóque ad immortalitatem resurgeret; debuit pariter & Genitrici, cuius hospes fuit per nouem menses; vendicat sibi hospitalitas iure quodam tantum præmij; neque id, quod omnium est, qui ad hospitium admittunt, conueniens fuerat Genitrici negari; Ostendamus breuiter, hospitio concessum istud; tunc demum patebit, & Virgini Deum eniaæ tribuendum: Hospitabatur, quoties per Sunam transiret, apud Sunamitidem Eliseus Propheta; neque absque religiosæ feminæ commodo; nam & tandem, quod votis omnibus desiderabat, eius precibus mascula sobole potita; sed breue fuit gaudium miseræ; nam ante absolutam pueritiam discessit: Lacrymabatur super defuncti vultus inconsolabili planctu, miscebátque amaram singultibus querimoniam, & lassata demum, *Ascendit, & collocauit eum super lectulum hominis Dei, & clausit ostium*; Quamobrem in Vatis thalamos signanter mortuum infert? Non in suum cubile potiùs mitteret, non in nutricis, aut domesticorum? Verùm sapienter femina; inspirabat menti enthea aliqua vis, hospitalitatis mercedem vitam esse, déque morte triumphum: ergo cubili hospitibus dicato prudenti cõsilio reposuit, arbitrata fore, vt hospitalitatis beneficio ad halitũ reuocarentur frigentia mẽbra: neque decepit fiducia; animam hospes Eliseus ad artus secundò traxerat: Theodoretus quæst. 16. in 4. Regum, cap. 4. *Quia experientia didicisset, per Propheta virtutem sperauit etiam fore, vt puerum mortuum suscitaret; nam, cùm in Propheta lecto collocasset mortuum, clauso ostio ad eum profecta est*, &c. Hoc autem cuiusque hospitio vniuersim quasi annexum monstrauimus, probemus specialiter illis debitum, quorum IESVS hospitium aliquando intrauit.

4. Reg. 4. 21.

Hospitalitatis merces, vita.

Theodor.

7. Occurrit verò in primis, cur eo, quod celebre est à Christi hospitio Luc. capit. 10. Euangelio,

cùm

cùm recenſeantur ſorores duæ, Martha, atque Maria, non etiam germani aliqua fit memoratio, Lazari, nimirum? Ac dicunt vulgariter præclarè quidem, cùm Lazarus peccatorem repræſentet, neque tantùm vt nominaretur æquum fuiſſe, vbi MARIÆ nomen reſonat, quæ omni tempore à quouis delictorum genere immunis: Citatur Bernardus ſermone 2. de Aſſumptione; nam immiſſa eadem quæſtione reſpondet: *Arbitror ſanè, ne id quidem à propoſita ſimilitudine diſſidere: virginalem etenim domum ingredi volens Spiritus, ſiluit non incongruè pœnitentiam, quæ malum vtique comminuitur; abſit enim vt proprij quicquam inquinamenti domus hæc aliquando habuiſſe dicatur, vt in ea proinde ſcopu Lazari quæreretur*; Ego verò putauerim, & in hoſpitij quoque gratiam aliquid dici poſſe; nimirum, Lazarum, cùm in monumento ad quartam lucem iam fœteret, reſolutionem humanæ compagis eam, quæ ſepulchro accidit, indicare: cùm autem, quibus IESV hoſpite frui conceſſum ſit, eos immortalitas maneat, atque incorruptio, noluit Euangeliſta ſermone, qui Chriſto factum declarabat hoſpitium, illius mentionem obtrudere, qui corruptioni obnoxius extitiſſet; adeò, non res ipſa tantùm, ſed vtique vel verba de hoſpitio corruptelam abigunt, vt ſola regnet immortalitas, vbi IESVS admittitur ad conuictum.

Nulla mentio peccatorum, vbi ſermo eſt de B. Virgine.

Bernard.

8. Atque hinc aliqua illius quæſiti enodatio, cur, ſcilicet, magiſter inter cæteros diſcentes vni Simoni *Petra* impoſuerit nomen? Neque indagatio eſt, quòd de ſuis vocabulis huic tantùm conceſſerit (quanquam hic eximius honor fuit:) verùm ita oportebat ex Præceptoris nomine appellari, qui ſubſtituebat pro Magiſtro; ſed, cùm multis modis vocaretur Chriſtus, quamobrem inter nominum acervos delegit ſpecialiter dictionem, quæ firmitatem indicaret? atque tam ſolidam, contra quam nec portæ Inferi præualerent? Sanè ad Petrum diuertere ſolitum Redemptorem, ſeu mari, ſeu terra poſitum, Euangelia teſtantur: nam, cùm in oppidis verſaretur, *Surgens de Synagoga introiuit in domũ Simonis.* Lucæ cap. 4. verſ. 38 Et ad maritima progreſſus, *aſcendit in vnam nauim, quæ erat Simonis, rogauitque eum, à terra reducere puſillum*, eodem narratore Luca cap. 5. verſ. 3 Iam & petra incorruptionis ſymbolum refert; idcircò cùm rogaret Iſaïas mitti Seruatorem ſæculorum, cuius Genitrix in partu illæſa atque incorrupta maneret petiuit emitti ex petra deſerti Agnum dominatorem terræ; & Chriſto, cuius cadauer ſanctum non erat viſurum corruptionem, in petra excauatum ſepulcrum; Quando igitur eorum incorruptio merces, qui IESVM ad ſua admiſerunt tecta; Petrus verò, & ſolo, ſalóque habuerit hoſpitem, donandus erat eiuſmodi præmio, quod ſecum quandam immortalitatem allaturum eſſet; proinde cùm de nominibus ſuis conferre aliquod ſtatuiſſet, delegit ex pluribus illud maximè, quod durationem, æuúmque magnum denotaret, inde & Petram appellauit: *Tu es*, inquiens, *Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ Inferi non præualebunt*, &c.

Luc. 4.

Nomi incorruptionis Petro impoſitũ ob Chriſti hoſpitium.

9. Multis fletibus proſequutæ extinctum Lazarum fratrem Martha, atque Magdalena: quòd ſi tam ardens in defunctum amor, cur non ſtatim ac earum limina tetigit IESVS ad eius genua prouolutæ, eiulatu, & ſingultibus pro germani reſurrectione ſupplicant? Pudétne Mariam, quoniam Hieroſolymitanæ nurus circundant, ne vltra decorum prodiiſſe aſſeratur? Sed dilectio ſincera aulæ non irretitur ſuperſtitionibus; neque, vt amori placeat, cæteris diſplicere curat; fuit, cùm illa impigrè amoris æſtuaret incendio, & tum oblita, quid homines garrirent, ipſas inter epulas Præceptorem interpellare non deſtitit, ſoluit & crinales vittas, ſubiecitque optimum capitis ornamentum veſtigiis Soteris: ardebat planè tunc; nunc tam altum in germani nece ſilentium demiratus Bernardus de gradibus humilitatis gradu 12. ad vtramque ſororem: *O ſanctæ mulieres* (inquit) *ſi fratrem amatis, cur Chriſti miſericordiã non flagitatis?* Ac ſanè Martha fatetur palam. *Scio ſo, quia quæcunque popoſceris à Deo dabit illi.* Ioan. cap. 11. verſ. 25. Si igitur hoc nouit, cur non obteſtatur, vt Patrem roget, Lazarúmque è monumento extrahat? Forraſſe quidem omiſſa à ſororibus huiuſmodi poſtulatio quaſi ſuperuacanea: nouerat Chriſti illud eſſe hoſpitium, IESVM verò nihil intra ſui hoſpitij cancellos permittere, quod corruptioni affine ſit; rogandus itaque Redemptor fuit, vt hoſpitium intraret quidem, proptereàque miſerunt ad eum nuncium; ſed eo ſemel intra limina recepto, non erat dubium, procul omnem corruptelam abigendam, ac ob id pro fratris ſuſcitatione à ſororibus non eſt poſtulatum.

Bernard.

10. Sed, quid mirum, ſi verus IESVS à morte, & corruptela eximit, quando eius ſola repræſentatio idipſum præſtat? Hierichuntem expugnaturus Ioſuë, ſeuerè edicit militibus, ne quæ corda tangat miſeratio, ſed aduerſus vniuerſos ſæuiat victor gladius, vna excepta, neque ea honeſtiſſima femina, meretrice, nimirum, Rahab: *Sitque hæc ciuitas* (ait) *anathema, & omnia, quæ in ea ſunt, Domino, ſola Rahab meretrix viuat*, Ioſuë cap 6. Nihilne in opulenta copioſáque vrbe Ducis clementia dignum præter mulierem ſcortatricem? Vide. Imperator, ne ſi hanc libidinibus infectam ſerues, dicaris, ſuperaſſe quidem inimicos, ſed à venere edomitum! puderet Ethnicum talia ſpolia Ducem retuliſſe, nedum Hebræorum caſta, religioſáque ſchola educatum; Sed viuet tamen Rahab, eiúſque omnis domus iure optimo ſaluabitur ipſa nanque IESV ſimilitudinem, Ioſuë, ſcilicet in exploratoribus hoſpitio excepit: *diſce, Chriſtiane*, (inquit Ambroſ. in Pſalm. 37.) *quomodo verum* IESVM *ſequi debeas quando femina contempſit omnia ſua; &* IESVM *in figura, & propter ſimilitudinẽ nominis eſt ſequuta* Ergo quoniam IESVM, quamuis in imagine ſolùm, & figura, intra penates miſit; quamuis cruentus, & ferociens gladius omnia deuaſtet, omnibus lucem hanc eripiat, ſaluabitur Rahab, & neque luctus, neque dolor, neque mors ad eam appropinquabit; quòd ſi ob IESV vmbram tam magna hæc adepta eſt mulier, quæ & corpore incolumis, & animæ quoque nitelá ad Deum verum conuerſa, derelictis idolis, conſequuta eſt; quæ in MARIAM quàm ſtupenda fuiſſe cumulata arbitrabimur? *Felix planè*, (inquit Bernardus ſermone ſecundo de Aſſumptione,) *quæ iam non exploratores Hiericho, non legatos Ieſu, filij Naue; ſed ipſum magis ſuſcipere meruit* IESVM *Filium Dei.*

IESV ſola vmbra morti contraria.

Ioſuë. 6.17.

Ambroſ.

Bernard.

11. Ecce Ionas fugitiuus Vates mitiora reperit ceti præcordia, quàm nauis profunda; nam ex monſtruoſo piſcis aluo in aridam traiectus? Sed, cur ad fauces vaſtiſſimæ belluæ alliſus non in-

terit? atque, vt absque vulnere receptus latetibus, cur non stomachi fœtore exanimatus? non æstuantium viscerum tanto Vulcano resolutus? Puto mortem triduo illo arcum, sagittas fregisse, & vt ad ceti fauces peruenit, veritam vlteriùs progredi, substitisse itatam in limine; Sed, à quo audax, & macilenta faria prohibita est? quid tabiem refrænauit: Equidem intuebatur ventrem ingentis piscis hospitium factum IESV in figura tamen solùm, & similitudine: etenim Ionas ex notissimis Seruatoris typis, quo ipse, & sepulturam, & anastasim Iudæis intimauit; sciebat igitur, vel ab eo hospitio, quod solùm in figura recepisset IESVM arceri se, aduersarique & vmbrati IESV diuersorium putredini, atque morti; Accipe Hilarium confirmantem Canone 16. in Matthæum; *Nanque Ionas ventis sæuientibus, proiectus è naui est, & deuoratus à ceto, post triduum viuus emissus; non retentus à monstro, non cibi conditione confectus; sed contra humani corporis naturam, integer, & illæsus in auras superas, virtute Dominicæ præfigurationis, euadit*; Scitè dixit Hilarius; *Virtute Dominicæ præfigurationis*; nam id profuerat, quòd nimirum IESVM præfiguraret.

Ionas virtute Dominica præfigurationis è ventre piscis euasit illæsus.

Hilar.

12. Fuit & Abiathar Sacerdoti quidpiam huiuscemodi vtilissimum; nam ipse filius mortis, eò quòd Adoniæ faueret contra Salomonem; atque Regum cùm esse consueuerit impotens & acerba ira in eos, qui principatui obstiterunt, leniuit bilem Salomon, & exilio contentus, vitam condonauit; quamobrem, cùm eiusdem coniurationis reos de medio tolli iusserit, huic indulsit; *Equidem vir mortis es* (inquit Reg. 3. cap. 2. vers. 26.) *sed hodie te non interficiam, quia portasti Arcam Domini Dei coram Dauid, patre meo.* Verùm, quantum est hoc quoniam Arcam baiulauerit? Nónne longo tempore Ioab militiæ paternæ præfectus oppida & prouincias genitori acquisiuit, hostem profligauit, restitit denique inimicis vsque ad sanguinem, & vulnera; & tamen moritur cùm neque Asylo gratia haberetur? Fortasse cum Ioabo comparandus Abiathar, qui in otio sedit semper atque pace? Aduerte tamen, quid Abiathar supportauerit, Arcam scilicet Domini Dei: quid autem Arca illa portendebat? Christum equidem loquebatur variis modis, siue sacram humanitatem quoad se intellectam, seu eandem, qua Corpus & Sanguiné refert, velatam in sacro conuiuio sub vini & panis integumentis, atque accidentibus: Cùm ergo tributum sit eis, quibus IESVS vel in figura atque ænigmate insedit, apud quos demoratus est, à morte redimi, aduersùs quos neque Lachesis, neque sepulchrum iura habet; arca autem IESV humanitatem indicauerit, religiosè ob hoc Salomon Abiatharo vitam & halitum permisit: *Hodie* (ait) *non te interficiam, quia portasti Arcam Domini Dei coram Dauid patre meo*; Quòd si hoc Abiatharo scelerato, & infido concessum: quid tibi, o benedicta inter mulieres, ô Domina? Scande, felicissima, montes aromatum: abi tota, abito integra corpore pariter & anima, in stationem amœnam æternùm duraturæ quietis: gradere in hac die lætitiæ cordis tui festiua, & mitis; atque interim, dum ascendenti Filius blanditur, beatæ applaudunt Mentes, sydera & Olympus procumbunt, conuerte ad nos aliquando lumina, tu, salutis nostræ singularis fiducia; & cùm ad thronum gloriæ perueneris, *Sit pietatis tuæ ipsam, quam apud Deum gratiam inueneris, notam facere mundo: reis veniam, medelam ægris, pusillis corde robur, afflictis consolationem, periclitantibus adiutorium, & liberationem sanctis tuis precibus obtinendo.*

3 Reg. 2.

Quare sacerdoti Abiathar vitam donauerit Salomon?

Bern. serm. 4. de Assupt.

SECTIO II.

Apostolici viri libentiùs abiectorum culturæ incumbunt: laudati, qui Indorum salutem procurant.

Chananæam duxisse sponsum ostendimus sæpè, probauimus latiùs anterioris Isagogæ Sectione 1. Quàm inhonorata natio Salomone clauum imperij tenente? Omnis in seruitute populus, totus venalis, & sub hasta; quippe de eius interregno Iosephus Antiquit. lib. 8. cap. 6. *Hebræorum enim nemo ad seruiles operas adigebatur; sed omnes arma, & currus, atque equos, & rem militarem tractare malebant: Chananæos verò, quos ad seruitutem abduxit, sexcentos Præfectos præposuit, qui Procuratores essent regij, & sua cuique opera, atque negotia præscriberent*; Sed inter hos, cùm tamen vniuersi abiectissima capita essent, sponsa præ cunctis vilior; non fixa domus, & certi lares, non armenta, non terrarum spatia, non suppellex aliqua; Omnibus igitur destitutam ornamentis, nullis commendabilem fortunæ præsidiis, quamobrem adolescens potentissimus tantoperè dilexit, vt auertere oculos rogaret, quoniam eum volare fecissent, vel, quemadmodum alij transtulêre, excordassent illum? Cùm supplicarent Iudææ omnes Toparchæ, & allicerent nobilissimarum cateruæ virginum, quibus stemma, educatio politior, Crœsi diuitiæ, forma Tyndaridis; his prætulisse sanum existimauerit, & neque sua aut prudentia, aut indignum auctoritate, eam, quæ hædos in pastum duxerit? Quid est ergo, IESV bone, quod hæc nobis velamenta insinuant? Debere quidem nos animarum omnium medelam ardentissimè sitire; sed dulciorem erga pauperes oportere esse prouidentiam nostram; Suspecta est iustitia, quæ semper ambulat super pennas ventorum, nunquam ad ima deprimitur; Optimatum limina perpetuò terit, ad inopum tuguria vix aliquando deflectit; Non tales, qui nihil nouerunt præter IESVM, & hunc crucifixum: horum volupras, humilis, & abiecta plebs, quæ habitat in vmbra mortis; super pauperem, & egenum requiescunt, vt liberent eum in die mala, & faciant sectatorem bonorum operum; Hoc didicêre à sponso; hoc à magno animarum Pastore Christo, Vultis intueri planè? 13.

Chananæi sub seruitute temporibus Salomonis.

Ioseph.

Excitate duarum Parabolarum mentibus imaginem, quoniam dulcis est recordatio earum nobis, quotquot fuimus aliquando tenebræ, & peccato subseruiuimus; altera ouem exhibet, quam secutus magister gregis in terra deserta, inuia & inaquosa, post longam fatigationem reperit tandem, & gaudens humeris reportauit ad caulas: altera filium præsentat, qui abiit in regionem longinquam, & ipsa vexatione graui nimiùm admonitus reuertit in se, patrisque fisus benignitate adiit animosus relictam aulam, si fortè in posterum, vel inter mercenarios locus detur; Quorsum igitur, aut vnius ouiculæ tabescit desiderio pecoris custos? aut in quærenda sobole genitor, tam supinus, tam negligens existit? 14.

Filij iunioris atque oueculæ disparis conditio, vtriusque Parabolæ discretè sensum ostēdit.

stit? habet ille centum oues, & boum quoque fortasse armenta, & asinas, atque camelos plurimos, & caprarum multitudinem; & tamen vnius absentia supra mortem vexatur. non dat palpebris dormitationem, neque requiem temporibus. donec inueniat; hic exigui numeri pater duplici tantùm superstite masculina prole, velut si quinquaginta alat natos, non abeuntem remoratur, non discessurum exorat, non longè positum arcessit; Atque animaduerte pastoris summam diligentiam, in pastore amoris flammam maximam: habet diues opilio seruitia puerorum, ancillarúmque: subsunt minores bubulci, caprarii: non amandat horum aliquem, ipse interim domi residens: aut certè si tempestas arrisit, sub frondosa arbore auena lusitans chorum philomela perficit, & attentum nemus, lenibus etiam foliis silentium imperat: surgit de gramineo strato, fertur incomitatus cùm tamen, quò pergendum esset, hoc, etiam iter difficillimum aggressurum lateret; At verò genitorem, vt domesticæ non sinant cui æ vrbe exire, magnus vnque Gubernator publicæ non se possit administrationi subducere: quamobrem seniorem fratrem non misit exploratum? cui, si huius præsentia carere arduum sit, non ex vernaculis quempiam, ex frequentissima clientela, in terrarum vel vltimos fines, si opus tam acri inuestigatione, non destinauit? Notauit vtriusque

Hieron.

Parabolæ discrimen acutè Hieronymus epistola 146. *Hac inter parabolas supradictas ratio discretionis est* (inquit) *secundum personas, vel mentes enarrantium: vt pater filium non requirat peregrinantem: sed recipiat pœnitentem: pastor verò ouem errantem, & non sapientem reuertere requirat, & humeris suis ferat:* Equidem idem & pastor, & genitor, Christus, nempe, sed dispar conditio filij, atque ouiculæ: nanque adolescens prodigus, cùm ratione polleat, nobilissimum Dei opificium est, Triados idea, Angelorum contubernalis: itaque non immeritò mortalium potentissimos, & conspicuos quosque repræsentat: ouicula autem simplex, & stolidum animal, abiectiorem hominum partem adumbrat: Significaturus igitur Redemptor apostolicum virum debere quidem omnes ad pœnitentiam suauissimè admittere, ab vtraque Parabola terroris speciem nuoimam amouit: sed, quoniam indulgentiores volebat Euangelij ministros erga ope destitutos, pastorem efformat, qui ignobiliora sollicitè exploret, nullùmque non moueat lapidem: genitorem in quærendo filio segniorem effingit: Atque ob hoc ipsum quoque, suboli inimicæ, quáuis & hostili grauiorem se exhibet, quàm sponsæ, quæ non offenderat: nam saltem reuertenti filio occurrit, & osculatus est miserum iuuenem, & vestiuit discoloribus, & calceauit hyacinthis: sponsam autem per vicos & plateas eiulantem post eum, quem diligebat anima eius, audiuit, & non respondit: Verùm sponsæ comparatione filius ignobilitatis typum portabat: quippe illa in amictu deaurato adstabat ad dexteram Principis: hic fame enectus, pannosus atque indigens ad mercenariorum tantùm classem adspirat, satisque se beatum putat, si tanto donetur honore: ergo illum ouis respectione potentem, & nobilem, non per se, non per ministros pater è latebris eruere laborauit: sed quoniam relatus ad sponsam ltus apparebat, minori excipit vultu quàm thalami consortem: Adnotauit Gillebertus Abbas sermo-

Filio à scelere reuertenti mitiorem se exhibet Pater quam sponsa innocenti.

Gillebert

ne 3. in Cantica: *Vide, si non in præsenti hac possit obseruari distinctio, quoniam patris exposita est, & parata cunctis indulgentia: deliciæ verò & fugaces, & recondita, & latibulis gaudentes: ideo ille dicit: Surgam, & vadam, illa verò Surgam, & quæram. Denique & pater occurrit pœnitenti: sponsus se subducit diligenti.* Sic igitur, quæ contemptibiliora, sunt maiori in pretio coram Deo.

15. Sed feramur paululùm ad mundi incunabula. Formaturus hominem Deus, non nisi de limo terræ finxit, quemadmodum Moyses testatur Genes. cap. 2. Porrò Hebræam עפר, *gaspher*, terræ puluerem minutissimum denotat, qui ventorú flabris súsque déque rapitur, nullisque agricolarum vsibus proficit: quare vilissimam glebæ portionem nominare non dubitauit Chrysostomus homilia 12. in Genesim: *Quid dicis? Accepto de terra puluere formauit hominem? etiam, inquit, & non simpliciter, nec quamuis fortuitò terram dixit, sed puluerem. quasi si quis dicat, tenuissimum & vilissimum, quod est in terra:* Quæ fuit sententia Procopij Gazensis: *Puluerem* (ait) *nominat terræ partem purulentam, & in superficie terræ volitantem: elicitur itaque ex præsenti loco, Deum non collegisse optimam terræ partem, ex qua formaret hominem, sed superfluam, & quasi inutilem;* Cur igitur plastem suum, & mundani opificij fastigium ex despecta & inhonora formauit materia? An ne quòd ad egregia quæque facinora diuinitas abiectiora eligere consueuit instrumenta? An autem docere maluit, priorem ignobilitatem, & obscura atque lenta initia, neque virtuti, neque gloriæ præpedire viam? Anne illud magis, debere quidem nos pulcherrimam fabricam meditari, si oporteat struere, verùm citra aliorum iniuriam: itaque vtilem glebæ portionem dissipare noluit, vt ex huius ruina rationalis consurgeret creaturæ corporea moles: ingratum est lucrum, quòd alterius dispendio constitit: fuerint quidem hæ non idoneæ causæ efficctori: sed quidpiam præterea, quod præsens iuuet institutum, innuere voluisse arbitror, nempe, hominem producturus erat, qui diuinam referret naturam, ad imaginem quippe, & similitudinem suam formauerat enim: quid autem apostolici viri conantur, quoties pro animarum salute lassantur, & maria sæpè tranant, & longa sibi indicunt exilia? equidem id in primis nituntur, vt deturpatam in homine Numinis admirandam similitudinem peccatorum violentia redintegrent, & antiquo restituant honori: ergo, quò nouerint in hac eximia procuratione pauperum despectorúmque habendam maximam curam; ideò protohominem Deus, quoniam suo donaturus erat charactere, ex vilissima effinxerat materia, ne si ex pompatica & æstimanda creasset materia, Euangelij Mystæ suspicarentur potiùs adamatos à Deo nobiles, & præpotentes, quàm vilem, & contemptam plebem.

Genes. 2.

Chrysost.

Procop.

Gloria à nobis per alienā ruinam non quærenda

16. Verùm absoluta hominis fabrica, quæ finem attulit Dei operibus, requieuisse eum Scriptura asserit die septimo, quam & sanctificauit lucem; at cùm, vti Augustinus prodit lib. 4. de Genesi ad literam, *Deus nec creando defessus, nec cessando refectus sit*, cur septimam lucem feriationibus potissimùm destinauit? Quòd si quidem in operando fastidia pertulisset Creator, & lasso quærenda fuissent solatia, vtique dies à laboribus vacuus opportunior extitisset; at fatigationem inexperto quæcunque sufficiebant tempora. Puto

August.

quidem reliquas septidui luces habuisse, à quibus famam, & nobilitatem acciperent, opera nanque ipsa cuiusque diei: itaque hæc gloriabatur de efformata Solis pulcherrima rota: illa iactabat terram condecoratam esse; alia firmamenti exornationem præferebat: maria sibi cum toto Neptuni imperio vendicabat quædam: atque principarum sibi debitum contendebat acriter sexta lux, quòd ea erudítus Homo. Solus dies septimus gloria omni vacuus, ignotas, & pauperes voluebat horas; Quid igitur superat, vt faceret Creator nimirum, sanctificaret diem aliquem; Hanc igitur gratiam in Sabbathum contulit, Quorsum? Equidem, quoniam cæteris vilior, & contemptior fuisset dies, Chrysostomus homilia 10. in Genesim, *Ne videatur aliquid minus habere dies ille, eò quòd in eo nihil factum, benedictione ipsum dignatus est, & benedixit (inquit) diem septimum, & sanctificauit illum.* Sic igitur, cùm de sancta formanda luce Numen deliberat, non gloriosos & superbos dies elegit, non diuitiis, quas elementa suppeditant varias, & innumerabiles, locupletes; contemptioribus delectatus est magis, animarum consolatricis venatores, cùm rusticam ad iustitiam erudiunt multitudinem, cùm maneipiorum quisquilias, tunc gaudium est in cœlo magis, quàm cùm Optimatum freqoentant aulas, ad proceres, ad nitidam, & benè curatam vrbanæ munditiei coronam verba de sublimi proloquuntur emunctula, & tersa, & quæ exceptis eruditis auribus, cæteræ fastidiunt.

Septimam diem aliàs ignobilē, sua benedictione Deus nobilitauit.

Chrysost.

17. Sed iam animus noster, dum hanc suauissimam eructat memoriam, & vestri recordatione saginatur, ô quibus illuxêre beatiora sydera: vos Angeli veloces, qui emensis Oceani spatiis, Indorum salute attracti, contempsistis quicquid in mortalium vita formidabile, & inaccessum est: atque superato profundo maris, tellure multùm exoptata potiti, tum demum curritis sed non quasi in incertum; at per iuga montium quidem, per inhospitales Caucasos, per ferarum antra, per stagna, & paludes, per nemora, quæ spinas, & tribulos progerminant, per arenas Lybiers plùs immites; quid ista vestra tam anhela cursitatio? quid neglecta cutis, & puluere atque sudoribus turpata facies? quid veprtibus laceratæ plantæ, & ante hostilem pugnam exundantes sanguineæ stillæ? scilicet, per tam duros cruciatus Indus à vobis quæritur, & hæc sufficiens tantorum laborum merces, si conuertatur ad Dominum, & vias suas malas relinquat: non opibus clarescit, non vultu, non ingenio, factus est iumentis insipientibus similis, & sæpè arcum & sagittam intendit, vt Medicum interficiat, & sagittet immaculatum; & tamen nulla à vobis audita quærela, quoniam incolatus vester prolongatus cum habitantibus Cedar: Pergite, Apostolorum rediuiua effigies, orthodoxæ militiæ robora, Matris Ecclesiæ solatium; stragis quam hæreticis intulit recompensatores duplicatis incrementis, successoris Petri gaudium, & corona; & tu, IESV Societas, quæ cæpisti virtute, perge festina prædari, accelera spolia detrahere, donec auferatur fortitudo Damasci, & filiæ Tyri in muneribus vultum Christi Redemptoris deprecentur; Memento mei, quoniam caro, & sanguis tuus sum, in abundantia consolationum tuarum, in pressura, & ærumnis; cùm sederis ad mensam Principis, suggeras illi, ne ignauum, & torpentem militem proiiciat in æternum; Sed age, quando difficillimam aggressi estis prouinciam, prosequamur è Scripturarum pratis fomenta aliqua depromere, quæ lassos recreare valeant.

Quantis laboribus Indorū salutē exquisierint viri Apostoli.

Contemplamini igitur magnum Eliseum, & 18.
proponite vobis eius ideam; Naaman Princeps militiæ Regis Syriæ, vir magnus apud Dominum suum, & honoratus, cùm lepra afflictaretur, sanitatem à Propheta recepturus, venit cum equis, & curribus, & stetit ad ostium domus Elisei, misitque ad eum Eliseus nuncium, dicens: *Vade, & lauare septiès in Iordane, & recipiet sanitatem caro tua.* Reg. 4. cap. 5. v. 9. Occurrit subitò hac audita narratione. Quamobrem Vates Dynastæ Ethnico obuius non processit; nam & humilitatis id fuisset specimen, & benignitate fortè, piáque indulgentia quadam Gentilem ad veri Numinis agnitionem perduxisset: at vt cella pedem extrahere, religio prohibuerit, & austerior eremi disciplina, cur saltem ad ostium pulsantem non aspexit, non salutauit; sed per internunciam & vicariam linguam omnià geruntur? Sed concedamus quidem, primitiuos Carmeli incolas eam viuendi normam obseruasse, quæ hominum, & ora, & colloquia fugeret, atque ob hoc, videndum se Naamani negasse Prophetam; cur idemmet feminæ permisit, pedibus illius vt obuolueretur, eósque tangeret? quid, quòd cùm eam Giezi amouere tentaret, *ait homo Dei Dimitte illam*, (Reg. 4. cap. 4. vers. 27.) *anima enim eius in amaritudine est*: Saoè Christus etiam, postquàm resurrexit, etiam impassibilis factus, vetuit ex peccatrice iam sanctam mulierem, ne vestigiis adhæreret, ne plantas brachis illaquearet. Animaduertit Gregorius Papa, & demiratus est, lib. 7. Moral. cap. 23. *Quomodo* (inquit) *Eliseus videre Naaman ex elatione noluit, qui non solùm se conspici, sed teneri etiam à muliere permisit, de qua scriptum est: Cùm venisset ad virum Dei in montem, apprehendit pedes?* Arbitror quidem, Eliseum hoc facinore Prophetarum filios discipulos suos, atque in eis vniuersim quotquot animarum salutem procurant, docere voluisse, qua differentia proximorum spiritali saluti incumberent; nempe, omnium hominum medelam ardentissimè experterent, & qua possint industria, procurarent. At, si aliquando ob iustas causas immitiùs agendum esset; in diuites tamen seueritatem exercerent; pauperes, & abiectos blandissimè exciperent. Itaque erga hos indulgentiores esse desiderabat: ac proinde, qui auro, & gemmis onustum Optimatem excepit austerus, cum femina egenti, & misera conuersatus est hilariter.

4. Reg. 5.

Pauperes & abiecti blandissimè excipiendi.

4. Reg. 4.

Gregor.

Quòd si Elisei exemplo potiora desideratis, 19.
Christi explorare gesta; Accessit ad eum ex Principum classe Regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaüm; rogabat enixè, vt & filium malè habentem sanaret, simúlque, vt descenderet, & tecta intraret; alterum indulsit gnato, nempe, amissas vires restituit; alterum denegauit, nam lares subire recusauit: At Centurio quispiam, cùm pro ægrotante seruulo postularet, non solùm decumbentis angores profligauit; sed etiam Penates se inuisurum pollicitus est, ne id vel insinuante quidem Centuriæ Præfecto; Quare ab vnius liminibus Redemptor abstinet, alterius petit culmina; Scilicet, paganismo infectus Regulus, nec licebat Hebræis Ethnicorum tecta frequentare; Verùm, & Centurio etiam Gen-

tilis

Subditi non est, regulas præscribere Superiori.

tulerat; An significare maluit, subditi non esse, partes Medico, aut Antistiti modos præscribere, quibus opitulentur ægroto? quare Regulum ausum normam sanandi Christo ostendere nempe vt descenderet, languentem inuiseret, & consolaretur, fastidiuit Redemptor, & hospitium eius contempsit, Centurionem autem, quoniam totum se obedientiæ subiectauerat, & præsentia sua pariter, & sanitate pueri donauit; Opinor verò id, quod hactenus prosequuti sumus, & hoc Seruatoris gesto confirmari; omnium quidem à nobis salus exoptanda; sed cautè cum diuitibus agendum, lentè, opportunè, ne si festinanter, & veloces accuramus, non tam spiritalis lucri ferri nos œstro, atque raptari quispiam autumet, quàm locupletis substantiæ; ad pauperum autem neglectas, & inornatas cauernas, si nocte feramur intempesta, si per ardentem Solem, sub pruinis, nemo nun in meliorem formam interpretabitur, cùm videat nihil esse in desolato antro, quod nos allicere valeat præter animarum sitim; Hoc nobis Christum innuere existimauit incertus Chrisost. hom. 22. in Matthæum; *Propterea quodam loco (ait) Regulo rogante, noluit ire: hic autem non rogatus promisit ire, vt nos doceret, non magnos colere, & Medios contemnere; sed pauperes, & diuites simul honorare.*

Chrysost.

20. At non solùm ab his, quæ Seruator in carne passibili gessit, documenta capiamus; videamus, & quid à tumulo resurgens perpetrauerit; ait enim Marci Euangelium cap. 16. vers. 1. Magdalenam cum Maria Iacobi, & Salome emisse aromatà, vt venientes vngerent IESVM: & quanquam magna diligentia, summo mane stratum reliquerant; tamen properantes fefellit spes: nam introëuntes in monumentum, viderunt iuuenem coopertum stola candida, qui admonuit frustrà quærere defunctum IESVM, quippe redíuiuum iterum frui vita immortali, & gloriosa. Sed, quamobrem non expectauit aliquantulum, qui probè nouerat venturas cum vnguentis, & Arabia? Ergóne, vt Scripturæ adimplerentur, quæ tertia die suscitandum prædixerant? aut ne corpus eiusmodi existimaretur, quale cæterorum mortalium medicamentis, & suffituum ope indigens, ne fœtore accedentes repelleret? Sanè pauperum id gratia commissum, vt in hos aromatum pretia effunderentur, cùm iis IESVS opus non haberet, significauit Bernardus hom. 12. in Cantica: *Emunt (ait) non vnguenta, sed aromata: nec ad vngendum tantùm aliquam corporis partem, verbi gratia, pedes, aut caput: sed, sicut scriptum est, vt venientes vngerent* IESVM, *quod est totius complexio, non partis distinctio: tu quoque si induas viscera misericordiæ, non tantùm parentibus, siue cognatis tuis, aut quos tibi, vel benefactores tenes, vel benefacturos speras, nam & Ethnici hoc faciunt; sed iuxta Pauli consilium, studeas operari bonum ad omnes, & fortè propter hoc Dominus* IESVS *paratam sibi confectionem expendi noluit in suo corpore mortuo; mulierum deuotionem non elusit, sed instruxit, remota vngi, sed parcens, non spargens.*

Marc. 16.

Christus resurgens, etiã beneficentia in pauperes documentũ præbet.

Bernard.

21. Verùm, si tanta de pauperibus Christo prouidentia, cur hanc eandem Magdalenam, antequàm pateretur, non prohibuit, cùm effudit super caput eius recumbentis alabastrum vnguenti pretiosi? Annon potuit istud venundari, & dari pauperibus, vti inquiebat Iscariotes? Equidem his adumbratas, & aromatibus, & vnguentis reor non tantùm corporis alimoniam, qua subuenitur stomacho indigentium; sed multò potiùs suauissimas illas artes, quibus Euangelij peritus Architectus peccatorum Orci faucibus eripit. Adsentit Bernardus vbi suprà: *Renuit (ait) vngi, sed parcens, non spargens: non recusans obsequium, sed reseruans proficuum: proficuum dico, non huius materialis, atque corporalis vnguenti, sed planè spiritualis.* Christus igitur, antequàm ex mortuis remearet triumphator, pauper erat, homo, scilicet, passibilis, vir dolorum, & non habens vbi caput reclinaret: tanquam igitur de egenis, & miserandis vnus non respuit Magdalenæ deuotionem, & obsequia; at postquàm mortem superauit, & formosus apparuit in stola humanitatis, abierúntque tristia vniuersa, tunc data est ei omnis potestas in cœlo, & in terra. Diues igitur erat, & fortunatus, excelsiórque omni dominatu factus; hoc igitur maiestatis apice constitutus, opobalsama, & stacten reiicit; quoniam non iam mendico & egenti offerebantur, sed copioso, & diuiti; ergo, quia carne, quæ mori potuerat, redimitus numerabatur inter afflictos, & infimę notæ mortales, (vermis enim erat, & opprobrium hominum,) vngi se non est passus; postquàm autem transijt ad purpuram, & regiam ambitionem, pauperes se potiores habuit, vt cùm sibi etiam quodammodo præferri elegerit, qualem nos de eis curam habere oporteret, insinuaret.

Bernard.

Christus in carne adhuc passibili, tãquam vnus de egenis, Magdalenæ obsequia non respuit.

22. Neque hoc tam eximio fauore minor ille, cùm scriptus proferetur liber, & vocabuntur omnes filij Adæ ad vallem Iosaphat: tum certè æquissimus Iudex his, quos inextinctus ignis voraturus sit, dicet iratus, & terribilis, *Discedite à me, maledicti; esuriui enim, & non dedistis mihi manducare; (Matth. cap. 25. vers. 42.) hospes eram, & non collegistis me,* &c. Quando verò Christus sceleratis coram orbe toto crimina obiectat, cur non Cainum obiurgat, quòd iustum Abel impiè occiderit; Pharaonem accusat, quod Moysi restiterit; Herodem pungit magni Baptistæ decollatorem; Neronem perstringit, quòd in Apostolorum præcipuos eius sæuierit gladius? Annon de his tractare decebat in maxima frequentia Angelorum, hominúmque magis, quàm de inerudita, & despicabili turba? Atque vt de spiritali pabulo loquutum concipiamus, nulláne eos manet pœna, qui potentum tacuêre vitia, & tyrannidem reprehendere veriti sunt? Celantes itaque Regibus veritatem, cur non taxat? De reliquis silet, vt Catholicus demum intelligat Instructor, de rudium, imperitorúmque catechesi præcipuam esse Numini voluptatem: quin verò timeant plurimùm, quibus animarum incumbit valetudo, quando de minimorum eruditione quæstio ante omnia est. Scitè Chrysologus serm. 14. in Psal. 40. *Quod Abel passus sit, quòd seruauit mundum Noë, quòd Abraham fidem susceperit, quòd Moyses legem tulit, quòd Petrus crucem resupinus ascendit, Deus tacet; & hoc clamat solùm, quod comedit pauper: erogatio pauperis prima diuinis scribitur in diurnis.*

Matth. 25.

De rudium instructione specialis Deo voluptas.

Chrysol.

23. Iam hoc & illud est egregium signum, quo dignoscenda erat lætissima sponsa, quam Dominus præparauerat Isaaco Patriarchæ: *Igitur puella, cui ego dixero: (Genes. 24. vers. 14.) Inclina hydriam tuam, vt bibam, & illa responderit: Bibe, quin & camelis dabo potum, ipsa est, quam præparasti seruo tuo Isaac,* &c. Imò verò Isaaci thalamis idonea, quæ talis est, virgo; ostendimus

Genes. 24.

quippe

quippe Anteloquio præterito, Sectione 6. n. 126. Abrahamum regia functum auctoritate tam amplum et famulatium, tam diues possessio: regale igitur stratum conscenderet puella, quæ camelis potum dare non spernat? Id quidem nulla egerit femina, nisi quæ ex ancillarum ordine sit: Mancipium itaque ad thorum admiserit Isaacus? At certè Abraham, qui puerum dirigebat, vt acciperet vxorem filio suo, (inquit August. serm. 75. de tempore) typum habet Dei Patris, puer autem, eius Verbum designabat: Quæsiturus ergo Deus Pater Isaaco, id est, Christo suo sponsam, eam deligi virginem imperat, quæ cùm sit pulcherrima feminarum, ingenio, stemmate, diuitiis præstet tamen & deforme animal, quale camelus, potare non dedignetur; nimirum, animas eas arctissimo sibi fœdere deuincit, quæ cùm in Ecclesia summum locum obtineant, à sua tamen neque multiplici scientia, neque eximia auctoritate alienum arbitrantur, rusticam instituere plebem, verùm & cum his libentiùs, dulciúsque immorantur, hoc est, camelorum quoque sitim extinguere, quemadmodum præmeditatur Gregorius quem Glossa citat ad cap. 24. Genesis: *Nec solùm omnibus comitibus eius, sed & camelis potum prabet: quia Verbum vita non solum prudentibus, sed etiam stultis prædicatur. Romanorum primo, Sapientibus, & insipientibus debitor sum:* Quemadmodum itaque eam non despexit virginem Isaac, quæ vilia exercebat ministeria, & mancipiorum adinstar cum hydria ad fontem ipsa pergebat latices haustura; ita nec huius Epithalamij sponsus illam contempsit adolescentulam, quæ vineam custodierat, quæ hœdos, agniculósque ad pastum abigere consueuerat, quæ Chananæorum ignobiliora populo, neque auorum gloria, neque opibus, aliísve fortunæ clarebat ornamentis; vtroque autem typo adumbratum, Numen quidem omnipotens animas adamare cunctas, earum summoperè velle salutem, nimirum, pro quibus Filium suum dilectissimum manibus tradidit nocentium, at verò erga rudem, & simplicem turbam velut affici magis, & quasi gratiora esse, quæ in hoc genus hominum conferuntur laborum & pietatis officia.

August.

Cameli adaquandi sunt in struendi.

Gregor.

SECTIO III.

Deus sceleratissimis condonans peccatoribus, præstare, vt de clementia optimè sperent imperfecti, indicat.

34. VErum, quòd ex ea natione vxorem summere placuerit sponso, quæ malitia & detestanda impietate reliquas vicisset gentes, bellúmque habuerit capitale & indeficiens cum omni honestate, nempe, Chananæorum populo quod cùm eam virginem sibi despondere possit, quæ satis imbuta disciplinis ab incunabulis, vnà cum lacte ebiberit veri Numinis scientiam, atauósque forsitan fuerit insignes Dei Prophetas, quibuscum familiariter conuersatus sit omnipotens, vanissimis deditam ab infantia superstitionibus, quæ & Baal & Astarten coluerit, Bacchúmque, atque Priapum, egregias mehercle Diuinitates, veneratus sit, antepofuerit; quem non stupore ingenti afficiat, præsertim si norit ab eo hæc perpetrata, qui prudentia, consilio, grauitate, moribus emaculatissimis excellat? Sed omnem superat admirationem, quòd hanc non concubinæ loco possederit; inter primarias autem numerauerit vxores: iam & primatiam quoque cùm fecerit, hoc tantùm non contentus honore, primipilam dixerit, & cæterarum ducem: *Sexaginta* (ait cap. 6.) *sunt Reginæ: vna tamen est columba mea:* Ad tantum igitur, & amicitiæ, & gratiarum fastigium cùm perditissimas animas euexerit Creatoris indulgentia, latroni empyreas valuas aperuerit, Magdalenam amauerit, Paulum conuerterit, ex his à quibus patibulo confixus est, intimos, & familiares habuerit multos, populos ingratissimos quotidie sustineat patiens, atque in Sion ciuitate sancta inter beatos habitatores, *Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum, hi fuerunt illic*, quid est, quòd Christianus scelerum oppressus multitudine, quantumcunque, etiam super capillos capitis, super arenas maris, & guttas pluuiæ excrescant noxæ, de venia desperet? Quasi verò misericordiarum eius sit finis, aut non sit ipse, qui per Ieremiam loquutus sit dicens: *Si conuerteris, conuertam te* (cap. 15. vers. 19) *& ante faciem meam stabis, quasi os meum eris, & liberabo te de manu pessimorum, & redimam te de manu fortium?* Quòd si tam benignus, & præstabilis super somnia, & excelsa malitia; imperfecti, qui non dereliquerunt timorem Domini, quid vereantur? Audiant Augustinum ad verba illa Psalm. 138. *Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur. Imperfectum* (ait) *Petrum pollicentem, & negantem, præsumentem, & deficientem; viderunt tamen oculi tui: nam ille imperfectus, titubans in Domini passione proculdubio periret; sed viderunt eum oculi tui, non solum ipsum, sed omnes, qui imperfecti fuerunt: & in libro tuo omnes scribentur, non solum perfecti, sed etiam imperfecti: non timeant imperfecti, tantùm proficiant, nec quia dixi, non timeant, ament imperfectionem. & ibi remaneant, vbi inuenti sunt, tantùm proficiant, quantum in ipsis est*, Properemus hunc fulcire discursum, quoniam miseriorum suauissimum refugium est.

Diuina misericordia in peccatores maximos excessus.

Ierem. 15.

August.

Et quoniam in hoc genere præcipuum à latrone beato deriuatur solatium: primùm igitur 25.
exploremus, quamobrem Seruator ad vnicum eius verbum Paradisum reserauit cominuò? Chananæam verò longa oratione interpellantem pro vexata à Dæmone filia, ne alloqui dignatus sit? quin, vt eam dimitteret, Apostolos rogantes (Matth. cap. 15.) immitior excepit inquiens, *Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel*, tandémque liberauit ægrotam, sed post contentionem, & moras; At certè nescimus, an hæc femina, eius, qui ob delicta, & scelera propria à ligno pependit, iniustitiam malitia vicerit; Erga latronem igitur non minùs seuerum oportebat se gerere Iudicem; Quod si ea fuit in Syrophœnissa culpa, quoniam non animam, sed corpus redimi supplicabat; Christus verò his tantùm properus, & velox subueniat, quæ spiritalem sanitatem adiuuant, obiiciemus Samaritanam: hanc enim etiam, postquàm corporea transcendit, & caduca, iámque vitæ sitiebat fontem, prolixa sermocinatione instruxit, cùm docere possit compendio, & momento illuminare, quemadmodum latroni celer, & quasi in ictu oculi affulsit. Sanè latro iste eorum imaginem portabat, qui peccatorum correctionem in vltimam

Matth. 15.

Ad vultum latronis verbum cur Paradisum Seruator reserauerit? mam vitæ periodum differunt, cùm lectulo doloris affixi Lachesis stamina veget, & spatia mortalitatis properanter abbreuiat: periculosissimus autem est hic status, si quisquam alius; hic insistit vehementissimè inimicus, & ad desperationem incitat, cùm non tam dereliquisse peccator noxas videatur, qui in tam longum distulit fletus, quàm ab ipsis derelinqui: ne igitur formident huiusmodi, & occlusos miserendi tramites autument, latronem protinùs absoluit, cum Phœnicia, atque Samaritana moras trahit, vt cùm suam causam cæteris præferri cernant, erigantur ad spem egregiam, & de Creatoris benignitate sibi optima quæque polliceantur: hoc illa sententia insinuauerit Auctoris de operibus cardina-
Cypr. libus Christi inter Cypriani tractatus: nam de Cœna Domini agens: *Ipse Dominus noster* (ait) *derelictorum personam gerens in cruce, se queritur derelictum: & ne desperarent etiam in vltimis constituti, festinans in adiutorium, illicò adest, & re in arcto posita non differt beneficium: sed repentè indulgentia cæteris documentum, eiusdem statuit & exemplum, latroni inquiens: Hodie mecum eris in Paradiso*; Igitur, qui tardus Samaritanæ, & Chananitidi respondit, latroni citissimus occurrit, *ne desperarent etiam in vltimis constituti, festinus illicò adest, non differt beneficium.*

26. Atque sanè latroni acceptum referre debere
Hesych. nos, quod Paradisi valuæ adapertæ fuerint, Hesychius Hierosolymitanus Presbyter homilia 2. de Sancta Maria asserit: *Aperiebat etenim Paradisum, quoniam latronem introducturus erat in eum.*
Epiph. Atque Epiphanius sermone de Deipara: *Paradisum clausum aperuit, & per latronem rursum Adamum complantauit*; Verùm, cur non Ioannem Baptistam, non Moysem, aut aliquem ex Prophetis Olympi reserasse ostia potiùs dixerint Hesychius, atque Epiphanius? Equidem, si Baptistæ, aut Iobo, similibúsve solùm patere empyrea limina audissent mortales, quasi clausas in perpetuum ianuas opinarentur; quæ enim rarò valuæ recluduntur, pro non apertis censentur; rarò autem aperirentur, si magnos tantùm Heroës admitterent; nunc verò cùm homicidiis, rapina, seditionibus insignem, & qui per omnia iuerit vitia locu æternæ pacis, & solatij collocari videant, ingressuros vniuersos spondent; ianuam autem, quæ tam frequentes hospites recipiat, meritò apertam nuncupandam, proinde latroni potiori titulo, quàm Præcursori, aut Patriarcharum, Prophetarúmve cuipiam tribuendum, quod cœli portæ adapertæ sint: Fortasse & ad isthæc
Psal. 23.7. alluserit Psalmus 23. cùm ascendente Seruatore clamatum à Spiritibus ad ianitores; *Attollite portas, Principes, vestras; & eleuamini, portæ æternales*: Mirum nanque est, vti non postulent reserari ostia, sed dimoueri penitùs, & vectibus extrudi, quò pateant ampliora intrantibus spatia: Scio Nazianzeni cogitationem non paucos habere fautores; meditatur nanque cardinibus deturbari valuas, quoniam aliter Christum è prælio crucis reuertentem, capere non possent; quippe passione, & ignominia se ipso maior factus, quæ emiserant spatia, angusta erant remeanti; *Portis* (ait
Christus se ipso maior quodammodo per passionem factus. Nazianz. oratione de passione) *vt attollantur; ac sublimiores fiant, impera quò Christum à passione sublimem capiant*; Scholium autem Nicetæ, *Non dicunt* (inquit) *Aperite sed, Tollite, ac proinde in summam sublimitatem prouectus, sublimiores quoque portas fieri postulat ad ipsius exceptionem*; Est qui veterum triumphis morem geri arbitrentur, cùm aut ob portarum didu cta nimiùm latera, vel portæ ipsæ amouebantur, vel murorum icta pars cadebat, quæ turbas inoffensè amplecteretur: ego autem dicere cupiã; mox vt in comitatu scandentis Seruatoris, quæ ministrabant angelicæ Mentes, conspexerant vnum de facinorosis, atque intellexerant hunc sub ipsa morte venia donatum, collegisse, fore vt in posterum innumerabilis multitudo ex omni lingua, & populo, tribu & natione recumberet cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno Dei Patris; quis enim ad salutis pollicitationem non excitaretur, cùm nullo ferè labore patibularius cœlum reperet, è cruce in Paradisum exiguo compendio translatus? A tanta igitur caterna cùm deinceps terenda essent Olympi limina, ne velut comprimeretur nimia multitudo, oportebat laxari valuas, ac proinde cardinibus amoueri: ideò non inquiunt, Aperite ostium, sed, *Attollite portas, Principes, vestras; & eleuamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ*; Sic igitur latro probè dictus est, qui iter ad cœlestia præparauit, qui Olympum patere fecerit.

Cùm fugeret à facie Esaü, & paternam lin- 27.
queret domum Iacob, sub dio cubantem adolescentem nobilem consolaturus Deus, *Ego* (ait) *sum Dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Isaac*: (Genes. cap. 28. vers. 13.) *terram, in qua* Genes. 28.
dormis, tibi dabo, & semini tuo: At, quas ob causas Abrahami se *Deum, ac Dominum* nuncupet, eùm Isaac *Deum* tantùm se dicat? Nunquid non Isaac quoque possessor est? Neque minùs insolens illud, quoniam Abrahamum vocet *patrem* Iacob, qui Isaac genitorem nactus est, Abraham auum sortitus? Oraculum in his latere aduertit Philo libro de somnis: *Caue autem putes temerè* Philo.
dictum (inquit) *Abraham Dominum, Deúmque; Isaac verò Deum tantummodò.* Sanè adiunctione nominum Domini, atque Dei, maiestatem indicari Ambrosios significauit libro 1. de fide, cap. 1. *Deus enim, & Dominus* (ait) *nomen magnificentiæ, nomen est potestatis, sicut ipse dicit: Dominus nomen mihi est, & sicut alibi Propheta asserit. Do-* *Deum signanter Abrahami se Deum dicit.*
minus omnipotens nomen est ei. Verùm, cur majestatis cognomine Abrahamum insigniuerit, ecce fortasse occasionem: equidem Isaac vitam beatã egit, cùm pecore, agris, familia abundaret, insuper immolesta habuit tempora; Abrahamus iussus patria discedere, famem, exilia, ærumnásque alias pertulit; ergo, vt Iacob afflictus, & egens animum attolleret, feliciorémque nosset pauperum conditionem, majestatis & pompæ vocabulum producturus, eo Abrahamum solùm honorat; vt cùm grandiori affectum titulo cernat exulem, & famescentem, locupleti, & opimo inuidere facillimè desinat; imò & hunc se patrem habere in primis iactet, quem Numen magis præferat, & sublimet: propterea Abraham pater eius appellatur, non Isaac; *Quia videbat* (loquitur Chrysostomus homil. 54. in Genes.) Chrysost.
iuxta consilium matris propter timorem fratris susceptum peregrinationem, & quasi erronem quendam viam facere, & solum, ac ab aliis abstractum, nullámque habentem consolationem vllo ex loco: statim in ipso initio volens confirmare alacritatem eius apparet, ac dicit: Ego Dominus Deus Abraham patris tui: Sed propiùs ad rem nostram Iacobum claudicantem peccatorum typum sustinere meditemur, quæ & fuit opinatio Isidori apud Glossam; *Pluros quippe à fide patrum degenerantes,* Isidor.

& a

& à præceptis sui Auctoris deuiantes, in erroris sui semitis claudicant, vnde Psalmus 17. Et claudicauerunt à semitis suis. Quin & hæc peregrinatione sua filium aliquem prodigum denotare valeat; nam etiam rem bonam mali portare imaginem aliquando ostendimus Anteloquio 1. Sectione 2. num. 14. Abraham verò atque Isaac, illa fuit differentia; nam Isaac iustitiam ab infantia coluit, veræ deitatis semper eximius adorator; Abrahamum autem seruientem aliquo tempore idolis, Masius, Serarius, Magallanez, & alij agnoscunt apud Salianum tom. 1. anno mundi 2052. n. 2. ob hæc iustos repræsentare Isaacum, eósque fortunatissimos, qui non abierunt in viam peccatorum, nec steterunt in cathedra pestilentiæ, affirmabimus; Abrahamo adumbrari eos, qui vanitatis abrepti studio Dæmoni militarunt; igitur Iacobum confortaturus Creator, peccatoré vtique stare nescientem, & claudum, adolescentem, qui à patris conspectu abieris in regionem longinquam pulcherrimè non se *Deum, Dominúmque,* Isaac nuncupat, vt qui iustorum tantùm quasi protector sit, sed Abrahæ Numen, non enim respirabit culparum ponderè oppressus, cùm videat gloriantē eum, non quòd innoxij Isaac; sed quòd idololatræ Abrahami *Dominus* appelletur? Quid nimium mœrore confectus, fatuus inimico succumbis desperamen ingerenti? Si Isaac patrem amisisti, quoniam innocuum non es imitatus; sed habes potiorem genitorem Abrahamum ter maximum; idolis infanda obtulisti thura, & ille quoque; & tamen ille Mystes idolorum est, cuius se esse Dominum Creator iactat.

Abraham aliquando idolis seruiens

Masius. Serar. Magall. Salian.

28. Quòd si parum hoc, & desperatio potentiora antidota expostulet, ascende locum Caluariæ, vbi crucifixus est sæculorum Rector, & attende clamantem ad eum, qui ante omne æuum genuit: *Deus Deus meus, vt quid dereliquisti me?* Quorum verborum accipe eruditam, suauissimámque expositionem ab Arnoldo Carnotensi; nam, cùm eam supplicationem fundi pro obstinatissimis peccatoribus docuisset, subnectit: *Pro his igitur ad Patrem conuertitur, & inauditum dicendi genus nouus Orator assumit, & inimicorum in causa allegans, ipsis inuitis atque negligentibus, parti cōtrariæ suffragatur, & vtrùm plus possit peccatum, quàm iustitia, Deo Patri quæstionem proponit: subtracta sibi agonum suorū stipendia Christus queritur, protestans non esse quæstuosos tanti discriminis sudores, si hi, quibus tanti laboris opera impensa est, sic relinquantur.* Sed demus ob Redemptoris petitionem seruatos iustos, & imperfectorum ingentem multitudinem, regnóque extrusos solùm cōtumaces, nimiúmque rebelles: nónne iustitiæ, quæ fuisset Christi aduersùs Deum Patrem, fieret satis? Fateor pactum legi apud Isaiam cap. 53. vers. 10. *Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum*, Hæc verò adimpletur promissio salvis iis, quos nominauimos; ipsi nanque sunt *semen longæuum*; Cur igitur sceleratissimi quique Christo debita ex æquitate merces vocantur, vt si hos perire contingat, *subtracta sibi agonum stipendia queratur, protestans non esse quæstuosos tanti discriminis sudores, & plus potuisse peccatum, quàm iustitiam. Deo Patri proponens:* Memini quidem, cùm bona inter gnatos distribueret Abraham, Genes. cap. 25. vers. 5. scriptum: *Deditque Abraham cuncta, quæ possederat, Isaac; filiis autem concubinarum largitus est munera, & separauit eos ab Isaac filio suo, dum adhuc viueret:* At, nónne & donatiuū fuit, munerisque species, quibus Isaac locupletatus est; neque enim à maioribus Abraham acceperat? Si non minus istud, quid tandem? Sed video admirandi senis amorem summum erga dilectissimum Isaac; hunc vt præferat genitis ex concubina, quibus eum cumulat bona, *iustitiæ* titulo acquisita significat; cùm in alios diuisa filios liberalitati solùm debeantur, His secernitur Isaac à reliqua sobole; quoniam hæreditas ad eum ex iustitia transmittitur, ad illos ex gratia; In eum modum & humani generis restitutor Christus Patri Sanctorum prædestinationē acceptam refert; sed tanquam si munera solùm recipiat, Genitorem alloquutus Ioan. cap. 17. vers. 11. *Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi: cùm essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo: quos dedisti mihi, custodiui;* Vbi, cùm de Apostolis sermonem habeat, parentem obtestatur, sua dóna protegat, atque tueatur, eorúmque glorificationem, quasi datam, non autem emptam, & iustitiæ rigore acquisitam innuere videatur; verùm pro transgressoribus rogaturus, quoniā hæc ei velut charior portio erat, tanquam oblitus misericordiam & liberalitatem, ex iustitia, & æquitate agit, *protestans non esse quæstuosos tanti discriminis sudores, si hi quibus tanti laboris opera impensa est, sic relinquantur.* Vultisne explanem vobis altero simili? Seruierat pro Rachele Iacob septem annis, Superfluum est enumerare, quantis, atque quàm magnis incommodis; *Die, noctúque* (ait ipse Genes. cap. 31. vers. 40.) *æstu vrebar, & gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis.* tandémque ad nuptias ventum; sed vespere Laban pro Rachele alteram filiam suam introduxit ad eum; quam cùm manè vidisset, indoluit, deceptum se à socero, & in vanum consumptos septennij labores; *Quid est* (inquit socero Genes. cap. 29. vers. 25.) *quod facere voluisti: nónne pro Rachel seruiui tibi? quare imposuisti mihi?* At, quorsum ingemiscit pastor? nónne, si germanam amisit, altera sorore donatus est, atque ea quidem, quæ copiosiorem sobolem datura sit? Verùm amabat ardentissimè Rachelem; quare hac quoad frui non liceat, nihil assequutum se arbitratur, incompensatos adhuc sudores affirmans: Et quidem illius non vana omninò querela, substituebatur nanque pro virginum pulcherrima, deformis & denigrata iuuencula; Nunc verò cùm Redemptor speciosissimas accipiat legiones eorum, qui non coinquinauerunt animas suas, lacrymatur, & suspirat pro mortalium fæce abominanda, nempe, vitiorum antesignanis, facinorum auctoribus & ducibus; scilicet, hos si lucretur, cumulatissimam accepisse se mercedem existimet; iustos autem illos & immaculatos recipiens fraudari se adhuc stipendiis opinetur, & Deo Patri quæstionem propositurus sit, *vtrùm plùs possit peccatum, quàm iustitia, & ita sanguis Filij in conspectu Genitoris vilescat, vt non omnia postulata obtineat;* Quid agis, progenies Adæ? Hæc contemplaris, & non emolliris, non vinceris à tanta misericordia? Quamobrem consumeris velut à putredine, aut tinea, ab inordinata tristitia? Confide, non accedet ad te malum nec appropinquabit flagellum tabernaculo tuo, cùm habeas Christum Iesum in protectorem, & locum refugij ipse aduocabit pro te super Sanctos suos, atque de manibus eius si te

Arnald. Carnot.

Isai 53.

Sceleratissimi Christo debita ex æquitate merces vocantur.

Genes 25.

Gen 31 & 29.

Amans, nisi dilecto fruatur, cætera in pretio non habet.

te raperetentent, arguet, *subtracta sibi ugonum suorum stipendia, & vilescere sanguinem Filij in conspectu parentis*; Quàm libens hic diutiùs commorarer, ô anima mea! locus hic plenus suauissimæ consolationis est; at subseruiamus Lectori, & progrediamur ad alia.

29. Atque sanè Christum in Ægyptum proficiscentem sequamur tantisper; Verum tam longa quid opus peregrinatione, Herodis vt declinet cultrum? Nonne potuit in Iudæa latitare, quin inuenissent ministri efferæ crudelitatis, per quem Martyres ante insequentium lumina sæpè positi, reperti non sunt ab inuestigantibus, à quærentibus sedulò? Sed extra Palæstinæ terminos ferri quoniam placuerat, annon aliæ finitimæ regiones Ægypto potiores? nam aduersùs Abrahæ semen nulla gens sic armata est, sic contriuit miseros Hebræos; *Ad amaritudinem perducebant vitam eorum* (Exod. cap. 1. vers. 14.) *operibus duris luti, & lateris, omnique famulatu*; Ad hæc voluptatibus dedicata Ægyptus plurimis scelerum inquinamentis fœdata est; Deorum autem portenta adorans, quæ nullus præterea populus, atque magia, & præstigiatoribus celebris; Sed coniectant ideò elegisse hoc exilij genus Christum infantulum, quoniam & Ægyptij omnium mortalium pessimi habebantur, & populo, de quo IESVS carnem sumpserat, Infensus vltrà mensuram; nanque certè visus est super terram Filius Dei, vt hominem repararet, & spem veniæ peccatorum voragine mersis aperiret; metuebat etiam populus sanctus à vultu Domini exercituum, & stupor omnes inuaserat, quoniam & antè faciem eius contremiscunt columnæ cœli, Itaque, cùm via saluandus videretur iustus, quid agerent vasa furoris, & indignationis? Pro horum igitur omnium medela Ægyptum intrat, sic apud se ratiocinatus; Putant homines, quòd austerus sim nimiùm, & colligam, vbi non messui: hunc vt demam pauidis panicum timorem, Phariam adibo tellurem; nam, cùm hanc, quam maximè horrere debueram, regionem tanto à me prosequutam fauore conspexerint, planè cogitabunt fore, vt cæteras prouincias benignus, & mitis admittam ad oscula & reconciliationem; nam, si iræ locus dandus fuisset, certè incolas reliquis iniquiores grauiori anathemate ferire oporter; Quando igitur nequitiarum medullæ parcitum adspiciant, quis de indulgentia desperaturus sit? Quid timeant imperfecti, cùm ne vecors, & facinorosus condemnatur? Huius sententiæ Auctor incerti Commentarij super Matthæi post Chrysostomi interpretationem: homil. igitur 2. *Et quare vadit in Ægyptum? nunquid alia terra defuit? semper enim aduersus populum eius Ægyptus extitit inimica; Sed etiam recordatus Dominus, qui non in finem irascitur, neque in æternum indignatur, quanta mala fecerit super Ægyptum; ideò mittit Filium suum in eam, & dat illi magnæ reconciliationis signum, & perpetuæ amicitiæ pignus, vt decem plagas Ægypti vna medicina sanaret; O commutatio dexteræ Excelsi! vt populus, qui antè fuerat persequutor populi primogeniti, posteà fieret custos vnigeniti Filij Dei; Vides ergo, quòd ideò descendit in Ægyptum, non mortem fugiens, sed vt mortiferas idola dissiparet*; Ægyptum itaque cùm sanitati restitutam, & Numini charam factam intuemini, omnes gentes, plaudite manibus, & iubilate Deo; quoniam bonus, quoniam misericors est; & qui Ægyptios admisit, nemi-

Exod. 1.

Christus infans in Ægyptum fugiens, quam erga Ægyptum clementiam ostendit.

Chrys. dub.

nem, quantumcunque imperfectum, repellet.

Hoc & indicasse visionem illam magnam, 30.
quam contemplari æstuabat Moyses, mihi cogitatio est; nimirum, quamobrem rubus non comburetetur, cùm flammas euomeret? Sed cùm Dominus Legislatori inter ignis iaculationes appareret, vt propterea locus sanctificatus dictus sit ille (sic enim ex Patribus aliqui apud nostrum Fernandez visione 6. sectione 1. num. 6. Deum ipsum apparuisse arbitrantur) cur alteri præstantiori ligno non insedit? Et vbi cedrus, atque cypressus, vbi laurus, atque palma, vbi quæ balsamum, & stacten sudant trunci? Sanè propitiatorij, vnde responsa dabat, & diues, & ingeniosus labor; Isaias super solium excelsum, & eleuatum aspexit; Dauid sedentem in Cherubim; elegantiarum igitur tantus amator, cur nunc syluæ indecora eligit? Et quidem, vt in fauillas redigere statuisset, cremenda erant primo loco senticosa, & infructifera; verùm operaturus prodigium memorabile, & ingens beneficium præstiturus stipiti, non detrimenta, *num à fulgore rami* (vt ait Nyssenus in vita Moysis) *continua quasi irrigatione virescebant*; quare anteposuit nobilissimis frondibus pungentem, & aculeatum rubum? Communis resolutio est, in solamen afflictæ Hebræorum plebis huiusmodi excogitatum symbolum; instruebantur nanque, fore, vt ex ærumnis, atque pressuris lucidiores prosilirent, quemadmodum ex aurificis tortura micantius prodit aurum, quippe quantuncunque Pharao opprimere aggressus, tantùm non deuastauit, imò cùm Ægypto discederet, Creator, *eduxit eos cum argento, & auro*. (Psalm. 104. vers. 32.) *& non erat in tribubus eorum infirmus*; Ego etiam ad solamen Iudæorum referam ænigma, verùm animæ, non corporum medelam intuebor; Dixi quidem elapso Anteloquio 5. Sectione 6. num. 126. Ægyptiorum detestanda Numina, fœdásque superstitiones, posthabito vero Deo, amplexatos Hebræos, Erat hæc grauissima idolomania, quoniam ab iis commissa, quos peculiari fœdere, exquisitáque clementia sibi deuinxerat Creator; mittebatur legatus Moyses, qui veniam sponderet; sed criminum magnitudine, & conscientia deiecti animi, nudis sermonibus fidem non erant adhibituri; portentis igitur sociandus erat sermo: ergo, ne credere desinant, rubum incombustum proferat, & simul reuelet Sacramenta, nam spinis adumbrari commissa delicta, operosum non est intelligere. Nouissimam itaque inter nemora arborem cùm animaduertant illustrari fulgoribus, & lambi dulciter ab ignibus, Creatorem sciant ignis significatum charactere, qui in extrema malorum delapsos non consumat, sed adstringat, & foueat, non in cineres redigat, sed claritate illuminet, atque talis tam benignus cùm erga rubum existat, quàm indulgentem futurum opinabuntur ergà excelsiora arbusta? Toti syluæ oppigneràuit misericordiam, cùm etiam in rubum bonitatis thesauros largiter effudit; Hæc fortasse Ambrosius intenderit lib. 1. de Spiritu sancto, cap. 16. *Vrebatur enim rubus, & non exurebatur, eo quòd illo mysterio Dominus figuraret, quia illuminaturus spinas nostri corporis adueniret, nec consumpturus ærumnosos, sed mitigaturus ærumnas, qui baptizaret in Spiritu sancto, & igne, vt gratiam tribueret, peccata consumeret*; Atque hoc ex nostri sponsi nuptiis tam salutare, tam efficax documentum; nam, qui

Rubo potius quàm speciosa arbori insidet Deus: cuius rei symbolum?

Fernandez.

Nyssenus.

Iusti ex fornace laboris lucidiores prodeunt.

Psalm. 104.

Ambros.

Chananæum multas ob causas abominabilem ad, lecti, & regnorum consortium admisit, quem reiiciet?

31. Eia, properate, accedite, venite, omnes, qui laboratis, & onerati estis; Quid remoramini? quid segnes accurritis ad veniam? timetis peccatorum onera, & pauescitis delicta vestra; sed ecce, qui inuitat, amore languet, tabescit, sitit vestri desiderio penè consumptus: sed credite, *Quoniam delicta non videt vis amoris,* Chrysologus sermone 5. de duobus filiis,) *& ideò pater peccata filij redemit osculo, clausit, ne nudaret pater filij crimina, pater ne fœdaret:* Perturbat vos scelerum memoria: sed attendite, quoniam non vult peccatoris mortem, qui in momenta singula in peccatorem tam munificus, & benefaciens est: *Tibi infusa lux circunfusas remouet tenebras,* (Chrysologus serm. 148. de Incarnationis Sacramento,) *tibi est temperata nox, tibi demensus est dies, tibi cœlum, Solis, Luna, stellarum vario fulgore radiatum est: tibi terra floribus, nemoribus, fructibus est depicta: tibi creata est in aere, in campis, in aquis speciosa continens, mirabilis animantium multitudo, ne gaudium noui sæculi tristis solitudo confunderet: Audite rogantem Dominum.* idem Chrysologus sermone 108. in verba Apostoli: *Obsecro vos,* &c.) *Tota die,* inquit, *expandi manus meas. Nonne, qui expandit manus, ipso habitu rogat? Expandi manus meas: Ad quem? ad populum: Et quem populum? non tantum non credentem, sed contradicentem: expandi manus meas: Distendit membra, dilatat viscera, pectus porrigit, offert sinum, gremium pandit, vt Patrem se tantæ obsecrationis demonstret affectu: Videte, videte in me corpus vestrum, membra vestra, vestra viscera, ossa vestra, vestrum sanguinem: & si quod Dei est, timetis, quare vel quod vestrum est, non amatis? Si Dominum fugitis, quare non recurritis ad Parentem? Sed fortè vos passionis meæ quam fecistis, magnitudo confundit: nolite: claui isti non mihi infigunt dolorem: sed vestram mihi infigunt altiùs charitatem: vulnera hæc non educunt gemitus meos: sed magis vos meis visceribus introducunt: extensio corporis mei vos dilatat in gremium, non meam crescit in pœnam. Venite ergo, redite, & vel sic probate Patrem, quem videtis pro malis bona, pro iniuriis amorem, pro vulneribus tantis tantam reddere charitatem.*

Chrysol.

Tanta est Diuini amoris vis, vt reuertentiū ad se delicta nō aduertat.

Sectio IV.

Nemo se stare posse confidat, si à peccandi occasione non procul abeat.

32. SEd quam insinuauimus causam, præteritæ Isagogæ vestibulo, Sectione prima numero nono, nunc fusiùs adoriamur, de vetitis specialiter Hebræorum thalamis cum populis Chananæorum, etiam ad Iudaïsmum conuersis, cùm tamen aliarum nationum non prohiberentur connubia, modò Ethnicismum abiurarent: Equidem monuimus, Chananæos illos, qui superstites relicti fuerant, habitasse in medio Iudæorum; itaque hi in vicinia erant, cùm aliarum Prouinciarum incolæ procul distassent: Quoniam igitur ab occasione remota non magnum impendebat discrimen; summum verò periculum est à proxima labendi ansa, propterea seueriori edicto compressa nubendi licentia cum Chananæis, quàm aliis nationibus: vt pote Chananæi Hebræis intermisti proxima & appropinquans erat occasio: Huius igitur ad peruertendum potentissimam vim considerans Numen, vt gentem suis dedicatam cultibus satis armaret, damnúmque à propinquitate imminens auerteret, restrinxit nubendi cum Paganis facultatem, & inconcessa Hebræis omni tempore matrimonia cum Chananæorum stirpe declarauit: Video Eliam prouerientem se, & obdormientem in vmbra iuniperi, (Reg. 3. cap. 19.) *Et ecce Angelus Domini tetigit eum, reuersúsque est Angelus Domini secundo, & tetigit eum, dixitque illi: Surge, & comede, grandis enim tibi restat via.* Video Ionam descendentem ad interiora nauis, (Ionæ cap. 1. vers. 5.) & dormientem sopore graui, & neque semel, neque iterum fit aliqua Angelorum apparitio quiescenti: Fateor quidem, armatur contra Eliam mulier irarum impotens, sæua & homicidalis Regina: sed Æolus, & vniuersæ Oceani Erynnes coniurant aduersùs Ionam, eleuauerunt flumina fluctus suos à vocibus aquarum multarum; Sed à Spiritibus supernis inobediens Vates consolari non merebatur: nam descendit, vt iret in Tharsis, fugiens à facie Domini: Verùm, nónne & de timore nimio arguamus Eliam, qui feminæ vereatur minas? & ille ignitus, ille impauidus, ille exsufflans tonitruum in Achab, terga vertit mulieri? Quòd si cum imbecilliori sexu congressus metuendus erat, quoniam facilè stomachantur, sed ad blanditias subitò rursus conuertuntur; at procul erat à Reginæ conspectu Propheta; nam *perrexit in desertum viam vnius diei;* Satis amotus est? quorsum illa quadraginta diérum peregrinatio? Sanè Ionam nemo insectabatur, qui animæ laqueos tenderet, qui spiritui insidias pararet, ipse sibi malorum auctor solus, præterea nullus; non caro alliciebat, non forma obuersabatur, non tyranni excandescebant; vacuum igitur periculis à cœlesti nuncio opus non erat moneri: Eliæ autem bellum dixerat femina, quæ stibio, & pigmentis se componere solita fuerat, stemmate, diuitiis, auctoritate suprema pollebat; sciebat decepisse Adamum, Iobum subuertere conatam, Salomoni, eiúsque parenti offendiculo fuisse; etsi ergo fortis, & adamantinus vsque in eum diem, & nec ipsis Regibus cedens, at cùm peccandi vehemens vrget occasio, qualis mulierum, siue iræ, siue lenocinia; cogitas nulla tutiora esse præsidia, quàm quæ subministrat fuga, abiit quocunque eum ferebat voluntas, & perrexit in desertum viam vnius diei, cùm verò hic requiescere meditaretur, satis a Reginæ ore abstractum se putans, docuit Angelus pro tanto discrimine modicam esse fugam, & mulierem vitandam, toto orbe velut interposito; quare adhuc restare quadraginta dierum iter, Scitè Ambrosius epistol. 33. ad Marcellinam, *Non mediocris igitur ista tentatio; nanque asperiores tentationes has esse cognouimus, quæ fiunt per mulieres; denique per Euam etiam Adam supplantatus est, eóque factum est, vt à mandatis cœlestibus deuiaret; quid dicam, quòd etiam Eliam Iezabel cruenta persecuta est?* Benè quoque Rabbanus: *Elias, qui mortuos suscitabat, ventura præuidebat, alia quoque præclara faciebat, cùm tot virtutibus processisset. Iezabel postmodum, quamuis Reginam, tamen mulierculam fugit;* Nam sanè, quòd

Quare seuerius edicto [margin note beside the foot of the left column]

Expressa nubendi licentia cū Chananæis quàm cū aliis nationibus [margin note]

3. Reg. 19.

Ionæ 1.

Feminarum congressus fugienda.

Ambr.

non

non mortem, sed femineas illecebras veritus sit; non persequutorem oderit; sed persequentis sexum, inuitr, ab ipso exoptata nex; verùm à Domini manu, non à muliebri dextera: *Sufficit mihi, Domine,* (inquit:) *tolle animam meam.* Præclarè nanque Chrysostomus epistola ad Olympiam; *Si patriam & populum, ne mortem incurreret, reliquit, & fugit; quomodo mortem, quam tunc fugerat, non requirit?* Non igitur mortis formidine procul à patria exulauit; sed mulier peregrinare fecerat.

Chrysost.

33. Expendamus & alteram Dauidis fugam, de qua titulus Psalmi tertij: *Psalmus* (inquit) *Dauid, cùm fugeret à facie Absalon filij sui.* Quid? pauétne veteranus iam, qui tyro, & inceptaos miles non dubitauit gigantem lacessere, puer leonum rugitus, & vngues despiciebat? Vbi constans ille animus aduersùs Saülis potentiam? Nunc Rex & Monarcha priuatum hominem timet, qui priuatus Regem contemnebat: Quòd si non fuga hac corporis agitur causa; sed mentis incolumitati prouisum sit, nempe, vitabat gnati aspectum genitor, ne efferata ingratitudine victus, iræ succumberet, animum fœdaret vindicta iustitiæ prætergressa limites, iisdem argumentabimur modis: nam potuit iunior Saülis tentorium ingredi, cúmque interimere valeret, & hortaretur Abisai inquiens, *Conclusit Deus inimicum tuum hodie in manus tuas,* (Reg. 1. cap 26.) *nunc ergo perfodiam eum lancea in terra*; non sustinuit, contentus abstulisse hastam, & scyphum aquæ, qui erat ad caput Saül; Ergo, qui in adolescentia sam insigniter patiens fuit, & iniquissimum Principem ne in minimo læserat; nunc prouectus, paria saltem virtutum specimina non exhibebit? Quòd si vt vincatur ira, superentur odia, inimicum fugisse oporteat, sitque hoc malum ex illorum vitiorum classe, quibus fuga remedium præstat, quoniam cum ira congredi velle, periculosissimum, & difficile certamen est, cur iuuenis tanto se discrimini obtulit Dauid? nec enim temerarius, & præcipitabundus erat. Equidem irascendi non futiles omninò, neque paucas verò causas præbuit Saülis ingratitudo: sed tamen erant odiorum illæ remotiores ansæ, quippe multa erant, quæ factorum lenibant acerbitatem; nam, neque sanguine coniunctus erat Saül, nec multa intercesserat familiaritas, & regnum possidebat, quod ad Dauidem potiùs, quàm ad Ionatham transire durissimè patiebatur; minúmne si inuidebat eius capiti, quem æmulum imperij non dubitabat, & nulla sibi necessitudine deuinctum? Ad hæc tympanistriæ illæ cantabant, Dauid decem millia, cùm Saüli mille solùm tribuerent; ferunt autem Optimates grauatè, & tabescunt, sibi quenquam anteponi, etiam ex Dynastis; quantò magis hominem nouum, & qui de post fœtantes oues assumptus est? Sed in Absalone omnia è diametro contingebant; nihil malitiæ opitulabatur, cùm plurima augerent: filius, & cui genitor Ammonis necem condonauerat, quem diuitem, gloriosum, maximum facere proposuerat, atque vt regnandi tanto œstro rapiebatur, expectaret saltem parentis obitum; neque enim iam viuendi multa esse poterant spatia: Tantis igitur confluentibus circunstantiis, eueniebat vehementissimam excandescendi occasionem offerendam ad præsentiam Absalonis, & dubium sibi spondere potuisse triumphum de vindicta, atque odio Dauidem; Noluit igitur prudens Rex tanto, támque aperto discrimini committere animam. fuga proinde sibi consuluit; & qui Saulem in iuuentute adire non est veritus, déque ea ouans emersit, grandæuus Absalonis se dare conspectui timuit. Rectè Lyrensis ad cap. 15. lib. 2. Regum: *Sciendum, quod, cùm Dauid esset in bello expertus, & audacissimus, & esset in loco forti, & haberet secum plures, & fortissimos bellatores, non recessit de ciuitate timore ipsius Absalonis principaliter, sed timore Dei.*

1. Reg. 26.

Psalm. 3.

Ira passio nimium indomabilis.

Lyra.

Non timore Absalonis, sed timore Dei Dauid recessit è ciuitate.

Transeamus ad Christi acta; Stabat ad monumentum flebilis Magdalena, & asportatum Magistri corpus è sepulcrali marmore inconsolabili prosequebatur luxu; aspexit miseram tandem, & quamuis statim non aperuit vultus, reuelauit postremò, & illa gaudiosa volebat plantas beatissima complecti arctiùs; frustratur pio desiderio, & audit increpantem; *Noli me tangere:* (Ioan. cap. 20.) *nondum enim ascendi ad Patrem meum.* Quænam hæc oratio, eiúsve sensus? Fortasse veretur femineos tactus mulieris præsertim in paucis speciosæ? Verùm, vt omittamus nunquam peccare valuisse hominem Deo coniunctum: at, cùm hæc euenerunt, iam impassibili, iam immortali fruebatur statu: aliunde Magdalenæ, & in viuentem, & in defunctum mirandus amor, vt ad familiaritatem admitteret, promeritus fuerat; At hæc omnia abierint: meditemur Seruatorem tanquam vnum de nobis, nónne hanc eandem feminam retroactis diebus, cùm in domo Simonis prandeter, sustinuit, vt & pedes oscularetur, & vnguento vngeret, & lacrymis rigaret, & capillis capitis sui tergeret Lucæ septimo? Nónne & eadem accessit habens alabastrum vnguenti pretiosi, (Matth. cap. 26. vers. 7.) & effudit super caput ipsius recumbentis? Nunquid modò repellit, quoniam absque vnguentis accesserat? Sed hæc etiam attulerat ad tumulum demortui, comitantibus Maria Iacobi, & Maria Salomone, Marci cap. 16. Hæc autem vt enodemus, notasse iuuat aliter conuersatum fuisse cum Magdalena Redemptorem ante obitum, aliter post anastasim, & è tumba suscitationem, nam, cùm lamentabatur excessus adolescentiæ, & quibus Numinis promeruit iram luxuriæ incitamenta plurima, & tergendis Medici plantis flauum de vertice crinem gratissima linteamenta soluit, aderant è conuiuentium numero domestici testes multi: quando etiam effracto alabastrite perfudit verticem vnguento, coram discipulorum cœtu id perpetratum est: quoniam igitur mulierum deuotio præsente multitudine suspecta non est, non repulit feminæ aut tactum, aut obsequia Christus, priusquàm pateretur: at, cùm in horto ploranti apparuit, nulli aderant testes: sola cum femina vir solus: quare tum induit seueros, ac tetricos vultus: nam, cùm nimiè periculosum sit, loco à turbis sequestrato mulierem ad colloquia admittere: quid si his lenocinia adiungantur, & vltra sermonis blanditias, à gestibus quoque familiaritas? Docuit igitur Ecclesiæ ministros, quantuncunque obarmatos; siue longa virtutum exercitatione, seu ipsa ætate in occasum declinante adiutos, aut certè feminarum contubernium, absente multitudine fugere ocyùs; aut, vt necessitas, iustæve causæ ad solitariam confabulationem, rarò tamen, adigant, ea actionum omnium sancta,

34.

Ioan. 20. 17.

Matth. 26.

Feminarum connictus omnimodo fugiendus.

& honestissima grauitate polleant, quæ ipsa sit fida vtriusque custos; alioquin, si tam manifesto discrimini his destitutus propugnaculis audax se offerat quispiam, temeritatis debitas luet pœnas, quando, & ipse Christus iam impassibilis, iam de morte triumphator, vix satis tutum se arbitratur; Suffulcit hanc cogitationem

Chrysost. Chrysostomus homil.85. in Ioannem; *Mihi videtur, velle eam adhuc cum eo versari, vt solebat, & ex lætitia nihil de eo magnum cognasse, siquidem longè melior factus erat secundum carnem; quare hac eam sententia abducens, & vt reuerenter se alloquatur admonens, eius mentem erigit, vt reuerentius adeat.*

35. Chrysost. *Prodigium ingens trium puerorum à fornace liberatio.* At eiusdem Chrysostomi indiscussam non prætereamus singularem de Babylonicis pueris assertionem: *Nescio*, (inquit homil. 4. ad Populum Antiochensem,) *quomodo dicam, miraculum omnem verborum narrationem transcendit.* Verùm, quid nobis innuere hac tanta verborum exaggeratione cupiat aureæ eloquentiæ Doctor? qua enim alia dictionis formula prodigium ingens, & omni ætate stupendum denotare posset? Sed inter portenta maxima non apparet Babylonicam scribi debere iuuenum incombustionem: quid enim peregrinum si Numine subtrahente concursum flammæ non læserint? Sed ecce tamen duo memoratione digna; nam & ministros scelerum qui procul aberant, erumpens Vulcanus consumpsit, atque in cineres vertit; pueros autem incendio circonuolutos, *non tetigit omninò ignis, neque contristauit, nec quidquam molestiæ intulit*, quemadmodum Daniel testatur cap. 3. Hoc igitur est, quod Chrysostomum exclamare faciat; *O rem admirabilem! Vinctos soluit flamma, & ipsa de reliquo à vinctis vincta est: & quod mirabile, & stupendum est, non in sanctis tantum corporibus hoc factum est, sed in vestimentis ipsorum, & calceamentis: Vidisti, quanta propinquitas? Nescio, quomodo dicam miraculum omnem verborum narrationem transcendit:* Affabrum illud. *Vidisti, quanta propinquitas?* hoc enim ecstasim, & stuporem generat; nempe, periisse illos, qui distauerant; eos qui propè aderant, non fuisse extinctos; amasse periculum, & non fuisse absorptum.

36. Periculo autem, & occasione implicitum, cùm emergere arduum crederet Eliseus, propterea venienti ad se Naamano Principi militiæ Syriæ, neque obuius processit, nec ad cubiculi ostia adstantem vidit, non ianuam aperuit, non alloquutus est: Cur erga Optimatem tam parum humanus, & officiosus Propheta? ánne vel aspicere gentiles, vel eis se intuendum præbere lex vetabat? Nequaquam sanè; Quæ igitur duritiei causa? Equidem veniebat cum donario, & muneribus ethnicus Dynasta; indignum verò existimabat Vates, gratiam sanandi sine pretio à Creatore acceptam remunerationi subiecisse; At poterat oblata respuere, Principémque docere, veri Dei Prophetas, & excellentes ministros non auaritiæ studio benè facere; sed à Numine gratis infusa gratis distribuere? Poterat quidem Eliseus eum in modum, verùm, cùm alta mente præditus esset, sciebat aliter longè mouere ea, quæ fama solùm, atque auditu excipiuntur, quàm illa incitent, quæ visu atque luminibus contemplamur: illa quidem etiam operantur, atque titillant, sed languida atque remota violentia: coram posita acriùs stimulant, atque vrgent; de-

Munera quâ-tum obcæcât. nique illa remota, atque distans occasio est, hæc præsens atque proxima: quantuncunque igitur eremo eruditus, & diuturna palæstra exercitatus Eliseus, etsi miraculorum gloria clarus, noluit tantùm præsumere, vt occasioni præsenti atque proximæ se committeret, securius existimauit fuga salutem quærere; proinde subtraxit se aspectibus Principis, ne & cum Principe simul munera intueri cogeretur. Annotauit Nilus Ab- Nil. Abb.
bas in Asceticо: *Venit quondam (inquit) ad Eliseum Dux Naaman Syrus, multáque munera secum attulit: quid igitur? Propheta num illi obuiam processit? statimne illi occurrit? an per puerum causam, propter quam venit, aperuit? Ne ad præsentiam quidem suam illum admisit, ne muneribus, quæ attulerat, eum curasse videretur.*

Rebeccæ consilium demiror ablegantis à se 37.
eum quem vnicè amabat filium mitem Iacob, idque eo potissimùm tempore, quo maternis artibus seniori germano prælatus est; *Nunc ergo,* Genes.27.
fili mi, audi vocem meam, (Gen. cap. 27. vers. 43.) *& consurgens fuge ad Laban fratrem meum in Haran;* Certè genitrix tum potissimùm gnato lætatur, cùm hic iam vir factus, aut Magistratus in republica, aut alios honores assequutus est; nam, donec hæc contingant, cætera matri continuos labores, variásque, & curas, & sumptus afferunt; at nihil maius paterna benedictione Iacob consequi potuerat: Cur igitur amantissimum gnatum, ô Rebecca, in longinquas regiones mittis? nunc præsertim, cùm eius præsidio, adiumentóque plus indigeas? nam ecce caligat Isaacus senio grauis; Esau odiose habet, quòd iuniorem fratrem ei prætuleris: quem habebis consolatorem in vidua domo, amandato ad exteros hoc solatio tuo? Quid, cùm audieris auunculi in adolescentem, & fraudes, & conuitia? durúmque illud viuendi genus pastoritium, vbi insomnes noctes, cibi agrestium, furum, sæuiorúmque animantium continuus terror: quoties lugubrem illam næniam flebiliter cantabis? *Heu, heu, fili mi,*
(Tobiæ cap. 10. vers. 4.) *vt quid te misimus pere-* Tobiæ 10.
grinari, lumen oculorum nostrorum, baculum senectutis nostræ, solatium vitæ nostræ, spem posteritatis nostræ: omnia simul in te vno habentes, te non debuimus dimittere à nobis: At video quid prospexeris sagax femina; nempe, sciebat indignatione plenum Esaü pectus, vt nec potuerit intus flammam comprimere, quin foras euagaretur, & diceret, *Venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob, fratrem meum:*

Ira incitamenta quàm prudenter Rebecca substulerit à filio suo Esaü

Quamuis igitur de absentia gnati tristaretur plurimùm; sed nouerat magnam esse Esaü rabiem; Optabat igitur diutiùs viuere, quanquam exularet, quàm eius fruentem aspectu breui interuallo, extinctum tandem videre; Verùm, nónne potuit Esaü abeuntem persequi, imò ita celare variis modis fratricidium? Frænabat sæuitiam illius genitoris præsentia; nunc sciet nos pascere, & cùm de medio sustulerit, contendet à fera pessima deuoratum esse. Matris tamen commendanda prudentia: nouerat quouis modo capiti atque saluti Iacob maxima imminere pericula: sed minora esse, quæ absentia attulisset: quippe & ipso exilio satisfactum Esaü dolori, & regnabat iam solus in aula: at palàm habere, & ante oculos, qui primogenitura cum dolo spoliauerit, qui maiori astutia benedictionem eripuerit, quanta hæc rixarum occasio, homini præsertim effero, & truculento? Non cohibuisset diu paterna reuerentia, & ante obitum senis cruentasset gladium fraterno sanguine:

Fugam

Fugam igitur tam vehementi contagio singulare amuletum quæsiuit genitrix; nec enim alia medendi via supererat, [illegible] vehemens & terribi[illegible] instar [illegible]; Ita visum Ambros. epist. 8[illegible]. ad Vercellensem Ecclesiam; *Imitare Patriarcham, qui de consilio matris longinqua petiit; [illegible] abat mater [illegible] affectum pij amoris dimisit filium; [illegible] luit enim sibi eum exulare, quam Deo.* [illegible] Ambrosius, *sibi (ait) exulare potius, quam Deo*; nam, quanquam Iacob semper optima fuit indole, & ab infantia meliora do[illegible], atque in [illegible] tudinis schola profecerat insigniter; timendum erat, ne audiens vitæ ipsius ab Esau parari insidias excandesceret plùs, quàm Dei ordinatio sustineret, atque noxa mortali eius pura mens commacularetur; Rebecca autem vera in primis mater optabat magis filij dulcissimo aspectu carere ad longum, imò antè corpus animatione priuari, quàm fœdaretur spiritus; Hoc igitur illud est, *Sibi potius exulare, quàm Deo*; Atque, vt & Iacob, & Esau omnem discordiarum fomitem subduceret, adolescentem hortatus est, quàm citò ad auunculum proficisceretur.

38. Illud Lucæ ventilemus cap. 1. vers. 5[illegible] *Mansit autem MARIA cum illa, quasi mensibus tribus, & reuersa est in domum suam*: Quibus verbis significari putant nonnulli, iidemque optimæ notæ Auctores, Deiparam non interfuisse partui, cùm Præcursor ederetur in lucem: Sed concedamus Maldonato acriter contendenti non ante natiuitatem Ioannis discessisse; at certè paulo pòst abeundi veniam postulauit: quippe sub finem noni mensis prodiit in auras infans; sed nono postquam grauida facta est Elizabetha mense, domo se prorupit Virgo; nam sextus erat mensis illi, quæ vocatur sterilis, cùm Angelus salutauit Christiferam, quibus si copulentur tres alij menses commorationis sub tecto cognatæ, explent nouem menses; quamobrem itaque tum penates amicos reliquit, cùm eius præsentia maximè salutaris fuerat; neque enim instabant tempora, vt [illegible] [illegible]ulorum delicias pareret? Sanè, cùm in Baptistæ natiuitate non pauca ex admirandis operatus esset Deus, diuulgatis iis per montana Iudææ, incredibilis populorum concursus fiebat, vt nullus non Zachariæ lares, nullus non limina terere optasset; igitur cùm pudicitiæ tanta cultrix nosset quantum à virorum congressibus immineret discrimen, horum vt declinaret aspectus, nedum sermones, & colloquutiones, quam subitò animaduertit aduentare multitudinem, cognatam dereliquit; Ita censuit Victor Antiochenus ad nominata Lucæ verba, *Rediit autem* (inquit) *quia circa Elizabethis partum magna [illegible] multitudo ad Zachariæ ædes confluxura [illegible]; Virgo autem sanctissima virginea quadam pu[illegible]re hominum conspectum declinabat*. At con[illegible] mus quidem, adolescentulas virorum ora [illegible] [illegible]bere, & coercendam à matribus impigre, si quam videant licentiam: sed hanc expoliunt d[illegible] linam illæ puellæ, aduersùs quas concup[illegible] entiæ fomes [illegible], [illegible] incen[illegible], qui [illegible] non in [illegible] est formosulis placere; nihil autem horum arcem animæ Marianæ oppugnabat, quippe sub eam appetitus, & dominabatur [illegible], quidni enim quæ caput Draconis confregerat, quam gratia [illegible] repleuerat, cum qua Dominus erat, & quam de [illegible] Altissimi obumbrauit? Con[illegible] & hoc desolitum virginum; ed Hebræis mos fuerat, se-

Margin: Ambros. — Luc. 1. — *Virginum quanta esse debet verecundia* — Vict. Ant.

Sherlogi Antelog. in Cant.

parata à viris habitatione fœminas includere, & virginibus ne quidem masculorum intuitus concedebatur; Diximus de hoc aliquid superiùs Antiloquio [illegible]. Sectione 3. Subsectione 1. num. 22. Poterat igitur Deipara pro gentis consuetudine penetralibus latere, vbi nemini virorum conspectui [illegible]; ob hanc itaque causam discedendum ei non fuerat: sic peragi posse apparebat, ni lubrica admodum esset occasio virginei pudoris, viris domum circumcursantibus; Itaque in tanto discrimine parum efficax MARIÆ videbatur intra penetrale absconsio; & quoniam eiusmodi causa [illegible], vt puella virum fugere debuisset, non satis est gratia plenam esse, non sufficit ventre Deum portare: exiguum est genj [illegible] defendi muris, & ostio semper obserato, abit per montana iterum, vnius atque alterius diei itinere [illegible] instructura volentes cauere: sic demum vincenda esse pericula vehementia, & quæ impetu ad lapsum inuitant.

Petamus [illegible] ab Abrahamo sacrifi[illegible] [illegible] eximium specimen, Iam cliuum ascenderat obedientissimus sen[illegible] in altaribus lignorum fasces impo[illegible], [illegible] admonit flammam [illegible] fra[illegible] bus [illegible], iam victimam cu[illegible] [illegible] erat, [illegible] aptata ce[illegible] penitiori ad[illegible] scentis stringebatur patric[illegible] machæra; Sustulit dexteram vibratur[illegible] cùm ec[illegible] de [illegible] intonat vox: *Abraham, Abraham non extendas manum tuam super puerum*, Gene. cap. 22. vers. 12. *neque facias illi quidquam*, &c. Sed, cur victimantis nomen Angelus ingeminat? quippe Abraham virtutibus omnibus clarissimus; obedientia tamen excellentior, [illegible] [illegible] spirans imago: at perfectus obediens ad vnam præcipientis voculam responsat, quin & nutibus obtemperat: igitur aut superfluum in loquendo cœlestem nun[illegible] dicturi sumus, aut Patriarcham in obediendo non satis properum; Verùm animaduertite circumstantias sacrificij: non hæc initio [illegible], non sub medium, in exitu penè, & ipsa tragœdiæ catastropha. Ergo, cùm [illegible] progressus fuisset Abraham, & victimandi tam aper[illegible] se tradi [illegible], vt [illegible] iam haberet sanguineum ens[illegible], non perficere incœpta tali occasione, [illegible] emergere, nec filium iugulasse, qui, vt occideretur, manifesto se [illegible] obiecerat, hoc etiam in Abrahamo [illegible] cœlestis arbitratur Legatus, ac quantumuis obedientissimum nollet, sed [illegible] tamen [illegible] commotus, quasi diffi[illegible] vna voce reuocandum, conduplicauit nomen. Percipiamus [illegible] Ambrosium lib. 1. de Abraham, cap. 8. *Et dixit Angelus Abraham, Abraham, tenuit quodammodo [illegible] eius diuina vox, & illum vibrantis occupauit dexteram; Non semel vocauit, ne aut non plenè audiret, aut fortuitam vocem putaret; repetiuit vocem, tanquam [illegible], ne prauer[illegible] studio deuotionis, & vna vox imperium ferientis reuocare non posset: Non iniicias, inquit, manum in puerum, neque facias ei quicquam*: Luculenter Zeno Veronensis cogitauit, gladium ipsum stupore affectum, vt potuerit non patri [illegible] vocari, qui [illegible] victim[illegible] [illegible] [illegible], & [illegible] [illegible]plit, Eius verba sunt sermone de Patientia: *Medius stupet gladius [illegible] impedimento [illegible] mactatione terribi[illegible] [illegible] se prestit [illegible]* At quorsum beatus Martyr [illegible], *nullo [illegible] mento suspensum*, cùm de [illegible] [illegible] mor festinantem coerceret [illegible] hæream. S[illegible] intellexerit, nulla obstacula ab ipso Abrahamo

Margin: 39. — Genes. 22. — *Abraham cur geminata voce ab Angelo sistitur* — Ambros. — Zen. Veron.

posita, immissam forinsecus moram, hoc autem vel inanimatum ensem demiratum, cùm sic properaret ad filij internecionem Patriarcha, vt nihil retardaret citissime, & tota mente currentem; potuisse tamen non absoluere parricidium; Tam difficile igitur cùm sit labendi proxima, atque impellenti occasione constitutum non fœdari, non cadere; quoniam sciebat Creator, fore, vt Palæstina edomita, adhuc Chananæorum non exiguæ reliquiæ in medio populi fidelis remansuræ essent; ab his autem, quod in proximo agerent, Hebræis idololatriæ maximum impenderet periculum; nam admotis vniuersis machinamentis adnisuri erant, vt Deos alienos sequerentur; iussit in medelam, ne societatem cum eis inirent, ne matrimonia necterent, etiam post abiuratas ab illis superstitiones; percellebat enim cùm maxima sit amicitiæ vis, & potestas ad decipiendos animos, sed tamen coniugiorum arctissima esse vincula, thalamos maximè prohibuit, ac quoniam & Iudæi per se proni erant in vanorum adorationem Numinum, & Chananæorum summa diligentia in alliciendo ad impiam religionem, cohiberentur perfectè, non solùm cum Paganis vetuit nuptialia fœdera, sed quoque cum proselytis, & Moysi aggregatis.

Gladius Abraha stupere affectum.

Sectio V.

Gloriosior, fortiórque in robusta ætate virtus, cuius in pueritia iacta fuère semina.

40. Vix pubertatem prætergressos sponsos, & statim matrimonio copulatos ostendimus elapsæ Isagogæ Sectione 5. Subsect. 5. num. 114. Quid coniugij vincula tam citò iuuat subusse? quis amor curarum tam subitus, & familia præpediri, & liberorum educatione vexari? Sed & in tempore quoque fastiditur senectus, quicquidve iuuentam excedit, propterea pubescente anno, cùm aperire sinus terra incipit, & diuitiarum ostentamenta emittit solum, celebratam genialem pompam monstrauimus eadem Prolusione, Sectione 4. Diximus autem nominata Subsectione 5. ideò festinatum ad nuptias, ob plurima, nempe emolumenta; quòd, & mascula atque validior proles nasceretur; quòd firmior succedentium ætatum valetudo appareret; quòd denique, & vitæ ipsa vltima spatia constantiora fierent: Eia, transiliamus corporeum istud, & consideratione feramur ad spiritales amantium nexus; habet & suum anima coniugium, cùm abdicatis illecebris supra se exurgit memor nobilitatis antiquæ, & cum Dei Verbo, cum donis sanctissimi Flaminis, cum virtute, atque honestate omni, indissolubili fœdere coniungitur, verùm quæ ita Christo se despondere statuit beata Mens, exurgat in principio dierum antelucano œstro; Bonum est viro, cùm portauerit iugum ab adolescentia, quippe leuabit se super se, ipsóque se, quod mirum est, grandior fiet; transferet in sequentes annos vigorem quendam entheum, & cœlestem planè, quem cum rationis vsu cœpit germinare virtus: Agedum, videamus, confirmemus. Abiimus iam iam ad Patrem Redemptor, Petro, Apostolicæ coronæ apici, significare placuit, qua morte eum clarificaturus esset, & benignè quidem atque peramanter; indigebat, nimirum, tanta consolatione Simon, quæ non tam necessaria commilitonibus; negauerat, nempe, Magistrum fœda admodum leuitate, scilicet ad puellæ commemefactus vocem, vixque poterant conscientiæ irritamenta ob tam insigne delictum aliter satis leniri, nisi concepta beatæ in Domino mortis certa fiducia: Sed percipiamus interemptionis formam, *Amen, amen dico tibi*, (Ioan. cap. 21. vers. 18) *cùm esses iunior, cingebas te, & ambulabas, vbi volebas, cum autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet, quò tu non vis*: Et quidem cruce moriendum insinuabat Christus, quæ communis est expositio; Sed Chrysostomi Commentarius aliquam facessit remoram homil. 87. in Ioannem: *Cur superioris vitæ meminit? Sed, cum aduenerit senectus, tum fortior eris, atque præstantior*; Noster Maldonatus clarissimè, *Solent iuuenes fortiores esse etiam animo, quàm senes; significat autem Christus, fore, vt è contrario Petrus fortior sit, cum senuerit, quàm cùm erat iuuenis*; Verùm, obsecro, quæ huius explanationis commodatio cum Euangelij dictione? nam oppositum omninò Christi sermo indicare videatur, fuisse, videlicet, Simonem in iuuentute robustum, in seris annis debilem atque infirmum; quippe cùm vigeret prima ætas, nullius egens adminiculis, ipse iret capessurus cingebat se, fluxámque vestem colligebat; senior autem, & tantùm non decrepitus, præter scipionem, etiam ministrorum implorabat opem, qui, ne caderet, sustinerent: Sic igitur conciliare libet: cingendi quidem vocabulo præstat intelligamus adumbrari mortificationem: Docet Gregorius Papa homil. 13. in Euangelia, idque vulgariter recipiunt omnes: verùm laboriosior multò est illa pœna, quæ ab extrinseco venit: nam & vnusquisque non ita operosè suo quidem marte, propriòque, atque instinctu apud se nato, aut ieiunabit, aut cilicio flagellatione, aliáve forma corpus in seruitutem rediget: quæ si reluctantem peragere cogat externa vis, ingemiscet, & dolebit supra modum: itaque concinnè indicat Seruator, valentiorem fore in Petro extremi curriculi mortificationem, quàm fuerit primæ ætatis: quòd, scilicet, iuuenis ipse sibi violentiam inferret: senex ab aliis dura pateretur: *Cùm autem senueris, alius te cinget, & ducet, quò tu non vis*; Non illepida hæc: iam ad nostri propositi institutum: Puto ergo ostendere voluisse Christum, quamobrem senescentis Apostoli mortificatio robustior euasisset: nimirum, quòd adolescens etiam passionibus domandis inuigilasset, velut si pronunciet: Quoniam tu, cùm iunior esses cingebas te, exorsus ab ipsa adolescentia mortificationis studia, hoc inde consequeris, vt cùm grandæuus fueris, mortificationis summum fastigium attinges: Itaque crescet in dies vigor mentis, & longè excellentior quidem apparebit senectutis virtus; sed ideò hæc tam excellens, & valida, quod initia hauserit à viridi æuo: scilicet, etiam tum, cùm esses iunior, cingebas te, & crucifigebas carnem cum concupiscentiis, inde ad extremam periodum transfusum robur: Hoc igitur est, quod Chrysostomi innuebat oratio: *Sed cùm aduenerit senectus (ait) tum fortior eris, atque præstantior.*

Coniugium animæ cum Dei Verbo.

Chrysost.

Maldon.

Perfectissima mortificatio est ab aliis pati.

Atque percipiemus ex his, quamobrem Iosuè 41.
clarior prodierit Præceptore eius Moyse; nam
vt

Ambr.

vt excelluerit, docet Ambrosius Officiorum lib. 2. cap. 20 *Meritò vir huiusmodi euasit, vt sisteret fluminum cursus, diceret, stet Sol, & staret Sol; quasi eius spectator victoria, noctem differret, diem produceret. Quod quidem Moysi negatum est, solus eligeretur, vt populum introduceret in terram repromissionis: magnus vir fidei miraculis, magnus triumphis. vterque igitur diuina subuixus gratia vltra humanam processit conditionem, ille mari hic cœlo imperauit:* Itaque Moyse potior discipulus eius, & quòd optata tellure gauisus, & quòd in nobiliori plaga operatus admiranda, in Olympo, nempe; sed vnde gloriosior factus? equidem vitæ eius incunabula, aut certè pueritiam, si repetamus, inueniemus sanè Moysem aulæ deliciis enutritum, ipsósque quadraginta annos versatum inter Ægyptios: nam demum hoc tam longo exacto interuallo secessit in eremum contemplationi nauaturus operam, de quibus Salianus tom. 2. anno mundi 2503. Antonius Fernandez Præfatione visionis 6. numero 7. quo profectò tempore honestatem omnem ipse sequutus sit, & digna futuris incrementis iecerit omina id tamen negare non possumus, vixisse loco lubrico, nempe, iuxta aulæ protervitam, & insanas libidines, intérque mortalium nequissimos Ægyptios: at verò à Iosuë non solùm benè transacta adolescentia, sed etiam cum bonis; nempe, à puero Moysi additus, ab eius non discedebat latere, eius bibebat auidus instructionem, sectabatur exempla, & habitabat in medio populi fidelis, scilicet, Iudæorum: ergo cùm iuuentutis gloriæ in euectæ ætatis limites excurrat, quemadmodum Iosuë pueritia clarior extitit Moysis educatione, nempe, eò quòd non sibi solùm probè; & honestè vixerit, sed apud eos etiam, qui honestatem, modestiámque diligerent; sic & eius senectus fulgentior emersit, hæc igitur occasio, cur & Moysem superauerit; Opus autem est, corroboret Ambrosij auctoritas indicato iam loco: *Inde tantus Iesus Naue, quem cùm non solùm erudiuit ad legis scientiam Moysi copula, verùm etiam sanctificauit ad gratiam. cùm columna nubis descenderet. & loqueretur cum Moyse, quasi fidus adstabat Minister: nec exibat de tabernaculo iuuenis, cùm seniores longè positi diuina trepidarent miracula: vbique igitur inter admiranda opera, & veneranda secreta Sancto Moysi individuus adhærebat: meritò vir huiusmodi euasit, vt sisteret fluminum cursus, &c.*

Supra Magistrum aliquando, discipulus.

Sal. ... Fernand.

Ambr.

42. Libet & hinc quoque enodationem inuestigare celebri admodum ænigmati, de purificatis duorum Prophetarum labiis, Isaïæ videlicet, atque Ieremiæ: quippe euangelici Vatis caput vt consulamus sextum, inueniemus sanè sancium purgamen non perfunctorium, sed acre in primis, atque pungens, nam & certè *volauit ad eum Seraphin, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os eius:* Porrò fuisse calculum hunc prunam non emortuam sanè, & semiardentem, sed ignitam vndique atque accensam, commune iudicium est, quod firmate nixus noster Aluarez ad vers. 6. nominati capitis Isaïæ; at verò ad Ieremiam directus non ex Ministris quispiam, voluit Deus ipse emaculandi fungi officio & miti castigatione, manu solùm os tetigit; Quæ tanta discriminis ansa? Fortasse ætatis differentia: Nempe, quòd virum se nominet Isaïas: *Vir pollutus labijs ego sum;* Ieremias autem puerum se dicat, & dixi, *A, a, a, Domine* (cap. 1.) *ecce nescio loqui, quia puer ego sum;* Verùm sanè, & Ieremias iustam sortitus ætatem, eam absque dubio, quo peccato, & noxæ subiacere poterat, cùm vaticinari aggressus; neque pueri vocabulum quidpiam euincit; nam & iuuenes nuncupatos homines vsque ad quadragesimum annum apud Romanos, prodit Gellius lib. 10 cap. 28 atque Exodi cap. 33. vers. 11. Iosuë puerum nominatum aduertit Augustinus, cùm tamen annum ageret 43 quemadmodum idem censet lib. 18 de Ciuitate, cap. 12. Solet verò puer non ætatem, sed ministerium designare, vt idem intelligatur atque seruus; qua de re pulchra est dissertatio Ambrosij lib. 1. de Abraham cap. 9. ad illud, *Et vocauit puerum seniorem domus suæ. Disce hinc* (ait) *quòd etiam senioris ætatis serualis, pueri dicatur a dominis, vel quibuscunque potioribus: vnde & quidam Poeta (Maronem putu ecloga 1.) hoc sequendum putauit: siue in eorum vsum, qui sibi docti, & sapientes videntur, ipse hoc reperit: siue de nostris ipse transtulit: siue translatum inuenit:*

Isai. 6.

Ierem. 1

Regula: Puer non ætatem sed ministerium designat.

Gell.

August.

Ambr.

Pascite, vt antè boues, pueri submitte tauros.

Vide & pueros dicimus, quando seruulos significamus non ætatem exprimentes, sed conditionem: Acquiescamus tamen communi Patrum, atque recentiorum placito, arbitrantium Ieremiam decimoquinto, aut tribus exactis lustris prophetiam adortum; Legatur noster Christophorus à Castro, ac concedamus Hieronymo, ob ætatis infantiam caruisse næuis, quæ validiorem purgationem desiderarent, sic enim ille in cap. 1. Ieremiæ; *Ibi enim* (intelligit de Isaïa) *quia solida, & perfectæ ætatis erat, & ipse simpliciter confitetur, quod immunda labia habeat, mittitur vnus de Seraphim, qui non manu, sed forcipe, & carbone tangat os eius, & iniquitates auferat: hic autem ipsius Dei manus mittitur, per quem cuncta operatus est, vt non peccata auferat, quæ per pueritiam non multa fecerat: sed vt loquendi gratiam tribuat;* Id tamen scire præstat, vnde puero tanta labiorum innocentia? Nam sanè, si æqui Iudices esse velimus comperiemus, faciliùs iuuentutem, atque pueritiam in verborum ineptias effluere, quàm perfecti æui viros; debuerant igitur abstergi potiùs Ieremiæ pueri fauces, quàm adulti Isaïæ; Verùm meminisse oportet Ieremiam anteà sanctificatum, quàm in lucem missum; itaque à matris aluo impollutus; Cùm igitur, qui ad virtutem à rationis exordio adspirant, id consequuntur, virtus vti ipsa crescat in dies magis, magisque, innocentia eùm donatus ante annos Ieremias, hanc cumulari oportebat; quare etsi illa ad futiles sermones procliuis ætas, vicit tamen pueritiæ impetum conualescens innocentia, ac proinde ne ipsa Dei manus, quod mundaret, inuenit: *Non enim vt peccata auferat,* (inquit Hieronymus) *sed vt loquendi gratiam tribuat;* tantùm Ieremiæ profuit ab vtero sanctitatem assequutum esse.

Hieremias quo ætatis suæ anno prophetiam adorsus.

Castro.

Hieron.

Feramur ad Christi Seruatoris acta: Vocatus ad geniale epulum, cùm in Cana Galilææ nuptiæ fierent, deficiente falerno Genitrix insinuat, atque ille velut subiratus ius: *Quid mihi, & tibi est mulier? nondum venit hora mea.* Ioannis cap. 2. vers. 4. Manem Gnatus quamobrem increpare visus? aut quæ hora faciendo miraculo præstituta, nec possit quibuscunque momentis operari stupenda in cœlo pariter atque in terris? Iansenius Concordiæ cap. 18. ad illud, *Et dixit ei* 43.

Ioan 2.

IESVS, &c. opinatur, nondum aduentasse tempus, passim, ac publicè [illegible] quod tamen [illegible] cœpit ab incarceratione Ioannis, propterea à Filio pronunciatum: *Nondum venit hora mea*; Sed huius dicti [illegible] causam. Existimamus quidem, hæc sub initio prædicationis Christi contigisse; Ita sanè Euangeliorum Interpretes, & Ioannis Textus insinuat sufficienter, qui non multò antea aggregatos ad Christi scholam Discipulos memorat: erat verò, in quo Christus se imitari optaret præcipue, non miraculorum splendor, qui facile allicit, sed humilitas sanctè à paucis concupita; Declarat optimè Augustinus in illud Matth. 11. *Discite a me, quia mitis sum, & humilis*, &c. tom. 10. sermone 10. de verbis Domini: *Non mundum fabricare, non cuncta visibilia, & inuisibilia creare, non in ipso mundo mirabilia facere, & mortuos suscitare; sed, quoniam mitis sum, & humilis corde*, Hac igitur virtute principaliter excellere Christum ipsum decebat, cùm ad eius vocaret imitationem ante omnia; neque certè alterius virtutis, aut crebriora documenta, aut potiora exhibuit; Cùm itaque hæc esset futura virtus, quæ prædicatione fulgeret singulariter, quò virtus ipsa suis absoluta numeris euaderet, ab ea auspicari prædicationem conueniens fuerat; ita enim comparatum est, vt quæ progrediente tempore in robur, & firmitudinem conualescunt virtutes, eæ ab ipsius temporis exordio initia hauserint: Hæc igitur ratio, quod à miraculis atque portentis ordiri prædicationem renuit Dominus, quoniam magnifica illa, in quæ hominum ora, & admiratio conuertuntur, non tam iuuare humilitatem videantur quàm applausum, & gloriam; Hæc forsitan indicare voluerit Nyssenus oratione in illud Apostoli: *Quando sibi subiecerit omnia, tunc ipse quoque*, &c. *Cur enim*, inquit, *in humana versans natura, in pueris ipse progressus ætate, ad matris potestatem non amplius aspicit? illa enim ipsum hortante in Cana Galilea, vt suam ostenderet potentiam in nuptiali epulo, & vsum vini largiretur conuiuis, matrimum consilium, vt quod minimè adhiberetur in tempore, reiecit dicens: Quid mihi & tibi mulier? Visne me ante ætatem præesse ac imperare? Nondum mea venit hora quæ præbet ætati, vt imperet, & sit sui iuris*; Tanquam dicat; Hæc prædicationis meæ prima elementa, & velut rudis quædam infantia; oportet autem ab initio assuetum esse, non dominationi quidem & imperiis; sed patentiæ, atque subiectioni, ne si à teneris vnguiculis humilitatem non sequamur, marcida illa atque imbellis appareat.

Quando cœperit Christus publicè miracula facere.

August.

Nyssenus.

Prius voluit Christus parere, quàm imperare.

44. Sed aduersus Christum manantem cur Herodem tantâ sæuitiâ armauerit communis inimicus, expendamus; Ferociebat bestia illa cruenta, & inaudita tyrannidis fabrica per millenos planctus vnius pusionis quærebat [illegible] omne satius immanissimo hosti explere sanguinarium cupidinem, & post infinita opprobria [illegible] patibulo eum, quem detestabatur cane peius, & angue; Hæc plena vltio, & non data vnum per [illegible] fugiam mors; Sanè peruigil aduersarius instabatur ab ipsis præsepibus inchoatum à Christo opus, [illegible] quod veneat nempe, vt illuminaret omnem hominem venientem in hunc mundum [illegible] primitias [illegible], cùm eum pastores [illegible], qui in regione illa super [illegible] vigilabant, & [illegible] exordia attraxit, Magis ab oriente vocatis; Denique id, quod Isaias magnificè cantat cap 4. auferebatur a puero, antequam sciret vocare patrem suum, & matrem suam, fortitudo Damasci, & spolia Samariæ coram Rege Assyriorum; Sic igitur argumentabatur nequam: quæ ab infantia [illegible] tur, ea progrediente tempore magis, magisque roborantur; fiet ergo, vt, cùm à maternis vberibus hic infans, & Iudæorum & Paganorum conuersionem exorditus sit, eadem conuersio maiora deinceps capiat incrementa, destruetur itaque nostrum regnum, idola [illegible], nationes renunciabunt imperiis meis, Eia agite, Furiarum maximæ Herodem stimolate, abrumpat lactentis fila militaris gladius, & cadat interemptus velociter, ne si adolescat, vltimam ruinam nobis afferat, Hæc Chrysologus ipetta oratione serm. 150. de fuga Christi in Ægyptum: *Christus si vinctus pannis, si ab matris vberibus occupatus, si tacens lingua, si latens opere, si gressu nullus, Diabolus fugientes hoc est, Magos in luce fidelissimos communicauit perfecta ætatis Christus, quid possit facere, Diabolus iam videbat; & ideo mouebat Iudæos, [illegible] fugabat Herodem, vt Christi [illegible] sibi [illegible] ueniret infantiam, vt futura virtutis eius [illegible] pareret signa. Sciebat Diabolus, sciebat quod Christus doctrina [illegible] vitam mox [illegible] ret, & mundum totum, qui adhuc [illegible] ipsi quod erat mundi vertice occuparet, iuxta illud Prophetæ: Priusquam sciat puer vocare patrem [illegible] matrem, accipiet virtutem Damasci & spolia Samariæ* &c.

Chrysol.

Prodigia Christi ab incunabula.

Atque hoc ipsum Patris Verbum, quod tandem vera cum carne atque [illegible] visum est [illegible] terris, longè anteà à rerum initio apparebat, siue id quidem coaptando sibi corpus aliquod, vt velit Antonius Fernandez visionis sextæ Commentario 2. sectione 1. numero 8. seu Angelus Verbi formam repræsentabat, quod placet Pererio disputatione 6 in cap. 3. Exodi, num. 25 Certè sententiam amplexatus Irenæus lib. 4. aduersus hæreses, cap. 16. *Ab initio* (inquit) *assuetum Verbum Dei ascendere, & descendere propter salutem eorum qui malè haberent*; Interrogamus, cur nominatim asserat, *ab initio assuetum descendere*, id est, ab ipso creationis exordio? Nam, si, vt faciliùs, atque expeditè descenderet, placebat, antea ius descensus experimentum facere; sed ad hoc sufficiebat, præsertim peritissimo artifici, per centum annos documenta capere, & non etiam ante diluuium inchoasse descensiones: Fortassè indicare optabat, quantùm amaret præcipuum inter opera sua hominem, quem diluculo quærebat: sic enim vsu venit, vt quæ diligimus plurimùm, vt hæc inuestigemus, & quietem abrumpimus, & lecto primo mane consurgimus; Non illaudabile hoc; mihi tamen alia coniectura; Volebat sanè Verbum, vt descensus celeritate, & eminentia descensus omnes vinceret; itaque optabat perfectissimum esse: cùm autem sciret, quo artis exercitatio solida atque robusta euadat, necessum fore, vt ea ars ab infantia ebibatur; ideò, quò, descendendi vsu superaret cunctos, statuit à mundi incunabulis sese descendendo exercere; Hæc [illegible] fuit occasio, quamobrem docuerit Irenæus, *Verbum Dei ab initio assuetum descendere propter salutem eorum, qui malè haberent*; Neque ædepol fefellit eum spes: nam quidem [illegible] planta vt gigantes [illegible] luisse Dauid monuerit Psalmo 18. *Exultauit vt gigas ad currendam viam suam, à summo cælo egressio eius*, Salomon autem

45.

Fernandez.

Pereira.

Iren.

Verbum Dei ab ipso Creationis exordio, propter hominum salutem descendere assuetum.

Psalm 18.

autem & binnulorum æquarit pennatis vestigiis, *Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles* (Canticor. 2. cap.) *Similis est dilectus meus* Cantic. 2. *capreæ, binnulóque ceruorum*; Quod verò currendo, descendendóque tantùm profecerit, talísque, & cursor, & descensor euaserit, factum propterea, quòd ab initio, atque primordiis rerum didicerit; Verùm, & Irenæi dictione elatior Tertull. est eloquutio Tertulliani libro aduersùs Praxeam: *Ipse enim & ad humana semper colloquia descendit, ab Adam vsque ad Patriarchas, & Prophetas, in visione, in somno, in speculo, in ænigmate ordinem suum præstruens ab initio semper, quæ erat persequuturus vsimita, semper ediscebat, & Deus in terris cum hominibus conuersari, non alius, quàm sermo, qui caro erat futurus; ediscebat autem, vt nobis fidem sterneret, vt faciliùs crederemus Filium Dei descendisse in cœlum, si & retrò tale quid gestum cognosceremus*; Significat igitur Tertullianus difficilem nos adhibituros fidem descensui ab excelsis Filij Dei, *nisi, & retrò tale quid ab eodem gestum cognosceremus*: Tanta enim est connexio posterioris virtutis, & eius sanè, quæ non vtcunque exercita, sed ab initio, id est, à rudimentis, & infantia, vt nisi hæc processerint, prodigij instar sit, quempiam velut ex inopinato virtutibus conspicuum emicare.

46. Vide ex istis, quàm scitè philosophetur Dauid. Prouocabat Philisthæus gigas ad singulare certamen Hebræorum ex legionibus fortissimum quenque, neque inueniebatur in omnibus castris, qui auderet congredi cum Goliatho; Obtulit se Dauid tanto discrimini, & primùm acriter à fratre increpitus, deinde à Rege Saule despectus, *Non vales* (ait Reg. 1. cap. 17.) *resistere*
1. Reg. 17. 33. *Philisthæo isti, nec pugnare aduersus eum, quia puer es, hic autem vir bellator est ab adolescentia sua*; Sed repulit festiuè Dauid Regis argumentum, inquiens: *Pascebat seruus tuus gregem patris sui, &*
Dauid inde se insuperabilem ostendit quòd à pueritia pugnare assueuit. *veniebat leo, vel vrsus, & tollebat arietem de medio gregis, & persequebar eos, & percutiebam, eruebámque de ore eorum; eris igitur & Philisthæus hic incircumcisus, quasi vnus ex eis*: Porrò Theodoretus quæstione 40. in lib. 1. Regum. cogitat, Dauidem vix pubertate egressum, quatuordecim,
Theodor. August. aut quindecim annorum tantùm; Augustinus planè libro 50. homiliarum, sermone 31. puerum fuisse existimat. Quæ si comperta arbitremur, operæpretium est dicamus, minorem hac ætate, quando cum bestiarum efferis, & robustissimis congrediebatur: Eius igitur generis certamina inierat, priusquàm ephebiam absolueret. Proinde à tenero æuo edoctus subire ingentia pericula, non timere ardua quæque; Itaque Saülis animo vti metum omnem demat incertæ victoriæ: Scias (ait) ô Rex, concessum eis, qui à pueritia difficilibus assuescunt, atque ingentia moliuntur, maiores vt cùm ad annos venerint, nihil sit tam inaccessum, quod non superent; valentior nanque fit in dies virtus; Ego igitur si puer, & tenellus, neque leones animantium superbissimos tyrannos veritus sum, neque vrsos sæuos in primis, atque audaces timui: quid nunc pubertate transacta, quando, & animi constantiæ, & corporis roboti incrementa addita? Ne dubites, cadet à nostro vulnere monstrum illud horrendum, ingens, licèt alno procerius. Quid? irruebamus in fortissima bruta, idque ob tam leues causas, ne de numeroso grege ouicula vna periret; nunc cùm patriæ honor instat, cùm Principis gloria stimulat, cùm potentissimi, æternique Numinis causa vrget, atque incitat, segniores erimus? Et non ideò ludebamus in exiguis tanto discrimine, quò in maximis absque formidine auderemus? Vincet proculdubiò adolescens Philisthæum, qui puer leonem, simúlque vrsum superabat, vt consequentia sit ab illa in hanc victoriam, quemadmodum Chrysostomus medi- Chrysost. tatur tom. 1. homil. de Dauid, & Goliath: *Ego* (ait) *contra illum exeam, ego pugnam contra eum instituam, & superbiam Deo mitigante consternam: nam, cùm pascerem gregem in campo, ouem mihi à leone, & vrso abreptam, his belluis interemptis, prædam excussi, nocentes bestias interfeci; hoc exemplo etiam istam immanem belluam prouocem bello, pugna congrediar: Dei populum & ipsum vt nocentissimam belluam Dei virtute percutiam*: Sed in hoc, quod sectamur, propositum commoda ea Saulis verba de Goliatho: *Non vales resistere Philisthæo* *Goliath à iuuentute, militari disciplina imbutus.* *isti: hic vir bellator est ab adolescentia*: Nec enim sine aliquo arcano, quod non à virili ætate bellandi eruditum disciplina asserat, verùm à iuuentute: significans ob hoc tanquam insuperabilem, cùm id consequantur, qui ab adolescentia artibus incumbunt, vt cùm prouectiores fiunt, in eam transeant firmitatem, & adamantinam vim, quam superari impossibile sit.

Dauidi autem pulcherrimo iuueni iungamus 47. alterum decorum nimis aspectu, Iosephum, nempe, huic cùm Moyses optimè imprecaretur Deut. Deut. 33. cap. 33. vers. 17. *Quasi primogeniti* (inquit) *tauri pulchritudo eius: cornua rhinocerotis, cornua illius, in ipsis ventilabit gentes vsque ad terminos terræ*: Verùm qualis hæc delineatio? Nam, si oris figura commendatur, non apta similitudo est, quę à tauro desumitur, hic enim toruus magis, quàm speciosus, vti & monoceros; sin autem robur sub ænigmate depingitur, non hoc Iosepho effulsit; sed prudentia & consilium: quare togæ quidem, & rostris aptior, quàm militari sago. Dicunt sanè Lyrensis in allegatum Deuteronomij caput, in Lyran. idémque Tostatus quæst. 5. non ipsius Iosephi Abul. vires laudari, sed in eo venturos nepotes, tribum, scilicet Ephraim, quæ (vt ait Nicolaus) fortis extitit, & bellicosa, præsertim post diuisum Israëlem; nam cessit imperij maior pars Ieroboamo ex Ephraïmiticis: at, si posteritatis gloriam extollere Moysi scopus fuit, Iudam potiùs his titulis afficere debuit, cùm qui ex illo descenderant, reliquos castrensi fama vicerint; Placebit igitur ad reconditum transferre sensum; & mentis vigorem, altámque cordis arcem in Iosepho monstrari; itaque inconcussam animi virtutem cùm indicaret Legislator, ab animalibus desumpsit metáphoram, quorum est notissima firmitudo: at de tauro quidem apud vniuersos exploratum; de rhinocerote Abulensis ea, quam nominauimus, *Rhinoceros, animal forte.* quæstione, de quo memorat, & leones ipsos infectari, quem bestiæ omnes fugiant; Quando autem tam validus Iosephus? Sanè cùm & venditionem expertus, & carcerem: sed super omnia, athletam probauit impolluta castitas, & reiectæ femineæ illecebræ! Superest indagemus, vnde Iosepho inter fratres omnes tam firmata virtus, tam ingentes spiritus, qui masculis quibusque animantibus comparentur? Equidem, si prima vitæ exorsa repetamus, inueniemus sobrium pudicum, honesti impigrum amatorem ab initio ætatis; nam certè Genes. cap. 37. Iacob genitor Genes. 37. hunc præ filiis omnibus dilexisse narratur, eo

quòd

quòd in senectute genuisset; cuius sanè phrasis interpretatio apta ad mores potiùs, quàm ad natiuitatem transferenda, quippe, si materialis genituræ ratio babeatur amandus fuisset ante vniuersos Beniamin annis Iosepho minor, vti probè animaduersum à Procopio; ergo senectutis filius (sic enim ex Hebræo apud Abulensem) nominatur Iosephus; quia, vt idem Tostatus in præfatum Geneseos caput, asserit; *In principio ætatis suæ fuit prudens, & industrius valdè*; Quare & ob hanc causam idem Episcopus citata in Deuteronomij cap. 33. quæst. 5. arbitratur, vocatum Nazaræum, id est, sanctum, & religiosum; alioquin nondum institutus Nazaræatus, qui sub Moysen Iosepho nouiorem emersit; Igitur, cùm Iosephus ab annorum & vitæ principio modestiam, probitatémque impensè coluerit, consequuens antelucano hoc virtutis œstro, vn grandior effectus, robustissima esset mente, & animo in meliora æneo, atque indomabili; vt validissimis quibusque animantibus dignam quæ assimilaretur tantam firmitatem, æstimauerit Legislator: Hæc igitur tam salubria monita, tam fructuosa, veloces, & properæ huius Epithalamij nuptiæ suppeditant, quod vere, atque anni limine insonat Hymenæus quod sponsi dexteras tradant statim post consummatam pubertatem, quòd vniuersa iuuenescant, nihilque antiquatum appareat, summo mane, cùm auroræ exortu inuestigandam sapientiam hortantur; non differendos castos pietatis amplexus; vt in aliis cunctatio non mala existimetur, in his perniciosam esse; quippe nisi ab infantia optimis assuescamus moribus dum testa recens est, quæ sequatur iusta ætate virtus gracilis, atque macra erit semper, ac proinde quæ irruente quauis procella, facilè cedat fluctibus, in profundum mergatur, & pereat miserando naufragio.

Procop. Abul.

Deut. 33. Regula: Nazaræus idem, quod sāctus.

Summo mane pietatis amplexus concupiscibili.

Sectio VI.

Societatem Iesv *ob Filij Dei participatum nomen Deus ad maximam gloriam euexit.*

48\. INsinuauimus quidem, dum elapsi Præludij discuteremus literam Sect. 5. Subsectione 1. num. 84. idque aliàs docuimus, sponsam beneficiorum magnitudine victam, cùm non haberet, quibus soluendo esset, nec parem dilecto gratiarum actionem referre valeret, vt tamen qualicunque nota animum exponeret, post connubia deinceps appellari voluisse mariti nomine, proindéque Sulamitem, seu Salomoniam dictam à Salomone comparatiuam, cùm ipsa secum nihil attulisset, non stemma, non aurum, non villas, & terrarum iugera omnia verò donata fuissent cumulatè Principis largitate; optauerat hoc nuncupatione publicare, vt quoties appellationis ratio postularetur, promptum fuisset respondere, mariti se vocabulo insigniri; quoniam, quæ haberet, vniuersa sponsus dedisset: ac propterea cùm & vestis, & gemmæ, & ornatus tota pompa à Salomone, noluisse suum quidpiam affirmare; sed Sulamitis, id est, Salomonitica esse, hoc est. Salomonis quidem femineo articulo inflexi, Puto ego seminalem hanc extitisse causam, quòd tam sedulò virginem adamauerit Princeps, vt in vno crine colli eius vulneratum se differri non renuerit, vt Reginis, concubinarúmque mandris prætulerit; *Vna est columba mea, perfecta mea*: Vt demum, eám gaza locupletauerit plurima, & abundanti, contempserit quasi exigua munera sua, *Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.* O verè sagacem, beatámque puellam! Iure talem prædicauerant Reginæ, & concubinæ; vir eius & laudauit eam: Ingens hæc procul dubiò femina; Tecum si tamen, ô alma Genitrix, sancta Iesv Societas, conferre velimus, multùm eius de encomiis decresceret; nam illa quidem, quamuis sponsi titulos assumpsit; sed vetera nomina omninò non deleuerat, quemadmodum allegato superiùs monstrauimus loco: Sunamitis, seu coccinea etiam post nuptias vocata, idque ad ostentationem quidem, vti apud Romanos, & Lentuli, & Pisones, & Cicero cognomenta hæc, quorum primordia inhonora, retinuerunt, arbitrati non leuis esse gloriæ, plebeia vocabula inter Senatorum recenseri augustos titulos; in te verò nihil relucet præter Iesvm, eius tota insignita charactere: abolitum penitùs quicquid tuum videbatur, obliterata Ignatij, Sociorúmque memoria: nisi fortè aliquid hoc sit, quòd *Minima* dici elegisti, ac non magis commendas modestiam tuam: Sanè placuit Altissimo hæc submissionis tuæ grata testatio, atque ob hanc tantam humilitatem, fecit in te magna, qui potens est, sit sanctum nomen eius. Quidni enim faceret, quando sic ab antiquis consueuit? Quibus, nempe, aut nomen suum aut partem nominis indulsit, hos ad grandia, atque insolita euexit perpetuò, quin & maiora per eos, quàm per seipsum operari nonnunquam dignatus est? Age, Mater diuina, leua oculos tuos in circuitu, & contemplare, quæ sperare valeas à benignissimo Iesv, exemplo magnorum, qui in nouo, veterique fulserunt Instrumento.

Cognomina inhonora quorsum retinuerint ad Consulatum euecti Romani?

49\. Quanta in vnum Abrahamum Creatoris effusio? *Faciámque te (ait) in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum* (Gen c. 12.) *erísque benedictus, atque in te benedicentur vniuersæ cognationes terræ*: Et c. 15. *Eduxítque eum foras, & ait illi: Suspice cælum, & numera stellas si potes: & dixit ei: Sic erit semen tuum.* Denique & ille est, de quo Ecclesiasticus c. 44. v. 20. *Abraham magnus Pater multitudinis gentium, & non est inuentus similis illi in gloria*: Quæ ratio huius tam copiosæ largitatis? nam, si fide summus extitit Abraham, Iob patientia effulsit, commendatur in Moyse clementia in Tobia laudatur charitas, nec tamen præmiis tam amplis effecti, quòd si filium Isaacum lætus obtulit, quoniam superna vrgebant iussa; amissos natos, natásque omnes miseranda strage Iob alacris pertulit: ergo habuerit singulare quidpiam Abrahamus? Ita sanè: nempe, mutauerat ei nomen Deus: *Nec vltrà vocabitur nomen tuum Abram* (Genes. 17. v. 5.) *Sed appellaberis Abraham, quia Patrem multarum gentium constitui*, &c. Verùm hæc quid referant? Nónne & Iacob inuersum nomen, atque Israël in futurum dictus Gen. 32. v. 28. nec ad Abrahæ peruenit honores? Audiamus quid Hieronymus narret quæstionibus Hebraicis in Genesim; *Dicunt* (inquit) *Hebræi, quòd ex nomine suo Deus, quod apud illos tetragrammaton est, ה He Abrahæ, & Saræ addiderit: dicebatur enim primùm Abraham Abram, quod interpretatur Pater excelsus: & postea vocatus Abraham, quod transfertur Pater multarum:* nam

Gen. 12.

Eccli. 44.

Genes. 17.

Genes. 32.

Hieron.

Deus ex literis nominis sui Abrahæ nomini communicauit.

nam, quod sequitur, gentium, non habetur in nomine; sed subauditur: Nec mirandũ, quare, cùm apud nos, & Græcos A littera videatur addita, nos ה He, litteram Hebræam additam dixerimus; idioma enim linguæ illius est, per ה He quidem scribere, sed per A legere: sicut è contrario, A litteram sæpè per He pronunciant; Ergo ex participata vna littera diuinissimi, atque ineffabilis nomenclaturæ, tam sublimis consequutus Abraham, quid integra nominis Iehouah communicatio; Nam & hoc cum I E S V vocabulo idem esse, quàm probabili fundamento propugnari valeat, legendum apud Alphonsum Mendoçam quæst. 10. expositiua, num. 9. Certè quadrat in hanc Familiam effectus transmutati nominis Abrahæ mirificè, dictus exinde Pater multarum gentium quàm pulchrè. Quam enim sibi metam præfixit hæc Societas; nisi peragrare vniuersa orbis loca, & docere omnes gentes? Quæ in terris regio non plena tam fructuosi laboris? Ergo illa cunctarum genitrix nationum: sic enim oportebat, quando totum nomen tetragrammaton hauserat: Sed & illud pariter adepta, quod Abrahæ tributum, *Vt fieret in gentem magnam*: Scitè autem Rupertus Abbas: *Non dixit, gentem multam? sed, magnam: & verè magna gens, de qua magnos Patriarchas, atque Prophetas, vel Scribas peritos, ac diuersorum meritorum magnos viros habemus, per quos veram Dei magnitudinem cognouit mundus*: Neque enim huic Sodalitio in numero gloria, sed in delectu: Atque sanè cùm neque anni adhuc plurimi transierint, neque copiosæ legiones, deque iis ipsis non modica pars sæpiùs abire iussa; tamen per Numinis misericordiam nemo non piorum stupescit, quãtos hic palmes produxerit ramos felices, quot ex eo prodierunt Heroës, seu martyrij inclyti laurea, seu portentis, & quæ omnem naturam vincunt signis admirabiles seu Hæret corum & gentilismi triomphis clarissimi, seu conscriptis propè infinitis voluminibus apud omnem posteritatem commendatissimi futuri: denique tales, *per quos veram Dei magnitudinem orbis manifestè cognouit*, quantuncunque late patet.

Ros Lingua Hebræa, quod per He scribit legit per A.

Mendoça.

Societas Iesv in Abrahamo pulchrè delineata.

Rupert.

50. Miror Iosuë nunquam mediocribus contentum, semper excelsiora occupantem: Mittit legatos exploratum Chananæorum regiones Moyses, & ordinatur Iosuë Dux atque Princeps, nam præfectum reliquis docet Abulensis quæst. 37. in cap. 13. Numerorum: Verùm & ipsi Moysi antepositum ostendimus antecedenti Sectione, num. 40. nam & promissa arua tandem Imperator populorum ingressus, quod Legislatori in concessum: atque cùm in terris, marique Moyses stupenda patrarit, nobiliori plaga scilicet Olympo Phœbum ad occasum properantem stare coëgit Iosuë: parum hæc, si non & æterno, incomparandóque Numine maior quodammodo appareret: *Obediente Deo* (inquit sacer Textus Iosuë 10. vers. 14.) *voci hominis*: At, qui obedit, inferior est; admiranda hæc tam ingentia in maximis quibusque, Verùm in homine militari potiori etiamnum digna consideratione: quæ seges tantarum laudum? quòd virgo fuerit, vti scribit B. Ignatius ad Philadelphios. Sed casti quoque extiterunt Elisæus, Daniel, Ieremias. Quòd inter arma religiosus apparuerit? Sed talis pariter Dauid: Quòd promissam glebam attigerit? Sed hanc alij multi simul possedêre: Quid igitur? Equidem, Deo iospitante Moyses nomen illius inuerterat, atque veteri appellatione Osee cùm diceretur, deinceps Iosuë audiuit: Cæterùm in hac vocum transuersione contigit fortunatè, litteram *Iod*, vnam ex earum serie, quæ nomen Dei tetragrammaton componunt, nomini adiungi: quemadmodum itaque anteriori numero affirmabamus, Abrahamum insignibus auctum beneficiis, quòd ex Dei appellatione vnam accepisset litteram; sic & de Iosuë argumentari liceat ad præclarissima sublimatum ob æquales causas; Dabunt interpretationi pondus Tostati effata indicata quæst. 37. *Littera addita nomini antiquo Iosue* (ait) *est prima in nomine Domini tetragrammaton, id est, quatuor litterarum: nam prima istarum est Iod: addit ergo Moyses istam litteram, vt esset idem principium nominis Dei, & nominis Iosue: innuens per hoc, quòd Deus daret ipsi Iosue de magnis bonis suis, cùm daret ei primam litteram nominis sui*: Ac sanè applicauerint de principatu inter Exploratores Vnis Societatis alij iuxta libitum: mihi autem duo præterire religio sit, quando Commilitonibus ea solatio futura; Primum, quòd speciatim inter plurimos vni Iosuë Moyses nomen mutauerit, Legislatorem hoc tãquam pignore declarasse singularem in hunc affectum, animique dulciorem propensionem. Percipiamus ab eodem Magistro: *Causa* (inquit) *additionis nominis huius putatur fuisse beneuolentia Moysi ad Iosue, secundum quam cupiebat illi bona: erat enim familiarissimus ei, ita vt vocaretur puer eius Exod. 33. & 34. Et licèt multos alios, vel familiares, vel Ministros haberet Moyses, iste dicebatur electus ex millibus supra cap. 11. ideo nullius de Exploratoribus mutauit nomẽ Moyses, nisi ipsius Iosuë, quia nullum alium æqualiter diligebat*: Ergo, quòd particulari in hanc Societatem rapiatur amore Christus I E S V S, suo d. nomine appellari voluit: Certè Ioachimus Abbas in cap. 3. Apocal. de Angelo Philadelphiæ loquens eóque præfiguratum hunc cœtum adstruens, *ordinem nuncupat præ multis aliis, qui præcesserunt eum, Deo amabilem, & præclarum*: Alterũ ex illis, quæ animaduertere placuit, id, quod significata quæstione obseruat Tostatus; scilicet, cùm monuisset I E S V vocabulo denotari salutem: *Ideò* (inquit) *Iosue fuit per Moysem datum istud nomen, ex desiderio salutis significatæ: & hoc competit, quia mittebat eum Moyses in terrã hostilem, vbi poterant accidere multa pericula: cupiebat autem Moyses, quòd ab omnibus illis saluus esset Iosue, ideo imposuit ei nomen salutis: quod ita fuit; nam in reditu mortui sunt decem Exploratores: solus autem Iosue, cum Caleph vixerunt, vt patet sequenti capite* Iam intueor planè, cur huic minimæ Familiæ Verbũ Patris Iesu indiderit nomen: Nouerat, iuxta instituti formã, tranandos sæpè Oceani inquietos fluxus, adeundas nationes sæuitia inhumanas, per Lybiæ arenas, per ferarum spelæa quærendas barbarorum animas, Mahumetanorum gentilium, Sectariorum vincendas pessimorum minas: Vah difficultatum aggeres! ite, currite veloces, ne terreamini, Sociorum fida manus: irrumpite in Angliam, in Hollandiam, in Daniam, & vbicunque etiamnum dominatur sæuior Erynnis, Hæresis: erit vobiscum I E S V S, reducet victores, atque incolumes: Arment sagittas, atque arcus Iodorum syluestris plebs, cadent à latere mille; ad te autem non appropinquabit quoniam I E S V S à dextris est tibi, ne commoueatis; & in hoc nomine superabis facilè quicquid terribile, & metuendum est O salutamulorum! ô sospitatis arrhabonem! defecit in salutaio

Tostat. Iosuë nomini addita littera ex Dei vocabulo.

Nominis cõmunicatio, singularis affectus pignus.

Ioachim. Abb.

Iosuë virgo. Ignat. Mart.

Abul.

Iof. 10.

Societas nomine I E S V tuta in periculis.

lutare tuum anima mea; quia non est aliud nomen sub cœlo, in quo oporteat saluum fieri.

51. Lego Regum 4. cap. 2. percussas Eliæ melota aquas Iordanis, inoffensum subitò præbuisse tramitem Vati, eiúsque discipulo Eliseo; ferunt (4. Reg. 2.) deinde super astra Magister flammiuoma rheda, sed dum ascendit, pallium amisit; sustulit optatum pignus gaudens Eliseus, Iordanémque transiturus, percussit aquas Præceptorem imitatus delapso pallio, & non sunt diuisæ: iterat verbera, inuocato Eliæ Deo, statimque aperuêre semitam fluctus: Sed, quamobrem remorantur vndæ ad primum ictum? defecit fortasse virtus Eliseo? At in eo conduplicata Eliæ gratia: *Item patet* (ait Abulensis quæst. 28. in nominatum Regum locum,) *quia in alijs miraculis velocius operabatur Eliseus, quàm Elias: nam ad suscitandum filium Sareptanæ viduæ ter orauit Elias, & ter incuruauit se super eum præcedenti lib. cap. 17. Eliseus autem ad suscitandum paruulum solum bis orauit, & se incuruauit super eum, infrà cap. 4.* An fuerit id, quod eodem loco Tostatus indicat: nimirum, prætermisit Numen exorare Elias prima vice: voluit autem significare Omnipotens oratione quæque adipiscenda esse, neque prætereundam hanc etiam ab Eliæ duplici spiritu prædiris, vtpote, penes quam claues sint diuinorum beneficiorum: ego tamen opinor, quouis ore atque labijs tacuerit Elias, mente vocalem extitisse; neque enim grandium meritorum veri, magnique Heroës, ex quibus Elias, quæ naturam superant opera aggredi consueuêre absque precum adminiculis; sed mente perfectiùs rogant, & videt Pater cœlestis in abscondito supplicantes; At verò, inquies, quæstionem hæc maximè augent: nam, si & auxilium implorauit supernum, cur distulit Numen adesse inuocanti? num, si continuò responderet, facilis illa, atque prompta indulgentia contemptum pareret? fastidimus enim citò, quæ sine labore adquiruntur? quidquid illud extitit, & siue abstrusior aliqua ratio mortales latitans, inuenit propere Vates, quibus & Deum ipsum expugnaret: *Vbi est* (inquit) *Deus Eliæ etiam nunc?* Sed, quæ hæc formula præcandi, vt Deum Eliæ restringat, quasi huius solius moderatorem; Nonne satius generalibus vsum esse vocabulis, & infinitum, æuiternum, rerum principium, cui subsint vniuersa, aut saltem Deum Israel, & non Prophetæ vnius dicere; Sciebat equidem, cùm Dei nomina creaturis adaptantur, in his potentiorem se quodammodo ostendere diuinitatem: coniunxerat verò titulos suos Prophetæ nomini; itáque Eliæ vocabulo alligatum erat Dei nomen; Cùm igitur meminisset discipulus communicatum Magistro quouis more Dei nomenclaturam, non dubitauit simul, ac Præceptorem citaret, exaudiendas preces absque mora, cùm quod se inuocato Numen denegare videatur, hoc velociter concedat eorum facta memoratione, quibus nomen suum tribuere speciali ordine dignatur; Igitur, qui priùs, cùm Deum suis ex prædicatis mente nuncupauerat, repulsam sustinuit; secunda postulatione inuocato eo, cui Numen ex suis appellationibus donauerat, consequutus est absque tergiuersatione, quæ desiderio conceperat, omnia: *Postquàm autem non obediit natura aquarum* (ait Theodoretus quæst. 8. in 4. Regum.) *vocauit Deum Magistri sui, qui non cadit sub aspectum hominum:* Securus, audito Eliæ nomine molliendam laticis duritiem; cùm ob Eliæ nominationem Deus, eò quòd illi suum concesserat nomen, maiora facere clementer voluisset, quam propter diuinitatis nuda vocabula; Te appello huius condescendentiæ clarissimum testem, te Auctorem generis nostri, sanctissime Loyola: nam, cùm prodigijs, & caro tua, & vestis, & ossa, & imago, & alia multa axem impleuerint vtrunque; tamen stupendum planè est, quot per nominis tui suauissimam memoriam inaudita fideles receperint beneficia, Sed, quid demiramur insolitos honores, cùm te susceperit Christus IESVS a prælectum suum, in quo poneret nomen super omne nomen, vt portares illud coram Regibus, & gentibus, & filiis Israël;

Media oratione Deus munera largitur.

Deus nō respōdet statim postulantibus, ne vilescant dona apud nos.

Theodor.

Abul.

Vultis ex nouo fœdere probemus non indecorè? Transiturus ab hoc mundo Christus, & patiendo proximus, quod in optatis semper habuit, voce aperta demonstrauit, Ioan. cap. 12. vers. 28. *Pater* (inquit) *clarifica nomen tuum*: Hæc optimo Filio vel sub mortem omnis cura, hoc desiderium si Genitorem cuncti extollant: *Declarat autem si explicando affectum suum* (ait Caietanus) *non tendere ad gloriam propriam, sed ad gloriam Dei: hoc enim significat petitio ista*: Ergo sui oblitus Redemptor, totus in Genitorem tendit: Et intuere amoris flagrantissimum æstum; crucem subiturus, & durissima quæque, tamen in Patrem conferri tantis laboribus debita honorum culmina mauult, nec sibi quidquam reseruat: O erga parentem ratam obseruantiam! ô dilectionem, quæ fidem, ingenium, cogitationem vincit! Sed, quid de supernis vox Patris responderit, attendamus! *Et clarificaui, & iterum clarificabo*: Quem? seipsum, an Filium? Filium profectò; Percipe ab Augustino tom. 9. tract. 52. in Ioannem: *Quid est ergo aliud, nisi vt Pater clarificet Filium? Clarificaui, cùm de Virgine natus est, cùm virtutes operatus est, cùm cœlo indice per stellam à Magis adoratus est, cùm in monte transfiguratus, cùm miracula multa fecit, cùm de paucissimis panibus tantam multitudinem pauit, cùm ventis, & fluctibus imperauit, cùm mortuos suscitauit: & iterum clarificabo, cùm resurget à mortuis, cùm mors ei vltrà non dominabitur, cùm exaltabitur supra cœlos Deus, & super omnem terram gloria eius*: Verùm, cùm paternum clarere nomen desiderauerit Christus, quid est, quòd non hoc respondeat Genitor, nempe, suum clarificandum nomen, & ita Filij postulatis indulgeat? Nunc autem concedat id quod subterfugisse Nati oratio sollicitè videbatur? Sed bellè omnia habent: Christus duo sortitus nomina; vnum, cum Genitore commune, quo *Deus* appellabatur; alterum, ab assumptis corpore, & anima, quo homo nuncupabatur, & huius nihil cum Patre diuisum; Vellet itaque eum apparebat, quæ ad humanitatis nomen spectabant ea occultari, ne distracta gloria minor iudicaretur; igitur omnem honorem in Deum solum congeri, Dei tantùm affectari famam; concelebrationem, laudes, cætera consopiri: at Pater, vel ob hanc tam inclytam gnati liberalitatem è diuerso commissurum se affirmat, euenturúmque vt Filij etiam in quantum hominis, nomen super astra efferatur, terreni adorent, Dæmones contremiscant, omnis denique lingua confiteatur: ergo non contentum antiquis ornamentis, effecturum vt deinceps cumulatior accederet splendor; Verùm illud, *Et iterum clarificabo* eximiè à nostro Maldonato illustratum;

52.

Ioan. 12.

Christus, in gloriam Patris totus intendebat.

Caiet.

August.

Deus glorificantes se glorificat.

Maldon.

tum; *id est* (ait) *si ante non clarificassem; tamen modo, quia maximè opus est, clarificarem, aut iterum, atque iterum, etiam, atque etiam clarificabo:* Tanquam sensus sit: Si à me, ô Fili, in hunc diem nullis honoribus affectus esses; tamen sic me delectauit hodierna oratio, qua tuum obscurari nomen libenter velle significasti, vt in me omnia confluerent præconia, vt in posterum abstinere non possem, quin de te modis omnibus condecorando sedulò cogitarem; Quando igitur hæc tibi prima cura est, meum vt efferatur nomen, & ad Dei maiorem gloriam cuncta ordinas, meæ erunt partes, vt de tui nominis fama celebriori nulla conticescat ætas, in omnem terram exibit sonus eius, & in fines orbis terræ vsque ad extremum maris, & vsque ad longinquas insulas: Gaude, & exulta plurimùm, tu Cantaber meus inuicte, tu Pater, & Dominus: abscondisti nomen tuum, Ignati, à sapientibus, æquè & insipientibus, & ab omni homine; sed Pater, qui in cœlis est, reuelauit illud, & certè clarificauit te, atque Societatem tuam, quantùm orbis totus attonitus suspicit! verùm pars hæc tantùm decorum, quæ tibi, tuisque præparata sunt ab initio, & ante sæcula; *& iterum clarificabo:* quid si grandior adhuc superest portio? qualis illa futura? quàm magna multitudo dulcedinis tuæ, IESVS bone, cum hac Societate tua! verè multùm complacuisti tibi in seruo tuo Ignatio, quem sic clarificasti.

53. Sed penè obliti sumus, quod insequebamur, atque Eliæ nobis suggessit inuocatio; nimirum, Deum, si quando velut difficilem, atque morosum ad postulata, statim tamen omnia plenissimè largientem, simul atque nominis, quod quispiam participauerat, interponitur auctoritas? Nec liber extra proposita Ioannis euagari effata: *Pater* (ait) *saluifica me ex hac hora:* Aliquidne respondit Genitor ad hæc verba? Nihil ædepol: verùm tota Parentis ad eam, quæ statim subiuncta est, petitionem, directa oratio, scilicet; *Pater, clarifica nomen tuum;* Adnotauit Caietanus; *Duas petitiones* (inquit) *porrexit: ad primam nihil respondit cælestis vox, sed ad secundam;* Quorsum igitur ad secundas preces flectitur anteà quasi alienior, & inexorabilis? Sanè nomen, quod clarere optabat Filius, Dei erat, quemadmodum idem explicat Cardinalis, vnáque Patris nuncupatio; *Non dicit* (ait) *glorifica te, sed nomen tuum, quo cognosceris, & nominaris tam Deus, quàm Pater;* Genitoris autem vox, atque notio etsi in Filium quadrare non valeat; ei tamen Dei numen communicatum cum diuinitate; Filius igitur participabat de Generantis nominibus; itaque, cùm ob nomen, quod communicauerat Pater, rogaretur; continuò indulsit votis, affuit desiderio postulantis; ergo Deus, quantumcunque tardus, & difficilis excitari ad supplicationes opem implorantium, continuò tamen ac resonat in eius auribus nomen, quod creaturæ communicauit, laxat misericordiæ habenas, depositóque supercilio omni vultus induit placidissimos.

Deus si quando tardens, plenius tamē sæpe omnia largitur.

Caiet.

54. Imitatur Parentem Gnatus, quibúsque ipse suis de nominibus concessit, supra se etiam euehit, maiórque famulis, quàm Domino gloria contingit; Expendamus, quæ de Ioanne Euangelista S. Damianus Cardinalis pronunciet sermone 1. *Quid autem mirum, si Ioannem D. Petro præferimus, cùm illud Euangelij sui singulare principium, ipsa etiam Dominica verba, si dici liceat, excedere videatur; nec iniuria sit Redemptori, si dicatur aliquid ipse sublimius depromere per discipulum, quàm per semetipsum,* &c. Sed vnde Ioanni, quòd non solùm reliquos Euangeliorum scriptores, verùm eum, à quo, vt dicerent, acceperunt, sermonum profunditate quodammodo vinceret? An quòd Virginis Matris indiuiduus extiterit comes? Placuit Ambrosio lib. 1. de institutione Virginis, c. 7. *Eadémque postea* (ait) *Ioanni Euangelistæ est tradita coniugium nescienti; Vnde non mirer præ cæteris loquutum mysteria diuina, cui præstò erat aula cælestium Sacramentorum;* Verùm, vt hæc sufficiens habeatur causa, quòd Euangelistas reliquos supergressus sit; Christum tamen, quòd superauerit aliqua fuerit abstrusior ratio; Sanè cùm in ligno penderet Seruator, iámque penè absoluerentur vitæ stamina, ne Genitricem penitùs orbatam relinqueret, substituit pro se, quem amauerat, discipulum; *Mulier* (inquit Ioan. cap. 19. vers. 26.) *ecce filius tuus?* Quid hoc tam incomparabili beneficio consequutus Ioannes? Equidem de nominibus Christi vnum, idque speciale, MARIÆ vt diceretur in futurum *Gnatus;* Cùm igitur Christus eos, quos nomine aliquo suo donauit singulariter, ad tantum honoris fastigium attollat, quòd nec ipsi contigerit; hinc est, quòd per Ioannem grandiora arcana reuelauerit, quàm per seipsum.

Pet. Dam.

Ioāni maior scientia communicata ob Virginis societatem. Ambr.

Ioan. c. 19.

55. Atque hæc lumen præbebunt ad denoctandas eius quæsiti tenebras; nimirum, cùm Apostoli nationes ad fidem conuerterent, quamobrem, quos instruxerat discipulos Paulus, non de suo nomine Paulianos appellauit, Iacobus Iacobitas vocauit, Thadæus Thadæitas dixit? An, ne gentium imitarentur mores, apud quos alij Platonici, alij Socratici, Aristotelici? vel potiùs illud? quòd nossent lege decretum, vt qui defuncto suscitarent fratri semen, eius quoque nomen in filios transferrent: ipsi autem pro Christo, qui eos fratres in Euangelio nuncupauit, semen excitabant? Ita concinnè in primis Augustinus ad illud Psal. 44. *A domibus eburneis. Ad hoc Sacramentum* (ait) *pertinet, quod scriptum est in lege: Si mortuus fuerit frater* (Deut cap. 25.) *accipiat vxorem frater eius & suscitet semen fratris sui: Non sibi, sed fratri suo: dixit Christus, Dic fratribus meis,* (Matth. 28.) *Dixit & in alio Psalmo; Narrabo nomen tuū fratribus meis: Mortuus est Christus, resurrexit, ascendit, absentauit se corpore: susceperunt fratres eius vxorem eius prædicatione Euangelij generaturi filios, non per semetipsos, sed per Euangeliū propter nomen fratris itaque suscitantes propter nomen fratris semen fratri suo, quotquot genuerunt, non Paulianos, aut Petrianos, sed Christianos nominauerunt: ideò ipsos quos suscitauit fratri suo Paulus cùm videret currere ad nomen suū, exclamauit: Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis? quid enim ait lex: Et habeat nomen defuncti: defuncto nascatur, defuncti nomine appelletur: seruat hoc legitimum Paulus, volentes appellari à nomine suo reuocat;* Pulcherrimus discursus, & Augustino dignus partus; B. autem Parenti Ignatio ex miraculo accommodus: nam certe cùm apostolicæ vitæ spirantem ideam redintegrare voluerit instituto, quod professus est; sanè Apostolorum in morem à Deo prædestinatus est ad fratris sui Christi IESV excitandum semen; proinde oportebat, non de suo, sed de fratris nomine, quos aggregauerat, nominare discipulos; idque venustum, quòd à Paulo fuerit pronunciatum, nempe, cùm videret currere auditores suum ad nomen;

Apostolorum discipuli ipsorum nomine non sunt appellati.

August.

Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis; quasi crucifixo hæc debeatur gloria, eius vt de vocabulo dicantur fideles; ac proinde cùm indicaretur B Parenti Ignatio, quem nascituræ familiæ titulum affigeret, apparuit hominum Redemptor sub crucis vexillo, tanquam inouens Fundatori Ordinis debere vt eius de nomine qui pro illa crucifixus est appellaret eam; Verùm hæc missa faciamus, & illam, quæ nobis oblata est, producamus coniectutam; Sanè, qui primùm ex Paganismo ad fidem vocati fuêre, cùm futuri essent exemplaria, ad quorum effigiem nepotes suos componerent mores, oportebat maximis virtutibus, & gratiarũ donis ornatos esse; Hoc summè, qui Ecclesiam sanguine suo fundauerant, optarunt Apostoli; quibus id modis, quod in votis præcipuum erat, consectarentur? meminêre quidem eos, quibus accidit, Dei, aut Christi nomina accipere, ad altissimos erigi honores, à Numine inter delicias haberi, donis cumulari cœlestibus ad effusionem penè & nimietatem; Hoc igitur cùm nollent, quò spiritu & mente locupletes euaderent fidelium primitiæ, ex Seruatoris nomine Christianos appellare statuerunt; Hæc itaque ratio, quòd neque Paulianos, neque Petrianos vocarunt: atq; B. Ignatio, Parenti sancto, non dissimilis scopus; quò enim Olympus abundantissimo imbre saturaret hanc vineam; non Ignatij cohortem, sed IESV militiam nominari ab initio semper apud eum fixum.

Qui Dei aut Christi nomina accipiunt ad supremos honores extolluntur.

56\. Neque virum hunc Beatissimum decepit spes; Nam vix quidem in aliqua vnquam congregatione post Christi discipulatum, præstantius quidpiã solidæ enituit laudis, quod non in hoc confluxisse sodalitium, grauissima probent testimonia: atque vt emittam tanquam domesticam supellectilem nostrorum Annalium volumina, quibus sæpe leguntur, summorum opiniones Pontificum de rebus Societatis, Imperatorum, Regum, Cardinalium, Academiarum, Vrbium, quibus nihil cumulatius; scriptis à se libris idipsum fusè, magnóque verborum pondere significarũt Wilhelmus Alanus Cardinalis S. R. E. Apologia, quam exarauit pro Societatis IESV & seminariorum Presbyteris contra Elizabethæ Reginæ edictum, c. 6. Diegus Paina de Andrade lib 1. Orthodoxarum Explicationum; Martinus Azpilcueta Nauarrus Conciliorum lib. 5. consil. 2. de Pœnitentiis & remissionibus, & tom. 3. Miscellaneo 69 de oratione, Ioãnes Molanus Notis ad Martyrologium Vsuardi ad diem vltimum Iulij: Franciscus Montanus in Apologia Iesuitica Stanislaus Rescius, Spongia, qua abstergit equitis Poloni conuitia aduersùs Societatem IESV: Laurentius Surius in Epitoma Historiarum sui temporis, ad annum 1540. Nicolaus Sanderus in Anglicano Schismate lib. 2. Prudentius de Sandoual Pampilonensis Episcopus Historiæ gestorum Caroli 5. tom. 2. lib. 24. §. 25. Abrahamus Zonius de Rom. Pontifice c. 24. Dominicus Grauina in voce Turturis, c. 30. qui prædictiones S Vincentij Ferrerij, & B. Theresiæ, à IESV, nostro cætui accõmodat; id quod de B. Vincentij propheria, aliquibúsque Ioachimi Abbatis locis aduerterat olim Rutilius Benzonius Lauretanus Antistes tractatu de Iubilæo; & quidé orbi parère toti vera esse Ioachimi oracula aliqua non dubitauit asserere Antonius Zara Episcopus Petinensis in Anatomia ingeniorum sect. 2. membr. 5. Frater Antonius Caluus ex ordine Prædicatorum defensorio sacrarum Religionum c. 14. frater Hieronymus Romanus Augustinianus tom. 1. Reipublicæ Mundi, lib. 6. c. 33. ex eadem familia Magister Ioan Marquez in Gubernatore Christiano lib. 2. c. 24. Emanuel Rodericus tom. 1. quæst. Regular. q. 2. art. 9. Frater Brunus Loher Carthusianus epistola Dedicatoria ante opera Henrici Harphij. Thomas Bozius de signis Ecclesiæ tom. 1. lib 5. c. 3. lib. 6. c. item 3. lib. 7. c. 1. Christophorus Giarda Clericus Regularis in Api Religiosa; aliíque planè innumeri, quos ob breuitatis sileo causam; contentus præstantiores indicasse; At cæteris omnibus palmam duo præripuerunt, scilicet Eminentissimus Cardinalis Ludouicus Ludouisij honoratissimo de B. Parente Ignatio, eiúsque sodalitate Panegyrico: & Florimundus Remundus libro 5. de ortu, & progressu Hæresum nostri temporis lib. 5. cap. 2. & 3.

Rescius.

SECTIO VII.

Humanæ felicitatis inconstantia, breuitas, mendacium.

VEris iucundissima tempestate peractam nuptiarum pompam monstrauimus: O veris multiplices diuitias sub miti Zephyro! qualis ille agrorum tunc vultus à variegato pauimento, cùm ostentabunda natura gazam vniuersam explicat, & purpuram, atque niues vincit rosa, atque liliis? sed mox atque æstus incubuit, ô diram sortem! exsiccatus est flos, emarcuit, & ad nihilum valet vltrà, nisi vt conculcetur ab hominibus. Hæccine illa tam formosa species tam citò lassata, tam citò moriens, & post florem deludens? quàm citò putaueris! Disce à magno Basilio homil. de Paradiso; *Nondum enim ab illorum collectione domum reuersi sumus, & ecce in ipsis adhuc manibus nostris constituti marcescunt*; Quinam hi flores, quæ veris tempestas mendax, nisi mundi euanescens gloria? illa, quæ perpetuitatem spondet, & continuò abit? illa, quæ firmamentum pollicetur, & lubrica est atque fragilis: illa, quæ beatum facere promittit, & miserum facit: O filij Adæ, quæ hæc est tam profunda stupiditas, tantùm inhiare perituris, tantùm amare decipientem in momenta omnia, honorem, voluptatem, thesaurum? Siccine in æternum luminibus cassi, nec creditis saltem experientiæ, his, quæ manus vestræ contrectauerunt, illæ, quibus sæpè sponsum vix vnius noctis, Regem mensis vnius, paucorum dierum Pontificem sepelistis? O sanè indurati filij Adam! 57.

Verni temporis breuitas humanæ felicitatis symbolum.

Basil.

Ductus est in Assyriam captiuus populus, & vbi consederat? *Super flumina Babylonis*, inquit, *illic sedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui, Sion*, Psalm. 136. Proh raram cathedram! nequidem volatilia cœli, aligerum & leue genus super aquis sedere valeat; Petrus in mari gressus ponere tentauit, & submergebatur, iétque in profundum sine dubio, ni Præceptor Christus eius misertus fuisset; illine fortasse Simone meliores, gens peccatrix atque iniqua? Cur ergo fluentibus insident vndis? O vereor, ne quid aliud facere valeant, quæsierunt de solidis & immotis; vbi considere possent, non montes repererunt, non colles, non planitiem, non valles, non ædificia, non muros! O Babylon, vbi nihil stabile & fixum est; sed totum decurrentes riui! necessitate coguntur infelices aquis sedere: nec mirare in posterum, 58.

Psal. 136. 1.

Flumina Babylonis inconstantiæ symbolum.

posterum, si flere audias, & organa suspendere; quomodo enim cantarent canticum in tantis periculis constituti, cùm tam debili niterentur fulcro? Sed quænam Babylon, nisi mundus iste? quæve illius flumina, nisi cadentia & peritura bona? Vides, vt nihil in eo sit validum & permanens, omnia fluunt & dilabuntur: & tamen in his sedere & quiescere est qui cupiat, est qui audeat: *Super flumina Babylonis*, inquit, *sedimus*; Auscultemus

August. Augustino; *Tamen attendite, charissimi, flumina Babylonis: flumina Babylonis sunt omnia, quæ hic amantur, & transeunt: O sancta Sion, vbi totum stat, & nihil fluit, quis nos in ista præcipitauit?*

De regno Samariæ, vbi decem tribus, Oseas
59. c. 10. vers. 7. *Transire* (inquit) *fecit Samaria Regem suum, quasi spumam super faciem aquæ*: Commen-
Osee. 10. Hieron. tarius Hieronymi initio libri tertij in Oseam: *Pro spuma, quod Septuaginta, & Theodotion φρύγανον, id est, cremium, transtulerunt, aridas herbas, siccáque virgulta, quæ camino, & incendio præparantur: Symmachus posuit ἀπίζεμα, volens ostendere feruentes ollæ superiores aquas, quas Græci ἀφροὺς λύζας vocant; Sicut igitur spuma, quæ super aquam est, citò dissoluitur; sic regnum decem tribuum velociter finietur*; Ac sanè rerum humanarum properum interitum Septuaginta, atque Theodotionis satis demonstrauit translatio: non enim voluêre plantis atque virgultis quibusdam felicibus componere, quæ siue cultoris industria, seu ingenita nobilitate, æuum protrahunt ad dies, ad menses aliquot: longum est hoc mortali voluptati; qualis illa? qualia sanè cremium, & arista, quale fœnum, quod mane virescit, sub lucis exitum arescit, & vtinam saltem non sponte sua, verùm à demetente ante tempus. Sed ecce, priusquàm euellatur, exaruit. Communia sunt ista, & à multis sæpè considerata; feramur ad aquas; At, nónne satis spuma

Feruentis ollæ spuma vanitatem mundanæ figura. cuiuscunque breuis vitæ momentaneam iucunditatem ostendit? Vt quid vocat nos Symmachus ad feruentis ollæ ebullientem spumam? equidem, quæ vel mari, vel fluminæ, vel stagnis consurgit spuma, si mitior arrisit æther, si nulli ventorum flatus, nemo concitans vndas; sub placido, atque tranquillo Oceano durat ad interuallum aliquod; fateor, rapida est, quanquam Halcyoniis diebus securissima malacia, ætas illa; sed tamen saltem in ictu oculi, in puncto non abit: at, quæ de calenti olla, præsertim cùm efferuescit, & in sonitu multo est, ascendunt spumæ, vix conspiciuntur, quando euanescunt; ipsæ sibi inimicæ, bellum acre gerunt, & omnis in hoc contentio, vt nulla duret: quàm subitò ascendêre, tam properè à venientibus aliis dissoluuntur; Hæc igitur est spuma, quæ regnum Samariæ demonstrat; O sceptrorum desperata conditio, quibus saltem id non contingit, vt tantùm perseuerent, quantùm spuma, aut maris, aut stagnorum! sed in apertione oculi, in memento transeunt, qualiter periêre feruentis ollæ spumæ.

60. Nec enim mirum, vt mare inuehatur in diuites,
Is. 23. 4. in locupletes. *Erubesce, Sidon, ait enim mare: fortitudo maris, dicens Non parturiui, & non peperi, & non enutriui iuuenes, nec ad incrementum perduxi virgines*; Vox est Oceani ad pulcherrimæ

Mari instabilior mundi gloria. vrbis institores: Sed quid sugillat, quid obiectat? quorsum vt rubore perfundantur, si mi a aliqua verecundiæ sit, monet? quoniam certè ipso mari inconstantior sit gloria Sidonis: & intuere vti inter elementa omnia, quod magè labile est, Sidoni insultat: Quid verò Oceani pace incertius?

Sherlogs Anteloq. in Cant.

Quid tam fallax, atque eius amicitiæ? Canunt celeusma piscatores, atque nautæ, & ludo vacauêre interdum benigniore Æolo confisi: sed vix musica incepta, vix ludi exordia, cùm tempestas ingruit valida, & momento decimo fluctu verberantur nauis costæ: O infida maria! sed tamen fida Sidoni comparata: Non semper Boreas stridet, non mouentur perpetuùm vndæ: est, quando & de malacia nauclerus conqueritur, & optauit non rarò ventorum flatus, vrgeri, propelli onerariam desiderio desiderans: sola Sidon, vbi diuitiæ, vbi voluptates, vbi honor & ambitio in rotam est continuo, ne vno subsistens momento, hos deserens, ad illos vadens, vt priusquàm accedat, ad alios transeat: Singulariter Ambro-
fius libro de Elia, & ieiunio, cap. 19. *Tanquam fatigati elementi vox ista dicentis est: Erubesce, Sidon: hoc est, meos fluctus negotiator arguis, cùm sis ipse fluctibus inquietior: verecundiores venti sunt, quàm vestræ cupiditates: illi habent otia sua, nunquam vestra quærendi studia feriantur, & cùm otiosa tempestas est, nunquam vestra otiosa sunt nauigia*: Egregie: *Meos fluctus negotiator arguis, cùm sis ipse fluctibus inquietior*, nam vndæ fluctibus nonnunquam caruêre, éstque in volubili elemento qualis qualis constantia, tantùm Sidonis opes & deliciæ, non puncto, non momento aliquò durauêre quiescentes, Atque hic remotior verborum Isaiæ, & qui Tropologiam iuuet, litteræ ipse sensus & documentum præbet: nam, siue simul ex Dialogismo conquerantur Sidon, & Tyrus, seu vnius rhetenus sit vrbis: *Non parturiui, non peperi, & non enutriui*, quo more vera sententia? Certè Tyrus non tantùm ciuibus abundans, sed & multitudinis nimiæ impatiens, coacta proinde examina effundere, quæ alienas sedes quærerent: De ea Plinius lib. 5. cap. 19. *Tyrus olim partu clara vrbibus genitis, Leptis, Vtica, & illa Romani imperij æmula, terrarum orbis auida Carthagine, & Gadibus extra orbem conditis*: Ergo illa vrbium genitrix ciuitas, quomodo neque parturiisse, neque filios peperisse se dicit? Equidem aliquando contingit videri à nobis de magnis, & egregiis quidpiam, sed fuit speculatio momentanea: nam properabat, siue Rex, siue Imperator, siue triumphans: Quærunt à nobis, qui interfuimus, illi, qui non sunt contemplati, qualis processerit, aut Monarcha, aut Victor, quanta cum maiestate, quibus cum diuitiis? Respondemus autem, à nobis minimè visos. At nónne intuebamur? Proculdubio quidem: sed quoniam fuit momentanea præsentia, nec licuit discernere, qualis progrederetur aut ouans, aut Dynasta, quasi non vidisse arbitramur: Sic itaque Tyri vniuersa gloria, quoniam breuis fuit, atque transiens, velut non fuisse existimatum, & idcirco, illa tam populosa & excrescens: *Non parturiui*, (asserit, *non peperi, non enutriui*: Benè ad Vatis clausulam Leo Castrensis: *Respondebit Tyrus insula, quæ olim erat fortitudo maris, insularum potentissima: respondebit, inquam: Somnia erant illa, quæ de nobis cogitabamus, de potentia, de honore, de gloria, de multitudine ciuium somniabamus: nam nos neque parturiuimus, neque genuimus filios, aut filias: an non vides, vastas esse nos miseras: neque virgines educauimus, quæ parerent filios, neque adolescentes.*

Ambr.

Plin. Tyrus populosa, & mater vrbium.

Leo Castr.

Sæculi pompa somnium.

Solet Deus ad prodigalitatem ferè munificus 61.
esse, ad voluptatem famulis suis promptus: parum est necessaria tribuisse solùm denique ille est, qui omnia largè præbet, vt Psalmodus accinat ode 35. Psal. 35.

vers. 9. *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos*. Ille. de quo Euangelista Lucas cap. 6. vers. 38. *Mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & supereffluentem dabunt in sinum vestrum*, Si tam profusus, vt quid manna tribuens Israelitis, quantùm necessitati opus est, solùm tribuit, & in cuiusque diei escam sufficientia tantùm colligi præscribit? *Colligat vnusquisque ex eo quantùm sufficit ad vescendum: nullus relinquat ex eo in mane*. Exod. cap. 16 vers. 16. Equidem Numinis donum fuit ille cœlorum panis: sed Moysi, vt distribueret, commissum: Siccine ab homine diuidendum manna? Non est, quod amplum quidpiam sperare possimus, quod ab homine est, humanum fuerit, hoc est, breue, exiguum, pusillum; miror potiùs, vt vel necessitati prouiderit homo: nam & memini, iuniorem filium homini famulantem, cupiisse implere ventrem suum de siliquis, quas porci manducabant, & nemo illi dabat; Diuinè Basilius Seleuciensis orat. 33. *De cœlo manna quondam Israelitis dabatur: sed, quia miraculi administer seruus erat, necessitatis quoque donum seruiebat*; Quid obstupescimus breuia esse, & vana humana quæque, quando etiam diuina beneficia modò ab homine prodeant, sibi ipsis dissimilia fiant, & humanam, quam tetigerant, picem sapientia, exilia appareant, didocta; minuta?

Luc. 6.

Exod. 16.

Basil. Seleuc. Dei, & creaturarũ beneficia, quàm longè diuersa.

62. Lucem illam, quæ mundi primo resplenduit triduo, tenebras & occasum ignorasse, seu Iunilij Africani, seu Bedæ verioris Auctoris, Hexameron prodit; Dabo verba ex Lipomano ad cap. 1. Geneseos: *Nam totum illud triduum superius indiscreti cursus sui processu transierat, nullam habens penitus dimensionem horarum, vtpote, quia lumine primario adhuc aliter omnia replente, nulliùsque caput habente, quod nunc de Sole accipit, nusquam radij ardentiores illuxerant, & nulla sub caute, vel arbore aquis remotior vmbra vigilat*: Nec displicuisse visa Augustino opinio, qui libro 1. super Genesim ad litteram cap. 11. ait: *Non est credendum primam illam lucem fuisse extinctam, vt nocturnæ tenebræ succederent, & rursus accensam, vt mane fieret, antequàm hoc Solis officio gereretur, quod à quarto die cœpisse fieri, eadem Scriptura testatur*. Et cap. 16. rursum similia repetit: De cuius opinionis firmitudine amando ad Hexameristas; Sed fuerit ita vt senserint Augustinus, & eius sectator Beda; quamobrem, quæ formata est quarto die lux, non etiam tenebrarum nescia, vmbrarum continua fugatrix, mori & occumbere ignara? Sanè lux illa prima Deum auctorem habuit; quæ verò à Deo sunt, non deficiunt, neque marcescunt, primæuum iucunditatis florem retinent ad longum: Secunda autem lux è creatura prodiit, à Sole, nimirum, proptereà instabilis facta est, & quotidie moritur: quid enim creatura communicaret emananti à se nisi breues, paucásque viuendi horas? O à te, Pater superne, si quidquam, tu da misericors, & benignus: nam, quid ab homine expectemus, nisi quæ apprehendentem deludant, antequàm tangantur, euanescant.

Prima mũdi lux tenebris non cedens.
Beda

August.

63. Reuertebatur Iacob in paternam domum Labanis fraudes pertæsus; & ecce dum pergit, in arenam descendere coactus, & sub obscuro quidem, nam tota nocte luctabatur cum eo vir, Genes. cap 32. vers. 23. à quo & tandem benedictionem extorsit, atque eam cumulatam sanè: nam quasi pignus fuisse omnium, quæ ei factæ sunt, pollicitationum, qua indicabatur quoque fratre præpollentiorem futurum, arbitratur Tostatus quæst. 5. in præfatum caput. Sed non absque dolore tanta salus; nam tetigit neruum femoris eius, & statim emarcuit, claudúsque incessit deinceps nequando inflictæ plagæ memoria excideret; Quid ista significarant? Cogitat Theodoretus admistum gaudio luctum, ne obsecundas res superbiret Patriarcha; Sic quæst. 71. in Genes. Verùm aliud, idque peregrinum ædepol insinuat idem quæst. 91. *Cum verò expergefactus esset, femur remansit stupidum: claudicabat, ne putaret id, quod videret, esse imaginationem nudam, sed exactius nosset mysterij veritatem*. Sed quomodo posset Iacob concipere somnium fuisse, meréque somnium? nam id *nuda imaginatio* denotat, quando ne oculos, vel ad breue interuallum totius noctis spatio clauserit? Ah! quàm iucundè quiescebat, qui in agone contendebat, cuius latera tundebantur, qui lucta & pugilatu exercebatur! Hæccine, ille ludibria nocturna soporantis animi existimaret? Verùm attende: quanquam sanè labor palestræ ingens fuit; sed habuit associatam prosperitatem sibi, nempe, & victoriam de strenuissimo Athleta, & insuper confertam benedictionem; quanquam igitur à lucta non spernenda duci valeant argumenta, quæ suaderent somnium minimè fuisse; vim tamen probationes amisère propter adiunctam secundæ fortunæ dulcem illecebram; Nisi igitur manerent euidentes notæ ex manifesta claudicatione timor equidem fuisset, ne *nudam imaginationem* putasset Iacob; non enim prosperis visis rebus sentire potuisset aliud fuisse, quàm imaginem & somniationem; talis, nimirum, est omnis humana ambitio, talis gloria vniuersa: Sed monueris, Deum extitisse, qui benedixit Iacob: nam dictũ ei; *Quoniam si contra Deum fortis fuisti, quantò magis contra hominem præualebis?* Dei autem beneficia stabilia sunt, permansura, solida, & quæ omnem somni, atque deceptionis speciẽ fugiũt: non erat igitur, quorsum Iacob somnium & nudam imaginationem arbitraretur: Fateor, Dei talia esse dona: sed, quando à Deo emanant, non cùm ab homine proficiscuntur: nam, vt in hominũ peruenère manus, quasi infecta contagione quadam, à veteri nobilitate degenerant; qui autem cum Iacob palæstrabatur, humanam induit formam, homo apparebat: ab homine igitur videns deriuari benedictionem, metueret pro humano dono, & iudicaret, quòd ab homine prodiisset, substantiæ nihil habere potuisse, neque æui longinqui; verùm abitura subitò, quemadmodum per soporem obiecta euanescunt bona.

Genes. 32.

Tostat.

Theodor.

Victoria Iacob non nuda imaginatio sed veritas.

64. Negabat ex Hæreticis Apelles Marcionis vomitus, Christi humanam atque passibilem esse Carnem; volebat de syderibus ortam, & Olympo genitam, proinde cœlestem nominandam; insurgit debellaturus Sophistam indoctum Tertullianus libro de Carne Christi, cap. 9. *Quid dicis (ait) cœlestem Carnem, quam, vnde cœlestem intelligas, non habes? Quid terrenam negas, quam, vnde terrenam agnoscas, habes? Esuriit sub Diabolo, sitiit sub Samaritide, lacrymatur super Lazarum, trepidat ad mortem: Caro enim*, inquit, *infirma. Hæc sunt, opinor, signa cœlestia*: Tanquam si affirmet: quod cœleste, & entheum est, sui simile est semper, sibi in longum æquale, non transit in diuersa leuiter: Humanæ imbecillitatis est citò mori, aut mentis imitatione deficere ab inceptis; heri iucundus, hodie subtristis; manè satur, vesperi esuriens.

Tertull.

Cœlestia æqualia, & constantia sunt, humana mutabilia.

esuriens; modò sine lassitudine, statim fatigandus; Diuinum & cœlestène voces hoc, Appelles? Vereeundabuntur superna ad tantam inconstantiam: Concede humanis, quod fluidum, & instabile est; Nónne vides, vt cuncta in motu continuo sint? æstati bruma succedit, diei splendoribus nox lurida, tripudiis mœsta; noluit non homo videri, qui nostræ reparationis gratia carnem induit, atque induit passibilem sanè, proinde varietatibus obnoxiam, vt haberent suas vices saturitas, esuries, lassitudo, quies; Christi igitur, quæ hæc patiebatur, caro non cœlestis fuit, sed humana & passibilis,

65. Quamobrem tantam cùm viderent rerum humanarum mutabilitatem, viri quique altiori Philosophia præditi, nullam ex caduca iucunditate lætitiam capiebant, vt à quibus deludi magis, quàm recreari scirent; ex hac schola Magnus aliquis Abraham, de quo Ioannis cap. 8. vers. 56. *Abraham, pater vester, exultauit, vt videret diem meum; vidit, & gauisus est*; Et puto, innuerit Textus quasi tum primùm, cùmque solùm integrè atque sincerè gauisum Abrahamum, cùm diem Verbi contemplatus; atque sanè fortunam in multis placabilem expertus; nam & de inimicis triumphauit, à quibus & lethum recuperauit, & gratiam inuenit coram Rege Ægyptiorum; & filium optimum in senectute nactus; & diuitiis, possessionibúsque abundans; nónne hæc mentem reficere, gaudium arcessere poterant? & quæ solatia mortalibus istis sublatis? Renuit tamen consolari anima prudentis Abrahæ super his, vtpote euanidis, & citò possessores relicturis; Origenes initio hom. 10. in Gesim: *Isaac*, inquit Scriptura, *crescebat, & confortabatur, id est, gaudium crescebat Abraha respicientis non ad ea, quæ videntur, sed quæ non videntur: non enim gaudebat de præsentibus Abraham, neque de diuitiis mundi, & actibus sæculi: sed vis audire, Abraham vnde gauderet? Audi Dominum ad Iudæos dicentem: Abraham, pater vester desiderauit, vt videret diem meum: & vidit, & gauisus est*: Sed quis est ille dies, quem suum peculiarem nominat Christus? *Vt videret*, inquit, *diem meum*? Sanè dies indeficiens, serenus perpetuò, & luminosus, dies namque æternitatis, cui nulla succedunt vmbrosa; Ita innuere visus Origenes: *Respicientis (ait) non ad ea, quæ videntur; sed quæ non videntur* Augustinus tract. 43. in Ioannem appellat diem Domini, qui nescit ortū, nescit occasum: In hoc igitur contemplando die gauisus est Abraham, ratus dies hominū, qui breui finiuntur cum lætitia sua, non posse sapienti voluptatem afferre.

Ioan. 8.

Origenes.

Magni viri nulam de prosperitate sæculi iucūditatem capiunt.

August.

66. Heu, quàm breui finiuntur, quàm properè abeunt, quàm citò mentiuntur! Epulabatur in deserto populus coturnicibus saginandus, & concupiuit auidè cibum illum affectus desiderij compos; ô infidum nutrimentum! *Adhuc esca eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos, & occidit pingues eorum, & electos Israel impediuit* Psalm. 77. vers. 31. liber Numerorum cap. 11. vers. 33: *Adhuc carnes erant in dentibus eorum, & ecce furor Domini concitatus in populum, percussit eum plaga magna nimis*; Abi, infelix Epicure, confide in deliciis mensæ tuæ, ede, bibe; quandiu, opinaris, & durabunt ista, & tecum permanebūt? Vide, quantum interuallum transeat, ex quo manus è patinis ad labia ascenderit, tam longa est voluptatum tuarum ætas; non traiecerant in guttur, non stomachus sepeliuit, non calor aliquid concoxerat, sub ipsa deliciarum infantia, cùm adhuc carnes essent in dentibus eorum, ascendit furor Domini; Floridissimè Salianus, Massiliensis Antistes, lib. 1. de Prouid. Dei; *Et quia quotidie manna edens, explere ex illecebris ventris cupis ingluuiem, optata quidem cupiditate saturatur, & in ipsa tamen saturitate torquetur: adhuc enim*, inquit Scriptura, *esca erat in ore ipsorum, & ira Dei ascendit in eos.* Quàm venustum illud: *Et in ipsa tamen saturitate torquetur*; Ne putes à fame, ab egentia lædi mortales solùm, *ipsa saturitas tormentum est*; Et vides ista tu, fili hominis, atque etiamnum dormitas! quid appetis voluptates tam festinè abituras! & tolerandum, si discedere satis fuisset, vah & furorem Domini secum afferunt, & Optimates gentium occidunt.

Psalm. 77.
Numer. 11.

Escarum nō solùm breuis voluptas, sed & tormentis coniuncta.

67. Sed quid illud est tam nouum, quod cùm Israëlitæ recentis Dei ex vitulino capite natalitia cum tripudio concelebrarent, & hymnos atque metra pangerent; tamen Iosuë putarit esse inconditas voces hortantium ad cladem, atque bella; *Audiens autem Iosue tumultum populi vociferantis, dixit ad Moysem; Vlulatus pugnæ auditur in castris, Qui respondit: Non est clamor adhortantium ad pugnam, neque vociferatio compellentium ad fugam; sed vocem cantantium ego audio*; Et certè Iosue adolescentior erat Moyse, proinde & acutiori auditu oportebat esse, atque vnà gradiebantur, vt non locorum distantiam existimes: quid est igitur, quòd de pugna concipit Iosuë, quando nunquam lætiora Israëlitarum castra? Equidem Philo libro de temulentia, ante medium, lugubrem fuisse, qui edebatur, sonum, cogitauit. Eius verba: *Etiam præuaricari ausus, vt corpus Deum sibi fingeret, & Typhum Ægyptio more coleret, cuius signum erat iuuencus aureus: circa quem choreas ducendo insan, carmen concinentium non suaue, quale in coniessationibus epulis festisque compotationibus: sed reuerà lugubre, funestumque, tanquam temulenti, multóque Lyæo laxatis neruos animæ: narratur enim, quod Iesus audito tumultu populi, dixit ad Moysem, Clamor pugnantium auditur in castris.* Quod si sanè luctuosæ fuêre voces, non est mirum, existimasse Iosuë, clamores fuisse eorum, qui ex pugna fugerent, vel in bello trucidati caderent; & considera, vt etiam tum, quando in omnem effundi lætitiam cupiant mortales; tamen lamentum dispellere non valeant; *Funestus*, ait Philo, *videbatur cantus*, non hilaris, & qualis festorum dierum: fac nouisse Iosuë castra vacare musicæ & risui, omnia gaudiosa esse; sed credere non valet protrahi lætitiam potuisse, mors nunquam à voluptate longius abest; adhuc escæ in ore eorum, vt nuperrimè loquebamur, nondum masticauerant tota edulia, cùm adfuit lethum, & ira Dei ascendit super eos, & occidit pingues eorum: benè igitur Iosuë ex diuinatione imbecillitatis humanæ iucunditatis, pugnam & internecionem continuò meditatur, ac proinde asserit: *Vlulatus pugnæ auditur in castris*

Exod. 32. 17.

Philo Hebr.

Quam funestus fuerit ex temulentiā Israelitarū cantus.

68. Sed, quoniam in nuptiarum allegoria noster omnis versatur sermo, eam quam à tempore connubiis destinato, verna, scilicet, iucunditate subitò marcida, & computrescente duximus salubrem de humanarum rerum inconstantia æthologiam, claudamus similitudine à matrimoniorum lætitia petita; ergo quidem primis illis noui sodalitij mensibus (nescio tamen an menses concessisse iuuet, fortassis & paucorum dierum amicabilis pax est) & blanditiæ, & musica & conuiuium frequens, margarita, torques, vestes pre-

Sherlogi Anteloq. in Cant.

tiosæ : oboritur de improuiso tempestas, non qualia suêre lenocinia in dies paucos, sed in multa annorum lustra. O pacem fugientem, & belli tarda discrimina! sic voluptati semper coniunctus interitus; Putas, quonam more? qualis in Principis ense capulus, quem & argenti, & auri cælatura, & plurimus Erythræus lapis venustat; Proh molle exordium! educ paululùm de vagina machæram, & inuenies ad breuem capulum longum sequi chalybem ex vtraque parte acutum, qui cruorem bibat, qui ad sepulchrum mittat; Igitur, si quid diuturnum, dolor tantùm est, seu quod dolorem aduehat; gaudiosa cuncta momentanea sunt Nyssenus de Virginitate, c. 13.

Nyssenus.

Nam, vt gladij capulus, politus ille quidem, tactu facilis. & ornatu vndique accinctus apparet, reliquum verò ferrum, mortis instrumentum est; hoc in genere nuptiæ sunt, quæ quasi capulum aliquem artificiose opere illustratum, politam quandam voluptatis speciem gustui, contrectationique nostræ præ se ferunt; cùm verè in manibus eius sunt, qui illas attigerit, luctus, miseriarúmque ipsa mortalibus effectrices existunt.

Gladij capulo similis nuptiarum voluptas.

SECTIO VIII.

Amicitia sincerissima ea, quæ absente sodali fidem seruat, quæ excrescit.

69. SIc comparatum est, vt quamprimùm abiêre imbres, nubes fugêre, Sol totam faciem ostendit, & equos viget, sub æstiuis radiis terra ingemiscat, rimas gleba apetiat, fluuij abscondantur, aquarum venæ depereant, omnes eò reuertantur, vnde orti sunt; ergo tum sanè miseram destituunt tellurem, quando solatio potissimùm egeat: per brumam etsi non restagnarent flumina, satis ad vniuersi irrigationem, quæ de cœlo labontur copiosæ pluuiæ. O mendaces vndas, tum abituras, cùm maxime adesse oporteret, Phœbo arua torrente, quandó imbrium longa absentia est, & terram deterrere stillicidia! Non de his facet amnis Iordanis, tum maximè intumescit, quando ardentissima æstas est, & ripas etiam supergressa, non tantum messoribus gratos præbet latices & recreat onus diei ferentes; verùm & in planitiem diffusus, restituit brem antiquum vitorem gramini, herbis, floribus, & efficitur circumiacens ager tanquam Paradisus Dei; Hic vtique fidelis amnis, atque amicitiæ symbolum, qui, cùm deseruêre cæteri commilitonum, sohuenit, & in desolata fortuna pleno auxiliatur sinu: Si per hyemem exundaret, modica fuisset gratia; hoc enim & omnium ingratissimi præstant fluuij: Iordanis tum exuberat, quando aquæ cauernas petunt, & occultantur; quando sodalium est absentia, nullę: quæ rigare cupiant, appareant vndæ: hoc est amicum esse, absenti subseruire, absentem ardere; tum crescere flammam, cùm defectura videbatur.

Iordanis Æstate maxime intumescens sinceram amicitiam denotat.

70. Quàm frequens Regum Historia in celebrando Ionathæ affectu erga Dauidem, vt nullum præstantius videri possit esse fœdus! Quid affeřat? *Anima Ionathæ conglutinata est animæ Dauid, & dilexit eum Ionathas quasi animam suam.* Reg.
1 Reg. 18. 1. cap. 18. vers. 1. Sed parum splendida hęc, dicas; vbi enim blanditiæ, vbi munera, vbi (quod maximè amicum probat) effusus pro sodali cruor? Nihil istorum: sed aliquid tamen hæc superans omnia; *Dilexit eum*, inquit, *quasi animam suam*; Equidem, dum in hac moramur vita, mens latet, & velut post parietem est, corporis interiacente materia; nemo mortalium vidit, nullus ad eius præsentiam admissus, ne de præstantissimis Philosophis, qui eam speculari ardentissimis optauerint votis; Huius igitur, quæ sic à nobis peregrinatur, in morem dum Ionathas à se amatum Dauidem affirmat, amasse absentem innuit, ac proinde & summè dilexisse, quando dilectionis apex sit in remotos opere, desiderio ferri. Gregorius Thaumaturgus orat. ad Orig. *Non simpliciter conglutinatus est Ionathas Dauid; sed illa ipsa, quæ principem locum tenent, anima, quæ ne seiunctis iis, quæ appareant, & conficiuntur in homine, separari tamen ipsa vi vlla cogantur;* Dicamus insuper; nullus timor Ionathæ de suo erga Dauidem amore, donec in hoc æuo perstaret vterque; Sed, quo pacto diligeret alterutro ex ambobus sublato, & neque etiam mors, quæ fœdera dissoluit, vincula abrumperet, cogitabat sedulò Princeps: ergo meditatus, vt per amorem quasi vna fieret substantia, amborum animæ, hoc enim firmato, impossibile fore, vt dissolneret etiam mors iura concordiæ tantæ; Tostatus quæst. 1. in nominatum Regum caput: *Tangitur autem in hoc propria radix amicitiæ, quia, quando aliqui veri amici sunt, tanta est in eis colligatio, quod iam non sunt vt duo homines, sed vt vnus per vnitatem affectionis; quia vera amicitia est idem velle, ac nolle, vt ait Tullius in libro de Amicitia; & in tantum est ista identitas volitionis, quòd id prædicatur identitas substantiæ: ita vt non dicatur, quòd duo amici sint duo homines; sed idem homo. Sic Arist. 9. Ethic. scilicet, quia amicus est alter ipse; & hoc non solùm est in amicitia humana; sed etiam in diuina.* Tantùm ea Abulensi, quo & glutinum fœderis Ionathæ cum Dauid ostenderemus, & semel declararemus, quonam more ex duobus vnum faciat dilectio; Neque illud prætereundum, quod non dixerit Textus, amasse Ionatham Dauidem quasi animam ipsius Dauid; sed *quasi animam suam*; hoc est ipsiusmet Ionathæ: nam considera, supposuisse nos, amicitiam, quò magis fertur ad remotiora, eò pręstantiorem esse; remotior est autem comparatione Dauidis anima Ionathæ, quam anima ipsius; nam, vt cedamus, per fœdus idem factas, ad modum, quo declarauimus; verùm anteà diuisæ fuerant, & proxima semper Dauid anima eius: Igitur, cùm amicitiæ præstantiam ex absentia desumeret, maluit absentiori animæ respectu eius, qui diligebatur, (nam hic est, quem absentiæ circunstantia tangit,) conferre: absentior autem collata ad Dauidem erat Ionathæ anima.

Greg. Th.

Abul.

Amici vt vnum esse dicantur.

Tull.

Arist.

Expendo Tertulliani singulare effatum libro
de Carne Christi, cap. 4. nam de homine redem- 70.
pto per Dei Filium loquens; *Propter eum*, inquit, *descendit propter eum prædicauit, propter eum omni se humilitate deiecit, vsque ad mortem, & mortem Crucis: Amauit vtique, quem magno pretio redemit: si Christus Creator eius est, suum meritò amauit: si ab alio Deo est, magis adamauit, quando alienum redemit!* Verùm, concedamus, controuertendi gratia, hominem non à Verbo formatum, sed ab alio Numine, & hunc quidem Verbi comparatione extraneum, atque alienum fuisse: at quo pacto stare valeat, vt alienum redimendo Christus ardêtioris amoris notas exhibuisset nam charitas secundùm conuenientem regulam à semetipso exorditur, atque vt magis sibi fauere de-

Tertull.

beat,

beat, ita & cæteris paribus, his qni coniunctiores ſint; non ergo verbum ſubleuando creaturam, quando ab eo remotior fuiſſet, maiores amoris excitaſſet flammas: Egregiè tamen loquutus Tertullianus: nam ſignificat, quòd homines plùs venerantur, & ſuſpiciunt, qood apud eos inſolens & rarum apparet: non igitur ſtupeſcunt, cùm vident motales iis ſubuenire, quibus ob præcellentem aliquem titulum obſtricti ſunt, purà, cognationis, affinitatis, beneficiorum cauſa; nam & hoc naturæ inſtinctu barbarorũ immaniſſimi faciunt, agunt & bruta camporum pecora: ſi quis extraneo, qnem nec de vultu norit, opituletur, hoc demum omni commendatione digniſſimum eſt; Ad hanc igitur normam Tertullianus plùs extollit, quòd Verbum alienæ gratia creaturę è Patris ſinu in terrã delapſum, carne & oſſibus veſtitum ſit, & poſt diuturnos labores trigintatrium annorum tãdem & mori voluerit: Verùm, ecce & aliud prætereà: Deus creaturę ſuę multis modis ſemper adeſt: per præſentiam, eſſentiam, potentiam, intimè ei inhæret, & omnia eius peruadit, vniuerſa ſcrutatur diu, noctúque: ſi tamen eius non eſſet opus, neque ab illo velut à cauſa prima dependeret, longè eſſet ab vnoquoque noſtrûm tunc, quandoquidem nec ipſius genus eſſemus, nec in ipſo viueremus & moueremur: igitur quòd is, à quo nos abſentes eſſemus, tanta per diſcrimina nobis ſuccurrer, omnem amorem ſuperat, ac proinde Tertullianus concinnè: *Magis adamauit, quando alienum redemit*, nimirum, quia redemit non ſuos, & abſentes.

Maius eſt amoris iudicium alienis ſubuenire, quàm consanguineis aut affinitate deuinctis.

72. Chryſol. Atque ſecundùm hanc regulam Chryſologus pronunciauit ſerm. 164. in illud: *Ignem veni mittere, &c. Nanque Synagoga mater, vbi Eccleſiam nurum vidit ex gentibus aduenisse, occidit ſcelesta, filium, nurus conſortium ne videret; ſi vel ſic amorem nurus furibunda valeret extinguere; ſed ex morte totum in Eccleſia coniugium reſurrexit Chriſtus, vt probaret charitatem non ſeparari morte, ſed creſcere*: Hãc vltimam particulam conſiderandam ſumo, & diſquiro, quonam modo Chriſtus probauit morte charitatem non ſeparari, ſed incrementa accipere? Nam certè, tum quando Chriſtus defunctus eſt, euangelicarum inſtitutionum obſeruatores, puſillus & timens erat grex: indigebant ergo per id temporis potiſſimùm Ducis, atque Paſtoris ope, quin & ipſe ſcierat, & prædixit, ablato opilione diſpergendas oues: quæ itaque fuit charitas tunc deſtituere miſeros? multò minùs verum ſit, creuiſſe eo articulo potiſſimùm dilectionem: Aduerte id, quod docuimus in ſuperioribus Anteloqoio 3. num. 552. per Chriſti mortem, deletam Synagogam, extinctúmque cum ea matrimonium; hoc autem Chriſtus viuens facere potuiſſet, & caſſas reddere legis cæremonias, fuiſſet hoc quidem eximiæ charitatis, nempe omnem affectum in vnam deriuare Eccleſiã Catholicam: ſed non fuiſſet tam pretioſus amor, quoniam dum eſſet in conſpectu diſcipulorum, in quibus creata eſt Eccleſia, perpetraſſet: ergo ab oculis eorum recedat; atque iam abſens, nempe, ex latere in cruce dormientis, per mortis quietem ſanguinem, & aquam effundat, de qua prodeat Eccleſia ſic itaque per mortem non eſt ſeparata charitas, ſed creuit magis; quoniam tum, quando propter abſentiam videretur ex communi hominum vſu, obliuioni commiſiſſe eam, qnam viuens deperibat, dilexit ampliùs, aliam non habiturus deinceps vxorem, ſed in eam ſolùm omnem collaturus amorem: & ob hanc cauſam, dum moraretur in terris, obſcura, & exigua quodammodo eius fuêre dona: in cœlum tranſlatus continuò emiſit ſuper diſcipulos ignitas linguas, iuſſit aperiri nationibus oſtium, magnificauit Vicarium ſuum data ei imperij Sede Romana vrbe: ſic vtique excellens amator probari voluit, quando non tantùm abſens: ſed feliciſſimus quoque ad Patris dexteram reſidens, quam dilexerat olim, haud vnquam deſpexit, ſed conduplicatus eſt in dies affectus, innumera in eam beneficia, perenni atque inexhauſta donorum largitate, conferens dulciſſimus ſponſus.

Quomodo probarit Chriſtus morte charitatem non ſeparari.

Ex Chriſti morte, eius charitas incrementa accepit.

Conſilio inito ab Hebræorum Sacerdotibus; qoid de argenteis facerent, quos Iudas inutili ductus pœnitentia, in templum proiecerat, ſtatuerunt, vti emeretur ager figuli in ſepulturam peregrinorum, Matth. cap. 27. verſ. 7. Quæ hæc deliberatio Senatus pontificij? Non templo reparando, non publicis ædificiis, non fiſco, aut cromenæ ſuæ addicerent? Iam, vt eos pauperum cauſa mouerit, quamobrem non Hieroſolymitanorum meminerint potiùs, quàm exulum: nam in copioſiſſima vrbe pauperes extitiſſe pluſquàm veriſimile eſt, & conquerebatur Iudas non erogari pauperibus trecentorum denariorum vnguentum. Sed animaduerte ſuperna prouidentia compulſos: erat nanque pretium Sanguinis Chriſti: At videbatur cruori non ſatis decorum, niſi, quòd in amore ſupereminens eſt, oſtenderet: amor verò tum in primis clareſcit, cùm poſthabita domeſticorum cura, in abſentes potiùs ſe effundit, ſuorum piè negligens, quò ignotis ſubueniat: commendat enim amorem potiſſimùm, eius, in quem beneficium confertur, abſentia: abſentes autem maximè ſunt, qui exulant, qui perigrinantur; Quando igitur Sanguinis Chriſti pretio defunctis cineribus, in quo ad longum requieſcant, locus emendus ſit, abſentes enimuerò tanta comprehendat largitas, quò ſic ardens Chriſti affectio reſpondeat magis: Sermo inter Ambroſianos 51. *Peregrinis, inquam qui erant ſine domo, ſine patria, & toto orbe exules iactabantur, requies Chriſti ſanguine promittitur*: Neque abhorret Anſelmi Commentarius, qui ſignificat eo facto delineatum, poſthabendos Iſraëlitas, qui erant domeſtici, & vocandos ad requiem Domini gentilium populos, qui in eum diem erant velut extranei, abſque Numinis vera cognitione. 73.

Matth. 27.

Ambr. *Peregrinis requies, Chriſti ſanguine promiſſa* Anſelm.

De cæteris prodigiis ſub patiente Seruatore, vnum illud, déque cardinalibus, nimirum, operuiſſe tenebras faciem vniuerſæ terræ, Matth. cap. 27. verſ. 45. Quando hoc? Leo Magnus ſerm. 2. de Paſſione: *Emittente ſpiritum Chriſto, omnia elementa tremuerunt: denſis tenebris ſplendor Solis obductus extraordinaria noctis ſubdidit diem*; Verùm, cur non antequàm emitteret ſpiritum, caligo incubuit mundo? Equidem ſolatium eſt afflictis, inueniſſe, qui collacrymentur, & parem mœſtitiæ vultum induant, ideò & amici Iob *ſederunt cum eo in terra ſeptem diebus, & ſeptem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum*. Iob cap. 2. verſ. 13. Igitur, dum Chriſtus pateretur, lugubri palliu cooperiri orbem expediebat: Sed quidem elementa, quàm ſyncerè talem, tam beneficum Creatorem diligerent, probare voluerunt: ergo lugerent eo viuente? Exiguum hoc: quis enim de ſeruis non faciat, quoad inter mortales eſt dominus eorum? Suſpectus eſt fletus, quem heri intuentur lumina, non ab amore, ſed ex auaritia, 74.

Matth 27. Leo Mag.

Quo inſtanti Paſſionis Chriſti tenebra facta ſint per vniuerſũ orbem.

Iob. 2.

ritia,quò dominum moueant,vt testamento effusus sit in plorantes:Igitur germani,& absque omni fuco gemitus illi, qui extinctum, à vultibusque sublatum prosequuntur; quid enim vlteriùs ab amisso expectes? Solus amor tunc vigere potest; sed non nisi magnus impellet amor. Quò igitur elementa subindicent,synceram fuisse erga Creatorem pietatem, cohibent erumpentem noctem, donec spiritus auolet, mœstitiam ostensura, tum cùm herus abest.O miserandam humanæ voluntatis cladem! ô brutorum nitem amentiam tali comparatam insaniæ! Solus inter creaturas, pro quo solo redemptionis œconomia, neque viuenti, neque defuncto Creatori congemiscit: non nouit amare, & ideò non lacrymatur.

75. Videamus lachrymas IESV, & lachrymas ab amore quidem Profectus vt Lazarum suscitaret, germanas Marthã,atque Mariam percũctatur: *Vbi posuistis eũ? Eisque respondentibus: Domine,veni,& vide. Lachrymatus est* IESVS, inquit Ioan.c.11.v.35. Quæ fletus occasio? Num, vt fœmineo sexui compateretur, aut in defunctum amicum dulciora viscera commonstraret? Admitto quasi veriores caosas has, & secundùm litteræ sensum: sed noui & alia dici: nam quidam asseruêre fleuisse propterea, quòd quem diligebat Lazarum, cogeretur iterum ex quiete ad huius vitæ turbidam stationem reuocare: quam explanationem Isidoro Pelusiotæ Maldonatus adscribit; Chrysologi multiplex est sententia serm. 64. nam ad tristitiam referens, doluisse putat, *quia adhuc solum Lazarum,& nõ iam omnes mortuos suscitabat;* Tantus ardor in Christo suscitandi iustos ad vitam indeficientem, mœret,eò quòd in promptu hora illa non sit, quanquam ad eam per lethum ad vulnera transeundum; aut certè, vt idem cupiat Antistes, gaudij, non consternationis erant lacrymæ, quooiam in Lazaro mysticè intuebatur, peccatorem scelera pertæsum, & Patrem exorantem suppliciter, vn vel inter mercenariorum turbam admittat? tam dulcis est hic regressus, vt fletum suauissimum cohibere dulcissimus Parens nequeat; qin verò sic recipit, existimas erga peccatorem redire cupientem, immutem se præbebit *Quis ergo ex humana infirmitate existimet hic fleuisse Christum* (effatur Chrysologus) *cùm cœlestis Pater luxuriosum filium,non quando abiit,sed quando recepit,tunc deplorat? Christus recipiens fleuit Lazarum,non amittens;* Et multæ aliæ recenseri valeant explanationes fortasse piæ magis, quàm solidæ, nos & ex tropologica licentia audeamus quidpiam: ergo certè dolebat de sororum tepido amore in fratrem; debuerant enim defunctum & absentem, quibus poterant officiis prosequi: quale autem est; vt tam subitò à conspectu suo in speluncam detruserant? Cur non solantur antiquos amores, defuncti corporis contemplatione? Sed fœtebat: At poterant vnguentis & floribus tabem arcere. Quid, quòd amor delicatus non sit? Sterquilinium Alcinoi hortos cogitabit; modò ibi dilectum reperisse contingat; Igitur in amando germano charissimo tam segnes Christus lacrymis submordicat, vt qui doleat de humanæ dilectionis hypocrisi, atque mendacio: nimirum, multa est falsa illa charitas, quoad viget, atque in prosperis est, quem amare simulat; quàm citò abiit, atque recessit, obliuiosa est, atque indiligens.

Ioan. 11.

Maldon.
Isid. Pel.
Chrysol.

Christi gaudeti super cõuerso peccatore.

76. Cuius maior ergà Christum affectio, an Iosephi nobilis Decurionis marmore nouo suo Christi corpus condentis, an MARIÆ de substantia carnis suæ Verbo præbentis, & vtero nouem mensibus gestantis?Sed quis non statim pro MARIA calculum ferat? Nam, quæ frigidi lapidis comparatio ad vterum impollutum? Dedit Iosephus ex gaza aliquid: verùm,quale illud? extrinsecum solùm, quod & donasset facilè etiam mortali creaturæ, Deipara contulit de internis, contulitque amoris flammis vehementibus incensa, cuius si comparetur ignibus Iosephi ardor,tantùm excessura sit, quantùm lucernam exiguam totus Phœbi vincat globus; Verùm Iosepho patrocinatur Ambrosius, & considera,quã inuenerit viam; Sanè,inquit,MARIÆ vulua Christum excepit;sed animatum habuit,datura genitrici paruulum speciosum supra omnem infantiam,quem sinu ferret, manibus gestaret, vultui & labiis admoueret, in quem deliciaretur nunquam lassanda contemplatione: quis non tã dulce pignus optaret? Sed qualis erat IESVS, cùm Iosepho concessus est? absens atque defunctus,motum illud os mellitum & delinitos, clausi oculi Sole fulgentiores, obseratæ aures, pallida facies, exanime corpus: quoniã igitur MARIÆ affectus in viuidum, præsentémque ferebatur, Iosephi in amissum, atque semotum; putauit Ambrosius tanti esse faciendum amorem in absentem amicum, atque eius esse dilectionis tantam eminentiam, vt non veritus sit Iosephi affectum, MARIÆ æquare affectui: Ille igitur serm. 57. *At ego dico,non minorem Joseph affectum fuisse, quàm* MARIÆ: *siquidem illa Saluatori membrorum suorum secretum præstitit; hic secretum sui corporis non negauit: illa Dominum pannis inuoluit, cùm natus; hic linteis, cùm recessit.* Ecce, quamobrem asserat non minorem Ioseph affectum fuisse; nimirum, quia, cùm *recessit*, id est, cùm absens per mortem factus est, & ab amici vultibus abstractus, linteis inuoluit?

Ioseph ab Arimathia insignis in Christũ affectio.

Ambros.

Baptista, dum ergastulo clauderetur, misit ex 77.
discentibus binos, qui Christum interrogarent, num ipse esset, quem venturum sperabant; quibuscùm satisfecisset, mox vt discessêrunt, prolixè de Præcursoris encomiis coram multitudine disseruit: *Illis autem abeuntibus*, inquit Matth. cap. 11. vers. 7. *cœpit* IESVS *dicere ad turbas de Joanne.* Quare singulariter illis abeuntibus; & non in eorum conspectu? Metuebat fortasse, nè Prodromus gloriæ vanæ aura tangeretur ob laudum præconia? Sed abfuerat Ioannes tunc, quem retinebat carcer. Equidem Christus se fidelem Baptistæ amicum ostendere volebat. Quanquam igitur, qui euehebatur, præsens non adesset, sed vicarij eius discipuli erant: putauit itaque si laudaret coram illis, qui de schola Præcursoris erant, adulationi tribuendum Panegyricum: optabat igitur, vt Ioannes omninò absens fuisset, hoc est, neque ipse, neque de iis, qui ex illius gymnasio essent, aliquis adstaret; hoc concesso, tum demum existimauit, dilectioni solùm tribui potuisse, quòd integrè absentem honore affecisset; neque enim erga absentes fides, nisi cùm magnus dominatur amor. Bellè Imperfectus Chrysost. homil 27. in Matth, *Quàm benè recedentibus discipulis cœpit laudare Ioannem. Non sicut quidam blandiores homines,qui libenter hominem in facie laudant: aut quando vident amicos eius fideles, aut domesticos, quos credunt, quia nunciaturi sunt illi, quicquid audierint.*

Math. 11.

Quàm sincerè Christus Ioannẽ Baptistam laudauerit.

Chrysost.

Proficientibus Hebræis ex Ægypto, & asportantibus 78.
multas diuitias, quas incolis eripuerunt callidè,

Exod. 13. callidè, de Moyse Exodi cap. 13. vers. 19. *Tulit quoque Moyses ossa Ioseph secum, eò quod adiurasset filios Israel dicens, Visitabit vos Deus: efferte ossa mea hinc vobiscum*; At, cùm hæc Patriarchæ adiuratio vniuersos adstringeret, cur speciatim Moysem fuisse vnum latorem aduertitur? Num certè, quoniam in Ducem electus fuisset, vt crebra ossium memoria cogitaret, qualis, quantúsque gubernator extiterit Iosephus, & eius ad exemplar suos cōponeret mores? Verùm, quamobrem non & aliquid de spoliis Ægyptiorum, de argento, veste, auro à Moyse sublatum asseuerat? An, quia is, qui ob Numinis reuerentiam aulam Pharaonis contempsit, & eius filiæ gnatus vocari respuit, indignum æstimarit iam virum & maturum, ad nescio quas diuitiarum quisquilias descendere, & Cœnobitis præsertim salutare documentum præbuerit, ne postquàm ob Christi amorem amplas possessiones despexerint, intra Monasteriorum septa futilibus implicentur illecebris, quas difficillimè relinquant? Sanè tale quidquam significarit Græca apud Lipomanum Glossa; *Iudæi*, inquit, *vtpote infantibus similes aurum, atque argentum secum detulerunt; Moyses verò memorati animi vir Ioseph ossa deportauit*. Sed iungamus istis pro nostri discursus meta; quanquam sanè Israëlitæ multis nominibus debitores erant Ioseph, cuius in illos cumulata extitêre beneficia; tamen, quoniam iam diu aberat, vtpote defunctus ante annos non paucos, de absentis solatio nulla erat illis cura; nimirum, amici solùm regnantis fortunæ: Vt igitur innueret, quantùm Moyses excederet reliquæ multitudini, asserit eiusmodi fuisse, qui neque absentis, atque defuncti Iosephi memoriam gratam abiecerit: sed cùm cæteri coaceruando auro, argento, vestibus solliciti incumberent; interim Moysem deferendis Patriarchæ ossibus; nimirum, hunc solum in tanta hominum copia repertum, qui nosset amicus esse fidelis, cuius dilectionis ardores, neque sepulchrum, neque absentia minuisset.

Religiosis indignum est terrenis impediri.

Gloss. Græc.

79. Promamus aliquid sigillatim spectans ad nostrum Salomonis Epithalamium; in quo perspicias, nouam nuptam, etiam post connubiorum vincula, nunquam vxoris vocabulo dici, sed sponsam appellari. Quamobrem? Bern. libro de Passione Domini, c. 3. *Vel quare sponsa, & non vxor, cùm quotidie, vel Ecclesia, siue qualibet fidelis anima sponso suo Christo bonorum operum sobolem debeat generare? Paucis dico. Solent sponsæ nondum alligatæ coniugali vinculo amari ardentius, quam postea: tempore enim procedente amor ipse componitur: Sponsus ergo noster, vt magnitudinem sui vi-sumet amoris, qui tempore non decrescit, amicam suam sponsam appellat, eò quod illius amor semper nouus sit*: Sed vnde hauriat sanctus Abbas feruentiorem esse erga sponsam amorem? an, quia primitias dilectionis sibi rapiant sponsalia, & dulce bellum inexpertis? Profectò, quæ sponsæ tantùm sunt, nondum totæ ad maritum transierunt, & asseruantur, vel apud cognatas, vel sub genitrice in nuptiarum lucem, itaque sponsa quidem absens est, vxor, apud maritum, nempe, præsens: scitè ergo in sponsam ardentiorem affectum nominat: nam is demum ardentissimus affectus est, germanúsque synceræ dilectionis qui erga absentes fidem præstat.

Bernard.

Sponsi Canticorũ in sponsam amore, semper nouus.

80. O nunquam apud sæculum fidem aliquam! nunquam de intacta amicitia quidpiam; si quæ deferuntur obsequia, metus, aut cupiditas cogere; Vultisne nosse à diuite helluone? Descripserat Lucas pauperis Lazari funus, ac magnificè ab Angelis in Abrahæ sinum deportatum narrauerat cap. 16. vers. 22. ac statim de locuplete acturus, ne verbum de sepulcrali pompa: *Mortuus est autem & diues, & sepultus in Inferno*: Cur silet busti pompam, vbi tibicines, vbi lucernæ, vbi pulla vestis, vbi sarcophagum Optimatum humeris elatum, vbi tota in mœrore ciuitas extincto purpurato, & byssino Dynasta? Quid? Nullus exequiarum apparatus? Et vbi tot clientes, tot famulorum greges, tot parasiti, qui viuenti dexteras dederant, & fidem duraturam spoponderant? Siccine incomitatus vadit, cuius satellitio angustæ plateæ? O accedite, mortales, contemplamini, videte attentiùs: protinus vt clausit in æternam noctem lumina miserrimus, non fuit ex omnibus charis eius, qui consolaretur illum: sed vniuersorum cura, quæ possint deglutire & surripere, omnémque deuorare supellectilem; Hoc mundi fœdus; Quis vestrûm non sæpè talia intuitus? cui noua ista exempla? Et tamen ferrea vos ligatos tenet conscientia. Vsquequò, Domine, tam grande malum, vt confidant in hominibus, in quibus non est salus? Maledictus planè, qui confidit homine: quanta eum opprimet egestas in tempore iniquo? Verùm sic placet ambulare filiis Adæ in desideriis suis, donec in profundum laci descendant, & Tartarus absumat eos cum diuite voraci, cuius Deus ingluuies fuit. Chrysost. hom. 7. in Lucam: *Siquidem ex tam frequenti famulitio nudus abductus est, & solus; nihil ex tanta beneficentia secum ferre valens, sed desertus, infensus, ac neglectus; nullus eorum, qui prius auxiliabantur, aderat, erepturus à pœna & supplicio: sed ab illis omnibus diuulsus, solus in se recepit*; Non mendacium amicorum typus facet Iordanis amnis, quando eo tum maximè tempore Palæstinæ arua recrearet aquarum excrescentia, cùm solatium negassent alij & fluuij, & stagna; cùm & cœlum & terra vndas suas cohibuissent, maiori quàm vnquam anteà vbertate & homines, & bruta, & agros reficiebat.

Luc. 16.

Apud sæculũ nulla sincera amicitia.

Chrysost.

SECTIO IX.

Diuinæ acerbitatis indignatio, tum maximè comprehendit peccatores, cùm aut iucundiùs agunt, aut nouissimorum magis obliuiscuntur.

QVis putaret, Iordanem tum ripis vix contineri posse ob aquarum excrescentiam, quando & flumina, & riui vbique ferè terrarum præ siccitate absconderentur? cùm æstas in limine fuisset, quæ securos esse iuberet mortales à cataclysmo, & fluuiorum inopinata restagnatione? Timuerit agricola sub pluuioso Decembri, & pecus in altissimos ducat montes, ipséque ascendat simul rustica cum plebe: sed ad Aprilis exitum, vel Maij exordia, quærat magis vbi frigora captet, vbi longior atque diffusior vmbra & agnos, & pastorem fistulâ bonam anni temperiem salutaturum, protegat. Tales hominum discursus, ac propterea omni depulso metu liberè vagantur per agros, seu flores collecturi, siue epulis, seu choreis indulgeant, 81.

delectarque

delectátque in primis ipse Iordanis fimbria assedisse: Ducunt ita in bonis dies suos, cùm ecce accurrens monticola vociferatur, aquarum rapidissimos torrentes cum impetu de Libano fluere, momento adimplendum Iordanem, hominibus, pecori, domibus ruinam instare: Quanta tunc mortalium trepidatio! quantus in ore pallor, cùm delusas animaduertunt spes suas, & diluuione opprimi tum, cùm longissimè abesset à cogitatione timor excrescentium vndarum? Sic itaque terribilis in consiliis suis, sed & iustus nimis Deus Sabbaoth super filiis hominum, quos aut rapiat in iuuentæ flore, aut ex hoc diuersorio abire mandat, cùm lux charissima fuit, cùm fortuna magis blanditetur: O dura exilia homini habenti pacem in substantia sua! ô nimiùm felices iustos, qui quacunque hora præoccupati fuerint, in refrigerio erunt!

Secretâ Diuinæ Iustitiâ cùm iuuentutis flore homines moriuntur.

82. Quales ducebant annos ante orbem submersum homines? Matth. cap. 24. vers. 38. *Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes, & bibentes, & nubentes, & nuptui tradentes vsque in eam diem, quo intrauit Noe in arcam, & non cognouerunt, donec venit diluuium, & tulit omnes:* Ecce, quàm hilarem vitam traducebant! vt genio & voluptati omnes laxabant habenas! Sed, quidni facerent? erant nanque dies illi, quibus contigit submersio, vernæ iucunditatis, tempora vitæque nuptiarum destinata festiuæ pompæ, quemadmodum in anterioribus præmonstrauimus; tempora, quibus & äer, & mare, & tellus sponte suâ ad læta inuitant; non coronarent se floribus vernantibus omni prato tunc, non perfunderent comam nardo; non cythara ad conuiuium personaret? Sed, quare non ineunte bruma cataractæ cœlorum apertæ, & diluuij præcursores imbres ex Olympo missi? Nam sic vigere libeat. Equidem sub mundi primordiis creatæ arbores maturæ, & cum fructibus suis vineæ maturos afferebant botros, oleæ bacchas suas: quoniam verò hæc natura non nisi per autumnum ostentat, propterea existimatum à clarissimis Theologis, mundum non vere, sed autumno conditum esse, siquidem autumno colligi soliti fructus, cùm id possit, decens erat, vt autumno produceret Creator, & hoc velut naturæ legibus magè consentaneum; Igitur in eundem modum, cùm, siue vrbium siue prouinciarum diluuia per hyemem contingere soleant, sitque hoc à natura assignatum tempus, in quo maria & flumina excrescant, quamobrem non in huiusmodi tempus, potiùs quàm in vernam temperiem incidit Noënum diluuium? Sanè speciali Numinis deliberatione id factum, quò timeret audax hominum genus, & nunquam à metu vacuum esset, cùm exemplis doceretur, subitam, & inopinatam esse Numinis vindictam, atque tum repentinò opprimere, cùm distare videretur; Ambrosius de Noë, & Arca, cap. 14. *Est etiam illa non perfunctoria consideratio, quod sexcentesimo anno Noe, vigesima & septima mensis fit diluuium: secundum mensem verni esse temporis non ambigitur, quando augentur nascentia, ager parturit, terrarum pariter, atque animantium fœtura se fundit; Tunc ergo fecit diluuium, quando dolor eorum maior foret, qui in sua abundantia punïebantur, tunc vltio terribilior:* Sic itaque mundus deletus est, cùm prospera se haberent vniuersa, & de interitu nulla esset cogitatio

Matth 24.

Verno tempore accidit Noënum diluuium.

Ambr.

83. Multis cladibus afflictatus Iobus, sed filiorum amissione nulla vehementior; sed expende, quemadmodum perierint: *Filiis tuis, & filiabus vescentibus, & bibentibus vinum in domo fratris sui primogeniti, repente ventus vehemens irruit a regione deserti, & concussit quatuor angulos domus, quæ corruens oppressit liberos tuos, & mortui sunt.* Iob cap. 1. vers. 18. At non potuit alia diei hora concitari tempestas, quàm tum, cùm epulis accumberent? Nónne adnotas, vt moneat sedulò Textus, repentinam, & præter omnem spem fuisse ventorum indignationem? *Repentè* (inquit) *ventus vehemens irruit.* Subitaneus autem interitus quãdo comprehenderet, nisi cùm in maxima iucunditate essent comedentes & bibentes? tum potissimùm insidiatur hostis. Quis adolescentia, quis indole, quis opibus, quis pulchritudine, quis robore fidat? Ecce Iobi gnatis nihil istorum deerat: sed & filij erant sanctissimi parentis, & validis muniti parietibus, & cœlum placabile quando inceptum symposium, & aderant stipatores ex militiæ flore, qui defenderent: tantis vallati præsidiis, corruêre tamen. & deformatus momento vno faciei decor, amissæ opes, interrupti anni, diuulsæ amicitiæ. O inanes mortalium cogitationes! ô labilem humanam gloriam, quæ tum fragilior, quando firmior esse videbatur! Origeni adscriptus Commentarius lib. 1. in Iob post medium: *Hoc scientes sancti, atque horum memores, quòd ipso meridiano tempore, hora prandij ruina occupati sunt filij Iob, atque mortui, orauerunt ad Deum, conseruari à Dæmonio meridiano.* Quoniam verò Origenis monet interpretatio, fuisse illud prandendi tempus, ac proinde meridiem, quando filij Iob oppressi sunt, licet adhuc vlterius considerare: nam certè, si quando pacatiores venti sunt, maximè quo interuallo Phœbus medium iter emetitur, & axem ascendit, adeò per æstatem cùm flatus rariores sunt, vt vespere, aut exoriente Sole consueuerit esse aliquis, qui refrigeret; tunc consopitur omnis, quémadmodum tradit Stagirita in Problematis sect. 25. quæst. 4. cui assentitur Plinius lib. 2. cap. 47. sub finem, asserens. *Sol, & auget, & comprimit flatus; auget exoriens, occidénsque; comprimit meridianus æstiuis temporibus: itaque medio diei, aut noctis plerunque sopiuntur, quia aut nimio frigore, aut æstu soluuntur;* Igitur certè, si quod tempus ventorum nimis liberum, meridianum illud est, at verò sic contigit, vt eo potissimùm tempore venti irruerent, quo minimè sæuire consueuerant, & cladem inimicus, quam minùs timebant, inferret; ita in humanis nihil constans & securum est, sed vniuersa in discrimine semper posita sunt.

Iob. 1.

Origen.

Venti ad meridiem non perflant.

Arist.

Plin.

Atque huic filiorum Iob casui affine est, quod primogenitis Ægyptiorum euenit: *Media nocte* (ait Dominus Exod. cap. 11. vers. 5.) *egrediar in Ægyptum, & morietur omne primogenitum in terra Ægyptiorum, à primogenito Pharaonis, vsque ad primogenitum ancillæ:* Sed, cur nocte internecio ista? Timétne administer Angelus, præsertim quoniam & Regum aulas ingredi quoque iussus sit, in qua solent esse sexaginta ex fortissimis Prouinciæ propter timores nocturnos, omnes habentes gladios super femur, & ad bella doctissimi? Sed quid Angelo vel sexaginta mille virorum, quos vnus interficere possit? aut fortasse pudor est bono Genio, cùm deputatus sit, vt homines custodiat, de medio illos tollere, ac proinde noctis integumento vtatur, ne conspici valeat? 84.

Exod. 11.

Cur nocte primogenitorũ Ægypti internecio facta.

si modò

si modò tamen bonus Genius ille, de quo Abu-
Abul. lensis quæst. 48. in nominatum Exodi locum;
Verùm certè nullus, siue in bono, siue in deformi
Angelo metus, qui humanum robur nihili fa-
ciunt; Cacodæmon veritatis osor semper tene-
bras amat, sed non ideò per obscurum nunc fer-
tur; verùm Numine impellente, vt ex morte
primogenitorum alij discerent mortales; cùm
enim altum dormirent, & sopor vrgeret profun-
dior, ad mediam scilicet noctem; cùm lasciui-
rent stratis eburneis Principum filij delicijs enu-
triti, cùm omnia quietem sponderent, cùm ætas
virescens promitteret longam vitam; tunc ad
Inferos detrusi, non irruente in eos regni aliquo
hoste, non domestico insidiatore, non morbo
ætatis venustatem depopulante; absque his om-
nibus nocumentis, (quæ solùm veteri poterant)
periêre. O & qui audet lethalis noxæ conscius
strato incumbere, somnos captare graues, nec ti-
met percussoris Angeli dexteram saluantis He-
bræos, impios tantùm Ægyptios occidentis!
Verùm, & loquatur parumper Rupertus lib. 2.
Rupert. Commentariorum in Exodum, cap. 17. *Poterat
media die, cunctis vigilantibus, nihilominus fieri
cædes primogenitorum: cur ergo potius media no-
cte, dormientes placuit interfici? videlicet, vt histo-
ricum etiam exemplum dormitantibus proficeret,
atque ad vigilandum eos percelleret, scientes, quia
quisquis exemplo Ægyptiorum thesaurizabit sibi
iram Dei, nihilominus exemplo eorum improuisam
accipiet vindictam: sic enim & vniuersale Iudi-*
Vniuersale Iudicium duris corde ex improuiso superueniet. *cium, duris corde, atque impœnitentibus, ex impro-
uiso superueniet, tanquam laqueus, & quasi fur:
Quocirca Dominus aduentum suum, quo perdendi
sunt impij, media nocte comparauit; Media, in-
quit, nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit,
exite obuiam ei*; Illud in hac Tragœdia non si-
lendum, sanguine liniri iussa superliminaria He-
bræórum, vnàque postes domorum, quò illæsi
transirent occumbentibus Ægyptiis; Igitur
cruor certè incolumitatis pignus; At docuero
sanguinis aspersionem cædis, & vastationis si-
gnum fuisse ex nationum vsu, Anteloquio 8.
Sectione vltima; cur igitur intacti Hebræi, quo-
rum in valuis sanguis effulget? Exod. cap. 12.
vers. 22. Equidem ita videbatur, Israëlitas neci
Exod 12. designatos fuisse, atque huius monimentum
cruorem fuisse: sed ecce & in his decipitur hu-
mana cogitatio: qui casurus videbatur, stat; qui
non casurus, labitur: sic vniuersa dubia perpe-
tuùm, atque ancipitis aleæ sunt, quò cum tremo-
re operemur salutem nostram.

Coniungamus & tertiam de filiorum interitu
85. Historiam; iique supremi Hebræorum Antisti-
tis, Aaronis gnati, Nadab, & Abiu, qui *arreptis
thuribulis, posuerunt ignem, & incensum desuper,
afferentes coram Domino ignem alienum quod eis
præceptum non erat, egressúsque ignis à Domino,
deuorauit eos, & mortui sunt coram Domino.*
Leuit. cap. 10 vers. 1. Iam si expendamus, quan-
Leu. 10. ta fuerit hæc eorum temeritas, reperiemus graues
Theologos asserere venialem noxam fuisse so-
lùm, ac proinde bono fine quieuisse, de quibus
videris apud Salianum tom. 2. anno mundi 2545.
Salian. num. 39. Sed demus immaniter peccasse; at cul-
pam tenuare poterat, quòd adolescentes essent, &
in primis, quoniam nunquam anteà ministrassent
altaribus: quæ ab initio statim Magister euasit?
Humanæ ineptiæ indulgendum fuerat; addita
& his circunstantia altera, quòd lætissima fuerit
ea lux Israëlitis, quoniam post septem consecra-
tionis dies, tum summus Pontifex Aaron cœpit
sacerdotio fungi hostias offerendo; Non erant
igitur turbanda gaudia fidelis populi luctuoso
exitu filiorum ante ora miseri parentis, & tam
festine transeundum à domo conuiuij ad do-
mum lacrymarum; Quis his expensis non totis
quatiatur artubus, cùm nec festi sacerdotalis sa-
cræ pompæ, nec parentis meritis quidpiam de-
fertur, neque ætas, nec ignorantia, neque com-
missi officij nouitas excusat? Ita rapiuntur pla-
nè, cùm nemo morituros opinaretur, quippe an-
nis valentes, sacerdotio nuper donati, locupletes,
primarij, & genialem diem agentes: Hæc abyssus
iudiciorum Dei; talis ab antiquo, talis & nunc
quoque: Eloquenter, quemadmodum assolet,
Saluianus lib. 1. de Prouid. *In quibus non iudicium* Saluian.
tantùm, sed præsens Deus ostendere voluit, immi- *Imminet su-*
nénsque iudicium, quid enim aliud, quàm exten- *per capiti nostro Diuina*
tam super nos dexteram suam, & imminentem iu- *Iustitia gla-*
giter gladium ostendere voluit, qui errorem supra- *dium.*
*dictorum statim in ipso opere puniuit: nec pœnè
prius peractum est facinus, quam vlcisceretur pœ-
na peccatum?*

Processerat aduersùs Christum militaris co- 86.
hors cum laternis & facibus, & armis, & ad eius
duo verba tantùm, quæ sine terrore, absque mi-
nis abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram,
Ioan. cap. 18. vers. 6. considerent alij cum Gre- Ioan. 18.
gorio, quanta futura sit iudicantis, quam non
toleranda maiestas, qui, cùm iudicaretur, ita per-
terrefecit: ego modò disquisierim, quamobrem
vt confundere placuerit, & significare eum, qui
sic prostrauerit quando illi armati & multi, ipse
vnus, atque immunitus, voluntariè ad passionem
duci, non humana cogente potestate, non hoc
egerit potiùs, cùm flagellaretur, cùm spinea ple-
cteretur corona, cùm in ligno penderet? Potuit
& tum quidem; sed non fuisset tam inopinatus
cadentium lapsus: non enim adhuc iniurijs af-
fecerant, quanquam animo sanè; nam, vt com-
prehenderent, profecti sunt, ac proinde neque vl-
tionis aperta occasio: illi quoque sub primo belli
conflictu nondum lassati, valentiores erant, &
nemo ad aspectum inimici tantùm non animo-
sus adhuc, & benè sperans, præsertim cùm pari-
bus certatur adminiculis: Igitur, quoniam initio
impiæ legiones remotiores à periculo omni vi-
debantur, deiecit in terram, quò discant homines,
instare sæpenumerò ruinam tum magis, cùm
longiùs abesse videatur; Atque illi, quemad-
modum collapsi sunt, cùm minimè cadere posse
suspicarentur; ita Christus, quando maximè
comprehendi debuerit, non est comprehen-
sus, adeò semper dubia luditur alea: nam ij
quid exploratum venerant cum scelestissimo
antesignano Iuda? Sanè quærebant IESVM
Nazaræum, & venerat in comitatu ob hoc
potissimùm latro Iscariotes, vt designaret quis-
nam Christus esset: sed obuiam processit ille
dicens: *Ego sum*, Cur hoc audito nuncio non
tenuerunt suo se ore manifestantem? Pulchrè
Maldonatus noster: *Voluit, vt ipse illo verbo,* Maldon.
quo ratio postulare videbatur, vt illum compre- *Milites tunc*
henderent, ita impedirentur, vt non solùm appre- *prostrati cùm Christū fir-*
hendere, sed ne stare quidem coram illo possent: *miùs tenere*
qui enim non potuisset, fore vt simul atque respon- *debuerant.*
*disset, Ego sum, manus in illum non inijcerent? At-
qui ille respondit, quo incitari ad comprehendendum
videbantur, deiecti sunt*; Sic tutus Christus,
quando

quando in summo versari discrimine videretur; sic cadentes inimici, cùm fumos atque securus esse appareret.

87. Sed quàm magnos fructus elicere soleat diuina prouidentia, cùm momento omnem sæculi pompam quasi fumum euanescere facit, Dauid præclarè Psalm. 47. vers. 7. & 8. accinit: quis enim non vehementissimè compungatur, & vias suas malas ocyùs deserat, cùm intueatur peccatores, qui velut cedrus Libani exaltabantur, inopinatò prosterni, & gloriam eorum omnem ad Tartarum descendere cùm dies æternitatis, & felix, atque beatum æuum sibi homines insensati promitterent? verùm, quid Psalmodus? *Tremor* (ait) *apprehendit eos*; Sed, Deus bone, qualis tremor? *Ibi dolores vt parturientis*; Satis dixit, cùm feminæ laboribus comparauit; Sed, quæ profundissimi mœroris causa? *In spiritu vehementi* (ait) *conteres naues Tharsis*: Hieronymus, *In vento vrédinis confringes naues Tharsis*; Symmachus, *Per ventum violentum confringes*: Augustinus per Tharsis Carthaginenses naues intelligit, subditque, mox; *Manifestum est autem ita floruisse, vt inter cæteras gentes excellerent nauigationibus*: Sint verò de classe illa, quæ in Orientis Indiam proficiscebatur, aurum, ligna odorata, gemmas allatura; illud certum, inter onerarias excelluisse, robore, in primis, vt quæ longum emensuræ essent iter difficiliores Oceani sulcaturæ vias, asportaturæ quod pretiosissimum est apud mortales; demiratur igitur vento afflante violento fore, vt exiguæ euadant cymbæ, periclitentur naues Tharsis; Siccine illæ, quarum insuperanda videbatur firmitas in magna tempestate periclitantur, & ante submersionem fractæ atque collisæ, nempe, contritæ? Quid tutum, si naues Carthaginenses in profundum abeunt? Sed quæ istæ naues, nisi Consules & Senatores terræ, atque, vt Psalmistæ phrasi loquamur, viri diuitiarum? sorbentur momento, exorto repentino turbine, & nihil illis superest nisi sepulcrum, & vermis. Talia igitur contemplantes peccatores, & quia nihil in vita est firmum, quoniámque mors de improuiso obrepit, atque naues Tharsis in frusta comminuit tremor apprehendit eos, & ingemiscunt, sicut mulier contristatur, cùm pariendi adproperat tempus.

Psal. 47.

Hieron.
Symmach.
August.

Carthaginenses nauigationibus excellentes.

88. Quid verò mirum, vt peccatores inconsolabili mœrore tabescant, quando etiam iustos vix quisquam consolari possit? Attende, quid sanctissimus Antistes Chrysostomus dicat homil. 77. in cap. 24 Matthæi: *Nemine quidem, cùm hæc in mentem veniunt, horror inuadit terribilis, & amarissimè perflens ex profundo corde ingemisce: nam, quamuis nihil horum ad me spectet: illa tamen, quæ mox ad virgines, & ad seruum nequam, qui quod acceptt talentum, suffodit, quæ dicentur, vehementius me perturbant, propterea lacrymis confundor.* Ac primùm quidem terrent religiosissimum Doctorem virgines insipientes: eam nanque, quæ de illis est, parabolam cogitans, perspicit excitari eo potissimùm articulo, quo neminem eas ad vigilandum fuisse vocaturum, neque imprudenter existimari queat: medium enim noctis est, quo omnia silentium habent, & nox iter in suo cursu tranquilla peragit, atque, vt ille aiebat, quiescunt voces hominúmque, canúmque; quis igitur arbitraretur, excitandas miseras tunc? Sed illo tempore vocantur, & heu imparatas inuenit sponsus, in malúmque abire iussit. Altera parabola seruorum fortasse illorum est, de quibus apud Lucam c. 12. vers. 38. *Et si in secunda vigilia venerit, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati sunt serui illi*: Quorsum autem omisit dicere de prima & quarta vigilia? nam in tot diuidebant prisci noctem: saltem poterit seruus sub illis requiescere, quoniam in eas paratum esse herus non monet? Verum quatuor illæ vigiliæ hominis totidem ætates designant pueritiam, nimirum, adolescentiam, viriles annos, senectam; ex his pueritia, atque senium, cùm fragiles sint & despectæ, variísque conflictatæ morbis frequentiùs, noluit earum meminisse, vt significaret, venturum Dominum ea ætate, quæ floridior, atque iucundior est; cùm homo robustior videbatur, vitáque illi charior erat, quod contigit secunda & tertia ætate, tunc aderit Dominus rationem villicationis ab eo expostulaturus.

Chrysost.

Luc. 12.

Secunda & tertia vigilia denotant floridiorem ætatem.

Hoc ostendit mihi Dominus Deus, (inquit Amos cap. 8. vers. 1.) *& ecce vncinus pomorum, & dixit: Quid tu vides, Amos? Et dixi: Vncinum pomorum*: Transfert visionem noster Ribera numero 8. ad spiritualem sensum, & vncino significatam mortem arbitratur; poma vitam nostram designare, quibus apud Iob ex cap. 9. vers. 26. comparatur: *Dies mei pertransierunt quasi naues poma portantes*: At, quare vncinus mors? nimirum, propterea à cultore in pomœrium defertur vncinus, quemadmodum à Lyrano scitè animaduersum, vt quos manu attingere fructus colligens nequeat, eos vncino attrahat; O vncinum non quibuscunque destinatum pomis, sed altissimis illis, quæ in ramorum summitatibus, quæ in arborum capitibus; ibi candida illa & rubicunda electa ex millibus quasi secura gloriabantur in pulchritudine sua: nam custos hortorum ascendere non poterat, quoniam altissimum posuerunt refugium suum, in cacuminibus, scilicet; ibi supergressa reliquos fructus ab humero sursum, quasi Reges se æstimabant; sed venit vncus, & detracta est superbia eorum ad infimum terræ: O vncum! ô mortem semper aduersùs potentes terribilem, eos rapientem, qui in tuto collocari videbantur, & rapientem sanè, cùm plùs florerent, cùm diem occisus sui longissimè abesse putarent: Sed & alij loco pomorum, æstatem vertunt, atque *vncinum æstatis* nominant; Præclarè & in mortem istud etiam epitheton quadrarit: non enim illa insidiatur hominum vitæ, quando hyems est, & domus in tribulatione, atque luctu est; sed, cùm æstas aduenit, quando Sole lætiùs fulgente prospera renidet fortuna; Nónne quidem per æstatem iudicium, & mors instant? *Ab arbore autem fici* (monuit Seruator Matth. c. 24. vers. 32.) *discite parabolam: cùm iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, scitis, quia propè est æstas; ita & vos, cùm videritis hæc omnia, scitote, quia propè est in ianuis.* Denique pro vncino pomorum alia legit translatio, *vas aucupis*, seu decipulam, aut laqueum; atque hoc etiam mortis emblema; nam, postquàm philomela à pastu redit, laudatura Creatorem, quoniam dat escam omni carni, & neque passer in obliuione apud eum est; conscendit frondosam arborem, distendit guttur, alas expandit, salutat æthera, & in primis auricomum Apollinem, quòd splendidior exierit, & nemori ridens illuceat: ad eius canoram vocem siluêre venti, tacuêre feræ, compressêre murmura arbores, ipsi torrentes per saxa & scopulos cautiùs descendere: solus in

crudelitate

89.

Amos 8.

Ribera.

Iob 9.

Vncinus pomorum mors significata.

Matth. 24.

Vas aucupis, mortis emblema.

crudelitate pertinax auceps laqueum meditatur pedibus eius, & incidit tandem in muscipulam infelix volucris, ô tuto profectò, quando nunquam iucundior, cùm omnis sylua applauderet, cùm benè pasti & tam sublimis musica vel hostes conciliatura videretur: at sic vicinus pomorum, sic mors agere consueuit.

90. Verùm & de pomis aliud quoque Iobus nuper allegatus cap. 9 vers. 25. *Dies mei velociores fuerunt cursore,* (ait) *fugerunt, & non viderunt bonum: pertransierunt quasi naues poma portantes.* Ex Hebræo, pro pomis, vel fructibus aliqui piratas vertunt; quoniam in originalibus est, אבה *ebeh*, quod variè significat, & cùm rapidissimum aliquid ex communi etymo denotet, ad prædonum classem refertur, eo quòd soleant velocissimo esse cursu; in hoc autem genere nauium duo consideranda: Primum, quòd per hyemem rarò maria infestant, ad stationes se tum recipiunt Oceani indignatione coacti; sed vbi læta tempora aspirant, & Zephyri brumam abigunt, portu soluunt, atque insidiantur: Secundò, quoad valeant, speculatores adhibent, quando littora mercatorum classis relinquat, quæ adueh at supellectilem; quòd si norint, aurum, gemmas, purpuram, aromata portare, quò feliciorem iudicant, eo plùs inhiant: ne de manibus elabatur, tum omnem diligentiam adhibent, pericula quoque contemnunt; ergo, cùm piraticæ artis sit & tempore amœnissimo prædari, & vasa insectari magis, in quibus pretiosior thesaurus, perbellè Iobo vita nostra comparata eiusmodi nauibus; sic enim illudit nobis vitæ cursus, vt non hyeme, sed æstate, quando secunda est fortuna, iucunditatem abrumpat; in eos feratur acriori odio, qui in laboribus hominum non sunt, qui arietem de armento pinguem deuorant, & medullam tritici comedunt; in hos cùm expansis velis quasi naues institorum diuitiunæ supellectilis, prospero fauente Noto, ferrentur per mites fluctus, edentes, atque bibentes in lætitia, & celeusma cantantes ob aspectam tellurem nauigationis metam, insilit mors quasi piraticus hostis: O auulsam ante ora dominorum die sereno, atque placabili nauem superbam, & tantorum sumptuum elusas spes vno puncto, atque tum sanè, cùm Scyllam, atque Charybdim euasisse videbatur! Non celabo Tertulliani ab hoc proposito non abhorrentem sententiam; connectit autem alteri sermoni, quo miserum fuisse eorum exitum concinnè opinatur, qui præ nimiate gaudiorum, spiritum exhalarunt, quando eis mors obrepserit tum potissimùm, quo vita frui, si vnquam aliàs, desiderabile esset, nimirum, cùm in iucunditate essent: sic igitur libro de Anima, titulo, Nihil animæ in corpore subtemanere, *Nam, etsi præ gaudio quis spiritum exhalet, vt Chilon Spartanus, dum victorem Olympia filium amplectitur; etsi præ gloria, vt Clydemus Atheniensis dum ab Historicis dum præstantium auro coronatur; etsi per somnium, vt Plato: etsi per risum, vt P. Crassus; multo violentior mors, quæ per aliena grassatur, quæ animam per commoda expellit, quæ tunc mori affert, cùm iucundius ei est in exultatione, in honore, in requie, in voluptate. Vis est & illa nauigij, cùm longè à Capareis saxis, nullis depugnata turbinibus, nullis quassata decumanis, labente cursu, adulante flatu, latante comitatu, intestino repentè perculsu, cum tota securitate desidunt: non secùs naufragia sunt vitæ, etiam tranquillæ mortis euentus;*
Sherlogi Anteloq. in Cant.

Iob. 9.

Vita nauibus piratarũ comparata.

Tertull.

nihilo refert, integram abire corporis nauem, an dissipatam, dum anima nauigatio euertatur. Atque hæc suppeditauit documenta excrescentis Iordanis illuuium cum sanè, cùm aquarum penuria magis esset laborandum, & nihil minùs timerent homines.

SECTIO X.

Sub prospera fortuna, difficile, temperatum esse, & bonos mores obseruare.

Sed quòd Iordanis intumescat, atque erigatur, 91.
sorte non contentus sua, & ruinam crudelis afferat, siue pecori, seu spicæ, aliisve agrorum fructibus, tum quando felicissima anni temperies est per Aprilem, monere nos debeat, secundam fortunam plerunque vitia secum afferre, elationem, tyrannidem, & alia id generis monstra; obcæcat nanque mentem ambitio, Creatoris despectum nutrit, atque hoc contempto, reliquum est, vt per omnia vitia feratur mens audax; Dum venatione impeditur Esau, surripuit adiutus Rebeccæ matris ingenio benedictionem caligantis Isaac minor filius Iacob. Sed quàm copiosa imprecatio illa? *Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, & vini; & seruiant tibi populi, & adorent te tribus; esto Dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ.* Genes. cap. 27. vers. 28. Quid potentius Iacob, quem nationes venerentur, ante quem fratres procumbant, & cui locupletando, & Olympus, & terra studeant coniunctis viribus? Eia, Iacob, dormi posthac securus, & in vtranque requiesce aurem, nullus te beatior, cui nemo aduersarius, cui promptuaria abundant frumento & vino, in quem Isaac effudit opes omnes, vt quod in Esau conferat, vix reliquum sit; Verùm certè Iacob continuò viæ accingitur, & peregrinationem cogitat in Mesopotamiam Syriæ, in domum Bathuel: pergit verò incomitatus, absque equis & curribus, sic destitutus, vt sub dio manendum fuerit, humus stratum subministraret, lapis puluinar. O Rebecca, vt quid non saltem discedenti, tuis deliciis, adolescenti præclarissimæ indolis, argenteos dedisti aliquos, quò in diuersorium admitteretur? Puto ego sanè spontaneam hanc fuisse Iacob philosophiam, & cùm possit equo, vel carruca vehi, multa stipari caterua famulantium, splendidè epulari, dormire lecto eburneo tapetibus instrato, valedixisse omnibus, paupertatem vltroneam experiri cupientem; Quid eum ad hæc commouit, atque vt tandiu Labani durissimo seruitutis genere obsequeretur? Sanè, vt vidimus, ad magnum elatus fuerat per Isaac benedictionem rerum secundarum apicem, vix vt quid maius fortuna, quod impetiretur, haberet: iuuenis igitur, qui Dei timorem ab infantia bibit, & nollet peccare metuebat, ne fortè prosperitas de mentis optimo, & composito statu deturbaret: maluit igitur amplecti exilia, seruitutem duram, egestatem, & cum his Dei amicitiam conseruare, quàm superbæ fortunæ discrimen experiri; maluit pauper esse virtute socia, quàm diues tumore atque fastu comite: ob hoc igitur & charam genitricem dereliquit, & paterna domo cessit, & bonis se spoliauit Eusebius catena Græcorum in Pentateuchum ad Genesis citatum

Quanam vitiorũ monstra prosperitas secum adueha t.

Genes. 27.

Excellens Spontanea paupertatis philosophia.

Eusëb.

citatum caput: *At Iacob, tot, tantisque benedictionibus instructus, quamobrem fratris conspectum declinauit fugiens ad Gentiles omnium rerum egenus? Euidentior in iis extat, qua calamitates videntur, prouidentia Dei? qui enim diuturna tranquillitate fruuntur, sua plerunque bona non videntur agnoscere*; Ne igitur Iacob contingeret immemoria beneficiorum Dei; hoc enim est, *bona non agnoscere*; paupertatem, atque exilia sponte amplexatus est.

92. Creuit verò Iacob sub auunculo Laban, & diues factus est, cùmque meditaretur regressum ad antiquos lares, & Iordani appropinquaret, veteris memor penuriæ: *In baculo meo* (inquit) *transiui Iordanem istum, & nunc cum duabus turmis regredior*. Genes.cap.32. vers.10. Si gloriari de bona

Genes. 32. fortuna liceat, neque ob hoc insipiens futurus Iacob, cur non magis de paterna hæreditate, quàm de adquisita domo Labanis substantia gloriatur? Num, quia nobis chariora, quæ nostro

Labore proprio acquisita, chariora marte adquisiuimus, quàm quæ aliena largitate adipiscimur? Sed, neque modò dissertatio est, quòd in diuitiis glorietur Patriarcha, verùm, quia pristinam egestatem propalat: nam, qui ex humili loco ad grandia vocantur, id omni modo conantur, vt quibus possint artibus, veterem ignominiam, & obscura exordia consepeliant, ne quis exprobret antiquas sordes; cur non idem & Iacob faciat? Timebat sanè, ne animum prosperitas corrumperet, aut luxu, vel crudelitate, & in primis iactantia; Quo igitur superbiæ erumpentes motus comprimeret, ob oculos antiquas sordes, & extremam rerum indigentiam ponit, vt quantum præsentis elationis, tantum prisca moderamenti afferant; Ita Guillelmus de Cailloe apud Tilmanni allegoricam catenam: *Pa-*

De Cailloe. *triarcha Iacob propaginis & pecuniæ iucunditate suffultus, inter lenocinia diuitiarum, & blandimenta fortunæ, dulcem habet & tenuitatis antiquæ memoriam nec præsentium copia statum obliterauit præteritæ paupertatis. Non videtur mihi, fratres, vir iste desipere, nec plusquam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, qui prosperitatis illecebras aduersitatis commemoratione declinans, læta tristibus, & tristia lætis conferendo temporibus, ipsa temperauit; & vnde poterat impius superbire, pius incedebat.*

93. Sed, quàm arduum sit inter prospera virtutem colere, vitiorum non prolui gurgite, primi

Matth. 20 illi apud Matthæum cap. 20. conducti operarij significant, nimisque id quidem: nam qualiter conqueruntur; *Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei, & æstus?* vers.12. Ac sanè cum imperfecto Chrysostomo supponamus, his adumbratos primos mundi colonos; putat enim diuersis operariorum classibus diuersis significari ætates labentis sæculi; quæ & aliorum multorum Patrum opinio est, & Gregorij præsertim homilia decimanona in Euangelia; Sed, quale isti portarunt onus, qui orbem florescentem nacti, imò in deliciis fuère? Quòd si de animi cultura sermo est, neque adeò laboriosum fore iustitiam diligere, cùm nondum creuisset malitia in hominibus. Vana igitur atque mendax est querimonia operariorum. Equidem ita verum est, cùm primi hi de vineæ mercenariis viuerent, orbem in adolescentia fuisse, proinde [illegible] mundum, vernantem, comptum, habitatoribus pa[illegible], & liberalem; lætabatur à his fœtis ouibus, a his grauida spica agricola, venti mitiores erant institoribus, aurum, atque argentum præ copia absque honore ferè: igitur tanta rerum affluentia circundati; egestatem proinde obliti, virtutem vt conseruarent honestatis amatores, incredibilis erat vexationis; sudabant pro-

Secunda fortuna est pondus diei & æstus. speritatis onere oppressi, & vix tantæ subeundæ prouinciæ pares, quanquam niterentur fortissimè, Quò igitur innuunt, quàm difficile fuerit inter prospera vitiis non succumbere, dicunt, solos se fuisse, qui portauerint pondus diei, & æstus. adeò sanè bona fortuna pietatis cultoribus non alleuamentum est, sed Ætna grauius pon-

Imperfectus dus: *Tunc ergo mundus* loquitur Imperfectus Chrysostomus homil. 34. in Matthæum *in iuuentute constitutus, omnibus bonis prosperabatur, & felix erat: nunc autem mundus senescens, omnibus aduersitatibus premitur, & ideo concupiscibilis non est. qui ergo tunc fuerunt homines, cum maiori difficultate iustitiam seruarunt, quia ipsa felicitas mundialium rerum, satis impedimentum est animæ ad iustitiam faciendam.*

Discessurus ex hac vita Seruator, cùm longam 94.
habuisset orationem ad charos discipulos, inter cætera illud Ioan.cap.14. vers.30. *Iam non loquar*

Ioan. 14. *multa vobiscum; venit enim Princeps mundi huius, & in me non habet quidquam* Quam sententiam, eò quòd Ambrosius cuius verba posteà daturi sumus, lib.4 in Lucam. ad cap.4. eiusdem Euangelistæ, ad Christi summam paupertatem refert, vt qui in hoc sæculo vixerit, non habens vbi caput absconderet, facit nos opinari, alludere Christum hîc ad aliquam ex iis, quas in deserto passus est, tentationibus nempe, id fuisse temporis, cùm Princeps huius mundi ad eum venerat, At, quæ aduentus causa? scilicet, assumpsit eum Diabolus in montem excelsum valdè, & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit ei: *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.*

Matth. 4. Matth. cap 4. vers.8. Gaudet igitur nunc & exultat morti proximus, quòd velut à prosperitate deiectus non sit, quòd in summa indigentia perpetuo vixerit; Equidem ex piis viris aliqui, Deo

Christus exultat morti proximus quòd in summa paupertate perpetuò vixerit. impulsore, cùm ad peregrinationis metam deuenêre, si aliquo insigni periculo liberati sint, solent speciales gratiarum actiones ergastulum corporis relicturi, pro tam cumulato beneficio, referre: sic aliquis dicit, speciales Deo se gratias habere, quòd ex naufragi sæculi vndis ad stationem securam religiosi status vocauerit: alius benedicit, quoniam honori & ambitionibus viam præcluserit: alter, quòd illibatum corporis florem seruauerit. In hunc igitur morem, velut Patri speciales gratias Christus agit, quòd à prosperantis fortunæ lenocinijs defenderit. O Genitor, quales, quantásque tibi gratias acturus, quòd Princeps huius mundi nihil apud me inuenerit, non possessiones, non auri talenta, non gemmas! Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar in sepulchrum. Itaque diuitiarum tantum discrimen Christus optatus est, vt singulari tuleiit beneficio, quòd his carere Pater concesserit, vt qui aliquo modo quasi metuere videretur, si locuples extitisset, cùm tamen vi vnionis hypostaticæ peccare non valeret: sed equidem, si per impossibile vllo pacto casurus, maximè ob prosperitatem.

Potest quoque aliter explanari ex piorum virorum sub extrema hora vsu; quæ enim toto vitæ decursu celauerant specialem in eos Dei in- 95.
dulgentiam, abituri ad patriam beatam, amicorum fidelissimis patefaciunt: vt, quòd hæc, vel illa

illa reuelata ſint eis, aut Regina cœlorum MARIA, aut Chriſtus eos viſitauerint, aut ex vehementi aliqua pugna triumphatores euaſerint: Illi verò, dum Seruator in deſerto per quadraginta dies, atque noctes ieiunaret, cùm ſolus ageret, neſciebant Apoſtoli, (quanquam in eius diſcipulatu tunc fuiſſent,) quid contigiſſet; nunc igitur fato vicinus reuelat ſingularem Patris fauorem Diſcentibus ſuis; nimirum, vt cùm Dæmon temerarius acceſſerit, & imperia mundi cum omni eorum faſtu obtulerit, nihil tamen in eo inuenerit, id eſt, ne affectum ſolum, aut propenſionem aliquam ad iam honora; ſic, quibus modis cunque exponamus, reperitur ſemper Chriſtus inter prima beneficia numeraſſe, quòd opes non poſſederit, non regna habuerit, non clientelam, non alium externæ gloriæ apparatum; Verùm, ne differamus vlteriùs Ambroſij exhibere, quam polliciti ſumus, orationem: conſert autem eò loci Chriſtum cum Iobo: *Non vnum telum Diabolus habet,* (inquit) *frequentat ſpicula, vt aut pramio vincat, aut tædio: auaritia damno dites vrgetur, pater diſpendio filiorum, nemo doloribus, qui non abſcedat? Vnde Dominus habere noluit, quod perderet, & ideò pauper huc venit, ne haberet Diabolus, quod auferret; Vis ſcire, quam verum ſit: audi ipſum Dominum dicentem; Venit huius mundi Princeps, & in me inuenit nihil.*

Inter prima beneficia paupertas à Chriſto ſemper numerata.

Ambr.

96. Neque Dauidem latuit, quantùm in proſperitate diſcrimen, Pſalm. 15 verſ. 8. *Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam a dextris eſt mihi, ne commouear,* Verùm, quæ tota prouidentia pro dexteræ incolumitate? Cur non tam læua protegatur, præſertim, cùm hæc infirmior portio exiſtat? Nempe, ſiniſtra paupertatem, miſeriam, egentiam denotat, hæc ſibi ſufficienti præſidio ſunt, non egent adminiculis: dextera autem ridentem fortunam & proſperam indicat; hic verò tantùm periculi eſt, vt non de Prophetis aliquem, non de Apoſtolis, non de Angelorum Hierarchiis ſibi aſſiſtere contentus ſit, quaſi parum tutus, ſi alius, quàm Deus ipſe patrocinetur, tanta eſt periculi magnitudo: *ideo prouidebam Deum in conſpectu meo.* Bernard ſerm. 7. in Pſalmum 90. *Tondeatur interim, & tondatur latus ſiniſtrum, pulſetur iniurijs, vellicetur opprobrijs, libens illud expono, dum a te cuſtodiar, dummodo ſis ipſe protectio mea ſuper dexteram meam.* Sed, poſtquàm arbitratus eſt dexteram ſatis communitam, annectit, *ne commouear*; Concedamus autem exemptam eſſe ab omni periculo, quod proſperitas afferre valeat, itane ob hoc certus nó commotum iri deinceps? Nónne ſunt alij, qui inſidientur hoſtes præter bonam fortunam? Quid gula, quid luxuria, quid ambitio, quid pecuniarum amor, & excandeſcentia? Nónne iſti omnes formidabiles inimici, qui & commouere, & loco diſturbare valeant? Verùm certè tam leue diſcrimen ab aliis vitiis impendere cogitat, ſi proſperitati conferantur, vt qui ab huius ſpiculis tutus ſit, cæterorum inimicorum iras nihili faciat; tantùm à proſperitate liberetur, cum reliquis in arenam deſcendere non vereatur.

Pſalm. 15.

Bernard.

97. Cùm in æthera ſubleuandus eſſet Elias, qui comitabatur Magiſtrum Eliſeus, obteſtabatur ſupplex, vt fieret in eo ſpiritus Præceptoris duplex, Reg. 4. cap 2 verſ. 9. ac primùm ſequamur eam expoſitionem, quæ pro duplici, magnum, fortem, validum intelligit ſpiritum: ſic enim ea vox ſignificare nonnunquam conſueuit, vt probat noſter Sanchez cum ad locum Regum, n. 7. Sanch.
Difficilem ab eo poſtulatam rem Elias reſpondit attamen ſubnectit: *Si videris me, quando tollar a te erit tibi, quod petiſti: ſi autem non videris, non erit,* Præfato capite, verſ. 10 Sed quamobrem ob attentá contemplationem aſcenſus Eliæ, communicandus ſpiritus ſtrenuus atque robuſtus dependeat? Nimirum, cùm raperetur in aëra, pallium relicturus erat, quod & cepit poſteà Eliſeus: hoc igitur externo indicio vt intelligeret diſcipulus, volebat, ei, qui ad perfectionis apicem anhelet, & cupiat forti atque ſtrenuo eſſe ſpiritu, in primis curandum, vt pallium, hoc eſt, carnis omnem voluptatem contemnat; temporalia verò bona, & Mammonam iniquitatis ante cætera deferat; ſic enim continget, vt cùm nudus omnium appareat, à proſperitatis Scylla, atque ſcopulis nullum imminere periculum illi valeat: hoc autem ſemel liber diſcrimine, reliqua in toto eſſe, atque ſpiritum, cùm obſtacula non habeat, in dies magis, magiſque augendum, donec euadat duplex, id eſt, robuſtus atque valens; Porrò nomine pallij myſticè adumbratam huius vitæ iucunditatem, atque vanam carnis pompam Ambroſius docebit libro de Iſaac, cap. 6. & ſerm. 7. in Pſalm 118 ad verſ. 7. Pro tractatu præſenti Laurentius Iuſtinianus libro de diſciplina, & perfectione monaſticæ conuerſationis, cap. 4 *Sic Elias Prophetarum eximius cum eſſet cum Eliſeo, & incedentes ſermocinarentur, velletque eum Dominus per turbinem eleuare in cœlum, antequàm igneum aſcenderet currum, pallium ſuum Domino permittente reiecit voluit tunc ſub figura Spiritus ſancti paſtores admonere, ne ad perfectionis ſtatum auderent accedere, antequam carnales affectus de cordis habitatione expellerent.*

4. Reg. 2. Regula: Duplex pro fortis in Scriptura.

Ambr.

Laur. Iuſt.

Verùm & in eius gratiam expoſitionis, quæ coniectatur, ab Eliſeo petitum, vt eius ſpiritus dupla maior fieret ſupra Magiſtri ſpiritum, inuenimus ab Auctore de mirabilibus ſacræ Scripturæ ſingularem declarationem, Is igitur collata vita vnius cum alterius geſtis, comperit Eliam rariſſimè in oppidis agentem, ſolitudinis impigrum amatorem, aulæ in primis fugiſſe aſpectum, & eorum familiaritatem, qui in domibus Regum ſunt; è diuerſo autem coactum Eliſeum iuſtas ob cauſas, vrbes adire, Curiam terere, cum Monarchis atque Optimatibus ſermones miſcere; Quoniam igitur ad hoc adigendus erat Eliſeus, ſuperno inſtinctu duplicem Eliæ ſpiritum concedi rogauit ſibi, vt qui timebat, ne ſimplex Magiſtri ſpiritus inſufficiens fuiſſet Regum intra ianuas ituro, Palatium conſpecturo faſtum; Ibi, ibi ſpiritus multiplex neceſſarius, vbi proſperitas. O regnorum miſeram ſortem! ô aulæ pericula, aduersùs quæ tam validè opus ſit communiri Eliſeum! Vtinam Reges terræ, quando ita expediens ſit, vt de Monaſteriis extrahant, qui aulam ingrediantur, ſiue ad hæc, ſiue ad illa miniſteria, ſaltem concederent hanc gratiam Cœnobiis, quæ amant, quæ honorant, vt viros ad tantum ſuſtinendum onus eligerent, in quibus ſpiritus duplex! O quantùm à talibus emolumentum Regibus, Religioni bonus odor, Eccleſiæ incomparanda vtilitas! Verùm proferamus eius, quem nominauimus Auctoris verba ex libro 2. cap 26. *Sed potius hoc duplicem gratiam Eliæ eſſe in Eliſeo pronunciat, quod Eliſeus imperando, quæ Elias orando, & poſtulando impetrabat; ſiue, vt cæteri dicunt, quòd Eliſeus cum*

98.

Regum aulas adituro duplex Eliæ Spiritus quàm ſit neceſſarius.

Auctor de mirab. ſacræ Scripturæ.

magno honore, & sæculi dignitate, virtutum & prophetiæ donum habuit; quod Elias profugus & persequutus in montibus, & speluncis degens, eiectus ab hominibus retinebat.

99. Synpescis, tanto spiritu opus fuisse Eliseo aduersùs blandam, & splendentem fortunam, contra aulæ venenum; ego potiùs demiror, vt etiam talibus suffulti præsidiis non sint penè mori pedes eius pacem peccatorum videntis; Cupis intueri quempiam duplici spiritu vallatum; & tamen festinè labentem? non recordaris eius, qui generis nostri caput, Adami; quanto spiritu, obsecro, donatus? Certè duplici proculdubio, & eximio satis vtroque; voco autem spiritum geminatum gratiam internam, atque externam: internam quidem donorum, quæ animam venustant: quid non ea his sublime in Adamo? externam diuinæ protectionis, qua arcebantur inimici. Dæmonum, scilicet, mille nocendi artes: sed qui affluebat deliciis, & voluptate, nullisque affligebatur malis, non stetit diu in veritate: At femina eum decepit, asserueris; nullæ tam robustæ vires, quæ à femineis non superentur illecebris; sed quoque & feminam nactus Iob, quæ ad malum prouocaret: at, quoniam in sterquilinio iacentem aggressa sit, post defunctos natos, amissas opes, dispersos sodales, non potuit validum Athletam à proposito dimouere: ergo Iobus mille petitus telis, Tartaro vniuerso insistante, paupertati quasi inconcussæ anchoræ adhærens, repulit facilè hostium ardentes sagittas cum carbonibus desolatoriis; Adamus, cùm vniuersa subsidio essent, loco voluptatis constitutus, à despicabili, & puerili vitio, gula nempe, superatus est: Est summè florida in hunc scopum Arnoldi Carnotensis oratio, tract. de opere sex dierum, parte 2. tom. 12. Bibliothecæ Patrum: *Ibi* (sermo est illi de Paradiso) *potuit Diabolus, & tentare, & vincere hominem; & multò robustiorem postea expertus est Iob scatentem vermibus, sedentem in stercore, quam illum Adam in loco voluptatis constitutum, manente integra & substantia, & persona: nec deerat Iob lingua feminea stimulus; sed irrisit mens solida nugas vxorias, & modestissima increpatione præsumptionem muliebrem virili dignitate coercuit; non erubescebat Iob, nec ad occultandam plagam suam, diuersorium quærebat; quia in arce virtutum sedens pro tribunali, de cunctis laboribus iudicabat: Adam longè aliter se habuit in Paradiso, vbi omnia profectui cooperabantur; ipse nec percussus, nec attritus, defecit.*

Adam victus in prosperis, Iob ab aduersis minime læsus.

Arnold Carnot.

100. Præ virtutibus omnibus commendata à Christo discipulis humilitas, Matthæi cap. 11. vers. 29. *Discite à me* (ait) *quia mitis sum, & humilis corde.* Solent eximij Concionatores interdum ex multis articulis, de quibus disserunt, vnum singulari nisu plebi Christianæ inculcare, & vt tenaciùs animo mandent, dicunt, sibi satis esse, si ex toto Sermone, quo alloquuti sint circunfusam multitudinem, vnum illud pectori infigant; nimirum, quòd tale sit vnum illud, à quo potissimùm salus æterna dependeat, quóque obseruato cætera etiam colenda sint proculdubio; In hunc igitur velut morem Christus discipulis suis de humilitate punctum iterum, atque iterum, quàm obniaè potest, commendat, velut dictorum eius medullam. Bernard. sic intellexit epist. 42. ad Senonensem Archiepiscopum Henricum: *Quid deinde Auctor, & dator virtutum Christus, in quo omnes thesauri sapientiæ sunt absconditi? nónne tamen & ipse de humilitate tanquam summa sua doctrina, suarúmque virtutum gloriatus est? Discite* (ait) *à me, non quòd sobrius, aut castus, aut prudens, aut aliquid eiusmodi; sed quia mitis sum, & humilis corde.* Et de prudentia quidem, de castimonia, de temperantia concionem habuit; sed contentus, vt de humilitate solum punctum altiùs biberent. Vt quid raræ monitiones de abiectione ad Apostolos? Vtique, si verba haberet ad Curiales, ad Senatores, ad Principes, cùm diuitiis, simúlque deliciis omnibus affluerent, salubre fuisset documentum, ne fortè animo, aut superbiam, aut Dei obliuionem, aut alia vitiorum senticeta secundæ res generassent: sed Discipuli tenuis erant fortunæ, atque inhonora ciuium portio, in reti & cymbula omnis substantia, insuper & hoc, quàm exile erat, pro Christo reliquerant: Qualis igitur necessitas istis humilitatis affectum toties ingerere, quorum in abiectione tota professio, qui à pompa, & ambitiosa adoratione longissimè aberant? Verùm & animo sua est prosperitas, quantóque subtilior hæc, spiritalis nempè, tantò difficilior vinci. assumebantur itaque homines prorsus obscuri, & neque doctrinæ, neque castrensis gloriæ, neque opum insignibus clari, vt essent Ecclesiæ fundamentales petræ, erantque ista lineamenta solùm venturi honoris, cùm spiritu diuino afflarentur, cùm prodigiis fulgerent, cùm ad [illegible] profi[illegible]cerentur, & Philosophorum scholas, Magnates gentium Euangelio subiugarent: T[illegible] igitur [illegible]andi mysteriis, cùm null[illegible] maius periculum sit, quàm vt in superbiam efferantur, hu[illegible]litate egere pluri[illegible] [illegible] quis n[illegible] continuò animaduertat, & præ omnibus ha[illegible] necessitatem [illegible]? Idcircò Christus tam efficax, tam creber in c[illegible]mmendanda hum[illegible]ate [illegible], quoniam ni[illegible] hæc, al[illegible]issimas rad[illegible]es eg[illegible]it, et [illegible] Apostolos prop[illegible]itas sit dele[illegible]ta, [illegible] H[illegible]bert Cenomanensis Ep[illegible] opu[illegible] epist. [illegible] *[illegible]nde & discipulis suis Dominus [illegible] Discite à me, quia mitis sum & humilis c[illegible]de. Iam Petrus, [illegible] Andreas retia dem[illegible]erant [illegible] Euang[illegible] [illegible] [illegible] telonium Matthæus deposuerat [illegible] dixerant Apostoli. Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te, quid ergo erit nobis? [illegible] tende, cur ad humilitatem inuitantur car[illegible] [illegible], & mundi; Attende, quo egebant ad perfectionis plenitudinem iam sequuti Christum, [illegible] omnibus propter Christum! Magnus thesaurus magna eget custodia: erat Apostolis pretiosus, & inæstimabilis thesaurus ipsa Redemptoris gratia, [illegible] diuinum eius colloquium: erat eis thesaurus sacra mensæ communicatio, & spiritualis alimenti veritas: erat eis thesaurus in amorem cælestium quotidie eius miraculis proficere, & exemplis: huius thesauri custodem oportuit esse humilitatem, & eius excubiis accessum superbiæ amoueri.*

Inæstimabilis thesaurus ipsa Redemptoris gratia.

Pro cæteris virtutibus commendata à Christo discipulis humilitas.

Laxauit Thaboris in vertice Seruator mentis 101.
inexhaustæ gloriæ, qua Deum beatificè intuebatur, habenas, & continuò emanauêre in corpus fulgores; nam *resplenduit facies eius sicut Sol: vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix.* Matth. cap. 17. vers. 2. Fuit incomparandæ iucunditatis lux illa, adeò Petrus subitò omnibus valedicens, dummodo in monte illo æternùm perstare daretur; adfuère socij glorioso Seruatori Moyses, atque Elias: Sed quorsum accessiti? Experiamur, quid dicant; nam fortasse loquela eorum manifestos eos faciet; Lucas

Matth. 17.

sermones

sermones miscuisse affirmat de morte Redemptoris, & Crucis extrema ignominia; *Et dicebant excessum eius, quem completurus erat in Ierusalem*, cap. 9. vers. 31. Sed, quis finis, in loco nimiùm gaudioso, Crucis, & ludibriorum Passionis meminisse? Equidem fuit priscorum vsus, eodem, qua triumphatores veherentur, superbissimæ tensæ, monitorem adiungere, qui subinde auribus insonaret, ne excideret hominem esse, quo mortali concepta fragilitate tumentes spiritus comprimeret, & moderationem in tanta rerum prosperitate seruaret: Hieronymus epist. 25. ad Paulam de obitu Blesillæ, enarrans ex posteriori ad Corinthios, cap. 12. verba illa: *Datus est mihi stimulus carnis meæ Angelus Satanæ, qui me colaphizet*. &c. *Hic monitor (ait) Paulo datus est ad premendam superbiam, vt in curru triumphali, triumphanti datur monitor, suggerens; Hominem te esse memento*: Quando igitur Christus in Thaboris excelsò, velut de morte triumphat, (nam qui Beatorum dotibus fruuntur, triumphatores mortis, & omnium passibilitatum sunt;) rectè, quod adiungantur tanquam monitores Elias, atque Moyses, qui de excessu, hoc est, de morte sermocinentur, vt hoc quasi antidoto muniatur triumphans aduersùs elationem, quam victoria, & felicius euentus generare possit, At dices, Christo nihil opus fuisse talibus medicamentis; nam delinquere non poterat, nec prosperitatis succumbere malis partubus; sed, quanquam vnione hypostatica careret; tamen visione beata munitus corrumpi nequierat à secunda fortuna; non enim prosperitas patriæ, sed viæ est, quæ noceat, Respondeo, sic euenire quidem: at Christus homines commonefacere voluit, & docere, quantum esset in prosperis rebus discrimen: Erant sanè beatæ visionis effectus, & vestimentorum, & faciei splendor, neque illa prosperitas dubiis casibus, aut vitio obnoxia; sed tamen quanquam reipsa patriæ est gloria illa, vtpote dimanans ab intuitiua Dei cognitione; tamen, quia in hoc sæculo demonstratur, velut timet quodammodo, ne satis secura sit prosperitas, nihilque habeus venenatum: tam noxia est felicitas extra cœlum, vt etiam beatè triumphans dummodo tamen in hoc ærumnarum exilio, tanquam metuere videatur, neque vno contentus monitore, duos adhibeat, qui mortem, & Crucis dedecus menti suggerant; O mores hominum! cum pericula, quibus valeant artibus, fugiant, nihilque sublimi gradu periculosius sit, inhiant ad opes, ad honores, ad magna nomina. O semper virtuti difficilem lætam sortem! Quis ille inter mille vnus, qui cum Dauide gloriari non fictè valeat? *Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei, neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me*. Psalm. 130. vers. 1. cùm tamen de post fœtantes oues assumptus sit, qui solus regnaret in Israel, non tantùm opibus abundans, sed & sapientiæ laude, & militari robore cum paucissimis æquandus! Non talis Iordanis amnis; nam simulac veinæ iu vbertatis læta affulsère tempora, distendit se, & intumuit, incrassatus, dilatatus est; nam ripas alvei sui, dum falx in segetes mitteretur, impleuit, Iosuë cap. 3. vers. 16.

Luc. 9.

Monitor in curru triumphantium quorsum?

Hieron.

2. Cor. 12.

Omnis felicitas extra cœlum suspecta.

Psalm. 130.

Iosuë 3.

S E C T I O XI.

Mortis recordationem, saluberrimum esse incitamentum ad spernendam seculi pompam, ad vitam emaculandam.

QVoniam cum Iordanis restagnatione Nili 102.
quoque excrescentiam coniunximus, probemus aliquam ex hac doctrinam animabus cōmodam elicere valeamus; ac sanè tam magnum, idque continua, atque perenni indeficientia, quale fit Ægypti diluuium, nullibi terrarum secunus cōtingere, cùm omnis regionis, quæ ampla & spatiosa est, planitiem vndæ intumescentes occupet, adeò quotannis Noëma iterum redire tempora, & nouum instare cataclysmum verearis; Quorsum id huic vni regno concessum? Equidem Ægyptij ob soli vbertatem, obque pinguedinem glebæ, cùm affluerent iis omnibus voluptatibus, quæ vitam hominum iucundam faciunt, malè vsi prodiga diuinæ beneficentiæ largitate, omnibus se tradiderant corruptelis, vt vix esset sub cœlo natio, quæ impietate cum illis contendere valeret: Igitur Numen, vti laxis sceleribus frænum imponeret, ideam antiquæ illuuionis, qua orbis ob peccata deletus est, ante oculos collocare statuit, atque id lætiori reuertentis anni tempore; ratus nullam futuram tam proiectam audaciam delinquentium, quam nō mortis timor coërcere posit, cùm intuerētur plana vniuersa ab vndis superata, multos ab aquis præpeditos, ne in altum conscenderent, & luce hominum priuatos, eadem facilitate, qua campos operuerunt vndæ, posse & colles, modò conniuere Rector magnus vniuersitatis huius vellet, vincere, id si eueniat, actum esse momento de Ægypti incolis, & in eremum conuertendam florentissimā prouinciam, quando nemo vita opes redimere cuperet; In hunc sensum Anast. Sinaïta lib. 3. Hexameri; *Soli enim Ægypto ex omnibus mundi regionibus Deus ad pietatis admonitionem donauit exemplum, & monumentum indelebile; nam instar vniuscuiusque ex illis aquis, quæ aliquando tegebant vniuersam faciem terræ, per fluuium Gehon terra Ægypti tegitur*; Atque sanè ita accidit, nullum reperiri potentius remedium, siue ad mores corrigendos, siue ad despiciendum quicquid est in humana vita splendidum & inescans, quàm de morte cogitatio, quàm de ea pauor, atque formido non vana.

Anima Nili inundatio in recordationem Noemi diluuij Ægyptijs proposita.

Anast. Sin.

Dormientem in tentorio Saülem cum reperisset Dauid, & somno graui oppressos Duces, 103.
atque Centuriones, qui auxilia periclitaturo ferre possent, leui atque exigua admodum præda contentus, hastam sustulit, atque scyphum aquæ, qui erat ad caput quiescentis, Reg. 1. cap. 26. vers. 12. Cur tam modestus Dauid erga ferocem hostem, & perpetuò insidiantem homini innocuo, à quo egregiis affectus sit beneficiis? Quamobrem non de medio tollit, cùm facilè valeat, dirum & implacabilem inimicum? Sed quoniam vita donasse voluptas est, vt quid non saltē regiis spoliauerit ornamentis? Cur paludamentum, cur armillas, cur verticis coronam non demit? nam hanc etiam præliaturi gestabant, diademate & in acie conspicui, Reg. 2. cap. 1. vers. 10. Equidem putarim, Dauidem, vt vidit Imperatorem somno

1. Reg. 26.

In Saule dormiente, mortis viuā imaginem contemplatur Dauid.

vinctum, excitatum ad mortis considerandam viuam ideam, itaque apud se philosophatus qualis esset tandem regnorum exitus; quis potentiæ, quis diuitiarum, quis voluptatum finis, nimirum, omnia sepulcrum deuorare, in cinerem abire tandem; despexit igitur continuò vanam regnorum gloriam, proinde neque purpuram, neque gemmas, neque aurum abstulit: Vt quid hæc citò moriturus æstimauerit? Hastam abripuit, vt qui consideraret, maluiam esse vitam hominis super terram; scypho aquæ oblectatus, vt qui breue viuendi interuallum à Deo concessum ad peccata fletibus, & aquarum, quas oculi deduxerint, riuis emaculanda, considerauerit: Hæc spolia digna Christiano, cuius in æternitate est mansio; habeant alia illa fucata & pereuntia, qui in huius vitæ oblectamentis spem suam posuerunt: Ad hæc allusisse videatur Chrysostom. homil. 1. de Dauide, & Saüle, (quanquam fateor, verborum partem respicere cap. 24. lib. 1. Reg. sed ibi nequaquam Saul dormiebat, qui ventrem soluebat;) *Hanc igitur Historiam in suo quisque corde sibi depingat, contemplatione veluti manu assiduè proponens oculis, ipsum Saulem intus dormientem, somnóque perinde vt catena vinctum, cúmque qui grauissimè læserat, dextera subiectum, Dauid imminentem dormienti, præsentes milites, & ad eadem adhortantes: hæc, inquam, non solum animo depingamus, verum etiam in consessibus apud nos assiduè loquamur, huiusmodi commemorationes maximam adferunt vtilitatem; impossibile est enim, impossibile inquam, animum in hoc genus, Historijs versantem, à cupiditatibus superari.*

Chrysost.

104. Sanauit apud Probaticam Piscinam Seruator virum, triginta & octo annos habentem in infirmitate sua, & roborauit in posterum aduersùs tentamenta salutari monito; *Ecce sanus factus es,* (inquit) *iam noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat.* Ioan. cap. 5. vers. 14. idémque hominum Redemptor vidualium lacrymarum commiseritus, adolescentem, qui defunctus ferebatur extra portas ciuitatis Naïm, vitæ restituit; sed tantùm ibi; *Adolescens, tibi dico surge.* Luc. cap. 7 vers. 14. Cur non & hîc documenta aliqua? Et erant ad peccandum maiora incitamenta, quàm in ægroto Probatici stagni; nimirum, viduæ opulentæ vnica proles, reuocabatur ad domum vberem, ad florem ætatis, ad vetera incitamenta: quanta in his offendendi Numen occasio? cur non de humanarum instabilitate rerum admonet? cur non fugitiuam eius esse gloriam inculcat? cur non marcescere breui pulchritudinem, consumi diuitias, fallere amicos docet? Equidem redibat iuuenis iste ex sepulcro ad lucem mortalium, expertus fuerat mortis pharetram & sagittas; fuit autem tam potens magistra hæc mortis experientia, eius tam efficax doctrina, vt quanquam breui apud eam commoratus sit iuuenis, tam peritus euaserit, quem instruere Christo opus non fuerit; Non sic ille morbis afflictatus: nam, quanquam fracta valetudine per triginta & octo annos, sed non tantùm didicerat tam longo annorum cursu, quantùm adolescens non multis horis sub mortis potestate, & ferula; proinde ille nouis à Seruatore consiliis communitus, iuuenis nullis armatus documentis.

Ioan. 5.

Luc. 7.

Quàm citò doctus quispiam euadit ex mortis recordatione.

105. Discedentibus ex Ægypto Hebræis, eos quoque & incolarum ingens multitudo comitata est, abierunt quoque cum eis pecora eorum; *Sed & vulgus promiscuum* (ait Exodus c. 12. vers. 38.) *innumerabile ascendit cum eis, oues, & armenta, & animantia diuersi generis multa nimis:* Cur hos discedere, in quibus mancipia, domini permiserint eorum? cur regni custodes non impedierint, vt ad eius limites peruentum? cur Israëlitas, auri, & argenti, & vestium multùm asportantes non sunt insequuti possessores? Equidem viderant paulò antea sublatos filios primogenitos fato inspetato; tantúmque illud immaturi discessus spectaculum mentes perculit, vt opum facilè cordibus generarent despicientiam, proinde quasi iam diuitiarum contemptores effecti sponte permittebant abire & Hebræos cum auro, & argento, & Pelusiatum vulgus promiscuum cum pecoribus; *Respondetur* (ait Tostatus quæst. 53. in cap. 12. Exodi) *quod illi, qui custodiebant portas regni, tanta primogenitorum suorum, quos sepeliebant, angustia tenebantur, vt non inquirerent quis de Ægypto exiret; sic enim dicitur Numerorum cap. 33. quia Israelitæ exierunt de Ægypto, videntibus Ægyptijs, & sepelientibus mortuos suos:* Atque similem ferè in modum alterum ænigma dissoluit idemmet Abulensis; nam miratus, quòd riga exploratores à Moyse destinatos Chananæi adeo fuerint humani, vt ne leue aliquod damnum intulerint; permiserint autem regionem suam obire omnem viros peregrinæ nationis: an non vident actum esse de opibus, de regno vniuerso, de charissimis quibusque pignoribus, si hos incolumes dimittant? Sanè grassabatur tunc mors in terra Chanaan, vbique aperta sepulcra, vt vix satis esset terrarum humandis corporibus; tantam igitur edente stragem lethi falce, de agris, de substantia, de thesauris nulla fuerat eis cura: nam hæc non fastidiosè contemnuntur etiam ab ardentissimis amatoribus, simul atque mors ad ostium pulsat: Nominatus iam Auctor quæst. 40. in cap. 13. Numerorum; *Dicunt enim quidam Iudæi, quòd tanta erat occupatio indigenarum terræ illius circa funera propinquorum, & amicorum. quod licèt viderent exploratores in terra sua, non curarent: sicut dictum est de Ægyptijs, qui tanto defunctorum primogenitorum tenebantur dolore, quod videntes Hebræos recedere, non petebant ab eis vasa aurea, & argentea, quæ commodauerant.*

Exod. 12.

Incolæ Ægypti vnde diuitiarum contemptum didicerint.

Tostat.

Num. 33.

Primum Adæ post creationem describitur opus, quòd nomina cunctis animantibus terræ, & vniuersis volatilibus cœli imposuerit, Genes. cap. 2. vers. 19 & post hæc, excipit illum somnus. Vt quid tam citò quieti indulgens? Fortasse lassauerat nimiùm vocabulorum, aut multitudo, aut distinctio; sed non erat ille status, qui fatigationem Magistro nominum afferret: quare nec laborasse quidem Tertullianus asserit, verùm & tanta properantia sopori traditum, vt nec cibos gustauerit adhuc; sed neque loquutum fuisse velit; quanquam id difficile, nisi per anticipationem narratum supponat, quòd nomina indiderit; At eius sententia est libro de anima, cap. 43. *Antè dormit, quàm laborant, imò quàm edit, imò quàm profatus est.* Verùm, quæ huius in dormiendo festinantiæ occasio, vt non edat, non recreetur, non sermones habeat priùs? Profectò sic nonnunquam contingit, vt qui grauis alicuius negotij causa peregrè veniunt, quanquam amici importunè vrgeant, nolint tamen aut sedere, aut confabulari, aut escarum minimum quidpiam sumere, donec perficiant, quæ in mandatis habuère: 106.

Genes. 2.

Cur Adam priùs dormierit quàm quid aliud fecerit

habuēre: Talis planè Dauid, cùm de se testatur Psalm. 131. nempe, vouisse votum Deo Iacob; *Si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascendero in lectum strati mei, si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus meis; donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob:* Qui autem vident circunstantes tantam adhibere festinationem, tam celerem diligentiam, inde planè colligunt, rem esse summi ponderis, quando ne punctum temporis, vel alimoniæ, vel quieti, vel amicis conceditur; Necesse est igitur, vt magnum aliquid portendat dormitio Adæ, quando in hanc statim incumbitur, postposito & sermone, & nutrimento, & voluptate: Quale tandem sacramentum: Fuit quidem somnus ille mortis repræsentatio, nam vox Hebræa, quæ ab Interprete sopor translata est, *Tardemah*, תרדמה vltra simplicem somnum denotat, pro qua vertisse Aquilam καταφορὰν, Symmachum κάρον testatur Hieronymus in Hebraicis quæstionibus, quibus dictionibus intelligitur somnus quidam profundus, grauis, & in lethargi similitudinem, vt nihil planè à mortuo distare sopitus videatur; Denique & Tertullianus vbi suprà: *Inde deducimur, mortis imaginem etiam iam tunc eum recensere*, Sed quare mortis imaginem expressam quoad fieri potuit tanta festinatione Adam induit? Equidem, vt vidimus, (nam ante soporem accidisse omninò arbitramur) Adam in ætherea, terrestriáque animantia principatum nactus imponendo eis nomina; dominorum enim hoc proprium est vocabula indere mancipiis, vt benè animaduersum à Peretio libro quinto in Genesim, ad versum 20. cap. 2. idem & futurus in Paradiso Rex, hominúmque vniuersorum caput; ad hæc internis donis singularibus affectus: ne igitur tanta bonorum copia, aut superbum, aut ingratum, aut contumacem redderet, mortis similitudine communiendus fuerat; nihil enim, quod sic frænet atque lethi cogitatio; nihil, quod abundantius fortunæ impetum ita coërceat, proinde, vt quàm charum haberet hominem Creator demonstraret, ipso statim felicitatis exordio, ne qua ex mora obreperet superbientis ardoris scintilla, tam salutari amuleto roborauit.

Psal. 131.

Peretio.

Sopore, velut mortis similitudine, in prosperis communitur Adam

107. Extractum de Sodoma iustum Lot Angelus propitiator hortabatur, vt in montem pergeret, ibi nullum incendiorum periculum, ibi in tuto habitare posse: difficilis visa ei hæc peregrinatio, proinde obtestatus, vt in paruam ex vicinis vrbibus ciuitatem vnam proficisci sineret; concessum ab Angelo, & direxit cursum in Segor Lot; At quare oppidum dilexit magis, quando aduersùs vrbes laxari diuinum furorem cerneret? Arbitror quidem exosum montis vastitatem atque eremum, in quo & necessaria ad victum, saltem ad commodam, placidámque vitam defutura essent; in ciuitate autem & colloquia, & amici, & domus bene instructa, & cupediæ, atque voluptates: indulsit igitur carnis blandimentis aliquid iustus ille, atque idcircò apud Angelum institit, ne in montem ablegaret, quanquam specioso incolumitatis titulo latentem sui amorem obuelauit, dicens, propterea se postulare, quòd opportunior ad defensionem locus esset ciuitas: quo in facto mihi ex Cœnobitis imperfecti aliqui adumbrati videantur, qui cùm ex iis haberi cupiant, qui maximè nosse desiderent per Prælatos, quæ sit Dei voluntas; callidis tamen quibusdam integumentis ad id pertrahant Superiorem, quod ipsis in voto est; Sed falsò sibi blandiuntur de obedientium nomine: nam, quid tergiuersetur Lot montem conscendere, quando Angelus de cœlo ita expedite nunciet? Verùm tandem & Lot expertus Angeli potiora fuisse monita; nam Segore derelicta, collis excelsa petiit: Quæ mutandi propositi occasio? Certè videbat flammis consumi circumiacentes vrbes, appropinquare mortem; Itáne, ait, lethum in foribus est? Non est bonum nos hîc esse, in Segor nempe, scilicet loco delicioso & voluptatum; eamus ad secessum, qui pœnitentiæ sedes est, vbi Anachoretæ philosophantur, Igitur mortis terror continuò egit, vt voluptati, & blandioris vitæ commodis nuncium remitteret, & ad eremum transiret; Insigniter Ioachimus Abbas lib. 5. Concordiæ noui, & veteris Testamenti, cap. 43. *Sed Lot saluatus in Segor, videns seueritatem iudicij omnipotentis Dei: licet extorserit potiùs, quam obtinuerit à Domino prece sua, vt permitteretur manere in Segor, timuit tamen manere ibi: Sed, sicut priùs Angeli præceperant, ascendit in montem: quia, quod modò homines durum putant, attendentes delicias Sodomæ, & Gomorrhæ, quibus nutriti sunt, & abhorrentes asperitates montium, vbi desunt deliciæ Sodomorum: in hora illa videntes omnia esse turbata, inuenire sibi loca quietis quamuis horrida, pro magnis delicijs computabunt.*

Obedientia ad sua vota pertrahens Superiorem, suspecta.

Ioachim. Abb.

Libet & alium iustum deserti interiora petentem proferre; Vidit Elias Iezabelis iniustas iras, & dedignatus regnorum superbiam, quæ excandescit vel contra innocentes, noluit vlteriùs homines habere socios; elongauit igitur se, & mansit in solitudine; verùm perrexit tantùm iter vnius diei, 3. Reg. cap. 19. vers. 4. Visitauit mœrentem Angelus Domini, & pane, atque aquæ frigidæ calice consolatus est; bibit ille, & comedit, *& ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, vsque ad montem Dei Horeb:* Cur tam longa peregrinatio? Vt quid eremo tam profundè absconditur? Puto, velit mundum penitùs deserere: nam certè, vt omnes, qui solitudinem petunt piè victuri, sæculum reliquisse intelligantur illi maximè tamen, qui homines longiùs fugerunt: Talis decebat Eliam fuga, quæ ab hominibus ferè diuelleret; non enim perfunctoriè Anachoreta dici volebat. Sed, cur non ab initio, & priusquàm Angelus alloqutus fuisset, exilia tam longa capessebat? Equidem ad primum solitudinis amorem incitauit infida Regum amicitia, quæ citò in iras conuertitur: stimulus sanè; verùm, qui ad sobriam eremi affectionem impulit; contentus nanque Propheta vnius diei itinere à populorum frequentia abesse: Ad secundum vitæ solitariæ propositum mouit subcinericius panis; vt vidit puluerem, mortis cogitatio animum altiùs perfodit: Siccine omnia tandem abitura sint? bustum atque cinis excipiet vniuersos? talis pompæ exitus? Gradere longiùs, Elia, parum adhuc discessisti à sæculo; valete opes; valete fastus; valete deliciæ: eamus, vbi nos ampliùs visus hominis non adspiciat, condamur spelunca; miris excipiet nos mors, si de sæculo nihil apud nos reperierit: ergo mortis certè consideratio Eliæ celeres plantas dedit, sæculum vt integrè contemneret, egit.; Sanè de morte interpretatus panem illum, in cuius vigore ambulauit, Stephanus Anglicus apud Tilmannum: *Hic est* (inquit) 108.

3. Reg. 19.

Subcinericius panis Eliæ datus mortis fuit repræsentatio.

Steph. Angl.

panis subcinericius, qui datus est Eliæ, nostra, scilicet afflictionis memoria.

109. Stupe(bis) tam efficacem fuisse de morte conceptum? Audi Iobum cap. 34. vers. 15. *Deficiet omnis caro simul, & homo in cinerem reuertetur.* Quid est deficere omnem carnem, nisi hominem velut spiritalem omninò fieri; ita vt in eo nihil de carne & sanguine dominetur? Gregorius libro 14. Moral. cap. 12. taliter exponit; *Simul enim omnis caro deficit, quando iam nullis suis motibus seruit; quia præsidens spiritus cuncta eius fluxa restringit, & quodam districtionis suæ gladio omne, quod in illa malè viuebat, interficit.* O perfectionis supremum apicem, quando iam caro quodammodo nihil concupiscit aduersùs spiritum! Sed est quod summè demiremur, hanc tam raram perfectionis gloriam quasi vno momento adquiri. *Deficiet,* ait, *omnis caro simul*; hoc est, omnia carnalia vitia vno, eodémque tempore deficient; id enim est vnà, simúlque deficere: At qui id fieri valeat? Quodnam est tam propè diuinum pharmacum, quod variis animæ morbis vnà mederi valeat? Magnum antidotum castitas; sed luxuriam tollit: magnum largitas, sed auaritiam vincit: magnum abstinentia; sed gulam frangit: ita quæque virtus suum contenta superare hostem; Verùm neque hoc ipsum multis mensibus, non annis etiam peragitur, tantùm abest punctò & momento fiat extinctis simul omnibus concupiscentiis: quomodo igitur Iobus adstruat defecisse simul omnem carnem? Nónne intueris, quid statim adiungat? *Et homo in cinerem reuertetur: Et reuertantur in cinerem* (ait Gregorius vbi supra) *id est, humilientur ex vestræ conditione propter hunc puluerem, ad cuius memoriam qui seipsos considerant, reuocantur:* Ergo anteactæ & cineris consideratio tam efficax est, vt quod aliarum virtutum exercitamenta longo perficiant interuallo, & succedentibus sibi triumphis, nunc vincente mansuetudine, mox continentia, deinceps paupertate, aut obedientia, illa breuissimo interuallo ad exitum pertrahat: Sic ambulabat paulatim, vt nuper vidébamus, Elias; nimirum, itinere vnius diei tantùm, donec in pane subcinericio sepulcri puluerem considerauit: tum certè graditur diebus quadraginta, totidémque noctibus. O veloces mortis stimulos! quàm pigrum animal, si talis aculei punctiones non sentiat!

Iob 34. — Gregor. — *Mortis meditatio omnium vitiorum tutò est compendium vincendi.*

110. Putásne & bruta ipsa morte non corrigantur? Cur in Noëmi arcam bina tantùm ex omni animantium genere ingressa, masculus, & femina? Genes. cap. 7. vers. 14. Num monogamia irrationalibus præscripta? Si plures habere vxores (ita loquamur) innoxium est, quod nunc est odium thori, & concubitus pastui deditis viuentibus, quibus nihil æternum præparatum est. Sed vident sæuire mortem, extingui & ferarum & hominum naturam, in occasum vergere Vniuersa: Ad tantum funus non pauci cerent vel Armeni tigres, vel Africani leones, non libidini frænum ponerent contenti femina, quæ sufficeret, speciem conseruare? Tum quando per saltus & montes liberè vagabantur, hinniunt quidem bruto more ad omnem feminam adspectam: at nunc cùm interitus omnia vastat, opus est modestiæ specimen dare, & parcè vxorios esse: sic & pecudes etiam quasi mors coërcet quidem. Tertullianus de monogamia, cap. 4. *Ex omnibus,* inquit, *bestiis, ex omni carne, duo inducet in Arcam, vt viuant tecum: masculus & femina erunt: De animalibus volatilibus secundum genus, & de omnibus serpentibus terræ secundum genus ipsorum, duo ex omnibus introibunt ad te, masculus, & femina: eadem forma & septena ex binis adlegi mandat, ex masculo, & femina, vno & vna: Quid amplius dicam? Immundis quoque altilibus, cum binis feminis introire non licuit.*

Genes. 7. — *Etiam bruta mortis intuitu corriguntur.* — Tertull.

Iturus ad pugnam Christus, quibus instruerentur armis, qui certaminis futuri essent socij, docuit Matth. cap. 16. vers. 24. *Si quis* (inquit) *vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me:* Nouum castrorum genus; nemo Imperatorum taliter ad congressum instructus: Chrysostomus oratione de adoratione sanctæ Crucis, ad finem tomi tertij: *Vides, quemadmodum eum militem, quem ipsum sequatur, Rex cælorum armauit? non scutum dedit, non galeam, non sagittam, non thoracem, non ocreas, non quidpiam aliud eiusdem generis: sed quod his omnibus est fortius præsidium, quod à Cruce proficiscitur. signum victoriæ quæ contra Dæmonia parta est.* Sed, quamobrem vocat crucem, quod nec ferro, nec cuspide munitur præsidium fortius omnibus illis, quæ recensuerat armis? Equidem periti bellatoris est, iis legionem roborare adminiculis, quæ maximè superandis hostibus, vsui futura sint: At verò quibuscum dimicaturus Christus, atque eius centuriæ? Sanè aduersus potestates tenebrarum harum, contra Rectores mundi huius, quæ sunt spiritales nequitiæ: Dicebat sæpè relinquendam esse mammonam iniquitatis, deserendas opes, contemnendos filios, sodales, germanos, patrem insuper, atque matrem: hæc, quæ in vita chariora sunt, vt mortales despicerent, crucem suam subleuare mandat; nimirum, quoties in ferale signum respicerent, quod humeros grauaret, toties mors oculis obiectaretur: crux enim ad quid nisi ad suspendium? quotidiè igitur crucifigendi, quotidie morituri: Quòd si sanè quotidie in mortis contemplationem incendant, facilè consequentur, vt non tantùm humana omnia quantumcunque speciosa & allicientia despiciant; verùm & seipsos quoque abnegent. Chrysostomus vbi suprà: *Quid autem vult sibi hoc verbum: Tollat crucem suam, & me sequatur? An, vt lignum vnusquisque nostrûm ferat? Certe non: quæ enim hæc est virtus? Sed, vt ad pericula instructi simus, & sanguinem in animis nostris circumferentes, ad cædem, & mortem quotidie parati, ita omnia faciamus, vt si ad vesperam nos victuros esse non speraremus, quasi planè morientes: id, quod etiam Apostolus Paulus dicebat: Quotidie morior.* Ergo è cœlis delapsus Seruator, vt persuaderet hominibus relinquendum esse sæculum, calcandas voluptates, abnegandam præter extrinseca illa, & propriam quoque voluntatem spem omnem tam difficilis victoriæ in vna fuce quasi posuisse visus; nempe, in mortis, exitiique nostri consideratione. 111.

Matth. 16. — Chrysost. — *Sic viuere debemus quasi quotidie morituri.*

Adolescens ille porcorum vigil ad genitorem reuersus: *Fac me* inquit, *sicut vnum de mercenariis tuis.* Luc. cap. 15 vers. 19. Cur non aut in filiorum, aut saltem in clientum numerum adscribi tentat? Ædepol, filij in domo paterna stabiles & permansuri sunt; quare & senex in hac ipsa parabola ad maiorem natu ex duobus: *Fili tu semper mecum es:* Serui etiam, præsertim qui ex clientela, & honestiori famulitio sunt, ad 112.

Luc. 15.

longum

longum durant, & in omnem sanè vitam, nisi fortè oboriatur aliqua tempestas magnæ dominorum iræ: At mercenarij, in diem, in hebdomadam, in mensem, &, vt velis producere, in annum conducuntur: Chrysologus serm. 2. de duobus filiis, causam tangens, ob quam mercenarius fieri vellet iuuenis pœnitens, *Vt locatione annua* (ait) *seruitus innouetur.* Ergóne certè gnatus ad annum solùm apud genitorem permanere destinet? Considera adolescentis mirabilem solertiam: perpendit tot tædiarum tantarum, quas perpessus sit, & deplorati animæ status, occasionem fuisse paternæ opulentiæ vbertatem: sed quòd his pessimè abusus sit, incitamentum fuisse, quoniam securus ne quando à genitore domo propelleretur, fretus siquidem, & viscera parentis: hæc igitur in præcipitium miserunt: iam itaque alius longè ab antiquo illo diuersus futurus, quando regressum meditatur, vias cogitat, quibus prosperitas nocere in posterum non valeat: placuit mercenarium esse; quamobrem? nempe, vt resolutionis suæ tempus ante oculos semper haberet; nam, si mercenarius, ad annum tantùm apud genitorem futurus; *Nam locatione annua seruitus innouatur*, vt dicebat Chrysologus; igitur in annum vt differatur mansionis spatium perseueraturus solùm, num voluptati indulgebit? num per libidines iturus sit? Apage à viro sensato tam supinam amentiam! Pulchrè igitur nonnisi mercenarius esse voluit, breuis seruituti memoria calcaturus indifficulter sæculi pompam, quæ tam fugitiua sit, quæ tam volucris.

Chrysol.

Filij iunioris de numero mercenariorum esse optantis, mirabilis solertia.

Aberat Moyses, & interim populus Israël vituli in capitis factus est adorator: descendit monte Legislator, & stomachatus perfidiam tormentum vulgi dementis, proiecit ad radicem montis, quas ferebat, tabulas; *Arripiénsque vitulum, quem fecerant combussit, & contriuit vsque ad puluerem, quem sparsit in aquam, & dedit ex eo potum filiis Israël.* Exod. cap. 32. vers. 20 Quid fuit Moyses? sibine omninò constans? nam, quid magis optent idololatræ, quàm Deum suum, ut manducare, aut bibere? nam certè apud Iobum famulorum summum amoris affectum testantium vox illa est cap. 31. vers. 31. *Quis det de carnibus eius vt saturemur?* Quæ ad verba Chrysostomus Græca catena: *Ardenti enim illius amore flagrabant, ijs significationibus, quæ ipsis ab ille dabantur, excitati: sic, inquit, à me ipsi apti erant, atque pendebant: sic me auidè complectebantur: ita mihi deditis erant, & affixi, ita me oculis ferebant, vt vel carnibus meis expleri cuperent, ipsos meos artus absorbere, ac deuorare praoptantes, tanto erga me studio, atque amore erant incensi:* Cùm igitur amantes nihil magis optent, quàm in sua viscera conuertere dilectum, idololatris rem gratissimam fecerit Moyses, dum liquaret eum, quem ardenter deperennt, vitulinum Deum: an non meliùs si in maris profundum, in voraginem aliquam, & terræ immanem hiatum coniecisset? Verùm pro Moyse Augustinus in Psalm. 73. *O ira prophetica & animus non turbatus, sed illuminatus! Quid egit? Misit in ignem, vt forma ipsa prius confundatur; minutatim comminue, vt paulatim consumatur:* Equidem homines miseri in tantum aliquando & opes, & voluptates dilexère, vt non sint veriti diuinos illis honores tribuere, è quorum numero, de quibus Paulus Philip. cap. 3. vers. 19. *Quorum Deus venter est.* De qua etiam turba hi stupidissimi Israëlitæ, qui armillis & inauribus suis genua quasi Numini flexerint: quonam igitur modo tam enormi ignorantia liberaturus sit Moyses? quomodo persuasurus diuinum nihil inesse massæ auri, quæ de furnace prodiit? Equidem, in puluerem conuertat; nam statim vt conspexerint in cineres abire, mortis subiacere imperiis, deponent continuò errorem, & verecundabuntur coluisse tam fragilem Diuinitatem. O hue, adoratores voluptatum, opum, honorum! credite diuinum nihil inesse rebus, quarum exitus puluis, quæ in cinerem redeunt. Piè igitur Creator, vt Ægyptiorum mores sanaret, ne luxu & voluptatibus diffluerent, lerbi quotannis metu perculit, dum Nilus excrescit, & mortem habitatoribus intentat illuuione sua.

Exod. 32.

Iob 31.

Chrysost.

August.

Nihil diuini in rebus terrenis, ex puluis & cinis.

Philip. 3.

SECTIO XII.

Peccando, hominem quasi in brutum degenerare; antiqua lineamenta velut amittere.

PErspeximus, quantâ Deorum farcinâ Gentilitas oppressa fuerit, vt vix quidpiam esset in natura, quod non specialem genium sortiretur eò dementiæ processum est, vt Numinibus, quæ solis atriorum valuis præsiderent, vix numerus circumscribi possit: nam & aliud limen, & aliud postes, & aliud cardines, & aliud tabulata: Grauiter pronunciatum à Lactantio lib. 1. de falsa religione. c. 18. *Equidem statuere non possum, dolendúmne potius, an ridendum putem, cum videam, & graues, & doctos, & (vt sibi videntur) sapientes viros, in tam miserandis errorum fluctibus voluntari:* Sed fuerit ita, vt Heroës in Deorum Senatum retulerint, à quibus maxima bona acceperit genus humanum, vt putà, ob monstra edomita Herculem, ob fruges inuentas Cererem, ob repertam medicinam Æsculapium, atque ob multarum artium initia plurimos alios: quid est, quòd bos Dij suos sub deformi bestiarũ vultu adorauerint, eùm hunc leo repræsentaret, illum serpens, istum caper, alterum piscis, nonnullum scarabæus, aut musca? Equidem vt erant homines vitiis immersi, in Olympum peccatores transuexère, detrusis ad Inferos, qui temperati & modesti habebantur: ita Tartarum occupat Socrates, Diogenes, Aristides, Plato, Demosthenes; cœlum possidet scortarius Iupiter, ebrius Dionysius, mœcha Venus, & his similia portenta. Quid ad hoc impulerit? Latens fortassè Numinis prouidentia, vt significaret non solùm Deorum nominibus indignos, sed nec vt homines dicerentur prometitos, quando peccando Dei characterem, ad cuius imaginem conditi sint, sic deformauerint, vt in bestias transisse viderentur: est enim peccati effectus, penè abolere rationis vestigia, & homines quodammodo in pecora lugenda metamorphosi transmutare. 114.

Lactantius.

Dij gentium cur sub bestiarũ vultu honorati?

Antequàm ad Patrem ascenderet Christus, discipulis amplam copiam fecit, vt orationibus, quæ in vmbra mortis peccati erant, verbum vitæ annunciarent: atque vt constaret, quo id iure facerent; *Data est mihi* (inquit) *omnis potestas in cœlo, & in terra, Euntes ergo, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* 115.

Matth. 18.

Matth. cap. 18. verſ. 19. Sed quam poteſtatem accepit Chriſtus poſt anaſtaſim, quam non haberet, priuſquàm ſurgeret à mortuis? Siue enim in quantum Deus habens auctoritatem; ſiue in quantum homo propter vnionem cum diuinitate; hæc omnia longè antea præceſſerant. Sanè bina dominiorum genera in Deo conſiderare valeamus: vnum quaſi independens à creatura; & hoc exercet in agentia, quæ ex ingenita conditione neceſſariò operantur, qualia inſenſibilia, & irrationalia omnia; his tanquam mancipiis, & in quibus nec ingenuitatis, aut nobilioris eminentiæ quidpiam, imperat abſolutus, & deſpoticus Rector: alterum, cum dependentia à creatura, qualis eſt oblatio ſpontanea per vota, per conſilia euangelica, per religioſum nexum, per fidei Chriſtianæ, & myſteriorum eius amplexum; nam, quanquam cor hominis in manu Dei ſit, & quocunque velit illud flectere poſſit, dando auxilia congrua, quibuſcum videat infallibiliter eſſe operaturum; ſed tamen ſic conſentit homo, vt diſſentire valeat, nihilque eſt ex parte actus primi naturæ prioritatem conſtituentis, quod ad vnum, vel phyſicè, vel moraliter determinet; Itaque homo ſe liberè, & vltroneè Deo ſubdit, & ratione ſpontaneæ humanæ oblationis Deus nouum poteſtatis titulum adquirit contra hominem, qui deinceps obligatur, quod per votum pollicitus eſt, adimplere, quanquam vt voueret, liberè omittere potuit: Hæc autem poteſtatis ratio ſolam rationalem creaturam comprehendit, quoniam hæc ſola arbitrij vſu fungitur. Quando igitur Chriſtus aſſerit, ſibi nouam datam poteſtatem, de ſecunda hac loquitur, quam vtique accepturus erat poſterè (nam id quod citò fit, velut iam factum reputatur nonnunquam in Scriptura, de quo Sanctius ad cap. 9. Amos, num. 5.) per gentilitatis conuerſionem, vti per Dauidem Genitor promiſit Pſal. 2. verſ. 8. *Dabo tibi gentes, hereditatem tuam; & poſſeſſionem tuam, terminos terræ:* Igitur, inquis, antequàm Chriſto ſubiicerentur nationes per Apoſtolorum prædicationem, non habebat eam poteſtatem, quæ ad rationalem creaturam ſingulariter ſpectare videatur? Sed hoc quamobrem verum cenſeatur? nam tunc etiam mundus plenus hominibus erat, atque inter hos Philoſophi & ſapientes multi, quorum cùm eſſet Chriſtus, ſiue quà Deus præcisè, ſiue quà homo Deus quoque ob vnionem hypoſtaticam Dominus, rationalium vtique Monarcha erat. Fateor quidem homines tunc extitiſſe: ſed quæ lineamenta haberent, non homines ſpiritaliter eſſent: nam, cùm peccatorum ſordibus fœdati eſſent, in brutorum numerum tranſierunt ob morum improbitatem. Quaſi igitur bruta æſtimauit venisi, & concupiſcentiæ omninò deditos ferarum in normam, ac proinde tunc ſolùm accepiſſe in eos poteſtatem aſſent, quando per fidem conuerſi ſunt ad veritatis agnitionem; quoniam tunc derelictâ brutorum vitâ, inceperunt rationales videri, ideſt, ſobrij, modeſti, continentes: Anſelmi Commentarius in præfata Matthæi verba; *Conſtat, quia hoc non de coæterna Patris diuinitate, ſed de aſſumpta humanitate loquitur, in qua minor Angelis primum, reſurgendo à mortuis, ſuperpoſitus eſt omnibus creaturis: & nota, quia angelica virtutes, priuſquàm etiam à morte reſurgeret Chriſtus homini, quem à ſuo Conditore ſpecialiter aſſumptum eſſe videbatur, ſe iure ſubditas cognouerant: ſed in terra cæci cæteri homines,*

Auxilij efficacis modus.

Regula Citò faciendâ pro facto reputatur

Sanchez.

Anſelmus.

eius virtutem etiam in miraculis intelligere contemnebant: Volens ergo ſicut in cælo, ita & in terra notam fieri potentiam ſuam, ait, Data eſt mihi omnis poteſtas, &c.

116\. Poſtquàm Adam è Paradiſo eiectus eſt, leo, vrſus, tigris, panthera, cæteráque ferarum genera continuò amicitias negarunt, cùm antea multa familiaritas extitiſſet, & ad leuem vocis ſonitum prompta obſequientur, nulli capitaliores hoſtes in poſterum, ita vt perpetuas excubias Adamum agere oportuerit: Vnde hoc? Dicam libens: Vidiſti aliquando domeſticum moloſſum ferocientem aduerſus peregrè venientes, plenum terroris atque formidinis ſæuæ animal? ſimul ac tamen herus accedit, deponit iras, blanditur, atque agno mitior eſt; Contigit ob cauſam aliquam dominum faciem larua abſcondere, ementitos induere vultus, exuit & veſtem notam, fitque alius prorſus; in hunc excandeſcit non minùs, quàm in alienos moloſſus vulnera inflicturus, ſi non ablata larua prodiſent antiqua lineamenta: non cani indignatur herus, non verberibus, non conuitiis afficit, plùs amaturus deinceps, vt qui viderit tam atrocem in exteros, qui ne domino ipſi parcat ſub peregrina ſimilitudine: igitur, quoniam Protoplaſtus delinquendo amiſit antiquas faciei notas, in beſtiam conuerſus, factus nempe iumentis inſipientibus ſimilis, idcircò animantia quaſi in extraneum, quémque ignorabant, [illegible] inſurgebant, [illegible] Dei [illegible] quam conditus eſt, [illegible] oderant mox [illegible] iumentorum [illegible] videbant: [illegible] oratione Chryſoſtomus tom. [illegible] enarration[illegible] Pſalmum tertium: *Vide enim Adam [illegible] dum peccaſſet beſtias tanquam ſeruos, [illegible] habentem, & eis tanquam ſ[illegible] imperantem: poſtquam autem aſpe[illegible] peccat[illegible] lauit, & tunc beſtia eum [illegible] cognoſcebant [illegible] ſerua erant, et hoſtes eius ſeran[illegible], [illegible] quemadm[illegible] canis, qui in domo eſt [illegible], qui cum alit, [illegible] timet, ac reueretur, ſed ſi eum [illegible] fuligine atrato, vel p[illegible] tatum, aggreditur [illegible] quam alienum, & cogitat dilacerare: ita etiam Adam, quandiu purum ſeruauit vultum ad imaginem Dei, beſtiæ ei tanquam ſerui parebant, quando autem vultum fœdauit inobedientia, non agnoſcentes dominum, tanquam alienum eum odio habebant.*

In hominem peccato maculatũ inſurgunt beſtiæ quia tam eũ nõ agnoſcũt.

117\. Atque hinc intellecturus ſis, quorſum Deus non contentus iis, quæ ſibi confecerant veſtimenta primi homines de foliis ficulneæ, emendauit habitus formam, pelliceas ſubminiſtrans tunicas, Geneſ. cap. 3. verſ. 21. nam æſtimabat Creator ab antiquo Triadis ſigillo degeneraſſe, & in beſtiarum tranſiiſſe peccando ſortem: quoniam igitur bruta per delictum facta fuiſſent, æquum arbitratus eſt, ne nouam creationem diſſimularent, ſed ferrent inſignia eius, quam dilexerant, naturæ belluinæ, atque cùm animantia pellibus muniantur, præcepit, vt homo in feram commutatus, pellibus quoque tegeretur: Venuſtiſſimè Arnoldus Carnotenſis tractatu de opere ſex dierum, Adam pelliceum contemplatus: *Pro Diuinitatis amictu* (inquit) *mortiscinorum ſpoliis inuolutus, in illius paludamenti geſtamine, intelligebat pellem ſuam pelli belluinæ conſimilem, imò pellibus nudo corpori ſuperindutis, homo beſtia videbatur, & omninò conuenientiſſimè aptatum eſt extrà hominibus, quod intùs erat in moribus:* Verùm obiicias, docuiſſe nos nuperrimè, feras propterea aduerſùs

Geneſ. 3.

Adã per peccatũ in ferã mutatus pellibus teg[itur].

Arnold. Carnot.

sùs hominem consurrexisse, quoniam sub peregrinis lineamentis contuebantur: at, si brutales vultus induerat, non erat extranea bestiis talis figura; neque erat, cur persequerentur, imò potiùs gaudere debuerant, nouam speciem ad suum aggregari genus: Sed sanè hoc mirabile est, vt cùm suum augeri numerum quæque creatura optare videatur, tamen malè ferant bruta hominem ab auita degenerare gloria. O homo, contuere, quoniam non Deus, non Angeli solùm tibi aduersantur propter belluinos mores; sed illæ ipsæ saltuum & camporum feræ, quæ lætitia affici quodammodo debuerant ob auctam naturam suam, ægrè ferunt, & calcibus, atque morso abigunt! O rem mirabilem! bruta pædagogi hominis fiunt, & vapulat ob belluinos mores in schola irrationali! homo tolerat in republica intellectuali, ad quæ animantia, quæ obscœnitatis cœno voluntantur, indignantur!

118. Fratricida ille, postquàm odium & dolorem concepit, quoniam respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius, vultum cœlo dimouit, proinde ad eum Dominus: *Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* Genes. cap. 4 vers. 6 Verùm, quamobrem in terram defixus Cain, ad Olympum non prospectans? num ob nimiam tristitiam, quòd iunior prælatus fuisset germanus? aut certè indignatione erga Creatorem, qui prætulisset, vt qui non ab ipso solùm vultus auerteret, quasi à de irato hoste? sed à loco, quem specialiter inhabitaret? Mœrori tribuit Caietanus, cuius effectus est à cœlo retrahere, ad terram conuertere h[omi]nem; *In demissione vultus* (ait) *tanquam non audentis respicere in cœlum, tristitia significatur.* Æ[go] imo aliud insinuari: brutorum namque proprium est, oculos, vultúmque omnem in terram defixos habere: hominis principis animantis est, lumina ad ætherem attollere; Notissimi sunt Poëtæ versus ex primo Metamorph.

Genes. 4.

Caiet.

Pronaque cum spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit, cœlúmque videre
Iussit, & erectos ad sydera tollere vultus.

119. Quoniam igitur per iracundiæ, atque liuoris peccatum Cain ex homine in brutum transierat, idcircò deinceps, quod brutorum proprium erat, os, atque lumina ad terram conuertebat: Est & altera huiusce rei confirmatio eodem Geneseos 4. capite: nam maledictionis incussæ pars vers. 12. *Vagus, & profugus eris super terram.* atque vers. 16. *Egressúsque Cain a facie Domini habitauit profugus in terra ad orientalem plagam?* Cur deserti incola factus? Velitne anachoreticam vitam ducere, crudelitatis pœnitentiam facturus? Viinam talis mens fuisset obduratæ crudelitatis. An hominum consortio indignus iudicatus consumptor generis humani? Num verò potiùs, quoniam per scelera multa brutis peior factus sit, deinceps ablegatus in nemora & saltus, vt ferarum more viueret in spelæis, in vastitate, atque eremo? Sic innuisse visus Ambrosius lib. 2. de Cain, & Abel. cap. 10. *Repulit enim eum à facie, & à parentibus abdicatum, separatæ habitationis quodam relegauit exilio, eò quod ab humana mansuetudine transisset ad immanitatem bestiarum.*

Genes. 4.

Ambr.

120. Pollicitus Isaias exordio Vaticinij narrare, quæ viderit super Iudam, & Ierusalem, & statim quasi spiritus impetu ad longè diuersa raptatus, omisso Israele, atque Iuda, elementa duo, cœlum, atque terram alloquitur: *Audite* (inquit) *cœli, & quæ auribus percipe, terra: quoniam Dominus locutus est.* cap. 1. vers. 2. Sanè ad ingratos diuinæ legis præuaricatores dirigebatur sermo prophetalis: animaduertit autem Vates, homines iniquos, quos alloqui volebat, rationalem imaginem exuisse, & brutis, quin & rebus inanimatis insensibiliores factos, ipsis elementis stupidiores euasisse: quando igitur cum aliquibus loquendum esset, deque insensatis, putauit hominibus minùs rudes auditores cœlum, & terram; adeò omnem sensum ingenij, peccatum quasi oblitterasse visum: Fauet apertè Chrysostomus tom. 4. homil. 3. de Pœnitentia: *Procedat igitur in medium eximius ille spectator Seraphim Isaias: quid hic dicat, percunctemur? Visio, quam vidit Isaias aduersùs Iudæam, & aduersus Ierusalem: Dic visionem, quam vidisti: mihi eam edissere? Audi, cœlum; & auribus percipe terra: quia Dominus locutus est. Alia denunciasti, & alia dicis. Quanam denunciatio alia? Exorsus sermonem dixisti: Visio aduersùs Iudæam, & aduersùs Hierusalem, & omissis Iudæa, & Ierusalem, verbum conferis cum cœlo, & ad terram deflexo sermone, homines posthabuisti rationis alioqui participes, differens cum elementis nulla ratione præditis, quandoquidem homines brutis ipsis ratione vacantibus minus vtebantur ductu rationis.*

Isaiæ 1.

Homines impij elementis stupidiores.

Chrysost.

Delicta hominum puniturus Deus generali vltione, quamobrem maria superinduxit orbi, & non magis aut fame, aut ignibus, aut morbis deleuit genus mortale; Cur vero saltem excelsorum montium non aquæ effugerunt vim cacumina, quò vestigia aliqua manerent telluris antiquæ? Fallor, si non intenderit Numen, vt figuram veterem terra penitus amitteret, alioquin haud tanto studio laborasset, vt nihil fuisset, quod non operirent vndæ. Sed quare vultus mutatura sit gleba? Sanè omnium ferè prouinciarum vsu sancitum, vt si quis crimine læsæ maiestatis notatus reperiatur; eo cùm pe, qui in Monarchæ caput conitratus; non solùm ipse de medio, mortis atrocissimo genere, tollatur; sed & ruinam atque interitum patiatur domus antiqua auorum, in qua & ipse, & progenitores in lucem editi sint, quæ proinde stirpis totius quasi patens communis sit: itaque & in lares auitos transit vltio: Iam verò inter omnia elementa, tellus vna est, quæ sit mater antiqua hominum, quæ nascentes excipit, quæ fouet, atque nutrit: Igitur & quam merebatur homo pœnam, quòd in diuinam maiestatem peccando iniurius extitisset, in hanc transitura erat: At verò homini contigit ob delictum pristina spoliari imagine: nam, cùm in honore esset, vt aliàs monuimus, scilicet, diuinæ Triadis signaculum, comparatus est iumentis insipientibus, & factus eis similis; terræ ergo accidere debuit, vt & ipsa mutaret figuram: fuit itaque ista occasio consumendi genus humanum, non fame, non ignibus, non contagio, sed vorticibus; quò tellus his omni ex parte absorpta, lineamenta genuina perderet, ob domini, videlicet hominis perfidiam erga Creatorem. Rupertus lib. 4. in Gen. c. 28. *Nam propter homines diluuium induxit super terram, & illa, quia repleta est iniquitate eorum, penè fuit cum ipsis deleta, suámque amisit formam, dum aquæ obtinuerunt eam: at illa nihil peccauerat.* Benè positum à Ruperto: *Suámque amisit formam, dum aqua obtinuerunt eam.* nam hac pœna afflictata est, quoniam etsi non deliquerat ipsa; erat tamen domus auita hominis, qui offenderat.

121.

Rupert.

Terra propter perfidiã hominis suã formã per diluuiũ amisit.

Filij iunioris dum reditum ad genitorem describit 122.

Luc. 15. scribit Lucas: *In se (ait) reuersus, dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus?* cap. 15. vers. 17. Profectò, qui in se reuersus, & abierat à se: Sed quo more? Fortasse tanta iniquitatum suarum pœnitentia ductus, vt præ magnitudine doloris in animi consternationem, & deliquium abierit; Reuersus igitur in se, quando spiritum iterum recuperauit? Nunquid istud significaui Patris sermo asserentis: *Quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus est.* vers. 32. O sanctum à semetipso discessum! Quis mihi tribuat, vt sic moriar tecum, felicissime adolescens? Non miror, qui se conuertitur, quòd pater excipiat eum lætus, deosculans; quòd nullam imponat rigidiorem satisfactionem; verè dimissa sunt huic iuueni peccata multa, quoniam dilexit multùm: An tamen in se reuersus, quoniam dolendo recuperauit formam, quam peccata abstulerant? Ergo quasi alter Nabuchodonosor in feram conuersus est vir iste? Sed, qualis bestia euasit? Porcus, nimirum, qui cupiebat ventrem suum implere de siliquis? hinc nanque porcinum est: Verùm, quam velitis, bestiam faciatis: tantummodo statuatis, humanam exuisse formam, & inter irrationalia recensitum, donec à patre aberat? Si nimium dixisse videamur, præstabit fidem Chrysologus serm. 2. de

Chrysol. duobus filiis; *In se antè redit, vt rediret ad patrem; qui a se antea recesserat, cùm recessit à patre: à se migrat, & ab homine totus transijt in bestiam, paternæ pietatis immemor:* Et animaduerte, vt nemo à patre recedat, quin à se quoque abeat; saltem amor proprius manere apud patrem cogat, quando si non apud patrem maneat, nèc apud seipsum manere valeat.

Qui à Deo recedit, à se ipso excedit.

Iussus Abraham de terra, & cognatione sua

123. egredi, dèque paterno atrio, *tulit Sarai vxorem suam, & Lot filium fratris sui, vniuersámque substantiam, quam possederant, & animas, quas fecerant*

Genes. 12. *in Haran.* Genes. cap. 12. vers. 5. At, quæ animæ sunt illæ? Sed & eas quomodo facere potuissent, quæ virtute creatiua, Dei propria, producuntur? Percipiamus, quid Abulensis de controuersia

Abul. sentiat quæst. 22. ad finem; *Vel dicuntur animæ, quas fecerunt, id est, homines, quos ad cultum veri Dei in Haran conuerterunt: quia docentes, vel conuertentes alios, facere eos dicuntur, & gignere eos: sic enim dicit Apostolus ad Galat. cap. 4. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur in vobis Christus. Et fortè ista sententia est melior; scilicet, quòd illi, quos conuerterant in Haran, secuti sunt eos venientes in terram Chanaan, vt magis ab eis erudirentur, & ne in terra illa idololatrarum manentes, rursus ad idololatriam verterentur:* Solet ex arcani sermonis vsu,) nec respuit idipsum profana litteratura is, qui aliquid, aut dirutum restaurauit, aut tenuiter & obscurè inceptum amplificauit, auctor eius absolutè vocari, & conditor nominari: Abraham verò animas illas antiquo nitori, quem si non homo lapsus fuisset, per gratiam habituræ erant, restituit; idcircò animas illas creasse dicitur: At, quando iniquitas, veterem, genuinámque formam deperdiderunt? Nempe, cùm peccarunt, & Numen sceleribus ad iracundiam concitauerunt. per Abraham autem conuersi, quemadmodum filius prodigus, de quo paulò antè, in se reuersi, & pristina donati sunt pulchritudine: ille igitur sic reædificans, quod collapsum erat, Auctor animarum, & earum Creator simpliciter dictus est,

Animas fecisse dicitur Abraham, quòd eas ad imaginem Dei restituerit.

cùm tamen solùm redintegrauerit oblitteratum characterem nummatis Dei, adeòque Trinitatis totius forma inscripti.

124. Irrisit patri, venerando Noë, filius indisciplinatus; euigilans senex maledixit inuerecundæ proli asserens: *Maledictus Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis.* Genes. cap. 9 vers. 25. Sed, Genes. 9.

cur non alio vulnere afflixit, breuis vitæ, paupertatis, morbis concussæ, potiùs quàm seruitutis? Considera ante hoc, homini aduersùs eiusdem naturæ creaturas, parisque dignitatis secundùm creationem, alios videlicet homines, non fuisse concessam potestatem: itaque brutorum solùm erat famulari intellectuali creaturæ, quare Adamo dictum ab exordio: *Vt præsit piscibus maris, & volatilibus cœli, & bestiis, omnique reptili, quod mouetur in terra.* Genes. cap. 1. vers. 26. atque post diluuium iis, qui secundi orbis propagatores futuri erant: *Et terror vester, ac tremor sit super cuncta animalia terræ, & super omnes volucres cœli, cum vniuersis, quæ mouentur super terram, omnes pisces maris manui vestræ traditi sunt.* Genes. cap. 9. v. 2. vbi nihil de auctoritate in hominem, vt qui seruus futurus esset; Quæ verba expendens Gregorius Romanus lib. 21. Moral. cap. 11. *Terror* (inquit) *ac tremor vester sit super cuncta animalia. Non ait, sit super homines, qui futuri sunt? sed super cuncta animalia terræ; homo quippe animalibus, non autem cæteris hominibus natura prælatus est:* Quando igitur seruituti bruta animantia addicebantur, & hoc eorum proprium; significaturus Noë, qualiter peccando filius eius in brutorum ordinem transierat, & hominis dignitatem, quanquam manerent externæ oris notæ, amisisset, seruum eum denunciauit; neque certè vtcunque mancipium, sed vilissimum omnium? nam id conduplicatio vocabuli, *seruus seruorum*, denotat; sicut & Canticum Canticorum, est quod in metris superexcellit reliquis; quin percipiamus, hominem si semel in brutum transeat, non qualitercunque bestiam euadere, sed stupidissimis rudiorem etiamnum, sic enim contingit, vt qui ex eminenti gradu lapsi sunt, omnium scelestissimi, teterrimi euadant, & fiat in vitiis Coryphæus, qui erat in bono Antesignanus: Verùm, vt propter peccatum vetere humanæ naturæ concessa nobilitate spoliatus Chanaan, atque ideò inter bruta, quibus id genuinum erat, relatus, audiamus Chrysostomum confirmantem hom. 29. sic nanque illum interpretor, cùm planè testetur, seruitutis inchoamentum tunc fuisse, vt quæ in eum diem brutis conuenerit tantùm; Sed eius oratio talis: *Ecce enim fratrem, eadem natum puerpera, eodem egressum vtero, vt sibi vindicauit peccatum, seruum fecit, & ablata libertate, subiectionem illi iniunxit; vnde posteà seruitus sumpsit exordium: neque enim solebant ita molliter agere, deliciari, & aliorum ministeriis indigere, sed sibiipsis ministrabant quique: erátque par omnium honor. & ablata è medio omnis honoraria diuersitas, peccatum autem vbi intrauit, libertatem perdidit, & corrupit potestatem naturâ datam, seruitutémque introduxit, vt continua sit doctrix & admonitrix humana natura, vt fugiamus seruitutem peccati, & ad virtutis libertatem redeamus; Cogitet itaque seruus, ideò seruitutem incepisse, quia Cham in tantam peruenerat temeritatem, & dominus quoque cogitet, quòd non aliunde subiectio, & cruciatus superint, quàm, quod ille peruersam habuerit voluntatem.*

Gen. 1. · Genes. 9. · Greg. Papa. · Chrysost.

Seruitus, quando in mundo manserit.

Cùm

125. Cùm nemo reperiretur, qui singulari certamine cum Goliath dimicare vellet, prosilijt animosus pastor, filius Isai Dauid, bellique discrimen amplexus ridenti vultu exhilarauit Monarcham Saulem, verùm longam Philisthæi in pugnando, multámque considerans peritiam, subitò demortua est lætitia, inquiebátque Dauid. *Non vales resistere Philisthæo isti, nec pugnare aduersus eum, quia puer es; hic autẽ vir bellator est ab adolescentia sua* Reg. 1. c. 17. v. 33. At Regi vt metum excuteret, & quam de victoria dubiam conceperat spem, narrat quas habuerit, cùm ephebiam vix reliquisset, cum ferocioribus bestiis frequentes pugnas, in quibus semper triumphator euasit; *Nam & leonem* (ait) *& vrsum interfeci ego seruus tuus; erit igitur & Philisthæus hic incircumcisus, quasi vnus ex eis*: Verùm, an satis firma hæc argumentatio? nam, vt cum bestiis ineundum esset prælium, benè quidem; sed cum homine certandum est, in quo præter robur, ars quoque eminet; solet autem ad victoriam multò plùs conducere ars, atque stratagema, quàm corporis vigor; non igitur benè infert, quoniam superauerit bruta, quæ duce natura, non ex artis regulis dimicant, vincendum quoque in hominem, in quo metuenda sit disciplina potiùs, quàm corpus quantumcunque validum; Equidem reor, Dauidem, Goliathum contemplantem, idololatria nimirum, & aliis vitiorum capitibus coinquinatum, bestiam se videre, non hominem, cogitasse, cùm impietas in ferinam conditionem transmutet rationale animal; quando igitur bestiam esse æstimauerit, rectè qui bestiarum immanissimas vincere solitus esset, leonem & vrsum; asserit futurum, vt Goliath quoque superet, qui & ipse brutum sit maximum ob scelera & nequitiam; Chrysostomus tom. 1. hom de Dauid, & Goliath; *Nam cum pascerem gregem in campo, ouem mihi à leone, & vrso abreptam, ius belluis interemptis ouem eripui, nocentes bestias interfeci: Hoc exemplo etiam istam immanem belluam prouocem bello, pugna congrediar, Dei populum de eius manu eripuim, & ipsum, vt nocentissimam belluam Dei virtute percutiam.* Cerne quoties Goliath Chrysostomus belluam appellat!

Goliath pro bellua à Dauide habetur.

1. Reg. 17.

Chrysost.

SECTIO XIII.

Non esse in longum differendam vitæ correctionem; difficilem esse veniam spatiosæ, & contumacis malitiæ.

126. QVòd huius Epithalamij nubentes, quandoquidem castos amauerint amplexus, ipso ætatis flore coniuncti sint, eam esse matrimoniorũ optimam legem ostendimus: oportet enim, si nuptiæ diligendæ sunt, prolem habere maturæ ætatis, quæ fractis parentum annis solatium adferat, & substituat patrisfamiliâs, quem senectus grauat; hanc autem voluptatem non consequuntur; nisi, qui multò ante canos, albentésque annos prolem susceperint; Sed spiritaliter ista monent, bonorum operum partus non esse in vltima vitæ spatia reiectandos; sicut enim iuxta naturæ vsus contingit, vt rarò homo senex, & effœtæ virtutis (quanquam femina sit apta concipere) prolem suscipiat; ita & in mysticis euenit, vt videamus, paucos esse mortalium, qui si reliquã vitam in omni consumpserint immunditia, egregium quidquam meditentur, cùm vitæ inclinatus dies, & vespera incumbit. O supremam mortalium negligentiam reseruantium temporis iniquiorem partem iis, à quibus pendet æternitas, negotiis! O homo, si cognouisses in hac die, quæ nunc tibi est ad pacem, qualis erit horæ illius timor, atque tremor, cùm derelinquetur filia Siõ, vt vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario, & sicut ciuitas, quæ vastatur, in qua lapis non relinquatur super lapidẽ! O tu, qui euangelizas huic miserabili Sion, exalta vocem sicut tuba, clama in fortitudine, vt cõuertatur in tempore opportuno, antequàm veniat indignatio, & ira furoris Domini: Dic ei cum Augustino hom. 41. ex quinquagena homiliarum: *Vis te dubio liberare? vis, quod incertum est, euadere? age pœnitentiam, dum sanus es: si sic agis, securus es: Quare securus es? quia egisti pœnitentiam eo tempore, quo & peccare potuisti: si autem vis agere pœnitentiam ipsam tunc, quando peccare non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa.* August.

Quanta fecunditas sit pœnitentiam agere.

Aquarum in falerna conuersionis ... tum prodigium sic visus extenuare Augustinus, vt putauerit, quotidie in vitibus similia contingere, quæ nisi vsu vilescerent, non minoris portenti fuissent, vt taceantur alia naturæ miranda plurima; sic verò disserat tom. 9. in Ioan. tract. 8. *Maior virtus est in creatione, & gubernatione cœli, & terræ, & quod quotidie pluuia aqua per vites in vinum vertitur, & quod ex paruo seminario fruges creantur: sed, quia hæc naturaliter fiunt, iam ex vsu viluerunt*: Verùm assertio ista, nisi Augustinum Patronum haberet, difficilis appareret; nam, quòd in Cana Galilææ lances in vina transmutarit, inter præcipuas Seruatoris operationes numeranda videatur: *Hoc enim fecit initium signorum* IESVS *in Cana Galilææ, & manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius.* Ioan. 2. vers. 11. In qua attestatione Euangelistæ non pauca sunt, quæ, quod à nobis asseritur, corroborant: Nam sanè egregij artifices, cùm prima edunt specimina ingenij, omnem conatum ponunt, vt quàm perfecta ea quæ in publicum datur sunt, tunc speciatim prodant; dependet enim ab exordio illo omnis sequuturæ famæ splendor; cùm igitur inter signa à Christo edenda, hoc de aquarum conuersione primum extitisset, oportebat fuisse ex quasi præcipuis Omnipotentiæ laboribus; Tum etiam illud iuuat, quod Ioannes aduertens, patratum idem miraculum à Christo, *vt manifestaret gloriam suam*; At Monarchæ gloria non ostenditur, nisi per ea, quæ in thesauris principem sedem obtinent; quin & cùm gloriæ ostensionem affectant, rara quædam meditantur, & de singulariter exquisitis; sic Assuerus, cùm monstrare optasset iactantiam potentiæ suæ, inauditum sympusij modum concepit, nimirum, durantis centum, videlicet, & octoginta diebus: Denique nemo ignorat, quòd propè accedat ista conuersio ad eucharisticam, quæ certè non tantùm miraculum est ingens; sed stupor quoque miraculorum, vtpote memoria, & recapitulatio mirabilium diuinorum: necesse est igitur, illud portentum longè excedere naturæ operibus, quanquam illa consuetudine non vilescerent apud homines: Sed in quibus naturæ industriam vincat ista conuersio? nam sanè Augustini strenuum videatur esse argumentum; quid enim hic eximium, aquam nimirum in vinum transire? verùm 127.

August.

Ioan. 2.

Famæ splendor ab initijs pendet?

ista quotannis, ait sanctus Doctor contingunt; *nam aqua pluuia per vites in vinum vertitur:* Ambitur sane Christi factum commendari à celeritate; igitur, quod natura longo & fastidioso labore sæpiùs ægrè ad exitum perducit, hoc Seruator momento peregerat: est autem hoc tam rarum, atque admirabile, vt non aliud elegerit signum, quo aut gloriam manifestare, aut a quo stupendorum operum exordium ducere, æquum, conueniénsque iudicauerit: & quidni certe de apicibus miraculorum istud? Nam sanè conuersione illa significatam animorum mutationem, cùm à Dæmonis seruitute in libertatem filiorum Dei adsciscuntur, Augustinus, & Beda in Ioannem, multis declarant; ostendit Bernardus serm. 1. in Dominicam 1. post octauam Epiphaniæ: *Sed diuina virtute* (inquit) *aqua mutatur in vinum, quando perfecta charitas foras mittit timorem;* Solet autem huiuscemodi conuersionis duplex esse modus: nam alij ab exordio ætatis pugnam contra vitia inchoant, qui sub vitæ exitu suauissimos fructus continuati certaminis colligunt; in quo desudauerunt quidem, & non tantùm æstum diei, sed & frigus tolerauerunt; verùm fuit suauis labor, quoniam non præproperus & vigens; sed cum mora, atque pedetentim; hos adumbrat aquæ pluuialis per vites in vinum conuersio quæ ab anni principio agere incepiat, & paulatim procedit, donec post tolerata & hyemis, & æstatis iniqua, generoso Lyæo possessoris diligentiam compensat: Alter conuersionis modus est, cùm inopinatò magnus in ciuitate peccator septem Dæmonia eiicit, & ex lebete fit vas honoris in templo Dei: huius figura conuersio aquarum subitanea in nuptijs Canæ Galilææ: Vtraque conuersio mirabilis: sed certè festina hæc conuersio signum magnum est, & rarò apparet! O vide peccator, quoniam non nisi semel legitur Christus IESVS fecisse hoc tam stupendum prodigium; & vide, vt concitante eum MARIA benedicta, cui nihil denegare consuerit dulcissimus filius; tamen subirasci videatur intemeratæ Genitrici, quòd talem rem postulauerit, tam arduam: *Quid mihi, & tibi est* (inquit) *mulier? nondum venit hora mea!* Noli, obsecro, æternæ spem incolumitatis sic affligere, vt non nisi tam ingenti prodigio saluandus sis, quale illud fuit, quo aquæ in Canæ epulis conuersæ sunt in vinum: Si sapis, ama quotidianam aquæ per vitem in vinum conuersionem: nam frustrabere, si expectas aliam eam, & erit sors tua cum hypocritis in Inferno.

Aqua in vinum conuersio animorũ mutationem significat.
August.
Beda.
Bernard.

Eduxit spiritus Domini Ezechielem, *Et dimi-*
128. *sit in medio campi, qui erat plenus ossibus, atque illa multa valde super faciem campi, siccáque vehementer,* cap. 37. Ezechielis, vers. 1. & 2. Dum horum contemplatione stupefactus Vates, huc, illúcque prospectat, cernit à quatuor ventis delatum spiritum insufflasse super interfectos istos, & reuixisse; *Vt quomodo* (asserit in eum locum Hieron.) *in prima conditione hominis insufflauit Deus in faciem eius, & factus est in animam viuentem; sic & secunda conditio, id est, resurrectio mortuorum, insufflante spiritu viuificetur:* Igitur idem fuit spiritus, qui vigorem ossibus his arentibus restituit, ac qui hominem initio vegetauit; ita quidem: At, cùm idem met vtrobique, cur hîc nunc a quatuor mundi partibus allatus, secùs atque in prima molitione? Sanè illa, de qua Adam plasmatus est, terra, infantilis erat, & recèns formata, proinde mollis & apta quamcunque recipere formam sine multo labore; cæterùm ossa illa vehementer sicca erant, vtpote de gleba exhausta & senescente, proinde quasi vnus non sufficeret spiritus ad tam arida vegetanda ossa, ab omnibus orbis angulis vocandus fuit: O difficilem aridorum ossium conditionem, quorum animatio tanto spirituum adiumento indigeat! Sed, quæ hæc multæ vetustatis inhumecta ossa, nisi peccatores in vitijs senescentes: quàm ardua & impedita horum conuersio? opus est, vt mundus conspiret vniuersus, non sufficit ab Occidente flare spiritum, non à meridie, non ab Arcturo, simul coëant necesse est, graue onus est, cunctorúmque vires desiderans. Non sic Adam ille felix, quoniam non in senectute infundebatur ei vita, sufficiebat ex vna orbis plaga vocatus spiritus: Certè bonum est viro, cùm ab adolescentia portauerit iugum Domini, vt non opus sit tantis ventis, qui nauem propellant: infrequenter enim contingit, posse associari simul omnium climatum ventos: at si non emittantur isti, quid fiet de ossibus aridis, nisi vt in ignem mittantur?

Ezech 37.
Hieron.
Ossa arida, peccatores in vitijs senescentes.

Christum in ligno sacro pendentem clamasse 129.
voce magna dicentem: *Deus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?* testatur Matthæus c. 27. vers. 46. Monet autem ita vociferatum circa horam nonam: huius autem clamosi sonitus scopum fuisse affirmat Drogo Hostiensis Episcopus, ne tenebræ quæ ab hora sexta in nonam perseuerauerant, ad decimam transirent: Verùm, quid si in decimam, & vlterius producerentur, num sufficiens causa ista, vt filius palàm asseruerit, se à Genitore tanquam derelictum? Sed audi, & concipe tenebrarum nomine mentis peccatricis noctem; est verò decima hora diei, quæ huius vitæ extremum cursum denotat; itaque optabat Filius Dei, ne error atque malitia vltimam nostri æui periodum occuparet: Quamobrem verò? Quoniam certè intuebatur tam difficilem esse malorum pœnitentiam, vt rari inuenirentur qui cùm omnem ætatem in libidinibus prauis consumpsissent, sub exitu vitæ seriò conuerterentur: hoc autem si contingeret, frustrari in his pretium sanguinis sui, ac proinde se derelinqui, vti exponit mira cum dulcedine Arnoldus Carnotensis tractatu de septem verbis Domini in Cruce, ad hæc ipsa verba inquiens; *Pro his igitur* (nempe, summis peccatoribus) *ad Patrem conuertitur, & inauditum dicendi genus nouus Orator assumit; & inimicorum in causa allegans, ipsis inuitis, atque negligentibus parti contraria suffragatur, & vtrùm plus possit peccatum, quàm iustitia, Deo Patri quæstionem proponit:* Ergo validè clamat Seruator, ne tenebræ in horam decimam procedant, quoniam si tam densa nox peccatorem comprehendat, derelinquetur iusto Dei iudicio in pœnam longæ præuaricationis, & cùm ei auxilia efficacia negentur, peribit in æternum: Sed iam percipiamus de hora nona floridè disserentem Drogonem Episcopum libello de Sacramento Passionis Dominicæ; *Ecce iam hora orationis nona est, inclinata est dies, propè est nox; hora, inquam, orationis nona est, orasti hac hora pendens in Cruce, orasti inclinato capite, clamans voce magna, & expirasti; orasti inclinato capite in spiritu humilitatis, & clamans voce magna, altissimo, & sacratissimo affectu paterno, & nostra charitatis: erat autem hora orationis nona: Et quare nona orationis erat hora? quia tenebræ factæ sunt vsque in horam nonam; repellendus erat horror tenebrarum, quæ vniuersam operuerant*

Math 27.
Drogo.
Pauci sunt qui sub exitu vitæ seriò conuertuntur.
Arnold. Carnot.
Drog. Host.

operuerant terram, expellenda caligo populorum, qua ex tunc cœperat abundare.

130. Discedente Elia, postulatum ab eius discipulo Eliseo, vt fieret in eo spiritus eius duplex, Reg. 4. cap. 2. vers. 9. ac docuimus aliàs hac phrasi significatum, vti superaret discentis spiritus præceptoris spiritum; sed penes quæ geminatus in Eliseo spiritus? Refert opinionem Auctor de mirabilibus sacræ Scripturæ, qui ad miraculorum gratiam traduxit: eius sermo lib. 2. cap. 26. *Interea post mortem Elisei, cùm quadam die familiares eius mortuum quendam portantes, latrunculos videntes pertimuissent, in sepulcrum Elisei, quod propè erat, mortuum proiecerunt; quod dum tangeret ossa Elisei, reuixerat, & ambulauit: vnde quidam præscriptum sermonem in hoc signo impletum fuisse dicunt; hoc est: Spiritus, qui in te est, fiat duplex in me. Quod necessariò impleri debuit: Elias ergo in vita sua, priusquam reciperetur, mortuum resuscitasse vnum scribitur: quod similiter & Eliseum fecisse iam cernitur: sed & alium, id est, istum post mortem suam, videlicet, in sepulcro reuiuificasse videtur.* At sententiam hanc quasi infirma innitentem basi idem continuò refutat Auctor; *Sed etiam hoc duplex gratia factò esse non apparet: quippe, quod enim Elias semel fecerat; bis, ac ter, si necesse esset, iterare posset:* Verùm non malam eam interpretationem iudico, dummodo ad spiritalem sensum referatur: nam certè Elias defunctum suscitauerat; sed eum, qui nondum busto commissus esset, in quo sanè figurabatur peccator: at, cuius in delinquendo malitia non fuisset pertinax, ex humana tantùm fragilitate prolapsus; Eliseus autem corpus mortuum sepulturæ traditum vitæ restituens, eum adumbrat peccatorem, qui in malis perseuerans sit, & in foueam, atque voraginem iniquitatis ceciderit; Præclarè igitur ad extrahendum huiusmodi peccatorem, qui induratus sit in impietatibus suis, duplicem spiritum Eliæ postulat Eliseus; quanquam enim excellens Eliæ spiritus, sed ad opus tam difficile non sufficiens, nisi geminetur.

4. Reg. 2.

Auct. de mir. sacræ Script.

Duplex Eliæ Spiritus ad obstinati peccatoris conuersionem necessarius.

131. Monebat discipulos Christus, vt parati essent in quancunque horam, eò quòd exitus momentum incertum esset; cúmque à vigilantibus famulis similitudinem mutuaretur: *Etsi* (inquit) *veneris in secunda vigilia, & si in tertia vigilia veneris, beati sunt serui illi,* Luc. c. 12. vers. 38. Ac sanè, quòd primam omiserit vigiliam, non demiror; cùm enim hac designetur vsu rationis carens ætas, vti in ea ætate homo peccare nequit ob libertatis defectum, sic nec dormire potest, (somnum enim modò peccatum intelligimus) quare necesse non fuit eius meminisse ætatis, in qua sopor nequeat obrepere; certum enim est, quod ad noxam actualem, personalémque spectat, quòd obdormitio est, de qua modò sermo, non reperiri in primis vigilibus: At, quòd transierit quartam vigiliam, stuporem generat: nam, si quo vnquam tempore probrosum fuisset, tum in primis, & quia sapientiores homines sub extrema vitæ periodo, & quia ipsius vitæ marcescens splendor, monet non longè abesse occasum; Sanè, quando senectutem quarta repræsentat vigilia, quid dicemus? non inueniri tunc, qui vigilet, & somnum excutiat ac proinde, quemadmodum primæ vigiliæ memoria prætermissa est, eò quòd nemo tum dormiat, sic quartæ relictam mentionem, eò quòd rarus tunc vigilet? O & in hanc ætatem differs, miser homo, pœnitentiam, in qua lethargus & apoplexia dominantur? Quid facies tanta sensuum grauedine oppressus? Nónne vides, vt dominus quodammodo desperet, posse tunc vigilantes inueniri famulos, ac propterea tacet beatos nominare in quarta vigilia expergefactos? non quòd non eum quoque inueniantur, quorum palpebræ non sunt clausæ, & in quos non irruit sopor: sed vt subinnuat tardò contingere vt qui in senectam dormitauerunt tunc vigilare sciant; *Venis in secunda, & tertia vigilia,* (ait Drogo Hostiensis libello de Sacramento Dominicæ Passionis:) *sed beatus ille seruus, quem tunc inueneris vigilantem: Iam primæ, & quartæ vigiliæ nulla mentio fit; quia nec primæua ætas sensum recipit vigilandi, nec vltima spem proxilius dormiendi.*

Luc. 12.

In quarta vigilia, id est, in senectute vix quæ quã de conuersione cogitat.

Drog. Host.

132. Veniente Christo in regionem Gerasenorum, *occurrerunt ei duo habentes Dæmonia de monumentis exeuntes, & clamauerunt dicentes: Quid nobis, & tibi,* IESV *Fili Dei? Venisti ante tempus torquere nos.* Matth. cap. 8. vers. 29. Cerne, quàm temerariè mentiatur Satan. Effluxêre quater mille anni, ex quo sub peccato vinctus tenebatur homo, & cùm post tot sæcula adfuisset Redemptor, præproperè venisse queritur: O crudelem impiissimi hostis sitim, cui tot annorum myriades breue videbantur spatium! Qualis quisque in se est, tales arbitratur alios: cum sancto sanctus eris, cum peruerso peruerteris: nam sancti etiam malos, bonos putant; & improbi innocentiam sceleris traduxêre: quoniam nebulo ipse sepulturæ ante mortem condemnans consueuit tempora præcidere, iudicabat venisse idipsum Filium quoque Omnipotentis; atque vt in culpa fuisset IESVS, nemo tamen minùs corrigere, nemo sugillare debuisset quàm Diabolus, vt qui in eadem existeret damnatione: Sapienter increpat Chrysologus, serm. 16. *Auctori temporum tempus opponunt, de tempore sic queruntur: Tempus abscindis, præuenis mortem, sepelit viuos crudelitas immatura, & de tempore queritur, de tempore causatur nequitia sæculi indurata.*

Matth. 8.

Dæmones torquentur cùm spes salutis affulget hominibus.

Chrysol.

133. Sed tamen intueamur, num esse possit ansa querelæ: dicunt quidem, venisse Christum, eos ad torquendum: Porrò Dæmones tunc potissimùm torquentur quando spes salutis affulget hominibus: nihil enim tam molestè tulêre, atque peccatorum ad Numen regressum: Venit autem Christus in hunc mundum sub virili eius ætate (neque enim senectus est, donec vltima adfuerint tempora) quoniam igitur ante senectam orbis venerit, asserunt venisse ante tempus; nam venisse illis ante tempus, est, venisse, quando torqueri possint: Ponamus autem venisse Christum, postquàm mundus senuerat, nónne etiam tunc Dæmones torquerentur, & ita quandocunque venisset, conquererentur ante tempus adproperasse? Sanè, vt diximus, malorum Angelorum vexatio est, quòd homines è viis prauis ad Deum conuertantur; cernunt autem tam paucos esse, qui cùm peccata in vitæ limitem transtulerint, tum conuertantur, vt putarint hac experientia edocti, mundum à Christo non conuertendum, si Christus sub mundi senecta venisset: orbe autem non conuerso ipsi nec torquerentur; quia igitur Christus venit ante mundi senectutem, tempore nimirum conuersioni idoneo: deflent quòd citò venerit, quódque descenderit è Patris sinu ad ipsos torquendos: nam festinus illis aduentus est quicunque ante senectam est.

Queruntur Dæmones q. ad Christus venerit ante mundi senectam, quare?

Post viginti seruitutis annos, discessit ex Labanis 134.

dnino Iacob, & conquestus socer, quòd tacitam fugam atripuisset; *Cur ignorante me* (inquit) *fugere voluisti, nec indicare mihi, vt prosequerer te cum gaudio, & canticis, & tympanis, & cytharis?* Genes. cap. 31. vers. 27. Omitto historicum silentis fugæ Iacob sensum; mysticè autem Laban, vel mundum, vel potiùs Dæmonem significat, quæ est Patrum non paucorum opinatio; Iacob autem hominem fidelem denotat, sed qui in miseram peccatorum seruitutem ipsis viginti annis, per quos significatur tempus longum, incidit. Hic igitur prolixi famulitij, imò captiuitatis quidem vir, & qui sedit in cathedra pestilentiæ multùm pausans in via iniquitatis, si quando cupiat Dæmonis tyrannidi se subducere, clàm ei fugiendum sit: ô fugam mille periculis obnoxiam! Sanè illorum est clanculariam fugam meditari, qui custodia detinentur, quorum vita in lubrico est: Deum immortalem! quibus fluctuat mens procellis, dum de eiusmodi fuga cogitat! angustiæ sunt vndique: nisi enim fugiat, mors est; atque si fugiat quoque, propter vigilum solertiam, mors etiam terret: O qualem in labyrinthum intrauit ob viginti annorum seruitutem! Iam verò, quàm pauci sunt, quibus ita concessum clàm fugere! vnus inter mille felix, plerisque maius damnum extitit fuga ipsa, & mortem accelerauit mortis euitandæ remedium: ergo hoc est seruitutis longæ damnum irreparabile, vt quando etiam fugere tentet, quæ tota salutis anchora, non possit nisi clàm discedere, id est, summo cum discrimine; ita occluditur omnis incolumitati via: O ter beati qui nunquam Labani seruierunt! sed, quando seruiisse contigit, felices, qui diu apud eum permanere respuerunt. non enim his necessaria fuga occulta, quæ millenis subiacet periculis, qua si quispiam liberetur, sors totum id est: Et certè prudenter Iacob latentem fugam meditatus, ne Labani innotesceret; si enim cognouisset abitum, nullum non moueret lapidem, quò maneret; nam considera, quàm erga generum inhumanus vsque in hunc discessum, *Die, noctúque. æstu vrebar, & gelu, fugiebátque somnus ab oculis meis, sicque per viginti annos in domo tua seruiui tibi:* Quid istis inmitius esse valeat? & nunc, vt apud se retineat, ne seruitute liberetur, tympana spondet, & gaudium, & cantica. Benè Oleaster: *Impij nunquam meminerunt bona facere, nisi, cùm non est tempus faciendi.*

Genes. 31.

Quàm sit difficile è Diaboli captiuitate exire.

Oleaster.

Noluerunt toties vocanti Numini responde-
135. re, & deserere prauas illecebras; veniet tempus, quando implorabunt, & non exaudientur: negabitur illis auxilium congruum in pœnam spatiosæ præuaricationis, & quòd conuerti distulerint in finem dierum; Fecit quidem homo Rex nuptias filio suo, & accersitis è viarum biuiis hospitibus, quoniam aut familiares, aut cognati se excusanerant, *tandem impletæ sunt nuptiæ discumbentium*, Matth. cap. 22. vers. 10. Stomachatus autem symposiarcha, quòd homo absque cœnatoria veste epulis se immiscuisset, iussit ligari pedes, manúsque, atque ita vinctum mitti in tenebras exteriores: Neque sanè stupeo, quòd ergastulo intruserit, verùm, quamobrem & pedes, & manus innectit? neque enim aut fugere valeat, aut cædem machinari mœnibus, & ferrata Tulliani ianua præpeditus; sed attende, humanissimum Principem homuncioni isti, cùm aulam conuiuij ingrederetur, diuitem obtulisse vestem, qua gloriosus appareret in loco festiuo: (sic enim veterem vsum fuisse probauimus elapsi Anteloquij num. 33) quin & rogarat suppliciter, ne liberalitatem contemneret; ergo, qui noluit supplicis Monarchæ vocibus obsequi, iustum est, vt quando velit, non possit, proinde ne in nuptiale theatrum aliquando ingredi valeat, pedes vinciantur, ne delicatis escis pompæ genialis vesci possit, quanquam apponerentur, manus impediantur, & ne quod vel ab aspectu solatium proueniat, densissimis tenebris amandetur ex sunt, nimirum exteriores illæ: Galfridus apud Tilman. ad c. 22. Mat. *Sed, quæ sunt vincula, quibus ligantur manus, & pedes? Sanè funiculis peccatorum suorum vnusquisque constringitur:* O putas & in illa hora bona pauperibus distribuere, viduam & pupillam consolari: sed ligabuntur palmæ, neque extendentur ad pauperem sed ad domesticos & cognatos, qui lusu, & voluptatibus consument; Putas, quòd mouebuntur gressus tui, ne ampliùs ambulent in semitis malitiæ? at erunt compedes, quæ te detineant, ne loco mouearis; Putas scientiæ & ingenij acumine fisus, quod affulgebit tibi lumen, quo mundi vanitatem cognoscas, atque despicias, æternos pertimescas cruciatus, sanguinem pro te à Crucifixo effusum, quanquam serò, æstimes? verùm certè caligo operiet te, & nox comprehendet obscurissima: Sic, sic magnus ille Deus, qui toties ad pœnitentiam inuitauit, reddet vltionem terribilem superbis in illa die, negando eis auxilia efficacia, sine quibus certissimè peribunt.

Matth. 22.

Galfridus.

Peccatorum vincula coercent animam à piis operibus.

Certè, in illa die Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum; astra quoque cœli faciem abscondent: Quidni quidem? Nam, quid ab initio præceptum eis? *Fiant luminaria in firmamento cœli, vt luceant in firmamento cœli, & illuminent terram.* Genes. cap. 1. vers. 14. statimque de stellis iterum, *Et posuit eas in firmamento cœli, vt lucerent super terram:* Cur semper terra, & nunquam maria? Periculosior est via maris: quid facient absque luminibus? imò quidem omnis nauigatio ab Helice, & Cynosura pendet: Stella est, quæ nauigantes dirigit, quæ incautis liberat scopulis, quæ in portum ducit: igitur astra potiùs condita, vt mari illucescant, quàm vt terræ. Sanè, si quis in terram prolabatur, facilè adiiciet, vt iterum resurgat; habent nanque firmamentum sub se, & pedes, & manus eius: non sic, qui præcipitatur in mare, velut plumbum demergitur, & rarus est, qui supernatat: etiam Petrus ipse cernens ventum validum, metuebat: igitur terra quidem peccatores denotat; verùm quos fragilitas humana impellit, ruunt, at non diu iacent, assumunt fortitudinem, & iterum ambulant sicut anteà: mare autem præuaricatores significat, qui, cùm semel irretiuntur, delicta delictis accumulant, & fiunt nouissima semper peiora prioribus abutentes Dei patientia & longanimitate; horum maria receptacula sunt, & ideò, qui in porcorum gregem missi sunt Dæmones, statim eos in profundum gurgitis deturberunt, Matth. cap. 8. vers. 32. illic enim porcis, qui in cœno, atque immunditiis volutantur, locus est: propterea & Ezech. cap. 29. vers. 3. Pharao Rex Ægypti, qui draco magnus appellatur, eò quòd Dæmoniorum Principis figura sit, in medio fluminum cubare dicitur, ibi potestas, & imperium eius: igitur, cùm mare homines repræsentet, qui longum peccatorum funem trahunt, qui computruerunt in sordibus suis, qui addiderunt malum facere in conspectu Domini 136.

Genes. 1.

Matth. 8.

Ezech. 29.

Mare eos repræsentat qui in profundis peccatorum demerguntur.

omnibus

omnibus diebus vitæ suæ; quid nobis indicetur
aliud, quàm, cùm venerit hora mortis, destituen-
dos lumine veritatis, & fauorabili Sanctorum
patrocinio? O quid faciet inter decumânos flu-
ctus cymbula, nauclero vociferante stellam ab-
scondi, siue cuius iubare omnis peritia in vanum
fit? ibit imploratum MARIÆ clementissimæ
opem, & beatorum ciuium suffragia obtestabi-
tur? at respondebunt, mandatum esse syderibus,
vti luceant terræ, & non mari: Quàm vellent
nunquam in mare descendisse! & vtinam hoc
vel tunc, prout oportet ad salutem, vellent! sed
ore tantùm volunt ob instantem metum, cor au-
tem eorum longè est ab eo; Sic filia maris vadit
in æternum luitura, illa insensata, quæ dicebat;
Non moriar, & Infernus non me deuorabit; Ve-
rùm, percipiamus huius cogitationis basim ab
Anast. Sin. Anastasio Sinaïta lib. 4. Hexameri; *Ad terræ*
ergo illuminationem facta sunt luminaria, non etiam
ad illuminationem eorum, quæ sunt in mari: quo-
niam in abyssum à Christo missi Dæmones sunt, ex-
pertes cœlestis luminis illuminationis, & ab eo alie-
ni: quòd si de astris sensibilibus dixit Deus solum:
Fiant luminaria, an non dixisset, ad illuminationem
terræ, & maris? Non igitur in senectutem spiritales
animæ differendæ sunt nuptiæ: filij enim sene-
ctutis imbecilles sunt, sponsi carminis huius
exempla imitando, qui castos amplexus amores,
despondit se lectissimæ virgini sub ipso ætatis
viridanti flore.

SECTIO XIV.

Æqualem esse debere & Superioris, & subiectorum fortunam, paria onera, similem voluptatem.

137. Eccli. 32. BEne, atque œconomicè Siracides c. 32. v. 1.
Rectorem te posuerunt; noli extolli, esto in illis
quasi vnus ex ipsis. Spernit miles Aquilonem, &
imbres, cùm videt Imperatorem aperto vertice
Boream inimicum excipere, lætósque ferre vul-
tus, etiam sub pluuioso æthere: stiuam vrget gau-
dens arator, si villicum primo mane de strato con-
surgere intueatur in agros iturum seminare semen
suum: ergo nostri sponsus Epithalamij, bonus
Quàm diligens œconomus fuerit Canticorum Sponsus. omninò familiæ gubernator antelucanâ diligentiâ
pergit ad vineas, pomœria inuisit, myrrham de-
metit, & à purpuræ fastu paululùm declinans,
seruorum gregibus se interserit, magni æmulator
Principis, illius vtique, qui cùm fecerit cœlum, &
terram, atque omnia portet verbo virtutis suæ;
non dedignatur tamen præcingere se, & ministra-
re famulis suis in regno patris sui, quos & de tor-
rente voluptatis potat. Fugiebat irati fratris mi-
nas crudeles Iacob Rebecca hortatrice: & ecce
subdiali strato recubanti obiecta scala insigni lon-
gitudine, contemplatus nanque *stantem super ter-*
ram, & cacumen illius tangens cœlum; Angelos
quoque Dei ascendentes, & descendentes per eam,
Genes. 28. *& Dominum innixum scalæ.* Genes. cap. 28
vers. 12.

138. Alcaz. Ac sanè modò placeat Alcazarij nostri existi-
mario notatione 1. ad cap 4. Apocalypsis, cogi-
tantis Deum non ad scalæ fastigia accumbere,
sed ad imos gradus, qui telluri insistat, & expor-
recto brachio scalam, ne quis ruinæ sit metus,
teneat; At, quorsum opus Dominum cœli, &

Sherlogi Anteloq. in Cant.

terræ hoc tam plebeio fungi munere? Nam certè
poterat sursum, deorsúmque ita firmari scala, vt
nullus labendi timor extitisset, quanquam nemo
manibus prehenderet; quòd si opus adiutrice
dextera, verùm sufficiebat Angelorum robur:
nónne, qui & cœlorum motores, ij scalam te-
nere possent, validare, ne corrueret? Poterat
quidem absque Creatoris speciali adminiculo
stare scala, quæ nec casura fuisset, sed vide labo-
rantium Angelorum superiorem fuisse, qui sca-
lam fulciebat; Putásne, tam irrequieta diligen-
tia & ascenderent, & reuerterentur famuli, Do- *Subditi, si videant Prælatum vnà laborare, facilè quæcunque onera tolerant.*
mino quiescente, otia captante? Igitur optimus
Magister & ipse supponit humeros oneri; Ange-
li autem intuentes Principem laborum subire
partem, magnamque illam quidem, vt qui solus
altissimam scalam sustineat, tanta alacritate opus
aggrediuntur, vt ne momento vno ferientur,
nullus subsistit, nullus stat, nemo lassatur, aut
ascendunt, aut descendunt continuò vniuersi;
Hieronymus subinnuit epistola consolatoria ad Hieron.
Iulianum: *Iacob vidit scalam de terra vsque ad*
cœlum, & ascendentes per eam Angelos, & descen-
dentes, & desuper innitentem Dominum, vt lassis
manum porrigeret, vt ascendentes suo ad laborem
prouocaret aspectu: Egregia vltima hæc clausula;
idcircò nanque scalæ tolerabat pondus, vt suo re-
crearet exemplo subditos, vt fatigationis com-
participatione stimularentur, in eúmque versos,
suo, vt loquebatur Hieronymus, *ad laborem pro-*
uocaret aspectu.

Vidit Daniel antiquum dierum, Patrem vtique; 139.
Vestimentum eius candidum quasi nix, & capilli ca-
pitis eius quasi lana munda. cap 7. vers. 9. Vidit & Dan. 7.
Ioannes gnatum, similem vtique filio hominis,
cuius & ipsius caput, *& capilli erant candidi tan-*
quam lana alba, & tanquam nix. cap. 1. vers. 14. Apoc. 1.
Sed, quorsum filium, quem adolescentem pin-
gere decens apparebat, adultæ senectutis virum
Ioannes delineat? num significaturus Patri co-
æuum Filium æternitatis esse, illum, quem intel-
ligendo genitor produxit, infinitum & diuinitate *Filius diuinus Patri coæuus.*
præditum? Ita Rupertus lib. 1. in Apocal. *Nam*
huius, atque illius capilli capitis æquè candidi sunt, Rupert.
vterque per candorem capitis senex ostenditur nulla
distantia; quia, videlicet, nec anno, nec mense, nec
die, nec hora, nec momento, nec puncto, filius iste
iunior est ille tam sene Patre suo: Atque fuerit iste
litteræ congruus sensus; nos allegoriam ita me-
ditamur: nimirum, genitor & antiquus dierum,
quem Daniel intuitus sit, patremfamiliâs signi-
ficet auctoritate & prudentia minutum: Quid
ille? num filiis, Pater quanquam, dissimilis, &
eius gloriosus ornatus, gnatorum mediocris? num
aliter ipse incedit, vtique pomposus, & in deau-
rata trabea, filij grossioribus vtantur? Nequaquã
sanè: qualis stirps, talis progenies: eius capilli can-
didi quasi nix, aut lana alba; & huius quoque; O,
pulchram familiam, in qua & vsque ad capillos,
pares & herus, & domestici! audeam affirmare
eiusmodi parentis voluntati nunquam contradi-
xisse filium quem certè & obedientem vsque ad
mortem, mortem verò crucis expertus sit; non
ille Patrem omnibus modis veneraretur, quem à
Filio excepta Patris notione nihil distingueret?

Atque ab his disce, quàm decorè pater filium
corrigat, Luc. cap. 15. Reuertebatur ad charum 140.
genitorem, miser, qui in longinquas oras abierat Luc. 15. 29.
iuuenis & domus tripudio perstrepebat vniuer-
sa; solus in mœrore germanus, qui & dolorem

celare non valens dixit patri suo; *Ecce tot annos seruio tibi, & nunquam dedisti mihi hœdum, vt cum amicis meis epularer*. Pater verò quidnam ad satellites? *Et adducite vitulum saginatum, & occidite, & manducemus, & epulemur*; Quidnam est, quod pater, *epulemur* dicit, filius, *epularer*? Et sanè gnatus exteros ad symposium vocat, sodales, nempe: genitor non nisi domesticis conuiuia distribuit: At certè filius domus curam non habebat, non præerat, quamobrem eius esse potuit alius, quàm aut famulorum, aut patria victus, alia obsonia: pater verò, eò quòd auctoritate fungatur, cæterisque emineat, non potest non iisdem cibis, quibus reliqua vti familia: nam cogitas, patienter tulissent clientes ad domini triclinium vitulum deportari saginatum, cùm interim illi vix haberent de taurorum carnibus, quibus vescerentur? Edant simul, siue cum lætitia, seu cum parcitate & Prælatus, & subditi, edántque similia: si quis est filius senior, inuidiæ morbo, aliisque vitiis laborans, habeat sibi, suisque commilitonibus peculiares escas: Non sic vir grauis familiæ præses, non sustinebit alias, quàm famulorum sibi ponendas escas: ideò prudens atque maturus senex; *Manducemus, epulemur*: Hieronymus epistola ad Damasum de filio prodigo, & frugi; *Erras, Israel; dic potius, vt tecum epularer; aut potest sibi esse aliqua iucunditas, nisi Patre secum celebrante conuiuium? Saltem exemplo docere præsenti: reuerso filio iuniore, & pater lætatur, & pueri: Manducemus, ait, & epulemur, non, Manducate, & epulamini.*

Idem debet esse & superiorũ & subditorũ cibus.

Hieron.

141. Duo nobis viros Matthæus repræsentat; alterum ex honestis ciuibus, qui conducere operas
Matth. 20. & 22. mercenarios in vineam suam, cap 20. alterum, regia fulgentem maiestate, qui opiparum triclinium instruit, tauros & altilia occidit, misitque seruos suos vocare inuitatos ad nuptias, cap. 22. Verùm experire prodigij instar rem! personat aula Principis dulcissima musica, nitent aulæis atque ostro parietes, splendent laquearia ab auro puriore, & onerantur mensæ dapsilibus; nemo tamen est, qui limina terat, omnis est in excusando populus, atque abierunt, *alius in villam suam, alius ad negotiationem suam*: Inuitat paterfamiliàs ad durum exactoria onus; nempe, vt sub ardenti Phœbo effodiant, amputent, alligent in manipulos sarmenta, atque vna, aliáque hora pergit quæsiturus: nec vnquam defuit, qui pergeret in vineam; etiam ad vndecimam horam iere, qui tota die in foro steterant otiosi, stupendúmque hos saltem otio addictos non respuisse prouinciam absque solatio; Quid est igitur, quòd aut Regem ad voluptuosa, blandaque prouocantem deserunt cuncti, aut patremfamiliàs tanto nisu sectantur imperatorum difficillima? Equidem Toparcha ille, qui filij nuptiis geniale epulum præparauit, quod seruis iusserat, ipse nulla ex parte exercuit: illorum fuit tota cura, siue proximè morantes ad Hymenæi gaudia conuocare; seu longè dissitos, pérque viarum biuia dispersos ad regiam cogere: è diuerso autem vineæ possessor famulorum quieti prospiciens, exiit ipse *primo mane conducere operarios in vineam suam*; Ergo tanta vis est Prælati exemplo eadem facientis, quæ aut subditi præstant, aut facere debuissent, vt, quamquam mortales intelligant, se ad dura, atque insuauia allici, adeóque ad vineæ culturam sub calentissimo sydere; ocyùs tamen pergant, & fori gaudia spernant; iidem verò, vbi sciant dominum seruorum exercitamenta contemnere, renuant obtemperare licèt spondeat quæ mortalibus iucundissima sunt, conuiuia & hilares noctes; leuet Præsul simul, quæ subditis ardua mandat, nec iugo ceruicem subtrahat; nihil iussuris sit tam graue, quod non lubentes & aggrediantur, & perficiant.

Prælati exemplo præeunte quæ antiqua mouentur subditi.

Hinc illa Centurionis ad Christum oratio sapiens Matth. 8. cap. vers. 9. *Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic; Vade, & vadit; & alij, Veni, & venit; & seruo meo; Fac hoc, & facit*, Sed inuersus modus loquendi ille videatur; oportebat enim dicere; Nam & ego homo sum potestatem habens, atque ideò his, illisque agenda præscribo; Sin autem & ipse quoque sub alterius virga sit, quamobrem imperia in alios exercet? aut certè, vt habeat, qui obediant quoque tamen istud significaturus non debuit præmittere, *Nam & ego homo sum sub potestate constitutus*; ex hoc enim nullo pacto legitimè sequatur, posse eum iubere his, aut illis, imò verba oppositum denotant: Sed peritè Centurio tamen; nam habebat militiam promptissimam, & ad eius nutus celerem; stuporem autem generare possit tam exacta obedientia, in viris præsertim castrensibus, qui ferociores sunt, & difficiles iugum subire, colla inflectere; At non esse demirandum istud monet Dux centenarius; Nam & ego, inquit, etiam sub Chiliarchi & Imperatoris potestate sum; atque sæpè hæc, illáque mandat, nec mora vlla in exequendo, statim vt vocat respondeo, Ecce adsum, mitte me: Quoniam igitur, quæ sub me est turma, intuetur quotidie à Duce suo eadem fieri, ea expeditè perficit, quæ ipsis Dux præscribit; cùm vident caput sub iisdem laborare, quæ membra tolerant, ad prima vocis oracula obtemperant veloces, Superioris consimili obedientia eos stimulante ad implexa quæque vincenda: Iam verò ad Christum, cui persuadere volebat, relatus sermo; Quòd si ego quidem nondum alienis imperiis absolutus, qui tam longè absum à supremi moderatoris excellentibus officiis; neque enim vel legionarius esse adhuc merui, quantò minùs castrorum Promachus? tamen in qualicunque potestate constitutus eos habeo ministros, qui obsequantur cum omni diligentia; tu, qui Rex Regum & Dominus dominantium, cuius voluntati non est qui possit resistere; cùm sic te demiseris, vt Iosephi, & MARIÆ legibus pareas incunctanter, eadémque opereris, quæ illi tui spiritus administratorij; talis, atque tam benignus Dominus cùm sis, seruorum paria officia amplectens, an non habiturus sis famulos, qui statim atque emiseris vnicum verbum, instar fulguris continuò proficiscantur, & iussa adimpleant; His igitur manda, vt puero sanitatem restituant, quoniam non sum dignus, vt ipse intres sub tectum meum; Anselmus: *Quia, si mihi subiecti obediunt mihi, tunc omnia tibi subiecta tibi obedient; & hoc est: Nam & ego sum purus homo, tu Deus; ego sub potestate Domini, tu Deus omnium; habens sub me milites; tu Angelos, vel omnia.* Anselm.

142. Matth. 8.

Centurio exacta obedientia exemplar subditis sibi militibus.

Orante ad Patrem Seruatore, postulantéque, vti ab eo transiret calix, inuisit subinde discipulos, quos secum tulerat, à quibúsque auulsus est, quantùm iactus lapidis; & cùm sopore obrutos inuenisset, increpatoria voce inquit: *Sic? non potuistis vna hora vigilare mecum?* Matth. cap. 26. vers. 40. O Domine, vide, quoniam præ mœrore dormiunt; amor autem tuus tristitiæ occasio, vt quid 143. Matth. 26.

Superior insit redarguit subditos ab eo recedentes onere, quod ille portat.

quid miseros vexas, & vulneribus vulnera addis? Certè discipulus tuus, ille, quem diligebas, testatur, quoniam cùm perpetuum amauisses eos, in finem tamen singulariter dilexisti; nunc finis est, & vitæ occasus: ostende specialis amoris notas, & dissimula culpas: intuere, quoniam & putabunt, quòd præ vehementia angustiarum sudorem elicientium cruoriferum, insuauior factus sis: æstimo, si aliud noxæ genus fuisset, tacuisset fortasse Magister; sed vinci eo temporis articulo, & succubuisse propter tristitiam somno, ferre non valuit; nempe, sanè, abundantiori cùm mœrore premeretur ipse, atque adeò sanguinis guttæ stillarent è sacra cute; tamen non dedit somnum palpebris suis, neque requiem temporibus suis: hoc faciebat ille Dominus, & Præses, & subditorum ob gratiam agebat; Honestúmne, vt vigilante hero famuli strato incumbant? Hoc igitur ne in mortis limine celare velit Christus; nam, quemadmodum æquum est, Ducem, atque Imperatorem primum esse in laboribus, & anteire militibus, sic intolerandum est, Antesignano dolente, subditos otio atque quiete torpere; Concinne Maldonatus noster: *Incredibi-*
Maldon. *lem hæc dictio vim habet ad pungendos animos discipulorum; quasi dicat, Me non solùm vigilante, sed etiam orante, sudante, pugnante cum morte, vos, qui me dormiente pugnare debebatis, ne vigilare quidem momento temporis potuistis?* Sed Marcus
Marcus. obseruat, ad Petrum singulariter directam Christi increpationem; *Simon dormis: non potuisti vna*
Humana pollicitationum infirma constantia *hora vigilare?* At, quare aduersus hunc præcipuè obiurgatio? Num vt insinuet, quàm labilis sit humanæ pollicitationis fides: Promiserat anteà Thrasonianè, quanquam vniuersi scandalum paterentur, tamen se non passurum; & qui tam magnifica spopondit, ne vna, hora vigilare cum Præceptore audet; Vt igitur rubore suffunderet, nominauit speciatim inter tres; Euthymius, *Pu-*
Euthym. *dore namque affecit eum; atque etiam alij dormiebant, sed hunc vehementius obiurgauit tanquam magis temerarium, dicens; Mecum mori promisisti, & non potuisti vna hora vigilare mecum?* Arbitror tamen considerasse Christum, subditos Prælatorum exemplis, siue ad bonum, siue ad prauum flecti indifficulter; si impigrum videant, fortem, voluptatis osorem, excitantur ad strenua: si intueantur eneruem, deliciis fractum, indulgent sibi, & ipsi quoque; Petrus autem Aposto-
Prælatus pro subditorum culpa luit. lorum vertex à Christo constitutus fuerat; hunc cùm lassari, & soporem diligere subditi contemplati fuissent, Pastoris vestigia sequuti sunt: quasi igitur totius socordiæ causam omnem Simonem perstringit Seruator: neque enim obstupescit eo quiescente, qui caput sit aliorum, cæteros quoque dormire.

Verùm, vti Superiori iustissima est querela,
144. cùm eo se ad laboriosa, aut viliora inclinante ministeria, detrectant subditi, quod vel onerosum, vel abiectum est; sic & persuasum habeat, nisi ad eadem se demittat, quæ inferioribus præcipit, nisi in iisdem exerceatur, nequaquam, qualem optet, aut rempublicam, aut domum, faciem habituram; Nunciauit sterili genitrici pariendum Samsonem Angelus, & è vestigio mandat; *Caue, ne vinum bibas, ne siceram, ne aliquo vescaris immundo.* Iudic. cap 13. vers. 7. Quorsum hæc docu-
Iudic. 13. menta? An de Hippocratis schola? Videlicet, puerperiis nocent & vinum, & sicera, & quicquid est immundum? Sed, quæ his assuescunt matres, feliciter pariunt. Quid igitur? *Erit enim puer* (inquit) *Nazaræus Dei ab infantia sua, ex vtero matris suæ vsque ad diem mortis suæ:* At verò Nazaræorum lex erat, ne de relatis quidquam probarent; Verùm, nónne id Samson obseruare *Qualis Superior, tales euadunt subditi.* potuisset, quanquam mater non obseruasset? Difficile quidem; sic enim comparatum est, vt qualis Superior, tales euadant, qui subiciuntur; parentem nati imitantur, discipuli magistrum; Ne igitur, si vinolenta genitrix, & nasciturus puer Bacchum amet, matrem Angelus festinè admonet; Noster Serarius luculenter q. 28. in cap. 13. Iudi- Serar.
cum, n. 6. *Vt sanctum, ac Nazaræum educeret Samsonis mater, eum vtero dum gestans, sancta, ac Nazaræa esse, Angelo monente, debuit: & nos, si sanctos in Christo per conciones, prælectiones, scriptiones (addo ego & per prælationem) generare volumus: si ad Nazaræatum, ebrietatis fugam, victus temperantiam, veramque perfectionem adducere; ipsi sanè sancti, ac Nazaræi, sobrij, ac temperantes, perfecti, aut perfectionis amantes, ac studiosi oportet simus;* Sed obiicio istis: nam, quoruncunque Superiorum, seu bona, seu deprauata exempla, tum demum aut iuuare subditos, aut iis nocere valeant, cùm subiectorum luminibus, & visui occurrunt; quæ verò abscondantur, neque nocumentum, neque vtilitatem afferunt; at mater Samsonis ad Nazaræorum cæremonias obstringebatur solùm vsque ad partus articulum, vt sacrum innuere Textum coniectatur Abulensis q. 10. in Abul.
nominatū ex Iudicibus caput, tum verò Samson ad matris exempla attendere non potuit: non igitur obfuisset infanti, quanquam genitrix, aut de vino, aut de sicera probasset; nihilominùs sapiens tamen Angeli animaduersio; est enim latens quidam atque subtilis influxus à Superioribus ad subiectos descendens, cuius tanta vis est in vtrumque, siue prauum, seu decorum, vt etiam tum, cùm ne sentiendo idonei videantur esse subditi, aut proficiat, aut detrimenta afferat; quanquam igitur ad matrem ventre abstrusus Samson attendere non valeat; tamen vt genitricis exemplo lædi posset, veretur Angelus, & interdicit Nazaræatui contraria.

De Spiritu sancto conceptum fuisse Dei Fi- 145.
lium, notum est: cur non ex viro, cur non ex humano parente? Num propter edendæ prolis reuerentiam? Absque dubio quidem, & hæc potissima causa: sed animaduerte, quid nobis insuper subministrauerit Tertulliani ingenium; Equidem aduentus Filij Dei in hunc mundum occasio, vt renouaret Plastem suum à peccato deformatum, & restitueret antiquam numismati Creatoris imaginem; Sed Ioannes enarrat, quo more cap. 1. vers. 13. *Quotquot autem receperunt eum,* Ioan 1.
dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt; Sed, quis hic nouus gignendi ordo, vbi non solùm viri cooperatio excluditur; sed neque de viro, aut desiderium, aut voluntas permittitur? *Neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt?* Planè similis hæc forma nascentiæ Filij Dei; nam & ibi Deus, Spiritus videlicet sanctus superueniens & obumbrans, spiritaliter, & sanctè, incorruptè perfecit, quod vir carnaliter facturus erat; sed neque, aut cogitatio, aut voluntas aliqua de viro in partura Deipara; Scitè Chrysostomus Chrysost.
homil 49. in Genesim; *Et quomodo fiet istud, inquit, quoniam virum non cognosco? Sanè propter hoc*

fies, quoniam virum non cognoscis; nam si cognosceres virum, non fuisses habita digna, vt huic ministerio seruires: Ergone nouum Incarnationis mysterium operaturus in terris in his, qui non ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt, Dei filius aduenit? Sanè quoad eius fieri posset conatus, vt quàm proximè ad suam conceptionem, natiuitatémque iustorum natiuitas accederet: quippe dedit eum Pater in Magistrum & Pædagogum mortalibus; quos etiam regeret, quibus leges, & normam disciplinæ daret; Igitur Dux, præceptor, rector futurus debuit subditis assimilari, & esse quasi vnus ex illis: quomodo verò vnus atque par reliquis, si alia Magistri, alia discipulorum natiuitas? Ergo & ille, qui Præsul, non ex voluntate viri, sed ex Deo nascatur; & isti, qui subditi suo quoque modo ex Deo, non ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri nascantur; sic assimilabuntur & Dominus & seruus, erítque felix subditorum moderatio sub Præsule, quem paribus insigniti notis intueantur, & famulis quemadmodum onerosa distribuere, sic etiam & eorum, quæ gloriosa sunt, ex Deo nimirum oriri, non ex voluotare viri, partem concedere: *Nouè nasci debebat*, ait Tertullianus libro de Carne Christi, cap. 17. *noua natiuitatis dedicator, de qua signum daturus Dominus ab Isaia prædicabatur: Quod ergo istud signum? Ecce Virgo concipiet in vtero, & pariet Filium: Hæc est natiuitas noua, dum homo nascitur in Deo.*

Præsul & subditi non ex voluntate viri sed ex Deo nascantur.

Tertull.

146. Vulgata Scholarum sententia rerum effectorem Deum affirmat sub exordio fabricæ cuncta perfecta & ætate, & mensurâ, condidisse; itaque & homo continuò virilium annorum fortitus incrementa, iustámque corporis magnitudinem, & animantia robusta apparuêre, & segetes maturæ, & arbusta cum fructibus: Vt quid tam prodiga liberalitas? Honoraret vtique hominem, cui manus ipse admouit, sigillum suum, tanta prærogatiua, fecisset quoque, vt arbores aliquæ paucæ subministrarent escas; satis istud, neque opus vagari munificentiam per vniuersa; At nosce hominem Principem designatum & terrestrium, & aquatilium, & volatilis generis; *Faciamus* (ait) *hominem ad imaginem & similitudinem nostram, vt præsit piscibus maris, & volatilibus cæli & bestijs, vniuersæque terræ:* Genes. c. 1, vers. 16. Igitur potestatem habiturus talis esse debuit Monarcha: quales subditi; vna, eadémque amborum sors: sic enim postulat Monarchæ disciplina; Verùm sanè hominem in perfecta creari ætate, decens omninò erat, vt qui Paradisum & regeret, & custodiret; sed creato homine cum iusta proceritate, Principem subditi imitaturi fuerant; Creantur igitur ad eundem morem reliqua omnia, quò & Prælati, & inferiorum eadem sit conditio, talem oportuit esse Paradisi Rempublicam, in qua vna esset facies & Antistitum & seruorum: nam quale monstrum Gubernator benè curatus & pinguis: subditus exanguis & vix ossibus hærens? eius ad luxum & gloriam vestes; huius, quæ ne frigora arcere valeant? Absit à Paradiso tam deforme spectaculum! Adam floribus corpulentus, procerus: animantia cætera infantilia, pusilla, inertia: Iunilius, Africanus Episcopus, si eius tamen Opus, quod extat in Genesim, ad illud: *Germinet terra herbam virentem*, &c. *Simúlque notandum, quòd non prima herbarum, arborúmque germina de semine, sed prodière de terra: nam ad vnam Conditoris iussionem terra, quæ arida apparebat, repentè herbis compta, & nemoribus est vestita florentibus: atque hæc continuò sui quæque generis poma ex se, ac semina produxêre: oportebat enim, vt forma quæque rerum ad Domini imperium primò perfecta procederet, quomodo & homo in se, propter quem omnia facta sunt, in terra perfecta, hoc est, iuuenilis ætatis plasmatus esse credendus est.*

Genes. s.

Qualis fuerit Paradisi terrestris Respubl.

Iunil.

147. Mirum illud Origenis effatum hom. 2. in diuersos: *Audi* (inquit) *diuinum, & ineffabile paradoxũ, irreserabile secretum, inuisibile profundum: per non factum, sed genitum, omnia facta, sed non genita:* Verùm, quid in hoc stuporis, imò si per aliũ quàm per ingenitum & Patris Verbum creaturæ vniuersæ fierent, hoc omnibus modis suspiciendum: nam, quis potens Angelos, quis animam rationalem condere, nisi solus Deus, quando ne diuinitùs posse fieri, vt instrumentum aliquod actionis creatiuæ reperiatur, præclarissimorum Theologorum iudicium existat? Origenem subinnuere velle puto, debere inter principium & effectum similitudinem elucere: nam causa superior est, & Antistitis vices repræsentat: effectus subditorum typum gerit: debet verò Superior quam impressurus sit formam subdito, eandem in se retinere: alioquin, si cùm licentiosus sit Præsul, disciplinatum esse cupiat subditum, incassum laboraturus sit: Iam igitur Dei natus quatenus à Patre emanat, non est factus, sed genitus: nam, quod factum est, causam sui agnoscit: repugnat verò Filio diuino esse à Patre velut à causa, quando eiusdem cum Patre naturæ, atque essentiæ: cùm igitur Filius in se non habeat hoc, quod est factũ esse, & alioqui creaturarum Dominus atque Monarcha sit, stupescit Origenes, vt potuerit creaturis, videlicet, famulis eius, atque subditis, eam imprimere formam, quæ in ipso non splenderet: & quanquam Verbi, cuius est infinita potestas, cuiúsque ars incredibiliter excellit, tam insigne opus, miratur tamen plurimùm Origenes, & appellat *ineffabile paradoxum, irreserabile secretum, inuisibile profundum:* Ergo nostri Hymenæi sponsus, cùm sciret optimi Rectoris partes, esse inter subditos quasi vnum de ipsis, deponebat interdum imperatorium fastum, & relicta vrbis pompa, in villam pergebat: ibi suis manibus serere, ibi demetere, ibi ad columbarium, ad ouium caulas, & pastorum mapalia proficisci, neque aliquid contemnere, quæ honesti villici agere consueuissent.

Origen.

Quã subditis imprimere velit formã, in se habeat Prælatus.

Sectio XV.

Humilitatem non dedecêre Optimates; quin notam esse principatus, & dominationis.

148. Diximus nuperrimè, Principem, de quo Salomonis carmen, ad vilia atque proletaria descendere solitum, neque ea respuisse, in quibus agrestes, & exiguæ exercentur animæ: sed Toparcham dedecent isthæc: & vel diuitiis nimiùm hiantem, vt qui earum gratia ad seruilia inclinet, subinnuunt: vel plebeia ortum linea, ac proinde amet indigna, affectu à sanguine deriuato: Verùm ego ob hanc præcipuè causam regio prognatum stemmate assererem, certè dignum imperio, quanquam priuatus extitisset homo, præclare quippe mihi dixisse visus Cassiodorus lib. 5. epist. 44.

Sponsus vt nobiliorem se ostendat quò ad vilioria opera se demittit.

Cassiod.

epist. 44 *Sic est in Principibus humilitas gloriosa, quemadmodum in mediocribus odiosa potest esse iactantia.* Sed probemus arcani sermonis oraculis, atque initium ducamus à Triade sacrosancta; Tertullianus libro de resurrectione carnis, cap. 6 *Recogita totum illi Deum occupatum, ac deditum, manu, sensu, opere, consilio, sapientia, prouidentia & ipsa in primis affectione, quæ lineamenta ducebat:* Vbi in primis aduerto, cùm asserat totum Deum *illis occupatum & dedicatum*, nempe, in formando homine, communi Patrum iudicio existimare, tres diuinas personas singulariter adfuisse creando Adæ, quod ex illis verbis pluralis soni Genes. 1. vers. 16. *Faciamus hominem ad imaginem*, &c. deriuant; Secundò adnoto, cùm dicit, *lineamenta* significare eum, qui tunc producebatur, hominem, fuisse vmbram, atque typum nascituri aliquando ex Virgine Filij Dei; Quamobrem subdit Tertullianus. *Quodcunque enim limo exprimebatur Christus cogitabatur homo futurus quod & limus, & caro; ita limus ille iam tum imaginem induens Christi futuri in carne, non tantum Dei opus erat, sed & pignus:* Atque hæc quidem tam multa in typi & figuræ plastice; quid verò, quando qui exprimebatur imagine Christus, procreatus est? *Spiritus sanctus*, inquit Gabriel puellæ iotactæ, *superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi; ideóque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.* Luc. cap. 1 vers. 35. Nihilne de Patre? nihil de Verbo? Siccine ad lineamenta ducenda tota Trinitas apertè progressa, & cùm quòd perfectum est creatur, solum Flamen memoratur? Nunc arte potiori iure opus, cùm quod excellentissimum est, producendum sit; lineamenta medioeris opifex scripserit, rudem namque laborem? Equidem homines ita arbitrantur, nobilitatis insigne esse quodcunque gloriosum & pompaticum est, cùm hæc à mortalibus auidissima cupiditate ambiri cernant; Vt igitur Trinitas doceat, Principatus veram contentionem de humilibus esse debere, humilitatem esse dominationis & maiestatis pignus & arrham; idcircò velut subducit se, atque colligit, cùm quod speciosum & magnificum est, operandum sit, in Filij Dei nempe conceptione; atque agenda vni committit personæ: cùm verò, quod abiectum, & inhonorum est, faciendum sit; nimirum, lutum contrectare, & lineamenta solùm ducere, ibi se manifestat, ibi partem operarum sibi omninò vendicat; Neque illud otiosè prætereundum est, quanto studio formando homini adstiterit Trinitas, *manu*, ait, *sensu, opere, consilio, sapientia, prouidentia, & ipsa in primis affectione*; Vah! vt nihil reliquerit, quod ad hominis creationem iuuare possit, tam amans, quod humile est operis, tam eius æstimatrix.

Tertull. — Luc. 1. — *Quanto studio formando homini tota Trinitas adfuerit.*

149. Monuimus aliàs limum illum terræ, de quo formatus homo perhibetur Genes. cap. 2. vers. 7. fuisse puluerem non qualencunque, sed eum, qui *tenuissimus & vilissimus sit*; quæ sunt verba Chrysostomi hom duodecima in Genesim: Itaque, cùm & non pauca de terræ gleba produxerit Creator, affectasse visus vt lutum, quod Adæ plasmando subseruiret, minoris pretij fuisset: Vt quid istud? Num, vt potentiæ atque artis magnitudinem commendaret, quæ sciret ex tam vili adiumento tam pulchra erigere? Sic Chrysostomus: Et considera, vt cùm iussa sit terra germinare herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum, Genes. cap. 1. vers. 11. ibi non legitur adfuisse Trinitas; nimirum, quia non erat de vilibus, & abiectioribus puluis ille; nunc verò, cùm, quod inhonorum est, telluris coacetuatur ad hominis fabricam, sollicita, idque supra modum adest; *manu*, nimirum, *sensu, opere, consilio, sapientia, prouidentia, & ipsa in primis amore, atque affectione*; vt cuius essent deliciæ, structio illa. Audi Bernardi monitum de Verbi ad homines descensu, *Christus enim* (ait ille serm 2. de Ascensione) *cùm per naturam Diuinitatis non haberet, quò cresceret, vel ascenderet, quia vltra Deum nihil est; per descensum quomodo cresceret, inuenit, veniens incarnari, pati, mori*; Ergo certè humilitate dominatus crescit, Monarchia extenditur, ipsa etiam Diuinitas se quodammodo maior fit atque potentior; adeò humilitas maiestati non obest, vt magis augeat, atque dilatet: Trinitas igitur, cùm per Diuinitatis naturam non haberet, quo cresceret; per humilitatem vt amplificaretur quodammodo inuenit: ideò igitur ad hominem formandum vigil descendit, vt quoniam puluis, de quo hic construebatur, omnium abiectissimus esset, quod vilissimum erat exercendo, humilitate principatum distenderet; Sed neque illud aspernandum: Creandus erat homo, non vtcunque, verùm in Principem & rationalium eiusdem naturæ, & animantium cæterorum, est verò principatus nota humilitas, quòque maior, ampliórque est humilitatis & affectio, & exercitatio, eò augustior est dominatio; quò igitur constaret. hominem eum esse, qui inter creaturas, quæ sub cœlo sunt, supremam obtineret dignitatem; hunc Creator plùs humiliauit, vilissimam terræ portionem sumens, vnde consurgeret homo; Itaque non inde despiciendus homo, vel à planta, vel ab arbore, vel ab irrationali, quoniam ex viliori figula compactus sit; sed magis propterea tanquam Ducem, & Monarcham reuerebuntur submissi; alioqoin ægrè laturi, vt principatu fungeretur, his si careret insignibus, quæ magis Principem faciunt, quàm aut purpura, aut virga imperij, aut diadema capitis.

Genes. 2. — Chrysost. — *Deum per humilitatem quodammodo maior.* Bernard.

Ibat ad mortem gaudens Filius Dei, ibat ad feralis ligni supplicium, atque ad Genitorem conuersus, Ioan. cap. 17. vers. 1. *Pater*, inquit, *venit hora, clarifica Filium tuum, vt Filius tuus clarificet te:* Quæ in verba Ioannes Chrysostomus hom. 5. de Patientia Iob, ad finem; *Si enim Dominus meus miseros, & ærumnosos amans, gloriosam rem vocat, etiam id patrio throno magis adiicit gloria; multè ipse magis hæc gloriam existimare debeo* Quo in sermone expendo: *etiam id patrio throno magis adiicit gloria*; Quibus verbis innuere Chrysostomus videatur, dum Christus superiùs apud Ioannem pollicitus sit, se Patrem clarificaturum, se innuisse amplificandos in posterum ex filij industria paterni throni splendores: At, quomodo Patris gloria incrementum admittere valeat? Ibi felix illa, & immensa plenitudo, quæ exsuperat omnem sensum; cui, sicut nihil deest ad cumulum, ita nihil adiici valeat; denique ibi est Diuinitas inexhausta atque infinita, quid adiecturus sit Filius tantis diuitiis, quanquam maximè cupiat? Certè vrgebat tempus, quo Filius Virginis. quod humilitatis difficillimum est, fortiter aggressurus erat, nimirum, mortem ligno passurus inter homicidales latrunculos, ille, qui fabricator cœlorum, ille, qui Dæmonum formi- 150.

Ioan. 17. — Chrysost. — *Humilitati Christi quasi exigua quodammodo ipsa Diuinitatis gloria.*

du,

do ille, qui in splendoribus Sanctorum ex vtero ante Luciferum genitus; Tam immania igitur humilitatis documenta præbiturus, amplificari dominatus spatia quasi postulat, tanquam si exiguum etiam Diuinitatis regnum tantæ humiliationi; *Pater*, inquit, *clarifica me*; ego quoque te glorificabo: Insteinus vterque operi, angustus est thronus honoris, adiciamus illi, Vides humiliandum vsque ad mortem, mortem autem Crucis? humilitati debetur principatus; Scio apud te infinitum, diuinúmque esse regnum, sed vereor, vt tam grandi etiam imperio tam magna, tam inaudita humilitas contenta sit; Hoc igitur innuit, quòd filius, vt inquiebat Chrysostomus, *patrio throno magis adiicit gloria.*

Qui sic humiliatur, benè loquutus apud Ioan-
151. Apoc. 1. nem Apoc. cap. 1 vers. 8. *Ego sum Alpha, & Omega, principium, & finis*; Equidem finis, & vltimus sanè; nam & despectum, & nouissimum virorum declarat Isaïas cap. 53. vers. 3. Sed, quomodo si tam despectus, audet primos accubitus tenere, & Alpha se nominare? nam sanè, si primus & Ductor reliquorum, quonam more sub omnibus, atque postremis inhærens? Equidem præclarè vtrunque ab Euangelista coniunctum: nam certè humilitati principatum iure quodam debitum firmauimus hactenus, & quò profundior est humilitatis, eò imperij gloria altior, atque sublimior, Igitur inter abiectos humillimo debetur, quod in regnis præcellentissimum est; Bellè itaque, si Christus *Omega* sit, id est, in ordine litterarum vltimus, vt idem & *Alpha* nominetur, qui principem occupet sedem, eóque more humillimus sublimissimus pariter euadat: Tertullianus libro de Monogamia, cap. 5. *Sic & duas litteras Græciæ, summam, & vltimam, sibi induit Dominus, initij, & finis concurrentium in se figuras; vti, quemadmodum Alpha ad Omega vsque voluitur, & rursus Omega ad Alpha replicatur; ita, vt ostenderet in se esse initij decursum ad finem, & finis recursum ad initium; & ideo in Christo omnia reuocantur ad initium.* O beata humilitas, quæ dum principatum fugis, attrahis potenter; atque tum propiùs accedis, cùm longiùs abire videare! O nouissimum & primum Christum IESVM! Quis tam distantia maritare potens, nisi sedula atque perita artifex humilitas? Humiliauit se factus obediens vsque ad patibulum; sed propter hoc, exaltatum est nomen eius super omne nomen; Verè Alpha & Omega, principium & finis.

Isai. 53. Humiles, quò plus se deprimunt, magis exaltantur.

Tertull.

Verùm, si tam humilis Christus, quamobrem
152. Math. 4. Satanæ hortanti, vt de templi fastigio delaberetur, Matth. cap. 4. vers. 6. non est obsequutus? est enim descensui amica humilitas, quæ sublimia studiosè auersatur; Puto, exiguæ humilitatis specimen arbitratus est, tantùm de templi vertice in terras descendere: proinde quasi principatu suo non satis dignam notam respuit: Sanè Christi dominatui non qualiscunque descensus conuenit, sed qui spectabilis, egregius, stuporem generans: sic à summo cœlo in terras pelle & carnibus circundandus descendit: sic & à sepulcro in Limbum abiturus, itáque, neque superbiæ, neque tumoris est, quòd non descendat; sed vt Satanam doceat, mediocri humilitate nequaquam contentum, vt quæ non satis manifestet, quanta eius dominatus & potestatis amplitudo sit: Chrysologus serm. 13. *Non tentabis Dominum Deum tuum. Sic vtique Dominum, se vtique Deum intelligi voluit, hoc dicendo: quia non de pinna templi tantum se dedit ad terram, sed è cælis se ad Inferos vsque iactauit, vt non cadentium forma, sed esset resurrectio mortuorum.* Benè, *Se vtique Deum intelligi*: Deo igitur dignum descensum optabat, qualis ad Inferos delapsus, non qualis è templi apicibus: renuit igitur quasi non Deo idoneum ob pusillitatem, quem Diabolus suadebat, descensum.

Christo nō est digna nisi magna humilitas.

Chrysol.

Sed pingit Isaias venturum Messiam singula- 153.
Isaiæ 9. ri more cap. 9. vers. 6. *Paruulus*, inquit, *natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerum eius, & vocabitur nomen eius, Admirabilis, Consiliarius*, &c. Quod verò principatus signum istud humeros decoraturum? Augustinus serm. 71. de Tempore: *Tunc enim Christus principatum super humeros eius habuit, quando Crucem suam admirabili humilitate portauit*; Eáque est Patrum vulgata opinio; Verùm demiratur plurimùm, atque meritò sanè Tertullianus aduersùs Iudæos scribens; *Quis omninò Regum insigne potestatis suæ humero præfert, & non aut capite diadema, aut in manu sceptrum, aut aliquam propria vestis notam? Sed solus nouus Rex sæculorum Christus* IESVS *noua gloriæ & potestatem, & sublimitatem suam in humeros extulit, Crucem, scilicet, vt secundùm superiorem prophetiam, exinde Dominus regnaret à ligno*; Aduerte, ante Christi aduentum sub multa ignorantia latuisse mundum, nam paupertas in opprobrio erat; sterilitas, vitium; iniuriarum patientia, ignauæ mentis socordia dicebatur: honorum despectus, insipientia: venit hæc vniuersa correcturus Seruator; Sed inter errores & eum reperit apud vulgus mortalium, vt Regem tantùm nominarent, quem, aut corona, aut trabea ornatum conspicerent; Quemadmodum igitur de præfatis, quam biberant opinionem, vt dediscerent, fecit, & nossent deinde pauperes, spadones propter regnum cœlorum, opum contemptores omnibus encomiis dignos esse; ita nossent vera principatus insignia, humilitatem esse, & quò quisque se magis demitteret, eò plùs dominaturum: debere idcircò, quæ principatum significarent, non esse de pomposis & de turgentibus, sed potiùs de abiectis: quando autem ex vilibus & contemptis aliquod desumendum signum fuisset, Cruce nihil magè idoneum, vt quòd mortales summè despicerent; igitur præclarè ad principatus significationem patibulari ligno humeros onerauit Rex nouæ disciplinæ, ac de eo ab Isaïa cantatum: *Et factus est principatus super humerum*, non in capite, aut veste, vti alij Toparchæ.

August. *Crux, vnica principatus nota.*

Tertull.

Ac certè idemmet nouus Rex transiturus ab hoc
mundo ad Patrem, *surgit à cœna, & ponit vesti-* 154.
menta sua: & cùm accepisset linteum, præcinxit se, deinde mittit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus. Ioan. cap. 13. vers. 4. Sanè Apostolorum seruus Magister factus est, dum conuiuium pinguium medullatorum celebrat; nam mancipiorum est præcingere se, & à deambulando contractas sordes diluere: Præstabit fidem Alexandrinus Dionysius epistola contra Paulum Samosatenum: *Dominus, & Deus Apostolorum cùm accepisset formam serui, cœna mystica facta surgit à cœna Deus Apostolorum* IESVS, *& ponit vestimenta sua, & cùm accepisset linteum, præcinxit se: hæc est forma serui*: Quæ huius tam abiectæ, & despicandæ formæ ratio? An gratia Sacramenti? Sed in instituendis aliis Sacramentis nunquam

Ioan. 13. *Eucharistia inter Sacramenta sola principatum habens.*

Dion. Alex. *Seruorū est, præcinge.*

talis

talis visus Seruator: Equidem inter Ecclesiæ septem pignora, Eucharistia potissimum obtinet locum; Sacramentorum Rex est, quemadmodum Phœbus septem inter Planetas: quoniam verò Dominatus & Monarchiæ indicium humilitas est, tum filius Dei se maximè demittit, cùm Princeps Sacramentum constituit, vt ex ipso instituentis habitu diuerso quàm in aliorum institutione Sacramentorum, qui totus spiraret humilitatem, colligerent facilè Discipuli, quantùm præcelleret aliis Sacramentis, illud in quo instituendo Seruator tantùm se exinaniret; Igitur, quòd in Eucharistia fundanda humilis apparet Dei gnatus, Principatus indicandi causa accidit.

155. Iam à Christo ad MARIAM: ille serui formam induit, hæc ancillæ: venit ab empyreis Archangelus, & nunciauit in Dei matrem electam; exemplis Elizabethæ firmauit: qualem paritura gnatum viuis coloribus depinxit: & post stupores Virgo: *Ecce ancilla Domini*, inquit: *fiat mihi secundum verbum tuum*: Sed, quid Deo refert MARIA his verbis pro omnibus, quæ retribuit illi? Nónne ratione creationis ancilla Domini facta, vt sileam alios multos titulos? Nunc igitur, quorsum idem ingerit, velut magnum aliquid & speciale offerat? Sanè ancillæ vocabulo vsa est humilitatis causa, videlicet, ne inter tam fortunata obreperet gloriæ vana, leuisque aura: aut potiùs, rear, pro nostri instituti scopo: audierat nominari se à Legato MARIAM, hoc est, Dominam, regnatricem, imperia habentem; id enim vox denotat: igitur vt compellari se Dominam audiit, accurrit ad dominatus insignia: his enim fulgere oportebat: nouerat autem Monarchiæ indicem, humilitatem esse, humilitatis pignus seruilia ministeria: Quò itaque Domina videatur, humilitatem appetit: quò humilis, ancillam se nuncupat. Chrysologus serm. 142. *Quæ vocatur ab Angelo, ipsa se cognoscit & confitetur ancillam: quia deuotus animus infulis beneficiorum crescit ad obsequium, augetur ad gratiam, non ad arrogantiam prosilit, non ad superbiam pertumescit.* Monuerat initio concionis, quo pacto Domina nuncupata sit ab Angelo: *Nam* MARIA, inquit, *Hebræo sermone, Latinè Domina nuncupatur, vocat ergo Angelus Dominam.*

Luc. 1. 38.

MARIA idem quòd Domina.

Chrysol.

156. *Mihi autem absit gloriari* (inquit Paulus ad Galat. c. 6. vers. 14.) *nisi in Cruce Domini nostri* IESV *Christi*? Quem locũ Augustinus explanans serm. 20. de verbis Apost. *Poterat*, inquit, *Apostolus gloriari in sapientia Christi: & verum diceret: poterat in maiestate, poterat in potestate, & verum diceret: sed dixit, in Cruce, vbi mundi Philosophus erubuit, ibi Apostolus thesaurum reperit, vt qui gloriatur, in Domino glorietur; Quo Domino? Christo crucifixo, vbi humilitas, ibi maiestas: vbi infirmitas, ibi potestas*: Sed, quare Paulus relictis cæteris attributis, in eo, quod infirmum, & humile est, solùm velit gloriari? nunquid vt Magistrum Christum ad viuum imitetur? Christus autem præ choro gratiarum, humilitatem singulariter dilexit, proinde hortabatur asserens: *Discite à me; quia mitis sum, & humilis corde*, nempe, vt speciatim humilitati addicerentur: Sanè alibi idem discipulus, nimirum, ad Corinthios posteriori epist. cap. 12. vers. 9. *Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi.* Vocat autem virtutem Christi antonomasticè humilitatem, quam à se adeptam iri desiderat, quoniam amator verus IESV eidem per omnia assimilari optabat: Bernardus in fine tractatus de gradibus humilitatis, expendens illa Paulina: *Nam virtus in infirmitate perficitur: Quæ virtus?* (ait) *Ipse Apostolus respondeat: Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi: Sed nondum forsitan intelligis, de qua specialiter dixerit: quia Christus omnes virtutes habuit, sed cùm omnes habuerit, præ omnibus tamen vnam, id est, humilitatem in se nobis commendauit, cùm ait: Discite à me: quia mitis sum, & humilis corde.* Non malè istud, sed longiùs à nostro proposito: Pro themate nostro aducto, Paulum, ex quo in Apostolorum numerum transiit, Principem Ecclesiarum constitutum, iuxta quod vaticinans prædixerit Dauid Psalm. 44. vers. 17. *Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos Principes super omnem terram*: Quando igitur Paulus in Principem delectus sit, humilitatem præcipuè insectatus est, vtpote imperij notam: Ac sanè, quorum vita priuata est, glorientur, siue in virginitate, siue in diuitiarum contemptu, seu in fortitudine: aut timore sancto, aliisve Dei donis; Paulus, quoniam Princeps constitutus est, non nisi in Cruce Domini gloriaturus, quoniam per hanc humilitas, per humilitatem verò principatus & regnum, & propterea splendidè Augustinus in superioribus; *Vbi humilitas*, inquit, *ibi maiestas: vbi infirmitas, ibi potestas.*

Galat. 6.

August.

2. Cor. 12.

Humilitas specialiter, & virtus Christi dicta.

Bernard.

Perfectus amator in omnibus dilecto assimilari conatur.

Psalm. 44.

157. At & Pauli commilito, Apostolorum Petrus apex humilitatem, quibus potuit studiis, comprehendere nisus; ductus ad patibulum crucifigendus, nec patitur vt sursum caput eleuetur, quo more Præceptor illius defunctus sit: ordine inuerso ad sydera pedes vertit, ad tellurem caput: Theodoretus oratione de charitate: *Rogauit carnifices, ne similiter atque Dominus affigeretur, sed contrario modo, extremum enim eligere non in honore solùm, sed & in ignominia discimus*: Sed cur Simon vnus inter Apostolos ignominia crucis non contentus, quod tamen ad mirandam humilitatem satis fuisset: inuenit etiam in ipsa cruce, quò ampliùs descenderet: nempe, vt inuerso ordine crucifigeretur? non sic Andreas, non alij condiscipuli, cùm tamen votis omnibus pro Christo, & eo crucifixo mori desiderassent? Ecce humilitatem principatus indicem monstrauimus; iam & diximus Apostolos Ecclesiarum Principes factos: sed aliter Andreas, siue alius de crucifixis sodalibus, aliter Simon, nempe Andreas Ecclesiarum vnius aut prouinciæ, aut regni Princeps; Petrus omnium Ecclesiarum Pastor, & Princeps Pastorum quoque: Quòd si igitur, quæ per crucifixionem humilitas est, principatus lingua & indicium sit, quonam modo Andrea maiorem cognosceremus Principem esse Petrum, nisi in Petro maior eluceret humilitas? Igitur, quemadmodum Princeps est constitutus super omnes Apostolos, & eius humilitas Apostolorum vincat humilitatem, oporteat; ac proinde aliter quàm Apostolorum quisquam, hoc est maiori cum dedecore, capite, scilicet, ad terram deflexo crucifigatur.

Theodor.

Inter ipsa vilia quod vilissimum est, eligere debemus.

158. *Accessit ad* IESVM *mater filiorum Zebedæi cum filijs suis adorans & petens aliquid ab eo.* Matth. cap. 20. vers. 20. & eùm, quod postularet, significasset, nimirum, vt ex gnatis in loco regnandi vnus sinistram occuparet, alter dextram; quasi excanduit Seruator, & non nisi per egregios difficilésque labores adipisci posse innuit, dicens: *Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum*

Matth. 20.

Humilitas ad cælū facilis & plana via

Proh!

Proh! quantùm sudabant fratres, si de eodem poculo haurituri, de quo Christus, bibens quidem de torrente in via, & bibens in cruce fel atque amaritudinem? Sed hunc eundem, qui tam ardua cognatis suis, Zebedæi natis, proponit, viden mitiorem factum apud Lucam cap. 12. vers. 32. Nescio in quos incidit, paucos quosdam atque despectos, & timidæ mentis consolatur exemplò: *Nolite*, inquit, *timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum*. Nónne hoc ipsum, quod vltrò istis offert, auebat tantoperè proli mater filiorum Zebedæi: Et vbi calix ille plenus tyrannici furoris, atque minarum, de quo num bibere valerent, interrogauit? Cur non & modò ad exiguum gregem? Non est meum dare vobis regnum. O vide, quantùm proficiat humilitas! vt ad regna viam facilem sternat! quoniam in filiis Zebedæi non elucebat humilitas, sed magis tenuis aliquis ambitionis odor, non nisi per torturam, per equuleos & vngulas capessere posse cœlorum regna edisserit; quia verò pusillus grex totus in humilitate & submissione, quanquam non absque meritis, & agone Olympum adituri sed breue & tolerabile compendium eorum, cùm per anfractus, & scopulosa subeundum illis sit, quos excellens quædam humilitas non ducat; adeò semper humilitati coniunctum regnum, atque principatus.

Luc. 12.

159. *Filius vnius anni* perhibetur fuisse Saul Reg. 1. cap. 13 vers. 1. cùm regnare cœpisset, duobus autem annis regnasse super Israë; vtrunque æquè difficile nam constat, adultum, & proceræ magnitudinis fuisse cùm imperij habenas capesseret; sed & quadraginta annis regnasse super Israël perhibetur, Actor. cap. 13. vers. 22. Quonam igitur more, aut vnius anni sub dominationis exordio aut duobus solùm regens annis populum? Equidem, cùm puer vnius anni dicitur Saul, magna eius simplicitas atque humilitas commendatur huius enim character & symbolum aptissimum pueritia: at verò dominationis & imperij custos, atque pignus humilitas est: quoniam ergo, quæ imperij indiuidua comes est humilitas, duobus tantùm annis mansit eum Saül, ideò duobus solùm annis Rex fuisse declaratur, quoniam Regem esse absque humilitate non minùs impossibile sit, quàm absque sceptro & diademate; non minùs est hæc imperij insigne, quàm illa sint: Gregorius Romanus lib. 5. expositionis in 1. Reg ad præfata verba, cap 13. *Nam ad litteram, vnius anni quomodo filius esse potuit, qui vniuerso populo ab humero, & sursum eminebat? Quod ergo secundùm litteram intelligi non potest, intelligi per internam intelligentiæ rationem debet, vnius namque anni Rex esse describitur, vt donum pueritiæ in persona Regis, innocentia bonum signet; de Rege ergo. qui prius bonus, postea malus exstitit, dicitur: quia vnius anni fuit, cùm cœpit regnare & duobus annis regnauit; licèt enim multis annis regnauerit, illis solis regnare dicitur, in quibus humilis & innocens fuisse perhibetur.*

1 Reg. 13.

Actor. 13.

Saül propter summam humilitatem filius vnius anni dicitur.

Greg Pap.

160. Reprobato Saule, de Isai filiis vnus in Manatcham iussus vngi per Samuelem prodiit ante omnes primogenitus Eliab, de quo cùm Dominum consuluisset Vates, *Ne respicias*, inquit, *vultum eius, neque altitudinem staturæ eius, quoniam abieci eum, nec iuxta intuitum hominis ego iudico*, Reg. 1. cap. 16 vers. 7 Equidem homines, quem videbant pulchro esse corpore, & iusta statura, regno dignum iudicabant, quare & prouerbialis inde apud veteres loquutio; *Prima species digna imperio*, vt docet Porphyrius in Isagoga, monet Nazianzenus 2. Inuectiua in Iulianum, & consuluisse visus Plato lib. 7. de Republica: hæ igitur erant notæ eius, qui ad regendum idoneus extitisset apud mortales; At Numen æternum, *Nec iuxta intuitum hominis (ait) ego iudico, homo enim videt ea, quæ parent; Dominus autem intuetur cor*; Quid est intuetur cor? nempe, ad imperandum spretis externis indiciis, explorat, num quisquam verè, id est, corde, & animo humilis sit, quas si videat præditum virtute, imperio conuenientem iudicat, quoniam humilitati potestas annexa; erat autem mente elatus Isai maior natu filius, ac proinde à dominatione repulit; Abulensis quæst. 25. in cap. 16. lib. 1. Reg. *Quæret aliquis, quare Dominus abiecit Eliab? Respondet Nicolaus. & Hebræi, quod hoc factum est, quia Eliab erat superbus corde, & iracundus; quod patet ex eo, quod dicitur sequenti capite, quia iratus est contra Dauid, & increpuit eum durè dicens: Ego cognoui superbiam tuam, & duritiam cordis tui, quia, vt videres prælium. descendisti.* Quando igitur humilitas principatus atque imperij nota sit, potuit Canticorum sponsus, quanquam magnus Princeps, rusticanis, humilibúsque laboribus aliquando delectari.

1. Reg. 16.

Pulchritudo & statura imperio digna ex veterum sententia.

Porphir.

Nazianz.

Plato.

Abulens.

Sectio XVI.

Non ignominiæ, sed gloriæ seminarium Crux, atque Passio.

Reuertamur tandem ad alterum sponsæ nomen; nam Sunamitem, hoc est, *coccineam*, quòd, scilicet, cocco lanas tingere didicisset, appellatam ostendimus præterito Anteloquij Sect 5. Subsect. 1. n. 83. Proh! quantam in lucem, eámq; clarissimam, & quæ vel multùm fortunatis inuidiam parere posset, nomen hoc, quod mechanicum, & abiectum apparebat, euasit? Certè eam, quæ his afficiebatur titulis tantùm non despicere Reginæ, & concubinæ ausæ, vt beatissimam potiùs dixerint; Auroræ, Lunæ, Phœbo splendorem micantissimum comparauerint, filiæ Tyri eam muneribus adorauerint, omnes diuites plebis vultum illius deprecati: Quod si tantæ magnitudinis apicem, ea, quæ ob conuicium appellabatur *coccinea*, conscendit; quid infame quondam lignum, & vilissimis homuncionibus dicatam crucem, nunc in frontibus Regum fulgere demiramur? nam & ipsa coccinea, postquàm Seruatoris respersa cruore; Ô patibuli radios septemplici Sole lucidiores! ô gloriam, vereor, ne & ipsi Christo difficilem propter summam illius amplitudinem! Nam, quid ipse inclamat Psalm. 22. vers. 22. *Salua me ex ore leonis, & à cornibus vnicornis humilitatem meam*; Opportunè quidem à rugientis leonis sæuissimis faucibus liberari anhelauerit, sed cornua vnicornium cur refugit? quid in his atrox, quæ magis venena dispellunt? Non, si immania fuissent, Iosepho viro etiam cum hostibus miti, atque largifluo, Moyses tribuisset Deuteron. cap. 33. vers. 17. *Cornua rhinocerotis (ait) cornua illius in ipsis ventilabit gentes vsque ad terminos terræ*, Quæ igitur cornua, à quibus expediti desiderat? fortasse crucis brachia? Ita sane, Genebrardo expositore: *A cornibus vnicornium* 161.

Psalm. 22.

Cornua vnicornium venena dispellunt.

Deut. 33.

Genebrard.

cornium(inqoit)*id est, à cruce, nam cornu vnicornis, crucis solus figuram refert:* Est & vetustissima interpretatio? nimirum, Tertull. lib. 3. aduersùs Marcionem. *Saluum*, inqnit, *fac me ex ore leonis vtique mortis; & de cornibus vnicornis humilitatem, de apicibus, scilicet, crucis, vt supra ostendi:* Ostenderat, videlicet, pauló antè cùm allegata Deuteronomij verba tractaret, *Nam & antenna* (ait)*qua crucis pars est, extremitates, cornua vocantur: vnicornis autem media stipitis palus; hac denique virtute crucis, & hoc more cornutus vniuersas gentes, & nunc ventilat per fidem, auferens à terra in cœlum;* Atque hac quidem admissà declaratione, ecce, quanta insurgat quæstio: nam à cruce vindicari humilitatem quorsum postulat, tanquam humilitati nocere valeat patibulum? Quòd si ea trita spiritalium Magistrorum doctrina est, conducere plurimùm ad humilitatis perfectam acquisitionem, in iis exerceri libenter, quæ viliora sunt; quid cruce abiectius? Hanc exoptasse Christum decebat, non fugam ab illa quærere: Ita quidem verum est, humilitatem confortari amore eorum, quæcunque contemptum generant; quemadmodum ex opposito, & fastus, & gloria, atque pompa omnis illam eneruant; Christus itaque, cùm præsagiret, quantum honorem allatura esset crucis perpessio, ne non esset sufferendæ tantæ maiestati eius, quanquam humilitas, velut timebat; Gloriæ igitur Oceanum ingressurus, ne humilitas naufragium patiatur, exorat; ideó ab apicibus crucis liberari humilitatem suam æstuat; quandoquidem nibil est, quod sic aduersetur humilitati, quemadmodum gloria atque splendoris aura.

Dicat & plura nobis Dauid de Christo filio
162. eius: *Singulariter* (ait in persona Seruatoris Psal. 140. vers. 10.) *sum ego, donec transeam*; id est, incomitatus quidem, absque satellitibus, absque ministrantibus donec ex hac vita ad Patrem transferat, Augustinus in eum Psalmum, *Quid est ergo, donec transeam, nisi de hoc mundo ad Patrem? Donec ergo transeam, singularis sum, cùm transiero, multiplicabor; post Pascha iam non ero singularis; post transitum non ero singularis; multi imitabuntur, multi sequentur:* Verùm, quid est, quod absque sociis extitisse dicat, antequàm ex hoc mundo abiret? Nónne discipulorum caterua munitus semper? Certè & Angeli assistebant, neque exilis cohors; nam & Simoni loquutus Matth. 26. vers. 53. *An putas, quia non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones Angelorum?* Quis vnquam Principum terræ tam egregia multitudine cinctus? Verè hic solus Dominus fortis & potens, cui militia tam ingens, cuius fortitudo & decor indumentū eius; Quî igitur solitarius & agminibus destitutus? Sed attende, quid prædixerat; destitutum se nanque, donec pateretur, donec transiret: Non igitur omni carere se innuit satellitio; verùm adeò exiguam multitudinem comitantium ante passionem, vt si cum turmis ministrantium post superatam mortem comparentur, quasi incomitatus fuisse videatur; Itaque ob crucis passionem tantam consequutus gloriam, tam magnificam clientelam, vt cum his collati primi honores, nullius appareant splendoris; At declaremus exemplo aliquo, quod fortunæ volubilitas, & humana inconstantia nonnunquam suppeditare consueuit: Sit quispiam potens, & beatus, prouinciarum amplissimus Monarcha; millia millium obsecundent, & clientelæ eius non sit numerus: stupescat orbis, plures in eius vnius reperiri aula mortales, quàm in aliorum regnis; tandem aut ciuili tumultu, aut maiori superueniente hoste, victoris arbitrio supponatur: ille autem induperatoriam maiestatem in particularis Dynastæ moderatam pompam commutet: itaque nunc Marchio, qui fuerat aliquando Rex diues & abundans: satellites quoque habet, pueros & ancillarum greges, fastus etiam non contemnendam omninò similitudinem, gemit tamen præteritorum saucius memoria; demirantur exteri, quòd tristior incedat, auditáque luctus ratione, quoniam de solitudine & egestate querela est, stupescunt magis: Quin viuis (inquiunt) felix & iucundus, cui tot villæ, tot fundi, tantum pecus in montibus, & in campestri loco, habes mancipia & clientes. Ille tamen semper ingeminat lamentum: *Singularis sum ego*, sine domo, absque possessionibus, seruorum atque ornatus vacuus; Quid verò est, singularem esse eum modò, nisi, quoniam, si posteriores glriæ cum prioribus assimilentur, subseruientium numerus penè nullus computandus sit? Sic igitur Christus, antequàm patiatur, singularem, desolatúmque se vocat quod equidem duodecim legionibus Angelorum etsi vallatus, tantæ tamen pompæ magnitudo cum ea, quæ Passionem subsequutura sit collata, solitudo magis, quàm freqnētia digna sit, quæ nūcuperur.

Psal 140.

August.

Matth. 26.

Quanta clientum gloria Christo ex Passione accreuerit.

Video sanè Petrum in reliquis voluisse Ma- 163.
gistrum imitari, nisi cùm ad patibulum ventum est: hic diuersam in crucifigendo formam rogat suppliciter, & imperrat; itaque plantæ summitatem ligni attingebant, caput deorsum tendebat vice versa atque Præceptor illius: Quid hoc, Simon? Nónne ad crucis æmulationem tam bonus hortator semper incitabat? *Qui vult* (ait) *venire post me, tollat crucem suam:* Quin & Apostolorum Coryphæo singulariter Ioan. c. 21. vers. 18. pronunciatum, clarificaturum illum Deum hoc mortis genere? Percipiamus igitur ex Ambrosio, quamobrem hac vna in re Ducem æmulari Petrus desierit, *Non fuit* (ait serm. 20. in Psalm. 118. ad illa: *Pax multa diligentibus legem*, &c) *opprobrio Petro crux Christi, quæ tantum ei gloria dedit, vt vniuersis Christū honoraret vestigiis, metuēs, ne si ea specie crucifixus esset, qua Dominus, affectasse Domini gloriam videretur: Crux ergo opprobrium perfido; fideli autem gratia*, &c. Sed quidem difficilis hæc Ambrosiana thesis: *Ne* (inquit) *Domini affectasse gloriā si ea specie, qua Dominus, crucifixus*; Quam amabo, gloriam, sancte, atque doctissime Antistes? eum vocas honorem, quo pessimus quisque in republica expiat delictorum atrocitatem? Præclaram sanè laudem, & spolia ampla Christo IESV tribuis, quem decentiori vocabulo Isaïas, nouissimum virorum appellauerit: egregiè tamen Ambrosius *gloriam* vocauit; Et sanè Petrus, cùm Præceptor conscenso Thaboris vertice, aduocatisque Moyse cum Elia, reuelauit ex beata visione promicantes radios, non est veritus supplicare tantorum gaudiorum participem fieri, idque ad longum, *Bonum est* (ait) *nos hic esse; faciamus tabernacula:* moremur in colle amœnissimo, in loco voluptatis: præstat hic æuum traducere: nunc autem, quòd videat crucis tantam esse gloriam quæ solo Dei Filio quodammodo digna sit, eique velut speciali iure debita, ad tantum culmen suspirare non audet:

Ioan 21.

Ambros.

Cur Petrus diuersam à Christo crucifigendo formā elegerit.

Ne si ea specie crucifixus esset, affectasse Dominum gloriam videretur.

164. Verùm hæc Dominici affectatio honoris arcanum quidpiam subtegere videatur: Sanè fuit quondam, cùm de Spiritibus superbiter vnus, multisque donatus fulgoribus, cuius oempe, operimentum omnis lapis pretiosus, temerarius soli Creatori concessa fastigia superare tentauit:

Isa. 14. *Sedebo* (inquit Isaiæ 14 vers. 14.) *in monte testamenti, in lateribus Aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo* Non tibi, ô Lucifer, coouenoiens sedere: hoc sibi incomprehensibile Numen reseruauit; te cum socus stare in circuitu throni sufficiens est, & æterni Salomonis ambire lectum gladio super femore posito propter timores nocturnos; At loquatur Bernardus serm. 3. de verbis Isaiæ: *Stant planè Seraphim, stant attonti & suspensi in contemplatione sedentis in throno: tu sedere tentasti, ô impie, propterea tui moti sunt pedes & effusi gressus tui: plus est, qui sedes in throno, Dominus Sabbaoth cū tranquillitate iudicans omnia: sola sedet Trinitas. quæ sola habet immutabilitatem: Seraphim vero stant, &c.* Ergo, quemadmodum intra cœlorum valuas altus est locus gloriosus Regi sæculorum immortali, alius angelicæ naturæ, cæterisque fortunatis seruis: sic in terris quasi valeamus meditari alteram esse Christi gloriam, quam nemo de ministrantibus participet; alteram Sanctorum, Petri, Stephani, Laurentij, cæterorumque: Christu verò quæ possit alia maiestati esse sedes, quàm tribs, in qua pependit, cùm super humerum factum esse principatum illius Isaïas narret? Igitur Simon, ne renouasse videatur in terris Luciferi elatos animos, cùm velut cogitasset tantam esse crucis gloriam, cuius pura creatura quodammodo capax non esset, aliter crucifigi orauit, & adeptus est, ne si eodem more, quo Christus affixus est, ligno ipse quoque suspenderetur, Præceptori tantùm debitam gloriam, Luciferi adinstar, affectasse videretur.

Bernard.

Crux solium maiestatu.

165. Expendamus autem Augustini peregrinum dictum serm. 130. de tempore, de cruce, & latrone ad feriam 6 in Parasceue: *Et quidem nemo Regum aliquando passus est, latronem hominem, aut quenquam alium eiusdem naturæ conseruum secum assumere ita in ciuitatem introducere: sed Christus hoc fecit qui mortuus, & Diaboli victor, & sacratissimam ingrediens patriam, secum latronem introducit, non conculcans Paradisum istius pietatis opere: sed honorans, neque confundens latronis introitu, sed illustrans:* Quibus in verbis illud occurrit in primis mirandum, quod triumphi socium quempiam admiserit Seruator, cùm victoribus in morem fuerit solos ferri; Quare, & quòd simul Vespasianus, Titúsque, genitor nempe cum filio superatis Iudæis triumphum iunxerit, stupendum apparuit Romanis: Proferamus Orosium narrantem lib. 7. cap. 9 *Vespasianus, & Titus Imperatores, magnificum agentes de Iudæis triumphum vrbem ingressi sunt: pulchrum, & ignotū cunctis antea mortalibus inter trecentos viginti triumphos, qui à conditione vrbis, vsque ad id tempus acti erant, hoc spectaculum fuit:* Anne igitur latrone comitatus Redemptor, quò fuisset ouatio singularis magis, atque memorabilis? Deinde, vt ad latus, vnàque adhiberet aliquem: ex filiorum numero debuerat extitisse, aut certè sponsa, de qua tamen Vates cùm præclarissima caneret, id potissimùm modulatus est: mariti adstitisse à dextris in vestitu deaurato, Psalm. 44. Et quidé vxor tantam gratiam sortita sit: rectè: non furcifer, & bipedum nequissimus: itáne Angeli pacis præcedunt aliqui, sequuur maxima pars? & vtraque hæc functiu seruuurum: ad latus feretur in pompa omnium, quæ vnqitam fuerunt, amplissima, homicida, & raptor? Sic tamen Augustino iudice: nec futili argumento; quippe cùm spectaculum illud fieret Deo, Angelis, & hominibus, voluit vniuersitati probare Redemptor, quanta esset crucifixorum gloria, quidve in posterum sperare illos oporteret. Id itaque vt confirmaret, placuit eum, qui secum passus fuerat, æquali quodammodo honore donatum apparere: Cruci igitur debuit latro, quòd supra modum condecoratus fuisset; Verùm superest, quæ discutiatur illa particula, *Non conculcans* (ait) *Paradisum istius pietatis opere, sed honorans, neque confundens latronis introitu, sed illustrans:* Sed quid illustrauerat? diem, scilicet, illum æternitatis, cuius lucerna est Agnus, diem clarescentem mirabiliter à montibus æternis, quæ noctem ignorat? Possítne quidpiam superaddi gloriæ beatorum, quæ est mensura conserta, & supereffluens? nihilominùs gloria latronis, quoniam de cruce ea est participata gloria, tantos ex se fulgores emittit, vt non angulum aliquem, vel loca non vsquequaque lucida, sed ipsum etiam Olympum splendere magis fecerit; Hoc illud, *Neque confundens latronis introitu, sed illustrans:* O leues crucifixorum agones ad tantam celsitudinem, cùm Mater nostra Hierusalem, quæ sursum est, in omni suo ornatu non sit quasi vnus de patibulariis, sed eius, qui furabatur, iam vibrans, & radiola sit facies, quæ valeat nouam pulchritudinem afferre vbi perfectissimi decoris, illi cuius portæ nitent margaritis, & plateæ illius ex auro mundo.

Duo simul triumphantes ... spectaculum.

Oros.

Psal. 44.

Cœlestis ciuitas ex introitu latronis illustrata.

Quod si quidem splendidior reddita est aula cœlestis ab ingredientis crucifixi triumpho, non mirum, si stupefacta angelica cohors interrogat, ascendente Seruatore, & Domino, Isaiæ cap. 63. vers. 1 *Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? Iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suæ?* Actuspiciunt omninò decurem summum victoris, lumènque perstringens, & beatos oculos: nec sanè ignorabant, quis fuisset triumphator: nam edoctos à commilitonibus David Psalm. 23. retulit, cùm audierunt Regem esse gloriæ, Dominum fortem, & potentem in prælio: Quid igitur hærent in ancipiti? Equidem comparabant vicissim, & quos Diuinitas emittebat radios, & quos mortalitatis stola sanguine aspersa, & mirabantur patientis tantum posse lumen; reddidit hoc attonitos: Sic Nazianzenus orat. 42. *Stola corporis pulchritudinem ex aduerso profert, quod per passionem exornatum, ac per Deitatem, qua nec amabilius quidquam, nec pulchrius illustratum est.* Nicetas in Scholio: *Formosa est stola ipsius: hæc est, corpus ipsius, quod passum est: partim ob Passionem, per quam glorificata est: partim ob Diuinitatem, per quam illustrata est, quippe qua nihil pulchrius:* Assueta erat Angelica cohors in circunscriptum videre lumen, & circunfundi Diuinitatis claritate: hæc cùm inexhausti esset splendoris, arbitrabatur impossibilem esse lucem, quæ cum ea quasi contendere niteretur: nunc cùm videant à Passione redeuntem Christum insolito fulgore verberare oculorum aciem, & ciuitatem impermutabilis Dei perfundi magis, candorem augeri, admiratione defixi

166.

Isaiæ 63.

Psalm. 23.

Nazianz.

interrog. ott

interrogant: *Quis est iste*, &c. tanquam asserant: Non hæc a Diuinitate oboritur tam ingens, nouáque claritas, quippe præsentem eam habemus semper, inuelatámque, & quo pacto semel affulsit, eodem modo perseuerat in æuum immotata visionis essentia: restat, vt ab humanitatis cruentata stola deriuetur iubar illustre: Sed, quæ fides, potuisse crucifixi gloriam tantùm euehi? Itáne lacera illa caro, & despecta, & quasi leprosa tam splendescens? Contemplantur igitur Angeli, & dum suspendunt, totos occupat stupor, adeò non oppressam crucis opprobrio Christi gloriam, vt sub imiori multò reddita sit, cuius ipsa cum Diuinitate certare videatur splendor, & claritas.

Christi ex Cruce gloria cum ipsa Diuinitate certare videtur.

167. Atque equidem certare gloriam illam, quæ per crucem acquisita fuit, cum ipsa Diuinitatis gloria, vel etiamnum quodam more vincere, ex Ioanne fortasse discemus cap. 12. vers. 32. *Et ego* (ait Christus) *si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum*; Quæ verò est hæc exaltatio; nimirum, ligno indignè suspendi, & deputari cum latronibus? Augustinus tract. 52. in Ioannem; *Hoc refertur* (inquit) *ad illud, quod superius ait: Si autem mortuum fuerit granum, multum fructum affert: nam exaltationem suam quid aliud dixit, quam in Cruce Passionem? Quod & ipse Euangelista non tacuit: subiunxit etenim, & ait: Hoc autem dicebat, significans, qua morte esset moriturus.* Sed, quare post obitum cogendos homines asserat, nempe, qui compellendi, qui trahendi sunt? An immitior post mortem conculcatam redditus, vt vim in posterum inferre velit, qui amore & suauitate anteà alliciebat? Dicebat nanque ad afflictum; *Vis sanus fieri?* Vt humanum omninò appareret beneficium, quod spontaneum quoque extitisset; Quòd si, aut Diuinitate, aut passibili natura attrahendi sint, vtrumque in diebus carnis suæ Dei Filius sortitus; Quamobrem non trahebat post se reluctantes Iudæorum animos? Puto quidem his delineari quàm dispar fuerit humanitatis Christi gloria, dum in viuis ageret, atque post obitum eius: nempe, priusquàm pateretur, gloriosus quoque fuit vultus eius: *Igneum enim quiddam, atque sydereum radiabat ex oculis eius* (vti ait Hieronymus ad cap. 21. Matthæi) *& Diuinitatis maiestas lucebat in facie*: Verùm hic omnis splendor fidei lumen imitabatur, qood quidem excellens est: sed tamen ita repræsentat obiecti bonitatem, vt non voluntas necessariò rapiatur post illud: at gloria, quam morte in ligno passa adeptus est, patriæ instar claræ erat visionis, proinde, quemadmodum illa, quas in Deo referebat perfectiones, sic ostendebat, vt arbitrium sui esse iuris non sineret propter magnitudinem bonorum; sic & humanitatis crucifixæ ita ignominia patibuli adaucta gloria, vt eius granditatem cùm ferre non valeret humana mens, duceretur post illam impotens ipsa se cohibere: Vultis his maiora pronunciemus, & potuisse quasi supra Diuinitatem, diluisse gloriæ humanitatis? Perpendite, quid Ioannes pronunciet: *Omnia* (inquit) *ad me ipsum traham*: *Non autem dixit*, innuit Augustinus tract. 52. in Ioannem, *omnes, sed, omnia*: Itaque præter humanum genus alia quoque animantia, stipites, & montes, cuncta demum elementa, vt nihil intra fabricam visibilis mundi sit, quod non rapiat; Sanè Augustinus: *Non itaque hoc ad vniuersitatem hominum retulit, sed ad creaturæ integritatem, id est, spiritum, & animam, & corpus, & illud, quo intelligimus, & illud, quo viuimus, & illud, quo visibiles, & contrectabiles sumus; qui enim dixit, Capillus capitis vestri nō peribit, omnia trahit pòst se*; At visio beata Creatoris non aliquid præter rationale rapit post se: nam, quibus est intelligentiæ defectus à naturæ impossibilitate, quemadmodum videre nequeant, & vitali ter moueri; sic neque à visione rapi, ergo potentior vis gloriæ humanitatis passæ quodammodo, quam Deitatis ipsius; quando rationalia solùm trahit Diuinitas, idque tantummodò si clarè, & intuitiuè repræsentetur; Christus autem post mortem exaltatus, omnia ad se rapiat, id est, non homines, aut Angelos, sed præter ipsos alia quoque, quicquid, scilicet, intra ambitum naturæ versatur; hoc nanque est, omnia trahere.

Ioan. 12.

August.

Igneum & caleste quiddam lucebat in vultu Christi.

Hieron.

August.

168. Æstuabat Moyses desiderio beatæ, diuinæque visionis, & ausus rogare Numen: *Ostende mihi* (ait Exod. c. 33. vers. 18.) *gloriam tuam*: Sed inter ciues fortunatos Moyses censeri non posset, antequàm mortalitatis exueret fragiles amictus, oportebat autem adhuc apud viuos remanere: ne tamen fideli seruo omninò denegasse, quod peteret, videretur Deus, respondet, contingere non posse, vt vultus intueatur: *Non enim* (inquit) *videbit me homo, & viuet*, facturum se tamen, vt aliud contempletur æqualis quodammodo cum ipsa clara patriæ visione, gloriæ; nempe, ostensurum se ei in spiritu manuum, vestigiorúmque foramina, quibus plagatus sit in domo Dei: hoc illa denotant, quòd in petræ cauerna eum locaturus sit, quòd conspecturus sit posteriora illius, id est, sacram humanitatem vulneribus confossam; Lyranus, *Ponā te in foramine, id est, retinebo te in contemplatione Christi passi*: Augustinus quæst. 154. in Exodum: *Stabis, scilicet, supra petram, puta post transitum Christi id est, passionem, & resurrectionem*. At, nónne cruentari & laceri sacratissimi corporis intuitus, mœrorem potiùs, & largos singultus Moysi allaturus sit, quàm gaudium & consolationem? quis enim ad tam indignam crudelitatem fletus cohibere valeat, Myrmidonum etiam Dolopúmve, aut duri miles Vlyssis? Verùm non tam ipsam crucis tragœdiam reuelaturum se Legislatori promittit, quàm hanc consequutos triumphos: *Ponam te* (ait) *in foramine petræ*: id est, cicatrices tibi monstrabo, *& protegam manu mea, donec transeam*, hoc est, abscondam ab oculis tuis, quæ luctuosa sunt, & aperiam gaudentia, eritque, vt ab huius delectatione victoriæ quasi tantùm in te dulcedinis deriuetur, quantùm si ab ipso voluptatis torrente inebriatus, biberes de æterni & incommutabilis vultus clarissimo lumine: Facie igitur ad faciem me non videbis, quoniam populo meo adhuc es necessarius: huius tamen inexhaustæ consolationis recompensabo absentiam, detecta tibi ea, quæ per crucem, & tormenta adipiscenda sit gloria: hanc tolerabis etiam inter viuos perstans: ea cùm frueris, donaberis æquali quodammodo cum ea, quæ beatorum est, gloria: atque ita simul, neque postulata omninò accipies neque iis tamen fraudabere.

Exod. 33.

Lyran.

Cauerna petra est contemplatio Christi passi.

August.

169. Sed, antequàm à Moyse recedamus, duo eius cum Verbo colloquia exploremus, Exodi cap. 33. verticem montis occupare iussus, cùm per longum quadraginta dierum interuallum cum Deo versatus, quocum sermocinabatur, tandem ad suos reuersus de claritate Numinis participauit quidem, sed diminutè solùm, vultus solùm lumine circundante: at idem non per multas horas in Thaboris apicibus moratus cum Seruatore, paulùsper confabulatus, totus inflauit, & faciem,

Exod. 33.

Cur gloriosior in Thaboris vertice apparuerit Moyses, quàm in cacumine Sinaï.

& manus, & vestigia, vniuersùmque hominem perfundente luce excelsi, & gloriosa. Sed referat nobis Origenes homil. 12. in Exodum. *Nihil ergo aliud in lege gloriosum habet Moyses nisi solam faciem; in Euangelijs autem totus glorificatur ex integro; audi enim, quid dicatur in Euangelijs; Cùm ascendisset* IESVS *in montem excelsum assumens secum Petrum, & Ioannem, & Iacobum, transformatus est ibi coram ipsis & ecce apparuerunt, inquit, Moyses, & Elias in gloria, colloquentes cum eo; Hic non refertur, quia glorificatus est vultus eius, sed, quia totus apparuit in gloria colloquens cum* IESV: Quorsum igitur tam ingens claritas deriuata est in Moysem? Sanè, quoniam longè dispar fuit sermonum materia: nam in monte Sinai discursus fuêre de ordinanda Hebræorum republica, vt ambularet in vijs Domini, in sanctitate, & iustitia coram ipso omnibus diebus: in fastigio autem Thabor, quemadmodum Lucas Euangelista perhibet cap. 9 dicebant *excessum eius, quem completurus erat in Hierusalem*: Hoc est, interprete Nicolao, *Passionem eius futuram, quam sustinuit ex maxima charitate, quæ dicitur excessus; non, quia excesserit modum virtutis, sed, quia excellentissimum eius gradum attingebat*: Igitur ex illis tractatibus, quoniam à Deo erant, gloriam quidem participauit Moyses, decet enim, vt eos, quibuscum sermocinatur, Numen glorificet: sed, quoniam non à Deo cito crucifigendo fiebant verba, aut certè non de Passione, quamuis distaret tunc, miscebantur alloquia; propterea parua dimanatione communicatis honores, faciem solùm condecorarunt; nunc autem in Thaboris culmine, quoniam præmonstrantur vibices, & colaphi, & sputa, ex horum tantùm memoria, splendidissimę, & incomparandæ lucis ea oboritur copia, quæ noctem omnem dispellat, & Moysis non vultum solùm, sed corpus omne radiosum faciat.

Origen. — Luc. 9. — Lyran.

170. An nos & de his quoque instruat Seraphicus ille, qui humili maximoque Francisco cruci affixus apparuit? quid enim hanc formam sumpserit potius, quàm Cherubim, Dominationum, alteriúsve ordinis? Misit fortasse Deus ex potissimis ministris lequem, vt quam sibi placeret inaudita Viri humilitas significaret? Aut, quia humilitati coniunctior amoris Angelus Seraph, quàm Spiritus, in quo est plenitudo scientiæ, Cherub? quippe scientia inflat, charitas patiens, humilis, atque mansueta est? Sanè, quantùm ex Scripturis indagare valeamus, Seraphini solius gloriæ Cõditoris ministri sunt, cùm thronum excelsum & eleuatum circunstent semper, neque inde ad alia transferantur; nam ad Isaiam vnus quidem missus, qui labia purgaret Vatis; at id in conspectu solij gloriæ, quin in longinquum abiret, Cherubim autem & ipsi vident faciem Patris, qui in cœlis est, & canticum, *Sanctus*, intonant proculdubio: sed nobis repræsentantur, qui & alijs funguntur munere, neque vno tamen: excubant, nimirum, ad Paradisi valuas, Propitiatorium obumbrant, Dei aurigatores, & carrucæ pariter sunt, cùm ambulat super pennas ventorũ, aliáque non pauca apud Ezechielem exercent. Igitur ad Cherubim etiam negotiosa spectant; vultíne & laboriosa nominare? Ad Seraphim gaudiosa tantùm, cùm à gaudio Domini, quæ gloria est, non recedant: Ob hanc officiorum differentiam non fuisse depicta in Salomonis téplo Seraphim, quibusdam opinio extitit apud Abulensem quæst. 19. in cap. 25 Exodi. *Quidam* (inquit) *respondere voluerunt aliter: scilicet, quod Cherubim sunt ad ministerium Dei vt alis suis velarent sedem Dei: Seraphim autem sunt ad gloriam: quod patet, quia Isaiæ c. 6 dicitur. Et clamabant alter ad alterum, & dicebant Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus exercituum, plena est omnis terra gloria eius: In præsenti autem vita non est nobis cum gloria Dei: ergo non debebat fabricari Seraphim super propitiatorium sed Cherubim*: Iam ergo & illud attende, Oratorum, qui mittuntur delectum quendam esse apud Creatorem: nempe, vt quale sit perficiendum opus, talis sit Legatus, & cognationem cum gerendis vocabulo ipso præferat: Moneat Greg. hom. 34. in Euang. *Hinc enim est*, (ait, *quod ad* MARIAM *Virginem non quilibet Angelus, sed Gabriel Archangelus mittitur: ad hoc quippe ministerium summum Angelum venire dignum fuerat, qui Summum omnium nunciabat, qui idcirco etiam priuatis nominibus censentur, vt signetur per vocabula, etiam in operatione quid valeant*: Quod deinde ad longum expendit atque probat, comparato ministerio cum vniuscuiusque appellatione. Igitur, quando ostendimus, in cruce summam esse gloriam, qua vix alia potentior esse valeat: gloriæ, & decoris Francisco impressis Stigmatas, gloriæ is debuit esse nuncius, & minister: alio quin angelica operatio vocabulo non responderet, quod Gregorius minimè sufferat Pontifex. quoniam itaque gloriæ erat illa functio, non Cherub, non Dominationes aut Potestates legationem exercuerunt, sed, ad quem esse pertinebat gloriæ nuncium, Seraphim: O vile quondam, & plebeium Sunamitis nomen, post huius Sponsæ nuptias ter beatum, ipsisque Reginis suspiciendum! O & hoc adumbratum nomine dulce lignum, in quo salus mundi pependit! tu quondam nemoris vniuersi virium, horror populorum: nunc tam diuina arbor post Redemptoris mei charos amplexus, qualem nulla profert sylua: Vt nam dulcescat tandem palato meo fructus tuus: & timida hæc, atque ignaua anima totis te circundet vlnis! Egredere in salutem miseri huius cum Christo tuo, vt fugiant à facie tua, qui oderunt nos. vósque filiæ Sion quæ Salomonem in omni gloria sua intueri tantopere desiderastis, egredimini, & videte eum cum diademate, quo coronauit eum Mater eius Synagoga, in die, quo clamauit sæpiùs, *Crucifige, crucifige, illum.*

B. Franciscus sub forma Seraphini crucifixi apparuit. — Abul. — Qualia ministeria Angelorũ, talia & nomina.

SECTIO XVII.

Reipublicæ, familiarúmque moderatores munia quæque nosse, quandoque & exercere præstat.

171. DOcuimus proximè elapsa Isagoge, sectione 6. fuisse, quibus arduum apparebat, sponsum Canticorum, aut regia, aut excellentiori aliqua dignitate fulgentem esse eò quòd inspexissent proletarijs quandoque occupatum ministerijs; putà, ipse columbarium lustrabat: vinitoribus præerat, quos ad laborandum incitabat: myrrham cum aromatibus demetebat: inuisebat & Pastores, & hortorum custodes: Sed à nobis præmonstratum eodem loco, Principem haud dedecere eiusmodi exercitamenta: quin absque controuersia breuissimo interuallo

Sponsus Canticorũ in omnibus exercitatus.

Reipublicæ ad felicitatis culmen peruenissent, si talibus donatæ Toparchis, atque gubernatoribus essent, quibus honor voluptásque extitisset, eruditos esse omni politicæ, atque œconomicæ scientia, Itaque, seu mari gerendæ res, quæ ad commune spectarent emolumentum, seu terra, siue pacis, seu belli tractanda ac ipse, qui cęterorum Dux, omniú esse peritissimum ipse nauem conscendere nonnunquam, sub pellibus agere, iudicum subsellia tenere, & integritatem, do trinam, diligentiam Ministrorum obseruare; Hæ Dynastarum verissimæ notæ; non autem in productæ in longam noctem compotationes, & ludi, non calamistratus capillus, aut suffarcinata vestis, atque illa tota in illecebris incitatae fa-cies: & si quando diuinius acumen post lubiginem multam, & ingenij scintilla affulget, nulla de amplificandis imperij finibus; sed nec de conseruando veteri patrimonio cogitatio, non legiones, non rostra, non Academiæ re ornantur, sed nouas oppressiones, noua subditorum onera consultatio parturit.

172. Callidus ille Satan exploraturus, num Christus, Dei Filius esset, ac inde & supremus Monarcha; nempe, cui Pater omnia tradidisset: *Dic*,

Math. 4. ait *vt lapides isti panes fiant*. Math. cap 4. At, si Regem esse indagare volebat inimicus, eumque, qui maxima niteret auctoritate, nonne potiùs supplicare oportebat, vti Angelis mandaret, lapides in panem conuerteret? hoc enim tantam potestatem decebat, per alios, quæ agenda essent, perficere, non ipsam ad minuta ea descendere? Sed tamen astutissimus ille meminerat, cùm Orbis conderetur fabrica, Patrem non commisisse Angelis rerum molitionem; verùm Filio, perque Verbum omnia operatum esse, atque resonasse crebrò eam dictionem, *Fiat*, quemadmodum Geneseos attestantur exordia; atque ab eo tempore didicit, apud diuinos Reges Monarchasque illos, quorum potentia insuperabilis est, in more positum esse, vt ipsi suis manibus quæque attrectent; neque tantùm ad capitales, pe-ctabilesque causas incumbent, verùm & leuibus etiam intersint: quare & hominem, & forti iam pariter idem artifex construxit, hoc decere inimicus ratus Diuinitatem, quin magis Deum æstimari, propterea quod vniuersa ædificauerit; Igitur, cum fuerit a creationis initio Dei Filium, quæ facienda essent, sua perfecisse opera, atque in difficiliori hominis opificio, non à creatura aliqua, & quopiam de seruorum turma mutuatum auxilium, sed conuocatas alias diuinas per-sonas inuocauit, si modò is, quem aggrediebatur, ore suo pronunciaret, *Fiat* panis, neque id vitari Angelorum iuuamine, non posse non Dei Filium censeri, vtpote cui id antiquissimum fuerit, & qui optimo imperio dignum putaueriret Regem ipsemet singula peragi, cum cuncta sine illa Princi ipsi scien iam supra modum vincere omnium subditorum artem, Scitè Paschasius Abbas in Matthæum, *Nouerat cæcus scripturarum inspector, Deum in principio dixisse, Fiat*, & *si omnia* ... *nec tamen intellexerat, quod hic est illud Verbum, per quod Pater cuncta creat: quod volens firmiùs explorare, persuasio tenore dicendo, vt lapides panes fierent, quo didicerat, Moysem litteris mandasse.* Deum vniuersa creasse. Hæc ergo Verbi instituti eximiis quibus ... gubernatoribus imitanda: si cœli, astrorúmque disponendæ legiones admirandæ pul-

Pasch. Abb.

chritudinis, ipse agat Rector prouinciarum, aut certè facere sciat, & inferiores Duces corrigere, quoties opus desideret. si maria, fontesque per suos diuidenda meatus, si telluris cultura vrgeat, si rationis capax, & quod in cætera dominatur, effigiandum animal, ipse in labore primus, ipse, à quo reliqui discant. Quàm sub tali Imperatore gloriosum regnum! quàm ciuibus iucundum! quàm hostibus formidabile!

Atque ob hanc rationem arbitror prisci æui mortales Apollini inter Planetas regia tribuisse ornamenta. Diximus hoc de argumento superioris Præludij Sect. 5. Subsect. 3. num. 91. & 99. num, vt eodem loco affirmabamus, cæteræ constellationes à Phœbo claritatem, vires que, quibus subiectis orbibus vtilitatem afferunt, accipiunt: proinde & ipsum adinstar causæ vniuersalis concepimus, quæ agat cum minoribus aliis, particularibusque causis: ergo certè cum Marte bella exercet, cum Mercurio scientias docet, cum Ioue fulminat & terret, cum Venere placidior est: ita in omnem gubernatum solus sufficit Nec miror iam per millena annorum curricula stabiles temporum vices, inconcussam rempublicam, & suo adhuc flore vigentem sub tali rectore: quid enim non timeat Mars, quemadmodum acies disponat ... donatur, cùm armorum spectatorem habeat eum, quo nemo peritior, qui si fortiter agentem videat, gloriæ muneribus cumulet, si ignauum, aut indoctum animaduertat, seuerè puniat? Quàm lætus suggestum Mercurius conscendat coram Principe, cui non sit necesse ex alienorum fide iudicium ferre de Oratore; sed ipsa admirantur loquenti flumen stupescat attonitus & defixus & inter primos regni arbitros connumeret os aureum, ad Magistratus euehat? Sic igitur quando & Princeps, & Ministros idem ... Respublica efflorescet, & compendio ad ... apicem peruenitur. Nunquid hoc innuit at Iosuë illud præceptum ad mundi egregia lumina? *Sol, contra Gabaon ne mouearis*. Iosuë cap. 10. vers. 12. *& Luna, contra vallem Aialon. Steterúntque Sol, & Luna, donec vlcisceretur gens de inimicis suis*: Verùm, quamobrem ad Lunam quoque directus sermo? non enim Diana poterat regnare, & noctem iam sattu isse, nisi fratre eius cedente. Phœbóque in occasum properante; Sufficiebat itaque, vt Sol stare iuberetur, nam eo stante Lunam quoque stare necessarium fuisset: Ac sanè, quod ad strictam attinet significationem, pu te penitus nem esse vnius eiusdémque materiæ, à qua sacra non abhorret pagina; Dabit exempl. Ribera ad cap. 1. Sophoniæ, num. 5. & n. 2 Sed in ... huius præsentis scopi vtemur opinione Auctoris de mirabilibus sacræ Scripturæ, tom 3. Operum Augustini, lib. 2. cap. 4. *Non enim*, inquit, *quia ad belli illuminationem Luna tunc in præsentia Solis proficeret, stare imperatur; sed, ne quid in ... gerue luminarium meatu, per vnius quietem, & alterius cursum destrueretur; Nam, si vnum luminare curreret, dum alterum interim requiesceret, dierum, & mensium, & annorum assuetum cursum conturbaret*: Itaque Sole, aut immoto, aut currente, astrorum namque Rege cætera vel properant sydera, vel quiescunt id tandem quid denotat? Scilicet, non posse alios esse Reipublicæ motes, quàm sint Principum: nam ab eo lumē mutuatur velut à Sole Latona. Quare, si torpor Monarcham occupat, & otio indulget iners, languescent status.

173. Phœbus cur Rex astrorū nuncupalus?

Iosue 10.

Regula: Repertio eiusdem sententia in Scriptura. Ribera.

Auct. de mirab. s. Scipt.

ex quibus conflantur prouinciæ; si raptor, si tyrannus, si indoctus; producet momento simi[illegible] sibi innumeros: sin autem exiugat, & properet, & tanquam gigas exultet ad currendum, saltens in montibus; id est, nunc castra & militarem disciplinam exploret; nunc Procon[s]ules, Tribunos plebis, & Magistratuum ordines videat atque scrutetur, in primisque Iudicum sapientiæ & æquitate diligente[r] quæstionem moue[at], [illegible], & quales habeant publicæ Scholæ Præceptores; fiet, vt cùm ipse omnia peruadat, intueatur, penetret, tanto incitati exemplo subditi non solum post eum currant; sed festinandi studio assumant pennas vt aquilæ ad volandum: alioquin sanè, si dominorum, eorumque, quorum obediie est, heterogenea placita, atque vn[o] quiescente, alter in oppositum declinet, & moueri cupiat, tu[r]babuntur omnia. *Si enim vnum luminare careret, & alterum interim requiesceret, dixerim, [illegible] [illegible], & aliorum cursum conturbaret.*

174. David moriturus hæredi purpuræ Salomoni indicauit, ne multum abire sineret Ioab. Reg. 3. c. 2. *Tu quoque nosti* inquit Reg. 3. cap. 2. vers. 5. *quæ fecerit mihi Ioab filius Saruiæ, quæ fecerit duobus Principibus exercitus Israel, Abner filio Ner, & Amasæ, filio Iether, quos occidit, & effudit sanguinem belli in pace*, &c. Iustissima quidem hæc vindicta, dignùmque ad nouum Regem Dauide monitum; Verùm, cùm propterea admin aduertit in Ioab præceperit, quoniam is necem intulisset viris innoxiis, à quibus quæ læsus non fu[erat]. [illegible] idemmet Ioab in causa fuerit, vt de m[edio] tolleretur Vrias Hethæus, quemadmodum Regum liber 2. cap. 11. enarrat, fuerit autem Vrias ab omni crimine liber; quamobrem non & huius intercemptionis memoriam fecerat Dauid, & alterum hanc gratiam erga defunctum ostenderet? Sanè Vrias succubuit Rege sciente, imò eius decreto, Abnerem, atque Amasam sine iussu Principe Ioabus priuata auctoritate superbus occiderat: Fuit autem hæc potissima o[cc]ulto in-
Reg. 3. c. 2. terimendi Ioab; sic enim Salomon Reg. [illegible] 2. vers. 32. *Et reddet Dominus sanguinem e[ius] super caput eius; quia interfecit duos viros iustos, meliorésque se, & occidit eos gladio, patre meo Dauid ignorante* At[qui] nonne Regi multò commodius
Nihil inscio Reg. gerendum. fuisset, vt etiam eo inscio cadet[ur] in bello Vrias? si enim omninò illum latuisset, crudelitati[s] virio non verteretur illi, nec supra adult[eri]um, homicida pariter extinxisset? Cur igitur tantò aggrauat Salomon, quòd præter genitoris opinionem occisi fuissent Abner, & Amasa. Equidem hic edocemur, sic Principem ad vniuersa, quæ intra Republicæ ambitum perpetrantur, attendere debere, vt non leuem regiæ Maiestati iniuriam inferri arbitremur, si quidpiam dignum agatur, eius quod fugiat prouidentiam; tam vigilem ad omnia Regum esse oportet animum: Condecoremus hæc Tostati Commen-
Tostat. tario, quæstione 39. in cap. 2. lib. 3. Regum. *Patre meo Dauid ignorante, quasi dicat: Si pater meus iussisset ei quanquam malum esset, ipse aliqualiter excusaretur: sicut fuit in occisione Vriæ, quia fecit illum mori in bello de præcepto Dauid, & tunc pater meus culparetur* Ergo præcipuum Ioabi crimen, quòd Rege ignorante ausus sit quodpiam aggredi. Heu! si & nunc idipsum Principes, atque Ministri intelligerent, hoc esse, quod supremos Dominos maximè vexaret, si inconsultis ipsis aliquid definirent! Vix quibusdam

Dynastis præter nomen aliud relictum, ex amicorum nutu omnia geruntur; & s[o]lus cuncta ignorat, qui [illegible] omnia nouisse debuer[at]. Sed eri[t], cùm pro omnibus Rex Regum, qui lucem habitat ina[c]cessibilem, rationem exigat, quando tam ample non liceat v[illegible]
175. Stup[end]o Angelum in so[mnis illegible] apparuisse semper Iosepho, V[illegible] [illegible] pon[illegible] & cu[m illegible] Ægyptum [illegible], & c[illegible] in Iudæam [illegible] redeunt Matt[illegible] M[a]th. cap. 2 [illegible] Matth. 2.
sub veteri Fœdere non ita, nam exp[illegible] Iosue oblatus A[ngelus] Iosue 5. vers. [illegible] & Iosu[e illegible].
Tobiam [illegible] ex Spiritibus Raphael [illegible]. V[illegible] ritionis genus, quando mens [illegible] dec[illegible] autem excel[illegible] nes sub lege [illegible] & [illegible] Christum [illegible] quòd spec[illegible] præcl[illegible] tita deb[illegible], qu[illegible] licet [illegible]? Sanè, dum vetus [illegible] Inst. [illegible], absens erat quodammodo [illegible] Verbum erat apud Deum [illegible] quidem petmitte batur [illegible] atque manifestè [illegible] ostend[illegible] essent [illegible] admod[illegible] ob [illegible] distantia [illegible] Imperator, [illegible] Dei Filius, & [illegible] verò dum [illegible] Imperator [illegible] ipsum se in his, quæ [illegible] sint, exercere, Ministri autem nor[illegible] & [illegible] non esse facten[illegible], qu[illegible] propterea Ange[l]is [illegible] audet [illegible] loqui, sed [illegible] menti infudit Rupertus ad [illegible] cap. 2 Matthæi
Rupert. *Ecce Maria & [illegible] talis Filii manifestè v[illegible] hominibus, [illegible] tunc & Angeli Domini, [illegible] autem dum m[illegible] non man[illegible]*. [illegible] Christus, [illegible] da post Euan[gelium] inter Christum, Angelosque [illegible], quoniam Angeli ad ministratorij Spiritus sunt in hominum [illegible] destin[ati], v[illegible] opus perficere, ad quod [illegible] fuere non aude[n]t tamen præsente Domino, quòd hunc delectari norint, si ipse ad[illegible] enda operetur per se, & absque substituto. Quando itaque in publicum verentur prodire, & tamen ministrare desiderant, ne officij ignauiæ [illegible], dormie[nt]ibus altem adiun[g]untur, & hos v[illegible] fut [illegible].
[illegible] in tota Christum & Angelos tempore.

176. [illegible] labia cùm purgare oporteret, *[illegible] ad eum vnus de Seraphim, & in manu eius [illegible] quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os [illegible]* Isaiæ cap. 6. vers. 6 Ieremiæ tamen [illegible] Isaiæ 6.
quoque emaculanda esset, non [illegible] hier[archia] Spirituum [illegible] quempiam man[d]auit, [illegible] D[eus] ipse misit manum suam, & [tetigit] os, Ier[emiæ] cap. 1. vers. 9. Quæ differentiæ occasio: an quod lueret Isaias delictorum pœnas: gratia ve[illegible] tiùs fiebat Ieremiæ [illegible] si enim Hieronymi [in] cap. 1. Isaiæ interpretatio denotat: *[illegible] enim [illegible] tur vnus de Seraphim, qui non manu, sed for[cipe] & carbone tangat os eius, & iniquitates auferat & mundet peccata: [illegible] autem ipsius Dei manus m[ittitur], non vt pe[cc]ata [illegible] quæ per pue[illegible] non fecerat, sed [illegible] gratiam tribuat.* Decet verò supremam bonitatem per se [illegible] nefi cia præstare: quæ autem [illegible] affi[illegible] & cruciant, per [a]lios exequi [illegible] nobis [illegible]. Cùm Isaiæ abstergitur palatum, solius ipsius
Deus per se gratia exequitur per alios pœna.
Hieron.

Vatis

Vatis causa ag tur; nempe, punitur, in quibus offendit, scilicet, quoniam fauces non aperuerit, & Numen vnà cum Seraphim non extulerit; quemadmodum Chrysologus putauerit ser-mone 57. in Symbolum Apostolorum, *Superhumano (ait) percellitur hic dolore; quia, quod de Deo sentit, & videt, loqui non valet, annunciare non potest.* Hæc igitur, quia neque ille pater causa, neque magnum scelus fuit, moderatum examen desiderat [illegible] quasi [illegible] est ex Regis [illegible] destinari Ministros, vt hic contigit: nam pro eo, quod Vulgatus, *Et volauit ad me vnus de Seraphim* Septuaginta transtulere, *Et missus est ad me vnus de Seraphim*, & eorum Princeps [illegible] modum castigationis petit. [illegible] aurem Ieremiæ detergunt labia, quoniam purificandi [illegible] non paucos aliquot comprehendas [illegible] orbem penè complectitur [illegible] gratissima est causa: quippe [illegible] Legatus [illegible] admodum & formidandus ad [illegible] penè nationes: Quid autem facere iubetur? *Ecce ego constitui te hodie super gentes, & super regna, vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes.* O horridum prouinciæ munus! Qualem tam ampla potestas desiderat Iudicem? Quanta in eo moderatione, Regnis maior fuit? [illegible] quanta aduersus contumaces magnanimitas? quæ erga miseros clementia? & prudentia quàm magna vbique necessaria, ne aut præpropera, aut lenta sit vindicta? Tot igitur cum in [illegible] requirantur, non arbitratu est Monarcha [illegible] vt detam graui causa Ministri iudicatur; oportet nanque quamuis [illegible] abundet Consiliis [illegible] ps & Aristides immetet plurimos, tamen, quoties grauiora vrg [illegible] & expediuntur edicta, quibus non mediocris aliqua contineretur, verùm de possessionibus, de existimatione, de capite agitur, & quæcunque mortalibus charissima existunt, ea in discrimen vocantur, oportet sanè tunc à Reipublicæ Duce expendi, & commata, & apices, ipsum cogitare de [illegible] ctis, & à Senatoribus discere quidem, commune io primis, & experientia & doctrina iuua [illegible] nomi [illegible] vniuersa agant, dissimiliter. Ob hæc itaque Deus ipse manu sua os Ieremiæ [illegible] similque & in Legati, & populorum solatium; lætantur enim plusquàm credibile est, cùm animaduerrunt subditi Principem sedulò incumbere in publici commodi incrementa, & disquirere ipsum, & perpendere capitalia omnia, & quæ providentiam nihil altiori cogitatione dignum fuge [illegible] atque tum quidem Ministrorum repre-[illegible] es ferunt mansuetè, quòd sciunt, vnum, [illegible] que esse, & Magistratus, & supremi Re-[illegible] tentiam.

177. [illegible] d si intereuenit, & Ministrorum vicaria [illegible] contenti Antis [illegible] se, ipsique nihil agant; sed omnem in [illegible] tio [illegible] erant, tum [illegible] gens, ne vnquam sudan salu [illegible] robutque consequantur. Accessit ad Eliseum Sunamitis defuncta [illegible] erat nanque anima [illegible] us in a [illegible] ne, [illegible] filio, quem Vati ben [illegible] recte [illegible] ut huic Propheta, misitque puerum [illegible] baculo suo, quem [illegible] super fa [illegible] us, qui mortuus fuerat: parui imperat Giezi: dat se continuò in viam & reperuenit ad ædes [illegible] genitricis, ponit quidem baculum super faciem pueri; sed incassum planè: *Nam neque erat vox, neque sensus,* 4. Reg. 4. cap. 4. vers. 31. Quare reuersus in occursum Præceptoris, nunciat laborasse in vanum; non enim (loquit) *surrexit puer*; itane re-direr defuncti spiritus tali antidoto, tam duro, atque acerbo? Erras, Giezi, si baculo animandos putas mortuos, foue, blandire, imprime labiis oscula, inifice in colla brachia, profer stolam primam, resinuet in aula cytharista doctior, macta vitulum opimum & saginatum. sic pater misericors inuenit filium, qui perierat; sic reuocantur in vitam peccatores defuncti; vide, quid ipse Magister tuus agat, baculum abiicendit, & ad os illa conuertitur, quippe *posuit os suum super os eius, & oculos suos super oculos eius.* Disce igitur in posterum, non baculo sanare peccatorem, sed vi-sce ibus misericordiæ, longanimitate, dulcedine: Atque [illegible] hæc sufficiens causa, ne salutem recuperaret, qui excesserat: sed non posset hæc tamen, verùm quod El [illegible] eus V carie tantum opus commiserit, quid enim Vicarius facturos esset, ad quem de omnibus cura non pertinet? Certè non vitam daturus, [illegible] abrepturus magis, quando neque lana, neque lacte contentus, pellem quoque miseræ ouiculæ detrahit, præclarum sine [illegible] cum? Verùm pere [illegible] iantius Bernardo sermone 2 in C [illegible] ntica: *Pro [illegible] veridicos nu [illegible] suos Deus. Tamen [illegible] sed ipse [illegible] s, non fuit, non e [illegible] de puluere, nor [illegible] in spem, si non Propheta [illegible] cendat, & [illegible] oris sui.* Ex hoc intelligi quidem Giezi [illegible] vitam in antiquos artus reduce, cùm vix [illegible] tam in genus & [illegible] qui dupaci E [illegible] donatus ornerit. Certè non absque conatu maximo qu [illegible] enim labor, & os oti admouere, & oculis lu [illegible] mibus [illegible] ingere, manibus aptare manus, quodque dissi [illegible] incurua [illegible] e, & pu [illegible] fieri? Nequaquam igitur populorum Antesignani, Duce [illegible] cos desiderium aliquod stimulat, vt aut Respublica conseruetur, aut iuxta pristinos dies, cum glo iose florebat, iterum ambulet; ne cessum esse, ve [illegible] incurrentur, ipsi super puerum incumbant [illegible] si vir [illegible] indicem al [illegible] adant, non ful [illegible] itabitur in æternum puer, non resurgabit quidem in spem vitæ, donec Propheta ipse veniat, & osculetur eum osculo oris sui; ab eius, non ab alterius halitu frigida mouebuntur membra.

Pugnatum à Iosue contra Amalec, & interim Moyses stabat in vertice collis; *Cùmque leuaret Moyses manus* (Exod cap. 17. vers. 11.) *vincebat Israel: sin autem paululum remisisset, superabat Amalec.* Atque equidem conueniens fuerit, Moyses [illegible] erim dum à militibus dimicatur, orationibus vacare, hoc victoriæ ingens subsidium: Verùm, quæ necessitas tollendi in altum manus? Præbeant is & hoc ab eo reuerentiæ gratia perpetratum? sed poterat dimittere, cùm grauari inceperant neque tam operosum quærere adminiculum, quod Hur, & Aaron tantum accresceret labori. Peruagata [illegible] expositio est adumbratum typo in Crucis vexillum, in quo significabatur vincendos inimicos: at, cùm hanc etiam virga referret, quam manu portabat Moyses sufficiebat tantum virgam prætendere, nisi fortasse puderet Moysem, qui exterorum Dux existeret, otiosum quietumque esse laborantibus subditorum multitudine; tamen si verecundabatur legislator, quòd nihil ageret in tanto omnium tumultu, poterat

Chrysol.

Cum peccatoribus blandè, & suauiter agendù.

Bernard.

178.

Exod 17.

Rudel, Ducl otiosum esse, laborantibus militibus.

[illegible] Duci non decebat Vicarium [illegible] remittere: sed ipsi quoque persuadere causas.

4 Reg 4.

DA

dicitur

discurrere per acies, hortari ad triumphum; sin minus ipse scutū, atque gladium arriperet? Quòd si orandi modum docere opus fuit, meliùs genibus positus oraisset, quam sedens, id, quod à Tertulliano adnotatum libro aduersus Iudæos,& lib. 3. contra Marcionem: *Iam vero Moyses (ait) quod vtique tunc tantùm cum Iesus aduersus Amalec præliabatur, extensis manibus orabat residens, quando in rebus tam attonitis, magis vtique genibus positis, & manibus cadentibus pectus & facie humi volutata orationem commendare debuisset*, &c. Facti hanc rationem meditati sumus; gubernatorem in partem operum descendere præstat, itaque & ab eo fieri, quæ subditi agant: nam, si alienæ curæ totum commendet, operam & oleum consumet infructuosè: neque, si oneret ministros, ipsi autem iucunda, beataque fruatur vita, patienter laturi sint. Iam igitur Hebræi Moysis subditi, [illegible] in toto fatigarentur corpore, neque vlla requies daretur; manus tamen præcipue lassabantur, nam penes has omnis ferè exercitatio, illæ ferire hostem, illæ defendere amicum, illæ protegere bellatorem: Quando itaque in pugnam mediasque acies intrare Legislatori negatum; puderet autem, Dux cùm esset reliquorum, non eadem experiri mala, quæ sustinerent subditi, manus in altum sustulit ad fatigationem vsque, vti liceret & Promacho gloriari, eandem ab eo versatam molam, tantus hoc Imperatoris postulare titulum; neque tanto nomine dignum, qui non ipse quandoque saltem eadem exerceat quæ inferiores. Ac quidem tanto hæc à Moyse commodo perpetrata, qui si aliud egisset, Amalecitam non fudisset militem. quid enim refert sacer Textus? *Cúmque leuaret Moyses manus, vincebat Israel; sin autem paululum remisisset, superabat Amalec:* Quibus in verbis consideranda particula; *Sin autem paululum remisisset;* Quippe, si Ducis ardor, non dicam penitùs frigeat sed tepescat modicùm, inimici continuò extolluntur, & præualent; superabat nanque Amalec, cùm vel paululùm remittebat.

179. Ergo Imperatoris summus honor, Reipublicæ vtilitas maximè si eodem, & Præfectus, & miles agone contendant, neque contemni auctoritatem arbitrentur exercitio communium officiorum; Diximus exordio penè huius Sectionis, à Iosuë imperatum Soli, contra Gabaon ne moueretur; subditque Historia sancta, *Stetit itaque Sol in medio cæli & non festinauit occumbere spatio vnius diei. Non fuit antea nec postea tam longa dies, obediente Domino voci hominis; & pugnante pro Israel.* Iosue cap. 10. Qua in sementia peculiare visum, quòd Deus hominis voci obediisse dicatur: Cur amabo homini? neque enim præter Iosuë alius apparet? At Iosuë Creatorem alloquutus non est, Solem, Lunámque adiurauit tantùm: ergo hæc Numinis quò spectauerit obedientia. Sane volebat Creator, vti cœlestes faces bellanti Ministri iussis obtemperarent; cùm verò nosset optimum quéque Ducem eadem facere oportere, quæ subditis præcipiat, atque hac humanitate subiectorū animos, plusquàm dici valeat, excitari, obediuit ipse; vt cùm Antistitem quoque parere humanis imperiis viderent duo fulgentissima Olympi Lumina, sine mora obsecundarent. quod & ab eis factum, & hoc, quòd Dominus hominis voci attendiste narratur: Parémque in scopum collimant illa; *Et pugnante pro Israel:* nempe, eodem Domino, scilicet, cùm intueretur æthere[m] obarmatum magnos grandinis iaculari lapides, de quibus te-

Tertull.

Ex communium officiorum exercitio auctoritas non redditur contemptibilis.

Iosue 10.

censitum vers. 11. plures illis obrutos, quàm gladius peremerit, ne segnis haberetur spectator, prælio se immiscuit & dimicauit pariter.

180. Denique, si qualem esse deceat Principem, scire voluptas est, paucis docebit Ecclesiasticus cap. 32. vers. 1. *Rectorem te posuerunt, noli extolli: esto in illis quasi vnus ex ipsis*, Nimirum, si vestium cohibendus luxus, si gulæ ponenda meta, si ad pauciores redigenda clientela; sit quasi ex subditis vnus Toparcha, & ab eius exemplo aulæ, ad reliquas potentum diuitúmque regula prodeat; Consiliarii de naualis de pedestri certamine, & qui Duces, qui [illegible] habendi milites, quæ optima bellandi ratio, quę vtiles machinæ, quando ineunda pugna, quo loco, quibus circumstantiis, sit quasi vnus ex ipsis videlicet, quibuscum ea de materia tractandum, vt nemo sit inter peritissimos legionarios, qui supremo Monarcha aptiùs loquatur, [illegible] vniuersa describat; sin autem de togæ, pacisque cautis nemo incidat, & de ærario, de vectigalibus, de vrbium, arciumque munitionibus disputetur, aut suri negotia immisceantur; sedeat & ipse in porta cum Senatoribus terræ; quasi vnus ex ipsis depromat, quæ doctum ostendant, [illegible] enturque Consistorij longas studiorum sit tum noctes vincta de iciis enitrum; Quanta est oblectatio vel [illegible] habendu talem habere Principem! Sed, cùm in his omnibus excellere summoperè optemus, tum ante omnia, vt modestia, grauitate, religione non solùm euadat qualis vnus ex ipsis, verùm vniuersos superet: Per ipsamus Bernardo epist. 42. ad Henricum, Senonensem Archiepiscopum, *Principem, inquit te constituerunt; esto inter illos tanquam vnus ex illis. Quomodo, tanquam vnus ex illis? Manens inter humiles superbus, inter subditos rebellis, immitis inter mansuetos? Vt te putemus tanquam vnum ex illis, videamus tam exhibere paratum, quam exigere obedientiam: videamus tam libenter Præpositis obtemperare subiectum, quam imperare subiectis:* Huiusmodi sanè Princeps Canticorum sponsus; nam quocunque te vertas toto Epithalamio, semper inuenerit quasi vnum ex ipsis, nimirum, [illegible]: si enim [illegible] vocant, electum ex millibus, seu, vt alij, vexilliferum inter mille reperias; si Capitolium, & Senatores interpellant, labia eius lilia distillantia myrrham primam, guttur illius suauissimum: & qualis in publico, talis intra penates, adit pastores, confabulatur cum vinitoribus, in hortum ad areolam aromatum descendit, vt colligat lilia. atque ita omnibus omnia factus Dynasta humanissimus, omnium amor est. omnium admiratio vt nòn immeritò, quæ eius dilecta est, appellarit illum *totum desiderabilem*, Quid [illegible] in tam sancto ac diuino Principe displiceat.

Eccli. 32.

Modestia, grauitate & Religione Principi vniuersos superet.

Bernard.

Sectio XVIII.

Eucharistiæ epulum conuiuas ex prima nobilitate desiderare, qui & Principes sint.

Dvm antiquum conuiuiorum morem prosequeremur in sacræ Præfationis Sect. probauimus Subsectione [illegible] solennissima, & in pauci conspect ab Optimatibus ageretur pompa, vocatos ad symposium, genialemque lætitiam 181.

lætitiam laceros etiam & abiectos, & infima quæque Reipublicæ membra, quanquam non nisi benè compositi, & cœnatoriam induti vestem aulam ingrederentur, locúmve epulis destinatum; sed tamen hæc quamuis acciderent; nequaquam tamen vulgus hoc promiscuum vnquam ad Principis admissum triclinium; verùm ex procerum delectos turma tantùm cum Monarcha accumbere solitos. Itaque ad mensam eam, quæ Regis splendebat persona, nemo sedere ausus, qui non ex flore nobilitatis, putà, Magistratuum præcipuos, castrorum, & militiæ [illegible]na, aut patris ipso cum Monarcha auctoritatis; [illegible], purpura quoque, & imperio [illegible]itos. [illegible] ces conuiuiorum leges, & æternùm venerandas! quàm pulchrum magni artificis inuentum, Principes esse oportere, qui cum Principe recumbant! Quid, si illud conuiuium omne delectamentum in se haberet? Quid, si panis de cœlo esset, vinum germinans virgines, & caro Deitati coniuncta! Ad hoc epulorum genus iustè Optimates; iustè Principes requiruntur: si quis Princeps non est, ei panis iste iucunditatem non afferet, quoniam panis hic pinguis tantum Regibus delicias præbebit; edant rustici, & saturentur de aliis mensis, in quibus est ebrietas & luxuriæ; ad hanc mensam ingenuus solùm accedat: mensa hæc nobilium, & Dynastarum tantùm, in qua Deus ipse sumitur.

182. Vultis intelligere, non nisi Principes de sacri Corporis Sanguine participare? Num excidit vobis, quo loco Redemptor crucifixus? *Et venerunt* inquit Matth. cap. 27. vers. 33. *in locum qui dicitur Golgotha, qui dicitur Caluariæ locus,* Ac equidem Caluariam, id est Cranium, appellatum spatium illud nempe, quod in eo repertum sit primi hominis, Adæ videlicet, caput, qui ibi sepultus, Origenis, Athanasij, Augustini, Chrysostomi, Ambrosij, aliorúmque Patrum, quos numerat Maldonatus, & vetus & nobilis cogitatio fuit; Sed quorsum hunc passiuni locum specialiter destinauit Christus, & in quo Crucis exaltaretur vexillum: Num, vt tam diuino liquore madefacta ossa arentia certam spem resurrectionis conciperent? nam hic de fructibus cœlestis huius alimoniæ: atque id significare visum Tertulliani carmen:

Matth. 27.
Caluaria locus cum sepultus primus homo Adam
Orig.
Athanas.
August.
Chrysost.
Ambros.
Eucharistia immortalitatis pignus.
Tertull.

Golgotha locus est capitis Caluaria quondam:
Hic patitur Christus, pio Sanguine terra madescit:
Puluis Adæ vt possit veteris cũ Sanguine Christi
Commixtus, stillantis aquæ virtute lauari.

Sanè nullus vnquam inter humanos Monarchas [illegible]it, cuius imperium & potestas Adæ dominatui conferri valeat: quippe orbi integrè præpositus, & animalia quoque nutus obseruabant, super his Paradisi moderator; Principum ergo ille Archiprinceps: ad hunc itaque confluebant de alto cadentes Sanguinis stillæ, vt cùm à Regum maximo excipi cruorem immaculatum animaduerterent mortales, colligerent, quales esse deberent, quibus Christi Sanguis creditus sit, nempe, Reges, & quidem qualis Protoplastus, qui animalibus imperent, quibus inferior sensitiua obtemperet portio; Super hos exurgit gloriosè Crucis victoriale ferculum, & solatur inter cruciatus, & vulnera Redemptor, dummodò similes inueniat, à quibus bibantur decurrentes è sacro vertice riui.

183. Cum fugeret persequentem Saülem Dauid, diuertit ad Achimelech Sacerdotem, atque fame vexatus; *Nunc ergo* (inquit) *si quid habes ad manum, vel quinque panes, da mihi, aut quicquid inueneris.* Reg. 1. cap. 21. vers. 4. *Respondens Sacerdos ait illi: Non habeo laicos panes ad manum, sed tantùm panem sanctum; si mundi sunt pueri, maximè à mulieribus, manducent;* Atque equidem fuisse panem hunc Dominici Corporis symbolum testatur Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum, Ambros. lib. 5. in Lucam, ad cap. 6. Euangelistæ, Procopius in allegatum hic ex Regibus locum, Lyranus ibidem explanatione morali, Abulensis quæst. 13. Verùm, cur à mulieribus præcipuè desiderat purificatos esse? an quòd hoc malum plusquàm reliqua vitia mensa illa abhorreat infiniti nitoris? Sic Tostatus, vbi nuperè allegauimus: *Maximè ait à mulieribus, id est, ad comedendum de pane sancto requiritur omnis munditia, & maximè munditia à mulieribus: quasi dicat: Etiamsi non essent mundi quantum ad alia; dum tamen essent mundi à mulieribus, poterant comedere de sanctificato pane.* Sed, quæ litem potiorem excitat, altera est horum verborum translatio quæ pro mulieribus *vxores* legit: placuit Hieronymo 1. contra Iouinianum libro. *Panes enim propositionis* (inquit) *quasi corpus Christi de vxorum cubilibus consurgentes edere non poterant: ideo dictum est ad David [illegible]gientem: Si mundi sunt pueri ab vxoribus.* At quam poterat [illegible] bem aspergere accessus coniugalis, sub veteri præsertim Fœdere [illegible]nani tum in honore matrimonia? Scio quidem animaduersum à Tostato piè, atque sapienter, quæst. nominatæ 1[illegible] *Honestum esse obseruare in coitu coniugali viri scilicet, qui Eucharistiam suscepturus sit, caueat coniugalem accessum per aliquot dies saltem per tres; nam, quanquam (vt ait) Ecclesia non obliget sub pœna peccati mortalis suscepturos Eucharistiam ab vxoribus abstinere per aliquem diem; tamen per modum consilij. & honestatis dixit, quod per tres dies ante susceptionem Eucharistiæ ab amplexibus coniuges abstinerent;* Salubre hoc monitum sanè: verùm quod satis fuerit in gratiam veri Panis atque viuifici obseruari, non in fauorem ænigmatis. Dicemus igitur, loquutum in parabola Achimelech, & respexisse ad Panem sanctum nouæ legis, cùm, vtrùm ab vxoribus puri essent, interrogauit; Nempe, differunt, qui matrimonio iuncti sunt, ab iis, qui soluti, quòd regiam quandam potestatem repræsentant coniugiis liberi; nimirum, sui integrè iuris sunt: at, postquàm vir vxori alligatus est, iam non suus omninò; sed vxoris quoque, quæ in mariti corpus ius habet. Igitur significat ab vxoribus liberos esse debere, quòd sic quidem Reges facti, tum demum idonei existant, qui Dominico vescantur Corpore: quoniam comedentes postulat, qui Principes habeantur, qui regia eniteant auctoritate; ideò signatè interrogat, num ab vxoribus mundi sint.

1. Reg. 21.
Ambros.
Procop.
Lyran.
Abulens.
Eucharistia mensa luxuriam specialiter detestatur.
Hieron.
Suscepturo Eucharistiam per tres dies soluti ab actu coniugali abstinere.
Tostat.

Implexus Isaiæ versus quintus cap. 21. *Pone mensam, contemplare in specula comedentes, & bibentes: surgite Principes, arripite clypeum:* Ac sanè, quoniam hac non vacat data occasione expendere pro dignitate, acquiescamus communiori placito, nempe ad Balthasaris epulum respexisse Prophetam, quando scribentes in pariete digiti monuerunt, affuturum velociter hostem, & relinquendos scyphos, arripienda arma. O labiles nimiùm mortalium choreas, & gaudia ab ipso statim initio fugientia! Vix ad mensam accumbitur, & cùm deberet plectrum resonare, intonat 184.

Isa. 21.
Humanum gaudium instabile.

Bellona

Bellona classicum, & irroratur sanguine pauimentum, quod paulò antea vina odorata madefecerant! Fruatur amodò infelicibus epulis gens absque consilio: veniat super illos interitus, quoniam intelligere noluerunt, & vasa magna Dei profanarunt; eamus nos ad sapientiæ domum excisam columnis septem, & ipsa immolauit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam suam, De ea, in qua Christi manducatur Caro, vti Hieronymus, atque Glossa Isai [illegible] ati, Stridonensis sanctus in illud *Corruit, cum audirem, &c. Vnde Propheta præcipitur vt vescens in mensa Domini & illius saturatus cibo [illegible] contempletur, quæ ventura sunt mundo dicitúrque per eum ad omnes credentes, vt comedentes, & bibentes Corpus, & Sanguinem Domini, [illegible] in Principes Ecclesiæ, & cum Apostolis audiant: Surgite; arripiántque clypeum fidei de armatura Apostoli Pauli, in quo possint [illegible] Diaboli iacula extinguere:* Sed, quare Principes surgere iubentur, & à iucunditate ad labores transferuntur. Quare clypeo obtegi, arma assumere? Nónne tecum potiùs ad præcipiendum fuerat? Videlicet, vt quiescentibus dominis, seque oblectantibus illi dimicarent? Sic, nimirum, quotidie accidit: ducunt in bonis dies suos Reges, atque Toparchæ; interim decertant subditi: Sanè arbitror, Prophetam sic iussurum, si quempiam contemplatus fuisset seruilis, inferiorisque naturæ: at vniuersum cùm lustrasset triclinium, neminem intuitur, qui non esset de Principibus, quare nisi ad Principes non potuit esse adhortatio, Sed, quorsum in ea cœna nullus, qui non ex Proceribus? Scilicet, erat conuiuium eucharisticum, quod alios quàm Optimates non admittit ad accubitum; Atque attendè, vt huius mensæ hospites speciatim ad bella excitantur, sunt quippe firmamentum & robur matris Ecclesiæ. Nónne obstupescitis, qualis euaserit Aquinas hoc potatus calice, hoc saginatus pabulo? Princeps vtique diuinioris scientiæ: quanta vnus edomuit monstra, quot vicit hæreses, qualem subiugauit impietatem?

Hieron. Glossa.

S. Thomæ Aquinatis laus.

Dicamus de altero Principe, quem hæc dedit
185. mensa, cùm adhuc in imagine, & sub lineamentis esset; *Humiliatusque est Israel valdè in conspectu Madian, & clamauit ad Dominum postulans auxilium contra Madianitas:* Iudic. cap. 6 vers. 6. Misertus Creator populi sui, misit de conuexo in solamen Angelum; habuerat autem in mandatis supernus Minister, vt Ducem, Principemque multitudini nominaret, cuius fortitudine, atque industria de hoste triumpharent, *Cúmque Gedeon excuteret, atque purgaret frumenta in torculari, vt fugeret Madian, apparuit ei Angelus Domini, & ait; Dominus tecum, virorum fortissime: vade in hac fortitudine tua, & liberabis Israël de manu Madian:* Obsecro, quæ hactenus documenta præbuerit Gedeon roboris, atque magnarum virium? Num vrsum, aut leonem interfecit quemadmodum Dauid vix pubertatem egresso contigit sequuturis temporibus? aut paucis associatus de conferto exercitu victoriam reduxit? Nonimus hactenus solum hominem agricolam esse, doctum purgare triticum in cellario; sed alia est agricolandi disciplina, alia castrorum scientia: Prouide tamen Angelus ex omni populo maluit, Gedeonem Imperatorem declarare, idque quòd aspiceret inter frumenta versantem: quid enim illud frumentum sub emblemate, nisi Christi Corpus? Atque Synagogæ vexatio, Catholicæ Ecclesiæ labores repræsentabat: Quis igitur idoneus ad liberandam Matrem Ecclesiam, ad confringenda inimicorum capita? Quis dux, quis Princeps in exercitu. Sanè qui tritici ingrediuntur torcularia, qui edunt de Corpore Domini, déque illius bibunt calice salutari: hi aduersùs Madian procedunt impigrè, quibus & ipse panis gladius est; sic enim per somnium Gedeoni oblatum, & quamuis ad hostiles acies comparati numero pauci [illegible] sint, vincunt tamen facilè: nam fortissimi virorum sunt, quemadmodum & Gedeon, quo [illegible]antur, tales, qui triticum purgant, qui Dominicæ assuescunt mensæ, Ambrosius videbitur [illegible] aliquantum insinuasse Prucer[illegible] in libro 1. de Spiritu sanct. [illegible] *[illegible] baal inquit [illegible] sub arbore, vel sub quercu, [illegible] caderet, accepit oraculum, vt a potestate [illegible] libertatem Dei populum vindicaret [illegible], si est [illegible] ad gratiam cum sub vmbra iam tum [illegible] feracem segetem [illegible] de Latibulis frumenta produceret.*

Iudic. 6.

Ambr.

Dux [illegible] Christum in [illegible] 186.
vagientem & videt [illegible], & submissis [illegible] votis, Reges ab Oriente [illegible] tracti [illegible]ribus; Pastores ex vi [illegible] angelico impulsi hortatu: verùm non satis apta hæc apparet conuinctio, neque Verbi subseruiens finibus quos sibi præfixerat. quippe, si humilitatem ab exordio docere [illegible], quod & iumenta, & stabulum indicant, quid vilem domum subintrant Reges, aurum, myrrha, [illegible] & Ara[illegible]m circumdatur multitudine repleuntur dromedariis circumiacta spatia? Itáne humilitatem persuadeat, si Reges vestigia lambant: Quid apta hæc Orbis Monarchæ? Imò nemini tantum gloriæ aliquando concessum: Quòd si vi[illegible] quasi de Principibus terræ haberi voluit, quot vt ad oscula abiectissimam ruris plebem admitta[illegible], & fœno recumbit genitrix? Hoc quidem est, neque humilitatem, neque maiestatem profiteri; Veruntamen sic fecisse oportebat. Venerat Seruator, vt ab eo homines discerent submissionem, paupertatem, despectum: horum gratia & accersiuit pastores, humile vulgus, & cum animantium stolidioribus versatus ab exordio, præsepis angustias quoque non abhorruit [illegible] in Bethlehem, quæ panis domus ex[illegible] nasceretur, indicabat, & venisse se, vt Corpus aliquando sub panis, Sanguinem sub vini [illegible]ciebus præberet hominibus in salutis pignora; nam rectè Gregorius ex homiliis in Eu[illegible]: *Qui benè etiam in Bethlehem nascitur. Bethlehem quippe domus panis interpretatur: ipse namque est, qui ait: Ego sum Panis viuus, qui de cœlo descendi: Factus homo, fœnum nostrum vertit in frumentum, qui de semetipso ait, Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: Vnde & natus in præsepio reclinatur, vt fideles omnes, videlicet, sancta animalia carnis suæ frumento reficeret: ne ab æterna intelligentiæ pabulo ieiuna remanerent:* Quemadmodum igitur, eò quòd humilitatem docere venerat, quales essent futuri discipuli, quos ad huius gymnasia virtutis admitteret, pastorum accitu indicauit: sic, cùm in domum panis descendisset, quales futuri essent, qui eo ex Pane vescerentur, Regum demonstrauit exemplo, vt [illegible]ore Monarchas, & Principes esse oportere: ac proinde congruè pariter,

Quæ Regum & Pastorum ad Christi præsepe venientium connexio

Greg. Pap.

&

& Optimates, & pauperes ad nati infantis venere mapalia.

187. Verùm materiam hanc singulariter exprimit Seraph ille ad Isaiam missus cap. 6. qui & calculo purificauit eius labia; suppono autem inter nouem Angelorum discrimina supremam arcem contingere Seraphicis; itaque apicem tenent, quemadmodum probat P. Molina ad quæst. 108. 1. partis, disp. vnica, § *Porrò inter Angelos*, &c. Leo Castrensis ad illud Isaiæ, cap. 6. *Seraphim stabant*; Iam verò & alia eodemmet loco probatur doctrina ex Dionysio de cœlesti Hierarchia, c. 13. à Leone, eámque scholæ venustiùs accommodat noster Gabriel Aluarez ad vers. 7. *Et tetigit os meum*, &c. nempe, ex supremo ordine haudquaquam mitti Spiritus; sed committi, quæ gerenda sunt, inferioribus. Quomodo igitur nunc missus fuisse doceatur Seraph, ad ministerium præsertim non speciosum, neque lucidum abstergendi scilicet prophetale labium? Sanè illius doctrinæ ea suauior fuerit interpretatio, si communiter ita contingere arbitremur; verùm aliquando, in magnis nimirum causis, secùs euenire, quod Aluarez planè sentit, & Molina piè opinatus est de suprema classe missam ad Deiparam, quod meo iudicio certum est penè, cùm, etiamsi regula fuisset, quæ vetaret mitti ex eleuatissimo ordine, Maria communibus soleat eximi legibus; Et certè Leo Castrensis prætermissum esse hunc ordinem, & Isaïæ dignitati tributum affirmat, vt ad eum mitteretur Seraph; cuius sententiæ Patronos allegat Gregorium Theologum, atque Chrysostomum, ex quorum verbis non absurdè colligitur: ego autem putauerim, non tam gratia Isaïæ immediatè factum, quàm mysterij, quod repræsentabatur; Igitur apud eundem Castrensem Theodoretus calculo illo, quem Seraph de altari subleuauit, Christi Domini sanctissimum Corpus adumbratum autumat, quod quidem intermedia forcipe Angelus arripuit, quoniam ne angelicæ palmæ, carúmque sane mentium, quæ ab amoris fornace nomen meruerunt, satis dignæ sint, quæ tam sublimem escam attingant; Verba apud Castrensem sunt; *Sunt supremi omnium Angelorum Seraphini; neque manu tamen diuinum Corpus attingunt, rem sanctiorem quærunt, forcipe accipiunt*: Quando igitur Eucharistiæ symbolum illud extitit, & quales esse debeant, præsertim, qui administrant, porrigente Seraphino indicatum, vide facilè arcanum omne patefactum; equidem ordo communis hierarchicæ gubernationis postulabat, vti mitterentur de inferioribus nunciis: at ordo Sacramento Corporis Christi conueniens exigebat, exerceri grandem functionem ab aliquo Principum; Iam verò monstrauimus, Seraphinos Principes esse; vtpote, quibus subiiciantur reliqui Spiritus; Cùm itaque aut vnus, altérve ordo seruari non posset, præualuit, vt maior, scilicet, potiórque ordo Eucharistiæ ministrandæ congruens, ne alius quam Princeps daret tritici mensuram in tempore suo, ac proinde de Principibus vnus amandatus, Seraph, videlicet; Exponamus vulgari philosophantium exemplo: dicunt quidem, aquam, suapte nimirum grauem natura, deorsum ferri: quorsum itaque per tubos & canales sursum attollitur? num Creator se naturis rerum accommodat? Decreuêre assurgere, ne vacuum detur; Itaque, cùm à natura vtrunque sit; & ne aqua in altum subleuetur; & ne vacuum exhibeatur; præstantiori tamen iure, vtiliorique exigit vniuersitas creaturarum, ne vacuo relinquatur locus: cedit igitur, quod minus est, excellentiori. Ad hunc modum, vt ex paruis summa declaremus, cedit illa hierarchicæ gubernationis lex alteri legi exigenti, vt Minister Dominici Corporis Princeps sit, quoniam hæc de Christi corpore excellentior regula est.

Isaiæ 6.

Seraphim, supremus Angelorum ordo.

Molina.

Leo Castr.

Ex supremo Angelorum ordine num mittantur aliqui?

Aluarez.

Molina.

Leo Castr.

Nazianz.

Chrysost.

Theodor.

Sed videamus, quali officiorum genere Abrahamum è pugna reuertentem cum gloria Melchisedechus excipiat; *At verò Melchisedech, Rex Salem* (Genes. cap. 14 vers. 18.) *proferens panem, & vinum (erat enim Sacerdos Dei altissimi,) benedixit ei & ait: Benedictus Abraham Deo excelso*, &c. Verùm, quæ noua hæc atque nimiùm insolita excipiendi ex certamine cum triompho venientes, forma? vbi laurus, quæ cingat victricem frontem? vbi palmæ in manibus? vbi catenati ante Duces, & Pæan canentium numerus, & vulgi confusus strepitus lætantis? Ergo redierit Abraham fame propè enectus, & solatium attulerit Melchisedech esurienti; Sic quidem Rabbini fabulantur, quos Nicolaus optimè confutat asserens; *Dictum est enim supra, quòd illi quatuor Reges, quos debellauerat Abraham, asportauerant de Sodomis vniuersa, quæ ad cibos pertinent, nec poterant adhuc omnia consumpsisse; nec fugiendo poterant secum portasse; & ideo Abraham ibi inuenit satis de victualibus, pro se, & pro populo suo; & hoc etiam patet per litteram sequentem*, &c. Deinde etiam illud monet, cur hoc potissimùm tempore, his circunstantiis, & neque antea vnquam hoc obsequij genus à Melchisedecho præstitum? Denique & animaduersu non indignum, quoniam, exceptis vino, & pane, alia non adiunxerit, neque ex Oceano, neque ex syluis, montibúsve petita. Verùm exploratum est, hoc hieroglyphico Christi præfiguratum sacerdotium; pane, atque vino indicatam Eucharistiam: Non profero testes in re notissima: abundant apud huius capitis Geneseos Scholiastas, & apud Paulinos Interpretes ad caput septimum epist. ad Hebræos: Ergo ante hoc tempus non patebat quidem, Abrahamum Regem esse, nunc verò eius dominationis non obscura argumenta, quòd regia pollentem auctoritate iure coniectari possimus, qui tot debellaret Toparchas, & æqualis potentiæ cum iis, quos subiugauerat; Regio igitur fulgentem splendore cùm Melchisedech animaduerteret, ratus hoc insignitum honore idoneum esse, cui Dominici Corporis committeretur alimonia, cùm Sacerdotes sub gratiæ lege ipse præferret, Abrahamo panem & vinum obtulit: sed, cùm animo statuisset Melchisedech, panis, atque vini oblatione Abrahæ triumphum cumulatiorem reddere, quamobrem non per seruorum, clientúmve aliquos donum misit victori? at ipse portitor fuit, præsertim cùm docuerimus eo, quod præcessit Anteloquio, Sectione 6 num. 127. Melchisedechum supremum Palestinorum Monarcham extitisse, qui sub imperiis plures haberet Reges? Sanè vel ob hoc, [illegible] vnus alteri non credidit: ipse nanque Sacerdotem, Ministrúmque inclyti sacrificij repræsentabat; Quare innuebat tota illa actio, vt debeant quidem Reges esse, quotquot ad hanc mensam accedant; eius tamen, qui Minister, tantam esse oportere excellentiam, vt Regem dici non sufficiat, nisi Archiprinceps sit, & Regum Rex, dominantium Dominus. 188.

Genes. 14.

Lyra

Melchisedech panem & vinum Abrahamo obtulit non per seruos aut clientes, sed per seipsum: cur?

Vbicunque

189. *Vbicunque fuerit corpus* (inquit Seruator apud Matthæum cap. 24. vers. 28) *illic congregabuntur & aquilæ*; Sed, quare non dixit, & corui, *qui & de morte pascuntur*, de cadaueribus, scilicet, vt loquitur Aug. tom. 9. in Ioan tract. 6. atque hanc ob causam, quòd mersorum cadauerum delectaretur sagina, nō fuisse reuersum, quem Noë Gen. 8. v. 7. emiserat coruum, idem sanctus Pater arbitratus ex quæstionibus in Gen. 13. Chrysostomus manifestè hom. 26. in Gen. *Quare* (inquit) *non rediit coruus? Fortasse, cùm sit auis immunda, incidens in cadauera hominum, & brutorum illis, tanquam inuento sibi congruo cibo, insedit*: Quod est igitur corpus, ad quod aquilis conuolare tantùm concessum? Profectò aquila volucrum Regina, quemadmodum Plinius scribit lib. 10. c. 3. atque in omnium labiis fertur: est itaque Corpus, de quo non nisi, aut Reges, aut Reginæ vescuntur, sacratissima Redemptoris Caro: de hoc verum, quoniam neque coruo, neque immundis alitibus appropinquare liceat, nisi velint iudicium sibi manducare, non diiudicantes Corpus Domini; Aquilarum esca est, quoniam illæ Reginæ; O concessas aquilis incomparandas dotes? Solem apertis, defixisque luminibus contemplantur; ipsum æthera volatus penè attingunt altitudine; celeritate Euros imitantur, si quando senio fatigantur, iuuenescunt iterum facilè; nil tam generosum inter pennata: robore, nobilitate acumine vincunt: quidni, quorum cibus manna omnem saporem suauitatis in se habens? Inuideo vestram fortunam super omnibus thesauris, super omni iucundo & delectabili, genus electum & regale, volucres sanctæ, vos aquilæ magnarum alarum, quæ de medulla cedri vescimini; Haurite à Chrysostomo de aquilis istis hom. 34. in illud cap. 10. epist. ad Corinthios prioris: *Omnia mihi licent*, &c. *Accedamus, & aquilæ in hac vita facti ad ipsum cælum, vel potius supra cælum; vbi enim cadauer, inquit, illic & aquilæ: cadauer, Domini Corpus propter mortem; aquilas autem appellat, vt ostendat ad alta eum oportere contendere, qui ad hoc Corpus accedit, & nihil cum terra debere esse ei commune; neque ad inferiora trahi, & repere; sed ad superiora semper volare, & in Solem iustitiæ intueri, mentisque oculum acutissimum habere; aquilarum enim, non graculorum hæc mensa est*. Nos certè coruos abegimus, quòd immunda sit auis, & tyrannica: verùm neque graculos accedere Chrysostomus sufferat. Heu! quanti excludendi, si nec graculorum mensa sit!

Matth. 24. — August. — Genes. 8. — Chrysost. — *Coruum cadaueribus oblectatur.* — Plin. — Chrysost.

Atque ab his tu disce, cur ille perditi genitor
190. adolescentis, cùm deberet pascere, vestit magis; neque quidem indigentiæ succurrit tantùm, sed in componendo, in ornando, tanquam si de thalamo processurus sit, & sponsæ obuiam progrediatur, & ipse, & seruorum occupatur multitudo: Vide Pater sancte, quoniam puer hic pane magis indiget, quàm panno: panem, non amictum desiderabat, quando nec siliquæ dabantur, atque vel mercenariorum quidem panem: Quòd si etiam necessaria vestis, quoniam & frigore penè enectus, da nunc potiùs, quibus calefiat, & spiritum recuperet; non quæ ad pompam & ornatum solùm deseruiant, annulum, stolam primam, sandalia? Verùm genitor iste porriget quidem libenter panem, & non mercenariorum, sed angelicum; dabit epulum [illegible]um, & inebriabitur ab vbertate domus eius: sed, quoniam in gratiam illius statuit vitulum saginatum occidere, id est, dare illi Corpus suum; hoc enim vitulus ille significabat, vt interpretatur Hieronymus epistola ad Damasum de duobus filiis, Lyra in cap. 15. Lucæ: *Et adducite vitulum* (ait) *id est, Sacramentum Eucharistiæ, in quo immolatur Christus, qui est vitulus saginatus propter gratiæ pinguedinem*; non poterat ad tam grande conuiuium accedere, nisi tanquam vnus de filiis Principum, aut Consulum; *Perdiderat enim dignitatem* (ait Glossa) *& nudis pedibus Pascha celebrare non poterat*; Sed & alius in tenebras exteriores amandatus, quoniam ad cœnam intrauit non habens symposialem vestem, proinde vt in regio decore appareat, genitor imperat stolam primam ex capsula proferri: erat autem hæc, quæ ad talos descendebat, vestis communis, & virginibus, & pueris; nam eandem & indutus legitur Ioseph, cui Israel polymitam tunicam fecit, Genes. 37. vers. 3. & Thamar Reg. 2. cap. 13. vers. 18. cum polymita etiam tunica, ex Pagnini, atque Vatabli translatione; vulgatus nominat talarem amictum, quo vsas asserit virgines Regum fillas: De annulis diximus aliquid Anteloquio 4. Sect. 6. num. 44. Calceamentis verò diuisos à pauperibus locupletes, nobiliores à mediocribus; fuisse quoque Regibus peculiares calceorum formas, quibus innotesceret imperialis maiestas, ostendit Dempsterus Paralipomenis ad cap. 36. lib. 5. Antiquit. Romanarum Ioannis Rosini: His adornatum insignibus, quæ regium componebant fastum, ad epulas introduci parens volebat; quoniam sic postulabat tanti conuiuij auctoritas, quod, nisi regio fulgentes splendore, hospites non admittit; vtpote, in quo non tauri pingues, non altilia, aut de mari extracti offeruntur pisces; sed manducatur Caro, & bibitur Sanguis Agni, qui occisus est ab origine mundi, qui eius venit tollere peccata: propterea & vt hoc ipsum nostrum repræsentaret Epithalamium, quamuis ad nuptiale prandium atque cœnam admissi plurimi mortales, atque ex omni hominum gradu, tamen vnà cum sponso, & eius dilecta recumbere non nisi, aut Optimatibus indultum, aut Heroinis: Qui igitur desiderat gustare, quàm suauis est Dominus in sua dulcedinis mensa, relinquat vulgi mores, & peccatis obscuratam, quam conditionis exordio accepit à Deo regiam imaginem, redintegrare studeat: sic condecorato fiet pabulum istud in vitam æternam.

Hieron. — Glossa. — *Stola, vestis nobilium.* — Gen. 37. — Pagnin. — Vatabl. — *Calceamentis diuisi nobiles à plebeis.* — Dempster.

Sectio XIX.

Toleramus sine fastidio, & cum voluptate aggredimur, quæ nostræ propensioni, & studiis cognata sunt.

SÆpissimè demirati sumus, quid sponsum
impulerit, vt derelictis patriis Virginibus, 191.
quarum maximus splendor ob generis vetustatem, ob possessiones & diuitias incomparabiles, ob ingenij acumen, & dulcia faciei lineamenta; ei fœderatus sit Puellæ, cui stirpis exordia vilia, & inhonora, quem semper paupertas comitata est; sed rectè admodum singulari iudicio præditus iuuenis: quippè huius etsi rusticanæ Puellæ & tenuioris census mores omnino similes, nam animus ad verecundiam, honestatémque formatus Adolescentis configurabatur menti;

Quoniam

Quoniam igitur Matrimonij onerosum sibi hoc iugum, vt quàm possit leniter sustineret, elegit spiritu sibi parem Sponsam, nec vultus gratia discrepantem, sui tantæ similitudinis affinitate nihil tam graue atque insuauissimum quod non cum delectatione tolerari possit, cum tamen si Marito diametra vxor extiterit, perpetuis in iurgiis vita traduceretur; ita enim comparatum est in humana natura vt quibus quisque assueuit, eas benignè amplexetur artes, & quod expetum videatur, propensio moderetur, nauseamque similitudo facilè repellat; peregrina & insolita horrorem pariunt; scilicet hanc ob causam mitissimus IESVS cum in noua lege Sacramenta plura institueret ad æternæ salutis conseruationem, voluit materiam esse, quam homines libenter adamassent quòd communibus vsibus mortalium connata esset; talia panis, vinum, aqua, oleum, id quod perquam benè Ioannes aduertit Damascenus lib. 4. de fide orthodoxa, cap. 14. *Assueto igitur cond[e]scensu vsus, per consueta naturæ ea facit quæ sunt super naturam; & quemadmodum in Baptismate quia consuetudo est hominibus lauari, & oleo vngi, coniunxit oleo, & aquæ gratiam Spiritus sancti & fecit illud lauacrum regenerationis; hunc in modum, quia mos hominibus est panem manducare, & vinum & aquam bibere, coniunxit his ipsis suam Diuinitatem, & fecit ea Corpus & Sanguinem; vt per assueta, & quæ sunt secundum naturam, in iis quæ super naturam collocemur.*

Cur Christus voluit materiam Sacramentorum esse res maximè nobis communes, ex sententia Damascen.

192\. Formaturus mulierem Deus, inquit: *Non est bonum esse hominem solum, faciamus ei adiutorium simile sibi.* Genes. cap. 2. vers. 18. *Gen. c. 2. v. 18.* demirari certe placet quamobrem cætera dum moliretur animalia, non dixit eadem emphasi, Homini se adiutorium producere: imò quod mirum in modo nuperrimè capite postquam Moysi fuit allata animantia cum volucribus coram Adamo, vt nomina imponeret illis, subiunctum continuò: *Adæ verò non inueniebatur adiutor similis eius:* Quid ergò? non ad hominis subsidium leo & vrsus & panthera, qui si inimicos haberet, pro eo decertassent? nonnè ad voluptatem, quæ & ipsa opitulamentum est tam varia in auibus pictura, tam dulcis, & multiplex sonus? quorsum itaque de muliere tantùm, *faciamus ei adiutorium?* profectò & cooperabantur homini, & pro cuiusque instinctu adiuuabant cæli, terræque animantium genus, itaque non adiutorium desiderabat Adam, sed adiutorium simile sibi, eiusdem sigilli, & imaginis, proindeque cum mysterio superius erat de animantibus Sermo, adiectum: *Adæ vero non inueniebatur adiutor similis eius;* scilicet non deerat absolutè qui adiuuaret; sed inopia tantùm Adiutoris similis illi: Verùm, quid si non similis dummodo Adiutor tamen? ô certè mirum in modum prodest Adiutorium simile esse; Nam perpende singularem penitus rem: circumseptus erat Protoplastus infinitis pulcherrimorum animantium turmis, quæ ad nutum obtemperabant; cum tamen egregiam auxiliatem haberet manum tristatur adhuc quasi solus vniuersitatis pondus sustinere cogatur; producitur vna solum femina quæ adiuuat, atque ob vnam sociam tripudiat & exultat potitus laborum comite; At quomodo ante hoc millia millium habens, quibus onus sarcinam diuidat, mæstus sit tamen? & vnius feminæ adiunctio tantam adferat hilaritatem? num robustior tot animantibus Euadelicata Virgo? haud quaquam, sed percipe vim cognati & similis Adiutorij; modò sit Adiutorium simile, licèt vnius tantum & imbecillis feminæ audebit Protoplastus orbem totum gubernare alacriter & festiuè: si tamen dissimiles tribuantur socij quanquam in millesimum excrescant numerum, mœrebit & ingemiscet quasi nimio oppressus onere, Basilius Seleuciæ orat. 2. in Adamum; *Verùm in tanta bonorum omnium affluentia agens Adamus, carens voluptatis suæ consorte, imperfectiori lætitia fructu capiebatur, Non enim* (inquit) *inueniebatur similis eius; cùm enim alterius generis haberet seruitia, a congeneri natura solatium in vniuerso non videbat; errabundus erat hospes, Dominus in medio Paradisi paludans desolatione paris societatis affligebatur.*

Quantū alacritatis & facultatis accedat in opere ex similis consortio.

Sherlogs Anteloq. 19 Cant.

Basil Seleuc.

193\. Cum duobus filiis Genitor substantiam diuisisset, profectus adolescentior in regionem longinquam dissipauit substantiam suam viuendo luxuriosè Luc. cap. 15. vers. 11. Duo hi fratres mysticè quosnam designent? Alij maiorem natu indicatum affirmant populum Hebræorum, minorem nationem ex gentibus: Alij per adumbratum vtrumque intelligunt creaturam, sed prius conditam seniorem, inferiorem rationalem ... Angelos: ... e castra ... : Nam animaduerti oportet eum ex duobus germanis seniorem moleste ... tulerit gratiam Parentis erga adolescentem connectunt ad pœnitentiam, oportet ... allegoriam de iis compungi, qui doleant super peccatorum lachrymis & fletu, cupiantque à Numine non indulgeri illis: huiusmodi autem affectus Angelis nullo pacto quadret: sed quâ de causa tristari Angelos ob pœnitentiam & luctum noxas detestantium, indecens fuerit, aut verò impossibile quidem? Nempe, Angeli *administratorij spiritus sunt* vt loquitur Paulus ad Hebr. cap. 1. vers. 14. *in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis,* hoc igitur delectabile munus ipsorum, cui à primordio conditionis assueuerunt; Quisquam ne igitur credat permolestum & graue illis id quod tantopere propendent? Si quidem ab eorum officio alienum, propositisque ipsorum violentum cooperari vt saluentur qui aberrarunt, suspicio esset acerbè laturos vt ad reditum filij iunioris in lætitiam tota effunderetur domus; Nunc autem cùm hoc maximè appetunt, & ea se forma exercuerint ab initio, cogitare nequeamus vt lugeant; quamobrem eorum rectissimè Cyrillus opinionem amouit, qui fratre seniori Angelicam Naturam indicari putauerint; illius verba in Græca catena: *Si enim Angelis senioris filij personam tribuamus, reperiemus ipsum non fuisse in sermone sanctis Angelis conuenientem neque sic affectum, vt illi erga peccatorum ad pœnitentiam conuersionem; cum ipsémet Dominus, & saluator omnium dicat, gaudium esse coram Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente.*

Hebr. 1. vers. 14

Delectabile est Angelis, hominum saluti inseruire.

Cyrill.

194\. Vexatur locuples Auarus ob horreorum angustias, & fabricare maiora meditatur: *destruam horrea mea & maiora faciam, & illuc congregabo omnia quæ nata sunt mihi, & bona mea.* Luc. cap. 12. vers. 18 Sed quamobrem si & frumentorum copiam admittere cellaria nequeant, egenis & miseris non distribuit? at nihil mage exosum illi: de eo & similibus benè

Luc. 12. vers. 18

Magnus Basilius sermone 1. in Auaros; *occursus pauperum vitas, ne fortè aliquid vel modicum è manibus coactè exeat; vnam tantum nosti vocem, non habeo, non dabo*; opponamus huic locupl[illegible] al[illegible] fortunatum diuitem, inter Pat[illegible]ar[illegible]chas ex[illegible]mium Abrahamum, cum moreretur Lazarus, *factum est vt portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ.* Luc. cap. 16. vers. 22. discamus causas à Chrysologo, quem [illegible] Allegor[illegible] Tilmanni ad præfata verba.

Chrysolog.

Sed cur Abraham sic ambit pauperem, diuitem sic refugit & refutat? nonne & ipse diues fuit? verè diues fuit, sed pauperi, non sibi, & opes non habere sed erogare gestiuit, ingessitque in sinum pauperis, quam in horreis recondere suas studuit facultates, sicut toto vitæ eius ordine perdocetur; vnde & nunc parum se beatum credidit, si in ipsa superna gloria ab hospitalitatis pio cessaret officio, & solus donis frueretur diuinis, qui hic crudelem se credidit si humana bona vnquam cuiquam negaret. Insistamus parumper illis verbis: *Vnde & nunc parum Beatum se credidit si in ipsa superna gloria ab hospitalitatis pio cessaret officio* &[illegible] loquitur non de exacta Beatitudine, quæ in De[illegible] visione intuitiua, qua non fruebatur Patriarcha in limbo, sed de luci[illegible] illius quiete, & pace, sub tantæ iucunditati[illegible] placidissima malacia si modo hospitalitatis vsu careret, parum se felicem arbitraretur; vide in quantam [illegible] ocessit ei delectationem hospitalitas [illegible] ui tam altæ pacis voluptas sine hospitalitate qu[illegible] non perplaceret? Quamobrem igitur aut Diuiti horreorum destru[illegible] tori tam inuisa pauperum cura? vel Abrahamo tam grata? nempe prior ille miserorum hostis assuetus sibi tantùm cupere omnia, ad se traducere vniuersa; ne quidem amicis aut cognatis distribuebat, quantò minus pauperibus? sed in animam suam congerebat cuncta: *Anima, habes bona posita in annos plurimos. requiesce, comede, bibe, epulare,* &c. Patriarchæ verò mos ab adolescentia cum egentibus diuidere: quoniam itaque malus Diues contrariæ erat propensionis, nihil [illegible] age arduum videbatur, quàm vt subueniret eg[illegible]tibus: quia autem ad hospitalitatem summop[illegible] inclinabatur Abraham tam du[illegible] il[illegible] ope destitutis succurrere, vt nisi hæc [illegible]ungatur voluptas, in limbo parum se beatum agnosceret; Vnde suauissimè Christus, vt diuitibus persuaderet contemptionem opum humanarum sacculos non defuturos spopondit ad spiritalia transeuntibus lucra: *facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cœlis*: Lucæ c. 12. v. 33. tanquam veritus ne refugerent locupletes nisi de sacculi[illegible] spes maneret; at verò si per sacculos quærendum regnum cælorum, hilares aggrederentur diffic[illegible]ia quæcumque, quoniam no[illegible]s calcatur[illegible] erant similes, & antiquis germanas, nimirum in sacculis, quæ vetus exercitatio: luculentè in præfata Tilmanni catena ad dictum Lucæ caput Chrysologus: *Ecce docet auaritiam, qui cœperat suadere contemptum, & qui temporaliter thesauri[illegible] antes arguebat, ad totum cupiditatis fomitem iubet sacculos sine fine perquiri; Christe quo te pertrahit amor tuorum? vt auarum tibi lucrifaciat facis eum quod desiderat, non quod oporteat audire; sacculos imperas æternos, thesauros qui non defi[illegible] iube[illegible] parari, vt auarus dum consueta percurrit ad lucra, aut virtutem capiat, aut à virtute capiatur.*

Etiam in superna gloria hospitalitatis affectum retinuit Abraham.

Lucæ c. 12. vers. 33.

Chrysol. Christus thesaurizare iubet, vt auaros ad se alliciat.

195. Verbum, [illegible] dictione & imperio reliqua mundana pr[illegible] creasset limum de quo fabricandus homo digitis contre[illegible]ar[illegible] non aspernabatur: ce[illegible]nit egregiè, homini[illegible]que delatum peculiarem honorem aducit Prudentius in Apotheo[illegible].

Prudentius.

Tantus amor terræ, tanta est dilectio nostri,
Dignatur prepinguis humi comprehendere mollē
Diuinus [illegible] dignus, nec sordida sensit
Hærentis massa contagia: iusserat vt lux
Conficeret, facta est vt iusserat omnia iussis
Imperante nouas traxerunt [illegible] formas,
Solus homo meruit Domini formabile dextra
Os[illegible] spere, & flabro Deitatis [illegible]mine na[illegible]

Quanta dignatione hominē Creauit Deus.

Quo & nut[illegible]s, gerulæque [illegible]morem huc illuc charum [illegible]bi pignus supportasse [illegible]enæus memorat lib. [illegible] contra Hæreses, cap. 5. *assueta enim erant in Adam manus Dei [illegible]aptare, & tenere, & baiulare suum plasma & ferre & ponere vbi ipsa vellent*. At quam [illegible] Numen in [illegible] creaturarum [illegible] tione, quæ de li[illegible]mo fabricatæ, non manus, d[illegible] ósque m[illegible]assæ adiunxit. Num propter [illegible] Maiestat[illegible] reuerentiam, qu[illegible] tan[illegible] vil[illegible] & abiecta dedece ent? Atqui si minus oportet & vsque in limi ipsius conglutinationem descendere, cur Homo excipiatur? Equi[illegible] Ho[illegible] verbo affinis, & coniunctus ob [illegible] poti[illegible]um titulos, primùm quod a[illegible]mæ [illegible] quædam diuinit[illegible] imago, quip[illegible] ond[illegible] ad sim[illegible]udi[illegible]m Se[illegible] quia & d[illegible], quam tun[illegible] batur c[illegible] tur[illegible] temporibus indumenta Verbum ipsum [illegible] meret quare dicto loco Prudentius.

Irenæus.

Deus in hominis creatione manus massæ adiunxit, non autē in Creatione aliarum rerum.

Decreuerat quoniam Christus Deus incorrupto
[illegible] quod fingere vellet
D[illegible] habuit d[illegible], & [illegible]arū condere pignus.

Quanquam igitur ardui & perplexi laboris humana [illegible]ratione in tam abiectum opus [illegible] gnem d[illegible] endere maiestatem, sed [illegible] vbi [illegible]udo, & paritati[illegible] quædam ratio; omnia emo[illegible] affinitas siue naturæ, seu morum, cunctásque [illegible] aufert difficultates; Quoniam itaque Verbo coniuncta humana Natura ob præs[illegible] cau[illegible] id [illegible] irrationalem creaturam quanqua[illegible] dicto produxerit, & tanquam contem[illegible] serit manibus suis tangere plastricem materiam, Hominis aliter omninò se gesserat in mo[illegible]tione.

Latro ille Beatus, quàm callidus orator! in ex- 196.
trema vitæ periodo [illegible]uationem consequi vo[illegible] dicebat ad IESVM: *Domine, memento mei cum veneris in regnum tuum.* Luc. cap. 23. vers. 42. [illegible]rem difficilem postulauit, scilicet vsque in vltimum pene halitum iniquus, & ve[illegible] at[illegible]que absolui propter duo tantùm verba; [illegible] nónne hac commoti[illegible] d[illegible]lgentia pe[illegible]ator[illegible] gnum requiescent in prau[illegible] v[illegible] d[illegible] tionibus, neque exci[illegible]buntur quoad no[illegible] hora sit? omnino periculosum opus velle in peccatis iacere torpentes vsque in finem; & [illegible] on[illegible] dera quomodo dicat vt persuadeat, neque enim latebat ard[illegible] esse quod flagitabatur: *mement*[illegible] qu[illegible] *mei* hoc est natu[illegible]æ, non de[illegible] [illegible] coin iniquit[illegible] ob eruaueris quis sustinebit? at ego qu[illegible] per [illegible]ersus, Homo tamen sum, proinde tib[illegible] & affini[illegible] moueat te naturæ simi[illegible]tudo & [illegible]atio! o vehementem eloquentiam! difficil[illegible] num quidem erat tàn[illegible] pœnitentiæ indu[illegible] e, sed vbi sim[illegible]itudin[illegible] intercessit & lum[illegible]bus proposi[illegible] est domesticæ nat[illegible] conditio, superata est protinus d[illegible], & Par[illegible]iso facti est sponsio. Cyrillus Ierosol. [illegible] Catechesi 13. *Non dico vt operum meorum [illegible]e-ris,*

Luc. [illegible] v. [illegible]

Propter duo tantum verba absoluitur latro in cruce & in extremis positus.

Cyrill. Ierosol.

ris, hæc enim metuo; mei autem memineris: Omnis cum Homo afficitur benè comiti suo, simul tecum eo ad mortem, memineris comitis tui; At si veteris meminisse socij oporteat in secunda fortuna, quamobrem Pincerna ille Pharaonis Domini restitutus gratiæ, Iosephi oblitus fuerit? Gen c. 40. v. 23. equidem vel ob hoc ille maxime inhumanus iudicandus, qui pristinam amicitiam contempsit, veruntamen causa aliqua, Nam moribus dissimiles Ioseph, & Pincerna, alter veri Numinis cultor, alter [illegible]; alter virtutum pulcherrima [illegible] suauissimis conspicuus, alter vitiis plurimis formis turpatus; quomodo igitur Pincerna in sibi contrarium propenderet, vel eius [illegible] laborem quem cumque subiret, vt Regi placeret? Bernard. serm. 5 in festo omnium Sanctorum, *Absit, absit a vobis animæ sancti. Ægyptia [illegible] pincerna Pharaonis, qui in gradum pristinum restitutus, statim oblitus est Iosephi sancti, qui in carcere tenebatur. Non enim eratis vnius capitis membra, nec aliqua pars [illegible] infideli, aut [illegible] Israelita ad Ægyptium non plus quam lux ad tenebras. Non si [illegible] crucifixi [illegible] cum latronis potuit oblivisci, [illegible] quod promissum est, ipsa die qua compassus est, converterit.*

Car Pincerna Pharaonis oblitus fuerit Ioseph.

Bernard.

197. Balaam [illegible] de Christo [illegible] eximia [illegible] vati [illegible] prophetat: *Orietur stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, &c.* Numerorum c. 24. v. 17. cur ab ore [illegible] Domini? nempè, quia Gentilis erat & Idololatra? imo [illegible] vel ob hanc potissimum prædictionis gratiam [illegible] debuit [illegible] donum sublime est, quod nō nisi præstantissimis quibusdam Amicorum Numen [illegible] communicare vsu sit; sanè concedamus Balaam Paganum & idololatram extitisse, vt ex testimoniis multorum often [illegible] Antelo[illegible] in. 70 Scite quidem quod de [illegible] Seruatore eius per os vati [illegible] Deus, [illegible] prædictio illa de nascitura ex [illegible] stella singulariter ordinabatur, vt per eam Magi qui de Ethnicorum numero, crederent, cum [illegible] fulgore radiare intelleri sidus micantissimum, proditurum ex Virginali claustro Puellæ, quæ maritum ignorauerit, Seruatorem orbis, statimque [illegible] cum gloria editi infantis pergerent longo viarum tractu vt adorarent; quare Patrum vulgata [illegible] est, Magos illos tres qui incunabula Christi [illegible] venerati fuêre obsequiis, posteros, vel successores fuisse huius Balaam, eiúsque hoc vaticinio impulsos, vt Bethlem peterent: Quoniam igitur sciebat Creator cedere nos facilius his, quæ nobis congenita & affinia sunt, quàm peregrinis, vt suauius Prophetiæ amplexarentur oraculum, voluit ex Gentilitate prædicentem esse, vt similitudo alliceret, & domesticis caperentur; Origenes hom. 16 in librum Numerorum; *adest autem non sacrificys, sed in occursum veniens, & ibi dat verbum suum, atque ibi mysteria futura pronunciat vbi maxime fides, & admiratio Gentilium pendet, vt qui nostris nolunt, credere Prophetis, credant Diuinis & Vatibus suis.*

Numer. c. 24.

Origenes.

SECTIO XX.

Peccatores Deum laudant & magnificant quando beneficia præstat: iusti autem etiam quando calamitates immittit.

198. DEmonstrauimus veneratas Gentium nationes Solem, Lunam cum cæteris astris m

Sherlogi Anteloq in Cant.

ignibus, Nilóque flumini aras extruxisse; tanti cultus fundamentum beneficiorum grata recordatio, sed nescio quàm grata, certè quàm syncera, vbi non languor diligitur, sed amatur donum tantùm; [illegible] si aduersi quidpiam intulissent, facilè Deos [illegible] essent in viodictam armatos: Hæc est Gentilium, hæc est peccatorum Religio, superis dum [illegible] plaudere solùm, auertat illuctante, alia sub unior disciplina filiorum Dei, coluut san[illegible] beneficientem, at si castigare & affligere incipiat, nec minori prosequuntur studio, imò tripudiant magis, quoniam veram dilectionem probant aduersitates, audi electorum iucundas voces, audi gaudentium in patria iubilationem ex[illegible] llentiorem: *lætati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti; annis quibus vidimus mala.* Psalm 89. v. 15. Quomodo non & receperunt bona quoque in vita sua? Nónne ditatus est Abraham? Nonne Iobo possessiones multæ: Non regnauit Dauid? quare igitur dierum eorum recordantur solùm, in quibus angustiati? nempe vt se veros Dei seruos ostendant, nam & gaudere pro felicitate, Numinique benedicere hoc & peccatores sciunt; verum eius loci proferenda commentatio ex Bernardo serm 68 in Cant. *Tu putas Deum nostrum eorum habiturum suæ gloriæ laudem donec veniant qui in conspectu Angelorum psallant sibi, lætati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti, annis quibus vidimus mala? Hoc genus lætitiæ cæli nescierunt nisi per Ecclesiæ filios,* exponit Bernardum Incognitus ad Præfatum Psalmi dictionem inquiens; *Non habebit Deus noster perfectam gloriæ suæ laudem, donec de puluere suscitetur qui in conspectu Angelorum hoc carmen victoriæ ei cantet: lætati sumus,* &c. Igitur ante referatum generi humano Olympum per Seruatorem, imperfecta erat laus, quæ cantabatur Deo ab Angelis, qui non cessabant intonare inenarrabili cum harmonia sanctus, sanctus, sanctus, &c. Attende sacrauerit tum; dulcis illa musica sed Angeli non [illegible] nisi beneficia cantare, mala enim nunquam experti sunt, verùm Deo solum iubilare propter munera quanti sit: Quis enim non rependat gratiarum actionem pro donis eximiis? maiora Dei encomium vndequaque nobile exposcit, etiam vt laudetur cùm irascitur & verberat; Quia ergo homines patiebantur, & in tribulatione extollebant; ideò antequàm horum adiungerentur voces, chorus canentium ex solis spiritibus qui mali nihil sustinuerant, quasi imperfectus apparebat.

Ps. 89. v. 15.

Bernard.

Tribulationes insitorum perficiunt cœlestem musicam.

199. Daturus Moysi legem Creator formidabilis descendit, *nam cœperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & timuit populus qui erat in castris.* Numerorum c. 19. v. 16 Qua de causa tam metuendos? Nam in natalitiis magis pax & lætitia est, quàm horror & trepidatio: sin autem & tunc quasi despondebatur Verbo Synagoga, accipiebat enim leges & præcepta quæ obseruare oportebat nouam nuptam, vt in ea considerer eor viri sui: sed in genia i gaudio festiua voluptas, & securum gaudium. non autem quod extimescere compellat. Equidem deduxit in mirabilibus quasi pupillam oculi sui Numen plebem Hebræorum: beneficus erga illam in vrbibus Ægypti, beneficus in mari rubro, beneficus in eremo: ipsi gratiam referre cupientes cantarunt ei gloriosè nimis, quoniam equi & ascensorem deiecit in mare Exod. c. 15. v. 1. non malè hoc: sed puto & Ægypij collaudassent pariter si benignitatem tantummodò experti fuissent: Quo igitur norint, modò filij Dei,

Num. 19. v. 17

Accipiendo leges desponsabatur Verbo Dei Synagoga.

& sancti esse mereantur, aliud etiã sibi modulandum Canticum, nempe quo gratias etiam verberati, & contriti referant, qui hactenus mitis esse solum visus est minas & terrorẽ adiungit, vt aliam esse iustorum normam intelligant, quàm hominũ de sæculo; quòd posteriores illi superos in secundis rebus tantùm adorent, priores in calamitatibus fidentiores inueniantur, Theodoretus ex Catena Græca in Pentateuchum: *Sed neque aliam ob causam clangores, tonitrua, [illegible], ignis fumusque verticem montis occupauerunt, quam vt ipsorum illorum corda emollirentur, Nam cum iniuriis essent in Ægypto, & à calamitatibus postremò Ægyptiorum liberi penitus euasissent, ne securi omnes ex parte dilaberentur in socordiam, tanquam filios perterrefacit; vt amare Deum beneficia doceant supplicia simul & terrores cogant timere.*

Theodoret.

Illos terret Deus ne in socordiam dilabantur.

200\. Cùm varias clades Iobo nuncij retulissent, vnus inquit; *ignis Dei cecidit è cælo, & tactas oues, puerósque consumpsit*, c.1.v.16. quorsum de cælo flammæ? quare non ex terræ visceribus erumpentes, aut è domestico hominum foco? volebat Aduersarius Iobum intelligere specialem plagæ Auctorem Deum extitisse, proinde malediceret ei tanquàm in seruos acerbiori, qui virum summa cum iustitia famulantem talibus recompensarit modis; probè Chrysostomus epistola ad Olympiam, *hac enim ob causam etiam Iobum bonis spoliauit, non vt eum pauperem redderet, sed vt maledicum aduersus Deum aliquod verbum efferre cogeret.* Quid si blasphemasset Iobus? tum quidem arguisset Satan inter Numinis sinceros famulos haudquaquam esse putandum, quia horum ab infidelibus seruis differentia, quòd infideles ij collaudant solùm remunerantem continuò; subodoratus malitiam versipellis strenuus Athleta, Numini mirificum hymnum decantauit, *Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit ita factum est, sit nomen Domini benedictum*; hoc est, siue Numen diuitias concedat, seu depauperare iuuat: sub omni fortuna à me perpetuò honorandus Gerson tract. 6. in Magnificat: *propterea Iob afflictus, & orator peritissimus post tot aduersantis Satanæ crudeles iniurias & persecutiones, oraturus iudicem Deum pro liberatione sua, conuertit totam Aduersarij machinationem in Deum iudicem suum per humilem confessionem: Dominus inquit dedit: Dominus abstulit, sit nomen Domini benedictum.*

Iob. 1. v. 16.

Chrysost.

Iob, Orator peritissimus.

Gerson.

201\. Postquam Angeli vociferatione congeminatà prohibitus Abraham ne filium mactaret, inquit idem qui coërcuit festinantem ad vulnus: *Nunc cognoui quod times Deum, & non pepercisti vnigenito filio tuo.* Genes. c. 22. vers. 12. Sed quomodo nunc certè cognouit tanquàm hactenus latuerit Numinis eximium cultorem esse Patriarcham? & quò tot annorum virtus insignis? quò pietas? quò Pauperum remedia? quò exilia & peregrinationes tenderint, nisi vt demonstrarent in diuina summè religiosum? Sed aduerte hucusque bonis cumulatum Abrahamum; accepit à Rege boues & oues & asinas & ancillas, bis concupita Sara toties inuiolata restituta fuit, progressus ad bellum superauit hostes, denique votorum summam vnicam consequutus filium nimirum in senectute; quamobrem quòd in retroactis Numini morem gesserit, & cælestia æternàque veneratus sit impensiori conatu, fecit cum pluribus mortalium, qui mites & benignos superos adorant libenter: At modò exercebatur validissimè, cùm pignoris charissimi homicida esse iubetur: Num contristabatur cliuum ascensurus? num conuitiabatur aduersus Numen? num recusabat imperium tanquàm crudele; cerne vt Christus ipse pro famulo testetur: *Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum, vidit & gauisus est.* Ioan c. 8. v. 56. quando tripudiabat Abraham? quando gestiens lætabatur? Sane tum cùm Isaacum victimare optabat, Chrysostomus Catena Græca in Ioannem; *Diem autem suum hic Crucem mihi videtur significare, quam in arietis, & Isaacis oblatione præfigurauit*, ergo certè cùm sic probaretur Abraham, quòd exultauerit & lætatus sit, rectè quòd tum verè timuisse agnitus sit. Namque quod consolatus fuerit anterioribus mirum non est: qui enim tam prospera lætitiam non generassent? modò autem non dimittere vultum, non corrugare frontem, Deo hilarem se præbere, qui tam dura præceperat, quidnam excelsius esse valeat? meritò ergo de timore & reuerentia Domini collaudatus, qui fortior sub tentatione, quam sub prosperitate.

Gen. 22. v. 12.

Cur Abraham tribulatione probatus, tūc potissimum cognitus à Deo dicatur.

Ioã 8. v. 56.

Chrysost.

202\. Quàm suaue melos in auribus Creatoris vox gemẽtũ in tribulatione! *Dominus de cælo in terram aspexit, vt audiret gemitus compeditorum, vt solueret filios interemptorum* Psalm. 101. v. 20. At qui nam vincti? qui nam compediti? Gregorius Papa in dictum Psalmum: *Sancti viri non incongruè compediti dicuntur, quia ligati vinculis disciplinæ Dei nequaquam ad ea, quæ exteriora sunt, vagantur. filij interemptorum sunt imitatores Martyrum, qui scilicet carnem suam cum vitijs & concupiscentijs crucifixerunt*: æquumne autem vt gemant & suspirent qui sancti sunt? nonne gaudere oportebat viro iusto se probantes? piorum enim est lætari in aduersitatibus: sed considera non expostulantes in querimonias & singultus, verùm vt doceant non quasi insensibiles pati, sed cum dolorem persentiant, libenter pro Deo tolerare: cum igitur has mortificatorum voces vt audiret Numen, quorsum de cælo prospexit? Scilicet id fecit, ut priusquam aperirentur superna hominibus Christo introducto, cum itaque nemine illuc mortalium adhuc admisso soli Angeli cantabant Deo: at nondum perfecta & suis numeris absoluta Musica: quamobrem nempe Angeli norunt canere solum canticum pacis, & gratiarum actionis pro multitudine beneficiorum Dei innumerabilium at incompletus sonus quoad accessissent pariter qui iubilarent pro diebus antiquis, quibus humiliauit eos, quibus mala viderunt, vt ostẽdebamus superius num. 198. ex Bernardo: Quia igitur intra Paradisum non inueniebantur qui scirent canere, quod tribulati fuerint, & mortificati tota die: prospexit de cælo Dominus in terram, vt oblectaretur incognita olympo musica, & audiret gemitus compeditorum.

Psal. 101. v. 20.

[illegible] vincti & compediti [illegible] pii.

203\. Ecce, de quibus impios arguit idem Rex Psal. 52. v. 6. *Deum non inuocauerunt: illic trepidauerunt vbi non erat timor*: Quomodo & scelesti Numini non supplicant? non rogant, non adorant? planè & venerantur externè saltem; at tum cum fortuna beatior arridet, dum conniuet & mulcet: si affligere incipiat, deserunt facilè & blasphemant: illi ergo Deum inuocare, hoc est laudare non censentur, qui solum extollunt quoad beneficus & indulgens est: Augustinus in memoratum Psalmum: *Nonne quotidie tales rogant Deum? Non rogant Deum: Attendite, si hoc possimus dicere adiuuante ipso Deo. Deus gratis se vult coli, gratis se vult diligi, hoc est, castè amari: non propterea*

Psal 52. v 6.

Augu[illegible]

amari

amari quia det aliquid præter se, sed quia dat se: qui innocat ergo Deum vt diues fias, Deum non innocat. Quo igitur pacto inuocandus Deus, aut quādo sanè: intelligamus ab eodem Vate; *in noctibus* (inquit Psal. 133. v. 2.) *extollite manus vestras in sancta, & benedicite Dominum.* Quare non in diebus quoque? ergòne absque precibus vacuę transibunt luces? Non vetat, non repellit in diebus Creatorem benedici, sed vult potius in nocte laudari, quia nobilior laus in tenebris: Quidnam est Dies, quę Nox? res secūdæ & prosperæ, Die significantur; aduersitatum caliginem Nox repræsentat; itaque cùm prosperatur Homo in viis, Deum Benefactorem extollit; Verùm ne iudicetur laudare solùm ob munera, quod ignobilius encomium fit, laudet & quando tribulatur; iterum sanctus Doctor Augustinus in versiculum allegatæ Dauidicæ Odæ; *Facilè est benedicere in diebus; quid est in diebus? in rebus prosperis; nox enim tristis res est; dies res est læta; quando tibi benè est, benedicis Dominum*, venustè pronunciauit: *facilè est benedicere in diebus*; nam in læta fortuna & Pagani & latrones benedicunt; tollendum est in nocte, tunc etiam perfectè in ne collaudare.

Daniel cum libertate frueretur, nullisque pressus ærumnis, *trium hebdomadarum diebus, panem desiderabilem non comedit, & caro, & vinum non introierunt in os eius*, c. 10. vers. 3. d. truditur cum leonibus, cùmque obturasset rabidas famelicorum animalium Numen fauces, & à lamatu atque morsibus abstinere fecerit, noluit tamen Vatem diutius esurire, operosóque ministerio delatus in Babylonem Habacuc ad prandium inuitat c. 14. v. 36. quid opus est vt manducet quem feræ non deuorant? Qui vno in miraculo liberalis Creator, alterum & perpetret, vitę que sine alimentis stabiliat: Zeno Veronensis serm. de Timore: *leonibus obiectus Daniel, & in periculo constitutus prandet, qui solet extra periculum ieiunare:* Sanè veteres illi Anachoretæ cùm ieiunando abstinerent summo rigore vsque in vesperam; tamen Resurrectionis Dominicæ festiuā aduentante lætitiā, remittebant de seueritate, hilarióque gestu prandebant sobriè, idipsum & aliis paschalibus diebus obseruatum ostendo volumine 2. Vestigatione 8. n. 17. Sed quare ita faciendum putabant exactissimæ disciplinæ homines? equidem ad significandam sacratissimi temporis iucunditatem, ad lætandum in lætitia cordis sui, innuendamque externis signis internè conceptam alacritatem; hunc igitur in morem & de Propheta augur emur quia sanctus erat, ieiunabat inultùm domi residens, periculóque exemptus; at cum extraordinariè non prandebat, sed cum apud leones mors in horas singulas expectabatur: quamobrem? nempe singulare prandium lætitiam quandā excellentem denotabat: quando igitur lætatur inflicit Danielem expedicbat? scilicet, cùm a Persarum Monarcha honoratus torque & purpura donatus fuisset, cùm securus, & nullo premente felix haberetur? Sed quis non ita faciat? norunt mali, norunt peccatores tum exultare, sed Daniel prospera subtidente fortuna ieiunat, & maceratur; Quia autem filii filiorum Dei gloriam esse exhilarari cùm ab ipsis torquentur & vapulant quasi ab optimo Patente, quod lætitiā eā probent acceptam esse disciplinæ virgam; ideo maximo versatus in discrimine prandet Daniel, vt gaudium esse leonibus, propter Numen, circumobsessum esse insinuet, ita igitur contra

Sherloge Anteloq. in Cant.

Margin: Ps. 133. v. 2. | Dies & nox prosperitati & aduersitatem significant. | August. | Dan. 10. v. 3. | Carnis ... | Zeno Veron.

sæculi penitùs visum ieiunabat extra periculum constitutus; in periculo manducabat; erudiens sic in lætis, seu in tristibus rebus Deum esse summo à nobis colendum studio, sed maiori tamen deuotione quoties aduersis conflictamur, quod sincerus in Deum amor plus multò eluceat cùm exercemur ab ipsomet, & derelinquimur.

SECTIO XXI.

Animi singularis puritas desiderata ad Sacrorum Bibliorum intelligentiam, speciatim ad Canticum Canticorum Salomonis.

NOnnunquam exteriorem solùm considerātibus verborum sonum, in diuinis voluminibus eiusmodi occurrunt, quæ prophanam magis sapere musam, quam entheum & cælestem Numen videantur; id, quod cum alibi eueniat, tum frequentissimè maximo in hoc Epithalamio; *Notemus* inquit B. Gregorius Prologo in Cantica) *quam mirabiliter, quam misericorditer nobiscum operatur Deus, qui vt nos ad amplexum sui amoris accendat vsque ad turpis Amoris nostri verba inclinat*; Ac licet turpem esse amorem à nobis denegetur semper, quem matrimonialem & honestum asserimus, humanum tamen esse inficiari nequeamus, omnémque humanæ explanationis normā connubiis mortalium aptari vulgaribus, & intra carnis versari oblectamentum; Quidnam igitur opus sit? hæc scilicet vniuersa transcendere cogitatione sublimi, & defæcata; Quamobrem nominatus Pontifex continuò subaddit: *Hic etiam solerter intuendum est, ne cum exteriora audimus, ad exteriora sentienda remaneamus; & machina qua ponitur vt leuet, ipsa magis opprimat, & aggrauet; debemus in sensibus exterioribus corporeis quicquid interius est quærere, & loquendo de corpore extra corpus fieri:* Vide puritatem; *extra corpus fieri*; videlicet in spiritualem transire virum dimissis & mortificatis omnibus concupiscentiis; si enim tales euaserimus, sciemus in cortice Scripturarum nucleum latere admirabilem, quem Deo illucescente cordibus purificatis infinita cum dulcedine eruemus, & erit quasi mel in fauci bus nostris; aliter terræ affixis contingeet carnaliter quæ diuina & spiritualia sunt concipere, & in errorem pertrahi, atque insipientiam. 205.

Dum vagatur in eremo Moyses, & huc illuc gregem adpascens deducit; *Videbat quòd rubus arderet, & non combureretur.* Exod. c. 3. v. 2. planè inaudita res; flammam aduersus rubum confligere, & non consumere, ne quidem virore despoliasse; itaque cupido ingens stimulauit Moysem propiùs accedendi vt intueretur; sed voce admonitus ne tentaret priusquàm calceamenta depolusset: At quidnam mysticè rubus spinosus? nempè difficilis, pungénsque Scripturarum nodus aliquis; & quidni difficilis? Num carnem sonare videtur, & non nisi spiritus est, hoc est comburere & non vri? Quis enim dum Hymenæum percurrit, & oscula, vnguenta, vestes delicatas, conuiuia, dulciáque amantium colloquia haurit, non de carne suspicatur, non comburi timeat? non tamen flamma vorax est, sed ignium malorum consopitoria, pudicitiæ tutela, castarum 206.

Margin: Gregor. | Sub Cortice Scripturarū latet sensus admirabilis. | Exod. c. 3. v. 2.

Ee 3 medita

meditationum generatrix; At quare vt Rubum hunc inspiciat, iubetur Moyses calceamenta exuere? nimirum calceamenta fiunt ex mortuorum pellibus, Quicquid igitur ad mortē spectat, & peccatum, quo mors introducta est, [illegible] removere præceptum est, peccatis autem superatis, mens deiformis & pura euadit, cum igitur animus purificari cœperit, ad Sacramentum rubi appropinquare poterit, & intelligere quomodo in osculis Canticorum flamma est, non quæ cruciat, & depascit viscera sed quæ ignibus noxiis medetur, & incendia peruersa temperat quasi [illegible] nis auræ sibilo; Hugo de S. Victore mirabili eloquentia apud Tilmannum in Allegoriis ad c. 3. Exodi; *Vnde & Moyses cum adhuc Æthiopissam haberet, non nouerat ignem consumentem, & ideo mirabatur, quòd rubus arderet & non combureretur. quamdiu enim animus, infirmus, & carnali concupiscentia vinctus nondum ad amplexus peruenit sapientiæ, in igne consumente est, & deuorante, qui ad perditionem, flamma enim libidinis, & amor carnis eos, quos accendit, consumit, amor veræ sapientiæ lumen habet, sed non consumptionem, quia etsi accendit frigidos, ardentes tamen non comburit: propterea Moyses mirabatur quomodo arderet rubus & non combureretur, & currere cœpit in concupiscentiam Sunamitem, & oblivisci Æthiopissæ amorem quia nigra erat, neque similis ad istam Sunamitem, quæ senes calefacit, & iuuenes non vrit, huius enim Sunamitis, id est sapientiæ amorem significauit ignis ille, quo rubus ardebat & non comburebatur, propterea soluit calceamentum, libenter iam carnalibus concupiscentiis abrenuntians degustata illius dulcedine, & agnita suauitate.*

Hugo de S. Victore.

Gustata dulcedine Scripturarum, facile quis renūtiat carnali dulcedini

207. De Euangelij prædicatione, & noitiæ legis diuulgatæ Psalmorum Cantor; *in omnem terram exiuit sonus eorum; & in fines orbis terræ verba eorum.* Psal. 18. v. 5. quare in terram sonus tantùm prodiit, & non formatæ erupēre dictiones? aut cur *Terræ* continentes limites, finesque eius potiores? *Terræ* nomine homines, qui terrestria noctum indicantur, qui carnales adhuc & imperfecti; finis, quæ consummatio, rerúmque vltima meta ēst, perfectionis apicem repræsentat, qui enim ad summum, vltimumque peruenit, is demum perfectus censetur, & ideò *in finem Victori* tot Dauidici intitulantur psalmi; dum igitur quisque terrenus etiamnum, & infantilis spiritu est, carni adhærens Verbum Dei intelligere & penetrare nequit, sonum percipit confusum, nihilque amplius; at si ad finem perueniat, ea quæ sunt paruuli euacuans, & vir factus in plenitudinem ætatis Christi, consequetur tanto perfectionis studio, vt quæ purificata est anima, non sonum quod exiguum, sed verba diuinorum oraculorum subaudiat, id est mysteriorum intima arcana scrutetur; Origenes lib. 8. epistolæ ad Romanos præfatam exponens versum; *Quod ita intelligi potest* (inquit, *quia terram imperitos quosque & indocibiles homines dicat. ad quos non verba, quibus ratio Fidei continetur, & explanatio sapientiæ, sed sonus fidei communis, & simplici prædicatione peruenerit; finem verò orbis terrarum eruditiores quosque, & prudentiores appellauerit, finis enim perfectionem indicat rerum; ad hos igitur tales non sonum vocis, sed verba & rationem peruenisse pronunciat; quia vtrique auditores sermonum fidei, etiā seruari possunt & perquirere Scripturas diuinas, vt cognoscant eorum verborum, quæ eis per Apostolos nunciata sunt, veritatem.*

Psal. 18. v. 5.

Qui adhuc Carnales sunt, Scripturam confusè tantùm percipiunt

Origenes.

Perdiderat drachmam femina, quam vt inueniret, lucernam accendit, & domum euerrit, quā tam opportunā diligentia, reperit & gauisa est. Luc. c. 15. v. 8. ergo domum mundauit vt Drachma resinueret [illegible]! Drachma hæc intimus & sacer Bibliorum intellectus absconditus est à nobis ob ignorantiæ vulnus, quod per Adam accepimus quonam recuperabimus modo? [illegible] cet lucernam accendamus Spiritus Sancti qui cordium lumen est, gratiam inuocantes vt propitietur & manifestet incerta & occulta [illegible] hæc [illegible] Superest vt [illegible] euerrantes [illegible] puritati dulo [illegible], detergendaque vt immaculati appareamus; cum [illegible] Numen [illegible] quæ oc[illegible] co: Macarius homil. *Illa enim [illegible] mam perdiderat [illegible] inde omnem emundauit [illegible] est sordibus [illegible] impura terra obruta. & [illegible] anima propria a seipsa cogitationes [illegible] e[illegible] se dij[illegible] ernere non valet; sed vbi diuina [illegible] acce[illegible] erit [illegible] domum tenebris [illegible], & tum cogitationes sordibus, qualesque [illegible] tas incipit reuocare.* Vbi autem cogitationes abstergerit prauas, quæ animum inquinabant [illegible] pido reddito, drachma hoc est Bibliorum intellectio occurrit: Quamobrem Paulus cùm arcana à se percepta verba, quæ non licet homini [illegible] qui narrasset 2. ad Corinth. cap 12. vers. 4 adiungendum omninò putauit hanc tantam sibi gratiam factam ante annos quatuordecim, Quod ab eo propterea admonitum Angelicus existimauit Doctor lect. 1. in relatum caput, vt insinuaret nuper tunc ad Dominum conuersum euectum ad secreta maxima intelligendi, & quidem Diuo Aquinate Auctore *in triduo, quo post suam prostrationem à Domino stetit neque videns neque manducans.* Actor. cap. 9. eius sententiæ a[illegible] Patrone apud Lotinum ad nominatum [illegible] Apostolicis caput: At quid si recente [illegible] fus? equidem in magnis singulariter peccatoribus non [illegible] ab initio praui repurgantur affectus, neque momento dealbata anima omnibus liberatur næuis, gloriatur itaque præter cæterorum pœnitentium morem, ipso conuersionis exordio dete[illegible] veterum malorum reliqui[illegible] tantum, vt dignus inuentus fuerit, cui abstrusorum oraculorum adyta repanderentur quæ non nisi corde mundissimis recluduntur.

208.

Sacra Scriptura Intellectus est drachma

Macarius.

Thom.

Paulus [illegible]

209. Heu barbaram impietatem crudelium Agricolarum, quibus bonus paterfamilias vineam suam pulchram in cornu olei locauit, intolerando ausu seruos qui fructus reciperent [illegible] postquam interemerunt, speciosissimum Adolescentem Possessoris hæredem extra vineam proiectum occiderunt Matthæi, cap. 21. ver. 38. in limine [illegible] de homicidis Al[illegible] nonne quidem Iudæi, qui IESVM crucifixerunt. hi itaque arguuntur, quod Hero ex vinea fructus nullos retulissent spondetque dituram se [illegible] Agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis, nempe Christianis; verum quare apud priores illos Domino inutilis vinea? erant Iudæi carnales ea quæ sunt spiritus ignorantes ob malitiam; vinea autem sanctæ Scripturæ intelligentia [illegible] tur; Quomodo autem ex hac Patrisfami[illegible] gnos mensā fructus collegissent, qui vel [illegible] in hodiernum diem velamen habent in oculis,

&

& literam non transcendunt externam. oportebat itaque hos quæri Agricolas qui adorarent Patrem in spiritu & veritate, nempe iuniores Ecclesiæ filios; Hi ergo quoniam in spiritu & cum intellectu Scripturas perpendunt ad sonum verborum cum litera sola occidere videtur non attendentes, Christum in ista dulla vestigant terra & carne sublimiores facti, atque in vberrimos fructus reportant; Theophylactus [illegible] *item per [illegible] Scripturas [illegible] sepes quid mihi [illegible] [illegible]* *tes Theologia, quæ [illegible] est [illegible] itaque [illegible] habebant prius mali [illegible], Pharisæi, [illegible] autem nobis Deus [illegible] lentibus, illi enim Dominum occiderunt &c.*

Theophyl. [illegible]

210. Extra Paradisi arborem relegato Adamo, [illegible] Numen Cherubin, *flammeum gladium atque versatilem ad custodiendam viam ligni vitæ* Genesis cap. 3. vers. 24. Quid hæc tam vigilanti excubiæ indicarent percipiamus ex Hieronymi epistola ad Damasum [illegible] *ideo primi peccatores temporaliè sub typo [illegible] damnati sunt, vt malignitate [illegible] sæuientur; & eo vsque de ligno vitæ, id est Christi participatione exules fierent, donec ad eum per romphæam flammeam, id est [illegible] ignitam martyrij passionem, aut per Cherubin Domini, qui interpretatur multitudo scientiæ remearent*; intelligo quidem facile vt amissa Paradisi voluptas martyrio recuperari valeat, proinde & gladio, quoniam olympi ingressum peccata obstruunt, nihil enim coinquinatum illuc introibit; at martyrio omnes absterguntur sordes delictorum: Verum quonam pacto ad hoc *Cherubin*, id est plenitudo scientiæ conducat? nam vbi altissima notitiæ profunditas est, subintrare consueuit tumor, fastúsque, scientia enim inflat; magis itaque cognitio præpedit, quàm adiuuet; At quidem non de omni vtcunque scientia intelligere valeamus, sed de ea, quæ est sacra & diuina, nempe Bibliorum & legis Domini, hæc est enim quæ propriori iure ad Paradisum Dei & sanctorum spectat: Quidnam igitur hæc sapientia in sui studiosis desiderat? equidem cordis & animi puritatem eximiam, non enim in maleuolum introibit, sed hanc munditiem Nemo adipiscitur nisi abraso vitiorum squalore, oporteat itaque noxa liberum esse quaque quoad fieri possit; iam vero si Scripturarum notitia sic purgat vt animum limpidam & indefæcatam reddat, quasi martyrij æmula euaserit, quando vtraque mundent, benè itaque Bibliorum qualis decet notitia martyrio tanquàm associatur ad viam Paradisi aperiendam, Quoniam sicut Martyrium Olympo restituit, eò quòd veterum malorum characteres omnes deleat, & aufferat iniquitatem, ita quodammodo & scientia Scripturarum [illegible] ponat animæ munditiem ipsa quoque [illegible] & abstergit noxia quæque.

[illegible] Bacc[illegible]ius.

Notitia Scripturarum animi purgat, & Martyrio associatur ad viam Paradisi aperiendam

211. Non passus Creator rerum tenebras, quæ [illegible] super faciem abyssi mundum occultare vultum, priusquàm Solem & Lunam formaret, lucem quandam produxit at quibus splendor ille fulgurabat: num mari? vel terræ? an ambobus? equidem in solis aquarum verticibus, nam tellurem vniuersam tunc cooperiebant; verùm quamobrem glebæ vndis consepultæ? cur non prodirent quemadmodum aquarum elementa? Scilicet, erat terra adhuc *inanis & vacua*, seu vt alij legunt *incomposita*; inornatam proinde ab aquis tergi & ablui conueniebat, quò nitens & abstersa lucis sibi antes radios exciperet; Anastasius Sinaita lib. 5. Hexamer. *Prima ergo vita viuentium ex aquis; ex eis est cognitus primus aduentus Spiritus, nam super eas ferebatur; ante omnia aquæ in principio acceperunt lucis illuminationem, vt quæ ferrentur super terram, & eam abluerent, ac tingerent*; Sed quorsum terris iubar lux sobtrahat, propterea quòd inculta & squallens appareret? nónne sterquiliniis, & cloacis, & sordidis quibusque angulis imminet, plenâque face irradiat? Verùm alia est conditio materialis & sensibilis lucis; alia internæ, qua intellectus perficitur, & arcana reuelantur Scripturarum vaticinationibus inclusa; humana illa & quæ sub aspectum cadit nullo discrimine æque venusta atque informia illuminat; palatij, & graueolentis mapalis nulla est distinctio; sed lux illa beata, quæ ab æternitate fulgurat, quæ Bibliorum abstrusa pandit, & libri signati volumen aperit, non nisi puris animabus resplendet, in quibus non est ruga aut macula quoad fieri queat; hoc vt perciperemus sub exordio creandorum, non prius terræ, quæ erat inornata refulsit, quam per aquas abluta mundaretur.

Sinaita.

Diuersa conditio lucis materialis & intellectualis.

ANTELOQVIVM VII.

Canticorum Auctor disquisitus; an canone sacrorum Voluminum reponendus liber?

TANDEM è geniali aula paululùm discedamus, nec totum studium rapiant nuptiæ: Hactenus fructibus depasti: sed arborem quæ protulit tam dulcia poma, ingrati fuerimus, si penitùs obliuioni committamus: Abstinuimus, ne a pompa ad luctus transiret calamus, & inspiceremus tanti Hymenæi conditorem, cùm portum ferè occuparet nauis triumphans, mergi pene ad littus, & meretriciis irretiri amoribus in ipsa senecta: verùm progrediamur, & hanc etiam magnam visionem videamus: tum, quòd ita egerunt ante nos Sotomaior, atque Delrio: tum in primis, quòd disputationis natura sic postulatura sit.

Sotomaior. Delrio.

SECTIO I.

An nosse intersit canonicæ Scripturæ artificem immediatum? Deus Canonico Scriptori an sensum rerum tantùm, an verba quoque suggerat; Conciliorum definitiones quam similitudinem cum sacris habeant scripturis? Ioannis vnus, & alter locus detenebratus: natura gratia quemadmodum se accommodat in Prophetis? modus citandi scripturas Apostolorum, & Septuaginta; Vaticinationes quo pacto liberæ & meritoriæ prophetantibus?

1. NE inutiliter interrogasse videamur de libri huius opifice, placuit examinasse, num quidpiam conferat ad sacram loquelam humana industria? Neque sensus huius disquisitionis est, an habitus aliquis supernaturalis quoad substantiam tota agendi ratio existat comparatione actuum, qui eiusmodi habituum concursum postulaturi sint: suppono enim, & naturam partialiter cum gratia concurrere, seu voluntas, siue intellectus operetur, seu ad aliud obedientialiter eleuetur. sed an, excepto hoc, quidpiam natura ipsa faciat, ei quod solùm attribuatur? Qua de re esse valeant duæ sententiæ: vna quidem asserit, ita canonicum Scribam dirigi à Spiritu sancto, vt quoad res, sensúmque, eius sic gubernet mentem, errori vti nullus relinquatur locus: cæterùm, quibus reuelanda verbis declarare conueniens sit, ipsi relinquere: quare gratiæ partes esse sensum, résque ipsas; ad naturam, ingeniúmque proloquentis spectare, qualis euadat oratio; atque hinc sanè fieri, vt non sit prætermittendus Auctor sacri Codicis humanus, & immediatus, cùm & hic ex suo penu conferat, & sint de quibus laudari valeant, quotquot perfectam narrationem conflant; Huiusmodi opinionis meminit Azorius tom. 1. Institut. moral. lib. 8. cap. vndecima quæstione, nullos tamen eius Patronos manifestat: Quanquam verò neque etiam probationes eo loco afferat, posse tamen firmari in hunc morem appareat: quippe eam Spiritus sancti sufficit assistentiam Scriptori assignasse, quæ satis est, vt scriptio ipsa, aut ea, quæ loquitur verba, Dei sermo existimetur. si enim Dei loquutio est, erit canonica Scriptura; sed ad Dei Verbum, atque certam Scripturam nihil præterea requiritur, quàm vt errores omnes rerum, quæ vel ad fidem, vel mores attinent, præcaueantur, hoc autem fieri valet, etsi Deus verba non suggerat; igitur necesse non est præter sensum, verba etiam Deum inspirare: Ostendo assumptum Vulgata Bibliorum editio est verbum Dei vt sacra & canonica Scriptura; De hoc, postquàm id declarauit Tridentina Synodus sessione 4. nulla inter Orthodoxos controuersia; quin verò recentiores prudentissimè aduertunt post hanc Concilij declarationem, si quando dubium exoritetur de vero atque germano Dei verbo ad hunc à Tridentinis Patribus, & Ecclesia approbatum Textum recurrendum, & non ad Hebræos, neque Græcos fontes; hic enim Textuum omnium Rex, & Princeps est eorum, qui extant; Annuunt huic pronunciato Pineda præfatione in Iobum, cap. 10. num. 6. Pereira tom. 2. in Genesim, lib. 13. num. 43. Valentia tom. disp. 1. quæst. 1 punct. 7. § 43. Bellarminus lib. 2. de verbo Dei, cap. 11. & eius defensores Gretserus tom. 1. in defensione, cap. 9. lib. 2. Bellarmini de verbo Dei: Christophorus Sacroboscus in defensione Tridentini Decreti, & eiusdem Bellarmini sententiæ de auctoritate Vulgatæ: Tannerus in 2. 2. disput. 1. de fide quæstione 5 dub. 2 assert. 1. Ludouicus Torres in eandem 2. 2. disp. 2. 2. dub 4. Acosta lib. de Christo reuelato, c. 16. Azor. tom Institut. moral lib 8. cap 3. quæst. 3. Præter hos nostræ Familiæ Viros, Canus lib 2

Habitus non est tota ratio agendi.

Deus canonico Scriptori an sensum verò tantùm, an verba suggerat

Azor.

Tridentinum

Vulgatus Bibliorum Textus omnium coryphæus, ad quẽ in dubiis præcipuè recurrendum.

Pineda. Pereira. Valent. Bellarm. Gretser.

Sacrobosc.

Tanner. Luys Torres Acosta.

Azor tit. Canus.

Basil Leg. Tena. lib. 2. de locis, cap. 13; Basilius Legionensis quæst. 4 expositiua, cap. Ludouicus de Tena lib. 1. Isagogæ sacræ Scripturæ difficultate 6. Ramos. sect. 3. §. *Merito ergo*. Nicolaus Ramosio asserit, veteris Vulgatæ, pag. 18. Petrus Lopez de Montoia. Galarza. Montoia de concordia sacrarum editionum, lib. 1. quæst. 4. Galarza euangelicarum Institutionum lib. 1. cap. 10. in fine Placuit verò tantà auctoritate, etsi obiter solum, oblata occasione, stabiliisse, quòd plurimi momenti æstimemus persuasum esse debere catholicis sapientibus, hanc sacrosanctam vulgatam editionem regulam esse, ad quam cæteræ componantur editiones, vt quæ à Concilio, & Pontificibus declarata sit authentica, & syncera esse Scriptura; atqui ad huius ratem Scripturæ non desideratur, vt in vobis non intelligatur aliqua esse corruptela, aut vi concipiantur verba esse, quæ Spiritu sancto suggerente prolata fuêre. Sed, vt abesse cogitur, maior omnis, aut ad fidem, aut ad bonos mores pertinens, ergo neque cùm primùm etiam condita fuit Scriptura, præter hoc exigebatur aliud, Minorem huius argumentationis amplexi sunt grauissimi nostri Doctores, Vega, Lindanus, Sixtus Senensis, Payua, Sanderus, Catherinus, Driedo atque alij apud Azor, & Tortes, vbi suprà, apudque Tenam allegata ibi difficultate sect. 1. & de nostris Bellarminus, cum Gretsero indicans ibidem loci, Mariana tractatu de editione vulgata, cap. 13. Serarius Prolegomenis Bibliis, cap. 19 quæst. 11.

2. In uper illud obseruandum, quod ex Hieronymi Opusculo ad Pammachium de optimo genere interpretandi, hausit Ribera ad Malach. cap. 3. num. 8. & ad cap. 1. Habacuc, num. 14. sollicitos Apostolos, & Euangelistas in citando veteri Instrumento non obseruare morosè verba, sed sensum, quem interdum paucioribus, interdum pluribus vocibus exprimunt; septuaginta autem Interpretes non adeo ad verba attentos, vt in plerisque paraphrastam magis, aut Commentarij formam, quàm versionem exhibuerint refert Leo Castrensis disputatione de translationibus, cap 9. atque in pluribus Interpretem ordinarium non tam verba sequutum, quàm sensum, putat noster Ludouicus Torrensis in 2. 2. disp. 21. dub. 4. §. *Sed nonnulli*, &c. Hoc igitur cùm & Apostoli, & Interpretum Coryphæi præstiterint; fit sanè rerum atque sensus, non autem verborum habendam rationem; ac proinde, quamuis canonico Scriptori Deus verba non suggerat, sed sensum, coalescere suis absolutam numeris diuinam Scripturam, nec esse, quod ad perfectionem desit quidquam, neque ad integrum Dei Verbum; Denique & hoc pacto non est operosum intellexisse, quemadmodum Isaias aulicè, venustè, floridè loquatur; Amos subdurior, atque horridior videatur; Ioannes inter Euangelistas sermone excellat; Pauli eloquentia delectet magis, atque supra se ad Hebræos scribens ipse exsurgat: nimirum, verba ipsis relinquebat diuina, quæ regebat eos, vis; atque prout quisque natura donatus erat maiori vocum elegantia eis oratio compptior apparebat, Atque hoc fortasse indicauerit noster Maldonatus ad initium cap. 1. Ioannis, docens: *Seruit enim gratia naturæ (ait) & Sanctorum lingua, qua Spiritus sancti, tanquam scriba velociter scribentis, calamus est, & nomen ab eodem Spiritu motum habet; tamen & ipsa aliquid facit, plurimique refert, qualis viatur calamo et amopti-* Maldon.

mus quisque scribendi Magister; Eiusmodi aliud significat quoque noster Antonius Fernandez Fernandez. in visiones Testamenti veteris, præfat. in visionem decimam Isaiæ, num. 5. dum inquit, *Diuinum Spiritum suspisse illapsum coaptare ad conditionem Prophetæ, vt in eloquentibus iuxtè natura appareat eloquens, in vrbanu vrbanus, in rusticanis rusticanus, sicut tibicen in tibys subtilibus subtiliter sonat, in crassioribus crassius*; Quod eius effatum placuit nostro Cornelio, dum argumentum A Lapide texeret Isaiæ vaticinationis: at, si gratiæ effectu præter sensum essent verba pariter, nihil istorum contingeret; nam & rusticus æquè politè loqueretur, atque inter ciues eontritus, neque referret, an optimus, an mediocris fuisset calamus; quemadmodum, quia visio beata, supernaturalis gloriæ luminis opus est, eiusdem speciei, eiusdémque naturæ secundùm vulgate Scholarum placitum est visio beata procedens ab intellectu hominis, atque ab intellectu angelico; quamuis spectata vtriusque intellectus essentia longè præcedat humanum angelicus.

Verùm, etsi hæc eiusmodi sint, quæ & momentum, & pondus habere arbitretur quisquam, amplexatque opinione expeditum fortet nobis docuisse, quutsim dilectus Salomon ad hoc scriptionis genus: nempe, cùm vniuersus sermo de opobalsamo, flacte, lilijs, atque rosis, vbique conuiuia, oblectationes, & quicquid in vita iucundum est; quis de his omnibus caneret aptiùs, quàm ille, qui nihil, quod desideraucunt oculi, negauit eis? nec probibuit cordi, quin omni voluptate frueretur? Iam, si & varij in carmine exquisito tropi, figuræ plurimæ, & congesta in vnum Hymenæum cuncta Poeticæ ornamenta, atque illa tam abstrusa, tam varia, tam perpetua allegoria vindicabat sibi ingeniorum, & sapientiæ phœnicem, atque corculum aliquod, quem Salomoni comparabilem antiqualebat Synagoga? Adhuc potorant ista, vt subse remus sententiæ: nec tamen, potuimus amare, quoniam fragili arbitramur innitentem basi; quare affirmamus quidem, Spiritum Sanctum, qui loquutus est per Prophetas, etiam vsque ad verba eis subministrare, nec docere sensum tantùm, & rationum igitur causa principalis, & elucubr ipse, instrumentum illi; Sic æstimasse visus Canus lib. 2. de locis, cap. 18. in principio, & lib. 5. c. 5. P. Azor to Institut. moral. lib. 8. cap 1. quæstio 11. vbi putat, contrariam sententiam tutò non posse defendi: P. Suarez de fide, disput. 5. sect. 3 num 4. Petrus Lopez de Montoia de concordia sacrarum editionum, libri controuersia 3. Ferdinandus Escalante in suo clypeo, lib. 1. de proprietate sacræ Scripturæ, c. 4. conclus. 1. P. Valentia tom. 3. quæst. 1. puncto 7. §. 43. in principio, Ludouicus de Tena lib. 1. Isagogæ sacræ Scripturæ, difficultate 1. sect. 3. Atque idem à fortiori dictum sint, qui arbitrantur, editionem vulgatam, etiam quoad singula verba, authenticam esse, quæ est in ratentia modò nominatorum, & insuper Ludouici Torrensis, & Nicolai Ramos locis præmonstratis num. 1. docuit & Basilius Legionensis 2. parte variarum, quæst 4. expositiua, cap. 12. qui eiusdem quæstionis 1. cap. eam, quam nunc tuemur, assertionem probauit vná cum Sebastiano Perez. Oxomensi Episcopo, in regulis sacræ Scripturæ, regula 2.

Probant communiter, idque potissimùm, omnes hi Auctores, quoniam alioquin, & Ecclesiæ, & 4.

Marginalia (left column): *Ad ... lumina ... ab ... ...*; *Vega ... Lindanus ... Payua*; *Non ... ...*; *Sepientia ... ... ad ... ... para-phrastes*; *Quare Prophetarum ... singulorum ... aulice alter ... ... ipsi ...*

Marginalia (right column): 3. *Salomon aptius Canticorum Scriptor.* — *Spiritus sanctus Prophetis & res, & verba docebat.* Canus. Azor. Suarez. Montoia. Escalante. Valentia. Tena. *Vulgata editio etiam quoad singula verba authentica.* Lusf. Torr. Ramos. Basil. Leg. Perez.

Quæ differentia inter definitiones Conciliorum, & sacræ Scripturæ Textum.

& sacrorum Conciliorum definitiones atque decreta, Scriptura censeri valeant, cùm sic propitium habeant sanctum Spiritum, vt in his, quæ ad fidem, atque bonos mores spectant, errare non patiatur: In quo igitur vincunt Bibliorum Codices? Nimirùm, quòd in his sermonem quoque condiderit diuinus Spiritus, secus in Conciliorum Decretis: Sed ego quidem cum P. Valentia loco numero antecedenti allegato existimo, & Scripturam, & Ecclesiam, quoad asserendi infallibilitatem & certitudinem, paris esse auctoritatis; Ergo Scripturæ attingunt excellentiam? Quoad hoc sanè fateor; absolutè autem minimè ædepol; Discamus à B. Thoma 1. p. quæstione 1. art. 10. quæ huius scientiæ specialis dignitas, nempe, ait in corpore; *Cum in omnibus scientiis voces significent, hoc habet proprium ista scientia, quòd ipsæ res significatæ per voces etiam significant aliquid.* Hausit ex Gregorio, vt ipse fatetur, 15. Moralium inquiente: *Sacra Scriptura omnes scientias ipso locutionis suæ more transcendit, quia vno, eodémque sermone, dum narrat gestum, prodit mysterium.* Atque huic subscribunt placito Interpretes eo loco. Itaque ponamus, & ab Ecclesia doctos nos, & ab Euangelista ex aperto Seruatoris latere profluxisse sanguinem, & aquam, hoc quod ab Euangelista prolatum, Scriptura est; quod ab Ecclesia, definitio; quoniam quidem præter infallibilitatem, & certitudinem, quæ Euangelistæ communis est cum Ecclesia, Spiritus sanctus, cùm per os Euangelistæ promeret verba illa, ordinauit rem per illa significatam ad mysterium, videlicet, aut ad vnionem populi cum Christo repræsentandam, aut ad Sacramenta demonstranda, aliáve, quæ illis adumbrata fuisse Doctores perhibent: cùm autem per Ecclesiæ labia loqueretur, vocum significatione contentus, non est progressus vlteriùs ad imponendam rei per voces intellectæ alteram significationem: proinde, quamuis Spiritus sanctus, aut Conciliis verba quoque subministraret, aut canonico Scriptori non suppeditaret, adhuc superessent aliæ notæ, quibus & Scriptura, & Conciliorum definitio possint distingui; & præter hanc à nobis adhibitam alias multas cumulat Cardinalis Bellarminus lib. 2. de Conciliorum auctoritate, cap. 12. vbi defendit in Scripturis non tantùm sententias, sed etiam verba omnia, & singula ad fidem pertinere.

S.Thom.

S.Greg.

Proprium sacræ Scripturæ, ut eius verba, & res sint futurorum signa certissima.

Bellarm.

5. Producit Tena Commentarium Hieronymi in cap. 3. Epistolæ ad Ephesios, vbi inter cætera illud; *Singuli sermones, syllabæ, apices, puncta, in diuinis Scripturis plena sunt sensibus*, &c. Potuisset & illud eiusdem scribentis ad Paulinum coniungere; *In singulis verbis Apocalypseos D. Ioannis latere multiplices intelligentias*. Dedimus & nos his simile effatum ex Chrysostomo superiùs Anteloquio 3. Sectione 2. Subsectione 8. num. 76. ex quibus argumentantur, & ille, atque Montoia ab homine non posse esse verba, quæ Sacramenti atque arcanorum tantum contineant; & cùm vniuersim id in verbis omnibus contingat, verba omnia prodiisse à Spiritu sancto; Sed memorato à nobis nuper loco ostendimus, ex conferta, & veterum, & iuniorum auctoritate, non nimiùm vrgendam allegoriam in Parabolarum præsertim interpretamentis; nam immisceri à sacro Scriptore nonnulla, quæ emblemata censeantur solùm, & ornatus gratia potiùs, quàm mysterij causa apposita; Quòd si exceptis his sententiis in reliqua locutione sensus, & oracula inueniantur, non id quidem prouenit à vocibus ipsis, sed oc[casi]one [reru]m, quæ voces repræsentant. Postremò, neque ea, quæ ex Euangeliis depromunt, vrg[ent]; [ni]m[irum] Ioan. cap. 14. vers. 26. *Paraclitus autem Spiritus [s]anctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos d[oceb]it omnia, & suggeret vobis omnia, quæcunque dixero vobis.* Nam ibi pollicitatio non est de [co]nd[end]a Scriptura, cùm ad omnes Apostolos [dirigitur] sermo [...] & omnes nequiquam Euang[el]ia exararent: si verò de alio eorum sermone [a]ccipiatur, scilicet, de concionibus [a]d populos; non, puto dixerint, in h[is] gubernatos à diuiniori Spiritu, vt præter rerum momenta, & causas, dictionem pariter suppeditaret, Lucæ & illud cap. 21. vers. 14. *Ponite er[go] in cordibus ve[s]tris non præmeditari, quemadm[od]um respondeatis; ego enim dabo vobis [o]s, & sapientiam, cui non poterunt contradicere omnes aduersarij [v]estri*. [E]luatur si repentino à Numine atque [...] quæstionis hora subministratas affirme[m] [ra]tiones tam efficaces, quæ fidei hostes obmutescere cogerent, quamuis ipsorum inuentio se[mper] [e]xtitisset: credo & [i]n hoc quoad expeditionem, & copiam adiutos etiam, vt inimi[c]i confu[n]derentur, & si les vinceret Christiana, sub i[ll]is p[ræ]ter tim tempo[r]um initiis.

S.Hieron.

Chrysost.

Ioannis locus ex cap. 14. deuellatur.

Lucas.

Suppono [...] aq[ue] ex communissima Scholasticorum opinione, vni[us] eiu[s]demque Scripturarum sententiæ mul[tipli]cem, variumque esse literalem sensum, & fort[è] nonnunquam penè contra[r]io diuersas res indicat. Pro h[o]c placito num[...] suprà [...]gata teste Anteloquio 1. Se[ctione] [...] 4. num. 24 Exempli causa, illud Genesis 1. cap. *In principio creauit Deus cælum, & terram* &c q[ui]nque, aut sex h[ist]orica significata admittit, vn[...] loco citati Doctores ostendunt, atque in e[un]dem modum plures alij Bibliorum versus, quos ad longum expendunt. Quis igitur impu[tet] vt hæc tam varia & dissita iisdem verbis expr[esse]rit Moyses? Quis tam insolitus narrandi ord[o] [v]t in vna periodo compl[e]ctatur materias plures, quantum onus hoc, si non humana industria [...] gratiam adiuuetur? I[g]itur non solùm t[...] m[...] verba repræsentabant, reuelauit Deus M[oy]si, sed ipsa quoque verba suggessit. Declaro hæc. In illis verbis Ioann cap. 11. vers. 50. *Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat*; duplex est significatio: altera ab impositione humana, iuxta quam Caiphas intellexit, oportere ob reipublicæ bonum, Ch[ri]stum de medio tolli; altera ex vaticinio, & impositione diuina, qua Deus intelligebat, expedire, vt Christus lignum ascenderet propter salutem humani generis. Hanc vocum illarum intelligentiam ignorabat Caïphas, vtpote à Numine pro[ferente] [nes]cientem, ac proinde Euangelista subintulit, *Hoc autem à semetipso non dixit, sed, cùm esset Pontifex anni illius, prophetauit, quòd* IESVS *moriturus erat pro gente.* Quemadmodum igitur hic quod diceret, ipse nesciebat, quoniam non humana, sed diuina erat verborum impositio ad repræsentandum; sic etiam Moyses ignorare potuit quid sententia illa portenderet: *In principio creauit Deus*, &c. atque fortasse aliquos eorum verborum litterales sensus ignorauit, de quibus loquens Augustinus lib. 12. Confessionum, cap. 32. *Nunquid, Domine Deus, & Spiritum tuum bonum, qui deduceret me in terram rectam, latere potuit, quicquid eras in eis verbis? Tu ipse reuelaturus legentibus*

Ioannis locus [...]

R[...] Prophetæ non omnia, de quibus vaticinantur, intelligunt.

Augustinus.

Regula. Propheta nō omnia, de quibus vaticinantur, intelligunt.

legentibus posteris, etiamsi ille, per quem dicta sunt, vnam fortassis ex multis veris sententiam cogitauit; Quod si ita est, sit igitur illa, quam cogitauit, cæteris excellentior; nobis autem, Domine, aut ipsam demonstra, aut quam placet alteram veram, vt siue nobis hoc, quod etiam illi homini tuo, siue aliud ex eorum verborum occasione patefacias, tu tamen pascas nos, non error illudat: Atque vt vniuersim latere vaticinantes possit intellectio prophetiæ, ostendimus breuiter, qui autument, Anteloquio 5. Sect. 1. num. . Igitur oportet à Numine discere impositionem ab ipso manantem, qua decreuit, vt verba hæc, aut illud repræsentarent; alioquin nudas solùm voces proferret, quemadmodum Caiphæ accidit; sed accipere sermonem à Deo, nihil aliud est, quam ab eo instrui de impositione vocum, seu ad quid significandum illæ fuerint impositæ vocis, ita ac epte referre Latinum sermonem Præceptori, est doceri ab eo, quid voces illæ ex placito, & repræsentationem enunciat, ; loquitur Propheta accipiens a Creatore notitiam impositionis, ab eodem accipit locutionem; ac propterea sermo, quem loquitur, non est à Vate, sed à Deo, proindéque non sensum tantùm, verum & verba quoque Canonico Scriptori suggerit.

7. *Tran. septuaginta virorum miraculosa.* *Leo Castr.* *Tena.*

Confirmatur: Quoniam translatio septuaginta Virorum miraculosa fuit, Spiritu que sancti peculiariter opus; Probat Leo Castrensis disputatione de translationibus sacræ Scripturæ, cap. 6. & ad longum cap. 11. Certe ea fuit trita veterum Antistitum Ecclesiæ cogitatio; Videndus Tena lib. 1. Isagogæ sacræ Scripturæ, difficultate . Sectione 3. atque cum nouam non condiderint Scripturam, oportuit, vt prioris sensum retinerent, quod ab eis præstitum, exceptis paucis quibusdam in locis Numine aliud tum volente ob iustas causas; Igitur, cùm Spiritus sanctus nouum non reuelauerit sensum, quid dem iu[illegible]? verba quidem; nam præter sensus, & verba, aliud non fuit, quo indigerent, at vero Spiritus sanctus quamobrem verba dictauit? nempe quia futura erat versio illa Scriptura, vehementer vt docet eodem loco Tena Sect. n. 4. Ergo de ratione authenticæ Scripturæ est, vt Spiritus sanctus non solùm sensum; sed verba quoque inspiret; Atque ob hanc causam eorum placet iudicium, qui existimant, vulgatæ editionis Interpretem etiam diuino Spiritu adiutum. Defendit Serarius prolegomenis bibliacis, cap. 9. quæstiuncula 8. Tena eodem suæ Isagogæ lib. 1. difficultate 6.

Interpres vulgatæ à Spiritu sancto specialiter adiutus. *Serar.* *Tena.*

Sectione 3. Potuit quidem Deus Vati quatuor, aut quinque dictiones synonymas reuelare, & præscribere, vt quam vellet ex eis eligeret; tunc in potestate prædicentis fuisset, hoc, aut illud desumere vocabulum; verùm non de his controuersia, quoniam hoc more etiam Deus semper strictè loquitur, cùm non alia verba Prophetæ loquatur, quàm quæ nominatim Deus illi significauit: est enim disputatio, vtrum liceat Prophetæ iure quodam suo his, aut illis pro arbitratu vti vocabulis, & dictandorum à Deo accipiat sensum tantùm, non autem etiam dictiones vocabulorum regulas quoque? Verbum inspiratum perte dicimus quoniam aliter ne Deus cum rigore in Scripturis loqueretur, nec sacræ paginæ dictiones de fide essent.

8. Ad obiectionem initio positam: Quod de editione vulgata post Tridentinum affirmatum, aduersus nos inutile est, cùm putemus, idipsum de hac translatione dicendum; in ea, etiam vsque ad singula verba, quæque esse de fide; verùm concedimus, quæ ibi prolata fuêre; discrimen amborum accipe: alio quippe modo se gerit Deus in prima Scripturarum molitione, alio in earundem conseruatione: nam in primo illarum opificio, cùm ipse ordinauerit ad gloriam sui nominis, ad fidelium salutem, atque emolumentum, quemadmodum eius ab ore nihil prodiit, quod non vel ad fidem, vel ad bonos mores conduceret; ita nihil quoque dimanauit superuacaneum, aut impertinens, minúsve saltem vtile; at verò in conseruatione diuinorum Codicum, quemadmodum permisit hominibus, (quippe in quorum manu bonum, & malum positum erat) vt Sacramentis, diuinissimoque etiam beatissimi Corporis, contumeliam non raro inferrent; ita sustinuit lædi Scripturas: sed, quanquam permiserit, vt Corpus ipsius graui afficeretur iniuria à nequissimis, non tamen sustinuit aliquando, vt grauis error vniuersos Bibliorum Codices peruaderet; Causa fuit: ex eo enim, quòd ingratissimas nationes Corpori blasphemiam inferentes pateretur, laudi id fuit, non vituperio; quoniam commendabat benignitatem Numinis, & bonitatem, & patientiam: si autem omnes vbique Codices apparerent corrupti, suspicio oriretur, an Deus in loquendo summe verax esset, quando eius verbum, eiusque eloquium mendacium atque errorem contineret. Permisit igitur Librariorum, exscribentiumve incuria, leuiora aliqua dimanare, quæ neque probitati moribus, neque fidei officerent, à quibus non fuisse liberum vulgatum sacrorum Voluminum Textum, etiam post Tridentini Concilius declarationem, existimarunt viri sapientes: sed, puto, hoc arbitrati sunt, antequàm corrigeretur, nunc vero post Sixti, atque Clementis castigationem, audax fueret censura di pronunciatum, præsertim cùm Bibliorum admoneat Præfatio, ad subitam esse humanum licentiam, quanta esse potuerit; & ego existimauerim diuinis subsidiis Correctore singulariter adiutos, cùm id aggressi fuerint, quod Ecclesiæ maximè optandum erat, vt haberet sanctorum Voluminum omninò repurgatum Textum; Quare vtiliùs multò facturi sunt, qui in hoc dilucidando, explanandóque textu oleum consumpserint, quàm in nouarum castigationum interpreti cōmuni quasi ex affectatione & libidine adue [illegible] infructuoso labore, ne dicam superbo magis, quàm Christiano. cùm Cardinales, quibus, Concilij quæ fuerit mens, vt exprimant, commissum, dixerint; *Nec solam periodum, solam clausulam vel solam dictionem, aut syllabam, iotáve vnum admitti posse, quod repugnet huic vulgatæ editioni Latinæ;* Adi Suarium disp. 5. de fide, Sect. 3. num. 10 qui affirmat, ab his ipsis grauissimis Cardinalibus reprehensum seuerè Andream Vegam, quod lib. 15. in Tridentinum, cap. 9. maiori cum licentia hac in parte loquutus fuerit.

Post Clementinam castigationem audax . assertio, quod aliqua sint errata in Bibliorum Textu.

Nouarum versionum infructuosus labor. Suarez. *Andreas Vega notatur.*

9. *Apostoli verum allegātes instrumentū, quamobrem sensum reddunt & non verba quoque.* Marin. Leo Castr. Maldon.

Apostolos, & Septuaginta non verba, sed reddidisse sæpiùs sensum admittimus, & multis probat Marinez lib. 6. Hypotypos pag. 429 § *Aduertendum citationibus.* Leo Castrius dispu. de translationibus, cap. 6. num. 7. & Euangelistas, cùm eandem narrent Historiam, non iisdem vsos verbis, aduertit Maldonatus ad vers. 2. cap. 22. Matth. hoc autem minimè egerunt, propterea quód opinarentur, exiguam verborum debere esse reuerentiam; alioquin cùm ipsi nobis propositi

sint

sint Duces, & Magistri, quos imitemur liceret & nobis ad eorum exemplum tantundem: id verò quis concessurus sit? cùm ne Sanctorum quidem Patrum dicta mutilli in publicis prælectionibus, & ad populum suasionibus liceat, Atque iure optimo, cùm ne ille stimulatis vocabulis, sæpè & sensum alium repræsentari; quanta enim in Gymnasiis sæpe, & pro Augustini, & pro Angelici Thomæ mente concertatio? atque hoc & ipsorum productis fideliter verbus? quid, si permitteretur aliter enasse, quam pronunciauerint? Id igitur perpetuum, quemadmodum effatur Aug. lib. 3. de consensu Euangelistarum, cap 3. *Secretiore consilio prouidentiæ Dei, qua mentes Euangelistarum sunt gubernatæ;*

Augusl. Itaque licuit id Apostolis, & septuaginta Senioribus; quoniam non hoc ipsi dictabant; sed Spiritus sanctus, cui liberum & conueniens est, aliter atque aliter suum declarare sensum; atque ob hanc causam illæ omnes diuersæ phrases, Dei verbum, atque loquutin sunt; sed Apostoli aliter protulerunt, sensa retinentes, vt innuerent, eundem fuisse conditorem vtriusque, & Hebrææ editionis, quæ originaria est, & Græcæ, quam Septuaginta transtulère, quemadmodum ex multis Augustini, & Hieron. verbis demonstrat Leo Castr. memoratis nuper capitibus: Quod verò quibusdam in locis paraphrasim magis, aut Commentariorum imitationem aliquam Septuaginta texuerunt, ex Spiritus sancti inspiratione commissum qui iis in locis Christum, & Euangelium expressiùs prænunciarunt, vt esset, quò manifestè redarguerentur Iudæorum commenta;

Septuaginta cur quadam aut addiderunt, aut demserint?

Leo Castr. Notauit idem Leo in disput. de translationibus, cap. 9. & ad illud Isaiæ, cap. 43. *Cùm transieris per aquas*, &c. vti & quòd subtraxerunt quædam, ne Gentilibus mysteria paterent, Auctore Hieronymo prologo in Genesim, quando eis noto idiomate Scripturæ proferebantur, eò quod arcanorum cognitio idololatriæ occasio tunc magis, quàm salutis futura, donec illucesceret Christus.

10\. Quòd autem asserant, gratiam naturæ se accommodare, & huius non excludere opem, sed perficere; ac propterea Isaiæ floridiorem esse stylum, quòd is, siue naturæ, seu artis industria eloquens esset; inurbanam dictionem Amos, quoniam rure educatus, aliter profari non didicerat; hoc à me sic intelligitur, vt quemadmodum Christus Dominus idem obiectum naturale, quod scientia experimentali mediis speciebus acquisitis attingit, cognoscit quoque per species, siue per accidens, siue per se infusas ... eadem verba, quæ prodirent ex conceptu naturali, quem species ordinis naturæ producerent, excitari à conceptu, quem species per se, vel saltem per accidens infusæ supernaturaliter causarit; V. g. *Expedit, vt vnus moriatur homo pro populo*, si simpliciter intelligantur, oportere, vt Christus de medio colleretur, verba tum oriantur ex conceptu naturali, & quoad modum, & quoad substantiam; sed eædem phrasis, quatenus prophetia est, & Dei loquutio, nasceretur ex conceptu, aut secundùm substantiam, aut quoad modum, vt minimùm supernaturali; Sic igitur, cùm Isaias suis verbis vtatur, id est, quæ ex naturali conceptu proficisci valeant: non tamen ea solius Isaiæ sunt verba, cùm prophetat, sed Dei principaliter; quoniam tum generantur ex speciali motione, superna producente gratia conceptum naturæ vires excedente; atque Deum naturæ in

Natura quo pacto se accommodat gratia?

hanc formam se accommodare, vt dixerint, non grauatè consentimus, id est, excitare mediis speciebus apprehensionem supernaturalem verborum; qua posita apprehensione voluntas supernaturaliter stimulatur ad imperandam prolationem extrinsecam vocum, quæ significant ex diuina impositione, repræsentántque hoc, aut illud; Dei voluntatem imperantem supernaturalem, eò quòd voluntas quæ per se supponit cognitionem naturæ vi[illegible]endentem, eiusmodi sit, cuius generis ea est volitio, nam exigit apprehensionem; [illegible] Deum verbis impositionem repræ[illegible] nequit autem cognitio hæc assequi naturali industria, [illegible] impositio illa ad ordinem naturæ non spe[illegible]; sed ad fidem, & reuelata; Neque tamen puto ad naturæ dotes, maiorémque in dicente e[illegible]n-ciam attentum eum, qui in publicand[o] Euangelio Rhetorum, & philosophantium ad[illegible]ula respuit: sed loquutum in Amos simpliciùs, in Isaia politè, quoniam sic placitum fuit, fortasse & per Isaiam sublimius intonasse, [illegible] Euangelij, in quo prædicando totus versatur, maiorem grati[am], atque splendorem significaret; atque ob id, quod primus distribuebat singulis, prout volebat, ex Euangelistis alium in humanitate Christi describenda, cuique in eam ge[illegible]stis distentum, alium sublimiùs attolli, & pertingere vsque ad Verbum Patris, [a]lium depingere Magorum aduentum, alium Archangeli cum MARIA colloquium; quæ omnia [t]ame[n] vnusquisque potuisset enarr[ar]e, nisi Spiritus ad di[illegible] in[illegible]erit.

Quare ex Prophetis vnus polite, alter gulas inculte loquatur?

Euangelista, cur non omnes eadem narrant

II\. Denique ex hoc fonte m[illegible] pro[illegible]prijssime, aptissiméque nimirum loquutum sit Deus per Prophetas, & Euange[listas], [illegible] qu[illegible]bliorum Structore; non tamen eq[illegible] nte[illegible]rum nitore, [illegible] non potuerint & [illegible]stijs, atque [illegible] claritate effe[illegible] Psalmus [illegible] qui Reg. 2. cap. 22. legitur [illegible]ditur; *Dominus, petr. mea, & robur meum*; lin[illegible]tior est in volumine Psalmorum, qui [illegible]cimus septimus censetur, vti probe ani[illegible]sum a nostro Sanchez ad eum [illegible] locum; & septuaginta S[en]es pl[illegible] dilucidius effati, vt probat sæpè Leo Castrensis disputatione de Translationibus, atque [illegible] illud cap. 28. Isaiæ: *In loquela labij* [illegible]nem ex Origene tom. 7. in Ioannem [illegible] mouet, solere Apostolos mutare voces [illegible]tas in planiores, & [d]ilucidiores; [illegible] hoc Vulgato contigit Interpreti, q[illegible] Spiritus sancti directione ver[t]eret in Latin[illegible]monem, aut Hebræa, aut Græca, eff[illegible] expresserit, quam delicatæ aures fastidirent[illegible] verùm, si debita religione, atque obsequi[illegible] diti fuissent animaduertere debuerunt [illegible] id actum dispensatione no[illegible] ob l[illegible] satum, grauissimáque mo[illegible] loqui per calamum suum voluit [illegible] Numine: Quamobrem, quod ob huius generis aliqua, tanquam menda fuissent, Interpretem perstr[in]gere, non sit veritus Sixtus Senensis, & [illegible] sint à suis emaculatum commissionibu[s] [illegible] neque aptè, aut pronunciasse, aut glor[illegible] esse visum: sed eius verba sunt lib. 8. B[ibliothe]cæ sanctæ, hæresi 13. de Translationibus [illegible] Scripturæ, § *De vtraque tandem. Sec. I[illegible] tentur, & nos in hac nostra noua editione [illegible] illas inuenire mendas, solæcismos, barbarismos, hyperbata,*

Scripturæ can[illegible] potera[illegible] quam [illegible] loquuti.

Sanchez. Psal. 7

Leo Castr.

Regula Apostolis solem[ni] mutare voces obscuras in clariores.

[illegible] Senen. displicet effatum.

Quid de Vulgata Interpretis [illegible] pagoribus [illegible] sendum?

hyperbata, & multa parum accomodatè versa, & minus Latinè expressa, obscurè, & ambiguè interpretata; utcumque nonnulla superaddita, aliqua omissa, quædam transposita, à vitio Scriptorum immutata, quæ Santes Pagninus, Thomas, Caietanus, Franciscus Forerius, & Hieronymus Oleaster, Viri ex Dominicano Ordine eruditissimi, interpretationibus, & explanationibus suis indicarunt: Sed, quàm iniustè hæc adstruxerit Sixtus, atque non minùs deceptus sit in vulgato Interprete vituperando, quàm in sociorum efferendis versionibus; quoniam acerba sunt, quæ dicuntur, malo ad Auctorum volumina remittere Lectorem; adeat cupidus scire, quid de quaque versione autumandum Canum lib. 2. de locis, cap. 13. §. *Ad hæc.* & §. *Quo quidem.* & cap. 11. § *Sextam vero,* &c. Genebrardum Proœmio in opere Origenis, Leonem Castriuo disput. de Translationibus, cap. 2. §. *At Sixtus,* &c. & in illud cap. 28. Isaiæ: *Quia manda, remanda,* &c. Bardium Legionensem quæstione 4. expositiua, cap. 1 [illegible] § *Deinde afferendum* P. Salmeron tom. 1. in [illegible] Epistol. lib. primo, part. 1 disput. 20, atque [illegible] fundamentis expend[illegible] P. Gr[illegible] tom. 1 [illegible] defensionis Bellarminianæ, ad [illegible] lib. 2. Bellarmini de verbo Dei, §. *Quod* [illegible] &c. & in primis [illegible] de [illegible] translationibus, cap. 2.

12. At, [illegible] qui loquitur, [illegible] & non Prophetæ [illegible] verba [illegible] Vates [illegible] prædictiones non fundebant, non [illegible] quod suum [illegible] proferebant [illegible] nihil adquirebant: [illegible] autem quis [illegible] esse [illegible] internotas, quibus veri Prophetæ à dæmoniacis secernebantur, [illegible] extra [illegible] amentiam rapiebat malignus Spiritus, tradit [illegible] Thomas 2. 2. quæst. 173. art. 3 [illegible] Alphonsus [illegible] libro 2. contra [illegible] illud [illegible] cap. 1. *Multifariam, multisque modis* [illegible] probat, vaticinantes non [illegible] extra [illegible] quibus [illegible] non intelligerent: & P. Vazquez [illegible] disputat [illegible] cap. 3. [illegible] *Scriptor* [illegible] *irrationale quoddam instrumentum* [illegible] *quod absurdum*; Respondeo, quemadmodum docui Anteloquio 1. Sectione 6. num. 44. si prophetia secundùm se consideretur, atque ut est Dei sermo annunciantis absentia & remota posse optimè stare, quin libere à [illegible] eliceretur, nam quemadmodum [illegible] Pontifici immisit propheticam quam [illegible] possit [illegible] aliorum quoque [illegible] quare [illegible] Caiphas qui [illegible] verba illa, *Expedit* [illegible] *ut homo moriatur* [illegible] quidem pro[illegible], sed non sub [illegible] vaticinij, nisi [illegible] & identi[illegible] non cog[illegible] volitum, quod [illegible] Deus non loquebat[illegible] non per [illegible] verba illius, [illegible] loquebatur [illegible] illius [illegible] verba prophe[illegible] [illegible] Auguft. [illegible] Typos, cap. 1. § *Et dicunt,* &c. Sed Deus,

Sherlogi Anteloq. in Cant.

etsi hoc se gerere pacto valeat; tamen de facto, uti eodem loco monstrauimus, aperiebat Vatibus, si non omnem prophetiæ sensum, aliquem saltem, præstantiorem, videlicet ut de Moyse asserebat Augustinus suprà num. [illegible] Quare, [illegible] illi, quam penetrabant, externam, & vocalem prædictionem ita fundebant, ut reticere, & occultare possent; ac proinde & vati[illegible] & id liberè, atque meritoriè, & loquente Deo ipsi pariter loquebantur, cùm, quæ intelligerent, proferrent verba, ut etiam ab aliis ea caperentur.

Ex his autem constat, ut Deus absolutè loquatur, non esse necessarium liberum hominis consensum, quando euenire possit, ut esse Dei sermonem, penitùs rationalem creaturam lateret, sicuti in Caipha accidit, cui nec liberum, nec voluntarium fuit, quòd prophetaret nisi [illegible] solum atque materialiter, [illegible] vaticinium aliquod à se enunciari. & [illegible] à B. Petro positum epist. 2. cap. 1. v. 21. *Non enim voluntate humana adlata est aliquando prophetia sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines.* Atque hoc denotauit omnino celebre illud sancti Gregorij pronunciatum præfatione in Iobum, c. 1. *Sed quis hæc scripserit, valde superuacuè quæritur, cum tamen auctor libri Spiritus sanctus fide[illegible] credatur [illegible] igitur hæc scripsit, qui hæc scribenda dictauit, ipse scripsit, qui & illius operis inspirator extitit, & per [illegible] vocem imitanda ad nos eius facta transmisit. Si magni cuiusdam Viri susceptis epistolis legeremus verba, eaque, quo calamo fuerint scripta, quæreremus, ridiculum profecto esset [illegible] epistolarum Auctorem [illegible] sensumque cognoscere; sed quali calamo earum verba impressa fuerint, indagare studeremus.*

Quamuis [illegible] Auctorum opus est, & Gregorius asserit, [illegible] quis scripserit, quamobrem de Auctore moueatur quæstio? Sanè [illegible] ad hoc ut [illegible] esse verbum [illegible] fortasse necesse [illegible] cognoscere, probum [illegible] cùm Deus regulariter optimis [illegible] communicet: *Sanctos enim* appel[illegible] Dei Vates Petrus A[illegible] modò ex eo nuperrimè audiebamus, atq. [illegible] tertio [illegible] volui [illegible] Cæterùm [illegible] auctor conueniens est [illegible] in particulari [illegible] hoc ipso magnus [illegible] quòd à Deo [illegible] excellentissimi [illegible] delectus, atque [illegible] quid rarum [illegible] præclarum Ecclesiarum [illegible] quemadmodum Salomonis [illegible] termino, digna ea sunt, atque fidelibus commoda, quæ celebrentur multorum [illegible] quæ plures [illegible] & pertinent [illegible] Deinque Scripturarum Chronologia haud unquam firma esse valeat, si quo tempore quisquam canonicus Scriptor floruerit, ignoretur, cùm aut quæ ipsi referant, ab hoc omninò dependeant, aut quæ aliis Bibliorum Voluminibus leguntur. Quare [illegible] à Caietano opinatum est, utilem esse [illegible] de [illegible] Auctore. *Nisi enim* (ait ad Prouerbiorum initium) *laudabile esset Auctorem libri in principio manifestare, non [illegible] Salomone [illegible] Prophetæ posteriores Isaias, Ieremias, Ezechiel, incipientes suos libros [illegible] nominibus propriis: constat siquidem [illegible] auctoritatem libri [illegible] certo Auctore supputan[illegible] tur ab [illegible] Apocrypha.*

13. *Propheta, quo pacto ma[illegible] habe[illegible]*

2. Petri. 1.

Greg. [illegible]

14. *Scriptorē canonicum in particulari nosse, utile est.*

Caiet.

SECTIO II.

Breuiarum vitæ, & factorum Salomonis potissima quæque cum ordine proponens.

15. *Pineda opus de Salomone præclarum.*

QVanquam Salomonis Acta satis declarata Regum Historia, huiúsque prætermissis, atque ab ipso editis sacris Codicibus; eadémque rerum copia, & varietate à nostro Pineda iusto volumine plurimo cum ingenio, atque elegantia mirificè illustrata, ne tamen Interpretis officio defuisse aliqua ex parte videamur, dabimus breuem gestorum eius recapitulationem, quæ magis probabiliora apparebunt delibantes ex iis, qui de argumento maiori cum doctrina tractarunt; Ergo post occisum in pugna Vriam Hethæum, eam, quæ illius fuerat, Bethsabeam, patria Hebræam, domo Hierosolymitanam, filiam *Ammiel*, Dauid ad legitimos thoros admisit, interque Reginas, scilicet primarias eius vxores numerauit; quin & potissimùm dilexit: accepit autem, cùm nondum Vriæ peperisset sobolem, & cùm ob admirandam pulchritudinem omnium oculis esset summè gratiosa, sustulit ex ea præter innominatum infantem, quem cito amiserat, masculos quatuor; quippe *in Hierusalem nati sunt ei filij Simmaa, & Sobab & Nathan, & Salomon de Bethsabee, filia Ammiel.* Sed, cùm innominati infantis, quem primum ediderat, partum subsecuta sit Salomonis natiuitas; nam de eius immaturo discessu subtristem Bethsabeam *consolatus est Dauid, ingressúsque ad eam dormiuit cum ea, quæ genuit filium, & vocauit nomen eius Salomonem*, fuit planè inter superstites fratres primogenitus, maióque ætate; Produit igitur (cùm & vaticinia præcessissent, ne quid gloriæ defuisset, quæ annunciabant futurum virum quietissimum, eamque ob causam Pacificum appellandum, & Domino ædificaturum augustam basilicam) in auras metropoli in vrbe post decimestrem gestationem, anno ab Vniuersitatis molitione [illegible], cùm Dauid quatuor in regnando exegisset lustra; Maternum dein cùm per triennium sugeret pectus ob nimium Reginæ in pignus amorem, ab vberibus depulsus tandem, firmiórque [illegible], celebrauit ablactationē genitor ingenti lætitia, cùm arte hęc octauo ab ortu die, quando circumcisus est, dupliei insigniuit nomine; nam & mater vocauit eum Salomonem, *misitque Dauid in manu Nathan Prophetæ, & vocauit nomen eius, Amabilis Domino, eo quod diligeret eum Dominus*; Atque quemadmodum eum genitrix magnis curis nutrierat, ita cùm videret puerum ingeniosum, *sortitum bonam animam in corpore incoinquinato*, Pædagogo commisit præcellenti, sub quo optimos mores disceret, videlicet, Nathan Prophetæ; atque tantum cùm haberet Præceptorem, ipsa tamen mulier fortis sollicitè instruebat; *Et docebat me*, (inquit ipse) *atque dicebat; Custodi præcepta mea, & viues: suscipiat verba mea cor tuum*; delectabatúrque hoc solo puero tantùm, vt cùm alios quoque natos haberet, hunc tamen sic deperiret, quasi neminem præterea haberet: quare & ipse se matris vnigenitum hac ob causam nominauit; atque fuerunt huiusmodi Salomonis rudimenta.

Bethsabea pulcherrima Dauidis vxor primaria. — 2. Reg. 12. 3. & 2. Paral. 3. 5. — 1. Par. 3. 5. — *Dauidis filij quot?* — 2. Reg. 12. — *Salomō maior natu inter gnatos Dauid ex Bethsabea.* — 1. Paral. 22. 8. — *Salomon à matre lactatus, quæ eius nominatque Pædagogus?* — 2. Reg. 12. — [illegible]. 19. — Prou. 4. — *Salomon à genitrice edoctus, vnigenitum quomodo?*

19. *Naamam quādo duxit Salomon?* — 2. Paral. 2. 12.

Cùm modestissimo Principe dignam absoluisset pueritiam adolescens factus, retinuit præclarissimam viuendi regulam, decémque & octo supergressus annos, vxori coniunctus est, cui Naama vocabulum, quæ ex Ammonitis originem duxerat, & patrias ante matrimonium damnauerat superstitiones; Ex ea Roboamus tantæ domus tota spes, & posteritas, Genitor cùm animaduerteret, Salomonem esse, in quem imperij maiestatem transferri superna indicassent oracula, posthabito seniori Adonia, regni successorem declarauit, habuitque consortem biennio, quo superuixit, cùm sanè ita moderatus fuisset iuuenis, vt neque matrem, neque antiquum Pædagogum Nathan incitauerit, qui Dauidi persuaderent, quod ab eo præter multorum opinionem perpetratum est; iussit igitur continuò inungi, regiæque impositum mulæ circunduci præcinente buccina, acclamantibúsque, qui cum honore gradientem stipabant: *Viuat Rex Salomon.* Perstrepebat lætitia ingenti tota ciuitas, vagatáque breui per vniuersas plateas de nouo Principe fama peterrruit Adoniam purpuræ iam pridem à popularibus destinatum, & socios, *qui inuitati fuerant ab eo: iuit vnusquisque in viam suam.* Et quamuis æger, & exhausta valetudine, quòd [illegible] instare resolutionis tempus, indixit comitia senex Dauid, vocatis [illegible] Hierosolymitam ex omni Iudæa præstantissimis quibusque, habuit ad conuentum procerum, cæteræque multitudinis, religiosum, seriúmque sermonem; atque cùm docuisset electum Salomonem diuinitùs ad fasces imperij, vt [illegible] Deo omnipotenti templum materia, simúlque opere stupendum fabricaret, recensuit militiam, ædis sacræ descriptionem, & lineamenta Salomoni tradidit, insuper coacervatos eum in scopum diuitiarum thesauros maximos, atque ad consimilem munificentiam hortatus Optimates [illegible] prima Salomonis inunctio cum schismate aliquo, neque nimia cum pompa acta fuerat, nunc congregatis vniuersis ordinibus [illegible] consecratur, spondéntque, & fidem, & [illegible] tiam omnes: nam *vniuersi Principes [illegible] & cuncti filij Regis Dauid dederunt manum, & subiecti fuerunt Salomoni Regi.* Et cùm gauderent cuncti, conuiuio & iocis vacatum est, *& comederunt, & biberunt coram Domino in die illo cum magna lætitia*; Consolabatur super his Dauid [illegible] dimitti in pace optabat quando & Princeps [illegible] gnaldo iustam haberet ætatem, & [illegible] votis exceptus fuisset, & esset [illegible] atque consilio: Itaque [illegible] ad se filium postquàm salubribus quibusdam præceptis communiuit, iniunxit, & de facinorosis quibusdam quoniam ei ob graues rationes facere non licuit debitas sumeret pœnas, neque inultos abire sineret, & dormiuit cum patribus suis, *mortuus in senectute bona, plenus dierum, & diuitijs, & gloria, & sepultus est in ciuitate Dauid*, nempe, in regia Solymorum vrbe, prosequente funus [illegible] cum lacrymis, & omnimoda pompa.

Salomon ab-bat consortio sus. — 3. Reg. 1. 34. — *Salomonis patrū ius Ethiop.* — 1. Paral. 29. — 3. Reg. 2.

17. *Quando Salomon solus regnare cœpit?*

Ergo cùm tertium, & vigesimum ætatis annum inchoaret Salomon [illegible], capessit solus Monarchiæ habenas, quas antè cum patre diuisas biennio rexerat, & cùm paterni imperiis nihil antiquius haberet, orditur à malevolorum suppliciis, datáque quibusdam [illegible], aliis exilio inflicto, quam habuit in votis à principio, & sine qua rempublicam [illegible]

Impossibile

impossibile arbitraretur, sapientiam à Patre luminum enixè postulare aggressus est; *Abijt itaque in Gabaon, ut immolaret ibi: illud quippe erat excelsum maximum*; factâque insigni hostiarum victimatione, cùm pro adipiscenda sapientia continuò deprecaretur, *apparuit ei Dominus per somnium nocte, dicens: Postula quod vis, ut dem tibi:* Cùmque non aliud, quàm sapientiæ amplexus desideratos à se significaret, *placuit sermo coram Domino, quòd Salomon postulasset huiuscemodi rem*, & indulsit orationi abundanter; quippe Rex prudens, satisque cum sobrius, cùm non vano aliquo sciendi caperetur œstro, puto non vniuersam sapientiæ encyclopediam amasse; sed partem regendis populis necessariam: Deum verò pro sua liberalitate, & disciplinarum totum circulum concessisse. Itaque nullum doctrinarum genus extitit hominibus salutare, in quo non ad miraculum excultus prodiit, quæ eò illustrior fuit, quò nobiliores eius causæ, habitus, scilicet, non acquisiti; sed aut per accidens, aut per se infusi: quanquam & progrediente tempore, cùm didicit ab his, quæ expertus est, species de nouo acquiruit; & quidem scientia Christo, & Virgine incontaminata longè inferior; Adamum an superauerit an ipse ab Apostolis, atque inter Prophetas insigniori aliquo victus sit, sub opinionibus iacet. Neque longum intercessit spatium, cum oblata occasio, quæ specimen incomparabilis doctrinæ exhibuit, quippe pro filio contendentibus duabus meretricibus, cùm difficillimum appareret veritatis semitam aperire, testitute veræ matri prolem excellens Principis industria, *audiuit itaque omnis Israel iudicium, quod iudicasset Rex, & timuerunt Regem*; Atque cùm ciuiles tumultus conspicui essent, ne pacem externus inimicus auderet perturbare, fœdera cum Ægyptiorum Monarcha iniit, ratus hoc præsidio firmatum terrori futurum circumpositis Dynastis; & quò diuturnior esset amicitia, affinitati coniunctus est Pharaoni, neque opinione frustratus; nam, cùm Gazereni tumultum mouissent, *Ascendit Pharao Rex Ægypti, & cepit Gazer, & succendit eam igni, & Chananæum, qui habitabat in ciuitate, interfecit, & dedit eam in dotem filiæ suæ vxori Salomonis.* Hoc facto hic territis Chananæis, vt in posterum per multos annos sedatè egerint; quoad absoluit omnem fabricam Salomon; postquàm autem Virgo Mosaicos bibit ritus, & amplexata est, instrepuit Hymenæus nunquam lætior, atque post multos dies silere tandem iussus post repudium conuertit animum ad varia & Reipublicæ totius, & regiarum ædium officia, quæ distribuit inter viros gnaros de Optimatum numero, erat autem totius ditionis admiranda, vndique facies; habitabat nanque Iuda, & Israel absque timore vllo vnusquisque sub vite sua, & sub ficu sua.

18. Cùm itaque riderent vniuersa, essètque alta intus, atque foris tranquillitas; templi quamprimùm aggressurus fabricam, occasione legationis, quâ nouo Principi congratulatus est vetus Dauidis amicus Tyri, & Phœniciæ Toparcha Hyramus, misit ad eum Salomon litteras, quibus ab eo materiem templo ædificando opportunam rogabat, postulabat & Magistros operum eximios, quales Phœnicia perhibebat multos; & quò celeritas in agendo quàm maxima esset, ardebat enim erga cœlestia tum pietate magna, *fuerunt septuaginta millia eorum,*

Sherlogi Anteloq. in Cant.

3.Reg.3.4. — *Salomoni quarto sapientia qualis ... con-* — 3 Reg. 5.15.

qui onera portabant, & octoginta millia latomorum in monte, absque Præpositis, qui præerant singulis operibus numero trium millium trecentorum, Paralipomena sexcentos faciunt: comprehendunt, nimirum, qui super ipsos Præfectos auctoritatem obtinebant: *Elegit quoque operarios de omni Israel, & erat indictio triginta millia virorum, mittebàtque eos in Libanum, decem millia per menses singulos; ita vt duobus mensibus essent in domibus suis:* Ipse interim Hierosolymis semper moratus, quæ intra vrbem fieri oportebat, sollicita perurgebat diligentia: tandemque Regis incomparabili gaudio iacta sunt fundamenta, & ædificari cœpta domus in omne æuum memoranda, Numini oblata, quadringentesimo, & octogesimo anno egressionis filiorum Israel de terra Ægypti: ab orbe fabricato ter millesimo quinto, & vigesimo, cùm iam Salomon quartum in regnando ageret annum, mense Zio: siue is Aprilis, quod certius est: seu magis placet nostro respondisse Maio: Locus autem, in quo cœpit ædificare Salomon domum Domini in Hierusalem, mons Moria fuit, qui demonstratus erat Dauid patri eius in area Ornan Iebusæi, quem collem tribui Iudæ melioribus titulis adscribi ostendimus aliàs: Erant verò inter sumptuosissimæ structionis præcipua admiranda tria atria: primum quidem gentium, quo orandi gratia omnium nationum pagani homines confluebant: ac verisimile, cùm ab initio Salomonici imperij ex remotissimis mundi angulis, eius qui tum patebat, variarum prouinciarum mortales Regis fama exciti concurrerent, illorum causa de fabricando hoc atrio Monarcham cogitasse, si fortè hoc aucupio ad sempiterni Numinis adorationem possit allicere; Et hoc in atrio fuisse coniectura est extitisse celebrem illam, quæ à Salomone nomen mutuata est, porticum, in qua Seruator deambulare solitus, & qua & vendentes flagellatos expulit: quamuis enim Ethnicis dicatus locus: sed in quo orationes funderentur, non qui profanis nummulariorum deseruiret vsibus: Secundum atrium Israelitarum dicebatur; hoc & vniuersam domum, & atrium interius ambiebat, & capacitatis erat penè immensæ, quòd ibi ter in anno congregarentur Israëliticæ professionis qui erant: in quo & feminæ à viris separatæ, & mundi ab immundis: Tertium erat atrium, quod & templum cingebat, quod interius vocabatur, Sacerdotum, Leuitarúmque vsibus assignatum: In his omnibus, præter subdiales areas, etiam porticus in circuitu exedræ: quibus fortè significentur sedilia, seu thalami aliqui, & cellulæ pro confluentium maiori commodo: atque in primis, vt orationi cum pace, & sine testibus vacarent, de quibus cessis nunquid Seruator Matth. 6. vers. 6. *Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora Patrem tuum in abscondito?* Ad hæc subterranea plurima loca, gazophylacia, promptuaria diuersi generis tam ampla, quæ caperent primitias, & decimas totius Israël suis distribuendas temporibus ministeriæ Sacerdotum, Leuitarúmque multitudini. Fuit quoque & eximium opus peribolus, seu lorica, quæ extrema ædificij coronabat. Porro ipsius templi tria membra: extima pars, vestibuli nomen habens, porticus formam referens, longum cubitos viginti, latum duodecim, superimposita ingentis altitudinis turri: media pars, templi nomen absolutè vindicans, quod etiam Sanctum ...

2.Par.4. — 3.Reg.5. — *Templi fundamenta quãdo iacta?* — 2.Par.3.1. — *Quot fuerint atria Templi Salomonici* — *Matth. locus ex c. 6. enodatur.* — *Templum in tres partes diuisum.*

tur; tertia pars, quæ muro quodam separata à templo, variè insignita; nempe & *oraculum* dicta, & *Sanctum Sanctorum*, & *domus propitiationis*, & *Sanctuarum*, propter summam religionem; nimirum, ad quod vel Summo etiam Antistiti sacrorum, nisi semel in anno patebat introitus, clausum vndique, & fenestris carens, à valuis apertis lumen recipiebat tantùm, quæ & ipsæ velo obtegebantur.

19. Atque hæ quidem ædificij diuisiones aliquæ, materia autem quam diues, ingeniúmque quantum! Nam, quod ad ligna attinet, *Cedro omnis*
3 Reg. 6. 18. *domus intrinsecus vestiebatur, habens tornaturas, & iuncturas suas fabrefactas, & calaturas eminentes: omnia cedrinis tabulis vestiebantur*; Quod
2. Par. 3. 6. ad lapides: *Strauit pauimentum templi pretiosissimo marmore, decore multo*: Neque sanè minori elegantia constructos parietes haud dubium est, quàm fuerint regiarum ædium, de quibus illud:
3. Reg. 7. 9. *Omnia lapidibus pretiosis, qui ad normam quandam, atque mensuram, tam intrinsecus, quam extrinsecus serrati erant à fundamentis vsque ad summitatem parietum, & extrinsecus vsque ad*
Materia fabricarum Salomonis. *atrium maius*; Quod ad metalla, aurum in primis cæteris præstantius: *Porrò oraculum vestiuit auro purissimo; domum quoque ante oraculum operuit auro purissimo, & affixit laminas clauis aureis; nihilque erat in templo, quod non auro tegeretur; sed & totu altare oraculi texit auro*. Denique summatim, tam de hoc sacro ædificio, quam de profano, sibi, Reginæque constructo à Salomone Ioseph. lib. 8. Antiq. cap. 2. *In summa totum ædificium è marmore candido, & cedro, & auro, atque argento constabat, dispositis per parietes, & laquearia variis lapillis auro inclusis, quemadmodum & in ornatu templi factum fuerat*; Verùm, tria omni consideratione dignissima baudquaquam sunt pretereunda silentio; Primum
3 Reg. 6. 7. *Domus cùm ædificaretur, de lapidibus dolatis, atque perfectis ædificata est, & malleus, & securis, & omne ferramentum non sunt audita in domo, cum ædificaretur*. Secundum, quòd cum superna molis, quę nobilior regio est, fuerit tam stupescenda facies; tamen, quæ abiectiora apparebant, non minorem afculerint admirationem, si quæ fides Iosepho 8.
Ioseph. Antiq. cap. 2. *Fecit Rex in altissimam terra profunditatem fundamenta templi è saxo validissimo qua*
Tria in templi ædificatione potissima consideratione digna. *contra omnium temporum iniurias resistere possent & propter inconcussam soliditatem facile molem ædificij cum paratu ornamentorum sumptuosissimo perferrent, non minorem admirationem habitura, quàm qua supernè ad amplitudinem, pulchritudinem, & magnificentiam operis per artifices elaborata sunt*; Tertium, quòd tam operosa structio absoluta fuerit septennio; nam anno quarto Monarchiæ Salomonis incepta, vndecimo perfecta est, Regum 3. cap. 6. vers. 38. quā de re Iosephus memorato loco; *His tam magnis, ac pulchris operibus & donariis septennio perfectis, non ad opulentia modo, sed & celeritatis ostentationem; qua enim ætatem integram hominis poscere videbantur, tam breui, si ad magnitudinem conferantur, tempore erant absoluta*; At dixi quidem septem annos, quoniam quo anni mense regnare inchoauerit Salomon, sub dubio est; Fuit & Dedicationis pompa, quæ tantam fabricam deceret; *Fecit ergo Salomon so-*
3. Par. 7. 8. *lennitatem in tempore illo septem diebus, & omnis*
Pompa Dedicationis templi. *Israel cum eo, Ecclesia magna valdè, ab introitu Emath vsque ad torrentem Ægypti*. Ac sanè incepta sacra genialia mense septimo, qui apud il-

los Tisri, apud nos September, quanquam & aliquandu in Octobrem excurrit; ac cum bis septem diebus celebrasse, præter collectam, quæ facta est die octauo Dedicationis, lætitiam dicant nuper tolata Paralipomena, dimissúmque populum die vigesimo tertio, octauus eius mensis dies initium choreis tulit: *Igitur cunctis pari-* 2. Par. 5. 13.
ter, & tubis, & voce, & cymbalis, & organis, & diuersi generis musicorum concinentibus, & vocem in sublime tollentibus, longè sonitus audiebatur, ita vt cum Dominum laudare cœpissent, & dicere: Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius, impleretur domus Dei nube, nec possent Sacerdotes stare, & ministrare propter caliginem; compleuerat enim gloria Domini domum Dei: Habuit & Salomon eo die longè dignissimam concionem ad populum, additque Iosephus Antiq lib 8. cap. 2. *Libaminibus* (inquit) *&*
multo hostiarum sanguine manu perfundentes, infinitam vim odoramentorum adolebant, vt circumquaque totus aer suauitate repletus, etiam longè remotis sentiretur, constanti omni opinione aduenisse Deum ad inhabitandum recèns extructum, ac dedicatum sibi locum: nam neque hymnos canentibus, neque choreas ducentibus lassitudo est oborta dum ad templum peruenirent. Ioseph.

Facta autem Deo habitatione, magnificas sibi atque Reginæ construxit ædes, & quidem in monte Sionis, commodo ad sacras vrbanasque functiones loco; Diuisum ædificium in tria, notissima nomina; nam & Regis basilica vna dicebatur pars, & Reginæ domus altera, tertia Libani saltus vocata quòd eo colli iugo posita, quod nemorosum erat, adiunctis, & siluis, & montis imitatione, quæ verum Libanum admirantibus referrent. Huius sanè aulæ contemplatione in primis stupefactam Sabæorum Reginam, narrator est Iosephus 8. Antiq. cap 2. Fuit & memorabile opus, si quod aliud, Prætorij fabrica quod ad lites decernendas, & fori causas conditum, in præsertim throno sederet, de quo Reg. lib 3. cap. 10. vers. 20. *Non esse factum tale opus in vniuersis regnis.* Sed audiamus Iosephum summatim describentem; neque enim ad singula [illegible] enumerare vacat, neque sufferet promissa breuitas; *Difficile est* (ait allegato aliàs volumine) *enumerare amplitudinem, ac varietatem aularum, tam maiorum, quàm mediocrium, tam quæ sub terra latebant, quæ ve in aerem elegantissimè attollebantur. Erant & cubicula ad voluptatem facta, & porticus ad ornatum regia longissima, in quibus splendidissima vasa referta auro, vt quæ aurea supellectilis ad omne conuiuiu ministerium erant instructissima; In summa totum ædificium è marmore candido, & cedro, & auro, atque argento constabat, dispositis per parietes, & laquearia variis lapillis auro inclusis.* Quæ quidem etsi eiúsmodi sint, quibus grandiora vix concipi valeant, nedũ opere exequi, quamuisque in hoc opificio duplum ferè tempus consumptum: fuit tamen longè ardentior Salomonis in perficiendo templo industria: Dicamus ab eodem Flauio
Absoluta autem templi fabrica, (inquit,) *qua septennio, vt dictum est, durauit, regia structuram est aggressus, quam vix tertio decimo anno consummauit: neque enim tantam curam huic operi quantam ædificando templo impendit: sed illud quidem, amplum licèt, & plusquam credi posset celebre, cooperante Deo, intra dictum tempus perfectum [illegible] regia verò tametsi nullam magni [illegible] quòd neque materia eius tãtò antè præparata* Ioseph.

20. Ædes ex Salomonis & magnificæ.

I ssph.

Ioseph.

21. *& Rege, non Deo strueretur domicilium, eo tardiùs ad ... perducta.*

Interim, dum per ipsos vig nti annos tantus ... Salomon, (nam sapuerat tam longum intervallum vtriusque domus, sacræ, atque profanæ onstructio,) & alia non pau ... exercitiis multa ... annuus; iamque ab initio ... sive Phœnicum ... nauigationibus edoctus, seu diuino aliquo monito erudi..., sine in genij acumine eximio intellexit, alias esse regiones ... eum dicunt notas: *Classem fecit in ... aber, quæ ... iuxta ... in littore maris ... in terra Idumeæ.* Hanc acc... ab Hiramo, Tyriorum Dynasta ... nautis, & æquore gnatis, mittebat in orientis ... regiones ... tas, Ophir, & Tharsis inde, præter auri præstantissima pondera, afferebantur quoque *argentum & ebur, & simiæ ... & pauones ...: quib... dinibus abundantia ... naues ... Tharsis ... cum ... Hiram semel ... annis tribus*. Quod factum opinamur, non quia maris ... nautæ ... scientia, aut ... ignora... potestas quam Salomonem ... est ... rebus ... Carth... Salomonem ... Regis ... qui præsident, qui viget ... opera ... modum ita ... domo sita ... 14. & ... utentisse ... per duos annos ... Forsitan quoque ... cet, si quo bet anno ... ... deratus & ... Deuteronomij cap. 17 vers. 17. ... corum ... ne habeat auri, & argenti immensa pondera. Quare neque necessarium fuit vt Tharsim Bæticam aut quo Bra... regi ... ex bona Dextri fide excogitauit Ophir nuper ... do ... Salomonis quando oriens thesauros ministrabat ad sæteratem, vt prætereamus modò alia incommodo ... Hispanicæ ne ... rationis. Quid quid ... *hantur gazæ aliis ... rat ... quæ ponderi auri, quod afferebatur Salomoni per annos singulos, sexcentorum ... talentorum auri, excepto eo, quod afferebant ... qui super vectigalia erant, & negotiatores, ... vendentes, & omnes Reges Arabiæ.* Dixe quæ terra; Infinitum esset percurrere, quanta, aut in veste gloria, aut in triclinio luxus, aut in satellitio pompa, & amplitudo; Certè habebat quadraginta millia præsepia equorum currilium, & duodecim millia equestrium; Fuit & hoc tempus, cùm paulatim Reginarum, concubinarúmque in tantam multitudinem excreuit numerus, qualem Epithalamium ab eodem cantatum memorat cap. 6. videlicet, ex illis sexaginta, ex istis n ...nta: nam posteà laxauit nimium habenas; Tum ab eo physicæ illæ editæ disputationes: *Super lignis à cedro, quæ est in Libano, vsque ad hissopum, quæ egreditur de pariete, & de iumentis, & volucribus & reptilibus & piscibus* fortasse occasione sylue quam plantauerat in domo saltus Libani, vinearúmque, & pomœrij, areolarúmque ex lectis quibusdam floribus, modulabatur & sacras quandoque odas, hymnos, *Sherlogi Anteloq. vi Cant.*

3 Reg 9. 26. *Quam in remotas ... bat classem Salomon, & quid asportaret.*

Antiquitates ... rer ... 4.

... cap. ... 4. ... 66 ... 3 Reg. 10.

Metra à Salomone composita.

3 Reg 4. 33.

psalmósque: Tum & veniebant ab vniuersis Regibus terræ, & de cunctis populis ad audiendam ... pientiam illius: Denique eum felicis ... conscendit apicem, vt *magnificatus fuerit super omnes Reges terræ diuitiis, & sapientia.*

22. Quis non animaduertat, qualem hæc tam grandis, tam superba vnum in hominem collata beneficia requirant animi constantiam, ne pessundent ... & Creatori terga vertere faciant, ... elatione tumidum, aut voluptatibus fra... Ergo, quoniam Salomon erat amabilis Domino, ho... omni ... nomen ... sollicitans Omnipotens de eius, quem diligebat, salute, ... bat, alloquebatur ... Et quidem ... bis, primum ... sapientiæ, concessit dona, 3. Reg 3. 14. Secundo, dum hæc ... sequitur opera, & quidem in templi versantem fabrica, 3. Regum 6 cap. ... *Factus est sermo Domini ad Salomonem dicens: Domus hæc, quam ædificas*, &c. Nunc autem, postquàm vtranque ab eo ... structuram, & vndequaque gloriam videbatur, ... eum eo ... in ... tertio sub hanc ... perio... quo ... quamuis leuiter, cœperit, & sibi ... in Deum ... beneficiorum ... fundere ... rat; Continentur ea minuta 3. Reg. 9. vers. 6. Templo, atque regi perfectis constuxerat muros Hierosolymitanos eodem 9 cap. vers. 19. Annectit ... hus lib. 8. Antiq cap 2. *Cum esset elegantiarum amator ne viarum quidem curam prætermisit ... sed has silice constrauisse, cum vt vltrò, citróque commeantibus essent faciles, tum ad ostendendam ... quoque in parte principatus sui magnificentiam*, Dedit & Hiramo Tyriorum Regi, vel mercedis, vel gratitudinis causa, viginti oppida in terra Galilææ, quòd eius ope plurimùm adiutus fuisset, & in præparanda ædificiorum materia, & in classe aptanda; quæ tamen Hiramo ... uerunt ob soli malignitatem; atque progressus vltra metropolim, alias quoque ciuitates partim redintegrauit, partim à fundamentis extrauit; *Ædificauit*, nempe, *Gazer*, & *Bethoron inferiorem, & Baalath. & Palmiram in terra solitudinis, & omnes vicos qui ad se pertinebant, & erant absque muro, munivit, & ciuitates curruum, & ciuitates equitum, & quodcunque ei placuit, vt ædificaret in Ierusalem, & in Libano, & in omni terra potestatis suæ.* Atque auruum sanè, amœnissimas Libani colles domus voluptarias non paucas, hortos, vineas, piscinas, bestiarum viuaria, & quidquid lautissimum Principem iucundare posset, in extremo ab eo constructum, Sanè, cùm reliquiæ Chananæorum, eum quæ mnntem colebant, eius imperia detrectarent, cùm mittere possent aduersus contumaces è Ducum numero, ipse processit, aulæque deliciis tantisper omissis, sonum excepere classicum dulciòribus instrumentis assuetæ aures; vicit infidam multitudinem, atque ita & belli quoque laudem aliquam retulit; hoc illud apud Paralipomena 2. cap. 8. vers. 3. *cum Abid quoque in Emat ... Suba, & obtinuit eam*; Atque hac occasione, & decorauit magnificè eius sponsi nuptias, quem ipse Cantienrum delineat Cantico hoc pes atque conuiua illius; quem cum in ciuitatem ... adientem pompa cùm viderent ex mansionis & virginibus quædam, Sionides nurus ad spectaculum vocarunt:

Varia exercitationes Salomonis post absolutam ædificationem.

Ioseph.

3 Reg 9 17.

Nuptiis sponsi Canticorum interfuit Salomon.

Cant. 3. 11.

Ff ; *Egredimini*

Egredimini, (aiebant, & videte, filiæ [illegible] Regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater sua in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis eius; Et quoniam iam totò gaudebat, ne Oceanum ignorasse videretur, vt qui hactenus mente solum adiisset, oculis quoque in vteri cupido habuit eum; quare ad maritima, classem vt cerneret, profectus, nimirum, in Asiongaber, & in Ailath ad oram maris rubri, quæ est in terra Edom: inde vt filiæ Pharaonis, quam vnice adamabat, placeret, forsan traiecto Arabico sinu in Ægyptum vadit soceri̇̄m visurus, salutaturúsque.

3.Reg.9.26.

23. Ex hac quamprimùm rediit peregrinatione, regnatus aut sexto, vel septimo supra vigesimum anno, docere cœpit Hierosolymis, in sapientiæ, quod extruxit, delubro sept in columnarum viribus suffulto; illi autem florentissimam auditorum nactus coronam; *Nam vniuersa terra desiderabat vultum illius, vt audiret sapientiam eius, quam dederat Deus in corde eius.* Confluxerant verò nunc ab omnibus mundi partibus, quòd scirent tradendas ab eo disciplinas ex professo, & publico in gymnasio, quando ædificationes, quæ remorabantur hactenus absolutæ erant; Dictauit igitur tunc Parœmias. Ecclesiasten, & [illegible] gravidum sacramentis Canticorum volumen; hoc enim est, quòd non *scriptis [illegible] refert, sed locutum esse tria millia Parabolas & fuisse carmina eius quinque & mille*; Atque eò ipso eius hoc potissimùm tempore contigisse magnum Hieronymum Spiritum Sanctum dixisse alibi, vt id vitia & scelera incaruè festinantem suis retardaret intellectio: cum penetrato interiore illius sensu, tanquam in tabula anteactam vitam depictam cerneret, simúlque intueretur, quam terribilis sit Deus Sabbaoth super filios hominum, qui eius contempsêre profusam indulgentiam; Nec despexit in tanta clarissimorum discipulorum gloria paruulorum eruditionem, quam [illegible] tetrici pubis ac stabiliendæ summoperè commodam: quamobrem vocari ad arcem, & paruulos, & insipientes, id est, omnium ignaros iussit; classis autem, que non multò antequàm hæc agerentur ex Asiongaber soluit in Ophir, cùm Arabiæ felicis littora percurreret (nempe, Ophir, & Tharsis, non longè inde distant sub iisdem quidem Regibus, de quibus Psalmodus vtrique: *Reges Tharsis, & insulæ munera offerent, Reges Arabum, & Saba dona adducent*) Reginæ tunc ibi Sabæis imperanti nuncium de aperiendis citò scholis detulit, ipso inclyto Monarcha Doctore, ac e influere è remotissimis prouinciis mortalium plurimos audiendi studio, nihilque ab eis tam arcanum proponi, quod non tantus Magister facile enodaret; Excita hoc rumore præstantissima Regina, venit, vt tentaret eum in ænigmatibus in Hierusalem cum magnis opibus, & camelis, qui portabant aromata, & auri plurimum, gemmásque pretiosas, ac cùm vniuersa attentè contemplata fuisset, diuitias, maiestatem, harmoniam, concentúmque mirificum, & aulæ, & templi, prorupit in voces illas: *Verus est sermo, quem audieram in terra mea de virtutibus, & sapientia tua, Non credebam narrantibus, donec ipsa venissem, & vidissem oculis meis, & probassem, vix medietatem sapientiæ tuæ mihi fuisse narratam: vicisti famam virtutibus tuis.* Denique tanta fuit admiratio in femina, vt præstupore non esset vltrà in ea spiritus; Tandem, cùm à Salomone recepisset cuncta, quæ voluit, & quæ postulauit, & multò plura, quàm attulerat ad eum, reuersa abiit in terram suam cum seruis suis.

3.Reg.10. 24.

Academia à Salomone extructa.

3.Reg.4.32.

Sabæorum ad Reginam quomodo perlata Salomonis fama.

Psal.71.10.

2.Par.9.6.

24. O limpidum hucusque Salomonis diem! o clarum iubar! Heu muliebre acquitum! vicit in vnu omnia, formam, ingenium, eloquentiam, mores, prudentiam, maiestatem diuitias denique & ipsum amabilem Domino; Cecidit, cecidit Salomon, qui mane oriebatur: audiui & conturbatus est venter meus, contremuerunt omnia ossa mea, dum considero *Quomodo obtexit caligine in furore suo Dominus Principem Sion, proiecit de cælo in terram inclytum Israel & non [illegible] recordatus [illegible] in die furoris sui?* [illegible] vigesimo octauo postquam Rex coronatus est anno, vndique silente [illegible], plaudente orbe toto, [illegible] quibus efferre [illegible] eloquentissimi verborum [illegible] non haberent supellectilem, [illegible] eius. cumque in dies superbiret magis, tandem [illegible] contumax in lucem edidit geminum partum, scilicet, [illegible], Proinde in sequenti anno, postquam [illegible] repleuerat aulam, cœpit [illegible] prohibitæ fuerant, nempe, *adamauit mulieres alienigenas multas, [illegible] Moabitidas, Ammonitidas, Idumæas, [illegible] Sidonias, & Hetheas de gentibus, super quibus dixit Dominus [illegible] eius ad eas [illegible] sequamini Deos earum.* [illegible] Salomone ad [illegible] est [illegible], vno quinquagesimo [illegible] pro ximo. nam, cùm esset [illegible] depravatum est cor eius, vt [illegible] quæreretur Deos alienos, quibus [illegible] fana ædificauit [illegible] pertatum, qui [illegible] sapiens fuerat. Sed tu, [illegible] ne [illegible] fortem, quoniam [illegible] vanitatibus ambulans [illegible] fregit iugum tuum, [illegible] vincula tua, dixisti non seruiam; ideò stultus factus est in insipientibus, & adorauit stultus opera manuum hominum, quæ os habent, & non loquuntur, oculos habent, & non vident.

Theen.2.1.

Salomon libidinibus seruit.

3.Reg.11.

25. In hoc voluntarum immunditiæ cœno Princeps infaustus vsque ad expletum [illegible], & trigesimum Monarchiæ annum: [illegible] & dierum septimum supra quinquagesimum: dormiebátque in vtramque aurem, quin suscitare possent, aut monita amica, singultúsque [illegible], non rerum præteritarum memoria, [illegible] templi, quod erexerat, sancta religio, non [illegible] scandalum, non orbis attoniti stupor: [illegible] despexit prolem ingratam Pater [illegible], & quem blanditiæ in obsequio continere non valuerunt, terroribus, & malis aggreditur: Quare iratus plenus ei apparuit: fuitque hæc secunda visio earum, quæ minas afferebant: *Quia* (inquit) *non custodisti pactum meum, & præcepta mea, quæ mandaui tibi, dissumpens scindam regnum tuum & dabo illud seruo*, Denique concitauit in eum aduersarios tres. externos duos, nempe, *Adad Idumæum de semine regio, qui erat in Edom; & Razon, filium Eliada, qui [illegible], Regem Sobæ, dominum suum; & congregauit contra eum viros, & factus est Princeps latronum:* & Tertium ex domesticis, *Ieroboam, filium Nabath, Ephrataeum, de Saredu, seruum Salomonis, qui leuauit manum suam contra Regem* His quasi stimulis punctum, tandem è graui [illegible] expergefactum, reliquos duos annos pœnitendo absump-

Salomon à Deo correptus

3.Reg.11.11.

sumptos, cùm insaniam ex animo lugeret, & detestaretur, sunt inter ecclesiasticos Doctores, qui putent. Et de quæstione nos quampiurimum iustam texemus controuersiam: Atque, vt optimè ei precemur, de quo in ea nihil omnino sentimus; tamen lamentabile omnium que dolendum est, tot extare Scriptores de quo ipsius ullis, nullos,

Exitus Salomonis miserabilis & lacrymabilis

qui affirment, persistentem in libidinibus, & idololatria, d... necem ...lausisse: Sed, vt aliter contigerit, quid tamen illi tam flebi ... gestorum con... cultus fimbria, nisi gloriæ æternam maculam. Igitur abierunt omnia, eo de medio sublato, æ... sexagesimo anno, imperij que dragesimo, & sepultus est in ... Dauid patris sui, genuitque Roboam, filium ... suis, pro eo. Hoc Salomon hoc speciosus præ filijs hominum, hoc Regum, hoc Sapientum Maximus: & totum hoc nil ... si æternum periit.

SECTIO III.

Quis Canticorum Auctor? Num Abbreuiator, aut collector ...orum oraculorum ... an ... spectum de Baruc: An Metrorum Cantici Canticorum, Regum ... libro memoria? à quibus sacrorum librorum titulis conscripti?

26\. DE instrumentali causa disquisitio est: nam causam simpliciter & principalem Deum esse satis prima Sectione demonstratum est: respondet Canticorum Interpres sub nomine Angelici Præceptoris Thomæ: *De causa* (ait in præfatione) *instrumentalis non sit nobis cura: quia huiusmodi causa se habet in respectu doctrinæ, vt instrumentum, vt per ... illud Psalm. Lingua mea calamus scribæ. Sicut ergo superstitiosum esset, cum quæreret de Auctore alicuius libri, quæreret, cum qua penna scripsisset: sic quodammodo superstitiosum videtur, quod aliquis ... multum sollicitus inquirere causas instrumentales Scripturæ sacræ nam, si constat de veritate, quod liber sit à Spiritu sancto, non est magna cura adhibenda ad inueniendum Auctorem alium:* Verùm sub eius Sectionis calcem d... nimus, & commoda adferre, si causæ minùs nobiles cognoscantur: quare subnectit idem continuo; *Quod si tamen aliter videatur, dicimus, quod Salomon fit talis causa huius libri:* Quæ & nostra thesis, nimirum, Salomon ille Dauidis sanctissimi Regis, & Prophetæ filius, & in regnando successor de quo, quantum postulat nostri officij ratio, diximus Sectione, quæ hanc præcedit: Vnde autem probamus? Sanè ex omnibus, quorum in hoc Epithalamium extant lucubrationes, quos recensere supersedimus, quòd primam aperienti paginam Lectori occurrent statim eorum iudicia hac de materia: Ac quidem Franciscus Titelmannus præfatione in Cantic. animaduertit, hoc tanta concordia ab vniuersis admissum, vt nemo extiterit, aut inter Hebræorum Rabbinos, aut de Latinorum numero Doctorum, qui aliquando in dubium vocauerit: quod & pronunciauit etiam Sotomaior præfatorum pag. 9. Recensebimus ex Patribus aliquos; qui,

De causa instrumentali sacrorū Librorū, an sit inquirendū?

Salomonem esse Canticorum Auctorē nullus dubitauit.

Titelman.

Sotomaior.

etsi in Canticorum volumen explanationes non vulgauerint; tamen, quem putauerint fuisse libri Scriptorem, oblata differendi occasione, declararunt: est autem in primis grauissima attestatio Conciliorum, atque Pontificum, qui cùm ederent sacrorum Librorum eclogam, meminere Salomonis apponere nomen, Canticorum facta memoratione.

Huius autem generis sunt Concilium Laodicenum canone 59. Concilium Carthaginense tertium canone 47. Tridentinum sessione 4. Decreto de canonicis Scripturis; ex Pontificibus Innocentius I. epist. ad Exuperium, Tolosanum Episcopum: Gelasius Papa Concilio Romæ habito anno 494 & Apostolorum Canones idipsum canone 84. ex Patribus autem Hieronymus ad cap. 1. Ecclesiæ: Basilius in principium Prouerbiorum: Nazianzenus in carmine: Athanasius, seu potius Eusebius in Synopsi: Augustinus lib. 7. de Ciuitate Dei, cap. 2. Ambrosius lib. de Isaac & anima, cap. 4. Epiphanius hæresi ... Eusebius Cæsariensis, ecclesiasticæ Historiæ lib. 3 cap. ... item 24. & 25. Nicephorus Historia similiter lib. 5 cap 16. Theophilus Antiochenus lib. 2 de fide ad Autolycum: duo Ecclesiæ Christiani Drepanius ...rus, & Theodulphus Episcopus Aur...nensis: Olympiodorus prologo in Eccl. ... Hugo de Sancto Victore hom. 1. in eund. in Eccles. ... S. Antoninus 1 parte Historiæ titulo 5 cap. 4. Abulensis tom. 1. in Genesim, Commentario in Prologum S. Hieronymi ad illud. *Salomon pacificus & amabilis*, Paulus Burgensis ... parte Scrutinij Scripturarum, distinctione 10. cap. 4. Denique vix est, aut antiquus, aut recens Interpres aliquis Bibliorum, sed nec inter Scholasticos quispiam, quem testem citare non valeamus siquidem arduum sit quempiam inter illos inuenire, qui non ex hoc Epithalamio versus producat, allegato Salomone quasi eorum Auctore: denique nec Hæretici ipsi, qui expungi voluerunt Hymenæum, negarunt à Salomone editum: Itaque nihil pronunciato euidentius, in quod omnes conspirarunt; nec sit, qui in aduersum deflectat.

27\. Concil. Laodic. Carthag. Trident. Innoc. I. Gelas. Can. Apost. Hieron. Basil. Naziant. Athan. August. Ambr. Epiphan. Euseb. Niceph. Theophil. Drepan. Theodulp. Olympiod. Hugo. Antonin. Tostat. Burgens.

Verùm experiamur, an sint, quæ hanc tam manifestam veritatem eneruare possint; Illud igitur sciendum, fuisse non spernendos Scriptores, qui assererent, Salomonis eos, quos habemus, libros, vt ab illo fuerint compositi, non tamen ab eodem, aut Scripturæ traditos, aut in ordinem redactos, sed ab Isaia Propheta: Huius Assertionis memorat defensores Eugubinum, & Driedonem Melchior Canus lib. 2. de locis, cap 11. §. *Denique vt has.* refert, quamuis Auctores occultet, Sixtus lib. 1. Bibliothecæ, sectione 1. titulo, *Libros tres Salomonis:* noster Pineda præfatione in Iob, cap. 3. num. 2. Atqui, si hoc admittatur, sequitur, vt minimè dicendus sit Auctor Salomon librorum, quæ alij aut collegerint aut disposuerint: Probo istud effatum: nam quidem coniuncta cum Ieremiæ vaticiniis minor Prophetia non ipsi, sed Baruch tribuitur, eiúsque titulum, & nomen præfert: & tamen ea vaticinia non sunt reuelata à diuiniore Spiritu Baruch, sed eius Præceptori Ieremiæ, vt Canus ostendit capite nuper indicato, §. *Nam ad 1. argumentum:* Bellarminus lib. 1. de Verbo Dei, cap. 8. Et hoc quidem, eò solum, quòd Baruch Ieremiæ Amanuensis, & Notarius partem ex prædictionibus eius diuulsam, & dissipatam reliquis annexerit. Igitur,

28\. *An Salomonis Opera ab alijs in ordinē redacta?*

Eugub. Driedo. Canus.

Sixt. Sen. Pineda.

Bellarm.

tur, si Carmina Salomonis dispersa ab aliis aggregata sunt [illegible] que ordinem ab [illegible] non erit dicend[illegible] Auctor ipse Salomon, sed [illegible] qui [illegible] gerat. Est & aliud huiusce rei exemplum: quippe Euangelium Marci epitoma est Historiæ, quam Matthæus scripserat, vt notatum est ab Augustino de consensu quatuor Euangelistarum, putat & Maldonatus ad initium Commentariorum in eum; Hieronymus autem in Catalogo Scriptorum planè asserit, Marcum discipulum, & interpretem Petri *iuxta quod Petrum referentem audierat, rogatum Romæ à fratribus [illegible] Euangelium*: Et tamen cùm de suo Marcus nihil [illegible] lisse videatur præter verba (nam à Petro sensus acceperat) cùmque à Matthæo elaboratam breuiorem normam fortè retulerit; neque Petrus, neque Matthæus Auctores habentur, sed Marcus, qui minora præstitit. Denique & de Luca Euang lista simile dixerimus, quando ipse quidem in vestibulo asserat, rerum se texere narrationem, *sicut tradiderunt, qui ab initio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis*; Et quidem à Virgine Beata potissimùm accepisse adnotat Maldonatus: quanquam probetur qu[illegible] Pauli fuisse Interpretem, vti Marcus fuerat Petri; atque hoc esse, quod suum Euangelium nominat Apostolus ad Rom. cap. 2. vers. 16.

29. Verùm hæc obiectio id confirmat, de quo præstant [illegible] quæstio [illegible] ponit; nam quis existimat, vt Spiritus Sanctus Hymenæum dictauit? Fatetur sponte Salomon [illegible], & [illegible] illud est, an, cùm ita audierit, tamen diuendu ne sit ipse magis Auctor, quam illi, qui ab eius ore exceperunt, membranisque mandarunt, aut extant ab ipso schedæ temporum iniuria diuulsas, ordinéque amotas in normam redegère? Controuersia sane omnis de nomine, vt dici consueuit; sed non contemnenda: quoniam in re seria in primis [illegible] que est materia ad sacros [illegible] do spectans, Salomon igitur absolutè & semper dicendus Auctor secundùm hunc significationem. Primùm, quoniam certè Esdras Scripturas [illegible] Fœderis reparauit, saltem diuersa congregando, colligendoque: *& ordinando Scripturas*, inquit Bellarminus lib. 2. de verbo Dei, cap. 1. *in vnum corpus, quarum partes variis in locis iacuerant, & emendando, si qua deprauata erant [illegible] gentia Scribarum*: Pro quo themate [illegible] graues multos testes Anteloquio 1. Sect. 1. n. 39. & tamen Esdras haudquaquam Auctor nominatur omnium veteris Instrumenti librorum; Secundò, quoniam non paucos recenset Alphonsus Curiel libro 1. controuersiarum in expositione historica, cap. 1. Prouerbiorum, qui asserant, quas habemus Parabolas, analecta esse earum, quas Salomon protulit: quæ fragmenta collegerunt in primis Ezechie Regis Notarij, & in qualem quam ordinem redegerint; & tamen hoc ipse cùm [illegible] ornaret [illegible] pronuntiauit, de fide tenendum, Auctorem libri esse ipsum Salomonem propter Concilij [illegible] declarationes. & commune Ecclesiæ iudicium ita tenentis: quo ties librorum, qui in Canone sunt, [illegible] demonstrat: Tertiò, eò quòd apocryphum sit, quo mihi obiectio, nempe, aut non ipsum scripsisse Salomonem, quæ habemus illius Opera; aut in aliud idioma, ab Ezechiæ scruis conuersa; aut denique ab eis dissipatas schedas, perturbatásque

Aug.
Maldon.
Hieron.
Lucas à Virgine Beata didicit, à quibus scripsit.
Rom. 2.
Auctor libri non est, qui aut colligit, aut describit.
Scriptura ab Esdra collecta & ordinata.
Bellarm.
Curiel.
Prouerbia Salomonis in ordine redegit.

ordines restitutas veteri, & splendori, & nexui, atque [illegible], Sic quidem Curiel ibidem [illegible] struit Iansenium, & Baynum sequutus: docet solidè Tena lib. 2. Isagogæ sacræ Scripturæ difficultate 7. sectione 4. & plurimo cum acumine P. Salazar ius ad cap. 1. Prouerbiorum: Ac [illegible] vt in Parœmiis huiusmodi quidpiam [illegible] concederemus, non video, qui ratione [illegible] sacrum Epithalamium tranferri [illegible] rum, compus si finor al qui [illegible] intueterentur in Parabolis [illegible] cohær[illegible] obseruari, plero que versus nouam [illegible] ctationem cum antecedentibus dissimilem: at in Hymenæo nonnia [illegible] concatenata esse ostendimus nos sufficienter Anteloquio 3. & decipi [illegible] qui imbitumniata Prouerbia, & quasi [illegible] sum arbitrantur commonstrat & [illegible] argumentis Salazarius pr[illegible] lio suorum in Prouerbia Salomonis Commentariorum.

30. Quid autem dicemus Barucho, quid Marco, quid Lucæ? Equidem, vt exempla ab eis peteta vrgerent; sed non par est ratio in Cantico Canticorum, cùm hoc Canticum nemo abbreuiauerit, nemo interpretatus sit eum in modum [illegible] mo eius partes disiunctas collegerit [illegible] tamen vt [illegible] tendamus, & quæ [illegible] declaremus, loquamur [illegible] ergo de [illegible] Duob[illegible] modis potuit scripsisse, quæ le[illegible] fuerant: vno, cùm ea auribus [illegible] & humana forma hausisset, vti & reliqui Auditores & postea retulit in Codices: à quo labore cum separet peculiaris Spiritus Sancti assistentia, q[illegible] [illegible] Prophetæ, ob h[illegible] [illegible] n[illegible] quam Baruch vllo pacto [illegible] sit Auctor [illegible] & omnium sermonis [illegible] Auctorem vaticinij alicuius nominan[illegible] [illegible], intelligimus statim illum, cum Spiritus sanctus mentem, & verba inspirauerit; [illegible] modo contingere potuit, vt Deus [illegible] pronuntiator reuelauerit Baruch, e[illegible] aliquid doll[illegible] intimauerat; siue q[illegible] mutat [illegible] aliqua facta compat[illegible] tionem [illegible] inationis; seu iisdem penitùs seru[illegible] erunt eiusdem Prophetiæ Auctores æque & [illegible] Baruch: non equidem id [illegible] Baruch, Ieremiæ exstiterit Amanuensis [illegible] nimirum idem qui aperuit Ieremiæ, Baruch [illegible] reuelauit; Quemadmodum in prisco Instrumento recessit [illegible] pè eadem in Pentateucho Moyses, in Psalmis Dauid: in nouo Matthæus, Lucas, Ioannes: & tamen omnes eodem iure sunt Auctores, licèt alius alio verustior fuerit, a qu[illegible] [illegible] sumere posset; nimirum, quòd omnibus idemmet Spiritus reuelauerit. Atque hanc ob causam reor indistinctè multis ex antiquis Patribus, & Doctoribus, quæ hodie in correctis Bibliis Baruch nomine præferunt vaticinia, nunc sub Ieremiæ, nunc sub Baruch nomine citasse, quòd existimarent vtrique fuisse reuelata: Cæterùm Baruchum propriè eo modo, quo cæteri Prophetæ suarum vaticinationum dicuntur Auctores, nominandum esse Scriptorem eorum capitum, quæ cum Ieremiæ prædictionibus coniuncta sunt eius cum titulo, euincit optimè Ludouicus de Tena lib. 2. Isagogæ sacræ Scripturæ, difficultate 11. sectione 3. Euangelistas autem, quamuis ea narrauerint, quæ aut ex aliorum fide exceperint, vel quorum testes ipsi fuerint, atque alio & viderint, & contrectauerint, tamen cùm ad eam se tenendam historiam accommod

Curiel. Iansenius. Baynus. Tena.
Salazar.
Salazarius.
Prophetia Baruch quis Auctor.
Tena.

commodauerint, quæ Dei verbum habenda erat, ipsiusque diuini oris sermo, priusquàm hoc aggrederentur, edoctos fuisse per reuelationem Spiritus sancti, probauimus Anteloquio 1. Sect. 6. num. 47. alioquin, nisi Deus ipse suggessisset non tantum dicendorum substantiam, sed etiam minuta quæque verba, Deus per eos loqui non diceretur strictè & propriè, vti ostendimus eodem loco, & huius disput. 1. membro; Atque hoc etiam pacto conciliari valeat, quòd Salomon Canticorum Auctor appelletur, cùm tamen eiusdem argumenti sit, quem modulauerit Hymenæus, cum materia Psalmi 44. *Eructauit cor meum*, &c. Quam fuisse non paucorum æstimationem diximus nominato 1. Anteloquio, Sectione 9. num. 72. Ergo ea regula generalis est, neminem canonici alicuius libri perhiberi Auctorem, cui non suggesserit Spiritus sanctus eo comprehensa volumine, atque hanc solùm ob causam nominari Auctores talium Scripturarum, non quòd collegerint, aut transcripserint, aut Scribarum menda eluerint, aut in compendia redegerint, quæ omnia humana sunt opera, ad quæ sufficiant naturæ vnius vires adiuncto concursu Dei communi eidem debito.

Nemo Canonici libri Auctor, quod non docuerit Spiritus sanctus, & scribere intendit.

31\. Obijcies etiamnum, si tanti, talisque libri, qualis Canticorum à Salomone conscriptus fuisset, de eo meminissent, aut Paralipomena, aut Regum sacti Annales; plus enim gloriæ Regi attulisset huius scriptionis ad posteros tran missa memoria, quam alia multa, quæ iis voluminibus recensentur: Præclarè quippe animaduersum ab Hieronymo ep. 140. ad Principiam. *Ruth (ait) Esther, & Iudith tantæ gloriæ fuerunt, vt sacris Voluminibus nomina indiderint.* At & nomina indunt, qui scribunt: nam, quemadmodum Psalmorum liber citatur: ita & Salomonis, & Esdræ & Isaiæ, aliorúmque Auctorum: at Canticorum non est nomen in relatis Codicibus: si quæ enim fuissent, maximè illis vel bis comprehenderetur Regum cap. 4. vers. 32. *Loquutus est Salomon tria millia Parabolas, & fuerunt Carmina eius quinque & mille*: Porrò sub hac phrasi non contentum Canticorum metrum, Abulensis palàm ... quæst. 8. in cap. 4 lib. 3. Reg. Igitur à Salomone non est decantatus Hymenæus iste: Dico primùm ad hunc nodum, potuisse omittere regiæ Historiæ conditorem omnem de sacratissimis Canticis memoriam, quemadmodum Euangelistæ plurima Seruatoris, & verba, & gesta referre omiserunt, vt annotarunt Maldonatus ad initium cap. 7. Matthæi. Canus lib. 2. de locis, cap. 3. tertio fundamento: hinc tamen nullum argumentum sceptri prætensi ab obijciente: nam reliquit nobis idem, qui Scripturas dictauit, cui incerta & occulta sapientiæ suæ reseraret nimirum, sanctam Ecclesiam: ab hac didicimus, Salomonem esse magni Carminis Vatem; atque illa quamuis taceret, sufficeret vnanimis Patrum, atque Theologorum concordia: nam & quòd frequentissima horum pars Salomonem agnouerit voluminis Sapientiæ Auctorem, propterea trita opinio est ab illo conscriptum, de quo Consaluus Ceruantes Isagoga in eum librum, qu. 1. etsi huius Codicis mutum silentium in Regum Historia: Quorum autem indeclaratum reliquerit Scriptura, causa esse potuit, vt ab Ecclesia, absente sponso, in dubiis postularemus subsidium, nosceremusque, Iudicem esse controuersiarum in terris: alia quoque

Auctor à... dum volumen memoria... Scripturis

Hieron.

Abulens.

Mald.

Canus

Mal· ainda... quæ Deus vt ad Ecclesiam... consageremus.

Ceruantes.

que vti Deum potissimùm loquutum esse intelligeremus, quæ in sacro Canone leguntur, humanum proinde subijceri Instrumentum, quemadmodum & ob hos fines ipsi se quandoque occultant sacri Auctores, nempe, sub tertiæ personæ nomine de se loquuntur, quò innuant Spiritum sanctum esse vnicum, & singularem arcani sermonis Pronunciatorem; vidit benè noster Pineda præfatione in Iobum, cap. 3 num. 7. atque ad longum ostendit Martinez lib. 9. hypotyposeon, regula 29.

Regula: Canonici Scriptores de se loquuntur in tertia persona.

Pineda.

Martinez.

32\. Dico secundò, productis ex Regum 3. cap. 4. verbis, claudi & Salomonis Canticum sub metrorum generali memoria: itaque partem aliquam tantorum, quæ extat, Carminum, hanc esse nuptialem Poëseon: Hæc est vulgatissima opinio, & ad citatum ex Historia Regum caput significarunt Nicolaüs de Lyra, Caietanus, Serarius, Gaspar Sanctius num. 31. ad Ecclesiastici c. 47. Hugo Cardinalis, Iansenius, Glossa Interlineari, Palacios, Sixtus Senensis lib. 2. Bibliothecæ, verbo, *Salomon.* Torniellus ad annum mundi 3043. Tena lib. 2. Isagogæ sacræ Scripturæ, difficultate 7. sect. 2. P. Salmeron tom. 1. prolog. 9. canone 4 primæ quinquagenæ, §. *Deinde constat.* P. Pineda lib. 3. de rebus Salomonis, cap. 29. num. 2. P. Salazarius in cap. 1. Prouerbiorum, p. 45. P. Ludouicus Ballester 2 parte Onomatographiæ, verbo, *Salomon.* Gislerius præfatione in Cantica, cap. 2. ad finem. Itaque, quemadmodum alia quædam digna scitu complexus est sub communibus vocabulis, qui Regum Historiam concinnauit, sic & metrica generaliter numerare satis habuit: verbi causa, Regum 3. cap. 9. vers. 19. dixit, constructum ab eo, *quodcumque ei placuit, vt ædificaret in Ierusalem, & Libano, & in omni terra potestatis suæ*: Et tamen cùm verè ... sit, in amœnissimo & odorifero monte ad fortificationes erecta ab eo & castella, & ... & hortorum varia genera, & qui quid magnæ deliciæ parturiunt, qualia ... Tempe, aut Alcinoï septa, aut Hesperidum fragrans ager, subijcentur particularia: quamquam, si ex alia Scriptura nobis reuelatum fuisset hoc, aut illud speciale, quod in Libano fabricasset Salomon; non dubitaremus asserere, ea communi ædificiorum ruralium delineatione contineri: Eiusdem formæ & aliud est eodem volumine cap. 10. vers. 24. *Et vniuersa terra desiderabat vultum Salomonis, vt audiret sapientiam eius, quam dederat Deus in corde eius*; Sed, quæ hæc fuerint explicitè genera, inenunciatum manet: ita ergo carminum species, videlicet, quæ essent generica, quæ epulecia, quæ nuptialia, omisit dicere; contentus aduertisse, Poëtica exercitatum, atque perfunctoriè quidem, nempe modulatum versus quinque & mille, cùm esset Monarcha variis impeditus curis.

De Canticorum metro fit mentio tertio Reg. 3. c. 4.

Lyranus.

Caietanus.

Serar.

Sanct.

Hugo.

Iansen.

Gloss. Interl.

Palac.

Sixt. Sen.

Torniel.

Tena.

Salmeron.

Pineda.

Salazar.

Ballester.

Gisler.

Reg 3. c. 9. & 10.

33\. Sed inquis: Quando Hymenæus iste, & ob materiæ, de qua agit, præstantiam, & ob Musæ altitudinem, vocatus sit Canticum Canticorum; quamobrem hoc tam pompatico nomine suppresso consistit cum reliquo metro Scriptor Historiæ Regum? Huic vt faciamus satis disquisitioni, sciendum in sacris Bibliorum voluminibus duo reperiri scriptionum genera: alterum, quando tituli subintrant partem ipsius libri, & ab eis inchoat caput Operis, aut primum, aut vnicum: vt illud in Isaiæ vaticinatione: *Visio Isaiæ filij Amos, quam vidit super Iudam, & Ierusalem*, &c. & in

Cur liber Canticorum sub proprio nomine aliis Bibliorum locis non expressus.

Prouet

Prouerbiorum Salomonis codice illa: *Parabolæ Salomonis, filij Dauid, Regis Israel*, &c. alterū quod ponitur extra ambitum, & cancellos tractatus, vt in Ieremiæ Threnis illud: *Threni, id est, lamentationes Ieremiæ Prophetæ*, & in sancto hoc Epithalamio verba ea: *Canticum Canticorum Salomonis.* Quamuis igitur vtraque tituli forma genuina Scriptura sit, & Dei verbum, quemadmodum forsan probatum fuimus Anteloquio 9. tamen inter duos hos inscriptionum modos, sic distinguunt viri graues & eruditi, vt quidem assentiant, priores illos titulos, qui ipso cum Opere continuantur, & capitibus librorum intersecuntur, ab ipsis Prophetis, qui libros concinnarunt, inuentos fuisse: alios autem titulos, qui vagantur extra circulum voluminis, non à Prædictionum Auctoribus appositos fuisse, sed progredientibus sæculis ab alio quopiam, ex Spiritus sancti tamen instigatu, siue qui sic fecerit, aut Esdras extiterit, aut septuaginta duo Seniores, vel alter, quem Deus ad hoc mouerit: Sic quidem Maldonatus ad initium Euangelij Matthæi: Rutil Benzon. Lauretanus Antistes lib. 1. in Cant. *Magnificat* c. 29. insinuat Azor tom. 1. Institut. moral. cap. 1. quæstio 9. & dilucide explanat Ioannes Alphonsus Curiel lib. 1. controuersiarum in expositione litterali, cap. 1. Prouerbiorum, num. 5. ibi & docet ab aliquo conflatam Canticorum inscriptionem, facta duarum partium compositione, nempe, ex natura Operis, & Auctoris vocabulo: propterea Salomonis Canticum Canticorum di[illegible] tamen in [illegible] argumentum tractandorum aperiatur [illegible] vt Pentateuchi limine, *Liber Genesis*, omissa Sc. [illegible] memoria. Quanquam & Curiel omnes titulorum species compl[illegible] vi[illegible], quæ ab aliis potius, quam ab Auctore affixæ sint: Verum nunc sufficit, [illegible] illos, qui extra Sectiones, & capita voluminum leguntur, ab aliis anorexos esse: id [illegible] cùm S[illegible]monis Epithalamio cont[illegible] non est, [illegible] illam eiusmodi [illegible] inscriptionem ab [illegible], qui R[illegible] [illegible] ei propositum [illegible] quæ Salomon g[illegible] mò neque [illegible] fronte [illegible] Hymenæi: Quod autem neque eorundem nominum meminerit Iesus Sirach, in E[illegible] cap. 47. stupendum non est: nam & varia notatu digna siluit, quòd breuitati studeret, & pauca quædam attingeret.

34. Postremò in hac disceptatione obseruandum sedulò; quamuis concederemus quidem, Regum diuinis Annalibus conscriptum expressa dictione, Salomonem Canticorum Cantici Poëtam fuisse, à Spiritu sancto excitatum ad pangendas Ecclesiæ nuptias sub integumento, hoc nihilominùs indulto, suboriri easdem [illegible]: nam, quæso, si quispiam interroget, vnde probauerimus eius Historiæ conditorem tradere, quæ infallibiliter certa agnoscantur, ac, vt semel dicam, verba illa esse canonicæ auctoritatis? Sanè di[illegible] simus propterea vera esse, atque indubitanda, quoniam Ecclesia [illegible] Dei esse Scriptoriam: [illegible] enim spectat definire, quinam sint libri canonici, & quæ eorum singulæ partes, quemadmodum Canus ostendit lib. 2. de locis, cap. [illegible] neque [illegible] ne: Bellarminus lib. 4. de Notis Ecclesiæ, cap. 2. §. *Idem ratione*, &c. Maldonatus ad principium Euangelij Matthæi, atque propter [illegible] ab Augustino contra epistolam Fundamenti, cap. 5. prolatum: *Euangelio non crederem, nisi me Auctoritas Ecclesiæ commoueret.* Ergo, si Ecclesiæ talis est auctoritas, qua manuducti credimus infallibiliter, constantia, veraque esse, quæ Auctor Regum Historiæ de Salomonis gestis prodiderit; cur non eidem Ecclesiæ immediatè, & per se ipsam affirmanti, Salomonem cecinisse Canticum Canticorum, fidem habituri simus? Si enim alter propter eam credimus, cur non & ipsi? Itaque, licèt in Bibliorum textu, ne verbum haberemus de composito à Salomone Epithalamio, sufficeret, Ecclesiam hoc docere per Concilia, & Pontifices: inualida proinde argumentatio est, asserens, à Scripturis non declarari: nam satis est ab Ecclesia declarari, cùm quòd hæc declarat, sanctissimam habeat auctoritatem.

Titulorum sacra Scriptura, alii ab Auctoribus propriis appositi, alij à diuersis.

Maldon. Benzon. Azor. Curiel.

Ad Ecclesiā spectat declarare, qui nā sint libri canonici. Canus. Bellarm. Maldon. August.

Sectio IV.

Canticorum volumen esse canonicum, id, qui Hæretici, quàm friuolè, quam malitiosè negent? De Theodori Mopsuestieni sceleratissimis moribus: de ridiculis Bibliorum castigationibus [illegible] Sectarios: Caluini & Bezæ [illegible]

Dvos ordines sacrorum Librorum exte[illegible] Sixtus, lib. 1. Bibliothecæ, [illegible] 1. Protocanonicos, nempe, & Deuterocanonicos; hoc est, primæ & secundæ classis. S[illegible] auctoritate nulli aliquando fu[illegible] Græca, aut in Latina Ecclesia [illegible] cos in 2. congessit illo[illegible] postoli & propheti [illegible] æuo fuit dubia inter Doctor[illegible] tentia, quod [illegible] [illegible] illa lerie [illegible]; nempe, cuius [illegible] siam nunquam adduxerit [illegible] Cal[illegible] prout restatur Sene[illegible] loco [illegible] Bellarminus lib. 1. de verbo D[illegible] p. 4. Su[illegible] fide, disp. 5. Sectione 3. num. 9. Az[illegible] tut. moral. lib. 8. à princip[illegible] 2 [illegible] sacræ Scripturæ, d[illegible] 8. [illegible] net, qui bibliaca Prolegomena [illegible] præfatis ad Canticum Canticorum [illegible] tum Sotomaior ad longum initio fere P[illegible] Constat autem Pronunciatum ex Conc[illegible] Pontificibus, quos retulimus Sectione [illegible] ti, num 27. atque ex [illegible] omnium Orthodoxorum vnanimi conspiratione Scriptorum. Et quoniam alij hæc fusè tradiderunt, [illegible] Lector propter [illegible] offendere possit [illegible], non eri mus in hoc [illegible] quendo argumento prolixiores: tractabimus tamen ab aliis omissum, aut leuiter indicatum, quos ex Hæreticis libet hic aduersarios passos fuerit.

36. Omissis igitur innominatis quibusdam, qui propter famæ obscuritatem, quales appellantur, obseruare cura non fui, quos propterea anonymos appellat Philastrius hæresi 83. antiquissimus huius dogmatis faber extitit Theodorus, domo Antiochenus, Episcopus Mopsuestenus

Bellarm. Suarez. Azor. Sotomaior.

Theodori Mopsuesteni blasphemia de Canticis libr. Philastr.

nus, qui & nouissima quarti sæculi, & prima quinti assequutus : is itaque quemadmodum quintæ Synodi Acta collatione 4. apud Binnium, tom. 1. Conciliorum, asserunt, proteruè, atque impiè ausus reiicere sacrum Carmen, nempe, iudicio hominis admodum impudentis à Salomone constructum *in gratiam filiæ Pharaonis, nihilque aliud, quàm excusationem quandam perpetuam vituperationis de ingrediente sponsa; nocturnorum enim (inquit) hoc est, subfuscorum Ægyptius genitrix*: Denique suis conuestit epithetis, appellans *æmulationis nuptialis Codicem, mensale Canticum, sicut & de amore postea Conuiuium Plato conscripsit*: Sed præstat Leontium Byzantinum lib. 3 contra Nestorianos, & Eutychianos de his dissertantem intelligere: Ille igitur de Theodoro isto: *Imò & Sanctorum Sanctissimum, Cantica Canticorum, ab omnibus diuinarum rerum peritis, & ab omnibus Christianis laudatum, omnibus Ecclesiis cunctis orbis notum, & à Iudæis inimicis Crucis Christi in admiratione habitum, libidinosè pro sua, & mente, linguâ meretricia interpretans, sua suprà modum incredibili auda[cia] ex libris sacris excidit*; Itaque, quod ne à sceleratissimis ipsis Iudæis proiectæ temeritatis hominibus patratum est, hoc sua dignum insania facinus Theodorus existimauit. Sed, quid mirum, cùm ne[q]uissimos quosque illius superauerint abominationes, de quo est Iustiniani testimonium Imperatoris in Edicto, fidei confessionem habente cum Actis nominatæ Synodi: *Iste autem (inquit) vsque ad mortem in sua permanens impietate, ab omni Ecclesia eiectus est: Itaque & omnis plenitudo Mopsuastenæ Ecclesiæ, in qua Episcopus dicitur fuisse, cum inuenisset, quod Paganis, & Iudæis, & Sodomitanis à Sanctis Patribus annumeratus est, deleuerunt ipsi à sacris Ecclesiæ Dipthycis eius nomen*: Quanquam & hanc tam insignem impietatem communem esse velit omnibus Hæreticis Hieronymus in cap. 10 Ezechielis propè extrema: *Secundum Anagogen (ait) omnes Hæretici peiores e prioribus: id est idolo Zeli pro[pter] quæ in pariete [...] gurarunt...um, & planctu Adonidis, per quæ idololatria, voluptasque monstrantur.*

Bin. V. Synod. — *Leont.* — *Theodorus Mopsuestenus, quàm impius, Iustin. Imp.* — *Hæret. [...]* — *Hier.*

Verùm, cùm tanta fuerit Hæreticorum malitia; sic tamen vel tam pessimè affectis displicuit Theodori inuentum, vt probro duxerit quispiam, eorum ducem eum habere per mille & centum annos: At, cùm ab initiis sexti, & decimi sæculi, quicquid anteriora tempora monstruosum, & deforme paulatim ediderunt, sub Lutheri, Caluini[que] ... vnà produxerint, emersit simul, & ... execrabile, tam detestandum Mopsuesteni ... pronunciatum: at plexi autem sunt ... paſtæ, & Sebastianus Castalio Lu[...] ... ensis, qui, cùm Biblia verteret, hanc, quam profanam cantilenam dicebat, transtulit etiam sed qualiter, si places? *Paraphrasim* (inquit noster Gretserus tom. 1. pro Bellarmini scriptis, tract. tu de nouis translationibus, cap. ?) *alicubi e[...] Propertiana, aut Tibulliana ere deceret... non Cantica ...simaq. transtulit, nimirum conuenienter suo sensui, qui ... amicula suam amore incensus erat*. Visa hæc Castalionis petulantia non ferenda, vel eiusdem Geneuensis spelæi egregiæ bestiæ Theodoro Bezæ qui, cùm eius versionem totam plurimis dictis insectetur, & Grammaticellum, idiotam passim vocat, reprehendit maximè, *quod arrogantissimè* (sic enim profatur apud Gretserum) vbi suprà cap. 6.) *diceret, Canticum Canticorum inter profanas cantiones numerandum*: Ita impurum Bezæ os rarissimè pro veritate censuit: dixisse tamen arbitror, non quod animo sentiret; sed ob Castalionis odium; neque enim Schismaticis cura quid proferant, dummodo libidinem & inuidiam expleant: nam certè hæretica inconstantia Theodorus incidit in eadem, quæ in Sebastiano damnauerat, nempe, id potissimùm in Castalione offendit, quòd Canticum Canticorum ita transtulerit, vt non dicam de Cypriæ Deæ Mystis quisquam tam lasciuè & infractè pangere, ne ipsa quidem Venus possit: Sed fecit Castalio iuuenis: Beza verò, cùm iam senex esset, lusit in idem Epithalamium Trochaïco pede, nihilo castiori metro; nimirum, *Sponsum descripsit* (inquit Genebrardus epistola ad Ministros Geneuenses ante Canticorum explanationem) *verbis è media amandi arte, & lasciua impudicorum Poëtarum licentia sumptos, ac in Amasiam Palatinam transformauit*: Quòd cùm fecerit, satis indicauit, se de Hymenæo eadem sentire, quæ Castalio publicè effutire non erubuit; alioquin si quid ethereum & cœleste inesse credidisset, nunquam tam impurè vertisset supra Nasonem salax Poëta: Quare, & Castalioni, aliisque associat noster Delrio Isagogæ in Cantica capite 1. sectione prima.

Ana[baptistæ] ... Castalio ... librum reiecerunt. Gretser. Hæreticorum versiones iniudica. — *Theodorus Beza Castalionem imitatus.* — *Genebrard.* — *Delrio.*

38. Sed quid displicuit hominibus vtrique seueræ, atque exactæ disciplinæ in nuptiali Carmine? *Legentes* (inquit Theodoretus prologo in Cantica) *hoc volumen, animaduertentesque in eo vnguenta, oscula, & femora, & ventrem, & vmbilicum, & genas, & oculos, & lilia, & mala, & nardum, & stacten, & myrrham, & his similia, cum propriam diuinæ Scripturæ consuetudinem ignorarent, noluerunt ingredi, & littera velum transgredi, atque intus Spiritum intueri: sed, quæ dicta sunt, carnaliter intelligentes, in hanc blasphemiam prolapsi sunt*. Ac sanè cum de Theodoro Antiocheno Mopsuestiæ Præsule, & si quos habuit asseclas, loquutum esse suspicio nobis est: nam in Theodoreti incidit sæculum. Verùm, etsi ex Scripturis putidè intellectis in hanc inciderint amentiam Sectarij noui, veteresque, quis tamen, cùm audiat illos librum respuentes ob reperta crebriùs oscula, ob intermistas coniugum blanditias, ob molliora colloquia, non statim arbitretur, qui hæc interdicunt, atque Codicem proptereà ex sacrorum voluminum expungunt canone, eos esse Pythagoreos, & si quid in Philosophia est defæcatissimum? procul ubio virginitatem colere, delicias abhorrere, casta omnia impensè diligere; denique, ne quæ sit occasio, quæ huius tam diuinæ virtutis studium eneruet, neque ipsis Scripturis eos parcere, è quibus demant, quæ videantur pias aures offendere quoquo modo: Sed tu paulisper sistine, Lector, dum quàm sint casti Hæretici, patefacimus: Erit, vt cùm stupendam eorum luxuriam contemplere manifestè, agnoscas passim, non bono aliquo genio, aut castitatis incensos studio, voluisse reformare canonem sacrorum Tractatuum; sed cum libidinosi, æquè & stultescentes, voluisse imponere miseris populis; atque hinc colligere licebit quoque, quid sentiendum de aliis Scripturarum castigationibus, quibus miserandum in modum Biblia reformarunt.

Reformatio omnium Hæreticorum, est detestanda hypocrisis.

39. Theodorum Mopsuestenum vidimus nuno 36. comparati

Theodorus Mopsuestenus luxuriosus & apostata. *Proclus.*

comparari à Iustiniano Imperatore Paganis, Iudæis, & Sodomitanis: De illo in Actis Synodi habita memoratur ex libellis Proclo Constantinopolitano Episcopo oblatis: *Fuit* (aiunt) *aliquis pestifer homo, magis autem fera hominis habens formam diabolicam, immerito nomine Theodorus, qui solummodo nomen Episcopi habebat, in Mopsuesteno secunda Ciliciæ* [illegible] *oppido*. Ex fragmento autem Historiæ Hesychij Hierosolymitani Presbyteri:

Hesych.

Photinum (inquit) *Theodorus præcipuè imitatus est; multiloquus quidem loquendi, & lingua paratissimus: & ipse tamen instabilis voluntate, qui huc illuc inclinatus ferebatur; Clericatus omni Antiochenæ à prima ætate connumeratus, & benè conuersari pollicitus ad sæculares libidines reuersus uerum delectabatur.* Et quidem Baronius Cardinalis tom. 5. anno Christi 428. num. 34 & 35. fuisse declarat impiissimi Nestorij Præceptorem, qui blasphemias execrandas aduersus Christum, eiusque Genitricem MARIAM instillauerit: insuper & Monachismi desertorem extitisse, & luxuriæ sordibus non inquinatum tantum, sed etiam obrutum, vt non valuerit ex eo cœno per Sanctum Ioannem Chrysostomum erui: Doctè & fusius noster Pineda lib. 6. de rebus Salomonis, cap. 19. Iam, quàm petulcus fuerit Sebastianus Castalio, satis indicat [illegible] ceroa eius, & meretricia Paraphrasis Canticorum, de qua in superioribus loquuti sumus. De Anabaptistis Gaultetius noster ex fide grauium Scriptorum in collatione Hæresium sæculi 16. cap. [illegible] 4. *Homines esse* (inquit) *stupides & brutos, vt putant, quam ibet fœminam obligari eius, qui se concupierit, voluntati seruire; & [illegible], virum quemlibet teneri illius, quæ se rogauerit, libidines admittere.*

Baron.

Anabaptistæ fœminarum proftituti. *Gaultet.*

40. Quàm detestatus sit omnem carnis puritatem Theodorus Beza, ex stimare possimus, quòd paragem cap. 8. Euangelij Ioannis de muliere in adulterio deprehensa reijcerit, quod IESVM solum in templo cum fœmina sola [illegible] vt minimum non sit, suspicatus nos ab eodem despectum Salomonis Hymenæum, quando eius adeò rigida [illegible] hula, quæ ne ipsum Christum absque testibus, salutis æternæ tractantem negotia patitur. E quidem ipsa eius verba citat Maldonatus ad initium cap. 8. Ioannis. Eleganter Gretserus & ventilat tom. 1 Defensionis ad cap. 6. lib. 1. Bellarmini. Sed quò de eius insigni continentia nemo dubius existat, proferamus Virum eximiæ [illegible] & doctiori Bezæ, [illegible] Gilbertum Genebrardum: is admonitione [illegible] ad [illegible] nostros Geneuenses, quam Scholiis in Canticum Salomonis præfixit, 6. *De* [illegible] *dolemus*, suis [illegible] colori bus depingit *Se* (inquit) [illegible] [illegible] *Ante* [illegible] *post in* [illegible] [illegible] *bellis* [illegible] *patria* [illegible] *Pasa* [illegible] *Reges Principes* [illegible] *probos, & quæcumque* [illegible] *approbatos* [illegible] *religionem* [illegible] *traditione* [illegible] Augustino [illegible] qui [illegible] Beza [illegible] noster

Maldon. *Gretser.*

Beza insignis per libidines [illegible] *Genebr.*

Andreas Eudæmon Ioannis in castigationibus eorum, quæ aduersus Bellarminum deblat[illegible] [illegible] est Danæus cap. 1. Hic igitur tam ni[illegible] incastus, tam & fœminarum, & puerorum olor, audire non valet absque stomacho, Christum cum muliere vel in sacro loco; nimirum, in templo incomitatum derelinqui, non lo[illegible] os trahentem sermones, apocryphum arbitratur Scripturam, Dei nullo modo verbum, quæ tantam licentiam Christo tribuerit: [illegible] tamen [illegible] Præceptorem habuit suum Ioannem Caluinum, cuius infaustæ lucubrationes bis mille blasphemiis scatent: nam & Deum peccati auctorem facit, & Christum plurima labe aspergit: MARIAMque Deiparam; quem in desperationem prolapsum asserit, & damnatorum pœnas expertum; quæ omnia ex eius monumentis [illegible] noster Gaulterius in Chronologia ad finem [illegible] misesti obtulis sæculi, cap. 15. vbi & illud præclarissimum theorema: *Statum Monachorum aduersari Scripturæ & Christianismo damnandum ac* [illegible] *religios.* [illegible] *cuilibet,* [illegible] *let.* Hunc, qui inter cinædos, & scortatores [illegible] tam retulit, quem nulla medicina liberare potuit a morbo Sodomitico, teste Iacobo Laingæo Scoto in eius Vita, cap. 1[illegible], cuius [illegible] & crapulæ modum omnem superarunt Sodomitatore cap. 14. Theodorus Beza in Historia [illegible] rum [illegible] gestarum, *Verum Prophetam nomine ac Dominum, maximum totius vniuersi numen.* Ex Gal[illegible] no Spiritus Sanctus [illegible] aperuit [illegible] loquutus est per os Sanctorum [illegible] qui à [illegible] sunt Prophetarum eius; Salomonis Canticum profanum est; Ioannis Scriptura suppositi[illegible] o enormitatem audaciæ.

Heretici [illegible] & [illegible]

Caluinus [illegible]

Gaulter.

Laingæus.

Duo tamen in his consideranda sunt: Primum, 41.
imbecillitas ingenij: nam & alijs Scripturæ locis, & basiationes & amplexus [illegible] & quicquid delicatas [illegible] leguntur, quemadmodum ostendit [illegible] Sectione 2. [illegible] 13. Cur ignis [illegible] alde [illegible] plicent. Cur Salomonem [illegible] delet, & [illegible] Ezechi[illegible] Genesis [illegible] Deuteronomi[illegible], non [illegible] [illegible] Ecclesiæ [illegible] lapides [illegible] [illegible] [illegible] logorum [illegible] Spiritum [illegible] vult, spirat, volunt [illegible] Voluminum [illegible] n. [illegible] osculat [illegible] Spi[illegible] [illegible] boni [illegible] [illegible] Reformatores [illegible] non animaduertunt [illegible] veteres Sectatorum [illegible] à Spiritu [illegible] ne [illegible] Salomonis Epithalamium: quibus credemus [illegible] quatuor [illegible] [illegible] [illegible] hos [illegible] spiritum vertigine [illegible] pauciores illis [illegible] [illegible] post [illegible] [illegible] [illegible] est Delphico [illegible] oraculo: [illegible] vocant, & multi Theodor[illegible] in Cantica [illegible] qui parem in [illegible] [illegible] *Quidam dicunt* [illegible] [illegible]

mento non dissimilia dici de gente Iudæorum inuenerit? Ecce enim & biœubera, & vmbilicum, & pedes, & manus, & os, & aures, & complexum, & coniunctionem inuenimus. eaque dicta à Deo omnipotente neque tamen, vt legimus, sic intelligimus, neque occidenti adhæremus litteræ, sed interius penetrantes, Spiritus sensum inuestigamus, eiusque lumine illustrati, quæ spiritalia sunt, spiritaliter intelligimus. Hæc aduertisse oportebat Hæreticos si Canticorum genuinam medullam penetrare cupido aliqua illis syncera fuisset.

42. Alterum, quod infinitam parit admirationem, tantam potuisse esse vnius, alteriúsve vilissimi scurræ temeritatem, vt suum non sit veritus præponere iudicium optimis omnium ætatum Magistris, & repudiare insolenter, quod vtraque Ecclesia Græca, atque Latina summo approbauit consensu: Verùm, nisi in hoc præcipitium delapsi essent, nisi omnem penitùs verecundiam exuentes sibi plùs, quàm vniuersis sæculis elapsis tribuissent, Hæretici vix essent, certè difficulter suos agnouissent Sectarij. Audiamus de Nouatoribus ex Leonis X Bulla apostolica contra Lutheri errores: *Exurgat denique (ait) omnis Sanctorum chorus, ac reliqua vniuersalis Ecclesia, cuius vera sacrarum litterarum interpretatione posthabita, quidam, quorum mentem pater mendacij excæcauit ex veteri Hæreticorum instituto, apud semetipsos sapientes, Scripturas easdem aliter, quàm Spiritus sanctus flagitet proprio duntaxat sensu, ambitionis, auræque popularis causa, teste Apostolo, interpretantur: imo verò torquent & adulterant, ita vt iuxta Hieronymum iam non sit Euangelium Christi, sed hominis, aut, quod peius est, Diaboli:* Verùm supra aurum omne pretiosa verba Adriani VI. Pontificis Breui ad Fredericum Saxoniæ Ducem misso contra Lutherum, in quo diuina quadam eloquentia deplorat tanta inuolutum caligine nobilissimæ domus vituperium, Dynastam illum, vt non animaduertat superbiam Apostatæ, qui præcedentibus omnibus Doctoribus suam anteferat sententiam, sacrosancta despiciat Concilia, Ecclesiæ auctoritatem ne flocci æstimet: *Itàne stultus es (inquit) ac sine corde, vt in eis maximè rebus, in quibus damnari est, vni homuncioni cooperto peccatis, quàm tot sanctissimis ab initio Patribus, qui in lege Dei meditati sunt die ac nocte; & quàm tot vniuersalibus Conciliis, aduersus quæ impudens os illud, velut sepulcrum patens, se aperire non erubescit? Sancta denique & Catholica Ecclesia, cuius ritum, consuetudinem, & decreta à temporibus Apostolorum ad nos vsque inuiolabiliter obseruata, vnus iste sacrilega temeritate damnare præsumit, plùs credere potueris? O cæcam dementiam, ac plusquàm Iudaicam cæcitatem!* Et paulò inferiùs: *Vni carnali homuncioni semper eructanti crapulam, & potum, quàm reliquo orbi vniuerso, quàm tot spiritalibus Patribus? quorum voluntas semper fuit in lege Domini, qui vita sanctimonia, ostensione Spiritus, ac virtute, glorioso denique martyrio suam doctrinam comprobauerunt, in Scripturarum intelligentia plùs te fidei habere potuisse? O cæcitatem nouam & inauditam! vnus Apostata tibi potuerit persuadere, fefellisse priores vniuersos, errare posteros, & in solum se, & quos decepit, perueniisse regnum Dei, peruenisse totas miserationum Dei diuitias, & gratiam vniuersitatis?* Sic Adrianus, cuius oratio nostro egregiè deseruit scopo, quando & hi, cum quibus digladiamur, ipsi etiam sibi magis credi vellent, Sherlogus Anteloq. in Cant.

Hæreticorum tactitudo, impudentia contradicentium omnium sæculorum, præclarissimis Doctoribus.

Leo X.

Adrian. VI.

quàm vniuersæ Ecclesiæ, quæ Canticum Canticorum inter Canonicos perpetuò numerauit libros.

SECTIO V.

Canticorum idoneus quisnam lector? librum cur Sectarij oderint? Hæreseon initia ex libidinibus, & superbia.

OPeræ pretium est ex Patribus mutuemur, quæ in auditore Canticorum desiderentur, vt ex illius auscultatione emolumentum potiùs, quàm vitium referat: his enim perspectis, cùm iis destituti præsidiis Hæreticos apparuerit, facile fuerit opinari, quàobrem volumen tanto persequantur odio. Ac præeat cæteris vetustior Adamantius. Is igitur prologo 4. homiliarũ: *Sed primò scire nos oportet, quoniam, sicut puerilis ætas non mouetur ad amorem possibilem: ita nec ad capiendum quidem verba hæc paruula, & infantilis, interioris hominis ætas admittitur; illorum, scilicet, qui lacte in Christo aluntur, non cibo forti: in verbis enim Cantici Canticorum ille cibus est, de quo dicit Apostolus: Perfectorum autem est solidus cibus, & tales requirit auditores, qui pro possibilitate sumendi exercitatos habent sensus ad discretionem boni & mali.* Atque infrà paululùm: *Si verò aliquis accesserit, qui secundum carnem tantummodo vir est; huic tali, non parum ex hac Scriptura discriminis, periculique nasceretur: audire enim purè, & castis auribus amoris nomina nesciens, ab interiori homine ad exteriorem, & carnalem virum, omnem deflectet auditum, & à spiritu conuertetur ad carnem, nutriétque in semetipso concupiscentias carnales, & occasione diuina Scriptura commoueri, & incitari videbitur ad libidinem carnis: ob hoc ergo consilium de omni, qui nondum carnis, & sanguinis molestiis caret, neque ab affectu naturæ materialis abscedit, vt à lectione libelli huius penitus temperet.* 43.

Quàm egregia virtute præditos Lectores postulet Salomonis Canticũ. Orig.

Theodoretus Præfatione ad Ioannem Episcopum: *Ad quem* (nempe, librum Canticorum, ait) *non posse perueniri, nisi moribus priùs compositis in Prouerbiis, & mundo calcato in Ecclesiaste, tunc demum locum esse amplexibus sponsi.* Gregorius Nyssenus homil. 1. in Cantica: *Nemo ergo perturbationibus animi obnoxius, & carnalis veteris hominis mortuum adhuc olens fœtorem, ad belluinas trahat operationes diuinitus inspiratarum sententiarum, ac verborum significationes; sed vnusquisque ipse à seipso excedens, cùm fuerit extra mundum materialem, & per impatibilitatem quodammodo redierit in Paradisum, & per puritatem Deo similis euaserit, ita procedat ad adytum mysteriorum, quæ in hoc apparent libro: Quod si ad hæc audienda sit aliquibus imparatus animus, audiat Moysem lege cauentem, ne ad montem spiritualem audeamus ascendere, priusquam cordium nostrorum lauerimus vestimenta, & conuenientibus cogitationum aspersionibus animas expiauerimus: quæuis autem rationis expers mentis conceptio, si in hoc monte visa fuerit, rigidioribus cogitationibus, velut quibusdam lapidibus occideretur.* Et alia huius generis multa Nyssenus.

Theodor.

Greg. Nyss.

44. Imitati sunt omninò Nyssenum Gregorium, aut potiùs ab eo exarata breuiori stylo perstrinxerunt

xerunt suis in Prolusionibus, vti aliàs monui, Gregorius Romanus, & Richardus de S. Victore, proinde ab eorum recensendis dictis abstinemus; Cæterùm, aut leuiter, aut ex instituto vix est inter Explanatores quispiam non hoc genus argumenti tractans vestibulo Interpretationis, licet recentiores cumulatiùs tractarunt Titelmanus in Prologo, Sotomaior in Præfat. pag. 49. Gaspar Sanctius prolog. 12. atque omissa Ruperti, Glossæque admonitione salubri, repræsentabat solius Bernardi voces aliquas hom. 1. in Cantica, postquàm de amore vano mundi suique disseruit: *Duobus ergo malis* (ait) *duorum lectione librorum depulsis* (nempe, Prouerbiorum eiusdem Salomonis, & Ecclesiastæ) *competenter iam acceditur ad hunc sacrum, theoricúmque sermonem, qui, cùm sit amborum fructus, non nisi sobriis mentibus, & auribus omninò credendus est. alioquin ante carnem disciplina studiis edomitam, & mancipatam spiritui, ante spretam, & abiectam sæculi pompam & sarcinam, indignè ab impuris lectio sancta præsumitur: quomodo nanque lux in cassum circunfundit oculos cæcos, vel clausos, ita animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei: quippe Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum, quod est vita incomposita.* Et infrà: *Obserua in primis Pacifici nomen, quod est Salomon, conuenire principio libri, qui incipit à signo Pacis, id est, ab osculo, simúlque aduerte, huiuscemodi principiis solas ad hanc intelligendam Scripturam mentes inuitari pacificas, quæ se iam à vitiorum vendicare perturbationibus, & curarum tumultibus præualent.* Denique & ad sermonis calcem: *Cæterùm, non est illud cantare, seu audire, animæ puerilis, & neophytæ adhuc, & recenter conuersæ de sæculo, sed prouectæ, iam, & eruditæ mentis*, &c.

Greg. Rom. Victorious.
Titelman. Sotomaior. Sanchez. Rupertus. Glossa. Bernard.

45. Ex his Patrum effatis satis constat, ad hunc terendum vtiliter Codicem, oportere accedentem sobrium esse, religiosum, castúmque & mente & corpore: alioquin, si libidinibus irretitus, mersúsque voluptatum gurgite ad legendùm se conferat, argumentum intemperantiæ arbitrabitur, & explos habebit qui in Scripturarum canone seponere non dubitarunt. Nam cùm omnis diuinus sermo id requirat, vt discentis animus ab omni prauo affectu expeditus sit; peculiari quodam iure sibi hic vendicat Liber, eò quòd aliter longè vniuersa construenda sint, quàm vocum superficies ostendat: *Nominantur enim in hoc libro* (vt singulariter aduertit Richardi Victorini Prologus) *oscula, nominantur vbera, nominantur genæ, nominantur femora, in quibus verbis non est irridenda sacra Scriptura, sed amplior Dei misericordia consideranda est. quia, dum membra corporis nominat; sic ad amorem vocat: Notandum est, quam mirabiliter nobiscum est, & misericorditer operatur, qui vt cor nostrum ad instigationem sacri amoris accenderet, vsque ad turpis amoris nostri verba descendit:* Itaque, vel in hoc ipso, quòd sermonibus vtatur Deus, qui carnem, & sanguinem videatur sapere, resplendet eius supra modum charitas erga mortales; quoniam verò tam diuinus, atque entheus ignis velatur alterius amoris integumentis, carnalis quidem etsi honesti, nempe, matrimonialis proborum coniugum, necesse est ad hæc intelligenda arcana peritum esse artificem, & in cœlestis amoris schola, à qua omnis exulat impudicitia, omnis ebrietas, & luxus, cùm laude fuisse versatum:

Castitate præcellere oportet Canticorum Lectorem.

Victor.

quippe eius Lycei præclarissimus Antecessor Bernardus homil. 79. monet iterum, atque iterum: *Quoniam in Epithalamio hoc non verba pensanda sunt, sed affectus Cur ita? nisi quod amor sanctus, quem totius huius voluminis vnam constat esse materiam, non verbo sic æstimandus, aut lingua; sed opere & veritate? Amor vbique loquitur, & si quis horum quæ leguntur, cupit adipisci notitiam, amet; alioquin frustra ad audiendum, legendúmve amoris Carmen, qui non amat, accedit: quoniam omninò non potest capere ignitũ eloquium, frigidum pectus: quomodo enim Græcè loquentem non intelligit qui Græcum non nouit; nec Latinè loquentem, qui Latinus non est; & ita de cæteris: sic lingua amoris ei qui non amat, barbara erit, sicut æs sonans, aut cymbalũ tinniens:* Si igitur ostenderimus, omnem Hæresim casta semper detestatam cubilia, alumnos illius stupris, & scortationibus sacrilegis contaminatos, ventri & indecoris voluptatibus insigniter traditos; erit, vt facilè percipiat sanæ mẽtis Lector, non potuisse eos Canticorum subtiles, & absconditos penetrare amplexus, ac proinde in blasphemiam, summamque temeritatem prolapsos, vocare ausos Hymenæum sæcularem planè, impuros exhalantem ordores: sed & colliget vniuersim, ex luxuriæ turpissima officina nihil impollutum, & inclytum potuisse prodire.

Bernard.

Amare oportet ad intelligendũ amoris Carmen.

Ac de nuperis Sectis penè superuacaneum sit aliquid dicere, adeò res ipsa omnium luminibus exposita: Duo Promachi, Lutherus, atque Caluinus, quales moribus, quales calamo, & verbo Martinus Catharinam Boræam Christo dicatam virginem ex Monasterio Mynicæ abreptam, ante ora, vultúsque mortalium vxorem compellare non erubuit: Quidni, cùm polygamiam licitam esse diceret, inhibendum cœlibatum, virginitatem Dei præceptis aduersari, impossibilem obseruatu Ioannes, vt vidimus anteriori Sectione, à Sodomica lue nunquam conualuit; Monasteria cœnobitica. lib. 4. Institutionum cap. 1 vocauit, *Lupanaria sceleratorum, vel conuenticula Schismaticorum*: Iam & Anabaptistæ etiam germanis sororibus fœdo, & abominando connubio iunguntur, & pòst sermonem fit exhortatio, vt crescant & multiplicentur, taléśque vniuersi, quales hœdi salaces, à quibus ducantur: vt non inscitè dixerit noster Maldonatus ad vers. 11. cap. 19. Matthæi, Hactenus inauditum monstrum, quòd Lutheranus, aut Caluinista quispiam virginitatem perpetuam seruauerit: Et quid? nonne id proclamat odium incensum in vota religiosa? atque omnium ordinum apud ipsos coniugia? Legatur in primis Ioannes Coclæus, testis ocularis, & maximæ fidei, dum Lutheri acta memorat: Florimundus Ræmundus tomis duobus de origine Hæresum: noster Gaulterius in sua Chronologia collatione Hæresum post sæculum 16. Ego vnius testimonio, eiúsque ipsis addictissimi, vt qui matrimonium virginitati prætulerit in colloquio proci, & puellæ contentus ero: Erasmus igitur subdolus, & vafer pessimorum fautor dogmatum, epistola, quam scripsit ad Vulturium Neocomum, anno 1529. sic de Nouatoribus sermocinatur *Circunspice* (inquit) *populum istum euangelicum, & obserua, num minus illic indulgeatur luxui, libidini, & pecuniæ quàm faciant ii, quos detestamini? Profer mihi, quem istud Euangelium ex comessatore sobrium ex feroci mansuetum, ex rapaci liberalem, ex* 46.

Hæreses à libidinosis exortæ. Lutherus, & Caluinus, amoribus illaqueati.

Monstro simile innuenri apud sectarios virginitatis cultorẽ. Maldonat. Coclæus.

Ræmond. Gaulter.

Erasm.

maledico

maledico benedicum, ex impudico reddiderit verecundum? ego tibi multos ostendam, qui facti sunt seipsis deteriores.

47. *Antiqui Hæretici salaces & petulci, sicut nunc.* Sed fuerunt pudentiores antiqui Sectarij? abstinuerunt à scortationibus, & crapula? Minimè gentium. Deligam autem, qui hæc persuadeat, ex copiosa veterum Magistrorum segete vnum Hieronymum, quòd in eruendis Hæreticorum moribus, & disciplina operam insignem posuisse videatur, quando & ab eo erudiri Schismaticorum malleus exoptarit magnus Augustinus ep. 9. ad finem illius. *August. Hieron.* Stridonensis ergo in illud cap. 7. Oseæ: *Vastly quoniam, &c. Super Hæreticis facilis est interpretatio, quòd væ habeant sempiternũ, quia recesserunt à Deo. Istiusmodi non possunt dicere: Lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo: Sed volutantur in sordibus libidinum; vacant stupris, & quicquid loquuntur, & putauerint se in laudem Dei dicere, vlulatus luporum, & vaccarum i[illegible]amentium sonitus est. Rarò Hæreticus diligit castitatem, & quicunque amare pudicitiam se simulant, vt Manichæus, & Marcion, & Arrius, & Tatianus, & instauratores veteris hæreseos, venenato ore mella promittunt: Cæterum, iuxta Apostolum, quæ secretè agunt, turpe est dicere.* Atque in illud c. 9. eiusdem Prophetæ: *Sicut vuam in deserto, &c. Difficile est Hæreticum reperire quempiam, qui diligat castitatem, non quod eam præferre desistat in labijs, sed, quod non seruet in conscientia, aliud loquens, & aliud faciens.* Et in lectione Ioëlis cap. 3. ea verba: *Et dixit Dominus ad me, &c. Omnis autem Hæreticus habitat in Aquilone, & calorem fidei perdidit, nec audire potest illud Apostoli, spiritu feruentes: & quia se voluptatibus tradidit, recessit à Domino, & dispersit vias suas alienis dogmatibus, & voluptatem secutus est: nulla enim hæresis nisi propter gulam ventrémque construitur, vt seducat mulierculas oneratas peccatis.*

48 Verùm idem ad Ctesiphontem aduersùs Pelagianos: *Simon Magus hæresim condidit Helenæ meretricis adiutus auxilio: Nicolaus Antiochenus omnium immunditiarum repertor, choros duxit femineos: Marcion Romam præmisit mulierem, quæ decipiendos sibi animos præpararet: Apelles Philumenen suarum comitem habuit doctrinarum: Montanus immundi Spiritus prædicator multas Ecclesias per Priscam, & Maximillam, nobiles & opulentas feminas, primum auro corrupit, deinde hæresi polluit. Dimittam vetera, ad viciniora transcendam. Arius, vt orbem deciperet, sororem Principis antè decepit: Donatus per Africam, vt infelices quosque pollueret aquis, Lucillæ opibus adiutus est: Agape Elpidium, mulier virum, cæcum cæca duxit, in foueam, successorémque sui Priscillianum habuit, Zoroastris magi studiosissimum, & ex Mago Episcopum, cui iuncta Galla, non gente, sed nomine, germanam huc illúcque currentem, dereliquit, & vicinæ hæreseos reliquit heredem.* Ad Eustochium autem de custodia virginitatis scribens: *Cæterum virgines (ait) quales apud diuersas hæreses, & quales apud impurissimum Manichæum esse dicuntur, scorta sunt æstimanda, non virgines. Sed, quia sciunt virginale vocabulum gloriosum, sub ouium pellibus lupos tegunt, Christum mentitur Antichristus, & turpitudinem vitæ falso nominis honore connectunt.* Sed facundus inprimis Hieronymus aduersùs Iouinianum ad finem libri 2. quem eius sermonem eo libentiùs transcribam, quòd ad viuum delineet, & qui nostra penè ætate fuerunt, hæresum Architectos, & qui horum patrocinium subierunt: *Egregia sanè vox, & quam audiat sponsa Christi: Rarò ieiunate, crebrius nubite: non enim potestis implere opera nuptiarum, nisi mulsum & carnes, & nucleum sumpseritis: viribus opus est ad libidinem, citò caro consumpta marcescit: nolite timere fornicationem: qui semel in Christo baptizatus est, cadere non potest: His consilijs subulci tui, pastoribus nostris ditiores sunt, & hirci plurimas secum capras trahunt, & qui insanientes in feminas facti sunt, statim vt mulieres viderint, adhinniunt, & impatientiam suam proh nefas! Scripturarum solantur exemplis: Sed & ipsa mulierculæ miseræ, & non solum miserabiles præceptoris sui verba cantantes: quid enim nisi semen requirit Deus? non solum pudicitiam, sed etiam verecundiam perdiderunt, maiorique procacitate defendunt libidinem, quàm exercent: Habes præterea in exercitu tuo plures succenturiatos; habes scurras, & velites in præsidijs, crassos, comptos, nitidos, clamatores, qui te pugnis, calcibúsque defendant: tibi cedunt de via nobiles, tibi osculantur diuites caput: nisi enim tu venisses, ebrij atque ructantes Paradisum intrare non poterant.*

49. *Hæreses ex superbia prægnata.* Quid autem est, quod ex luxuria ortas hæreses diximus, cùm potiùs superbia tam enorme monstrum parturierit, vt scribit Augustinus libro de salutaribus documentis, cap. 19 & libro de vtilitate credendi ad Honoratum, cap. 17. *August.* Ipse Hieronymus in Oseam ad illud cap. 9. *Da eis, Domine, &c.* *Hieron.* Gregorius Papa lib. 3. Moralium, *Greg.* cap. 13. *Hæreticorum (ait) locus, ipsa superbia est: quia nisi priùs in corde intumescerent, ad prauæ Assertionis certamina non conuenirent:* Atque multis demonstrat Bellarminus lib. 4. de Ecclesia, qui *Bellarm.* est de eius Notis, cap. 13. Sanè ideò potissimùm affirmauimus, ex libidinibus & omni voluptate obscœna enasci hæreses, quoniam ex superbia oriuntur: est enim indiuisa superbiæ proles, corporis abusio, vti docet Gregorius lib. 32. Moral. cap. 11. *Sed cur eum Behemoth istum fœnum comedere simulit, primæ deceptionis eius argumenta, luxuriæ damna subiunxit, nisi quòd liquidò omnibus patet, quia postquam semel hominis spiritum superbia ceperit, mox se ad corruptionem carnis extendit; Quod in ipsis quoque hominibus primis agnoscimus qui dum post perpetratam superbiam, pudenda membra contegunt, patenter indicarunt; quia, postquàm apud semetipsos intus attipere alta conati sunt, mox in carne foris erubescenda pertulerunt. Behemoth itaque iste insatiabiliter sitiens, & deuorare totum hominem simul quærens, modò in superbiam mentem erigit, modò carnem luxuriæ voluptate corrumpit.* Hæresim igitur, & ambitio, & laxæ vitæ, spurcorúmque amplexuum desideria generant: hoc stemma, hæc linea generosæ sobolis.

Mirum tamen cuipiam apparebit, cùm à nobis ostensum fuerit, Hæreticos crapula, & stupris sine verecundia commaculari, vt putauerint sanè Epithalamium Salomonis libidinis esse Carmen, quorsum illud ex Scripturarum canone detripserint? Debuerant potiùs pro aris, & focis defendere prophetiam esse, & à Deo inspiratam Musam: sic nanque haberent, quibus possent armis suam protegere lasciuiam, quando & Deus ipse non contempserit versus pingere sanè procaces. Verùm, eius rei non vnam causam 50. accipiat Lector. Primùm, Hæretici burdones, & stupidi sunt, ne sauillam illi, aut ingenij, aut acuminis: quare eorum scripta mille contradiccen- *Hæretici malè ingeniosi, cæcutiunt in apertissimis.*

tris referta sunt, nec Proteus tantas mutauit formas. Sed de eorum tenebris, & ceali lippitudine *Hieron.* Hieronymus in illud cap. 13. Ezechielis: *Vae Prophetis, &c. Haeretici Dei spiritum relinquentes, sequuntur spiritum suum. quia nequaquam diuino instinctu, sed proprio corde vaticinantur: unde & nihil vident: quis autem Haereticorum, qui sequitur spiritum suum, non impingat in tenebris, ut caecus caecos ducat in foueam? Vnde, licet sibi in mysterijs, ima argiis suis plura ecclesiasticis Doctoribus videre videantur; tamen nihil omnino vident, quia Solem Iustitiae perdiderunt.* Fas fiet Hieronymo socium dare, & quidem simillimum nostrum Maldonatum, *Maldonati obseruatio.* qui ad caput 1. Euangelij Ioannis: *Hoc verum* (inquit) *obiter indicemus, ut Lector intelligat, adeo obcaecari à Deo solere Haereticorum ingenium, ut quia, quae certa, atque perspicua sunt, credere nolunt, quae absurdissima sunt, credant. Palpant, ut ait Isaias, sicut caeci parietem, impingunt meridie quasi in tenebris, cap. 59.* Ergo, cùm ipsi labórent caligine, nulla ab eis consequentiarum petenda ratio, nec attendendum, quàm absona sint, quae loquantur. Altera autem causa est, quòd in speciem castis patrocinari videantur moribus; non quòd ament pura cubilia; sed, quia sciunt (ut inquiebat Hie- *Haereticorū simulatio.* ronymus suprà num. 48.) *Virginale vocabulum gloriosum, sub ouium pellibus lupos tegunt & turpitudinem vitae falso nominis honore conuestiunt.* Itaque, cùm foedè viuunt; honesti tamen audiri volunt; non, quod in virtutem prout sunt aliquo modo; sed, quoniam ex his etiam artibus ambitio alitur: Gloriam autem ut consequantur apud homines, simulant diligere se illa, quae maximè oderunt. Tertia denique ratio est, quoniam, ut decipiant incautam plebem, & inexpertum, rudéque vulgus, bona aliqua, vel quae speciem probitatis, rectíque habere videantur, pessimis admiscent, quòd non audeant puram propinare *Haereticorū astutia in propinando veneno.* cicutam: igitur quandoque virginitatem, & pudicitiam extollere arbitretis: agitur autem istud ab eis, ut talibus velata pigmentis amara deglutiantur absque horrore: *Habent quippe hoc Haeretici proprium* (ait Gregorius lib. 5. Moralium, cap. 10.) *ut malis bona permisceant, quatenus facilè sensui audientis illudant: si enim semper praua dicerent, citius in sua prauitate cogniti, quod vellent, minimè persuaderent. Rursum, si semper recta sentirent, profectò Haeretici non essent: sed, dum fallendi arte ad utraque seruiunt, & ex malis bona inficiunt, & ex bonis mala, ut recipiantur, abscondunt: sicut, qui venenum poculum porrigit, ora poculi, dulcedine mellis tangit, dúmque hoc, quod dulce est, primo attactu delibatur, etiam illud quod est mortiferum, indubitanter absorbetur: Itaque Haeretici permiscent recta peruersis, ut ostendendo bona, auditores ad se trahant; & exhibendo mala latenti eos peste corrumpant.*

Ergo, qui Canticorum genuinos sensus pene-
51. *Ferum Biblia cū verbi- late, littera corticis subhaerent.* trare desiderat, necesse est oculos auertat à castis licèt humanorum coniugum amplexibus, quibus tanquam inuolucris occultantur sacrosancta arcana: sic monent Patres [illegible] ionis lumine dati, alioqum si tam crassum est lumen, ut extima solùm aduertat, & in omni Scriptura, quod offendat, inueniet. Quippe, ut sapienter aduertit Theodoretus ad cap. 1. Oseae: *Huiusmodi mille alia in Scriptura sacrosancta inuenire licet, quorum scopum, & propositum si quis ignorauerit propheticae virtutis haec indigna ducet: qui autem Dei studium, & amorem in homines planè sciunt, utque omnia ad hominum salutem administrat, inde unde alij [illegible] temnunt, Dei laudationem occasionem arripiunt.* [illegible] Hieronymus longiori oratione, & Charybdim, & scopulos ostendit, & quomodo adnauigare absque discrimine valeant, modum, ordinemque praescribit. Libro igitur tertio Comentariorum in Epistolam ad Galatas, ad illa cap. 3. *Utinam, &c. Quis enim non docebitur seruire luxuriae, & fornicationem habere pro nihilo, cum Iudam ad meretricem legerit ingredientem, & Patriarchas habuisse multas pariter uxores? Quomodo non ad idololatriā prouocabitur, qui sanguinem taurorum, & caeteras Leuitici victimas, non plus, quam quod littera sonat, putauerit indicare? Quod autem inimicitias in aperta positus Scriptura sermo doceat, & ex hoc loco probatur: Filia Babylonis misera: beatus qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis: Beatus, qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petram, & caetera his similia de contentionibus, videlicet, aemulatione, ira, rixis, dissensionibus, ad quae, si non altius aliquid intuamus prouocant nos magis Historica exempla, quam prohibent. Haereses quoque magis de carnali Scripturae intelligentia, quam de opere carnis nostrae, ut plurimi aestimant, subsisterunt: Necnon vinidiam, & ebrietates per legis litteram discimus. inebriatur Noe post diluuium, & Patriarcha apud fratrem Ioseph in Aegypto: sed & comessatores in Regnorum libro cripta sunt, saltante Dauid, & concrepante tympano oram arca Testamenti Dei & his similia: Multorum ergo malorum occasio est, si quis in Scriptura carne permaneat, quae, qui fecerint, regnum Dei non consequuntur. Quamobrem spiritum Scripturae, fructusque quaeramus, qui non dicuntur esse manifesti, multo quippe labore, & sudore, & digno cultu Scripturae fructus Spiritus inuenitur. Quod si relictis typis ad veritatem Scripturae transeamus, & Spiritum, statim nobis prima charitas panditur & ad gaudium inde gradientes peruenimus ad pacem, per quam consequimur patientiam.* Hanc Hieronymi aduertentiam nisi Haeretici praesumptuosè fastidirent, nequaquam tam barbarè & omnino secundùm carnem de Scripturis, Deique purissimo verbo loquuti essent.

Sectio VI.

Theodori Mopsuesteni tria argumenta aduersùs Canticum Salomonis: aetas legendi Cantica: notata in Iudaeis pudicities; in Haereticis maleuolentia in explananda Scriptura & Patribus: an Dei nomen in hoc Epithalamio?

PRimum obiectat Theodorus: *Vnde* (ait) *nec nobis, nec Iudaeis publica lectio unquam* 52.
Apud Iudaeos non patebat Canticorum lectio, nisi elapsis triginta annis *Cantici Canticorum facta est, tanquam domesticus, & nuptialis Salomonis connubij cantus, opprobria sponsa sonans:* Fuit quidem Hebraeorum praeceptio, ne quis ante expletum trigesimum annum, Canticorum lectioni, studiisque vacaret; quemadmodum ex veterum Antistitum, atque Doctorum traditione ad nos manauit: S. Origenes proemio 4. homiliarum: Na- *Orig.*
zianzenus in Apologetico: Hieronymus saepè, *Nazianz.*
sed expressiùs Prooemio in Ezechielem, & Epi- *Hieron.*
stola

stola ad Paulinum de Bibliorum Codicibus: Hoc autem nun est prohiberi omnimodè librum illum, & mortalium aspectibus interdici, vti Mopsuastensis intiuit: sed occultari ad tempus solùm: Puto autem in Ecclesia Catholica nunquam veritam eius auditionem, & studium, cum & femineæ patuerit imbecillitati: quippe Hieronymus, qui multò ante Theodorum vixerat ep. 7. ad Lætam de filiæ institutione: *Mandet memoriæ (inquit) Prophetas, Pentateuchum, & legum, & Paralipomenon libros. Esdra quoque, & Esther volumina: ad vltimum sine periculo discat Canticum Canticorum, ne si in exordia legerit, sub carnalibus verbis, spiritualium nuptiarum Epithalamium non intelligens vulneretur:* Quare coniectamur, cùm dicit, *Nec Iudæis, nec nobis,* &c. significare posteriori dictione non Orthodoxorum cœtum, verùm Schismaticorum cum Iudæis analogos conuentus: fuit namque in expositione Psalmorum præsertim, Mopsuastensis, Hebraicæ perfidiæ audax æmulator: negabat quippe de Christo vaticinatum fuisse Psalmodum, vti scribunt, & Leontius Bizantinus lib. 3. contra Nestorianos, & Eutychianos, & fragmentum ex Hesychij Hierosolymitani Presbyteri narratione inter quintæ Synodi Acta, collatione 5. Vide Seuerinum Binnium tom. 2. Conciliorum: nostrum Turrianum lib. 1. in Clemen. A Iudæis igitur mutuatus plurima, hoc etiam accepit cum discentibus suis, ne Canticorum volumen perlegerent ante annos triginta. Quòd si de Catholicis pronunciauit, ab aperto mendacio exordius est defensiunem inuerecundè, ex Hæreticorum more: nempe, Ecclesia noua, & posterior, quam Christus supra petram fundauit, cùm attenderet satis annorum esse in adolescentibus, si vita immaculata; & senectutem venerabilem non ex annorum numero computandam; ad hæc gratiam sub Euangelio abundare, nullam certam annorum periodum statuit, quæ definiret tempora idoneæ lectionis Canticorum: aduertit autem, quacunque ætate perlegatur Codex, opus esse cordis nitela, morum conspicua quadam eminentia. Sic Patres sub initio antecedentis Sectionis producti, de recentioribus Delrius cap. 4. Isagogæ in Cantica: Sanctius prolegom. 12. Placidus Nigidius ad finem 1. prologi.

Ecclesia Catholica certâ annorum periodô nõ statuit lectioni Canticorum.

Theodorus Mopsuastenus Iudaizans.

Leont.

Hesych.

Binn.

Turrian.

Delrius.

Sanct.

Nigid.

53. Cæterùm, quamuis Ecclesia iunior ex Apostolorum semine, nullam à legendis Canticis ætatem prohibuerit, (quanquam innuat, quales exoptat fore, cùm ad euoluendum eum Hymenæum se conferunt;) seniores tamen Hebræorum, consideratis temporum circunstantiis, probè atque sapienter egerunt: nam alta donati prudentia, animaduertebant ad luxuriam pronum vulgus, & in femineo sexu amissam reuerentiam muliebris conditionis: quippe singularis est illa animaduersio Galatini lib. 7. de Arcanis catholicæ veritatis, c. 14 nam de Rabbinorum quadam traditione sermocinatus: *Ex hac (ait) traditione manifestè datur intelligi, quod causa, quare Messias non magis accelerauit aduentus sui tempus, fuit Iudaicarum virginum corruptio, quia omnes, vel per coniuges, vel per alios deflorari cupiebant:* Atque huius vestigium aliquod apud Isaiam cap. 3. quòd puellæ viros ambiant: & quidem septem apprehendunt vnum, neque aliud ab eo postulant, quàm vt maritus, aut amator nominetur. Verùm, vt Hieronymus ad Algasiam quæstione decima: *Quanta traditiones (ait) Pharisæorum sint,*

Hebræorum vulgus ad luxuriam pronum.

Galatin.

Isaiæ 3.

Sherlogi Anteloq. in Cant.

quas hodie vocant δευτερώσεις, & quàm aniles fabulas, euoluere nequeo: neque enim libri patitur magnitudo, & pleraque tam turpia sunt, vt erubescam dicere; dicam tamen vnum in ignominiam gentis inimicæ. Atque sanè illud vnum eiusmodi est, quod satis declaret spurcitiem Iudaicam: Videat Lector apud Hieronymum: Nescio, an ab Ægyptiis hæc ad eos deriuata lues, sicut & idololatria, à qua nunquam purgare se potuerunt satis: nam supra alias nationes libidinibus deditos Ægyptios scribit Hieronymus lib. 1. in Ieremiam, ad illud c. 2. *Filij quoque Mempheos:* Fortasse & quod ex eorum delinimentis Alcoranum Mahumetes concinnarit, vt carneam faciliùs deluderet plebem, beatitudinem futuræ vitæ constituit in cibo, & potu, & vxorum multitudine apud Bellarminum lib. 4. de Ecclesiæ Notis, cap. 11. His illud iungendum, quòd cùm ad immunditiam tam essent procliues Hebræi, Scripturas secundùm litteram intelligentes solùm, quemadmodum sonabat dictio; ita accipiebant crassè nimis, ad corpus omnia penè referentes. Ostendit latè disp. de translationibus sacræ Scripturæ, à cap. 46. Leo Castrensis, & nos insinuauimus Anteloquio 1. Sect. 9. num. 73. Ergo Viri, & iudicio & moribus excellentes in Synagoga, cùm animaduerterent ciuium suorum indolem malam, arbitrabantur, sic affectos, quandoquidem verba tantùm Epithalamij attenderent, capessuros ex eius lectione detrimentum magis, quam commodum, si ante maturam ætatem legerent: ac proptereà eius seuerè interdixerunt iuuenibus, & immaturis studium.

Iudæi adolis addicti.

Ægyptij supra alias nationes libidinosi.

Hieron.

Bellarm.

Iudæi Scripturas secundùm litteræ superficiem construunt.

Leo Castr.

Cur negata iunioribus Canticorum lectio apud Iudæos?

54. Hoc autem Codicis vitium non fuit, sed discentium: quemadmodum in diuinissimo Sacramento Corporis Christi, quòd indignis mors sit, atque venenum, sumentium culpa est: Sed declaremus vno, alteróve exemplo. Nam peruulgata apud Hexameri Tractatores quæstio est, quando ea firma, certáque sit opinio, quæ Angelos simul cum hoc corporato mundo creatos fuisse adstruit, quamobrem Moyses prætermisit de Angelis memoriam aliquam inferre? Ac respondent communiter equidem, ob nationis ruditatem fecisse: nam, cùm stupida esset gens, atque aliàs Ethnicismi amans, si quos intelligeret esse supramundanos Spiritus, pro Diis haberet. Sic Chrysostomus, Theodoretus, & alij apud Pererium lib. 1. in Genesim, disput. *Cur Moyses creationem Angelorum non exposuerit?* Quemadmodum igitur, quòd Legislator Iudæis occultauerit angelicæ molitionis ordinem, nemo sapiens deduxerit, fecisse propter eius naturæ, aut turpitudinem; aut ignobilitatem, imò potiùs ob nimiam præstantiam, damnaueritque solùm tarda Hebræorum ingenia, quorum captum vincant tanta mysteria, & maculæ verteret propensionem in superstitiones Gentilinij; ita quidem, quòd Epithalamium suppresserint in Synagogâ prudentes, commendat Hymenæi excellentiam; sed vituperio est Iudæis, quoniam & eorum luxuriam insinuat, & quàm crassè Scripturas enodarent, subindicat: Valet ad exponendam hanc rem, & similitudo desumpta à translationibus Bibliorum: nam, quæ fiunt cuiusque prouinciæ, aut regni idiomate, ea prohibentur ab Ecclesia, ne passim terantur; imò ne ab eruditis quidem propria auctoritate, sed ex facultate superiorum: Verùm in eo interdicto, popularium vtilitati præcipuè consultum: *Quippe si populus rudis,* (in-

Iudæi stupendi.

Angelorum creationem cur Moyses celauerit?

Pererius.

Biblia cur vulgari idiomate non leguntur?

 quit

Bellarm. quit Bellarminus lib. 2 de verbo Dei, cap 15.) *audiret lingua sua vulgata ex Canticis Canticorum: Osculetur me osculo oris sui, &c. Laua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me, & illud Osea: Vade, & fac tibi filios fornicationum, necnon adulteria Dauid incestum Thamar, mendacia Iudith, & quemadmodum Ioseph fratres suos inebriauit: Sara, Lia, Rachel dederunt ancillas viris suis in concubinas, & multa alia eorum, quæ in Scripturis magna cum laude commemorantur; vel prouocaretur ad huiusmodi imitanda, vel contemneret sanctos Patriarchas, vt olim Manichæi, vel putaret mendacia esse in Scripturis: & cum tam multas apparentes contradictiones in Scripturis esse videret, & soluere non posset, periculum esset, ne tandem nihil crederet.* Condemnet igitur Mopsuastenus, aut alius Sycophanta vniuersalem Ecclesiam, simúlque asserat, omnes Scripturas pessimas habendas, quòd à vulgi luminibus arceantur: ac non potiùs dixerit, si quid ei mentis, aut cerebri, non librorum sanctissimorum hoc esse mendum, sed imperitæ multitudinis ruditati consultum fuisse maxima cum prouidentia.

55\. Verùm certè noster Sanctius prolegom. 12. in Cantica, cogitauit minoribus prohibitam Canticorum lectionem, non ob intemperantiæ discrimina; sed propter Carminis summam arduitatem, quando & eisdem præclusæ viæ ad Geneseos exordium: Ezechielis autem initia, & fines: in quibus sanè alia, quàm illecebræ, causa inuestiganda est, cùm nullas verborum blanditias complectantur. Quod & sensère ante illum Salmeron tom. 1. prolog. 2. cuius verba dabimus Anteloquio 9. Sect. 4. Iulius Rugerius Opusculo 1. cap. 1. Sanè eius traditionis narrator Hieronymus id planè innuere visus prooemio in Ezechielem: *Aggreditur* (inquit) *Ezechiel Prophetam, cuius difficultatem Hebræorum probat traditio: nam, nisi qui apud eos ætatē sacerdotalis ministerij, id est, tricesimum annum impleuerit, nec principia Geneseos, nec Canticum Canticorum, nec huius voluminis exordium, & finem legere permittitur: Ut ad perfectam scientiam, & mysticos intellectus plenum humanæ naturæ tempus accedat:* Sed, quis tam egregio non testi fidat? Conciliat autem volumini non modicam auctoritatem: Quemadmodum enim templi augustissimi locus ille, ad quem nemini patebat ingressus, nisi summo Antistiti, atque huic per anni circulum semel tantùm, erat cæteris religiosior portio, maioris quoque amplitudinis & gloriæ: sic istud metrum, præcipua quadam dignitate eminet inter veteris Instrumenti Tractatus, vel ob hoc in primis, quòd eius lectio non pateret cuilibet: Verùm, ne excessisse videamur, quod Sancto Sanctorum conferre ausi fuerimus, audiendus erit Gregorius Nicænus homil. 1 in Cantica: *Iam ergo ingrediamur* (inquit) *Sanctum Sanctorum quod est quidem Canticum Canticorum: quemodo enim in Sancto Sanctorum docemur quandam abundantiam, & intensionem sanctitatis, per hanc vocem superlatiuam: ita etiam per Canticum Canticorum, mysteria mysteriorum nos docere profitetur sublimis oratio: Nam, cum multa sint diuinitus inspirata, doctrina Canticorum, per quæ a magno Dauid, & Isaia, & Moyse, & multis aliis docemur magnas de Deo intelligentias hoc discimus ab hac inscriptione, quòd quantùm a Canticis externæ sapientiæ distant Cantica Canticorum, tantùm superat Canticum Sanctorum mysterium, quod est in Cantica Canticorum: quo quid amplius ad mentis comprehensionem, nec inuenire, nec capere potest auris humana, nec natura.* Quæ Nicæni verba declarant, quicquid in huius Epithalamij cumulatissimam laudem proferri valeat.

Sanct. Canticorum lectio ob difficultatem vetita.

Roger.

Hieron.

Nunc Hæreticorum ingenia, qui ignorant, discant palàm; quibus solenne est vt in vituperium conuertant, quæ ad encomium destinata sunt: nam, cùm ex eo, quòd ab omni ætate liber non esset terendus, colligere debuissent, singulariter diuinum esse Codicem, maluerunt in oppositum sensum detorquere, & interdictum asserere; ne, quoniam profana esset cantilena, noceret: Notauit Auctor Commentariorum in Epist. ad Romanos, inter Opera Ambrosij ad illud: *Primùm quidem gratias ago Deo, &c. Quid est* (inquit) *quòd cùm scriptis illos corrigat, & à carnali sensu abstrahat, præsentiam suam necessariam dicit, vt gratiam illis spiritualem ministraret, cum, quæ scribit, spiritualia sint: nisi quia aliter dicta ad aliud solent rapi, sicut ab Hæreticis fit:* Et aduersùs ipsum Creatorem ausi: *Nam disciplinam eius, &, vt ita dicam, medicinam* (ait Hieronymus ad illud cap. 3. Amos: *Percussi vos, &c.*) *crudelitatem interpretatur.* Quapropter hos eleganti nomine iidem Patres caupones improbos vocarunt, qui vinum in aquas conuertunt; id est, optima ad malos deflectunt sensus; & quod saluare, laudaréque oportebat, condemnent. *Hæretici* (inquit Hieronymus ad illud cap. 1. Isaiæ: *Argentum tuum, &c.*) *euangelicam veritatem corrumpunt praua intelligentia, & sunt caupones pessimi, facientes de vino aquam: cùm è contrario Dominus noster aquas in vinum verterit, & tale vinum, quod miretur architriclinus: quale & Regina Saba in Salomonis est mirata conuiuio, pincernas eius & ministros vini, sua voce collaudans.* Atque Ambrosius sermone 11. in Psalmum 118. ad illud: *Narrauerunt mihi, &c. Multi enim fures sunt, qui verbum Dei, non ad veritatem suam furantur, & rapiunt, sed ad fraudem; & patrimonium quoddam cœlestium Scripturarum in sua furta detorquent, adulterina sibi compendia colligentes dolo magis, quàm veritate quæsita. Sed hi sunt, qui miscent aquam vino, tanquam caupones pessimi adulterantes sermonem Dei, & insyncerum proferentes, quicquid perfido, & tanquam ebrio ore deprompserint, & ideo aliena loquuntur a lege, &c.* 56.

Dicta Scripturæ, & Patrum malitiosè explanant Hæretici.

Ambr.

Hieron.

Hæretici caupones pessimi Euangelij synceritatem peruertunt.

Alia Theodori Mopsuasteni criminatio est: *Si enim propheticam gratiam meruisset,* (ait,) *mentionem alicubi Dei fecisset: in nulla enim prophetica Scriptura Deus non memoratur.* Verùm probare debuisset futilis Theologus, desiderari, vt Dei nomen ponatur, neque aliter Scripturæ constari nomen: nam & sanè Estheris volumine omissos Deo adscribi solitos titulos, Genebrardus cùm in hanc incideret querelam, aduertit ad initium explanationis cap. 1. Canticorum; nec hunc, quod sciamus, librum reiecit è canone Mopsuestensis; quippe Scripturam constituens potissimùm prædicatum est, vt Dei loquutio sit: potest autem Deus multa effari, quin sui nominis intermisceat memoriam: Sed optimè à Ludouico Sotomaior animaduersum in præfatis, pagina 19. falsum esse, quod argumentum dicat: nam, quemadmodum, aut Ecclesiam, aut animam, sponsæ eique attributa verba, vt cùm appellatur columba, soror, amica, denotant; ita sponsus & varia illius epitheta, Deum significant: & quando in toto Epithalamio constans, perpetuaque sequatur Metaphora, debuit & sub hieroglyphico

57\. Dei nomen an in Cãtico Canticorũ.

Genebr.

Sotomaior.

Hieron. glaphico Deus quoque latere. Agit ædepol Hieronymus scribens ad Marcellam epistola 136. de Creatoris appellationibus, quarum fuit inter Iudæos celebris rumor; quòd si ob id ex canone sacrorum Voluminum putauerat delendum, quòd harum speciatim dictionum nulla inueniretur in Salomonico Hymenæo; operæpretium fecisset, si tam insolentis pronunciati causas manifestasset. Dicemus nos aliquam, neque, vt opinor, contemnendam.

58. Primùm igitur aduerto, decem illa nomina maiestatem, aut terrorem repræsentate. Videatur citata Hieronymi epistola, & Sixtus Senensis libro octauo Bibliothecæ hæresi 8. Deinde hoc, cùm sit amatorium carmen, atque Filij Dei incarnationem, legisque euangelicæ præfigurans tempora; nihil acerbum, horridum, metuendum complecti, neque fastuosum quidem, & timidum, cùm dixerit ex ethnicis Vatibus vnus, maiestatem & amorem simul commorari non posse: Quare Eusebius Pamphilus prooemio in Cantica: *Alij quidem sacræ Scripturæ libri,* (ait) *eo quòd in illis futura nouissima significentur, verbis indignationis, & iræ, ac formidabilibus minis referti sũt: hic verò liber, quia nihil aliud quam Dei solum aduentum exprimit; incunditatis tamen, lætitia, ac gaudij sermones habet: præsente namque sponso lætos omnes adesse par est, nec quenquam lugentem, vt ipse Dominus,* Igitur, cùm hic liber, eò quòd Christi, & Ecclesiæ Catholicæ, pangeret nuptias, omnem insuauem respueret sermocinationem, & quæ gaudentibus offensam pareret, quando ex Dei nominibus pleraque formidinem audienti ineutiãnt, necessum erat, vt ea Vates præteriret; reliqua vocabula, eò quòd maiestatem indicarent, admitti non poterant ab amoris carmine: Præclarè Bernardus sermone 59. in Cantica ad illud cap. 2. *In terra nostra,* &c. *Non planè principatum sonat vox ista, sed consortium, sed familiaritatem, tanquam sponsus hoc dicit, non tanquam Dominus. Quid? Conditor est, & consortem se reputat? Amor loquitur, qui Dominum nescit; Carmen, nimirum, amoris est, nec alius hæc, quàm amatoriis fulciri oportuit.* In hanc ferè normam præter Canticorum Interpretes respondent, Sixtus Senensis citato superiùs libro: Cardinalis Bellarminus libro 1. de Verbo Dei, cap. 5 Pereira disput. 1. in cap. 6, Exodi: Tena lib. 2. Isagogæ sacræ Scripturæ, difficultate 8. sect. 4. Rogerius Opusculo de libris canonicis, cap. 24.

Nulla terrorum vox in Cantico Canticorum.

Eufeb.

Bernard.

Sixt. Sen. Bellarm. Pereira. Tena. Roger.

59. Tertium Mopsuasteni argumentum: *Quoniam neque secundùm propheticam speciem exposita sunt Cantica, neque secundum Historiarum traditionem, sicut Scriptura Regũ, neque demonstratiua admonitione studij vtuntur.* Igitur displicet liber Canticorum, propterea quòd eius stylus, neque similis videatur Prophetarum maiorum, minorùmve sermonibus; neque talis appareat, qualis Historia Regum; nec denique moralia aliqua documenta complectatur, vti Pentateuchum, Moysis, Salomonis Prouerbia, & Concionator, Euangelistarum narrationes. Sed vnde probat ineptulus, oportere verbum Dñi ad hæc tria genera alligari, neque posse vlteriùs euagari? nam certè Paulus artifex Scripturarum peritissimus ad Hebræos cap. 1. *Multifariam* (inquit) *multisque modis Deus olim loquens patribus in Prophetis,* &c. Igitur quemadmodum maiestatem diuinorum eloquiorum commendat, quòd Deus eodem sermone, vel octo, vel decem obiecta repræsentet, exempli causa, illud, *In principio creauit Deus cœlum, & terram,* &c. Genesis cap. 1. decem, aut viginti fortasse sensus literales admittit differentes: sic & eandem Dei eloquutionem plurimùm extollit, si idemmet obiectum non vno modo repræsentet; sed quinque & octo formis: Itaque aliter Christum futurum prædici in Historiis biblicis; aliter in morali, aut Prouerbiorũ, aut Sapiẽtiæ discursu; aliter in Prophetis; aliter in Canticis, & futura Ecclesiæ encænia aliter, quàm in his vniuersis, repræsentat in Apocalypsi Ioannis. Igitur Creatoris gloriam minuit Hæreticus, dum prophetiam vniuersam tribus vaticinandi normis circunscribit: adde & amenter dicere, cùm probationem nullam afferat: atque, si quidquam oratione impertinenti euincit, probabit delendam & ex Bibliorum ordine Apocalypsim. Verùm & in omnibus errat: nam Regum Historias imitatur satis Epithalamium istud, quãdo & rerum gestarum narrationem posse non inuenustè appellari docuerimus Anteloquio 1. Sectione 7. Est quoque & moralis disciplinæ nonnihil intermixtum geniali tripudio: habet nanque, quod in sponso imitetur gnauus quisque paterfamiliâs, & in sponsa materfamiliarum: quippe consurgunt manè ad vineas, hortos & pomœria adeunt, neque columbarium despiciunt, & qualiter se virgo, qualiter noua nupta gerere debeat, cap. 8. Canticorum declarauit cum amplificatione ab illis verbis: *Soror nostra parua, & vbera non habet,* &c. Denique & in Prophetis eadem reperiuntur, quæ in hoc Epithalamio: nam inuolucris plurima teguntur sæpè, præsertim in Ezechiele, & Daniele, Vatibus, & metaphoram de nubentibus ad longum prosequitur Ezechiel cap. 16. Dauid autem Psalm. 44. *Eructauit,* &c. cuius Odæ idem esse argumentum cum huius materia Hymenæi, existimare non paucos, neque abiectæ famæ Auctores monstrauimus Anteloquio 1. Sectione 9. Cùm igitur in aliis Scripturarum voluminibus eadem eniteant, quæ in hoc Cantico, quemadmodum illa sint Dei syncerum verbum, ita & hoc etiam Opus.

Hebr. 1.

Genes. 1.

Canticorum Codex respla[n]det, quod optimum est in aliis Scripturæ libris.

SECTIO VII.

An non canonicus liber hic, quoniam eius aliqua pars amissa sit? Num vniuersim Scripturæ quidquam deperdi valeat? Henoch an librum canonicum scripserit? Matthæi verba discussa.

Carmina illa quinque, & mille, de quibus Reg. 3. c. 4. v. 32. quæque Salomonis edidit Musa, non extare modò omnia, Interpretum vulgata semper opinio fuit: an autẽ ex tanto numero aliquid superesset, saltem hoc Epithalmium, quãuis Abulensis nihil reliquum manere putauerit, communi tamen sententia adstrui, partem illorũ metrorum hunc esse Hymenæum, ostendimus Sectione 3. num. 31. Hoc igitur stabilito placito, à quo, nisi rarus quispiam, nemò discedit, efformo argumentationem. Canticorum volumen pars quædam est eorum versuum, de quibus liber Regum indicatus meminit: at versus illi non fuerunt Scriptura canonica: igitur neque 60. 3. Reg. 4. Abul.

Salomonis genialis Musa, quæ eorum pars est, ac proinde eiusdem cum illis naturæ. Minor defenditur propositio: Quicquid aliquando canonicam, & sacram habuit auctoritatem, deperdi non poterat. *Non enim permitteret Spiritus sanctus* (inquit Salmeron tom. 1. Prolegom. 9. quinquagena 1. canone 4.) *qui est Ecclesiæ custos, atque protector, tam graue detrimentum illam pati, atque esset iactura canonici Voluminis. sicut grauissimum esset incommodum, si Ecclesia vel vnius tantum Sacramenti ex septem, quæ habet, iacturam faceret*: Sed illorum carminum deperiit magna pars: igitur illa in Scripturarum canonem nunquam relata sunt, & consequenter neque eorum altera pars, videlicet, Canticum Canticorum, quod extat eiusdem Salomonis.

Salmer. in.

At hic discursus subdolus est: supponit enim
61. omnium, quæ Salomon condiderat Metrorum, vnam, eandémque fuisse materiam, nempe, de horum nubentium geniali pompa egisse tantùm, atque Epithalamij nobis relicta analecta solùm, & fragmenta quædam: hoc autem, cùm sit discursus firmamentum, probasse validè oportebat: nam, qui à nobis allegati sunt Auctores, cùm vocant hanc Poesim, membrum ex illis, ita loquuntur, quemadmodum si nos diceremus, Georgica partem esse versuum, quos Maro composuerat: sic enim pronunciantes loqueremur propriè satis: verùm irrideremus, si quis inde collegisset, huius Musæ idem fuisse argumentum atque Æneidos: Salomon igitur diuersa cecinit Poëmata, quibus varium & inconiunctum extitit argumentum: ex his pars, id est, vnum, fuit Hymenæus ab eo modulatus. Hoc autem, quæ veritas est, considerato, dicimus quidem ea, quæ perierunt, haud fuisse canonica; Ratio horum: nam alia pangebat Salomon excitatione cum Spiritu sancto, sensúsque & verba ministrante, vt essent ænigmata futurorum: alia verò (fuitque hoc crebrerrimum) ex humani ingenij industria: Priora illa auctoritatem canonicam sortiuntur, quæ postrema carent: Certè ita potuisse accidere, nullus, vt arbitror, negauerit: nam, quo fundamento asseratur, Spiritum sanctum dictasse Salomoni, aut Dauidi, alterive Prophetarum, vniuersa, quæ, aut ligata, aut soluta componebant oratione? Nunquámne acumen naturale exercebant, & ad hoc gratia subleuabantur, vt natura otio perpetuo sordesceret? Lis ergo possit esse, an de facto ita contigerit, cùm euenisse potuerit; nempe, vt disperdita illa solius humanæ diligentiæ labor fuerint? Sed constat fuisse, quando Deo prouidentia sit, vt Salmeron aiebat, ne quæ suggerente Spiritu sancto prodierunt, euanescant: hæc igitur cùm desierint, à posteriori arguitur, ea Spiritum sanctum non dictasse, & humani tantùm ingenij opera extitisse: Sic Abulensis clarè quæst. 8. in cap. 4. lib. 3. Reg. Salazarius ad cap. 1. Prouerb. num. 45. & quibus mens, nequaquam deperditam aliquando Scripturam canonicam, Salmeron, videlicet, iam datus, & Thomas Stapletonius lib. 2 contra Wittakerum, cap. 1. Scio docuisse nos in antecedentibus, Prolusione 4. Sect. 4 Subsectione 2. num. 131. desiderari alteram partem in hoc Carmine, nempe, quæ traductionem sponsæ in mariti domum pingebat; & sanè fuisse hanc Cantici Canticorum celebriorem Poesim: quis autem neget hoc fuisse diuinum metrum? violentum quippe est affirmare, Hymenæum ex centonibus fuisse compactum, quorum alios composuerit Salomon ingenij virtute, alios Spiritu sancto afflatus: Igitur hoc admisso, ruit argumentatio superiùs posita: Verùm eodem in loco monuimus, probabilius esse, nunquam incitatum Salomonem, vt eam pompæ clausulam versibus, alióve orationis exprimeret genere. Huius suspicionis coniecturæ ibi declaratæ a nobis.

Salomon multa componebat quæ non erant canonica, sed humana: huius generis, quæ perierunt, illius Opera.

Abul.
Salazar.
Salmeron.
Stapleton.

Sed admittamus, carmina illa quinque, & 62.
mille, quæ Salomonis Musa concepit, fuisse eiusdem conditionis, atque sunt epithalamici Canticorum versus, quid inde sequatur? nempe, vt dicantur fuisse etiam à Spiritu sancto inspirata, & habuisse canonicam auctoritatem: At perierunt, inquies, quod Scripturæ repugnat? Minimè equidem: nam & canonicum etiam volumen funditùs deuastari potest, interiréque. Hæc melior sententia, quam & ratio cumulatior, & multò plures defendunt testes: Ac sanè periisse aliquando totum Scripturarum corpus, rursúmque ab Esdra memoriæ redditum, ex singulari adiutorio diuini Flaminis, omnis penè vetustas existimauit: qua de re superiùs nos Anteloquio 1 Sect. 5. num 39 testatur & Lipomani catena in decem primos Psalmos Dauidicos ad initium primæ Odæ: Becanus in analogia, quæstione 4. capitis primi. Ergo simpliciter perire Scripturam nihil vetat: sed & ita abradi atque deglutiri, vt in posterum nullus redintegret, neque iterum in vitam consurgat docuere Bellarminus tom. 1. lib. 4 de verbo Dei scripto, cap. 4. §. *At neque*, &c. Serarius prolegomenis bibliacis, cap 8. 14. & 15. Tornellus tom. 1. anno mundi 2583. num. 13. Iansenius cap. 40. Concordiæ, ad illud: *Amen dico vobis*, &c Gaspar Sanchez lib. 1. Reg. cap. 10. num. 59 & ad cap. 22. Reg 4. num. 3. Pineda libro 1. de Salomone, cap. 1. num. 13. Mendoça tom. 1. in lib. 1. Regum, annot. 2 proœmiali, sectione 2. num. 51. Quiros ad versum 4 Epistol. B. Iudæ: Andreas Masius ad verba illa cap. 10. Iosuë. *Et moratus est Sol*, &c. Leonardus Marius tom. 1. in Biblia, prolegomenorum in Scripturam quæst. 4. sect. 6. inter vetustiores: Abulensis q 25. in cap. 21. Numerorum: citatur à Bellarmino Chrysostom. homil. 9. in Matthæum, & à Pineda, atque Serario Eucherius in 3. Regum.

Scriptura canonica perire omninò potest.

Lipom.
Becanus.
Bellarm.
Serar.
Torniell.
Iansenius.
Sanchez.
Pineda.
Mendoça.
Quiros.
Masius.
Marius.
Abul.
Chrysost.
Eucher.

Probo Assertum: Nam, si ob aliquam cau- 63.
sam dedeceret affirmasse, aliquando periisse librum canonicum, eiúsve partem, maximè quoniam maiestate tanti eloquij indignum fuisset, perire; aut quòd Ecclesia insignem pateretur iacturam, cùm tam pretiosa spoliaretur gemmâ: sed horum nihil impedit; Hinc demonstro Verba Christi Seruatoris eiusdem, & maiestatis, & emolumenti fuère, cuius Scripturarum dictio vniuersa, tanque procedebant ab ore Dei hominis, & immediatè quidem, erántque vitæ sermones: at ex his multa perierunt, quæ tamen Euangelistæ scriptis commendare poterant, & ad mortalium transferre scientiam: quis tamen id Euangelistis culpæ vertat, quasi parum religiosis, & de Ecclesiæ bono sollicitis? Sed ne quidem ab eis hoc profectum, sed à Deo ipso, qui, quæ scribenda, quæ omittenda fuissent insinuabat Notariis suis, quemadmodo [illegible] neque maiestate sua indignum, neque Ecclesiæ emolumentis contrarium iudicauit Christus, si ab eius ore prolatæ sacratissimæ euanescerent, & perirent

rent sententiæ, neque de iis in futuras generationes vlla superesset memoria. sic etiam eidem si placeret, vti Scripturæ aliqua portio aboleretur, neque diuinæ maiestatis gloriam, neque Ecclesiæ lucra hoc læsisset. Porrò de Christi verbis, atque sententiis complura multa, aperta Angelici Doctoris cogitatio fuit in tertiam partem, quæst. 42. art. 3. ad 1. *Dicendum, ait, quod Dominus non omnia profunda sapientiæ suæ doctrina sua manifestauit, non solùm turbis, sed nec etiam discipulis quibus dixit* Ioan. 16. *Adhuc habeo multa vobis dicere, quæ non potestis portare modo.* Adferunt Canus lib. 3. de locis, cap. 3. fundamento tertio: Maldonatus ad initium cap. 7. Matthæi, quos dedimus sectione 3. ac Ioannes cap. 21. vers. 25. confirmat validè inquiens: *Sunt & alia multa, quæ fecit* IESVS, *quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt libros:* At quanquam de miraculis videatur esse sermocinatio, cùm non quæ dixerit, sed quæ fecerit, memoret; sed hoc & dicta non leuiter fulcit: quippe, si prolixior de prodigiis texeretur narratio, caperent vtique fideles inde consolationem, & robur Dei quoque maiestas, & potentia commendaretur sed hæc non impulere tamen, vt Ioanni, aliusve Euangelistis inspiraret, longiorem vti Historiam meditarentur: in eundem itaque morem de sermone asserendum, siue labiis solum articulato, siue membranis, & schedulis propter succedentes ætates commisso.

Christi sententia omissa plures ab Euangelistis. S. Thom.

Canus. Maldon. Ioan 21.

64\. Alteram probationem vaticinia Henoch præstiterint: nam sanè prædixisse futura, Iudæ Apostoli litteræ palàm indicant: *Prophetauit autem & de his,* inquit vers. 14. *septimus ab Adam Henoch dicens: Ecce venit Dominus in sanctis millibus suis,* &c. Porrò diuinam fuisse hanc vaticinationem, atque adeo de Christo IESV ac propterea Iudæis illusam, tradidère Tertullianus, & Augustinus: atque ille libro de habitu mulierum cap. 3. *Sed cùm Henoch eadem Scriptura etiam de Dom. prædicarit, à nobis quidem nihil omninò reiiciendum est, quod pertinet ad nos, & legimus omnem Scripturam ædificationi habilem diuinitus inspirari, à Iudæis posteà iam videri propterea reiectam, sicut & cætera ferè, quæ Christum sonant. Nec vtique mirum hoc, si Scripturas aliquas non receperunt de eo locutas, quem & ipsum coram loquentem non erant recepturi.* Augustinus autem lib. 15. de Ciuitate Dei, cap 13. *Scripsisse nonnulla diuina Henoch, illum septimum ab Adamo, negare non possumus, cùm hoc in Epistola canonica Iudas indicat:* Itaque, cùm de Christo, & Euangelij temporibus nonnulla diuina, vt loquitur Augustinus, id est, prophetica, ab Henocho prolata sint, cùm hoc vaticinationis genus præstantissimum sit; sanè modò constet, has ab eo prædictiones litteris commissas esse, nescio quid in Scriptore canonico desiderari valeat, quod in illo non reperiamus: libris igitur mandasse eiusmodi vaticinia, certum apparère opinatur Salianus tom. 1. anno mundi 987. n. 14. *Quia id (inquit) plurimi grauissimique Patres affirmant*; quibus recensendis supersedeo, quoniam apud eundem legi poterunt, aliósque neotericos, quos nominabo, ne veterum fuisse eam sententiam solum, quis existimet; Ita ergo in Iudæ epistolam Feuardentius, nostri Seratius, Iustinianus, Cornelius, Lorinus, Quiros, alibi Bellarm. lib. 1. de verbo Dei, cap. 18. § *Respondeo cum Augustino.* Pererra tom. 1. in Genes. lib 7. quæst. 6 Gilarza lib. 4. euangelicarum Institutionum, cap 7. Iacobus Boulduc lib. 1. Ecclesiæ ante legem, cap 14. Tena lib. 3. Isagogæ sacræ Scripturæ, difficultate 15. sectione 3. Quòd si opponas sanctos Patres apocryphum vocare librum Henoch, eiusque proinde parum facere auctoritatem; respondeo hoc quidem probare solùm, eum, qui ab Henocho conscriptus fuit, librum Iudæorum aut perfidia, vel Hæreticorum fraude vitiatum esse, quod annotarunt Tertullianus, vbi suprà, aliique sancti Doctores, apud Salianum. Raderus noster animaduersione 3. ad Chronicon Alexandrinum.

Henoch liber fuit canonicus, qui deperditus est

Iudæ Epist. v. 14. Tertull. August.

August.

Salian.

Feuardent. Seratius. Iustin. Cornelius. Lorin. Quiros. Bellarm. Pererra.

Galarza. Boulduc. Tena.

Tertull. Raderus.

65\. Ex his tandem disputo: Henoch liber fuit canonicus: atqui periit eiusmodi scriptum: ergo nullum inconueniens est asserere posse perire Codicem biblicum, eiúsve partem aliquam: Quando autem deperditus sit, nostrum non interest; sufficit quippe, firmum esse ab eo tale quidpiam esse confectum atque modò, non extare ne quidem apocryphum exemplar; Puto autem Iudæ Apostoli ætate iam absumptum: neque enim, vt extaret, necessium erat, quia ab eo citaretur. nam Spiritus, qui suggerebat, in promptu habebat: Ac sanè vt diluuij vastationem superauerit, posteà tamen tantis fabellis respersa sunt authentica, vt propter multitudinem incertorum postea totum volumen despexerint, & ita rursim omninò abierit. Audiamus Augustinum suprà allegatum: *Sed non frustra (inquit) non sunt in eo canone Scripturarum, qui seruabatur in templo Hebræi populi, succedentium diligentia Sacerdotum: nisi autem hoc? nisi quia ob antiquitatem suspectæ fidei iudicata sunt: nec vtrum hæc essent, quæ ille scripsisset, poterat inueniri, non talibus proferentibus, qui ea per seriem successionis reperirentur ritè seruasse: vnde illa quæ sub eius nomine proferuntur, & continent istas de gigantibus fabulas, quod non habuerint homines patres, rectè à prudentibus iudicantur non ipsius esse credenda: sicut multa sub nominibus & aliorum Prophetarum. & recentiora sub nominibus Apostolorum ab Hæreticis proferuntur. quæ omnia sub nomine apocryphorum ab auctoritate canonica diligenti examinatione remota sunt.* Quibus cognatæ asseruit lib. 18. de Ciuitate cap 38. Postrem. ex veteri Instrumento non pauca ex his, quæ interciderunt recensere volumina, atque Auctores producere, qui canonica fuisse dixerint, præsertim librum Bellorum Domini, cap. 21. Numerorum vers. 14. & ex nouo Fœdere Epistolam ad Laodicenses, cuius meminit Paulus ad calcem litterarum ad Colossenses: Verùm, quoniam dubiam fidem generare possent tantùm, quæ de his statueremus, maluimus præterire, contenti id afferre, quod veterum, iuniorúmque plerique amplexantur de Henochi sacro, diuinóque codice.

Henoch liber quando perierit?

August.

Num. 21

66\. Quid verò dicemus Salmeroni affirmanti insigni iactura afficiendam Ecclesiam, si Bibliorum pars aliqua intercidisset; quemadmodum insignem recepisset cladem, si de Sacramentis aliquod tolleretur? Respondeo, Deum compensatorium damnum illud: Synagogam destruxit; sed aliam substituit infinities meliorem Ecclesiam, & in diebus penè nostris; Atque adeò in his quoque quantos amisit per Germaniam, Sarmatiam, Belgium, Galliam, Angliam, Scotiam Mater Ecclesia, qui fuerunt eius membra? Sed compensauit optimus Parens Deus funestam stragem Martyrum, Doctorum copia, atque non paucorum fidelium

fidelium constantia admirabili, virtute, & moribus commendatissimis, & in primis gentium, quæ non nouerunt Deum conuersione, qua oriens, qua occiduus distenditur Phœbus: Quid quòd etiamsi Numen pro deperdita aliqua Scripturæ parte nihil supponeret; tamen haberet Ecclesia satis armorum aduersùs omnium genus inimicorum.

Si Scriptura pars aliqua deperderetur, num ab alijs partibus suppleretur

Nam, quid prohibebat, vt Paulus plures scriberet Epistolas, atque omnes Apostoli quasdam? Dicemúsne minorem erga Christi sponsam fuisse Spiritum sanctum, quòd tantis Epistolis carere illam voluerit? aut quòd Euangelistæ tot Seruatoris & monita & gesta in Historiam non redegerint? Prudenter Cornelius Iansenius

Iansen.

Concordiæ vltimo capite ad calcem illius: *Scripserunt autem (inquit) ea maximè Euangelistæ, quæ ad religionem, ac fidem, & mores vtiliora erãt, magisque necessaria, quibus qui non credit, neque pluribus fidem habiturus esset; qui verò credit, ei alia non sunt necessaria.* Ac sane nouo Instrumento primi omnium Christianorum caruêre aliquandiu: nam, qui citissimè scripsit Matthæus, non nisi octo annis post Ascensionem Domini fecit, quemadmodum M. Donatus Professionis in Euangelia

Euangelistæ quando scripserunt?

c. 4. ostendit: Marcus decimo ab assumpto Christo: Lucas decimoquinto annò. At, cùm Ioannis Euangelium reliquis sublimius habeatur, tamen elapsos à Seruatoris morte sexaginta fuisse annos, antequàm narrationem concinnaret, probati referunt testes, de quibus Baronius tom. 1. ad annum

Baron.

reparationis 99. & tamen qualis extitit illius Ecclesiæ facies, quanquam absque thesauro hoc incomparabili? Omitto & de multis voluminibus, quæ hodie sunt in canone Scripturarum, olim addubitatum fuisse: Difficile est igitur definire, quæ tanta sit illa Scripturarum portio, cui si quidquam demererur, Ecclesia egregium detrimentum passura fuisset.

67 Sed vrgent nos Matthæi verba cap. 5. vers. 18. *Amen quippe dico vobis, donec transeat cælum, & terra, iota vnum, aut apex vnus non præteribit a lege donec omnia fiant.* Sensus est ne apicem sacræ Scripturæ interiturum, quantò minùs, aut partem Codicis, aut Volumen, & Tractatum integrum?

Matth verba ex c. 5. v. 18 enucleata.

Respondeo, si eum in modum hic construendus esset locus, probaret solùm de lege ordinaria, non posse Scripturam canonicam deperdi, scilicet, quòd Christus hanc gratiam, postquàm Euangelium ortum est concesserit: itaque ex ordinatione particulari Redemptoris, de Bibliorum corpore à Christi temporibus nihil mortuum: At de his non est controuersia; verùm de Scriptura secundùm se, & comparatione cuiusque ætatis, an, videlicet, Dei verbum quodam iure sibi vendicet, ex hoc præcisè, quòd Dei verbum, ne eius aliquid interlabatur? ita vt si aliter disponeret Numen, permitteréique excidere Scripturarum partem, eiusmodi Bibliorum interitio, aut partis eorum, miraculosa fuisset, nempe, contra prouidentiam debitam naturæ, & essentiæ diuini sermonis? Deinde,

Hebræa, & Septuaginta, an variationem aliquã passa

si de permansuris Bibliis oratio est, probabit quidem, Instrumentum, quod Christo viuente extitit, Hebræorum vtique & septuaginta Seniorum, ne vel quoad commata immutationem aliquam recepturum: at omisso, quòd posteà addita sint puncta a recentioribus Hebræis, quæ lectionem mirum in modum variant, tantùm abest vt ne vocula, aut dictio aliqua non sit transposita, vt etiam in rebus seriis de vtriusque versionis incorruptione Viri eruditi vacillent, quos enumerat Tena lib. 1. Isagogæ sacræ Scripturæ, difficultate 3. sectione 2. & difficultate 5. sect. 5.

Tena.

Quare ob eam in primis causam docuimus sectione 1. huius disceptationis, num. 1. communem sententiam affirmare, si de Bibliorum synceto Textu oboriatur dissidium, litigantes oportere ad vulgatam recurrere editionem, antequàm ad Hebræos, Græcósve fontes: Igitur ea verba Sixtus Senensis lib. 2. dictione, *Iota*, interpretatur, nempe, *Vt Christus voluerit his verbis vehementer exprimere perfectam totius legis obseruationem in seipso vsque ad minima, & leuissima præcepta implendam.* Explanatio facilior ea videtur, quam Iansenius cap. 40. Concordiæ indicat. Seratius allegatus suprà num. 62. sensa legis permansura, etiam post cœlorum, tellurísque alterationem in nouissimis diebus: nam & Beati tunc exercebunt actus plurimarum virtutum, ad quos lex incitat: Denique & animaduertendum à Iansenio affirmatum legis vocabulo non intelligi omne vetus Instrumentum hoc loco; sed Moysis Pentateuchum, vt hinc quoque appareat, quàm insufficiens testimonium sit ad stabiliendum, non posse vsquequaque Bibliorum quidquam perire. Quare, cùm ex his omnibus elucescat sacri sermonis, aut Tractatum, aut partem illius posse intercidere; constat etiam, etsi admittamus ex Carmine Salomonis nuptiali amissos fuisse versus multos; tamen hinc capi non posse argumentum, vt asseramus, relictum Metrum non esse canonicum, si quidem ex canonico Poëmate alia pars remanere valeat, alia deperdi.

Sixt. Sen.

Iansen. Serar.

Legis nomine quid significetur?

Sectio VIII.

Salomon-num in peccatis, cùm cecinit Epithalamium? An à malis vera possint edi oracula? Actus prophetiæ à quo habitu eliciatur? & num extrinsecè vitiari queat ab actu malo imperante?

Salomonis qui adlatrant Hymenæo, putant mulierecularum inescatum blandimentis, intemperantiæ barathro absorptum, ac imprimis filiæ Pharaonis deperditum amoribus, cùm hæc tam lepida, & turpiter iocosa pangeret: fortasse & meditantur Idololatriæ succubuisse quoque, & auaritiæ tactum pestilenti aura, alijsque onetatum vitiis: atque in hanc cùm incidissent insanam cogitationem, præclarè quidem philosophati, animo hauserunt, seculare tantùm esse Carmen, quod Cythereæ egregius Mystes fuisset modulatus: si enim sapientia maleuolam non ingreditur animam, existimabimus voluisse Spiritum sanctum vti Instrumento mente fœdissimis coinquinata maculis. Formant igitur breuiter argumentum: Deus per impiorum ora non vaticinatur, neque eis secreta pandit; sed amicis tantùm: atqui euidens est, Salomonem fuisse insigniter abominabilem; nam *Deprauatum est cor eius per mulieres, vt sequeretur Deos alienos.* Reg. 3. cap. 11. vers. 4. Igitur per eum Deus non prophetauit; ergo, si ab illo conscriptus fuit Hymenæus iste; asserendum est, vaticinium non esse, sed profanum, & Spiritus expers Metrum; Quo in 68.

3. Reg. 11.

discursu

discursu illud fulcimento indiget, nempe, an & per malos Deus prophetet? id tamen non solitum facere Numen, ostenditur variè. Primum, quia ad Scripturarum studium Patres eximiam animi munditiam desiderent, atque puris tantùm teuelari Bibliorum abditissima affirmant; Docet noster Cornelius encomio sacræ Scripturæ, ante Commentarios in Pentateuchum, ad calcem Sectionis 2. & nos docuimus comparatione huius Voluminis Epithalamici, exordio Sectionis 5. Secundò, quoniam inter notas veræ Ecclesiæ, cœtusque fidelium reponit Bellarminus lumen propheticum tom. 1. lib. 4. de Notis Ecclesiæ, cap. 15. at si etiam peruersi vaticinarentur, non distingueretur hoc indicio Ecclesia Catholica à Satanica Hæreticorum Synagoga; Tertiò, quoniam disiunctè, & absque ambagibus veteres Doctores ita prodiderunt, Libet a nostro Christophoro Castrensi eorum aliqua afferre nutriti, quæ conglomerat Isagoga de Vaticinio ante explanationem minorum Prophetarum, lib. 3. cap. 11.

Ad Scripturarum animi munditia requisita. Cornel.
Ecclesia vera nota, lumen propheticum. Bellarm.
Donum vaticinandi puris mentibus concessum. Christoph. Castr.

69. Igitur Philo tractatu, *Quis rerum diuinarum hæres. Omnibus* (inquit) *probis viris Scriptura prophetiam tribuit: nam Propheta nihil ex se loquitur; sed omnia subministrante alio. malum autem virum non est fas esse Interpretem Numinis: ergo verò malus propriè correptus furore diuino dictar, sed in solum sapientem hoc competit*, &c. Origenes homil. 6. in Numeros. *Sed videamus, quid est, quod ait in consequentibus: Et requieuit, inquit, super eos Spiritus, & prophetauerunt omnes. Requieuisse Spiritum, non in quibuscunque hominibus legimus, sed in Sanctis & Beatis: requiescit enim Spiritus Dei in ijs, qui mundo sunt corde, & in ijs qui purificant animas suas a peccato: sicut e contrario non inhabitat in corpore subdito peccatis; non enim potest Spiritus sanctus consortium pati & societatem Spiritus mali: certum est enim peccati tempore adesse in corde vniuscuiusque Spiritum malum, & agere partes suas, cui vtique cum locus datur, & recipitur à nobis, per cogitationes malas, & concupiscentias pessimas contristatus & (vt ita dicam) coangustatus fugatur de nobis Spiritus sanctus, propter quod & Apostolus sciens hæc ita accidere, monebat dicens: Nolite contristare Spiritum sanctum, in quo signati estis in die redemptionis. Igitur peccantes contristamus Spiritum sanctum; iustè verò agentes, & sanctè, requiem ei paramus in nobis. Vnde, & quod nunc ait de septuaginta Presbyteris, quia requieuit in eis Spiritus, laudem vitæ eorum, & virtutes exposuit: denique, quia pro puritate cordis eorum, & synceritate mentis, atque intelligentiæ capacitate requieuit Spiritus sanctus, continuò & operatur in eis. nec otium patitur, vbi operandi materia digna suppeditat: ait enim Scriptura: Et requieuit in eis Spiritus. & prophetauerunt.* Basilius Magnus Procemio in Isaiam: *Itaque necesse est, vt qui sit prophetaturus, huius animus anteà sit idoneus redditus sedatis affectuum, qui in nobis sunt commotionibus, vt is verbum illud, quod est in omnibus magis compositos diligens animos, in quibus nec exiguus affectuum motus dissonat. cum ratione iuxta portionem præcedentis aptitudinis diuini Spiritus inducat efficaciam Neque verò solùm requiritur affectuum sedatio ad dignè suscipiendam Spiritum verumetiam moderatus fidei habitus, vtilitásque, tum huius, qui gratiam accipit; tum illorum qui in tempore audiunt, aut eorum etiam, ad quos in posterum prophetiæ vtilitas sit peruentura.*

Philo.
Origen.
Basil.

Et paulò infrà: *Quemadmodum prophetarum pura ac pellucida anima, velut specula facta diuinæ operationis, imaginem integram & inconfusam, nullaque ex parte turbatam carnis affectionibus repræsentabant.* Atque in eundem modum loquuntur Augustinus lib. 12. de Genesi ad litteram, cap. 16. Hieronymus in cap. 23. Ieremiæ, & alij Patres ab eodem Castro citati: atque hoc est, quod cùm Prophetarum in genere fit memoria in Scripturis, iidem Sancti nominantur, nempe, quoniam talibus conuenit vaticinari, Luc. cap. 1. vers. 70. *Sicut locutus est per os Sanctorum, qui a sæculo sunt, Prophetarum eius.* Et maximè Petri 2. epistola, cap. 1. vers. 21. *Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines.* Ergo, cùm sanctitas ad vaticinationem requiratur, Salomon, qui sanctus non erat nec verus Propheta fuit.

August.
Hieron.
Prophetæ cur Sancti appellati.
Luc. 1.
2. Petr. 1.

Pronunciamus tamen ad prædictiones sacras in se, & quarum Auctor Deus, non postulari necessariò, & simpliciter animi munditiam, correctionem morum; sed posse eum, qui non vna lethifera noxa commaculatus sit, Spiritus sancti organum esse ad prophetandum: Ita ex senioribus, nouisque Magistris quamplurimi: Augustinus tractatu 49. in Ioannem, & ex eo Beda in cap. 11. eiusdem Euangelistæ: Chrysostomus homil. 25. in Matthæum, & in Matthæi caput 7. Hieronymus, Euthymius, Theophylactus, Lyra, Abulensis quæstione 32. 33. & 34. Maldonatus ibidem, atque Iansenius: sed Concordiæ cap 43. ad illud: *Quod autem vocatis*, &c. Gregorius Romanus lib. 27. Moral. cap. 1. asserens, Heliu, amicum Iob, cùm vir arrogans esset, prophetia donatum; Saülem quoque Principem iniquum: Eucherius quæstionibus in nouũ & vetus Instrumentum q. 41. S. Maximus homil. 3. de Epiphania: B. Cyprianus de vnitate Ecclesiæ: S. Petrus Damianus libro 8. Epistolarum ad ciues Florentinos, epistola 11. Rhemigius Lugdunensis, siue alius Auctor explanationis in Paulum inter Opera Ambrosij ad cap. 13. Epistolæ prioris ad Corinthios, in idémque caput Anselmus. Hugo de S. Victore tom. 2. sermone 80. in festo quorumlibet Sanctorum S. Thomas in 2. 2. quæstione 172. art. 4. toto, & art. 6. ad 1. atque ibi Caietanus, & ad cap. 7. Matthæi: Durandus in Prologum Sententiarum, ad numeri 38. illa verba: *Nunc restat inquirere*, numero suo 47. atque ex eodem Prædicatorum Ordine antiquus Theologus Bartholomæus Sibyllæ, Speculo peregrinarum quæstionum, cap. 3. Decadis primæ: inter nuperos Bellarminus tom. 1. lib. 4. de Notis Ecclesiæ, cap. 14. Suarez, quanquam de miraculis veris solùm loquatur (sed idem hoc est atque illud) de fide, disputatione 4. sect. 3. num. 10. Christophorus de Castro Isagoga ad Prophetas minores libro 3. cap. 11. Tannerus de fide, disput. 1 quæst. 7. dub. 6. num. 125. Salmeron. tom. 2. in Euang. tractat. 19 §. sexto, &c. Delrius Isagoga in Cantica, cap. 1. sect. 3 §. *Demum pro.* &c Lorinus prolegom. in Ecclesiasten, cap. 2. Bonfrerius ad versum 5. c. 22. Numerorum: Ludouicus Tena lib. 2. Isagogæ sacræ Scripturæ, difficultate 8. sectione 3. ad quintum argum. Sotomaior Præfatis in Cantica, pag. 9 §. *Ad quem gaudeo* &c. Rodericus Dosma Delgatus lib 3. de auctoritate sacræ Scripturæ, cap. 5. 70.

Prophetia an cum peccato lethifero.
August.
Beda.
Chrysost.
Hieron.
Euthym.
Theophyl.
Lyran.
Abul.
Iansen.
Maldon.
Greg Pap.
Eucher.
Maxim.
Cypr.
Damian.
Rhemig.
Anselm.
Hug Vict.
S. Thom.
Durand.
Caiet.
Barthol.
Bellarm.
Suar.
Castr.
Tanner.
Salmeron.
Delrius.
Lorin.
Bonfrer.
Tena.
Sotomaior.
Dosma.

Probant

Probant à posteriori primùm innominatorum
71. exemplis, de quibus Christus Dominus Matthæi cap. 7. vers. 22. *Multi dicent mihi in illa die: Domine, Domine, nónne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo Dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos: discedite à me, qui operamini iniquitatem.* Atque sanè cùm hæc à Christo eum in finem prolata sint, vt fideles cautos redderet, atque de salute diligentes summè; oportet equidem de veris prodigiis, & signis intellexisse, deque certa atque firma vaticinatione, vt probè à Cajetano animaduersum; neque enim stuporem aliquem inicit damnatos præstigiatores & falsorum oraculorum artifices; illud terrorem incutit Sanctissimis quibusque obscuratum esse aurum optimum, amplexatos esse stercora, qui nutriebantur in croceis: denique in ignem sempiternum proiectos, qui vsque ad patrandamiracula vsque ad vaticinandum ascenderant: Atque hi sanè anonymi; sed etiam cognitos insuper referunt, qui, etsi moribus improbi, & prædictionibus, & ostensis fulserunt, quales Heliu inter Iobi familiares, Saül Rex, Pharao, Nabuchodonosor quoque Monarchæ; Balaam imprimis vaticinans, & post Christum editum Iudas, atque Caiphas, atque à corruptæ conscientiæ Christianis militibus eiusmodi non pauca admiranda fuisse patrata, cùm primùm cœpit euangelica lux occiduis innotescere Indis, memorat noster Iosephus de Acosta de natura noui Orbis, lib. 7. de Historia morali Indiarum, cap. 27. Ratio à priori: quia prophetia neque immediatè neque mediatè saltem opponitur cum malitia & peccato: Igitur recepto peccato in animam, non debet propterea expelli: Probatur antecedens, non quidem opponitur immediatè, & ratione sui præcisè; quoniam hoc est proprium gratiæ sanctificantis, quæ est diuinæ participatio naturæ: nec etiam mediatè, & causa alterius; quia sic opponuntur habitus infusi, qui connectuntur cum gratia gratum faciente, & eam sequuntur, qui cùm sint velut passiones essentiæ in ordine supernaturali, quæ est gratia iustificans, ablata essentia auferuntur, etiam exceptis habitibus fidei, & spei, ob peculiares caussas: at prophetia non est ex habitibus, qui simul cum gratia infunduntur; sed est gratia gratis data, vt omnes Theologi fatentur, cuiusmodi gratia non est connexa cum gratia gratum reddente, vt iidem tradunt: Igitur prophetia neque immediatè, neque mediatè peccato opponitur, ac proinde peccato animam occupante, ratione illius non demitur prophetia.

Matth. 7. Miraculorū patratores damnati.

Caiet.

Milites corrupta vita prodigia operati apud Indos.
Acosta.

Prophetia gratia gratis data, & non connexa cum forma sanctificante.

Exprimunt hæc: Nam prophetia integrè sum-
72. pta solùm dicit & actum primum, scilicet, habitum, aut lumen, quod est principium illius; & actum secundum, videlicet, intellectionem, qua aut clarè, aut obscurè attingit verbum Dei ad se factum Vates: sed ex his nihil cum peccato dimicat: Probo minorem: Nam, quemadmodum homo in peccato existens, quamuis careat habitibus infusis, potest medio auxilio Dei extrinseco actus virtutum elicere misericordiæ, nempe, temperantiæ, & eiusmodi alios: sic & potest actus ad intellectum pertinentes prudentiæ, vaticinationis, & similes edere: ergo, quemadmodum illi actus à voluntate eliciti possunt in sensu composito peccati recipi in anima: ita & isti alij actus ad intellectum spectantes: Igitur actus secundus in prophetia ab impio elici potest, ac esse in illo simul cum graui macula. Ostendo posse quoque copulari actum primum; nam hic actus, quatenus habet rationem qualitatis, & habitus, aut distinguitur ab habitu fidei, vel est vnum, idémque: si vnum cum fide, igitur vti fidei habitus, & spei manent in peccatore, etiam ablatis cæteris habitibus, sic quoque manebit habitus propheticus, cùm sit idem: Quòd si distinctio est inter hos, quoniam habitus prophetalis inclinat ad actum euidentem, & clarum; habitus fidei ad certum, & obscurum: hic tamen habitus, ratione demeriti, quod est in peccato, non destruitur: quoniam destructa gratia ob peccatum, illi solùm destruuntur habitus (exceptis habitibus fidei, & spei) qui sunt velut passiones ipsius gratiæ, & habent connexionem cum illa; de horum autem numero non sunt gratiæ gratis datæ: Cùm igitur propheticum lumen sit ex gratiis gratis datis, etsi peccatum cordis arcem occupet, non destruetur: manebit igitur simul cum peccato, ac propterea, quicquid est in prophetia, simul esse cum peccato valeat.

Prophetia neque quoad actum primum, neque quoad secundum, aduersatur peccato.

Ac sanè, cùm ea probabilior mihi visa sit do- 73.
ctrina, quam tradit P. Suarez de fide, disput. 8. sect. 5. nempe, assensum propheticum circa reuelata à Deo esse obscurum, & certum, liberúmque, ac denique in omnibus essentialiter similem actui fidei, ac propterea elicitum ab habitu fidei, & præsupponens voluntatem mouentem ad assentiendum, vt docet sectione 6. num. 4. quemadmodum certè voluntas credendi comparatione actus fidei ex fine aliquo malo, verbi caussa, ex intentione vanæ gloriæ, possit mala reddi; ita & voluntas antecedens assensum propheticum: Itaque, sicut voluntas credendi imperata à praua voluntate vanæ gloriæ redditur extrinsecè mala, atque ipse fidei actus talis quoque denominatur: & neque aut voluntas fidei, aut ipse actus fidei aliquod tunc habent meritum, quandoquidem vitiati fuerunt ab actu imperante ex fine vanæ gloriæ: sic & in assensu supernaturali prophetico, & voluntate supernaturali illum antecedente, & inclinante intellectum ad captiuandum se, possit etiam contingere, nempe, vt vterque actus extrinsecè reddatur malus à voluntate vanæ gloriæ, quæ actum supernaturalem ad assensum propheticum inclinantem efficaciter imperauit; & dempto eius merito, atque libertate, ipsius quoque assensus prophetici, & libertatem, & meritum sustulit: ac posse ita commaculari ab extrinseco fine actum quoad substantiam supernaturalem, docet apud Suarium de fide, disp. 6. sect. 7. n. 10. Caietanus 2. 2. quæst. 5. art. 2. & 1. 2. q. 55. art. 4. Medina ead. 1. 2. q. 56. art. 3. apud Patrem Salas; Sotus lib. 1. de natura, & gratia, cap. 22. corol. 2. quem ipse sequitur tom. 1, in 1. 2. tract. 7. disp. 3. sect. 12. conclus. 2, num. 169. & tom 2. quæst. 56. tract. 11. disput. 1. sect. 3. num. 55. tenet P. Granad 1. 2. controuers. 2 tract. 9. disput. 3. num. 2. & in schola nunc etiam ex optimè eruditis non pauci amplexantur: Neque obstat, non nisi media gratia eiusmodi actus elici posse, quæ gratia per Christum sit data, & quam morte, sicut alia dona promeruit; nam quidem Christus in beneficium, & salutem eam gratiam contulit; abusus eius à sola voluntate creata est, quæ, cùm possit, & debuerit benè vti, in malum vsum conuertit: atque ita sanè vitiata

Habitus fidei influit in actum prophetiæ.
Suarez.

Actus supernaturalis quoad substantiam potest extrinsecè vitiari, & esse malus.

Suarez.
Caietanus.
Medina.
Salas.
Sotus.

Granados.

viciata fuisse Creatoris dona, ab iis, de quibus egimus num. 71. ex Matth. cap. 7. & addictos monstrauimus flammis æternis, arbitror ædepol, proptereáque lapsos in alia multa facinora, quòd tantam gratiam prauè ad fines indebitos ordinassent.

Salomon moderatus, iustus, & religiosus, cùm scripsit Cantica.

74. Ergo, vt ad Salomonem veniamus, cuius causa hoc de prophetia qualecunque susceptum est examen; equidem pro comperto habemus, cùm Epithalamium sacrum modulatus est, Principem fuisse moderatum, iustum, religiosum; neque aduersariis suppetere quidquam, quo contraria ostendant, eósque sola calumniandi libidine asserere (aut, quoniam secundùm mores & luxuriam suam inueteratam de Salomone iudicant) ab eo compositum Hymenæum tunc, cùm mulierecularum dementaretur amoribus, & sub cupidinis mereretur vexillo: Firmauimus istud suo loco, cùm de tempore ageremus, & vitæ periodo quo à Salomone conscriptum est Canticum Canticorum: Vide Anteloquio. 1. Sectione 8. num. 62. & hoc, quo versamur, Anteloquio, Sectione 2. num. 23. probat erudite Sotomaior in præfatis, pag. 19. Gislerius in præfat. cap. 2. omnésque Explanatores catholici affirmant, quemadmodum aduertit Philippus Abbas de damnatione Salomonis, §. *Neque enim audeo*, &c. Dominus tamen, tum cecinisse Epithalamium, cùm egregiè sceleratus haberetur: concedamus, longo spatio, & ab exordio annorum, in vitæ occasum turpitudine obrutum: Sed patefecimus, à nequissimis etiam vaticinia pronunciari posse; signa, quæ naturam vincunt, edi posse; imò non solùm posse impium esse subiectum, in quod prophetia recipiatur, sed etiam ipsum vaticinationis supernaturalem assensum, quo Propheta Dei loquutionem cognitione obscura, verùm infallibili, & certa penetrat, & assentit reuelatis propter diuinam auctoritatem, posse esse malum ab extrinseco prauæ voluntatis imperio vanæ gloriæ, aut alterum finem illicitum sibi præfigente: Nihil igitur iuuat argumentum à malitia sumptum aduersùs auctoritatem Canticorum.

Sotomaior.
Gisler.
Philip. Abb.

75. Quid igitur dicemus ad posita Sectionis ingressu? nim tùm, & vaticinia, & admiranda opera, veræ fidei, atque Ecclesiæ Notas esse? Quid ad Patrum effata, cordis munditiam in prophetaturis requirentium? Respondemus quidem, miraculorum, aut vaticinationum duo esse genera: nam alia sunt, quæ eius tantùm personæ, aut alterius commodum particulare respiciunt; vt si ipsi aut alteri conferatur salus morbo amissa, aut ipsum, aliósve per eum Deus moneat de futuris euentibus, qui in ipsorum vtilitatem priuatam tantùm referantur; alia vero sunt, quorum finis, atque scopus sit, veri dogmatis confirmatio, non priuatum emolumentum: Quando igitur miraculum fit sine respectu ad veritatem aliquam, & doctrinam fidelibus vtilem per illud stabiliendam, patrari posse etiam ab impiis, licèt rarò contingat fieri, arbitratur P. Suarez de fide, disputatione 4. sectione 3. num. 10. Verùm in falsorum dogmatum robur haud vnquam editum eiusmodi quidquam, alioquin Deus cooperaretur mendacio, cùm pro illo testificaretur: At sanè difficile est admodum, fieri signa aliqua, aut vaticinia pronunciari, quæ non cuiusque sectæ mortales, religionis, quam profitentur, veritati tribuant, & argumententur veram esse Ecclesiam,

Quibus circumstantiis Deus consueuerit miracula edere per malos, aut vaticinari.

Suarez.

in qua reperiantur, quæ omnem naturæ vincant potestatem: Quare sic opinor quidem vix vnquam apud Gentiles, perfidos Iudæos, Hæreticos, Mahumetanos, aut huiusmodi fæces, factum verum miraculum, nempe, ne suis tribuerent erroribus; quòd si aliquod patratum est; gratia catholicæ Ecclesiæ illud operati sunt; nimirum, concurrentibus iis circunstantiis, quæ planè declararent in confusionem Sectarum, in huius stabilimentum editum esse prodigium: Adi Bellarminum tom. 1. lib. 4. de Notis Ecclesiæ, cap. 14. & 15. Valentiam 2. 2. disput. 1. quæst. 1. punct. 4. argumento quinto: Hinc autem in vaticiniis multò clarius apparet; nam, quò faciliùs Ethnici iugo Euangelij colla submitterent, voluit Deus, vt eorum Vates Christum venturum prædicerent percipiamus ab Angelico Doctore 2. 2. quæstione 172. art. 6. ad 1. *Dicendum, quod Prophetæ Dæmonum, non semper loquuntur ex Dæmonum reuelatione, sed interdum ex inspiratione diuina, sicut manifestè legitur de Balaam, cui dicitur Dominus esse locutus, Numerorum 22. licet esset Propheta Dæmonum: quia Deus etiam vtitur malis ad vtilitatem bonorum; vnde & per Prophetas Dæmonum aliqua vera pronunciat; tum, vt credibilior fiat veritas, quæ etiam ex aduersariis testimonium habet; tum etiam, quia, cum homines talia credunt, per eorum dicta magis ad veritatem inducuntur: Vnde etiam Sibyllæ multa vera prædixerunt de Christo.* Atque idem S. Doctor ead. 2. 2. quæst. 2. art 7. ad 3. *Dicendum, quòd multis Gentilium facta fuit reuelatio de Christo, vt patet per ea, quæ prædixerunt: Nam Iob 19. dicitur: Scio, quòd Redemptor meus viuit. Sibylla etiam prænunciauit quædam de Christo*, &c. An autem omnes Sibyllæ, vel earum minor numerus Dæmonum cultrices fuerint, & quàm de hominum Redemptore illustre testimonium perhibuerint, cernere poterunt curiosi apud Sixtum Senensem libro 2. Bibliothecæ sanctæ, verbo, *Sibylla*. & plurima cum eruditione apud nostrum Salmeronem tom. 2. in Euangelia tract. 19. igitur, si quando Pagani de futuris prænonciarunt, hoc ab illis in catholicæ fidei fauorem Deo peculiariter dirigente actum est.

Bellarm.
Valent.
S. Thom.
Balaam, & Sibyllæ vere prophetarunt, saltem aliqua.
Sixt. Sen.
Salmeron.

Veniamus ad Catholicos: Sanè inter hos nonnunquam impij operibus excellunt, quæ naturam transgrediuntur: vaticinantur quoque interdum; sed hoc atque illud fidei postulante causa, & pro Euangelij amplificatione, vt vidimus accidisse apud Indos Americos supra ex Acosta num 71. Itaque vno verbo quæcunque mali exercent, humanam conditionem quæ superent, eá omnia orthodoxam fidem roborant: In hunc scopum talibus vtitur instrumentis Creator: Quare iure inter Notas, quibus vera Ecclesia à falsa seiungitur, potissimum locum miracula sortiuntur: Quid quòd apud Catholicos crebra & inaudita prodigia fiunt; alibi rarissimum, aut nullum signum? Et nullum quidem, nisi pro Christi sponsa: Quod autem Patres eximiam animi munditiem desiderant in Prophetis, optimè quidem postulauêre: rarò enim tam præstans beneficium in alios confertur, quàm qui sanctitudine excellunt: Aliquando ob speciales diuinæ prouidentiæ fines & peccatores vaticinantur: sed hoc fit rarenter, & tum parcè, atque ad modicum interuallum; Sancti autem Doctores loquuntur de eo, quod in vsu est, atque frequenter accidit. 76.

SECTIO IX.

Salomon an peccata fleuerit, & æternam consequutus fuerit salutem? ea super quæstione de sanctorum Patrum suffragijs indagatio.

77. SAlomonis omnem vitam contemplati multi, atque in eum quàm fuerit indulgens Deus Optimus Maximus, quibúsque locupletauerit donis, vix credere possunt, vt tam charum sibi caput in æternum proiecerit Dominator omnipotens: sed, cùm ad Epithalamium conuertunt oculos, eiúsque Carminis celsitudinem introspiciunt, videntque in breui Poëmate comprehendi catholicæ Ecclesiæ vniuersa admiranda, grauidam Sacramentis omnem penè syllabam; stomachantur vehementer aduersùs eos, qui Salomonis pœnitentiam in dubium vocare, qui de fausto illius exitu scrupulum mouere, neque horrent, neque verecundantur: Concedunt quidem non illibenter, vaticinatos aliquando improbos, vti à nobis probatum elapsa Sectione: verùm in huiusmodi nemine prophetia est, quæ ad vmbilicum peruenerit; tantùm fragmenta quædam præsagiorum: Sed librum canonicum integrum scripsisse, eúmque certè, cui similem alium vetus Instrumentum non habeat, quòd arcana innumera occultet; atque sempiternæ noctis addictum squaloribus illum, per quem talia Spiritus sanctus publicarit; nisi magna aliqua atque euidenti auctoritate innotescat, admitti non posse. Sed mihi irreparabilem Luciferi casum consideranti hæc leuia apparuerunt; quanquam non inutiles ad declamandum threni sint. Nam, vt concedamus in Salomonem collata beneficia, quæ vincant omnem fidem humanam: sed non minori refulsit gloria Angelus superbiens. Taceo Iudæ Apostolatum, in Dæmones imperium, in elementa, in morbos potestatem: Quare parem cum vtroque exitum habere potuit Salomon, quanquam Domini Amabilis, templi fabricator, sacrorum voluminum amplissimus Scriptor, & diu constans, atque religiosus Monarcha: Alia igitur tentanda via est, quæ Salomonis pœnitentiæ meliora subsidia afferat.

Canonici libri Scriptor an æternùm damnatus?

78. Ac sanè, cùm & veterum recentiorum, qui hoc de argumento quaque oblata occasione tractarunt, nomina diligentissimè collegerit noster Pineda, & cum iudicio, atque industria expenderit lib. 8. de rebus Salomonis, cap. 1. sect. 1. & sequentibus, abstinebo ab hoc labore: addam verò ex antiquioribus omissos paucos quosdam; ex nuperis, qui post ipsum emersère, non multos tamen; Vtrunque antequàm exequar, iudicium ferre oportebit de nonnullis ex his, quos allegat, Patribus licet enim eius in hoc pertractando argumento nihil studio diligentius: sed Patrum in controuersia grauissima tanti facienda est auctoritas quam iterum & sæpius premere, atque vrgère iustum sit: Et sanè pro omnium clarissimis Ducibus altercatio. Ab Augustino principium; annumerauit sectione 2. iis, qui vel ambiguam, vel instabilem, aut certè obscuram de Salomonis exitu sententiam tulère: sed planè niger fuit Augustini calculus; neque vspiam effato huiuscemodi aduersarius, tom. 5. lib. 17 de Ciuitate, cap. 19. *Post hunc regnauit eidem populo vniuerso Salomon, eius filius, qui, vt supra dictum est, patre suo viuente cœpit regnare: hic bonis initijs malos exitus habuit: quippe secundæ res, quæ sapientium animos fatigant, magis huic obfuerunt, quàm profuit ipsa sapientia.* Quod autem eludere vim conati sint aliqui, asseuerantes intelligi hac gnome, solùm fuisse senectam ingloriam, cùm vitæ auspicia dignissima extiterint; displicet plurimùm: nam eò loci nulla ab Augustino adolescentiæ facta comparatio cum ætate graui, vt saltem verborum circunstantiæ fauerent interpretationi: absolutè autem enunciata propositio, & sine coërcentibus malè sonat, atque vitæ finem, clausulámque infandam indicat: alioqui de Martyrum, aut Beatorum Confessorum quopiam liceat simpliciter dicere, malum exitum habuisse; quoniam etsi morte obiit iustorum, sed peccauit in senecta; Neque desunt exempla, vt Iacobi Anachoretæ, apud Laurentium in Vitis Sanctorum, tom. 1. ad diem 28. Ianuarij. & aliorum: Deinde, qui hæc adstruunt, ij (neque alij) reprehendunt, quòd, cùm Ambrosius, & de Patribus duo, tréſve. Salomonem *Sanctum* nominent, ab aliquibus adhibita sit explicatio, nempe, Sanctum fuisse, antequàm meretricûs succumberet blandimentis: non enim (inquiunt) propositio absolutè edita debeat restringi: sic namque & Iudas Iscariotes Sanctus appellari valeat; fuit enim aliquando talis: Igitur, quemadmodum quæ de Salomonis sanctitudine est propositio, nolunt, vt restringatur: sic & Augustini effatum de infelici exitu coërcere, & circuncidere non debent.

Num Augustini de Salomonis impœnitentia ambigua mens?

S. Iacobus Anachoreta in vltima senecta lapsus.

Surius.

Sed, vt fuisset Augustini, aut ambiguum, aut obscurum pronunciatum alibi, quid significaret, satis demonstrauit tom. 6. lib. 22. contra Faustum Manichæum, capite 88. *Iam de Salomone quid dicam? quem vehementer arguit sancta Scriptura, atque condemnat, nihilque de Pœnitentia eius vel in eum indulgentia Dei omninò commemorat. Nec mihi prorsus occurrit, quid, saltem in allegoria, boni significet hæc eius flenda subuersio, nisi fortè quis dicat, mulieres alienigenas, quarum amore exarserat, significare Ecclesias electas de gentibus: Quod igitur in illo diuersis temporibus extitit; prius bonum, & posterius malum; hoc in Ecclesia in isto adhuc sæculo simul vno tempore ostenditur:* Quibus verbis duo insinuat: Primum, quod ad Scripturas attinet, excepta reiectione Salomonis æterna, nihil colligi posse: Secundũ, neque absolutè etiam & sine Scripturis: Et quoniam neque ipsa allegoria (quæ ampla est) quod in bonum vertat, aliquid inuenire potuit; & potissimùm, quia omnem vitæ lineam in bonum, malúmque dissecuerit; videlicet, vt quemadmodum priora fuerunt integrè bona sine malitiæ intermixtu: ita extrema in solidum iniqua extiterint: Idem verò Prologo in Psalmum 126. *Nam ipse Salomon mulierum amator fuit, & reprobatus est à Deo, & vsque adeò laqueus illi fuit illa cupiditas, vt à mulieribus etiam idolis sacrificare cogeretur, sicut de illo Scriptura testis est: sed si illo cadente, quæ per illũ dicta sunt delerentur, iudicaretur, quia ipse dixerat, non quia per illum dicta erant: optimè igitur etiam hoc egit misericordia Dei, & Spiritus eius, vt quicquid boni per Salomonem dictum est, Deo tribueretur, peccatum autem hominis homini:* At, qui post scelerum naufragia 79.

fragia pœnitentiæ seruatur tabula, quemadmodum reprobi minimè censendi sunt; ita neque à Deo reprobati quispiam prudens dixerit: Salomon igitur vti reprobatus, sic & reprobus; Simul pulchrè innuit Augustinus, quorsum scripta interitum non sint passa; ne, scilicet, humanum opus existimaretur, quod homine cadente periit; vti quidem de his, quæ interciderunt Salomonis voluminibus arbitrantur aliqui, de quibus consulendus Tostatus in cap. 4. lib. 3. Reg. (Tostat.) quæst. 8.

80. Atqui sanè hanc fuisse Augustini cogitationem, coniectura est, quoniam & eandem biberant mentem eius intimi discipuli, alter, qui viuentem coluit; alter, qui mortuum: Primi Sanctus Prosper manifestè loquutus, etiam Pinedæ (Prosper.) iudicio, parte 2. de Prædict. cap. 27. *Salomon clarus in senio, fornicatus mente, & corpore, Domino ipsum deserente, malè obiit*: Secundus Beda Venerabilis (Beda.) tractatu quæstionum triginta in libros Regum, quæstione 29. *Ubi hoc quoque* (ait) *palam ostenditur, quod vtinam non ostenderetur; quia, videlicet, Salomon de admissa idololatriæ scelere nunquam perfectè pœnituit: nam, si fructus pœnitentiæ dignos faceret, satageret ante omnia, vt idola, quæ ædificauerat, de ciuitate sancta tollerentur, & non in scandalum stultorum, quæ ipse, cùm fuisset sapientissimus, erronea fecerat, quasi sapienter, ac rectè facta relinqueret*: Verùm asserunt, D. Thomam, cùm Augu- (S.Thom.) stini omnes penè syllabas deuorauerit, alia opinatum, & fauere Salomonis pœnitentiæ lib. 3. (*An eius liber codex de regimine Princip.?*) de regimine Principum, cap. 8. Respondeo, incertum esse, an germanus sit Angelici Doctoris: certè astuta esse nonnulla, quæ suspectum reddant Opus illud eruditis probat cum fundamento Cardinalis Bellarminus de Scriptoribus eccle- (Bellarm.) siasticis, ab anno Domini 1200. vsque ad 1300. Iacobus Cuiacius lib. 1. de feud. tit. 1. & Barclaius senior lib. 6. contra Monarch. cap. 20. delitiis abundare non erubuerunt scribere; sed tam audax effatum Theologiæ ignorantia peperit; Qualiscunque tamen libri conditio reputetur, demus connumerari inter genuinos fœtus Angelici Doctoris, quidnam ibi ex Augustino? nè syllaba vna: Hieronymus solùm testis citatur traditionis Hebræorum asserentium librum Ecclesiastis luctum esse pœnitentis Salomonis, quam traditionem neque refutat, neque approbat: alioquin idem Beatus Præceptor lib. 5. de eruditione Principum cap. 53. allegans Gregorium Papam in Pastorali aientem: *funditus desertum à sapientia increata Salomonem*, neque repugnans dicto illius, damnationi suffragatus existimabatur: quo & eodem pacto cum Præfationibus in Ecclesiasten referant ex eadem traditione nec fulciant, codicem esse fletus Salomonici Bonauentura, Dyonisius Carthusianus, Hugo Cardinalis, non est quòd Salomonis adstruere compunctionem defendamus: Nam Hugo Carensis posteà discussa exactiùs Controuersia in illud cap. 2. Isaïæ. *Percutere terram*, &c. Si mentem declarasset fauentem Salomoni Prologo Ecclesiastis, haud quaquam subdidisset inquiens: *Ego autem neminem iudico sed credo si pœnituit, saluus erit*, &c.

81. (*Chrysostomi excussa opinio de Salomonis fletu.*) Chysostomum ingenuè fatetur Salomonis aduersatum pœnitentiæ: sed aliquando ab eo recessisse placito probat ex sermone de Pœnitentia tom. 5. pag 1188. *Quis Deo dignior, quàm Dauid? & tamen deliquit: qui cecidisset de culmine, si nō fuisset compunctus: Quis sceleratior Manasse? & hunc pœnitentia reuocauit: Pœnituit Deum, quòd Saulem Regem elegerit: quapropter, nisi quis eadem pœnitentiam ignorauerit? Quis sapientior Salomone? Sed nesciens pœnitentiam, perdidit gratiam; & ob hoc dictum est; Concepit dolorem, & peperit iniquitatem: Concepit peccator delicti dolorem; & si non pœnituerit parit sibi mortem.* Atque hîc sistit apud eum ex Chrysostomo mutuata probatio: nam reliqua hallucinationes tantùm sunt: Sed experiamur, an tales: Afferam ex ipso vnum; alterum nostro conquisitum marte: Ac ipse citat homil. 23. in cap. 11. Epistolæ ad Corinthios posterioris: verba in nostro exemplari paulò aliter: *Sed tamen hoc vitio vsque adeo captus est, vt lethale etiam vulnus acceperit: ac pater quidem surrexit, acceptùmque damnum sarciuit, & rursum coronam adeptus est: hic autem nihil tale ostendit*: Quid verò est, quod non ostenderit? Nempe, tale, quale genitor, vt iterum staret, & ad pugnam conuerteretur. Verùm iacuit æternùm semel prostratus. Quid his manifestius? Atque Arbitror metaphoram à re militari esse petitam, vt Dauid similis extiterit præliaturis, qui graui accepta plaga, animantur nihilominùs, & palæstram repetunt; Salomon eos imitatus fuerit, qui sauciati præ animi deiectione arenam repetere non audent, sed moriuntur ignauè, & sine honore. Demus nostri laboris inuentum huic æmulum. Ergo Chrysostomus tom. 5. Chrysost. Parænesi 2. ad Theodorum lapsum, prope initium: est verò Theodorus ille Mopsuastensis, de quo non pauca nos exordio huiusce Isagogæ: hunc ex Monachatu ad libidines conuersum, vt in viam reuocaret, & pœnitentiam ei suaderet, Salomonis, atque Dauidis exempla proponit: *Beatus quoque ille Dauid, vir electus in ordine Regum, electus in numero Prophetarum posteaquàm in plurimis Deo dignus apparuit, hominem se esse monstrauit, & in amorem quendam alienæ vxoris exarsit; nec hoc solo contentus fuit, sed adulterium ex cupiditate commisit, & homicidium propter adulterium perpetrauit. sed non ideò, quia duplex vulnus accepit, etiam tertiò seipsum percussit: verùm mox ad medicinam conuolauit, & diuersa medicamina plagis festinus apposuit, ieiunia, lacrymas, luctus, preces & indefessam peccatorum confessionem, & sic per ista placato veniam à Deo meruit, & ad priorem dignitatem rediit.* Deinde progressus ad stirpem illius: *Filius eius*, (inquit,) *cui nomen Salomon erat, iisdem, quibus pater vitiis inuolutus ob muliebrem gratiam, à paterno recedere ausus est Deo. Hunc ipsum ergo Salomonem, qui omni penitus spoliari imperio dignissimus erat paternorum contemplatione meritorum, sextam regni portionem Dominus habere permisit.* Sed, cur hic nihil de fletibus, de exomologesi delictorum, de recuperata Creatoris gratia? Equidem, quòd in Salomone eiusmodi Chrysostomos nihil agnosceret, neque aliam misericordiam consequutum arbitraretur, quàm temporalem regnorum, atque hoc ob Dauidis meritum, quod repetit homil. 27. in cap Matthæi octauum: *Salomonem etiam,* (ait) *qui nefaria crimina commisit, charitate patris placatus Deus à fastigio regni non deiecit.* Hactenus Chrysostomus Salomonis pœnitentiæ contrarius: videamus, an alicubi huius ipsum existimationis pœnituit, & vetera retractauit.

Igitur tom. 5. tractatu aduersùs eos, qui sub- 82. introductas habent, aliàs contra concubinarios, cap. 12. *Etenim & Salomon* (inquit) *cùm sæcularium* Chrysost.

rerum concupiscentia teneretur, magnas eas & admirandas putabat, multúmque in eis laboris, & sollicitudinis insumebat, magnificas ædificando domos, copiosum coaceruando aurum, congregando cantorum choros, varia genera ministrorum mensæ & popina quærendo, animæ suæ voluptatem ab hortorum, & corporum formosorum gratia, & omnem, vt ita dicam, oblectationis & refrigerij viam sectando. At, vbi inde ad se reuersus, & quasi ex vmbrosa quadam abysso ad lumen veræ sapientiæ respicere valuit, tunc sublimem illam, & cœlis dignam emisit vocem: Vanitas vanitatum, (dicens.) & omnia vanitas. Sed, obsecro, quod in his seuera castigatione dignum elucet? Quæ recensentur stupra? quæ ebriosæ compotationes? quæ innocentium victimæ, & bonorum expoliationes? Princeps destinatus à Numine, vt Monarchas & diuitiis, & aulæ gloria vinceret, non iucundaretur, & deliciis quibusque filiorum hominum afflueret? Quare & continuò excusat eodem loco Chrysostomus: *Quamuis autem à Salomone sæculis superioribus non tam multa sapientia exigebatur diligentia; neque enim delicias lex vetus prohibebat; neque alijs frui voluptatibus superuacuum ducebat, & vanum, attamen, & sic se habentibus rebus in ipsis contueri potuit, quàm inutiles & vanitati obnoxiæ res essent: Nos vero ad maiorem vocati vitam, & ad excellentius fastigium ascendimus, & in maioribus exercemur palæstris*, Apertè satis indicauit, ex illorum temporum norma oblectatum Salomonem, neque commisisse aliquid veteri legi grauiter repugnans: etsi autem ex his Salomon lethaliter non peccauit; voluptates tamen, quæ initio beatum aliquid videbantur complecti, experientia in fatigationem plurimam, & vexamen animi magnum cesserunt, & hebetabant quidem doctissimi Principis cerebrum, flaccescebátque ingenium paulatim, & sine sensu: Igitur Ecclesiastem, seu in schola prælegerat, seu concionibus ad populum habitis vulgauit, cùm ordiretur, *Vanitas vanitatum*, inquit, &c. móxque adhibiturus exempla, quæ probarent, à seipso desumpsit: vt, cùm animaduerterent mortales, etiam eas voluptates, quæ peccati acerbissimis caruêre punctionibus, nequidem ipsis parcere Philosophis; sed tædium & afflictionem cumulare, desinerent ipsi saltem impuras delicias tantoperè deperire: Ac sanè infrà ostensuri sumus num. 98. Ecclesiastem à Salomone publicatum, antequàm inhonestissima macula superiorem vitæ gloriam fœdaret. Nulla ergo sententiarum in Chrysostomo varietas, vt nunc hoc, nunc illud lubricè asseuerauerit: sed quam cogitauit veriorem de Salomonis impœnitentia opinionem, eam data occasione semper insinuauit.

Quod tamen de Chrysostomo dixit pro vtro-
83. que disputasse quæstionis membro, & nunc has, nunc illas sequutum partes, pro circunstantiarum opportunitate, concionatoria licentia; fortasse aptiùs de Hieronymo pronunciasset: nam ab hoc non abhorrere vsu in aliis concedit nominata 2. sectione, num. 10. Nihilominùs in asseueranda Salomonis salute æqualem fuisse semper declarat sectione 5. & ducem eius sententiæ facit:

Patres concionatoriè quandoque loquuntur

Hieronymi æstimatio de Salomonis salute

Philip. Abb. Mihi autem suggessit Philippus Abbas Opusculo de damnatione Salomonis, §. *Ibi verò idem*, &c. aliter de Hieronymi mente statui posse; ac produco ex epistola ad Rusticum, eadem eius verba, quæ Philippus transcripsit. In vestibulo statim ita ratiocinatur: *Quid Salomone sapientius? Attamen infatuatur amoribus mulierum: Bonum est sal, nullúmque sacrificium absque huius dispersione suscipitur; vnde & Apostolus præcipit: Sermo vester semper in gratia sale sit conditus; quod si infatuatur, foras proijcitur, in tantúmque perdit nominis dignitatem, vt ne in sterquilinium quidem vtile sit quo solent credentium arua condiri, & sterile animarum solum pinguescere:* Ac sanè, quòd infatuato sali comparauerit, corruisse penitùs indicauit, neque postliminio spiritali vitæ, quæ à gratia sanctificante est, restitutum, in malo annos clausisse: Proloquatur allegatus Bonæ Spei Abbas, Philippus, Bernardo Cisterciensis nobilissimo Familiæ Conditori coætaneus, *Quid sit autem infatuari, ne quis impropriè præsumeret interpretari, verbis sequentibus idem Hieronymus demonstrauit, dum illud de Euangelio ad medium reuocauit: Bonum est, inquit, sal: quòd si infatuatur, foras proijcitur, in tantúmque perdit nominis dignitatē, vt nec in sterquilinio quidem vtile sit: Dicens ergo Hieronymus, Salomonem infatuatum, & adiungēs, quod infatuatum sal foras proijcitur, nec vltra vtile est, satis liquido Salomonem asserit reprobatum, id est, nunquam ad saporem pœnitentiæ reuocatū; constat enim, quod sal infatuatum irreparabiliter exinanitur, perditoque genuino sapore iterum non salitur; sed vbique, & semper inutile penitus inuenitur, dum vel ipsum per aliud, vel per ipsum quicquam aliud non conditur.* Ac sanè Hieronymus, quem instruebat Rusticum ad perseuerandum hortabatur: *Hæc dicimus (ait) vt prima te, fili Rustice, fronte doceamus, magna cœpisse, & excelsa sectari, & adolescentiæ, imò pubertatis incentiua calcantem perfectè quidem gradum scandere; sed lubricum iter esse, per quod ingrederis, nec tantum sequi gloriæ post victoriam, quantùm ignominiæ post ruinam:* Optat igitur, ne fiant nouissima eius qualis Salomonis, qui, cùm egregiè, & cœpisset, & diu ambulasset, miseranda catastrophe vitam terminauit.

Dicunt, Salomonem ab Hieronymo annumeratum inter eos, qui scelerum veniam consequuti fuêre: nam ad frontem lib. 2. in Iouinianum, horum texens catalogum cum Dauide, Manasse, & similibus collocat: quod verò & hæc etiam excedit, Sanctis associat ad illud cap. 11. Danielis: *Et stabit in loco eius despectus*, &c. *Sicut igitur Saluator* (inquit) *habet & Salomonem, & cæteros Sanctos in typū aduentus sui: sic & Antichristus pessimum Regem Antiochum, qui Sanctos persequutus est*, &c. Verùm, si his locis coniungit cum iustis, atque cum illis, de quorum pœnitentia constat; alibi copulat cum nefariis, quique omnium calculatione pessimū habuêre exitum, nimirum, cum Achaz, cuius & vicisse malitiam Salomonis impietatem innuit: Sic igitur epistola ad Vitalem disserit: *Simúlque consideremus, quòd occultè Scriptura, & Salomonem, & Achaz voluptatis, & impietatis accuset: vterque enim, cum esset de stirpe Dauid, recessit à Domino: & alter in tantum sequutus est libidinē, vt septinginta habuerit vxores, & trecentas concubinas, & adolescentulas, & scorta passim, quorum non erat numerus, neglectóque Deo patrum suorum, extruxerit idola gentium plurimarum, & fuerit, non vt priùs Iedidiah, id est, Amabilis Domini, sed amator mulierum.* Iam & commonstremus, vti allata non prosunt: Nam certè eo de Iouiniano volumine, cùm cæterorum, & delicta, & fletum pœnitentialem referat, Salomonis lapsum tantùm memorauit, nihil contritionem, & lacrymas quam-

obretu, 84.

obrem, nisi quia non doluisse illum opinatus sit? Danielis autem cùm pertractaret verba, dixit apertè, non omnia, quæ de Christo vaticinati sunt Prophetæ, adimpleta fuisse, quasi in imagine, in Salomone: *Ex parte autem*, (inquit) *& quasi in vmbra veritatis in Salomone præmissa sunt, vt in Domino Saluatore perfectius implerentur.* Ergo quemadmodum non omnia, quæ Christus operatus est, ad Salomonem, quasi ad typum, relata fuêre; sic neque in omnibus vitæ gestis Salomon Christum repræsentabat; quod & aliis, qui etiam beatè diem clauserunt, commune fuisse, vt non in singulis facinoribus, sed in aliquibus Dominum præsignarent, scripsit epistola ad Euagrium: *Quomodo autem Noe inebriatus in domo sua, & nudatus, atque derisus à mediano filio, typum Saluatoris præbuit; Samson quoque amator meretricis, & pauperis Dalila multò plures hostium moriens quam viuus occidit, vt Christi exprimeret passionem: omnésque penè Sancti, & Patriarchæ, & Prophetæ, in aliqua re figuram expresserunt Saluatoris.* Denotat igitur, Salomonem, cùm Sanctus fuerat, atque in his, quæ cum laude gesserat, (fuerunt autem illa plurima,) Seruatoris emblema sustinuisse: Ac denique Hieronymi scopus est, non nisi à præclaris, & sanctis actionibus Christum adumbrari potuisse, ac ideò aut integrè Sanctos, aut ex parte: hos verò secundùm sanam vitæ periodum Christum solùm præfigurasse; quanquam, neque perpetua, & inuariabilis eius opinio hæc fuit, vti à nobis commonstratum est Anteloquio 1 Sect. 2. num. 4.

Regula Sanctis veteris Instrumenti non in omnibus gestis Christum adumbrant.

Hieron.

85. Superest difficillimus modus, quippe sine velamentis testatur de Salomonis compunctione: nam lib. 13. in Ezechielem ad illud cap. 43. *Tu autem, fili hominis*, &c. *Vt non solam cultores eius* (loquitur de templo) *& aduum; sed & ipse fabricator eius Salomon peccauerit, & offenderit Deum: licèt postea egerit pœnitentiam, scribens Prouerbia, in quibus ait; Nouissimè egi pœnitentiam, & respexi, vt eligerem disciplinam, Prouerb.* 24. Sed, vt præbeamus, suffragari hæc manifestè Salomonis saluti: at ostendimus alibi contraria tradi; fuit autem hæc disceptationis princeps meta, non fuisse ab Hieronymo vnicè traditam, & sine diuersitate aliqua sententiam, quæ absoluit Regem sapientissimum; absolutè tamen pronunciamus, si hoc columen sit eorum, qui Hieronymum pro Salomone stare nituntur, infirmum esse fulcrum: Atque satis sufficienter ij loquuntur, à quibus asseueratum est Hieronymum, non iuxta cogitationem sui animi dixisse; sed ex aliorum placito: nempe, Hebræorum traditione de quibus ad illud cap. 1. Ecclesiastæ: *Ego Ecclesiastes fui Rex* &c. *Aiunt Hebræi* (inquit) *hunc librum Salomonis esse pœnitentiam agentis, quòd in sapientia, diuitiisque confisus per mulieres offenderit Deum:* Neque obstat, quòd Ezechielem interpretans subticuerit omnem de Rabbinis memoriam: nam aliàs monuimus, sequuti Riberam præludio in Zachariam, num. 11. Hieronymum interdum ita subtiliter sub aliorum persona disputare, vt requirat Lectorem attentum in primis, atque vigilem: nobis autem reiiciendi ansa, quod infrà declaraturi sumus, ni fallimur, ex Patrum doctrina statui oportere, Prouerbia, & Ecclesiasten ante lapsum scripta fuisse, ac proinde Rabbinico commento æquale, quòd Salomonis nominetur luctus, & pœnitentia.

Hieronymi mos in citandis opinionibus.

Ribera.

86. Cyprianum Pineda sect. 3. num. 12. Antesignanum constituit eorum, qui Salomonis aduersantur pœnitentiæ, eò quòd libro de vnitate Ecclesiæ, non longè ante finem dicat, amisisse coronam iustitiæ: Porrò corona ea gloria esse videatur, quæ prædestinatorum sit, & quæ tribuitur illis, qui Dei gratia, atque amicitia diem clauserunt: nam huiusmodi in Scripturis promittitur. Apoc. 2. vers. 10. *Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.* 1 Pet. 5. 3 *Pascite, qui in vobis est gregem Dei; & cùm apparuerit Princeps Pastorum percipietis immarcescibilem gloriæ coronam*, Salomon igitur, cùm huiusmodi gloriam perdiderit ex Cypriani iudicio, damnatorum numero aggregandus est: Verùm Salianus hæc non patiatur tom. 3. anno mundi 3058. num. 5. quippe contendit, allegans Doctoris Angelici verbis, & coronam eam posse vocari gloriam, quam de condigno iustorum quisque meretur, etsi postea gradu excidat, & in peccatis moriatur; quare, cùm iuxta hanc coronæ significationem Cypriani verba intelligi valeant, non esse, quòd concipiamus Salomonis pœnitentiæ aduersari: Sed transcribamus B. Aquinatis periodum; Inquit prima parte, quæst. 23. art. 6 ad 1. *Dicendum quod corona dicitur esse alicuius dupliciter: vno modo ex prædestinatione diuina; sic nullus coronam suam amittit: alio modo ex merito gratiæ; quod enim meremur quodammodo nostrũ est; & sic suam coronam aliquis amittere potest per peccatũ mortale sequens, alius autem illam coronã amissam accipit, in quantum loco eius subrogatur: non enim permittit Deus aliquos cadere, quin alios erigat*: Ac sanè Cyprianus coronam priori modo accepit; nempe, pro gratia, non qualicùnque, sed ea, quæ finalis est, & propria Prædestinatorum: Inspiciamus: testetur ipse ex iis, quæ immediatè subiicit post amissam à Salomone coronam; *Confessio* (inquit) *exordium gloriæ est non meritum iam coronæ; nec perficit laudem, sed initiat dignitatem: cùmque scriptum sit; Qui perseuerauerit vsque ad finem, hic saluus erit, quicquid ante finem fuerit, gradus est, quo ad fastigium salutis ascenditur; non terminus quo iam culminis summa teneatur:* Ecce, vt omnis sermo de termino, & meta viæ huiúsque vitæ sit, & vt confessionem nominis Christi, non meritum coronæ, aut triumphum appellet; sed inchoationem quandam: Atque in hoc ipso scopus totus est epistolæ ad Rogatianum, & cæteros Confessores, qua Salomonis exitum cum Saülis fine comparat: Quare rectè à Pineda Cyprianus inter eos collatus, qui Salomonem absque compunctione discessisse autumant.

Cyprian. l. eda.

Corona nomine quid, cùm Scriptura vsum denotet?

Apoc. 2. 10. 1. Pet. 5. 3.

Salian.

S. Thom.

Cyprian.

Rectè inter eosdem, & Gregorium Papam numerauit; nam, cùm ad initium cap. 2. lib. 2. Moralium statuisset, à qualitate temporis finem exprimi actionis, & noctem damnationi, victoriæ lucem distribuisset; Iobi quidem pugnam triumphis destinatam asseruit, quòd in die tentatus esset; Salomonem autem quoniam ad extremum casurus erat non reparando lapsu noctu sapientia cumulatum fuisse: Sed debuit Gregorio Rupertum copulare; quem tamen inter ambiguos posuit sectione 2. num. 6. nam sententiam Magni Gregorij sequutus est, etiam mutuatis ab eo verbis lib 5. de operibus Trinitatis, c. 2; loquitur nanque eodem penitùs modo: *Quòd sapientiam* (ait) *in nocte, & per somnium non perseueraturus accepit.* Debuit & Ioseph. Flauium adiungere; eius testimonium lib 8. c. 2. prope calcem ex Gelenij castigatione: *Cùmque domesticum haberet* 87.

Regula: A qualitate temporis, finis exprimitur actionis.

Greg. Pap.

Rupertus.

Ioseph.

exemplum pulcherrimum, parentis virtutem, & gloriam, quam propter pietatem ad posteros reliquerat, discedens ab eius imitatione, idque bis in somnis monitus sequi paterna vestigia, mortem ingloriam oppetiit; Quòd si certè Salomon fleuisset priora delicta, & religionem pristino nitori integrè restituisset, denique moriens damnasset crimina sua, hoc agendo, & genitorem, qui similia fecit, imitatus esset, & cum fama occubuisset: Bernardum itidem in eorum classe, qui Salomonis pœnitentiam taxant, poneret: nam ille ad finem lib. 2. ad Eugenium, de consideratione: *Sapiens David, sapiens Salomon fuit: sed blandientibus nimis secundis rebus, alter ex parte, alter ex toto desipuit*: Id est, postquàm David cecidit, reliquum vitæ eius non in peccatis fuit; sed in his consumpta parte aliqua, cætera iustitiæ data sunt: Salomon autem, postquàm semel lapsus est, nunquam deinceps sanitati restitutus, scilicet *ex toto desipuit*.

Bernard.

88. Ambrosius fauisse Salomonis luctui, & dolori constanter asserit: sed qua de causa? Nempe, quòd Apologia 2. pro Dauide, cum eo, atque cum Paulo iungit: Verùm id facit, non quòd pœnituisse significet; sed, vt commoneat, quanto timore percelli infirmiores oporteat, quando & robusti ceciderunt: *Si David* (inquit) *infirmus, tu fortis es? Si Salomon lapsus est, tu immobilis? Si Paulus primus peccatorum, tu potes esse primus Sanctorum?* Deinde fertur oratio ad aliam materiam: *Ergo, si errauerunt, errauerunt tanquam homines; sed peccatum suum tanquam iusti agnouerunt*. Cuius pronunciati nulla adhibet exempla; si exhibuisset, quemadmodum Iudam excepisset, ita fortè & Salomonem: Quidni enim, cùm eius in offendendo duritiem alibi ionuat? Nam Apologia 1. pro Dauide, cap. 3. *Quid* (ait) *de Salomone sancto loquar, cuius posteriora cùm graui errore non careant; vulgus tamen Iudaicum, ipsum æstimat venisse pro Christo? & quam multos grauis erroris offensa reuocauit?* Cùm igitur dicat, posteriora grauiter vitiosa extitisse, atque adeò infanda, vt reuocarit ex stupidissima plebe ad bonum sensum, multos sanè; videatur intellexisse absque delictorum planctu abiisse; alioquin, si consurrexit, si priora reprehendit, non essent posteriora illius tanto horrore, & anathemate digna, cùm humanum sit labi, & in malis persistere omnium maximum sit scelus: Sed idem Ambrosius lib. 3. in Lucam prope exordium, verba illa Regum 2. c. 7. *Et misericordiam meam non dispergam ab eo*, &c. contendit ad Christum referri oportere, ad Salomonem nullo pacto; idque ob commissas ab eo noxas; *Si errauit* (inquit) *si offendit, vides, quòniam promissi series Christum spopondit*. At non ignorabat Ambrosius, eam misericordiam, de qua ad Dauidem facta pollicitatio, non defuturam ex eius semine, qui inter Iudæos regnaret, adimpletam esse in Salomonis posteris: Igitur, cùm negat ei misericordiam, hoc intelligi debeat de peccatorum condonatione; nempe, quòd ea auxilia, quæ efficacia essent, & quibus de facto converteretur, non suppeditauerit Creator Salomoni, sed tantùm gratiam sufficientem, & ita perierit in culpis suis.

Ambrosij iudicium de Salomonis exitu.

89. Affirmant, Ambrosium sæpè vocare Salomonem Sanctum, allegant citatum à nobis elapso numero primæ pro Dauide Apologiæ cap. 3. & alia loca: Patemur quidem, & probare solùm dicimus, Salomonem aliquando fuisse, & postquam lapsus est, adiunctúsque peccatoribus, eodem adhuc nomine appellatum sine improprietate: neque enim in Patrum effatis inconueniens æstimandum id, quod in sacro sermone contingit; at Scripturis vsitatum est, antiqua vocabula retinere, postquàm vsus eorum transiit: Suggeret duo exempla Hieronymus: Primum ad illud Matth. 26. *In domo Simonis leprosi*, &c. *Non quòd leprosus & illo tempore* (inquit) *permaneret: sed, qui anteà leprosus, postea à Saluatore mundatus est, nomine pristino permanente, vt virtus curantis appareat: nam in catalogo Apostolorum, cum pristino vitio, & officio Matthæus publicanus appellatur, qui certè publicanus esse desierat*: Secundum, in consimili prorsus materia ad illud Matth. 27. *Venerunt in sanctam ciuitatem*, &c. *Sanctam autem ciuitatem* (ait) *in qua visi sunt resurgentes, aut Hierosolymam cælestem intelligamus, aut hanc terrenam, quæ antea sancta fuerat: vsicut & Matthæus appellatur publicanus, non quòd & Apostolus adhuc permaneat publicanus; sed quod pristinum vocabulum teneat*: Igitur, quemadmodum Euangelista eam vrbem, quæ Christi iniustissima morte contaminata sit, nuncupat sanctam ob priora merita: ita & Ambrosius, aliique Patres *Sanctum* dicunt Salomonem: Huiuscemodi est obiectionis enodatio apud Philippum Abbatem de damnatione Salomonis, § *Item in*. qui subministrabit alia exempla: & varia legi poterunt apud Riberam ad c. 1. Ioëlis, n. 23. & ad cap. 18. Apocalypsis, n. 11. apud Sanchez ad c. 19. lib. 4. Regum, ubi & plura quàm cæteri colligit Martinez libro 9. hypotyposeon, regula 11. vbi aduertit, & eo dicendi genere vsos externos Auctores: Terentius namque in Eunucho Act. 4. scena 3. vitiatam, & oppressam, virginem etiamnum vocat; *Virgo* (inquit) *lacrumat*: neque nisi in antiquum statum nomen quadrare valeat.

Regula Scripturæ anti qua vocabula retinet post translatum vsum eorū.

Hieron.

Philip. Abb.

Ribera. Sanch. Martinez.

Terent.

Atque huc vsque à nobis concertatum pro inuestigatione genuinæ Patrum multorum sententiæ in causa Salomonis; eorum equidem, quos nuperi communiter citant, atque subtiliori studio Pineda examinauit; nunc producamus alios paucos, quos acceptos referimus Philippo Abbati, qui disputauit hoc de argumento singulari cum acrimonia, atque exquisita muniuit eruditione Salomonis impœnitentiam quingentis abhinc annis, prodeátque ante cæteros vetustissimus Origenes: Eum Philippus citat ex homil. 27. in Lucam: sed est homil. 28. de genealogia Saluatoris; *Quia enim Dominus noster* (inquit) *atque Saluator ad hoc venerat, vt peccata hominum susciperet, proptereà descendens in mundum, assumpsit peccatorum hominum, vitiosorúmque personam, & nasci voluit de stirpe Salomonis, cuius peccata conscripta & Roboam, cuius delicta feruntur & de cæteris, è quibus multi fecerunt malum in conspectu Dei: quando verò de lauacro conscendit, non per Salomonem; sed per Nathan valescitur, qui eius arguit patrem super Vriæ morte, ortúque Salomonis.* 90.

Philip. Abbas de Salomonis impœnitentia egregiè differuit.

Origen.

Ex his, quid inferat Philippus Abbas attendamus: *Iniustus* (inquit) *verbis satis manifestè Salomonem, quemadmodū & Roboam: Origenes accusat, & nulla eum pœnitentiæ assertione excusat. Matthæus quidem, cuius propositū fuit à superioribus ad inferiora descendendo, natiuitatis Christi seriem texere, eidem generationi voluit, vitiosorum hominum personas inserere, vt eum ostenderet de peccatoribus natum, qui in carne venerat damnare peccatum: ideò Salomonem, & Roboam nominauit, quorum, vt ait Origenes, peccata conscripta sunt: Lucas verò ab in-* 91.

Lucas ut Salomonem & Roboam memorans in genealogia Christi non fuit

ferioribus

ferioribus ad superiora conscendens, Christũ non descendentem in mundum, sed de lauacro Baptismi ascendentem describit, & seriem generationis a Iosepho inchoans, ad ipsum vsque Deum perducit: In hoc igitur catalogo, cum Deum finem, vel limitem ponere voluit Salomonẽ & Roboam Lucas ponere noluit, ne vestis, quæ iam sancto pro consummatur, Salomonis, cuius peccata conscripta sũt in sermone turparetur. Sed, cur Salomonem, & Roboamum quasi egregios quosdam peccatores singulariter nominat Origenes? Sanè hi duo Monarchæ, cùm amplissimum dominatum recepissent à Numine, insuper de religione ad amussim instructi fuerant, atque educationem præclarissimam nacti. De Salomone quid refert dicere: At certè ei cùm genitus esset Roboam ante regnum initum, cùm triginta circiter annis optimè imperasset, eo tempore nihil antiquius habuit, quàm vt Roboamus ad omnem efformaretur pietatem: Ab hoc igitur tanto honestatis culmine, cùm vterque sic lapsus esset, vt malis, quæ summa fuerunt, etiam impœnitentiam adderent, nihil esse potuit, quod sic Creatorẽ moueret, atque huiusmodi peccatum, ne inter auos, & parentes numeratos vellet: nam ob similes noxas Saulis deleuit memoriam: Vt igitur diuinæ bonitatis magnitudinem insinuaret Origenes, Salomonem, & Roboamum speciatim in medium produxit.

Pergit Philippus, & allegat D. Fulgentium,
92. *Fulgentij desiderantur aliqua Opera.* Ruspensem Episcopum, notæ vetustatis ex libro quidem octauo: Sed, quod fuerit eorum librorum argumentum, aut ad quem illi scripti, non memorat; neque sanè in aucto nuper Fulgentio inuenire potui; tantùm ad calcem ponuntur fragmenta quædam pauca ex libris contra Fabianum aliquem, & nominantur ad decem vsque libri. Fortasse lacinia hæc Philippi ex horum octauo volumine decerpta fuerit; nam sanè perijsse ex Operibus Fulgentij quædam asserit Bellarminus in Fulgentio, ab anno 500. ad 600. Ve-
Bellarm. sùm locupletior testis est Philippus, qui videre potuit ante quingentos ferè annos, quæ modò latitant: sic ergo loquentem exhibet: *Dicas mihi quid sibi vult tam secreta tui iudicij dispensatio? Cur maculosi criminis soboles successu paterni fruitur regni? Nunquid non oportuerat, vt Salomon adulterina vulua contagione turpatus, aut ædificandi templi meritum caperet, aut sapientiæ thesauros indagaret, aut paterni successor, ac potentior fieret? Sed vide, quia criminis filius crimen incurrit, adulterinum germen non bono termino consummauit:* Quia in sententia duo sunt, vt scitè animaduertit Philippus, quæ Salomonem condemnant; nempe, quod *criminis* vocetur filius: non enim ita appel-
Criminis filius quis? lari consueuerunt, qui commissa fleuerunt; sed qui in sceleribus indurauerunt: & quòd asseratur, non bono termino clausisse vitam, quo nihil apertiùs affirmari poterat; est & aliud argumentum ex sequentibus verbis: *Licèt* (inquit) *ab hyssopo vsque ad cedros Libani disputet; licèt Austri Reginam suam sapientiam admirantem expectet quamuis templum ineffabile construat, diuitiis iubeat, prudentia confluat, iudiciis calleat, diuitiis fulgeat, auro rutilet, gemmis ardescat; tamen cauteriauit in vita, quicquid traxerat de natura: & quod omnibus deterius est, Gentilium Deorum in senectute iã non prudẽtissimus, sed impudicus cultor.* Quod
Cauteriandi vocabulum quid denotet? igitur *cauteriandi* vocabulo vtitur Fulgentius, significat pertinaciam in malis non vincendam: tali namque & Paulus dictione vsus, cùm obsti-

natas animas pingeret, 1. ad Timotheum 4. *Cauteriatam habentium suam conscientiam:* Vbi Cõmentarius Ambrosio adscitus: *Quia sicut cauterium immutari non potest; ita nec eorum animus emendari:* Theophylactus: *Propterea conscientia* Ambr.
eorum indelebiles habet inustas notas sordida vita. Theophyl.
Nicolaus Lyrensis: *Et cauteriatam, id est, obstinatam in ardore suæ malitiæ, & concupiscentiæ: est enim* Lyran.
cauterium ferrum ignitum, quo vritur caro, & per duritiam ferri intelligitur obstinatio in malo; & per eius igneitatem, ardor malignitatis & concupiscentiæ. Tali igitur phrasi, & Fulgentius in scelere perseuerantiam denotauit Salomonis venustè, simùlque ardorem libidinis nimium in sene.

Sequitur S. Isidorus Hispalensis tom. 2. Ope- 93.
re, quod intitulauit, *Mysticorum Expositiones Sa-* *Isid. Hisp.*
cramentorũ, seu. In vetus Testamentum quæstiones. quæstionibus in lib. 3 Regum, cap. 6. suo: *Iam porrò de cæteris Salomonis quid dicam operibus, quem vehementer arguit sancta Scriptura, atque condemnat, & nihil de pœnitentia eius, vel de eius indulgentia Dei omnino commemorat, nec prorsus occurrit, quid saltem in allegoria boni significet eius flenda submersio. Quod igitur in illo diuersis temporibus extitit, prius bonum, & posterius malum: hoc in Ecclesia, in isto adhuc sæculo simul vno tempore ostenditur:* Desumpsit ad syllabas vsque, ad apices, ex B. Augustino lib. 22. contra Faustum, cap.
88. Et quoniam superiùs expendimus, nunc supersedemus facere. Legatur numerus 79. Sed August.
contemnunt aliqui, quoniam non quæ sua fuerit cogitatio, ostendit; sed alieno scribit calamo: Verùm ego vel ex hoc robustius desumi argumentum opinor: Ac scio quidem simile accidisse *Eucherij ad Commentarios in Reg. libros?*
Eucherij, Rabbani, Angelomi interpretationi- Eucher.
bus; nam ad Reg 4. cap. 23. eadem reperiunt, quæ Rabban.
Bedam affirmare monstrauimus in anteactis, n. Angelom.
80. Dixi quidem ex Beda mutuata, quoniam non Eucherij eas esse lucubrationes, sed Auctoris ætate iunioris, eruditi existimant: Ergo huiusmodi Sancti Patres, cùm multa ex sua inuentione dicere possent, maluerunt præcedentium Doctorum flores legere, & eorum iudiciis, quoad verba ipsa, plerunque stare; sed hoc sanè faciebant cum delectu, & post vigilias maximas ea demum in suas schedulas referebant effata, quæ solidiora esse opinarentur: Isidorus igitur, Beda, Angelomus, Rabbanus, & Commentariorum sub nomine Eucherij Concinnator, in veterum laboribus versatissimi, cùm animaduerterent, eam, quæ de Salomonis damnatione est, doctrinam a quatuor Latinis Doctoribus, & ex Græcorum præstantissimis ab Origene, Chrysostomo, à Basilio epistola ad Chilonem, non leuiter Basil.
insinuari, à Theodoreto ad cap. 11. Epistolæ ad Theodor.
Romanos, à Iosepho traditam quasi à Patribus frequentiùs vsurpatam, validis fulcitam, potiori iure amplexati sunt: Neque obstat, si alicubi Sanctum appellasse Isidorus asseratur: nam, quid ea loquutio valeat, cuiusque sit momenti, ostendimus abundè num. 89.

Transeamus ad Paschasium, & hunc quidem 94.
Philippus Ecclesiæ Romanæ Diaconum facit, *Paschasius*
cuius memoriam asserit inuictam, & eruditionis *Ecclesiæ Romanæ Diaconus.*
atque sanctitudinis argumenta apud Gregorium Pontificem lib. 4 Dialogorum: Verum quidem Greg.
est, huius meminisse Paschasij Gregorium libro præfato, & multa cum laude cap. 40. cuius & extant libri de Spiritu sancto, Bibliotheca vete-

rum Patrum, de quibus ibi Gregorius; fuisse & Romanæ Ecclesiæ Cardinalem Diaconum refert Bellarminus ad finem quarti sæculi: sed non fuit, qui de Salomonis exitu loquutus, verùm eo quadringentis annis minor; sed doctissimus pariter Paschasius Rathbertus ex Ordine Sancti Benedicti, Abbas Corbeiensis, qui integer prodiit paucis abhinc annis studio nostri Iacobi Sirmundi, quem mortuum affirmat anno 851. Ille igitur lib. 1. in Matthæum, ad illud cap 1. *Filij David, filij Abraham*, &c. ex occasione verba exponens Psalmi 88. *Et thronus eius, sicut Sol, in conspectu meo: & sicut Luna perfecta in æternum, & testis in cælo fidelis*, &c. *Ergo* (inquit) *qui voluit hoc de Salomone dictum accipere, cogitent, quomodo thronus eius, sicut Sol, in conspectu Patris fuerit, cùm Scriptura sancta dicat, quod auersum sit cor eius propter concupiscentias feminarum, & adorauerit Astaroth, & Chamos Deum Sidoniorum, ac reliqua portenta Gentium: unde ad ultimum infert, quòd non erat Deus cum Salomone: si ergo non erat Deus cum Salomone, quomodo thronus eius, sicut Sol, in conspectu Dei Patris fulgebat? præsertim cùm & fœdatus dicatur omni immunditia ibidem, & propter idololatriam sit condemnatus? aut quomodo, sicut Luna, perfectus sit in æternum, cum subitò, velut flagitiosus, corruerit in ruinam? Quinimò, si perfectus esset, quomodo testis in cœlo fidelis foret, qui nunquam penetrauerat cœlos?* Ita Paschasij Codex, qui, cùm affirmet, & condemnatum, & nunquam penetrasse cœlos, planè ex Salomonis accusatoribus est: Hæc suppeditauit Philippi diligentia, quæ à nobis solùm integritati sunt restituta, & ipsius velut Colophonem pauca adiungamus verba: *Quia igitur* (inquit) *de præmisso capitulo utcunque dixi* (nempe. probauit ex Scripturis damnationem Salomonis) *nunc æstimo demonstrandum, quibus testimoniis, quod dixi, muniatur, ne fortè salutem Salomonis videar inuidere, & ob hoc ad voluntatem meam præsumptuosè magis, quàm veraciter Scripturas detorquere: scio enim quosdam grauiter ferre, si Salomon pœnituisse negatur, procliuiores ad credendum, quod famam loquacem Iudæis garrientibus audiunt ventilare, quam quod ecclesiastici Doctores inueniuntur in suis litteris affirmare.* Subnectamus à Phillippo emendicatis Doctoribus, quos secundæ inuenerunt curæ, nempe Gregentium Archiepiscopum Tephrensem disputat cum Herbano Iudæo tom. 5. Biblioth magnæ PP. parte. 1. non longè ab initio de Salomone loquutus *malum* (ait) *coram Deo operatus, nullum pœnitentiæ vestigium demonstrare potuit*: & inferiùs paulò; *quomodo Salomonis nomen erit benedictum, qui in peccatis vitam suam finiuit?* scio Gregentium inquere opinionem absurdam penitùs ut animaduertit in simili Bellarminus lib 2. de Purgatorio cap. 8. nempe Christum ad inferos descendentem prædicasse nonnullis, qui conuersi pœnitentiam egerunt, de quibus Salomon; at hoc ipsum manifestè declarat sensisse illum, absque peccatorum dolore Salomonem ex hac vita migrasse: docuit & sanctus Nilus Græcus Monachus, quem Baronius plurimum laudat; is interrogatus de Salomonis exitu, respondit ut idem Cardinalis memorat tom. 10. anno Christi 976. num. 4: *De Salomone* (inquit) *nihil usquàm reperimus in sacra scriptura, quod pœnitentiam egerit post peccatum sicut de Manasse; quis igitur de illo dicere poterit quòd saluus sit?*

Bellarm. — Pasch. — Philip. Abb.

alius est hic Nilus ab Asceticorum Scriptore quanquam doctrinæ & sanctitudine vix ullo modo inferior, Denique & Carthusiensium Patriarcha sanctus Bruno in illud Psalmi 75 *terribili & ei, qui aufert spiritum principum*, &c. *Qui spiritum rectum aufert a quibusdam principibus propter aliqua eorum mala merita: sicut legitur à Salomone abstulisse quoniam idolis caput inclinauit; & a Iuda, quoniam eum tradidit qui prius miracula fecisse legitur*, &c. visus parem extitisse amborum finem significare, cùm simul coniunxerit ad metum.

95. Ex his indifferens Lector facilè iudicabit, quam leuiter illi pronuncient, qui asserunt, subobscurè proloquutos veteres quidpiam contra Salomonem, cum tamen eum clarè plerique absoluerint: nam certè, si quidquam est, quod prisci manifestè docuerint, & in quam maior, atque nobilior factio consenserit, hæc Salomonis impœnitentia est; & ut ad plenam, absolutámque auctoritatem nihil deesset, antiquorum vestigia legerunt recentiores dignissimæ famæ, qualis Nicolaus de Lyra ad c. 3. Prouerbiorum, Abulensis 2 Reg. 7. quæstione 12. Ioannes Capistranus libro de auctoritate Papæ: Andreas Vega lib. 12. in Trident. cap. 2. Cardinalis Bellarminus tom. 1. de verbo Dei, cap. 6. Benedictus Pererius disputatione 27. in cap. 8. Epistolæ ad Romanos: Maldonatus ad illud Matthæi, cap. 1. *Joram autẽ genuit Oziam*, &c. Sed, ecce promissis excidimus de non repetendis eis, quos alij collegerint; Annectamus igitur citatis à Pineda exiguum ex recentioribus manipulum. Et quidem sunt ex illis, qui neutram in partem declinare voluerunt, nec certi aliquid significare. Gaspar Sanchez in 3. Reg. cap. 11. num. 44 Mendoça tom. 1. in lib. 1. Reg. annotatione 1. prœmiali, sectione 7 num. 16. Cornelius in vers. 21. cap. 47. Ecclesiastici Menochius vers. 41. cap. 11. Reg. 3. Gordonus Præfat. in Ecclesiasten. Estius Notationibus in Scripturam ad cap. 11 3. Regum. Ex iis, qui fauent Salomonis retractationi, quique pro ea ex professo disputarunt, Ludouicus de Tena Isagogæ sacræ Scripturæ lib. 2. difficultate 8. sectione 7. nostri tres, Serarius ad cap. 11. lib. 3. Regum, & tom. 1. Opusculorum, tractatione de pœnitentia Salomonis: Lorinus prolegomenis in Ecclesiasten, cap. 2. Salianus tom. 3. anno mundi 3058. à numero 3. Iacobus Tirinus vers. 7. c. 11. Reg. 3. Denique ex ea classe, quæ contra Salomonem væ, & damnationem inclamat, Gregorius Ederus in Oeconomia Bibliorum, lib. 2 parte veteris Testamenti 4 pag. 185. Gretserus tom. 1. Bellarminiani Propugnaculi, ad defensionem cap. 5. libri primi: Ioannes de la Hay concordiæ Euangelicæ cap. 4. Not. 8. vers. 11. Petauius in Rationario temporum lib. 3. cap. 1. Tornielli anno mundi 3059. num. 2. sub finem, de eius salute magis timendum, quàm sperandum. Ludouicus Ballester Onomatographiæ secunda parte, verbo, *Salomon*. Ioannes Fernando Dominicanus Commentario in Ecclesiasten, ad versum 1. c. 1. Arnoldus Cathius introductione præuia ad Canticum Canticorum, c. 1. Andreas Hoius Brugensis tom. 1. Historiæ sacræ & profanæ ad annum mundi 2980.

Lyra. — Abul. — Capistr. — Vega. — Bellarm. — Pererius — Maldon. — Sanch. — Mendoça — Tena. — Serar. — Lorin. — Salian. — Ederus. — Gretser. — Ballest. — Fernand. — Cathi. — Hoius.

***

SECTIO.

SECTIO X.

Inualida ea esse, quæ Salomonis compunctionem suadere videantur; Ecclesiastis liber num planctus Salomonis, & quando conscriptus? an peccando scientiam amiserit? num posteà recuperarit? ex 2. Regum locus declaratus.

96. ORdiamur ab ipso Achille, quem si prosternere cum aliquali laude contingat, procedemus alacres ad cætera vincenda: Appello autẽ robur, eam, quæ ab Ecclesiastis volumine est, probationem: quippe hunc Codicem Salomonis esse pœnitentiam, apertum est. Primùm, ob testium, & numerum, & auctoritatem, videndus Pineda lib. 8. de rebus Salomonis, c. 1. sect. 5. num. 44. sect. 6. n. 61. & præfat. in Ecclesiasten, c. 3. & 4. Salianus tom. 3. anno mundi 3058. num. 18. Deinde ob fundamenta grauia, nempe, Prouerb. cap. 24. vers. 30 & duobus sequentibus, vbi noster vulgatus: *Per agrum hominis pigri transiui, & per vineam viri stulti, & ecce totum repleuerant vrticæ, & operuerant superficiem eius spinæ, & maceria lapidum destructa erat: quod cùm vidissẽ, posui in corde meo, & exemplo didici disciplinam:* Pro vltima hac clausula septuaginta Seniores transtulère: *Nouissimè ego egi pœnitentiam, respexi, vt eligerem disciplinam:* Adstruit igitur palàm Salomon, defleuisse se priorem amentiam, cùm pœnituisse dicat: Ac sanè fuit hæc compunctio expressa libro Ecclesiastæ, quem ante Parabolas, vt ij volunt Auctores, edidit; quid enim Codice illo, nisi luxus, & malarum voluptatum recensio, atque planctus? Ad hoc ergo volumen allusum, cùm actæ pœnitentiæ memoratio facta est: Indicant & idipsum alia verba cap. 30. Prouerb. vers. 2. *Stultissimus sum virorum, & sapientia hominum non est mecum; non didici sapientiam, & non noui scientiam Sanctorum:* Nam & his declarat, quanta eius fuerit vecordia, & vt mente penitùs exciderit, cùm vanissimas delicias belluina amentia, & effræni libidine sequutus fuerit.

Pineda.

Salian.

Prou. c. 24. & cap. 30.

97. Vt singula constringamus, de auctoritate primò monendum, hanc tantam esse, quæ exceptis seniore Cyrillo, & Hieronymo inter Patres vix alium nacta sit tutelarem; neque Cyrillus ea 2. Catechesi affirmat threnum Salomonis lugentis fuisse Ecclesiasten, sed allegat ex Prouerbiorum cap. 24. septuaginta Seniorum verba illa: *Postea ego pœnitentiam egi:* De Hieronymo diximus elapsa Sectione, num 85. ex Hebræorum fide loquutum. quod fortasse Cyrillo accidit quoque: Cæteri alio argumentandi genere vtuntur, aut sine probatione indicãt simplici quadam loquutione ad se rediisse Salomonem; At certè non fuisse Ecclesiastæ volumen planctum condolentis Regis, necessarium est dicant vniuersi, quotquot damnatum asseuerãt, cùm nullo modo pœnituisse sentiant. Est verò hæc, vt copiosa, ita & grauissima auctoritas; quare in hoc certamine longè inæqualis est vtriusque partis conditio: Nam, qui absoluunt Salomonem, non est opus vnà doceant, Ecclesiasten illius pœnitentiam esse, cùm aliter dolere potuerit; quare neque huiusmodi placito subsidiantur ex vt principalis thematis: Qui verò accusant infelicem Principem, hoc ipso necessum est, discedant ab eis, qui pœnitentiam eius in Ecclesiaste subincludi affirmant: Atque ab auctoritate desumpti roboris cùm tanta sit infirmitas, neque minor est alterius fulcimenti: Nam verba illa ex Parœmiarum libro tum demum eximie explanantur, si quam simillimus exprimatur eorum cum Vulgata sensus, sit autem declarata Salomonis pœnitentiam non commendant; ostendi Anteloquio 1. Sect. 8 num 64. Quare Vir doctus, Ludouicus de Sotomaior, cùm Salomonis causæ impensè faueret; hoc tamen niti scipione renuit omninò: Præstabit ab eius excepisse labiis; *Quamuis ergo* (inquit prælusione ad Cantica pag. 28.) *vt dicam in summa, mihi probetur & placeat, (est enim valdè probabilis, & verisimilis sententia D. Hieronymi de pœnitentia peccatorũ Salomonis ante mortem;) tamen illa eius probatio, quam ex libro Prouerbiorum iuxta translationem Septuaginta adhibet ad fidem faciendam, persuadendámque suam sententiam, parum placet, quia parum, vel nihil probat, parúmque solida est si diligenter examinetur; quamuis in specie non nihil fauorabilis esse videatur, si quidem tota in æquiuoco videatur laborare, vt modo dicebam, & iam ostendi:* Alteram ex Parabolis sententiam capitis trigesimi exordialem, qui ad Salomonis contritionem traducant, in multis deficere ait Lyranus eò loci, & probat ad longum: Quòd autem stultissimum se nominaret Salomon illo potissimùm tempore, quo scientiarum, omnisque perfectæ eruditionis apicem conscenderat, ad modestiæ eius summam laudem facere optimè aduertit noster Salazarius, atque sanè propriè, simúlque verecundè loquutum; quippe Salomonis scientia omnis penè de sursum fuit à Patre luminum speciali beneficio concessa, nempe, infusa, & per accidens, & per se, iuxta obiectorum, & ipsarum notitiarum exigentiam, quemadmodum adnotat Lytensis ad illud cap. 6. Sapientiæ: *Quid est autem sapientia?* Cùm igitur studio, & labore in litteris progressus non fecisset, neque suo marte acquisiuisset quidpiam ferè, ingenuè fatetur, si quispiam mortalium sit, cui indecorum sit de scientiæ honore gloriari, ipsum hunc esse: nam, si quæ meæ industriæ fuerint partes, exploremus, nónne ego rudissimus. Itaque si quis doctus sit à natura, habet, quod & suis conatibus acceptum referat; sed munere alieno scientem omninò euasisse, quæ demum superbiendi ratio, cùm stupidissimus quisque ita argutus, & lynceus esse valeat? Indicant, & alium nucleum ea, quæ coniungũtur: *Non didici sapientiam, & non noui scientiam Sanctorum:* Nimirum, Salomon in eum diem licèt grauiora declinauerit piacula; tamen inter voluptates positus, & aulæ opulentiam, in teporem aliqualem lapsus, vitæ spiritalis difficiliores semitas non calcabat: Ait igitur: Quid mihi hæ intellectus diuitiæ prosunt? Ea demum cumulata scientia est, qua voluntas componitur: ego, qui Sanctorum cognitione careo, vt alia noscam; tamen vera spoliatus sapientia, stultioribus annumerandus sim.

Cyrill.

Hieron.

Ecclesiastes, an lamentũ Salomonis?

Prouerbiorũ locus ex c. 24 inutilis ad firmandã Salomonis pœnitentiã. Sotomaior.

Prouerbiorũ versus ex c. 30. elucidatus. Lyranus.

Salazar.

Sed tamen vno, eodémque ictu vniuersa, si fieri valeat, deiiciamus: Salomon post lapsum, neque Parabolarum ænigmata, nec Ecclesiastæ hortatoria, neque Epithalamium, aut dictauit, aut scripserat; igitur his comprehensæ voluminibus sententiæ, pœnitentis lamentationes non fuère 98.

Salomon post lapsũ in peccata nefaria, à Deo acceptã deperdidit sapientiã.

fuère, nifi priùs fleuiffe, quàm deliquiffet, arbitremur: Vt antecedens muniam, fuppono id, quod mihi libenter conceffum fint egregij Salomonis Patroni, Salianus atque Pineda; nempe, per idololatriæ, & libidinum fcelera confequutum Salomonem, vt fcientiam, quam acceperat, deperderet; intelligo autem non habitus, quos ipfe labore, & ftudio acquifiuiffet: fed dona indebita naturæ, qualis fcientia per fe infufa, gratiæ gratis datæ, & eius generis alia; Oftendit Pineda lib.7. de rebus Salomonis, cap.19.num. 3. ex Auguftino lib. 3.de doctrina Chriftiana, c.21.

Pineda. Auguft.

Cuius tamen initia (loquebatur de Salomone) *defiderio fapientia flagrauerant, quam enim amore fpiritali adeptus effet, amore carnali amifit*; Ambrofius Apologia 2.pro Dauid, aliquantùm à principio; *Salomon enim fapientiam nec principio fius habuit, nec in fine poffedit: neque enim habere fe credidit, quod popofcit: & poftea auerfus à Dei cultu, nō quafi fapiens, fed quafi infipiens lapfus eft. vt offenderet; offendit in tantum, vt etiam, quod meruerat, amitteret*: Gregorius in paftorali, tertia parte, in fine admonitionis 27. *Sed conceffa fapientia funditùs cor deferuit, quod nulla, vel minima tribulationis difciplina cuftodiuit*; Hæc eadem verba cum aliis Gregorianus Commentarius fub nomine Eucherij in 3. Regum exhibet, ex quo fimilibúfque indiciis planum eft, eum Commentarium Eucherij non effe, qui Gregorio fenior fuit, fed à iuniore Scriptore, aut integrè conflatum, vel Eucherij lucubrationibus adiuncta fuiffe aliqua ex recentiori officina; Hieronymus hoc ipfum innuit, cùm ad Rufticum fcribens ait, *Salomonem infatuatum à mulieribus*; Eofdem allegat Salianus tom. 3 anno mundi 3053. num. 27. & vterque alios paucos, quos non refero, quoniam obfcurior eft eorum cenfio; Demus & nos obolum, fi placet, duos faltem; Anaftafium, nempe, Sinaïtam libro vndecimo Hexameri: *Quis autem inter homines à Deo tanta fuit donatus fapientia, quanta Salomon? & tota eius fapientia fuit deuorata à mulieribus*: Philippum Abbatem tractatu de filentio Clericorum, cap.38. *Hanc etiam acceperant fibilantes Dei permiffionem, cum paterno fublimem folio eruditum impetunt Salomonem, cuius fapientiam fatuam, & fortitudinem elumbem effecerunt*: Huius & fententiæ ex nuperioribus Bonfrerius Appendice ad finem Pentateuchi ad c.7. Præloquiorum, fect. 9. Maximilianus Sandæus prima parte Theologiæ fuæ, Commentatione 12. exercit. ›. à num. 4.

Ambrof. Gregor. Eucher. Hieron. Anaft. Sin. Philip. Abb. Pineda. Salian. Bonfrer. Sandæus.

99\. Iam cum bis coniungamus Salomonici lapfus circunftantias aliquas; Primam, veniffe in profundum malorum: His ipfis terminis vfus Auguftinus lib.22.contra Fauftum, cap.81. *Ad profundum idololatria lapfus & demerfus eft*: Chryfoftomus hom 68. in Matthæum: *Quis Salomone felicior? Sed cùm negligentia dormitaffet, decidit in profundum*: Et hom.66. ad populum Antiochenfem, *delapfum in vitiorum barathrum*: Affirmat Bernardus lib 2. ad Eugenium ad finem, ex toto defipuiffe; Secundam, perfeueraffe in tanta enormium fcelerum colluuie ad longum: Salianus, atque Pineda feptem, aut octo annos tribuunt: Sed fpeciosè Auguftinus numerato nuper de doctrina Chriftiana lib.3. cap.21. *In Dauide* (ait) *immoderata libidinis non permanfio, fed tranfitus fuit; propterea etiam ab arguente Propheta ille illicitus appetitus hofpes vocatus eft; at verò in eius filio Salomone non quafi hofpes tranfitum habuit, fed regnum ifta libido poffedit*: Hinc Tertullianus lib. 2. contra Marcionem, cap. 23. *Rescitur Salomon: fed iam à mulieribus poffeffus, & idolis Moabitarum, & Sidoniorum mancipatus*: Illud *poffidendi* verbum in facinoribus pertinaciam indicat: Fulgentius Sect. antecedenti, num 92. ob eandem caufam vfus *cauteriandi* metaphora, quemadmodum ibi monftrauimus: Tertiam, quòd fuerit inter Monarchas primus, qui extulit clafficum idololatriæ; Fuit autem hoc grauiffimum peccatum, neque aliud in veteri Inftrumento, quod cauendum frequentiùs Numen moneat; quare, quamuis Dauid offenderit, propterea de illo pronunciatum, quòd in corde perfecto ambulauerit, quoniam paganarum fuperftitionum egregius euerfor fuit, affirmat Abulenfis quæft.4 in cap. 15. 3. Regum: at fuit illud acerbiffimum quoque, neminem extitiffe, qui fuo exemplo plures inficere valeret, quàm Salomon; adeò in illo ornamenta vniuerfa in fummo gradu.

Salomonis lapfus grauiffimus ob multas circunftantias. Auguft. Chryfoft. Bernard. Salianus. Pineda. Auguft. Tertull. Fulgent. Abul.

100\. His igitur confideratis, affirmo quidem conftanter, cùm ea, quæ in tribus Salomonis protocanonicis libris, Prouerbiorum Codice, Ecclefiafta, Cantico Canticorum refplendet prophetia, nullis prifci Fœderis vaticinationibus cedat honore & eminentia; haudquaquam tam egregia beneficia in Salomonem poft tam immanem lapfum collata fuiffe; at hoc quidem dico, etfi admittamus vtcunque pœnituiffe; Ratio horum vna: nam Deus comminatus eft Salomoni vitæ breuitatem, fi delinqueret, Reg.3. cap. 3. verf.14. regni quoque diuifionem prænunciauit Reg. 3. cap. 11. verf. 29. At quamuis Salomon pœnituerit, horum fuppliciorum nullam indulgentiam confequutus eft: nam obiit fexagenarius, biennio poft luctum, (fi modò fuit aliquis,) quæ non longa ætas, præfertim illis temporibus, in quibus octoginta anni in potentatibus iuxta Dauidis Odam 89. imperium quoque in Roboamo fciffum, & diminutum eft: Igitur, quemadmodum hæ, quæ ob malignitatem inflictæ funt pœnæ, neque fublatæ funt penitùs, neque imminutæ quidem: fic, cùm ob fcelerum vindictam fcientia fpoliatus fuerit, & prophetico maximè lumine, vtpote gratia gratis data; neque eandem, aut fcientiam, aut vaticinationem poftcà recuperauit; fanè, qui reftitutam vtcunque affirmant, obfecro, vnde hauferint? neque enim, aut Biblia, aut Patres dixère, & res grauis eft, quæ multo cum fundamento adftrui debeat, Secunda & potiffima caufa, quoniam ex lege ordinaria prophetiæ donum, & eiufmodi alia rara beneficia, notiffimæ præfertim temeritatis, & audaciæ peccatoribus, non nifi poft feueram multorum annorum pœnitentiam conferri vfus eft, Afferam exempla pauca: Iacobus Eremita poft actam diu fanctiffimam vitam, demum homicidium ftupro affociauit: fed qualis eius poftea fatisfactio! quàm longa! Nempe, ipfos decem annos fepulcrali delituit fpelæo; cibus, quos circuniecta tumulo ferebat tellus, caudices agreftium herbarum; confolatio perennes lacrymæ: vide ex Metaphrafto apud Surium tom. 1. ad diem 28. Ianuarij: fic eluta veteri macula, rediit in priftinam cum Domino gratiam, & prodigiorum deinceps operator fuit: Huic fimilis Genobaldus, Laudunenfis Antiftes, quem à luxuria fuperatum, Rhemigius admirandus Pontifex carceri mancipauit: huc feptem annis inclufus, in ieiuniis, contemplatione

Salomon poft lapfum nihil prophetauit meditatus eft. 3.Reg.3 & 11. Pfalm 83. *Grauiter lapfos non nifi tardè ad infignem familiaritatē & ftupenda opera, Numen admittit.* *Pœnitentiæ egregia exempla.* Metaphr. Surius.

platione, & luctibus, meruit de condonatis offensis ab Angelo admoneri: scribit Hincmarus in Rhemigij Actis apud eundem Surium allegato volumine, pag. 298 §. *Et vt erat doctissimus*, &c. Spectat in hunc scopum, quòd Maria Ægyptiaca non nisi post decem, & septem annorum acerbissimam pugnam, inter eremi inhospita, animi tranquillitate, & pace filiorum Dei donata est: refert Sophronius, Hierosolymitanus Hierarcha, apud Laurentium Carthusiensem tom. 2. ad diem octauum Aprilis: Denique Martinus ille post Apostolos iam magnum nomen, quòd ad horam cum Ithacianæ partis Episcopis communicasset, *Cùm posteà* (inquit Sulpitius in eius gestis) *quosdam ex energumenis tardiùs, quàm solebat, & gratia minore curaret; subinde cum lacrymis fatebatur, se propter communionis illius malum, cui seipsum vel puncto temporis, necessitate, non spiritu miscuisset, detrimentum sentire virtutis*: Sic igitur, cùm eueniat, vt lapsos etiam eximiè compunctos, non statim ad amplexus, & familiaritatem admittat Numen, neque aut miraculorum gratiam, aut prophetiæ lumen continuò infundat, cùm Salomon omnes penè mortales criminum vicerit immanitate; biennio autem solùm doluerit, vti Pineda lib. 8. de eius rebus, cap. 4. tradit; Salianus allegato tom. 3. anno mundi 3058. atque inexploratum sit, qualis fuerit lugentis habitus, an acrior, an languidus, & communis, quorsum affirmabimus, neque Bibliorum, neque Patrum præluceente nobis pharo, sic à Creatore adamatum, cui incerta & occulta sapientiæ panderet, & reuelaret in tribus Canonicis Voluminibus Ecclesiæ Catholicæ amplificationem, progressúsque vniuersos?

Sophron. — Pineda. Salian.

101. Neque mihi occurrant affirmantes, Dauidem post commaculatum alienum thalamum, & Vriæ Hethæi infandam necem, prophetia claruisse; redditum quoque Samsoni antiquum vigorem Iudicum cap. 16. vers. 22. Nam Dauid nouem, decémve mensibus solùm peccator, atque malignus fuit; Salomon tot ferè annis, quot genitor mensibus omnem exercuit spurcitiem: Dauid quoad se impius; quoad rempublicam, quoad religionem, & pietatem in Deum publicam validus athleta; & celabat, quoad poterat, animi stragem; Salomon superis bellum apertum dixit, & Numinum vanissimorum simulacris fana ædificauit; non exterorum, non ciuium scandala nihil faciebat; Dauid, quàm citò admonitus resipuit continuò; *Ille Rex tantus, ac potens* (ait Ambrosius Apologia 2. pro Dauide) *nec exiguo quidem momento manere penes se delicti passus est conscientiam*; Salomon bis, iterúmque admonitus lethargo nunquam excitabatur; Denique in toto Salomonis Ecclesiaste nulla peccatorum memoria, neque in genere, neque in specie; nam, quæ secundo leguntur capite de voluptatibus, & deliciis, malum non afferunt, quando in his excessum grauem non innuunt: neque enim aut diuitias coaceruasse, aut vxores plures habuisse, aut mensam opiparam, culpa magna fuit, si hæc nimia, & supra mensuram non fuere; Docebit Tostatus quæstione 11. & 12. in cap. 10. 3. Reg. & quæstione 3. in cap. 11. eiusdem voluminis: Nulla rigidioris pœnitentiæ mentio, ignorantur sacci, panis cum lacrymis, cilicia, nocturnæ vigiliæ, humi cubationes; Cæterùm his resonant Dauidici Psalmi, præsertim septem illæ lugentis miserabiles Odæ. Longum ergo discrimen est inter Dauidem, & filium eius; Sed & minimè redditum fuisse postliminio antiquum robur Samsoni, verum ad breue tantùm interuallum, iudicat Iudicum textus cap. 16. vers. 28. *At ille inuocato Domino ait: Domine Deus memento mei, & redde mihi nunc fortitudinem pristinam, Deus meus, vt vlciscar me de hostibus meis*, &c. Ea igitur carens petebat ad instans, quo de Philisthæis vindictam caperet; & concessit Numen hunc ob finem potiùs, quàm solius gratia Samsonis; Significat autem hoc plurimùm septuaginta Seniorum versio, quam sequitur Ambrosius lib. 9. epistolarum, epistola 70. ad Vigilium; nam pró eo, quod Vulgatus; *Redde mihi nunc fortitudinem; conforta me adhuc vice hac*: Pagninus; *Fortifica me, obsecro, tantùm vice hac, Deus*; Vatablus iisdem omninò verbis: Subinnuunt itaque, quamuis capilli cœpissent progerminare, vt eiusdem capitis versus 22. repræsentat; non tamen vnà cum verticis coma restitutas vires; quod cùm Samson animaduerteret, neque se præstare robore, orauit, vt ad horam saltem pristini vigoris copia fieret; Non ergo iuuat à Samsone desumptum exemplum: Atque sanè, vt indulgeremus reuertisse antiquam roboris gloriam, Salomonis causæ non opitularetur, quoniam & delicti, & pœnitentiæ vtriusque multa fuit differentia, vt affirmabamus de Dauide.

Iud. 16. *Cur Dauidi restituta prophetia post lapsum, & non Salomoni?* — Ambr. — *Libro Ecclesiastæ nulla de peccatis Salomonis mentio.* — Tostat. — Iud. 16. — *Samsoni num redintegratæ vires post lapsum?* — Ambr.

102. Alterum huius factionis argumentum, & quod de capitalibus videatur depromptum ex Regnorum secundo volumine, cap. 7. vers. 14. *Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium: qui si inique aliquid gesserit, arguam eum in virga virorum, & in plagis hominum; misericordiam autem meam non auferam ab eo, sicut abstuli à Saül, quem amoui à facie mea*: Scilicet hinc deriuant nihil acerbius, quàm temporariam castigationem, quæ *virgâ virorum* significetur, comminatum esse Salomoni, si fortè ab amore eius recessisset: at verò, cùm Saülem damnatum fuisse vulgatissima existimatio sit; promiserit autem Creator, non ablaturum esse misericordiam à Salomone, quemadmodum à Saüle abstulerit, planè significatio est, facturum Deum, vti Salomon ex peccatorum fæce emergeret, daturúmque ei auxilia efficacia, quibus pœniteret; alioquin sanè, quæ tandem illa misericordia est æternùm amisso Salomone? Quid enim homini prodest, si vniuersum mundum lucretur; animæ verò suæ detrimentum patiatur? Producunt autem in subsidium veteris Donatistæ Tichonij effatum, qui libello de septem Scripturarum documentis, regula 3. *Quid enim prodest Dauid*, (inquit,) *si propter eum filius eius regnum terræ consequeretur, cæleste perditurus? Quo manifestum est, cum Deo esse Salomonem, cui regnum quidem terræ ablatum non est propter Dauid*, Verùm, quàm multi extiterint ex clarissimo Patrum Senatu, qui asseuerauerint, nullam esse in prædicta oratione voculam, quæ Salomonem respiciat, sed omnia de Christo explananda, commonstrauit eruditè Pineda lib. 8. de rebus Salomonis, cap. 1. sect. 6. § 4. num. 55. atque ex deliberato lib. 6. c. 19. n. 2. Gaspar Sanctius ad cap. 7. lib. Regum 2. num. 25. Ribera, Cornelius, Iustinianus ad cap. 1. Epistolæ Hebræ: Tena in eiusdem Epistolæ cap. 1. difficultate vndecima, sect. 1. Quos & celebris famæ nuperi sequuti sunt; Quæ tanta in aduersum auctoritas facit, vt huius argumentationis leuissimum sit pondus: sed ex iis ipsis, qui de præfatis verbis posse quædam in Salomonem transferri asserunt; illam, quæ de misericordia non tollenda

Regum ex secundo libro c. 7. sententia expensa. — Tichon. Donat. — Pineda. — Sanch. Ribera. Cornel. Iustin. Tena.

est sententia, Salomonis posteritati, & nepotum lineæ, non pœnitentiæ accommodant: Sic Philippus Abbas citato de Salomonis damnatione Opusculo, §. *Sequitur in solutis verba,* &c. Abulensis in eum 2. Reg. cap. 7. locum, quæstione 9 ad 4. rationem; Lyra ibidem, *Nec ex hoc loco* (inquit) *potest efficaciter argui de misericordia Dei circa eum, nisi quantum ad temporale regnum, quod non fuit ab eo, neque a filijs eius totaliter ablatum, sicut fuit a Saule, ideò subditur, sicut abstuli a Saul, quem amoui, scilicet, ne regnaret posteritas sua* Gaspar Sanctius ibidem, num. 20. Iansenius ad illud cap. 47. Ecclesiastici: *Deus autem non dereliquit misericordiam suam, & non corrumpet, nec delebit opera sua, neque perdet à stirpe nepotes electi sui*; ibidem Cornelius à Lapide & Bonartius: Quæ verba quemadmodum planè misericordiam referunt ad posteros Dauidis, atque Salomonis; ita etiam abundè elucidant, qui sensus sit verborum ex Regum libro 2. cap 7. vti etiam faciunt versus illi Psalmi 88. *Si autem dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint, visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum: misericordiam autem meam non dispergam ab eo,* &c Quid, quod alibi apertè doceat, proiecturum se illum in æternum, si deliquerit Paralip. 1. cap 28. versu nono? Neque illa obstant, quæ de *virga virorum*, qua corripiendus Salomon, & progenies illius; nam exploratum est id, quod ipsi affirmant, indicari mala, quæ transeunt, bella, seditiones, & eius generis; Sic Interpretes penè omnes Hieronymum in Traditionibus Hebræis ita enarrantem sequuti; At intellectus non est, his solùm malis puniendos, qui deliquissent; sed immissurum Numen istiusmodi si fortè illis vexati ad cor redire vellent; si autem sceleratè agere pergerent, præter damna hæc citò transeuntia, æternis castigandos suppliciis; Neque Tichonij consideratio viget; nam, quamuis eius proles Salomon ob flagitiorum enormitatem, & magnitudinem Tartaro addictus fuerit: tamen quòd simul familia deleta non sit, & regia potestas ad alios translata, insignis erga Dauid beneficentia extitit; sic enim perpetratum, vt ex radice Iesse Emmanuel oriretur, & in capite libri scriberetur, Christum Dauidis esse filium.

Philip. Abb.
Abul.
Lyran.
Iansen.
Eccli. 47.
Psal 88.
1. Par. 28.
Virgâ virorũ quid significatum?
Hieron.

Minutiora sunt, quæ restant; allegant Bec-
103. chiarij annotamentum ex epistola ad Ianuarium: *Veniam autem ex hoc consequutum esse agnoscimus,* (inquit) *quia, cùm solutus esset à corpore, sepultum illum inter Regum Israelitarum corpora Scriptura commemorat; quod tamen alibi peccatoribus Regibus negatum esse cognoscimus, qui vsque in finem vitæ suæ in proposito peruersitate manserunt, & ideò, quia inter Reges iustos meruit sepeliri, non fuit alienus à venia; veniam autem ipsam non potuit promereri sine pœnitentia;* Confirmant: fuit quippe & nobilissimus Scriptor canonicus, & inter Christi Seruatoris typos in paucis eximius; absurdum autem videatur eiusmodi præditum ornamentis Inferno demersum fuisse: neque sanè, quod persuadeat, aliquod suppetit exemplum: At Bacchiario multa opponimus: Primùm, illi, cum quibus altercamur, respuunt hanc argumentationis formam: non legitur pœnituisse Salomon; igitur absolutè non pœnituit; quoniam, *Etsi non scripta fuerit in publicis Legibus,* (ait Bacchiarius memorato epistola,) *fortasse ideo acceptabilior iudicatur, qui non ad faciem populi, sed in secreto conscientia, Deo teste, pœnituit.* Ergo in similem modum reiectare licuerit; non legitur aliquis sepultus fuisse cum Sanctis; igitur simpliciter cum iis non est sepultus; Secundò, si ex illa phrasi, 3 Reg 11. 43. *Dormiuitque Salomon cum patribus suis, & sepultus est in ciuitate Dauid patris sui:* Beatum eius finem satis probatum existimant, dabimus aliam phrasim, quæ infaustum exitum declaret, nempe, eodem libro, capite allegato, vers. 4. *Nec erat cor eius perfectum cum Domino Deo suo, sicut cor Dauid patris eius:* Quæ expendens verba Philippus Abbas tractatu de Salomonis damnatione, §. *Videtis, quia nullus,* &c. *Si enim catalogus Regum Iuda* (ait) *a Dauid vsque ad Salomonem, qui vltimus Regum fuit, recenseatur; nullus eorum, sicut benè consideraui, perfectum cor, sicut Dauid, cum Deo suo habuisse negatur, nisi vt paulò ante dixi, cuius vita reproba iudicatur; nullius vero perfectum cor habuisse cum Deo, sicut Dauid, vel in vijs Dauid legitur ambulasse, nisi quem constat bonam vitam optimè consummasse: Miror igitur, si fortè de solo Salomone inaniter dicitur quod alijs Regibus ad testimonium damnationis adscribitur, vt, videlicet, in eo solo non habeat effectum, quod legitur cum Deo suo, sicut Dauid, non habuisse cor perfectum;* Tertiò, Id, quod Becchiarius adstruit solidum non est: probat ibidem Philippus § *Ad Scripturam canonicam,* &c. & prolatis multis impiorum Regum exemplis, qui eodem cœmeterio iacuerunt, quo probi Monarchæ dormissent; tandem subdit; *Sepeliri enim inter Reges non est argumentum æternæ sanctitatis, sed perfunctoria cuiusdam cumulus dignitatis: excludi verò ab eis, non est æternæ damnationis iudicium: sed subiecta plebis perseuerans in Regem demonstrat odium: Denique, Scriptura diuina, nec apertè dicit, nec latenter vspiam innuit, quod iustus debeat iudicari, qui cum iustis inuentus est tumulari: cùm Saul, & Ionathas in Iabes Galaad subter quercum legantur sepulti: quorum Saül iniustus, Ionathas verò asseritur iustus;* Quod confirmatio adstruebat pium est, non efficax; nam eadem suaserint, non decuisse, vt Numen sineret tanto malorum voragine, támque enormi Salomonem volutari; Deinde eodem, aut maior difficultas est de Luciferi irreparabili damno, quem omnis lapis pretiosus vestiebat, qui erat diuinæ similitudinis perfectum signaculum, De Iuda Stygiæ paludi mancipato, miraculis & prophetandi munere claro, qui Christi dux & notus fuit, & cum eo simul comedebat panem saltem Redemptor auspiciis legis gratiæ concederet, vt gratiam obtineret à Deo Patre, qua infelix Apostolus conuerteretur: sed eum rapuit Infernus, latronem Paradisus. Quid ad hæc dicemus, donec ingrediamur in Sanctuarium, & videamus Deum Deorum in Sion, nisi interim cum Paulo in magna animi consternatione; *O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius!*

Bacchiar.
3 Reg. 11.
Cor, sicut Dauid, habere, de quibus Regibus dictum?
Philip. Abb.
Inter Reges iniusti an sepelirentur aliqui in vsu Hebræorum?

Sect. XI.

SECTIO XI.

Salomonis impœnitentiam quæ insinuant, esse grauioris ponderis, & vrgere magis. Salomon ob indestructa idola repudiatus à Deo: Reges Hebræorum quomodo sine culpa omiserint fana vanorum diruere Numinum? Manassis pœnitentiæ quæ certitudo? mons offensionis quare dictus?

104. DEligam ex omni argumentorũ multitudine, quibus Salomonem non resipuisse probari visus est, vnum, neque amplius quidquam, ita rerum, de cæteris idẽ iudicamus quid elapsa superrima Sectione opinati sumus de his, quæ congeruntur in adminiculum Salomonicæ confessionis, & luctus; scilicet, habere roboris, aut nihil, aut solũ tantillum: quæ certè cùm ostenderimus, quandu à nobis quoque Sectione nona commonstratum est, quatuor Latinos Doctores aduersùs Salomonem stare, atque alij ex primis subselliis Patres, Græci, atque Latini idipsum asseuerent, & recentiores accedant ex his, quos Schola maximè veneratur, sitque numerus maior, quàm eorum, qui fauère Salomoni; fit planè, hanc esse partẽ firmiorem, atque validioribus munitam fulcris: erit autem, quod à reliquis separauimus argumentum; nempe, quòd fana, quæ Salomon ædificauerit pellicum suarum improbissimis Diis, Deabúsque, ea, cùm possit, non destruxerit, manseritque post ipsius obitum. At hæc impœnitentiæ manifesta nota est: non enim inuestigare valeamus finẽ aliquem, à quo eiusmodi actio honestari queat, neque occurrit quidpiam, Salomonem quod satis excusare possit; Ergo Salomon in scelere, atque impietate sua hac ex vita discessit. Stabiliamus igitur primò delubra Satanæ non fuisse à Salomone diruta: nam hoc semel confirmato, reliqua sine molestia graui patebunt: Primum itaque ex Regum 3. cap. 15. vers. 11. *Et fecit Asa rectum ante conspectum Domini, sicut Dauid pater eius, purgauitque vniuersas sordes idolorum, quas fecerant patres eius:* Intelligit autem parentum vocabulo Abiam genitorem, Roboamum auum, Salomonem atauum, quemadmodum explanant Abolensis quæst. 9. noster Sanchez num. 9. nam hi omnes idololatriæ tutelares: Igitur, sicut ex his verbis liceat inferre sub Asæ principatus exordio mansisse reliquias ethnicarum superstitionum, quas aut Abias, aut Roboam inuexère: & ita de Salomonico conquinamento relictum nonnihil: Secundò, atque potissimùm ex Reg. 4. cap. 23. vers. 13. vbi inter alia memoranda facinora Iosiæ, Principis religiosissimi, illud: *Excelsa quoque, quæ erant in Hierusalem, ad dexteram partem montis Offensionis, quæ ædificauerat Salomõ Rex Israel Astaroth idolo Sidoniorum, & Chamos offensioni Moab & Melchom abominationi filiorum Ammon, polluit Rex*, Atque sanè, cùm diu nu sermo tam enucleatè, atque distinctè omnia recenseat, & constructa à Salomone affirmet, quid superest, nisi vt manifestè concipiamus indiruta perseuerasse, etiam deleto Salomone quæ viuens impietatis monumenta fabricauerat?

Salomon fana Deorum nõ est demolitus, & ideò damnatus.
3. Reg. 15.
Abul.
Sanchez.
4. Reg. 23.

105. Sed contendunt, qui zelant pœnitentiam Salomonis, Monarcham, antequàm hanc reliquisset auram demolitum fuisse ædes malorum Numinum, penè etiam fundamentis effossis: at ex improbis Regibus aliquos studio renouandæ pristinæ superstitionis redintegrasse, quæ a Salomone quassata fuère: vocasse autem recens ædificium ex nomine primi artificij; Hoc suadere nituntur duobus exemplis, altero Manassis, altero Ezechiæ: nam allegato nuper 23 capite ex Regum 4. dicitur idem Princeps Iosias vers. 12. *destruxisse altaria, quæ fecerat Manasses in duobus atriis templi Domini:* Sed cùm de Manassis pœnitentia constet ex Paralipom. 2. cap. 33. à versu duodecimo, & Patrum, atque Interpretum sit stabilis opinio, quæ sanctã obiisse morte asserat; sanè haud fuerit incredibile, ab ipso derelictas impias aras: Verùm, cùm abolitas ab ipso infandas cæremonias resuscitasset gnatus, & in regno successor Amon, vt ex eodem cap. 33. Paralip. à versu 22. patet; appellauit filius altaria genitoris ex vocabulo atque hic est Explanatorum vulgaris conceptus: Itidem de Salomone iudicare æquum fuerit, neque damnasse, quod excusare possibile; Iam de Ezechia paria cantant: quippe Regum 4 cap. 18. vers. 4. *Ipse* (inquit) *dissipauit Excelsa, & contriuit statuas, & succidit lucos*, &c. Quod si ab eo sic perpetratum, quamobrem eiusdem voluminis cap. 23. vers. 13. Iosiæ laudi tribuitur ab illo destructa fuisse. *Excelsa, quæ erant in Hierusalẽ ad dexteram partem montis Offensionis, quæ ædificauerat Salomon Rex Israel* &c. nempe, postquàm eas abominationes Ezechias contriuit, alij posteà scelerum atque impietatis ministri reædificarunt: Igitur modò velimus, vt decet, piè de Salomone sensisse, facillimum fuerit percepisse, nomine tenus Salomonis ea esse fana, quæ Iosias euerterit; solo complanauerit: quando ea quidem delubra, quæ Salomon, cùm post meretrices hinniret cum sumptu erexerat, idem flebilis, & sibi restitutus dirui eò vsque coëgerit, donec lapis non relinqueretur super lapidem: Quòd si alij prolabentibus sæculis instaurauerint, & Salomonis titulum apposuerint, non est, quòd Salomoni quispiam id vitio vertat.

4. Reg. 23.
2. Par. 33.
4. Reg. 18.

Sherlogi Anteloq. in Cant.

106. Sed, vt ab inualidiori exordiar probatione, quæ ab Ezechia desumpta est; equidem, si quid argumentum suaserit, planè docuerit, stetisse à Salomone condita templa post eius fatum, vsque ad Ezechiæ principatum, alioquin friuola extiterit syllogizandi forma: quippe velit ostendisse, ab Ezechia diruta idolorum Salomonica fana: hoc autem vt concesserint, adeptus continuò triumphus: nam, siue demoliretur Ezechias, seu potiùs Iosias, nihili refert tantùm non Salomon destruxerit: in hoc enim disputatio incumbit omnis, vt Salomon deiicere omiserit: Cæterùm vera declaratio est, alia fuisse Excelsa diuersa ab iis, quæ Salomonis opus fuère, in quorum laborauerit ruina Ezechias, quemadmodum commonstrat Tostatus in cap. 18 Reg 4. à quæstione octaua ad decimam: fuerunt enim Excelsorum multa genera, vti passim Regnorum volumina, tertium, & quartum innuunt, & ex Paralipomenis secundus codex; In Manasse longè dispar ratio est, quàm in Salomone: nam eius pœnitentiam luculenter exponit Paralipomenωrum prolatus à nobis Textus antecedenti numero. consentiunt Patres, atque Bibliorum Interpretes: Ab ea igitur cùm recessisse opinione piaculum fuerit, vtpote contradixisse apertis ferè

Excelsorum diuersa genera.
Tostat.
Manassis pœnitentia regis.

Scripturis, & Auctorem communi indicio, operæpretium est, dicamus, ab alio fabricata altaria, in quibus à Manasse nomen solum; Atque vt hæc non vana coniectemur, fundamentum plorimum est in eodem Texto: quippe statim Historicus narrat, quo pacto Manassis hæres Amon, quæ genitor scelera exosus, & pœnitens diruit, restaurauit: Parentis igitur detestandas fabricas cùm restituisset gnatus, altaria, quæ in duobus templi atriis erant, ex nomine primi Structoris vocauit: Verùm Salomonis pœnitentiam, neque Bibliorum effata, neque Patrum conspiratio indubiam reddunt, vt in superioribus monstrauimus: imò, quæcunque afferuntur, ieiunà sunt, atque marcida, præsertim à Scripturis deriuata adminicula sicut rectè Torniellus monet anno mundi 3059. num. 20. quod inter Manassis & Salomonis pœnitentiam discrimen probè consideratum superius à Nilo Monacho ad finem num. 94. ergo cùm nihil sit, quod Scripturæ verba ab metaphoricos sensus transferre cogat, eo pacto construenda fuerint, quo iuxta primam impositionem sonant: sic autem intellectâ indicant Iosiæ temporibus extitisse eadem fana, quæ Salomon variis Diis Gentium ædificauerit.

107. Atque certè eam esse genuinam sermonis interpretationem, mihi plurima suspicio fuit semper, ex quo attentiùs consideraui, grauissimos quosque ex illis, qui Regum volumina declarare tentarunt, huius fuisse existimationis: Dicunt igitur constantissimè ob allatum à nobis ex Reg. 4. cap. 23. Textum, absque pœnitentia, & scelerum odio migrasse Salomonem; neque, si ille ingenuè lamentasset priora delicta, commissorum vnquam, vt starent Dæmonum aræ, & abominationibus dicati lares: Huius antiquissimus testis Eucherius (si modò incorruptum eius habeamus Commentarium) ad nominatum ex Regum Historia locum: Rabbanus ibidem: Angelomus, & Hugo Cardinalis, multæque senectutis Beda Venerabilis libro quæstionum triginta ad Nothelmum quæst. 29. Glossæ concinnator eundem sequutus ad illud Isaiæ cap. 2. *Et idola penitus conterentur*, &c. Philippus Abbas Opusculo de damnatione Salomonis, §. *Tunc ædificauit Salomon*, &c. Nicolaus de Lyra ad principium cap. 30. Prouerbiorum, §. *Hæc expositio*, &c. Tostatus in lib. 2. Reg. cap. 7. quæst. 25. vbi marginalium additamentorū opifex fortissimam rationem appellat, & idem Abulensis in 4. Reg cap. 18. quæst. 9. & cap. 23. quæst. 23. inter recentiores idipsum Christianus Massæus lib. 6. Chronicorum, Adrichomius in Hierusalem, num. 191. de nostris Benedictus Pererius disput. 27. in c. 8. Epistolæ ad Romanos, n. 130 Gaspar Sanctius in 3. Reg. cap. 15. n. 12. Quòd si quispiam contenderit, Manassis salutem in opinione positam, neque firmiorem habere basim, quàm ea habet, quæ de Salomonis contritione est assertio: ac proinde non cogi nos comparatione Manassis, potiùs quàm Salomonis cum metaphora explicasse Scripturas; dicam ego tunc de Manasse id, quod de Salomone; eius impœnitentiam, & in scelere duritiem ideò maximè probari, quòd nefanda altaria, cùm potuerit, non destruxerit: Denique Amadæus Franciscanus, qui Beati titulo citatur, quem ex Menesiorum Familia, quæ nobilissima est inter Lusitanos, fuisse Possessorem affirmat, cùm super hac re Angelum sibi familiarem percunctatus esset, Manuscriptum Vaticanum respondisse affirmat ob mulierum importunitatem, in quarum gratiam fana ædificauerat, permisisse Salomonem, vt starent: Sic Lorinus prolegom. in Ecclesiasten, cap. 2. & subindicare visus Pineda lib. 8. de rebus Salomonis, cap. 8. ad finem Chronologiæ.

Quæ sensêrint, Salomonis ob indestructa idola, vel adiumentum à Deo? — Eucher. — Rabban. — Angelomus — HugoCard. — Beda — Glossa. — Philip. Abb. — Lyra. — Tostatus. — Massæus. — Adrichom. — Pereira. — Sanchez. — *S. Amadæus Franciscanus quis fuerit?* Possessorus. — Lorin. — Pineda.

108. Esto, inquiunt, Salomon Deorum Basilicas non sit demolitus, sed in hoc non peccauit, neque inde argumentū damnationis: quippe hoc commune fuit illi cum optimis Regibus, nam eiusmodi fuerint aliqui Principes, antequàm Iosias imperij habenas arriperet, præsertim ob multas causas inclytus Ezechias, sanctus Monarcha: Asam quoque laudare consueuêre Scriptores. Denium & Roboam Paralip. 2. cap. vndecimo, vers. 17. dicitur ambulasse in viis Dauidis, & Salomonis annis tribus; quibus tamen neque ipse domos nefarias à Salomone constructas diruit: His tamen non acquiescimus: nihil enim fuit, quod Salomonem à demoliendis fanis retardaret, nisi studium placendi meretricibus, quàm lacrymulæ ei chariores Dei honoro: Neque verebor concedere exemplum profanati Regis sequutos ex Optimatibus quosdam; vulgi partem aliquam insuper; sed tam stupenda fuerat Salomonis potentia, tam ingentes diuitiarum thesauri, ipse belli apparatus tam magnificus, vt qui habuerit quadraginta millia præsepia equorum currilium (Reg. 3. cap. 4. vers. 26.) & duodecim millia equestrium, & indiuisum adhuc imperium; populos quoque ob recens exemplum religiosior; vt his armatus præsidiis potuerit facilè seditiosos quoscunque comprimere, quemadmodum Nicolaus, & Abulensis adnotarunt locis, quæ allegaui: In reliquis Monarchis alia fuit rerum facies, & virium, & imperij minor gloria: Roboamus quippe in ipso principatus limine amisit decem partes roboris, & adhæsêre in Hierusalem duæ solùm tribus, Iudæ & Benjamitica: ipse autem primo dominatus triennio totus occupatus fuerat in muniendis vrbibus, comparando bellico omni instrumento, vti secundus Paralipomenorum liber indicat, cap. 11. à vers. 6. *Faciebat ita* (inquit Abulensis quæst. 8.) *quo aduersus Jeroboami, & decem tribuum maiorem multitudinem satis instructus esset*: Ob hanc igitur causam distulit tantisper religionis negotium, quò, videlicet, robore pollens tutiùs, atque vtiliùs agere posset, ne si imbecillis adhuc, & tumultuante omni republica conaretur, spe, atque labore frustraretur, imò maiora oborta fuissent damna: Verùm, vt est inconstans humanus animus, exacto triennio Roboamus milite, & opibus abundans, cùm debuisset gladium aduersùs idololatriam stringere, & Paganismi, quæ manserant, delere vestigia; è diuerso fecit *peccare Iudā super omnibus, quæ fecerant patres eorum, feceruntque omnes abominationes gentium, quas attriuit Dominus, ante faciem filiorum Israel*. Reg. 3. cap. 14. vers. 24. Asam à deturbandis Excelsis abstinuisse propterea verisimile est, quòd cùm non pauci elapsi fuissent anni, ex quo Roboamus gentilismum induxisset, altas egerit radices planta malignior, neque ad extirpandum vires sufficientes: contentus igitur aliquid fecisse Asa, distulit in meliora tempora eorum remedium, pro quibus idololatræ acriùs dimicaturi fuissent: Quam sententiam noster innuit Sanctius in cap. 15. Reg. 3. num. 12. Quanquam sciam Marianam, & Sa ad eum locum monere Hieronymo displicuisse Asam,

2. Paral. 11. — *Salomonis magna potentia.* — 3. Reg. 4. — Lyra. — Tostatus. — 2. Paral. 11. — *Reges Hebræorū quonam modo absque culpa omiserint fana Deorū euertere.* — 3. Reg 14. — Sanch. — Mariana. — Sà

Asam, quem culpat ob hoc, atque errasse affirmat lib. 5 contra Pelagium; De Ezechia Abulensis 4. Reg cap. 18 quæst. 9. *Dicendum* (inquit) *quod non destruxit illa, primo, propter populum repugnantem: nam ante Ezechiam nullus destruxerat altaria, quæ erant in urbibus. Cum ergo faceret ipse nunc aliquid nouum, populus moleste ferret. & si vellet omnia vsque ad vnguem destruere, fortè populus repugnaret; Voluit ergo aliquid facere ea cultum Dei consentiente populo, quam inuito eo nihil agere; De Iosia autem non fuit sic; quia iam ante eum Ezechias destruxerat omnia Excelsa; quando ergo ipse vellet ea nunc destruere, non erat aggredi aliquid nouum, ideo poterat omnia vsque ad vnguem delere, & sic destruere templa, quæ fecerat Salomon.* (Abul.)

109. Alio modo Ezechiam à crimine absoluit Tostatus dicta quæstione, & sequenti: *Secunda* (ait) *causa & potissima, propter quam motus fuit Ezechias ad non destruendum templa illa quæ fecerat Salomon, fuit, quia non præiudicabant cultui diuino: nam ipse ideo destruxit omnia Excelsa, & lucos, & statuas, quia erant contra cultum Dei, scilicet, quia Israelitæ afferebant ibi sacrificia, quod erat contra legem: & tamen in templis illis, quæ fecerat Salomon pro vxoribus suis, non offerebant Israelitæ aliqua sacrificia, nec volebant offerre, etiamsi nullus eos prohiberet; ideò non erant scandalosa illa templa, nec in præiudicium cultus Dei*: Denique pergit ostendere, quamobrem Israëlitæ ea non adirent fana; nempe, quòd dicata fuissent Diis peregrinarum gentium, scilicet, Moabitarum, Sidoniorum, Ammonitarum Numinibus: Hebræi autem ea solùm colebant, quæ Chananæorum populus quem subiugauerat; atque ob has ipsas causas idem Auctor quæstione 14. & 15. Asam excusat: Iosiam autem propterea Salomonis vanorum Deorum ædes euertisse asserit, quoniam aut Iosiæ quidem ætate delubra illa cœperant scandalo esse; aut certè quòd cùm Iosias egregiè pius esset, *destruxit templa illa* (inquit Abulensis) *non ex necessitate sed ex supererogatione: sicut boni viri interdum faciunt quædam opera bona, quæ etiamsi omitterent, non peccarent: & tamen faciunt illa ad magis merendum*: S. d, quorsum tandem hæc tam multa, quæ ex Abulensi depromptimus? Nimirum, vt obiiceremus nobis, quemadmodum præsari Reges absque crimine stare permisefint, quæ à Salomone constructæ fuerunt, basilicas; ita & potuisse idipsum à Salomone absque vitio fieri: quidni enim? Nam Salomon ob hoc eatenus damnandus, quantùm ædes offendiculo, & scandalo fuissent Hebræis: at Israelitis inde nullum scandalum, neque lapsus occasio; alioqui pessimè egissent, & Asa, & Ezechias, quos Abulensis liberat: ergo infirma ea est probatio, quæ à non demolitis Excelsis, quæ Salomon fabricauerat, desumitur. (Abul.)

110. Displicet ob multa Abulensis discursus: Primùm, insolens apparet, vt dicatur, absque Hebræorum præiudicio, & corruptela quotidie in Dæmonum fanis victimas offerri; præsertim cùm gens illa ad ethnicismum singulariter esset procliuis. Deinde, quemadmodum non licebat Israëlitis cum pagana fœmina thalamo maritali coniungi; quamuis sciret, ex morali quadam constantia, fidei ab eius societate non imminere discrimen, nisi insuper graues aliæ causæ accessissent, de quibus egimus Anteloquio 5. Sectione 1. & 2. ita minùs licuisset in medio nationis permisisse Dæmonum sacrificulos, etsi ab eis (quod credi vix queat) nullum suboriretur damnum religioni veræ, & incontaminatæ, nisi excepto hoc, alia, quibus momentum & pondus insigne, vrgerent. Tertiò, ostendimus memorato Anteloquio, Sectione 5. Subsectione 3. numero 89: ab Hebræis præter Chananæorum ementita Numina, veneratos etiam aliarum prouinciarum tutelares Deos: igitur firmum non est fundamentum Tostati, nimirum, quòd Israelitæ sola Chananæorum adorauerint Numina; Denique id, quod huius controuersiæ cardo est, num fana illa, ruinæ, scandali, inproperii occasio extiterint, nomen monti Oliuarum eorum causa positum locupletè admonet: nam collis Reg. 4. c. 23. *Mons Offensionis appellatur*. Quamobrem opinabere? Beda citatus nonnunquam antea libro triginta quæstionum, quæstione 29. *Montem autem Offensionis montem idoli dicit: quia, nimirum, consuetudinis est Scripturarum, offensionem idola nuncupare, quia vel in his offenditur Deus vel offensionem & ruinam suis adferunt cultoribus*; Eadem Rabbanus, Nicolaüs de Lyra, noster Gaspar Sanctius in allegatum nuperè Regum caput: Philippus Abbas Opusculo de damnatione Salomonis, §. *Tunc ædificauit Salomon*, &c. *Mons verò, in quo Salomon fanum Chamos ædificauit, dictus est rectè mons Offensionis: quia & in eo offenditur Deus, & cultores diuinæ religionis*: Sed nemo ita atque is, cum quo altercamur, Abulensium Antistes in dictum cap. 23. libri Regum 4. quæstione 21. *Dicendum tamen magis est, quod vocabatur mons Offensionis, id est, scandali; quia scandalizabantur multi Iudæi videntes illa templa, quæ fecerat ibi Salomon: & multi eorum inclinabantur ad colendum idola*: Quòd si equidem tam infaustus mons Tostati iudicio, quid est, quòd idem asserat nulli contumeliæ fuisse Deo, aut hominibus? Abulensem sectantur Pineda, qui libro 7. de rebus Salomonis, cap. 10 §. 4. quo consueuit acumine atque facundia huius montis summam iniquitatem ad longum ventilat, & inter alia: *Quanquam nescio* (ait) *quid peculiare illud Offensionis nomen afferat, videlicet, rem, in quam populus frequentissimè offendebat, & quæ diuinis oculis, quasi ex suo templo prospicientibus, offensioni & molestiæ grauissimæ erat*. Ostenditque, vt omnes, qui per portam orientalem templi Hierosolymitani egrediebantur, in illam Offensionem montis sibi obiecti incurrebant: *Quæ proculdubio* (affirmat) *pijs offensioni, & molestia grauissima: infirmis vero, & in fide nutantibus scandalo, & irritamento erat: vt propterea Hebræi Doctores existimauerint, dictum montem Offensionis, quòd ex ipso Hierosolymitano templo, quasi euocarentur, & allicerentur ad idololatriam ipso montis Oliuarum conspectu*: Salianus his cognata tom. 3 anno mundi 3053. num. 19. Adrichomius in Ierusalem, num. 193. *montem Scandali* appellat: Sà, atque Mariana ad cap. 23. libri Reg. 4. ex Hebræo nominari aduertunt *montem Destructionis*, idque ob idololatriam, quòd hæc ruina, atque vastatio esset veri cultus, atque religionis, cùm multi ab ea deficerent, Paganorum incitati exemplis; & sectæ, quæ amplam peccandi licentiam subministrabat, amore.

Marginalia: Mons Offensionis quare dictus? — Beda. — Rabban. — Nicol. Sanct. — Philip. Abb. — Tostat. — Pineda. — Salian. — Adrichom. — Sà. — Mariana.

III. Sed asserunt tandem, à Salomone inanimatorum Numinum subuersas statuas, idola templis eiecta, & proculcata, amotos Flamines, nihil relictum præter ædificij molem: tecta autem,

atque parietes dimisisse, ne illorum ruinæ vbi tunc vniuersitatis oculo, propter summam pulchritudinem dedecori essent: Itaque ex prudentum votis, quò consuleret metropolis ornamento, manus continuisse à destruendis fanis: in hoc autem non peccauerat, quoniam ablatis victimis, atque simulacris nullum impendebat discrimeno religioni: Verùm obtestor, vnde hausit, inì, à Salomone ita perpetratum? quæ eiusce facti testimonia promunt? Sanè ex Amadæi Minoritæ

Amad. reuelationibus suprà educti fuimus n. 107. in mulierculatum gratiam indulsisse, vt starent ædificata templa, Salomonem: reliquit & statuas idolorum, eodem teste: innuit & Reg. 3 cap. 15. v. 12.

3 Reg. 15. nam dicitur *Asa purgasse vniuersas idolorum sordes, qua fecerant patres eius*, id est, Abias, Roboam, Salomon: quemadmodum n. 104. à nobis commonstratum, & eodem Reg. volumine, c. 13. vers. 13. & 14. Iosias non solùm templa, quæ fecerat Salomon, subuertisse narratur, sed insuper Deorum simulacra; Id verba continuò subiuncta innuunt: *Et contriuit statuas, & succidit lucos, repleuitque loca eorum ossibus mortuorum*: Scilicet

Tostat. (inquit Tostatus quæstione 21. *statuas omnium istorum idolorum*, (nempe Chamus, Melchon, Astaroth,) *qua vsque tunc manebant in templis illis*: Ad hæc Deuteronomij canon est, cap. 13. si

Deut 13. quando contigisset, autos esse de ethnicis quoscunque Diis mendaciorum thura offerre, altaria, aut basilicas fabricare, delendam esse paganorum vrbem, *ac omnia. que in illa sunt vsque ad pecora: quicquid etiam supellectilis fuerit* (inquit Creator) *congregabis in medio platearum eius, & cum ipsa ciuitate succendes, ita vt vniuersa consumas Domino Deo tuo, & sit tumulus sempiternus: non ædificabitur ampliùs, & non adhærebit de illo anathemate quidquam in manu tua, vt auertatur Dominus ab ira furoris sui, & misereatur tui*; Quòd si volens Salomon pro delictis satisfacere, & Numen iustissimè concitatum placare, quamobrem non omnem memoriam prioris abominationis deleuit; Sie enim auerteretur furor Domini vti Deuteronomium insinuat; Quæ tandem illa tam luctuosa & acerba pœnitentia est, quæ de vrbis venustate sollicitior est, quàm de præceptis Deuteronomij ad vnguem, ad iota tenuandis? Quasi verò Salomon tam peritus artifex, tam potens & autifex Monarcha, non facilè loco eorum Pantheonis (tale enim fuisse delubrum aliqui putarunt) substituisset basilicam patis, & materiæ, & ingenij; Sed medius fidius quale tandem ornamentum eius ciuitatis, quæ sola inter vrbes sancta nominabatur, monumentum, quod præter idololatriam, nihil aliud testabatur?

Paganorum ad superstitionis veneratorum vestes delenda

Dicunt vltimùm, his probari quidem, Salomonem, donec integra fruebatur valetudine, in

112. malitia persistisse, (neque enim, cùm posset, in idola ab eo factum est) at lectulo decumbentem, cùm accepisset à Medicis abrumpendam citò vitæ telam, conuersum ad parietem fleuisse amarè delicta senectutis, postulasse veniam cum valido lamento, & exaudium; tum impetasse ministris, vt fana diruerent, idipsum Roboamo commendasse iterum atque iterum, testamento scripsisse, neque exceptis bis aliud grauiter ægrotantem facere potuisse; Quòd mansferint postea Numinum impiæ sedes, Roboamo culpam tribuendam, & quibus Salomon, vt demolitent iussegat: Hoc vt affirment, coactos se à nuperè inuentis Granatensibus plumbeis libris: nam istiusmodi voluminum auctoritas ab ipsis fidei crepundiis nobilitata, atque adeò petexcellens; ne sæpe sub terræ meatibus, atque cauernis repositum Iacobus sanctissimus Apostolus, & zelius, Ctesiphon, aliique ex primis Hispaniensis Ecclesiæ Luminibus Magni Iacobi discentes: Sed planè afferunt, compunctum Salomonem. Demus, ex nostri Pi-

Pineda. nedæ lib. 8. de rebus Salomonis cap. 1. n. 75. verba ipsa: *Et flens* (aiunt) *scelus suum fletu vehementi, & condonatum est illi, & obyt fidelis, & securus*; Respondeo, postquam satis constiterit de Granatensium plumbeorum Scriptorum auctoritate, & maiores colenda proposuerint; id imprimis considerandum, an Iacobus Beatissimus Apostolus, dixerit: an Sanctorum quispiam; nam, si a Zebedæi filio, Hispanorum vindice, prolata fuisse ostenderint eruditi, Salomonis pœnitentiam absque mora laudabimus, & plurima cum animi voluptate: nam diu, quibus defendere possemus modis, cogitauimus, & incassum abiit meditatio, nun sine mœrore: sin autem opinionis genitorem assignent de numero sanctorum discipulorum aliquem; fuerit examinandum, num ex propria sententia loquatur, an secundùm Hebræorum traditionem; hoc enim facere solitos nonnunquam, atque indistinctè quidem, vt difficile sit æstimasse, an alius, an ipsi proferant, ostendimus Anteloquio 3. Sectione 8. num. 57. Nam, si ex Hebræorum fide dissertant, cùm hanc non approbent, respuenda erit: sin verò ipsi id, quod sentiunt affirment, & tertiò agant; adsgebunt sanè clarissimum Sanctorum eorum, quibus placuit, Salomonem in se tenerfum pœnitentia abstersisse veterem maculam, Verùm, quod hoc armorum generi opponamus, habemus æqualis & doctrinæ, & sanctitudinis clarissimam turmam, vt ampliùs nihil afferam, quàm exhibuimus superiùs tota Sectione nona; Itaque Granatenses laminæ, nisi Auctor earum Iacobus pcubetur Apostolus, vt ab hactenus communita opinione recedamus, non coëgerint.

Granatenses plumbei libri.

Sancti iuxta Hebræorum traditionem visi nonnunquam loqui.

Sectio XII.

An huius Codicis stylus castas offendens aures, & ideò Spiritus sancti indignus penicillo?

De his egeto, non vt hæreticam confundam impudentiam; nam opinor satis retusam 113. in anterioribus: verùm ob Catholicorum quorundam ineptum aliquando supercilium: quippe librum, à Spiritu sanctò dictatum esse, cùm ore & loquela fateantur fronte, & gestibus negare arbitreris: sic enim expauescunt ad phrasim, quasi anguis lateat sub herba, & velut, aut Lesbiæ, aut Cynthiæ amores quispiam Cypridis Assecla decantet: Qua in te si piè illos agere contenderit aliquis, noscat, & stultè, atque insipienter facere: Et quæ religio atque obseruantia, quam hebes inscitia commaculat? Abeant igitur eiusmodi cogitationes, neque sanctæ, neque doctæ; Huius itaque voluminis dum corticem rodunt, humanum se quidpiam legere intelligant: amores hausire, sed coniugales, sed omni cum honestate coniunctos: At, inquis, perstrepùi vbique voluptatis incentiua, audiuntur oscula, commendantur vnguenta, laudantur genæ, vbera, venter:

hæc

hæc omnis obiectio : At de osculis, & suffimentis, omnique fragrantiori oleo supersedemus hoc loco disputare, ne tractatio nimiùm excrescat, acturi ad caput primum Canticorum : de corporis, quæ delineantur ab Hymenæographo partibus, inferiùs gustamentum saltem : nunc labor erit ostendisse, veteris, in quæ hæc inciderant tempora Instrumenti, eiusmodi fuisse, quæ, etiamsi laxior esset stylus, licentiam præbuerint. Itaque in illam coniectare ætatem lumina prudens quisque debeat, si forte de metri candore aliqua in animo exoriatur suspicio : nam simul ac direxerit oculos in legis ruditatem, desinet mirari continuò, quid in deliciis omnis penè versatur Musa.

SVBSECTIO I.

Sub veteri fœdere à paucis adamata virginitas, opes contemptæ, vtrumque ex Patrum & scholasticorum dictis fusè comprobatum Matrimony num tunc præceptum?

114. ANtiquis Scholæ Theologis, atque de horum classe nobilissimę famę quibusque existimatio fuit, donec viguit scripta lex prælatum virginitati coniugium etiam & in præcepto fuisse matrimonia à nonnullis cogitatum. Prætulit facem sanctus Aquinas in 4. distinct. 30. q. 2. art. 1. in corpore: *Virginitas* (ait) *quamuis in se optima; tamen pro tempore illo ei matrimoniũ præferebatur propter expectationem benedicti seminis per viam generationis venturi.* Et ibidem votum B. Virginis sapuisse nouam legem, in quantum virginitatem vouit; & veterem, in quantum conditionem apposuit, nimirum, quæ coniugium respiciebat : Et distinct. 33 quæst. 1 art. 2. ad 4. *Ante Christi aduentum* (inquit) *cultus Dei propagatione carnali multiplicabatur, & conseruabatur* : Fuitque in eodem iudicio semper: nam, quem volunt esse ex Thomistis nonnulli postremum partum. Summam Theologicã, in hac quoque reperit, quod in Sententiariis tradiderat, nempe 3. parte, quæstione 28. art. 4 in corpore; *Quia tempore legis* (inquit) *oportebat generationi insistere tam mulieres, quam viros: quia secundum carnis originem cultus Dei propagabatur, antequàm in illo populo Christus nasceretur:* Quæ sunt verba nuper ex Commentariis in Magistrum relata. Et ibid. ad 1. *Quia videbatur* (ait) *lege prohibitũ, non dare operam ad relinquendum semen super terram.* Quam eius mentem toties declaratam obscuram fuisse, recentiores affirmant, eò quòd in 4 distinct. 33. qu. 3. art. 2. ad 2. pronùnciauerit, licuisse virginitatẽ colere in lege, aut naturæ, aut scripta, post sufficientem Israëliticæ nationis propagationem : Ita Sotus in 4 distinct. 30. quæst 1. art. 1. §. *At verò,* &c. Suarius tom. 2. in 3. part. disp. 6. sect. 1. §. *Dicendum verò,* &c. Verùm ita fuerit; at nunquam satis multiplicatus fuit ille populus, donec Verbum caro factum est; Hoc autem inde colligimus, quoniam vsque ad plenitudinem Euangelij permittebatur Hebræis vxorum pluralitas si autem amplificari fuissent satis & in numerum idoneum excreuissent Iudæi, polygamiæ vsus fuisset sublatus, cùm in eum scopum multæ permitterentur vxores, vt populus fidelis ad iustam magnitudinem proueheretur, quæ est opinio communis Scholasticorum in 4. dist. 33. & aduertit Sotus ibid. quæst. 2. art. 2. §. *Secundò, ad id,* &c. affirmans, causam legitimam diuitiæ dispensationis aliam nullam extitisse, quàm vt geus illa ad Dei cultum multiplicaretur : ergo, cùm Angelicus asserat Doctor, præceptum de connubiis viguisse vsque ad sufficientem Hebræorum propagationem, sequitur protensum, donec Euangelij oborta est lux.

Sub lege scripta prælatũ virginitati coniugium

S. Thomas.

Sotus.

Suarez.

Sotus.

Polygamia cur Hebræis permissa?

115. Beati Thomæ approbauit iudicium Bonauentura in 4. distinct. 33. quæst. 2. *Secundum tempus legis* (inquit) *status continentiæ coniugalis omninò præfertur, & status virginitatis prohibetur, & sterilis maledicitur, & in contumeliã habetur: secundùm statum gratiæ, vbi nõ requiritur fœcunditas ventris, sed sanctitas & incorruptio, puritas mentis, & virginitas præfertur continentiæ coniugali :* Atque pari verborum euidentia Richardus de media Villa in eandem distinctionem, quæst. 2. Thomas ab Argentina art. 4. conclus. 1. Petrus de Palude qu. 2. ad 6. articulum, conclus. 1. Durandus quæst. 4. num. 7. Supplementum Gabrielis quæst. 3. ad art. 2. conclus. 7. Henricus à Gandauo quodlib. 6. qu. 13. S. Antoninus 4. parte Summæ, tit. 4 c. 8. §. 1. Scio displicere communiter hanc veteris Academiæ sententiam nuperis Theologis : putant enim gratis traditam ab Auctoribus, cùm è Bibliorum corpore nulla proferant loca: Sed, quorsum despexerint illud de Exodi volumine c. 23. vers. 26. *Non erit infœcunda, nec sterilis in terra tua?* Septuaginta explicatiùs : *Non erit, qui non generet, neque sterilis super terram tuam:* Asserunt; promissoria esse verba, non præcipientia; nempe, pollicetur fœcunditatem, Numen rectè agentibus Israëlitis : Verùm ego puto quidem, si ad voces solùm attendamus, idipsum de aliis multis Scripturarum effatis dici posse; quæ tamen ex vulgata existimatione præcepta nominantur nam secundùm se, & verborum tenorem prohibitionem sonant : Vnde autem præcepta esse nouimus? Nimirum, quoniam aut Patres aut Theologi ita intellexerunt : optima nanque legum interpretatio sapientum eius de scopo iudicium : at prisci Theologi Exodi allatam phrasim præceptum esse adstruxêre : igitur his obsecundasse oporteat magis, quàm recentibus Magistris negantibus præceptionem esse: Neque incommodum est, quòd subiiciantur pollicitationes de producenda vita : *Numerum dierum tuorum implebo :* nam & idem in nouissimo præcepto de colendis genitoribus factum Deuter. cap 5. vers. 16. *Honora patrem tuum, & matrem, sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus, vt longo viuas tempore, & benè tibi sit in terra, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi :* Difficiliora sunt alia eiusdem sensus verba Deut. cap. 7. vers. 14. *Non erit apud te sterilis vtriusque sexus; tam in hominibus, quam in gregibus tuis :* Neque enim (inquiunt) præceptum esse valeat, quando etiam rationis expertia comprehendat : Sed nosse oporteat, vniuersales in Scriptura loquutiones restringi oportere ad ea, quæ eius, quod adstruitur, capacia sunt, Genes. cap. 3. vers. 20. *Et vocauit Adam nomen vxoris suæ, Heua : eò quòd mater esset cunctorum viuentium :* vtique hominum tantùm, non bestiarum quoque, aut plantarum (si fortè & ipsæ viuunt.) Marci capite vltimo, vers. 15. *Et dixit eis : Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ :* hominum videlicet, non

An matrimonia præcepta in lege veteri?

Bonauent.

Richard.

Argentina.

Paludanus.

Durand.

Gabriel.

Gãdauensis.

Anton.

Exod. 23.

Verba præceptũ significãtia in Scriptura, vt dignoscuntur?

Deut. cap 5. & c. 7.

Regulæ Generales loquutiones Scripturæ restringi debent ad ea, quæ sunt capacia earũ.

Genes. 3.

Hieron. Psalm. 64.

piscibus etiam, & volucribus; Præclarè Hieronymus ad finem cap. 2. Zachariæ interpretatur illud Psal. 64. *Ad te omnis caro veniet: Quod autem omnis caro non absolutè hominum, & bestiarum, & volatilium, & piscium; sed specialiter hominum, accipiatur, illa Scriptura significat; Exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet; Neque enim ad Dominum omnis caro irrationabilium est ventura Animantium; sed illa, quæ donum sancti Spiritus susceptura est, & de qua dicitur, Effundam de Spiritu meo super omnem carnem* (Ioëlis 2.) *& prophetabunt filij vestri, & filiæ vestræ*; In hunc murem superius præceptum aduersùs sterilitatem, hoc est, abstinentiam à coniugiis, & liberam à generando, voluntariàmque cessationem de hominibus interpretandam, oon de brutis; quamuis & verba etiam ratione eatentia, alloqui videantor.

Consilium de connubiis in lege Mosaica.

116. Esto tamen nullum demonstretur præceptum in lege Mosaïca; fuit tamen consilium, & insinuatio diuini beneplaciti; nempe, intellexit populus ille, Creatorem voluisse tunc, vt generationi vacarent, & matrimoniis, etsi virginitas secundùm se esset matrimonio excellentior; Itaque ob hoc meliores fuerunt illo tempore nuptiæ; quia Deus tunc non virginitatem, sed maritalia fœdera consulebat, & hæc erat voluntas eius, donec in terras ipse descendit; Sic ex relatis elapso numero Paludanus, S. Antoninus, & in primis Gabriel: Porrò innuisse Deum sibi magis placere, vt coniugali vacarent continentiæ Hebræi, inde elicio; quoniam volebat omninò Numen, populum illum augeri & crescere; Et sanè ita multiplicatum asserit Philo scribens in Flaccum, vt propter numerum, cùm Iudææ limites capere oon possent, plurimas, ac fortunatissimas vrbes in Europæ, Asiæque prouinciis, ac insulis coluerint; at sic volentem ad coniugia hortari decebat (hoc enim medium eiusmodi congruum fini) igitur tunc matrimonia eis consulebant; Voluisse autem Creatorem, specialiter amplificari Hebræorum gentem, plurima sunt, quæ indicant, Primum ob hoc dispensatum ab eo super multis vxoribus, ostendi cum Soto numero elapso; Deinde & hoc ipsum, quòd vxores repudiare poterant, & alias subintroducere: fiebat autem hoc potissimùm causa sterilis vuluæ, atque vt dimissæ locum fœcunda coniux obtineret, quemadmodum Scholastici monent in 4 distinctione 13. Albertus art. 23. S. Thomas quæst. 2. art. 3. & cæteri idipsum communiter; Tertiò, quoniam & huius gratia, neque Sacerdotium, neque Monachatus (ea, qua erat forma) coniugia vetabat; *In veteri enim Testamēto* (inquit Abulensis qu. 4. in caput Numerorum trigesimum) *quantumcunque aliquis applicaretur Deo, non impediebatur ab actu matrimonij. omnes enim tam Sacerdotes, quàm Leuitæ, & Sacerdos Magnus, etiā Sanctissimi Prophetæ vxores habebant; In nouo Testamento non sic; quia si aliquis totaliter se voueat Deo, ad colendum ipsum debet se transferre ad habitum monachalem, vel ad aliquam religionem, omnes autē istæ professiones repugnant matrimonio*, Quartò, eò quòd infœcundas esse: opprobrium & dedecus reputaverint etiam fœminæ bonæ & sanctæ; Declarat Rachelis & mœror, antequàm pareret, & gaudium de sobole, Genes 30. vers. 1. & 22. Annæ paret affectus, Reg. 1. cap. 1. Et Elizabeth Baptista donata, lætatur ablatum à se opprobrium, Luc. 1. vers. 25. Atque hinc fortasse orta illa quasi prouerbialis locutio, cuius meminēre Augustinus lib. 4. contra Faustum, cap. 13. Hieronymus epistola ad Eustochium de custodia virginitatis, & in cap. 56, Isaiæ, atque alij Patres *Maledictus omnis, qui non suscitauerit semen in Israel*, Quanquam verba ipsa in sacris non leguntur codicibus, nisi intellexerint Patres, idem esse cum his, quæ ex Deuteronomio, & Exodo suprà deprompsimus; nam in lege scriptum esse, cùm allegant, asserunt: Cæterùm, quòd infœcundi maledicti censerentur, ideò puto, quoniam prisci illi, vt loquitur Augustinus de bono coniugali, cap. 22. *de suis nuptiis filios propter Christum quærebant*; Ac quanquam peritioribus innotuisset, nascendum ex semine Dauid Messiam; tamen, si stirps eorum perseueraret, vnum è duobus sperabant, vt aut casu aliquo connubiis iungerentur cum tribu Iuda, aut certè de eorum nepotibus quispiam superesset Christo edito; hoc enim Sanctus ille Tobias aucbat cap. 13. vers. 20. *Beatus ero, si fuerint reliquiæ seminis mei ad videndam claritatem Ierusalem*; Igitur, si quàm videbant feminam, quæ non pareret, arbitrabantur maledictam à Deo, vel ob sua, parentúmve scelera; alioqui vterum non indignum reputasset Numen, ex quo fructus produisset, qui vel lineam auorum Christi intrasset, vel Christum ipsum in posteris vidisset.

Poludan. Anton. Gabriel.

Hebræorū populus quam multiplicatus.

Phil. Hebr.

Repudiū cur permissum Israelitis?

Albert. S. Thom.

Neque Sacerdotiū, neque Monachatus prisci Fœderis, coniugia excludebat.

Abulens.

Sterilitas probrosa Iudæis.

Genes. 30. 1. Reg. 1. Luc. 1. August. Hieron.

Cur steriles maledictis annumerati apud Iudæos?

August. Tob. 13.

Patres cœlibatum ab Euangelio incepisse docent.

117. Accedunt tantis probationibus sacrorum Orthodoxæ disciplinæ Antistitum iudicia, qui tam paucos fuisse sub illis temporibus virginitatis custodes docent, vt nuptiarum planè extitisse illam affirment ætatem, & ab Euangelio incepisse cœlibum turmas; August. tom. 6. libro vno de bono coniugali, cap. 15 *Non est enim nunc propagandi necessitas, quæ tunc fuit*, Cap. 17. *Nunc quippe nullus pietate perfectus filios habere, nisi spiritaliter quærit; tunc verò ipsius pietatis erat operatio, etiam carnaliter filios propagare, quia illius populi generatio nuncia futurorum erat, & ad dispensationē propheticam pertinebat*; Cap. 22. *Illo itaque tēpore, cùm & lex, dies Patriarcharum subsequens maledictum dixit, qui non excitaret semen Israel*: Et de Abrahamo ibidem: *Esse autem castus sine coniugio potuit; sed tunc non oportuit*: Hieronymus ad Eustochium de custodia virginitatis; *Alia fuit in veteri lege felicitas; Beatus qui habet semen in Sion, & domesticos in Hierusalem: & maledicta sterilis, quæ non pariebat; & filij tui, sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ; & repromissio diuitiarum, & non erit infirmus in tribubus tuis: nunc dicitur, ne lignum arbitreris aridum, habes locum pro filiis, & filiabus in cœlestibus sempiternum; nunc benedicuntur pauperes, & Lazarus diuiti præfertur in purpura: nunc qui infirmior est, fortior est.* Libro 1. contra Iouinianum; *Opera legis & nuptiæ sunt, vnde & maledicuntur in ea, quæ non habent filios*: Et infra: *Neque enim poterant veteris Testamenti lege retineri quæ virginitatis fulserant claritate*: Magnus Basilius de vera virginitate post medium: *Nempe enim in lege, quam per Moysem dedit, liberorum procreatio benedictione quoque digna cēsebatur: posteà verò quàm suis vbique fructibus floruit mundus, tantáque multitudine referta est terra, vt neque nascentium iam numerum capiat, adestque illud quod in aduentu Domini fore prædictum est, cùm hi, scilicet, qui eius monitis prudenter obtemperant concidunt gladios suos in aratra, & lanceas in falces; iustissima ratione virginitas integritatem germinat*: Athanasius de incarnatione Verbi Dei, ad medium

August. Hieron. Basil. Athanas.

dium: *Quis igitur hominum, vel post mortem, vel in vita auctor seruandæ virginitatis fuit? Ac non contrà arbitratus est eam virtutem præstari non posse? Attamen noster Saluator, & omnium Rex Christus tantùm valuit in huiusmodi præceptis, vt pueri nondum maturi legum disciplinæ virginitatem, quæ supra leges est, profiteantur;* Nazianz. Nazianzenus in Carmine de laude virginitatis:

Sic quoque virginitas, magni pars inclyta Christi,
Ante quidem vmbroso in paucis splendore micabat,
Dum lex iura daret terris, & in orbe vigeret;
At postquam Christus per casta viscera Matris
Absque patre, & tædis vitæ progressus in auras,
Gratiáque in medium venit: tum denique nostro
Virginitas generi præclaro lumine fulsit,
Connubium tantum exuperans, & vincula vitæ.

Nempe, tum incepit virginitas matrimonio præstare, quando Christus prodiit; non quia cæteris paribus non fuit melior in sua natura; sed ob Creatoris, aut præceptum, aut consilium, modo superiùs declarato.

118. Chrysost. Verùm nondum absoluimus Christianos referre proceres, ex quibus Chrysostomus homilia 12. in Epistolam ad Romanos: *Quo nomine* (inquit) *sicubi quis prisco illo sæculo visus esset virginitatem colere, vehementer admiratione digna res erat; nunc autem vbique terrarum disseminata eadem res est:* Andr. Cæs. Andreas, Archiepiscopus Cæsareæ Cappadociæ, cap. 39. Commentariorum in Apocalypsim, ad illud, *Et vidi, & ecce stabat Agnus*, &c. *Aut certè millia hæc noui Testamenti Virgines secundum vtrunque hominem significant; Nam apud veteres virginitatis decus parum admodum receptum erat:* Ambr. Ambrosius lib. 1. de Virginibus paulò ab exordio: *Quis igitur neget, hanc vitam fluxisse de cælo, quam non facilè inuenimus in terris, nisi postquam Deus in hæc terreni corporis membra descendit?* Paulin. S. Paulinus Nolanus Poëmate de Ioanne Baptista.

Sed quod in opprobrio matrum posuêre priores,
Prole carens, sterilem ducebat mœsta senectam

Intellexit Elizabetham; Seuer. Seuerus catena Græca in Pentatheuchum ad cap 27. Numerorum: *Tanto enim studio tunc temporis homines sobolem curabant, vt qui sine spe propagationis decederet, haberetur quasi execratus à Deo:* Bernard. S. Bernardus homil. 4. super *Missus est*, &c. *O virgo prudens, ô virgo deuota, quis te docuit Deo placere virginitatem? Quæ lex, quæ iustitia quæ pagina veteris Testamenti, vel præcipit, vel consulit, vel hortatur in carne non carnaliter viuere, & in terris angelicam ducere vitam? Vbi legeris, laudatos esse, qui se castrauerunt propter regnum cælorum?* Victor. Hugo de S. Victore tom. 3. tractatu de MARIÆ virginitate perpetua, cap. 1. ad finem: *Quando ab vno tantùm populo agnitus est Deus, per legem maledicta est sterilitas, vt multiplicarentur fideles? postremò, quando instabat tempus, in quo nunc ab omnibus gentibus Deus colitur, benedicta est virginitas:* Philip. Abb. Philippus Abbas de silentio Clericorum, cap. 22. *Denique in lege veteri Moyses ei, qui non inuentus fuerit dare fructum, districtiùs incussit maledictum: Vnde & filia Iephte, virgo nubilis, sed intacta, plangit, quòd diutiùs iusto pudorem tenuerit, virginalem, & maturo tempore ad copulam non transierit maritalem:* Richard. à S. Laur. Richardus à S. Laurentio lib. 3. de laudibus MARIÆ: *Erat enim tempore legis opprobriosa virginitas propter adiunctum, id est, sterilitatem: nam opprobrium, & vilitas mulieri erat sua sterilitas;* Guillelmus Paruus ad Delrium ad versum 6. cap. tertij Canticorum, in mixta explanatione: *Et quidem nulla sanctarum fœminarum legitur virginitatem amplexa, dum ratio temporis, officium propagationis exposceret: Porrò aliqui sanctorum Virorum, paucissimi tamen, virginitatem eo tempore seruasse creduntur; sed iussam magis, quàm sponte oblatam: non ergo tunc virginitas quasi res consilij excellebat.* Nicolaus de Lyra ad illud Iudicum, cap. 11. de filia Iephte: *Plangam virginitatem meam*, &c. *Quia tunc temporis* (inquit) *opprobrium erat mori sine prole:* Abulensis de iisdem verbis, quæstione 50. in nominatum cap. 11. Iudicum: *Flebat virginitatem suam, id est, infœcunditatem: omnes enim virgines sunt infœcundæ,* (nisi Domina nostra) *& quia in veteri Testamento reputabantur infelices mulieres infœcundæ, flebat puella ista, non quod moreretur, sed, quia moriebatur infelix sine liberis:* Verùm pulchrè idem hoc sæculi illius ruditati tribuit.

Paruus. Lyran. Abul.

Sed non minori studio diuitias amasse Iudæos, quàm matrimonia dilexerint, oportet, ostendamus: Neque mirum, si paupertatem oderint, quorum omnis gloria in sobolis multitudine: Hieronymus igitur lib 17. in Isaiam ad prima verba cap. 60. *Surge, & illuminare, Hierusalem Iudæi* (inquit) *& nostri Semi-Iudæi, qui auream, atque gemmatam de cælo expectant Hierusalem, hæc in mille annorum regno futura contendunt: Hæc illi dicunt, qui terrenas desiderant voluptates, & vxorum quærunt pulchritudinem, ac numerum liberorum, & quorum Deus venter est: quorum qui sequitur errorem sub nomine Christiano, Iudæorum se similem confitetur: Alij autem asserunt, hæc omnia Iudæis carnaliter repromissa, si recepissent eum, qui dicit in Euangelio: Ego sum lux mundi: Vt quomodo victima concessa sunt populo Israel, non quod per se bona essent, sed ne Dæmonibus offerrentur; ita & gulosis Iudæis, nihilque aliud quærentibus, nisi corporum voluptates, ista Dominus pollicetur, vt saltem pro carnalibus desiderijs, & opum abundantia, Filium Dei susciperent: quem quia non susceperunt, repromissiones quoque irritas fieri:* Augustinus enarratione in Psalmum 91, ad initium: *Ecce & hodiernus dies Sabbati est: hunc in præsenti tempore, otio quodam corporaliter languido, & fluxo, & luxurioso celebrant Iudæi: vacant enim ad nugas:* Theophylactus ad cap. 16. Lucæ: *Lex benedictiones in diuitijs dabat, & Prophetæ bona terræ promittebant: ita adiutorium infirmitate postulante.* Chrysostomus in illud cap. 7. ad Hebræos, *introductio verò melioris spei*, &c. homil. 13. *Nam illa quoque* (veterem intelligit legem) *spem habebant, sed non talem; sperabant enim, si Deo placuissent, se terram habituros, & nihil graue passuros; hic autem speramus, si Deo placuerimus, nos non terram possessuros, sed cælum potiùs.* Primasius in eadem verba: *Habuit quidem lex spem; sed non talem, qualem gratia præstitit; spectabant enim beneplacentes, legémque custodientes possidere terrā, iuxta illud: Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis, nihil ærumnosum pati prosperè viuere: Hic autem speramus, quia plangentes, & euangelica præcepta custodientes, non terram possidebimus, sed cælum:* His iisdem verbis vtitur Auctor Commentariorum in Epistolam ad Hebræos inter Ambrosij Opera; Anselmus in idem caput; *Illa enim* (de lege antiqua disserit) *promittebat temporalia: hæc* (scilicet, euangelica) *pollicetur æterna, non copiam temporalium diuitiarum, non multitudinem filiorum; sed potiùs vitam æternam;* In illud

119.

Iudæi diuitiarum cupidissimi amatores. Hieron. *Victima cur permissa Hebræis.* August. Theophyl. Chrysost. Primas. Anselm. Ambr.

cap 4 ad Galatas, *Sub elementis mundi eramus*, &c. de Mosaicæ legis obseruantiis loquutus: *Quæ* (inquit) *elementa dicantur mundi, quia data sunt amatoribus mundi, qui nesciebant appetere æterna, & inuisibilia; sed temporalia & visibilia, ideóque terroribus corporalium pœnarum, & promissionibus temporalium bonorum, pueriliter, siue serui liter compellendi erant ad Dei cultum. Elementa ergo mundi, lex Moysi, & omne vetus Instrumentum* &c. His
Gloss. ord. cognata breuiter ad eadem verba Glossa ordina-
Bruno. ria, atque Bruno Carthusianus: *Eramus sub elementis mundi* (ait) *id est, qua lex, & mundana promittebat, & carnalia docet*: Et ex nostra Ibernia
Sedul. Venerabilis Sedulius in allegatum ad Hebræos caput 7. meliorem Pauli spem explanat, scilicet, illam, *qua vita æterna speratur, potius quàm illa, qua bona terræ expectantur.*

120. Testull. Verùm exceptis Pauli enarratoribus Tertullianus lib. 3. contra Marcionem, cap. 24. *Cæterùm de Esau promittit benedictionem terrenam, & subiicit cælestem; De optimatibus terræ (dicens erit inhabitatio tua, & à rore cæli. Iudæorum enim dispositio in Esau priorum natu, & posteriorum affectu filiorum à terrenis bonis imbuta per legem: postcà ad cælestia per Euangelium credendo deducitur*: Cy-
Cyrill. rillus Alexandrinus in illud cap 3. Amos: *Si cadit anis in terram, &c. Erant autem Israelitæ mundanis ennolati negotiis, & tantummodo fluxa, & caduca*
Procop. *persequebantur*: Procopius in illud Isaïæ, cap. 1. *Si*
Iudæus, quã hebes & crassus populus. *volueritis, & audieritis me, &c. Vbi Iudæos* (inquit) *crasso & pingui ingenio præditos, vel addito rerum corporearum præmio adhortatur*: Sed facundissimè
Bernard. Bernardus sermone 60. in Cantica: *Verè ficus est populus fragilis carne paruulus sensu, animo humilis, cuius primi fructus (vt interim nomini alludamus) grossi vtiq; & terreni.* Imprimis verò declamatione 1 in illud: *Ecce nos reliquimus omnia, &c. Denique, quidni terrenas palam diuitias possideant sancti, & perfecti viri, cùm sola adhuc terrena palam promitterentur a Deo? Sicut enim sacrificiis illis, sic & diuitiis, carnalibus adhuc populis dispensatio diuina morem gerebat: minirum, vt tanquam paruuli paulatim a Gentilium secederent ritu, eadem quæ Gentes Dæmoniis, Domino immolantes; eadémque & illi, sed à Domino, non à Dæmoniis expectantes*: Et paulò inferiùs: *Nimirum, longè aliud est in luto aquarum multarum diuisi fundo maris iter capere, terrena scilicèt possidendo; aliud, ipsam quoque nouis gressibus vndam calcare, omnia relinquendo: Sed tempori gratiæ, prærogatiua hæc debebatur: Antiquorum sanè Patrum diebus, donec in terris videretur, & conuersaretur in homines Dominus maiestatis, non erat euangelica forma perfectionis; sed spiritum Domini solo interim spiritu sequebatur; at vbi Verbum caro factum est, & habitauit in nobis; iam nobis in eo tradita est imago vitæ & conuersationis exemplar, quod oporteat etiam corporaliter imitari, vt vtroque sequentes vestigio non vlteriùs cum Patriarcha Iacob altero femore claudicemus: vbi enim audiuimus, quia dictum sit antiquis: Nisi quis renunciauerit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus*: &c.
Et iuxta hunc sensum B. Damianus Cardinalis
Damian. sermone 2. de Natiuitate MARIÆ, qui secundùm ordinem homiliarum 45. *Sed enim per Paulum dicitur, Nihil ad perfectum adduxit lex: quia enim rudis adhuc ille populus, superbus & rigidus erat, ad portandum perfectæ legis iugum, ceruicem cordis humiliare non poterat: danda ergo illi fuerat huiusmodi lex, quæ nec omninò à diuinis obsequiis liberum ire permitteret; nec tamen præcipiendo summa, & grauia deterreret*, &c.

Patrum effata vti consueuêre imitati Scho- 121.
lastici, ex quibus Sanctus Aquinas lect. 3. in c. 7. ad S. Thom.
Hebræos; *In maiori ergo sunt duo, quorum vnum pertinet ad vetus Testamentũ, scilicet, quod est mandatum carnale, & hoc, quia habet quasdam obseruantias carnales, sicut circuncisionem, & purificationes carnales. Item, quia promittebat pœnas, & præmia carnalia, Isaiæ 1. Si volueritis, & audieritis*: Idem
Terrena pollicitationes ad vetus Instrumentũ, æterna ad nouum spectant.
verò bellissimè 1. 2. quæstione 91. art. 5. in corpore: *Primo enim ad legem pertinet, vt ordinetur ad bonum commune, sicut ad finem; quod quidem potest esse duplex: scilicet, bonum sensibile, & terrenũ, & ad tale bonum ordinabat lex vetus: vnde statim Exodi 3. in principio legis inuitatur populus ad regnum terrenum Chananæorum: & iterum bonum intelligibile, & cæleste, & ad hoc ordinatur lex noua: vnde statim Christus ad regnum cælorum suæ prædicationis principio inuitauit dicens: Pœnitentiam agite appropinquauit enim regnum cælorum. Matth. 4. Et ideo Augustinus dicit in quarto contra Faustum, quòd temporalium rerum promissiones in Testamento veteri continẽtur, & ideò vetus appellatur: sed æternæ vitæ promissio ad nouum pertinet Testamentum.* Iterat hæc rursum breuiter quæstione 114. art. 10. ad 1. Causam horum describit quæst. 99. art. 6 in corpore: *Vnde, sicut oportet ordinatè in scientiis procedere, vt ex notioribus disciplinis incipiat; ita etiam oportet, eum, qui vult inducere hominem ad obseruantiam præceptorum, vt ex illis eum mouere incipiat, quæ sunt in eius affectu, sicut pueri prouocantur ad aliquid faciendum aliquibus puerilibus munusculis: dictum est autem supra, quod lex vetus disponebat ad Christum, sicut imperfectum ad perfectum: vnde dabatur populo adhuc imperfecto in comparatione ad perfectionem, quæ erat futura per Chri- Iudæi pueris*
stum, & ideò populus ille cõparatur puero sub pæda- similes.
gogo existenti, vt patet Galat. 3. perfectio autẽ hominis est, vt contemptis temporalibus, spiritualibus inhæreat: imperfectorum autem est, quòd temporalia bona desiderent in ordine tamen ad Deum: Vnde in lege veteri conueniebat, vt per temporalia, quæ erant in affectu hominum imperfectorum manduret homines ad Deum: Atque his cognata quæst. 98. art. 2, ad 1. quibus etiam similia Alexander Alensis 3. Alexand.
parte, quæst. 56. præsertim toto articulo secundo; Scotus & breuiter innuit in 4. distinct. 33. Scot.
Albertus in eandem distinctionem, articulo 23. Albert.
Gabrielis Supplementum ad distinctionem 30.
Paup. ertas pro maledictione Iudæis.
quæst. 2. conclusione 4. *Tunc temporum* (inquit) *paupertas pro maledictione, & diuitiarum abundantia pro benedictione erat: Hoc innuit Propheta* Scot.
dicens: Beatum dixerunt, cui hæc sunt. Psalmo 143. Gabriel.
Quare Abulensis tom. 1. in Matth. quæst. 43. in
Iudæorum æstimatio de Messia adueniu.
caput illius primum, in litteræ explanatione: *Iudæi* (inquit) *putabant, quod Messias redimeret eos à temporali seruitute, & deduxisset regnum Israel* Psal. 143.
ad prosperitatem maiorem temporalem, quàm fuerat sub Dauid, & Salomone, & cæteris Regibus: propter quod plurimi Iudæorum non receperunt IESVM *in Messiam quia non liberauit aliquid de temporali regno; & ista erat quasi communis intentio omnium Iudæorum, tempore Christi*: Quæ repetit quinta parte in Matthæum, quæst. 9. in cap. 18. Euangelistæ: *Quam habebant* (ait) *velut communem conceptionem, saltem quantum ad vulgus.*

SVBSECTIO II.

Canticorum phrasim, omnem impudicam venerem respuere; quid secundum eam vbera, venter, crura, vmbilicus, & similia? Quænam consideranda in veteris instrumenti dictione? quæ in coniugatis amplioris licentiæ causa?

122. QVando igitur ex hactenus præfatis manifestè constat, amplissimam concessam deliciandi licentiam hominibus sub Moyse viuentibus, & exceptis paucis quibusdam de Heroum genere, quos viris noui Instrumenti aggregandos potiùs Nazianzenus censuit oratione de Machabæis, quòd à legis semita defecissent euangelicam ante tempus institutionem æmulati, cæteros mortales opes, & connubiorum gaudia impensè sequutos; quis inter prudentes demirabitur, si videat Epithalamio resonare passim oscula, flores, vnguenta, blanditias? Imò quidem hæc si abfuissent, vix antiqui dixissemus temporis Hymenæum; Quapropter Chrysostomus sapienter admodum, cùm quas enumerat Salomon voluptates Ecclesiastæ cap. 2. consideraret, atque adeò nihil neque oculis, neque cordi affirmet à se negatum; noluit tamen cordatissimus homo continuò accusare delicatum Regem, sed cùm in sæculi illius mores lumina conuertisset, absoluit lubenter tractatu aduersùs concubinarios, tom. 5. *Quamuis autem* (inquit) *a Salomone sæculis superioribus non tam multa sapientia exigebatur diligentia, neque delicias lex vetus prohibebat, neque aliis frui supernacuis dicebat vanum: attamen sic se habentibus rebus, in ipsis contueri licebit, quam viles, & vanitati obnoxia sunt; nos vero ad maiorem vocati vitam, & ad excellentius fastigium ascendimus, &c.* Quare prouidum vnumquemque, & cupidum non labi in terra absurda meminisse oportet sæpiùs, eius quam hausimus, doctrinæ ex Patrum, atque Theologorum officina de temporum illorum imbecillitate, quibus viri centum annorum moribus pueri erant, & Creator lacte quasi infantulos nutriebat: In hanc si mentis aciem intendat, fuisse quidem illius ætatis continentiam infirmam, atque imperfectam arbitrabitur iure; malam nullo pacto, cùm Legislator supremus dispensaret in plurimis, & toleraret infantiam, atque imbecillitatem eorum, qui terrena omni nisu appetebant.

Nazian.
Non mirum sub lege veteri, homines non fuisse adeò perfectos.
Chrysost.

123. Quòd si hæc parui facere quispiam infelicior tenter, & despecta temporum consideratione, suo iudicio præceps feratur, rerùmque elementa, & superficiem solùm perpendat; dicat nobis, quæ probaturus sit, si Canticorum oscula respuat? Ac fortasse minùs imprudens sit vxorum cateruа thalamos impleuisse? repudiasse ob non nimiùm graues causas eam quæ displicuerat? & quale tandem illud est, quod Deuteronomij 24. vers. 5. *Cum acceperit homo nuper vxorem, non procedet ad bellum, nec ei quidpiam necessitatis iniungetur publicè; sed vacabit absque culpa domi sua, vt vno anno lætetur cum vxore sua?* Et quæ illa virginitas, de qua ad seniores vrbis in porta idem Deuteronomium præcepit deferendum cap. 22. vers. 15. & Ezechielis cap. 16. nónne totum in amoribus? Iam & Oseæ fornicationis vxor, & Iudith exornatus ad capiendum Holofernem, atque Estheris per menses plurimos apparatus, & formæ perpolitio, vt sileam à Iacobo Patriarcha despectam Liam, prælatam venustam Rachelem? Itaque hæc cùm cœperit detestari, incidet facilè in amentiam Manichæi, & veteris Instrumenti aboleri multa egregius Scripturarum Reformator optabit; Sed, quoniam huiusmodi deliramenta libris, quos aduersùs Faustum scripserat Augustinus, confutauerat, & irrisit; exhibeamus tanti Doctoris sermones aliquot, Libro igitur 22. contra hunc Manichæum, cap. 25. *Si autem isti in quibusdam factis, à quorum altitudine longè sunt, reprehendunt, tanquam libidinem Prophetarum; similes autem sunt, qui in magnis ista reprehendunt, pueris imperitis in schola, qui cùm pro magno didicerint, nomini numeri singularis verbum numeri singularis esse reddendum, reprehendunt Latinæ linguæ doctissimum Auctorem, quia dixit; Pars in frusta secant,* Æneid. 1. *debuit enim, inquiunt, dicere secat: & quia norunt religionem dici, culpant eum, qui geminata littera dixit, Relligione Patrum, Vnde non absurdè fortasse dicatur in genere suo, quantùm distant schemata, & metaplasmi Doctorum à solœcismis, & barbarismis imperitorum, tantum distare figurata facta Prophetarum a libidinosis peccatis iniquorum.*

Qui Canticorum phrasim despexerit necesse est, vt multam Scripturæ partem contemnat?
Deut. 24.

Manichæus, & alij Hæretici, sunt sicut pueri imperiti.
August.

124. Verùm, quòd ad blanditias coniugum, quibus scatet Epithalamium, spectat, idem nominato libro cap. 36. simile versans argumentum, nimirum, quod Genesis cap. 26. vers. 8. dicitur Abimelech Rex Palæstinorum prospiciens per fenestram, vidisse Isaac iocantem cum Rebecca vxore sua (hos lusus, oscula & amplexus fuisse apud Lyranum quibusdam opinio est, quodcunque, illi tantæ familiaritatis indicia fuêre, quæ conthoralem, non exteram fuisse demonstrarent, quæ nempe licerent maritatis solùm; Sed de iis purissimè Augustinus: *Quod cum sancti coniugati faciunt, non inaniter faciunt, sed prudenter descendunt enim quodammodo ad femineæ sexus infirmitatem, vt aliquid blanda hilaritate, vel dicant, vel faciant, non eneruantes, sed temperantes virilem rigorem; quod tamen ei, qui vxor non est, qui dixerit, aut fecerit, turpe est; Verum hoc, quod ad mores humanitatis pertinet, dixerim, ne quisquam durus, & sine affectu idipsum pro crimine obijciat sancto viro, quod cum coniuge sua luserit; tales enim homines inhumani, si aliquem virum grauem, ludicrum, aliquid garrientem cum pueris etiam paruulis viderint, quo eorum lacteum sensum affabili, & nutritoria facilitate permulceat, tanquam delirantem reprehendunt; obliti vnde creuerint, aut ingrati, quod creuerint:* Et cap. 48. de multitudine vxorum, quas Patriarchæ habebant; *Proinde isti, si volunt, non falsa, atque adumbrata, sed vera, ac solida pudicitiæ capere sanitatem, diuinæ Scripturæ tanquam libris medicinalibus credant; non frustrà tam magnum honorem sanctitatis tributum quibusdam viris etiam plures vxores habentibus, nisi quia fieri potest, vt Imperator carnis animus tanta temperantiæ potestate præpolleat, vt genitalis delectationis motum insitum natura mortalium ex prouidentia generandi leges impositas non permittat excedere; alioquin possunt isti maledici, potiùs calumniatores, quam veri Iudices etiam sanctos Apostolos accusare; quod non voluntate generandi filios vitæ æternæ, sed cupiditate laudis humanæ populis tam multis*

Genes. 26.
Lyran.

Non omnia iocosa à viro etiam seuero statim taxanda.
August.

Coniugia veterū Patriarcharum honestissima, probant casta esse omnia in Salomonis Cantico.

Euange

Euangelium prædicauerint; Capite denique 49. *Hanc profectò modestiam, hanc concupiscentiæ coercitionem, & in commixtione corporum coniugalium solum appetitum posteritatis humanæ, vt erat acutus, sanctus in illis litteris, & intelligeret, & laudaret, nisi eius ingenium detestabilis secta deprauatum, & quid reprehenderet, quæreret, & vnam nuptialis conuentionis honestatem, qua mares, & feminæ liberorum procreandorum causa copulantur, crimen maximum deputaret.*

125\. *Incontinentia honesta plura, quæ in re lutu fæda essent.* Atque in huius Epithalamij gestis multa considetanda sunt, quæ extenuare valeant delicatorum indoctam offensionem; Primum, quòd inter coniugatos res agitur, quorum licentia multò amplior est; nam & de ipso coitu Augustinus libro de bono coniugali, cap. 6. *Coniugalis enim concubitus* (inquit) *generandi gratia non habet culpam; concupiscentiæ verò satiandæ, sed tamen cum coniuge propter fidem thori, venialem habet culpam*; Secundum, quòd hæc ipsa coniugatorum facultas laxior sit, dum nuptiæ concelebrantur; tempus enim illud maiorem gaudiorum licentiam iure quodam sibi vendicat; Tertium, quòd oscula & amplexus (quæ potissima scandali occasio sunt in sacro Hymenæo) multos ob fines honestari valeant, ut ob amicitiam, patriæ consuetudinem, & eiusmodi alios scopos fiant, atque hoc inter solutos etiam à matrimonio; vnde sanctus Thomas 2. 2. quæst. 154. art. 4. in corpore; *Dicendum, quòd aliquid dicitur esse peccatum mortale dupliciter; vno modo secundum speciem suam; & hoc modo osculum, & amplexus, vel tactus secundum suam rationem non nominant peccatum mortale; possunt enim hæc absque libidine fieri, vel propter consuetudinem patriæ, vel propter aliquam necessitatem, aut rationabilem causam*; Videndus noster Salas tom. 2. in 1. 2. quæst. 74. tract. 13. disputatione 6. sectione 20. num. 131. Quartum, idque principale, & ante omnia considerandum, vt in his vitiosum quidpiam sit, & indecorum; sed aliter Moyses suos instruebat, aliter Christus: ibi pædagogia, & qui informabantur de puerorum cœtibus, hic discentes in virum maturum, & in plenitudinem ætatis Christi procedunt: ibi futurorum vmbræ, & lineamenta; hic veritas: ibi caro & sanguis in diuitiis, & coniugio præcellebant; hic spiritalia, & æternatura bona; Quemadmodum ergo in viro Monasticen professo, & qui omni pompæ atque lautitiæ valedixit, intoleranda enormitas fuisset vestis pretiosa, & circumquaque odorem à myrrha, casia, balsamo diffundens, capillus amomo delibutus, & calamistro in annulos formatus, ad hæc infracta vox, gressus compositus ad ostentationem lingua petulantior; in aulicis tamen, & qui Regum versantur in domibus, istiusmodi neque scandalo, neque offensioni sunt prudentibus; scilicet, quoniam voluptati dicata est aula, & vt Numini sempiterno debitam obseruantiam grauiter non lædant, minutiora si colere omittant, ipsa vitæ institutio parit indulgentiam; sic cùm tanta sit inter Euangelium, & Synagogam distantia, nemini insolens apparebit, locum habere apud legem, quæ sub Euangelio stipendiantes abhorreant, atque ibi carnis aliqua opera in honore vtcunque, hîc planè despici; Visúmque mihi ad hæc ostendenda non inconcinnum exemplum Ioannis Præcursoris suppeditare gesta apud Lucam cap. 30. nam ad eum confluente ex omni hominum genere multitudine; cùm turbæ, & vulgus imperfectum interrogaret, *Quid faciemus?* misericordiam solùm commendauit: *Qui habet duas tunicas*, (inquit) *det non habenti; & qui habet escas, similiter faciat*: Quibus verbis superflua tantùm abdicanda ab eo suasum Interpretes animaduertunt, Sed egregiè à Iansenio admonitum cap. 131. Concordiæ; *Ioannes autem neque summa exigit, quemadmodum à suis discipulis: nec graues carnis afflictiones, vt quæ non omnibus conuenirent: nec ab omnibus facilè suscipi possent: sed ad charitatis omnia perficientis officia vocat*; Atque etiamnum bis leuiora onera & publicanis, & militibus imposuit; nam ad priores tantum, *Nihil* (ait) *ampliùs, quàm quod constitutum est vobis, faciatis*; Ad milites autem; *Neminem* (inquit) *concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti estote stipendijs vestris*; Iterum Iansenij elegans Commentarius; *Ab his autem neque exigit beneficentiam in proximum, quam à turba exegerat; sed tantùm vt à malis abstineant, & aliena non raperent, si nondum sua largiri possent: satis enim magnum profectus gradum in ipsis esse duxit, si se temperarent à malefaciendo: Itaque vtrosque admonet ab his abstinere malis, quibus verò solent esse obnoxij, attemperans suam admonitionem necessitati, & capacitati*; Itaque Eremita beatissimus, qui venit neque manducans, neque bibens, cùm discipulos suos ad maxima quæque hortaretur, & ieiunia præscriberet, vigilias, secessum, nuditatem; cum publicanis atque legionariis mitiùs egit, ad multa conniuens; nimirum idcircò, quòd eius scholæ & imitationi traditi, consummatam viuendi arripuerant normam; vectigalium exactores, & castra sequuti homines per humum reptabant, terreoa sectabantur, & eam calcarent semitam, quæ animam plurimùm vexaret, atque distraheret; Sic ergo cùm sub antiquo fœdere mortales diuitiarum, & generationis nimiùm occuparet amor, spiritum ad sublime ægrè attollebant: quare non pauca eis concedebantur, quæ Euangelium prorsus detestatur: *Nam multas imperfectiones licitas sub Moyse* (inquit Scotus in 4. dist. 33. quæst. 3.) *euacuauit Christus reducendo ea, quæ erant permansura ad perfectionem in lege sua.*

Osculu, & amplexus inter solutos etiã sæpè honestissima.

S. Thomas.

Salas.

Statuum delectus habendus, & diuersa perfectio consulenda pro vita cuiusq; munere.

Ioannes Baptista, quàm excellãs magister, & circumnator. Iansen. Luc. 3.

Redeamus iterum parumper ad Augustinum, docebit temporum esse in primis habendam rationem, & quid licuerit, quaque ætate: Itaque tertio de doctrina Christiana libro, cap. 13. commonet: *Quid igitur locis, & temporibus, personisque conueniat, diligenter attendendum est, ne flagitia reprehendamus*: Et cap. 22. *Ergo quanquam omnia, vel penè omnia, quæ in veteris Testamenti libris gesta continentur, non solùm propriè, sed etiam figuratè accipienda sunt: tamen etiam illa, quæ propriè Lector accipit, si laudati sunt illi, qui ea fecerunt: sed ea tamen abhorrent à consuetudine bonorum, qui post aduentum Domini diuina præcepta custodiunt: figuram ad intelligentiam referat, factum verò ipsum ad mores non transferat: Multa enim sunt* (& hoc Augustini documentum aureum) *quæ illo tempore officiosè facta sunt, quæ modò nisi libidinosè fieri non possunt*: Facessant igitur impudicitiam castissimo obiectare Hymenæo, auertant longissimè oculos ab omni libidinosa suspicione, dum sacrum peruoluunt Epithalamium: alioquin erit vt iustissima, eadémque seuera Augustini eos reprehensio excipiat eodem volumine, cap. 19. *Sed quia effrænata libidine* (ait) *vel per multa stupra defluentes euagantur,* 126.

Ætatũ, temporum, locorum, personarum ratio habenda antequàm feramus iudiciũ de rebus. August.

Hæretici, quia libidinosissimè, impurè iudicãt de Canticorum libro. August.

vel

vel in ipsa coniuge non solùm excedant ad liberorum procreationem pertinentem modum, sed etiam inhumaniores intemperantia sordes inuerecunda omnino licentia serniles cuiusque libertatis accumulant, non credunt fieri potuisse, vt temperanter multis feminis antiqui vterentur viri, nihil seruantes in vsu illo nisi congruum tempori propagandæ prolis officium; & quod ipsi laqueis libidinis obstricti, vel in vna non faciant, nullo modo in multis fieri posse arbitrantur.

Venter, vmbilicus, & similia nomina vestem, non corporis partem denotant.

127. Verùm inquiunt; Vt cætera excusationem habeant, quid illud, vbera, ventrem, vmbilicum, describi, commendari femora, crura, & quodcunque natura abdiderat? Hæccine impollutum Hymenæum significant? Respondeo eiusmodi verba in hoc Epithalamio non partes corporis velari solitas innuere, sed quibus ea membra obteguntur, amictus: itaque, aut thoracem, aut cingulum, aut gemmam rarioris pretij, aut de vestitu aliud referunt; pertinebat enim ad Poëtam nuptialem pompam extollere, & hoc de præcipuis officium vnum; at genialis spectaculi insignior dos ornatus nouorum coniugum; Et quanquam non ignorem aliquando idem nomen, & vesti, & corporis alicui aptatum parti; sic enim & *buccula* cum diminutione *os*, seu *bucca* vocatur; & appellatur quoque *buccula* cassidis pars, per quam spiritus emittitur; sinus nuncupatur pars corporis intra pectoris, brachiorúmque complexum; & etiam vestis, quod ante pectus natat; repetieris exemplorum copiam apud Thesauri linguæ Latinæ Collectorem; apúdque nostrum Sanchez, qui ex sacris depromit quoque testimonium prolegom. 9. & 10. in Cantica: atque idem notat Alcazarius ad illud cap. 5. Canticorum: *Venter eius eburneus*, &c. Arbitror nihilominùs, quæ hîc sumuntur vocabula, translatè accipi; neque enim memini ex primæua vocum impositione thoracem ventris significatum verbo, aut caligas fermora, seu crura appellata: ita venter nominatur à Salomone, vel propter similitudinem, quam habet cum ventre thorax; est enim quædam delineatio & imago illius; vel, quòd sub thorace contineatur venter; vtrunque metaphoræ genus frequens, & apud Scriptores profanos, & apud canonicos; in eum modum à Latino vsurpatum Vate neque semel quidem pro contento continens, scilicet aquam vocauit poculum in Eclogis,

Thesaur. ling. Lat.
Sanch.
Alcazar.
Torporis frequens vsus in Cantico Canticorum
Regula: Continens pro contento positum in Scriptura.
Virg.

——timida venient ad pocula Damæ.

Et in Georgicorum primo Volumine:

Poculáque inuentis Acheloïa miscuit vuis.

Ita & alibi Æneïdos 1. Cererem fruges dixerat, quoniam Ceres inuentrix:

Tum Cererem corruptam vndis.

Sed quòd Atlas mons à longè intuentibus hominis gerere effigiem videretur, non dubitauit hominem nominare, & depingere. Æneïd. 4.

Atlantis cinctum assiduè cui nubibus atris
Pinniferum caput & vento pulsatur, & imbri:
Nix humeros infusa tegit, tum flumina mento
Præcipitant senis, & glacie riget horrida barba.

Tarneb. Notatum à Turnebo lib. 1. Aduersar. cap. 1. vinum pro vua à Plauto dictum; *Tunc vinum* (ait) *priusquam coactum est, pendet putidum*; quæ de racemis probè construas, non de Bacchi liquoribus; Transeamus ad Biblicam mensam; quid enim Maro continens pro contentis vsurpauit, & nónne talia Matth. 20. vers. 22. *Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?* Vbi calix pro liquido: & eiusdem Euangelistæ cap. 2. *Turbatus est Herodes, & omnis Hierosolyma cum illo*: vbi Hierusolyma pro ciuibus, quos Metropolis continebat; & Ægyptus pro incolis Psalm. 104. vers. 38. *Lætata est Ægyptus in profectione eorum*: & Galaad pro montis habitatoribus. Ps. 59. vers. 9. *Meus est Galaad, meus est Manasses, Ephraim fortitudo capitis mei*: At, quòd ea, quæ similitudinem gerunt, iisdem nominibus afficiantur, (nam hoc præcipuè instituto deseruit, quando thorax ventrem referat,) ex Scripturarum vsu docuit productis multis exemplis Augustinus tom. 4. lib. 2. ad Simplicianum, quæst. 3. *Quanquam in hoc facto* (ait) *potest esse alius facilior intellectus, & expeditior exitus, vt non verè spiritum Samuëlis excitatum à requie sua credamus: sed aliquod phantasma, & imaginariam illusionem Diaboli machinationibus factum, quam proptereà Scriptura nomine Samuelis appellat, quia solent imagines rerum earum nominibus appellari, quarum imagines sunt, sicut omnia quæ pinguntur atque finguntur ex aliqua parte materia metalli, aut ligni, vel cuiuscunque rei apta ad opera huiusmodi, quaque etiam videantur in somnis, & omnes ferè imagines earum rerum, quarum imagines sunt, appellari nominibus solent*: Plura tibi sapientissimus Doctor; Mattinez Hyporyp. lib. 9. regula 21. Ribera in Apocal. ad illud cap. 1. *Primus & nouissimus*, &c. Cornelius ad initium Isaiæ canone 21.

Matth. 20. & 2.
Psalm. 104.
Psalm. 59.
August.
Regula: imagines rerum solent earum rerum, quarum imagines sunt, nominibus vocari.
Mattinez
Ribera.
Cornel.

128. Obstrepis, syncerum Scripturarum interpretamentum illud esse, quod verba, quemadmodum sonant, explanat, atque suspectam esse metaphora fundatam declarationem: Respondeo, ex vero esse hoc, quoties verba nudè suscepta implicantiam, vel absurdum non generant: istiusmodi aliquid cùm sequitur, ad metaphoras confugiendum: quis aliter pronunciauit? Nunc autem contendit Aduersarius, indecorum esse, strictè accepisse vocabula illa, ac proinde affirmamus, translata esse; Porrò, ne quem metaphora offenderet quasi nimiùm peregrina, atque insolens, exhibuimus æmulas translationes, quibus & externi crebò vtuntur Scriptores, & quas diuinior pagina frequenter vsurpat; ac quanquam hoc abundauerit Lectori nisi vehementer proteruus fuerit, dabimus tamen operam (si magno Numini placuerit) vt cùm ad exponenda singula peruenerimus, eam quoque adiungamus interpretationem, quæ & verba declaret iuxta corticem, sonúmque absque metaphoræ supplemento; & tamen ostendat eadem, summa cum honestate, atque verecundia copulata esse, qualem oporteat eum esse sermonem, quem non homo licentiæ & cupidinibus obnoxius, loquutus sit, scripserit, dictauerit; sed Spiritus ille sceleris, atque cuiuscunque inquinamenti à natura, & essentialiter purus. Interim, quemadmodum constans sit, neque in Salomonis Epithalamio, neque in sacrorum Voluminum Codice aliquo inueniri voculam quampiam, quæ actionem turpem, & infandam designet, consule, & reperies cumulatè adstruentem nostrum Mendoçam tom. 1. in lib. 1. Regum, in expositione litteræ, vers. 19. c. 1. num. suo 6.

Quando à metaphorica explicatione abstinendum, quando ad eam confugiendum.
Mendoça.

SVBSECT. III.

SVBSECTIO III.

Obiectio à monachatu antiqui Fœderis; qualis hic fuerit? num feminæ aliquæ Virginitatem colentes? Isaiæ, Machabæorum, Matthæi illustratio.

129. MIrum videbitur à nobis tanta contentione asseueratum, virginitatis encomia ob cura fuisse, & quæ mortales institutis Mosaicis addicti non colerent; cùm Patres ex illo hominum cœtu virgines passim exhibeant; nimirum quales exitêre secundùm nonnullos Melchisedech, & Iosue; iuxta plurimos Daniel cum tribus pueris; atque ex omnium penè sententia, Elias, Elisæus, Ieremias, Baptista Christi antecambulo: Quid? Num hi id elegerint, quod Deus præcepto vetuerit, quod consilio dehortatus sit? Respondeo, non ablegatum à nobis omnem cœlibatum à veteri lege, sed conatos ostendere id, quod verissimum arbitramur, rarissimos fuisse, qui sine vxoribus, & liberis decesserint, & ne vnum quidem inter millium plurima: quanquam vt erat virtus ipsa in se pulcherrima, adamatam ab optimis, at desiderio, non opere, quoniam tempora ita exigebant, asserente Augustino libro 4. contra Faustum cap. 2. *Intelligebant enim reuelante sibi Spiritu Dei, quod tempori illi congrueret, & quibus modis Deus per illos omnes res gestas, & dictas, futura figuranda, & prænuncianda decerneret: magis quæ desiderium eorum de nouo Testamento erat: sed præsens facultas corporalis ad significanda noua ventura pollicitationibus veteribus præbebatur*, &c. Et manifestiùs lib. 4. de doctrina Christiana, cap. 18. *Itaque si eos in hac vita inuenisset Domini aduentus, cum iam non mittendi: sed colligendi lapides tempus esset, statim seipsos castrarent propter regnum cælorum.* Et de bono coniugali, cap. 22. loquens de Abrahamo Patriarcha: *Esse autem castus sine coniugio potuit; sed tunc non oportuit:* Ergo præceptum violauit Elias, & pusillus virginitatis grex? Minimè quidem; nam à Creatore dispensatum cum illis; & mandatum accepêre internum saltem, vt cœlibes agerent; Quare diuino monitu impulsos specialiter ab eo, qui legem soluere posset, affirmarunt Gabriel supplemento in 4. sentent. distinctione 30. quæstione 2. conclusione 4. Paludanus in eiusdem libri distinctionem 33. quæstione 2. ad sextum articulum; S. Antoninus 4. part. summæ, titulo 4. cap. 8. §. 1. Ergo, quemadmodum nouimus quidem legem fuisse latam, ne Hebræorum aliquis cum ethnica femina nuptialia inisse fœdera possit; cum virgine autem Chananæa neque etiam postquàm deposuit patrias superstitiones, & Iudaïsmum amauit; cùm tamen Dauidem intuemur ex paganismo vxores deligentem, aut Salmonem copulatum Rahab Hierichuntinæ, aut Salomonem Pharaonis gnatam ad thalami, & regnorum consortia admittentem: non diuini præcepti contractores nominamus: sed cum illis dispensatum asserimus, & peculiari instinctu ad ea peraganda stimulatos opinamur, vti probauimus Anteloquio 5 Sectione 1. & 2. Sic, cùm videmus Eliam, Ieremiam, ac quempiam de Prophetarum numero virginitatem colentem, intelligimus Deum super his dispensasse, & voluisse vt pauci aliqui inassuetam viuendi normam tentarent; quo, videlicet, & euangelici cœlibatus quædam anteiret prælibatio quanquam rudis, & imperfecta nimirum absque voto perpetuùm adstringente: sicut & cæteræ similitudines aliarum etiam rerum imperfecta quædam erant initia, atque solùm elementa.

August.

Deus cum Elia, & similibus dispensauit, vt virginitatem colerent.

Gabriel. Paludan. Antonin.

Matrimonia Hebræorum cum Ethnicis ex diuina dispensatione

Afferre nos possunt aliqui tam raras virgines apud Moysem: nam Græcos, & Latinos Patres dum consulunt, Monachos veteris Fœderis ab illis plurimùm concelebrari legunt: Vona instar multorum sit Hieronymus epistola ad Paulinum, de institutione Monachi: *Et vt ad Scripturarum (inquit) auctoritatem redeam, noster Princeps Elias, noster Elisæus, nostri duces filij Prophetarum qui habitabant in agris, & solitudinibus. & faciebant sibi tabernacula prope fluenta Iordanis; de his sunt & illi filij Rechab, qui vinum, & siceram non bibebant, qui morabantur in tentorijs, qui Dei per Ieremiam voce laudantur, & promittitur eis, quod non deficiat de stirpe eorum vir stans coram Domino:* Atque in eundem morem scripsêre magna pars, quos congestant Thomas à IESV in Regulam primitiuam Fratrum B. MARIÆ à monte Carmelo, parte 1. cap. 1. Ioannes de Carthagena tom. 3. homil. Catholica 3. lib. 16. Quare Eliæ institutum cùm ante visum in carne Deum totam peruagauerit Palæstinam, & fuerint virorum atque mulierum Cœnobia plurima, in quibus religio floruerit: non est, quòd virgines prisci Fœderis ad tam exiguum manipulum reducamus, vt vix octo, aut decem recenseantur, qui castitatem per omne vitæ curriculum seruauerint: obstátque Isaiæ præclarissima commendatio, cap. 56. vers. 4. *Et non dicat Eunuchus: Ecce ego lignum aridum, quia hæc Dominus Eunuchis, qui custodierint Sabbata mea, & elegerint, quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum. dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filijs, & filiabus, nomen sempiternum dabo eis:* Quos enim hæc tam sublimis oratio complectitur, nisi virgineas turmas, quas consolatur euangelicus Isaias? ad quas & Sapientiæ verba, cap. 3. vers. 13. *Quoniam felix est sterilis, & incoinquinata, quæ nescivit thorum in delicto: habebit fructum in respectione animarum sanctarum; & spado, qui non est operatus per manus suas iniquitatem, nec cogitauit aduersus Deum nequissima: dabitur enim illi fidei donum electum, & sors in templo Dei acceptissima.* Huc quoque spectant illæ, de quibus Machabæorum 2. cap. 3. vers. 19 *Sed & virgines, quæ conclusæ erant, procurrebant ad Oniam:* Denique & Redemptori Christo sermo est de Eunuchis, capite 19. Matthæi, atque iis sanè, qui seipsos castrauerunt propter regnum cælorum, qui locus respexerit aliquid in Hebræorum republica fieri vsitatum, quod perficere aduentu suo Verbum satagerit vt taceam eos, à quibus Essenorum decantata sit virginitas, quos & Iudæos fuisse probant. 130.

Monachi strictè, id est, cum trium votorum nexibus, nil ante Christum? Hieron.

Th. à Iesu.

Carthag.

Isa. 56.

Sap. 3.

2 Mach. 3.

Matth. 19.

Verum est Hieronymum duces suos appellare filios Prophetarum; sed quidem hoc insignitii nomine coniugiis indulsêre, quippe ea voce intelliguntur potissimùm qui ore, instrumentisque diuinas laudes peritiùs canerent, vnde Paralip. 1. cap. 15. vers. 22. dicitur *Chonenias princeps leuitarum prophetiæ præesse ad præcinendam melodiam:* eius sententiæ Theodoretus cum Rabbinis nonnullis & Chaldæo, 131.

Paral. 1. c. 15. v. 22.

quos

quos allegat & sectatur ad cap. 10. libro primo Regnm Serarius; ibidem Comestor, Hugo Cardinalis, Nicolaus, Dionysius, Caietanus, Sanctius, Rangolius, Abulensis quæstione 5. Torniellus anno mundi 2545. numero 14. Salianus tom. 3. anno mundi 2962. num. 100. cuius & opinionis Auctor institutionis Monachorum cum præfixo Ioannis Ierosolymitani titulo capite 11. atquin isti liberos generabant, quare 1. Paralip. cap. 25. vers. 3. *recensentur filij Idithum, Godolias, Sori, Iesaias, & Hasabias, & Mathathias sex sub manu patris sui Idithum, qui in cithara prophetabat super confitentes, & laudantes Dominum*; Regum quoque 4. capite quarto, vers. 1. *mulier quædam de vxoribus Prophetarum clamabat ad Elisæum*, &c. vxores itaque habebant; quin & Giezi de horum schola; nam eodem functum ministerio apud Elisæum, quo subseruiebat cum Helia ipsemet Helisæus, prophetalis nimirum discipulatus, memorat Tostatus quæstione 59. ad cap. 4. libr. 4. Regum; sed hic cum posteritate, alioquin nec maledictio contra nepotes Reg. 4. cap. 5. vers. 27. *Sed & lepra Naaman adhærebit tibi & semini tuo vsque in sempiternum*; Denique prophetantium eiusmodi cuneorum prima origo à Samuele, vt præfari nuper iisdem locis adstruunt Doctores, quibus accedunt Thomas Waldensis tom. 1. Doctrinalis fidei lib. 2. art. 3. cap. 4. qui Lyram sequotus definit, *primum inter Iudæos Samuelem Prophetam Religiosum fuisse claustralem*; Genebrardus eadem lib. 1. Chronolog. anno 2066. at Samuel filios reliquit sicut & illius discipuli vt aduertit Ægidius Camartus de rebus gestis Heliæ sectione 8. cap. 6. qui eodem tract. cap. 1. sectione 5. demonstrat ex Prophetis strictè dictis, quod miraculis & futurum certissimis prædictionibus eminerent; nonnullos matrimoniis copulatos prolem suscepisse: iam vt ad Rechabitas veniamus; nónne palam Ieremiæ contestatur oraculum connubia haud quaquàm aduersatos? *Ita vt non biberemus vinum cunctis diebus nostris nos & mulieres nostræ, filij & filiæ nostræ*, cap. 35. vers. 8 neque aliud omnes interpreteres; sed & Monachorum Parentes à Nazianzeno, Ambrosio, Hieronymo, sancto Thoma dicuntur Nazaræi, citant Lorinus argumento cap. 6. Numerorum, Becanus Analogiæ cap. 9. num. 7. quin verò Monastica nullam insigniorem figuram sub prisca lege iidem ostendunt vt & Cornelius ad vers. 9. cap. 6. Numerorum. Barradas tom. 1. Harmoniæ Euangelistarum lib. 10. cap. 11. Viegas in Apoc. cap. 9. Comment. 2. sectione 11. Serarius quæstione 9. in cap. 13. Iudicum, Plattus lib. 2. cap. 19. & tamen Nazaræi vxores ducebant, etiam qui perpetuo se obstringebant nexu, quales Samson & Samuel; appellati sunt igitur *Monachi, & primipili Religiosorum*, non quod cælibatum obseruauerint, *sed quia* vt inquit Waldensis tom. 1. doctrinalis fidei, art. 1. cap. 1. *singulariter præ suis ciuibus diuino cultui se dederunt*, qua propè forma P. Suarius tom. 4. de Religione, libro 1. de Instituto Societatis, numero 6. Monachi igitur tum non trium substantialium votorum cultores, quos Christus introduxit, sed qui vitam actitabant in Collegiis, vel eremo asperioris regulæ, quam plebs mortalium cætera, & quadam sua institione ad sacrariora ordinatum in typum ali-

Reg. 4. c. 4. c. 4.

Giezi citharista fungebatur officio apud Elisæum.

Reg. 4. c. 5. v. 7

Prophetantiū cuneorū origo à Samuele.

Vvaldensis.

Ierem. 35. v. 8.

Vvaldensis.

Monachi nomine quid intellexerint sæpe Patres?

quem perfectionis admirabilis cœnobitarum sub Euangelio.

Quorsum autem Isaias, vel sapientiæ Auctor de antiqui instrumenti Religiosis intelliganturt? num veterum, aut recentiorum interpretum vnquam aliqois subiudicarit explanationem? Quippe infelix prorsus spadonum conditio Hebræorum in Republica, quare Deuteronom. cap. 23. vers. 1. *Non intrabit Eunuchus attritis, vel amputatis testiculis, & abscisso veretro, Ecclesiam Dei*, hoc est à speciosis quibusque excludentur officiis, vt Abulensis declarat quæstione 1. & hoc loco Arias Montanus optimè perpendit; in communi autem damnatos maledictione steriles, & à prole tollenda abstinentes, nisi in paucis quibusdam speciali instinctu diuinitatis exemptos, monstrauimus subsectione 1. quare ad euangelicum cælibatum & Patres & iuniores vnanimiter referunt, id quod Bellarminus demonstrat lib. 2. de Monachis, cap. 9. Leo Castrius in Isaiam, atque aliter sensisse Iudaïcum quidpiam sapere Forerius ibidem non metuit asserere; de sapientiæ verbis paria edocent Lorinus, atqoe Zeruantes; Nam quidem Isaias qui suis vaticinationibus Euangelium perpetuò collustrat quasi visus illius statum Mosaicis opponere ritibus; quippè sub lege omnis sacra, atque prophana auctoritas penes vxoratos; Prophetæ, Sacerdotes, Pontifex summus coniugia amabant; cum autem superuenturum sit quod perfectum est, Euangeliique innotuerit gratia, è diuerso contingent singula; nempe ministri sacratissimorum altarium, qui *in domo Dei*, id est Ecclesia occupaturi sunt locum casti erunt voluntario & incoacto cælibatu; cæterùm quanto honorum sit decoratutus cumulo spontaneos hos Eunuchos & liberos spadones Romani Pontificatus delineatione significat: nam sanè quod sub cælo est sublimissimum dignitatis fastigium Christi Vicariatus non alij quàm continentes obtinebunt: hæc illa *in Dei templo acceptissima sors*, nam suprà Petri sedem nihil in terris: *hoc fidei donum electum*, nam pro huius Rectore cathedræ supplicatum ab eo, qui propter reuerentiam suam exaoditus, ne deficeret, & vt confirmaret fratres suos: *huius est nomen sempiternum, quod non peribit*, quoniam portæ inferi non præualebunt aduersùs Ecclesiam Beatam: deniquo huiusmodi voluntarij cælibes, *habebunt fructum in respectione animarum sanctarum*, id est speciali aliquo donabuntur ornamento, quo aliis sanctis animabus frui non detur: Nam quemadmodum Matth. 19. voluntariæ nuditatis amatoribus, qui reliquerant omnia vt Christum lucrifacerent permissa est iudiciaria auctoritas, singularis videlicet cum iudice Christo consessio, vt docet Beatus Thomas & alij apud Suarez tom. 2. in 3. part. disputatione 57. sectione 4. sic existimandum est filium hominis remuneraturum peculiaris hominis titulo aliquo voluntatiæ professores castitatis.

Adiuitto verba ex Machabæorum codice de Virginibus loqui, quæ de Religionis quadam gratia Templi Ierosolymitani adytis includebantur virorum consortio prohibitæ, ita Iosephus indicat. 6. de Bello. cap. 6. cum de secundo tractans atrio subdit: *necessario namque proprius locus Religionis causa mulieribus destinatus, muro secernebatur*. quo de Puellarum

132.

Deut. 23. v. 1

Eunuchi, apud Hebræos, ad honores nō admittebātur.

133.

Ioseph.

seceſſu ex aliis Bibliorum ſententiis de Patrum atteſtatione Caniſius libro 1. de Deipara, cap. 52. Suarius tom. 2. in 3. part. diſputatione 7. ſectione 3. Vaſquez tom. item 2. 3. part. diſputatione 125. cap. 11. Baronius in Apparatu Annalium Eccleſiaſticorum, num. 53. Torniellus anno mundi 4032. numero 16. Chriſtophorus de Caſtro Hiſtoriæ Marianæ, cap. 4. Cornelius ad initium, cap. 38. Exodi; ſed iidem prudentiſſimè aduertunt aſſeruatas cuſtodia vſque ad nubiles tantùm annos, nam pubertatem aſſequutæ maritis tradebantur; Quid enim ſacratius illa habuerunt reclusoria virorum in numero Samuele, inter feminas autem Beatiſſima Dei Genitrice? & tamen Samuel vxorem duxit, & ſobolem habuit; Maria quatuordecim integrè expletis annis Ioſephum coniugem accepit; Quare ita ſentiunt grauiſſimi ſcriptores, licet quidem exploratum ſit inter maſculum ſexum paucos aliquos emicuiſſe apud Hebræos, de quorum perpetua Virginitate conſtans ſit opinio, non ita de feminabus; proptereà Ioannes Ieroſolymitanus tractatu de inſtitutione Monachorum, aut alius quiſque Auctor illius cap. 34. de Beata Virgine ait; *Quæ præputium impudicitiæ ſciuit à ſe penitùs circumcidere, dum elegit prima feminarum propter dominum Virginitate perpetua viuere*, Guillielmus Paruus apud Delrium ad verſ. 6. cap. 3. Canticorum: *& quidem nulla fæminarum legitur Virginitatem amplexa dum ratio temporis officium propagationis expoſceret; porrò aliqui ſanctorum virorum pauciſſimi tamen Virginitatem eo tempore ſeruaſſe creduntur*: Abulenſis quæſtione 12. ad cap. 30. Numerorum: *in veteri teſtamento in mulieribus non reperitur obſeruatio virginitatis cum voto, aut ſine voto, ſed omnes accipiebant viros; de viris autem magis reperitur*, & quibus & cognata quæſtione 205. in cap. 5. Matth. & Paradoxa 1. cap. 20. Petrus Galatinus lib. 7. de arcanis Cathol. cap. 14. ex traditione Rabbinorum: *Ex hac* (ait) *traditione manifeſtè datur intelligi quòd cauſa quare Meſſias non magis accelerauit aduentus ſui tempus, fuit Iudaicarum Virginum corruptio, quæ omnes ferè vel per coniuges, vel per alios deflorari cupiebant*, &c. germana his, expendentes de quibuſque in particulari, quæ cælibes fuiſſe putantur Dominicus Sotus in 4. diſtinctione 30. quæſtione 2. art. 1. Baſilius Legionenſis lib. 1. de Matrim. cap. 19. num. 3. Suarez tom. 2. in 3. part. diſputatione 6. ſectione 3. Vaſquez tomo quoque 2. in eandem tertiam, part. diſputatione 124. cap. 5. num. 86. conſtat igitur prolatum teſtimonium ex Machabæorum volumine longam & perpetuam caſtitatem non docère, qualis noſtrarum ſanctimonialium poſt euangelium, imò vt aliquid tum virginitatis præfulſerit, gloriam tribuendam raris quibuſdam virorum excellentium, non autem muliebri naturæ quoad Maria benedicta edita eſt.

Apud Hebræos pauci quidam viri emicuerunt perpetuâ virginitate; at feminæ non niſi ad tempus.

Quòd autem Matthæi alludere Textum diſſerunt io aliquid eo tempore Hebræis frequenter notum, & à multis vſitatum; ſine Hiſtoriæ, abſque Patrum, & interpretum doctrina gratis prorſus adſtruunt; Quin verò & littera Euangeliſtæ repugnat; Nam poſtquam à Chriſto narratum, Eunuchos eſſe, qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cælorum, id eſt, voto ſe obſtrinxerunt perpetuùm duraturæ caſtitatis, ſubiecit continuo: *Qui poteſt capere capiat*, rem comptiinis arduam denotans, & quam non aggredi paſſim omnes cuperent, ſed qui animoſiores eſſent, & proptereà neminem cogeret, nec præceptum, ſed conſilium daret; Maldonatus *capere* idem quod *intelligere* exponit, neque cunctorum eſſe percipere quantum ſit coniugio & thalamis in vitæ finem abſtinere præſertim apud eos, qui maledictos cenſebant infœcundos vteros; itaque vſitatum non erat, quod ſubtiliores noſſent tantùm; Veriſimile quidem eſt iam hoc ſub puncto Apoſtolorum Collegium, aliòſque diſcipulorum Chriſti continentiam, aut Virginitatem ipſam nonnullos profeſſos, ſed breuior erat manipulus, quàm qui famæ communi ſufficeret: Alij putauerint Eſſenorum plurima millia per Iudeæ ciuitates & oppida diſperſa, atque ideò nota vulgo & rudioribus, qui tria Religioſorum ſubſtantialia vota, omnémque cœnobiticam perfectionem admirabili ſtudio obſeruarent: verùm quibuſdam ſtupendum apparet ſi tam ingens, tamque felix Eſſenorum multitudo, quamobrem Euangeliſtæ, qui ſectarũ meminêre ex quibus aut Phariſæi, aut Saducæi apud Lucam in Actis, Eſſenos tacuerint: Nos ſanè oſtendimus volum. 2. Veſtigatione 2. num. 22. Chriſtum cœnobitici inſtituti ſtrictè concepti, id eſt tribus cum votis Auctorem extitiſſe: probamúſque eodem tomo. Veſtigatione 24. num. 12. Eſſenos nunquam ad Synagugam pertinuiſſe, ſed poſt amplificatam in Ægypto per Marcum Catholicam fidem Alexandriæ potiſſimùm fulgêre cœpiſſe Eſſenorum viuendi normam. 134

ANTELO

ANTELOQVIVM VIII.

Sacri Epithalamij enodatus Auctor quam tropologiam subministrat?

STERILEM ad præstandos mysticos sensus venam superioris Præludij argumentum, quis non subitò putauerit? scilicet Auctor est Salomon opusque Canonicum? Quid inde ad mores? aut certe quid peculiare, quod non pariter in omnem sacrum quadret Codicem? Sed idem gratiarum effusor Spiritus, qui actæ controuersiæ materiam paucis absolutam verbis etiam ab his, qui longos struxere Commentarios, vt locupletaremus suppeditauit: nunc & multiplicabit arcanam significationem.

SECTIO I.

MARIA *sugendo vbera, præbendo vbera, plùs meruit, quàm Martyres riuos sanguinis fundendo.*

1. DIXIMUS præteritæ Isagogæ sectione 1, Deum sacræ eloquentiæ Auctorem Prophetis, in quibus multifariam multisque modis olim profatus est, non tantùm sensus, sed voces quoque ipsas instillare; hinc Scripturarum supra omnem sermonem incomparanda gloria; nempe, aliarum scientiarum organa, seu doctissimus Plato, seu lynceus Aristoteles, seu alius ex iis, qui gigantizant, ad fastigium peruenère quidem tandem, sed post haustos infinitos labores, post annorum curricula, post diu, noctúque versatos libros: at illi per quos Numen vaticinatur, momento peritissimi euadunt, Itaque piscator Ioannes, opilio Amos, telonista Matthæus ad fundendas Scripturas destinati, sesquihora didicère, quod nunquam coacervatis vigiliis Græcorum Academiæ, & ille Sapientum decantatus numerus, assequi potuère: Transfero hoc Scripturarum insigne ornamentum ad MARIAM Deiparam; quidni enim Virginem Beatam repræsentent Scripturæ? Infusa est purissimæ animæ à primo exordio tanta gratia, quantam nemo Sanctorum vitæ longissimo spatio vnquam adeptus, hinc duplicabat quocunque opere; & dormiens, & vigil nundinabatur semper, nunquam à felici lucro cessans; Etiamne à genitricis collo pendens, sinui admota, balbutienti labio mammam implorans tunc illa Martyrum agones vincebat? fortiórque eius charitas, ardentior flamma, cùm ob Dei encomium, ex amore æterni Numinis sugebat maternum pectus, ludebat cum gerula, infantiam exercebat, seu cùm ipsa mammam porrigebat tenerrimo suo vagitus solatura; quàm Laurentij memoranda passio toto exusto latere, Bartholomæi cruenta nex, Pauli Neronianus ensis? Ita sanè; quoniam & ipse charitatis actus, quo hæc crepundialia offerebat Omnipotenti, supra modum intensior eo, quo exustam craticula Laurentius litabat; & imprimis gratia, quæ dignificabat munus vtrumque, in Virgine excellebat, quantum distat immensum à puncto: & de lacte quod MARIA à Spiritu sancto fœcundata gnato Altissimi Filio præbebat, Halgrinus Cardinalis manifestè pronunciauit ad verba illa Canticorum septimi capitis: *Statura tua assimilata est palmæ, & vbera tua botris. Vbera quoque botris assimilata sunt,* ait, *in quo mirabilis prærogatiua merendi demonstratur in Virgine, quæ non minùs meruit præbendo lac de vberibus suis ad nutrimentum filij, quàm Martyres, qui per botros figurantur, meruerunt fundendo sanguinem suum in martyrio: omnium enim operum merces secundum radicem charitatis pensatur,* Venustè hoc postremum Halgrinus, quo theologicam basim potioris meriti aperuit.

Maria quocunque opere acceptã gratiam duplicabat.

Halgrin.

Beneris operum merces secundum radicem charitatis pensatur.

2. Anne huius symbolum nubes illa quasi vestigium hominis, quam de mari conscendere puer ab Elia missus septies, tandem contemplatus est Regum 3. cap. 18 vers. 44. Equidem ea adumbratam nubecula Dei Genitricem MARIAM Auctor Tractatus de Institutione Monachorum, sub nomine Ioannis Hierosolymitani, existimauit, c. 32. Et quod vestigium hominis referret, declarat inquiens: *Quia* MARIA *in hoc suo spirituali ascensu, non fœminam, quam imitaretur, sed hominem habuit exemplum;* Ergo, cùm MARIÆ specimen fuerit nubecula, videamus quid portenderit, aut quæ in facto illo consideratione digna? Atque illud aduertisse maximè oporteat, exiguam fuisse, quæ de mari suscitata est, nubem; nam proptereà & diminutiuo vocabulo vsus textus, nubeculam vocans, & hominis vestigio ob eundem comparata scopum, vt perspexit Abulensis q. 35. Quorsum igitur tam pusilla nubes in tã magnos imbres subitò effusa, vt opus fuerit Achabo cum maxima celeritate essedum conscendisse, ne pluuiæ occuparent, si tantillum segnis fuisset? Anne hoc à natura opus? Quis asseret? neque enim ab elementis tanta inundatio, nisi post conglomeratas multas, spissásque nubes; Quare supra naturam retulit quæstione 36. Tostatus: At, si miraculum fuit, quæ vtilitas nubis

3. Reg. 18.

Ioan Hier.

Maria specimen fuit nubecula ascẽdẽs de mari.

de Oceano extractæ? Quid puerum fatigat Elias, & toties mittit, vt contra mare prospiciat? Ecce, vt di ebantus ex Hier[illegible] lymitorum Episcopo Ioanne, nubes illa, MARIA erat: igitur, cùm p[illegible]la, & breuis extitisset, & non maior hominis planta; tamen aquarum talia emisit diluuia qualia vix possent ingentes & diu concretæ n[illegible]bes. Itaque mirandum videbatur, tantum potuisse infantulam nubem, quantum non valerent grandes, & opacæ: hæc MARIAM deprædicant, hoc eius en[illegible]nmium. Ferebatur inter Matris brachia, ambulare impoten[illegible], alebatur lacte, fandi nescia; nubecula plane[illegible]ar, quanto fluminis impetu lætificans ci[illegible]itatem Dei in tanta imbecillitate! Non, si Martyres producantur, non si Prophetæ, & Apostoli tales darunt imbres quales infantula vna balbutiens adhuc, & ad vbera anhelans: hoc igitur est, quod visa à puero nubecula, tanquam si multæ, spissæque apparuissent nubes, Elias prænunciauit, vndarum quasi cataclysmum futurum; nimirum, quoniam in nubecula MARIAM contemplabatur, quæ in vitæ inchoamento superauit gloriam veteranæ militiæ, & epoto lacte, Martyrum cruentas vicit pugnas.

Parúmne hoc ludis arbitrami[illegible]? Perpendite
3. tantisper quid in Præcursore Ioanne summum est. [illegible] id[illegible]? Nempe, de eo Seruator: *Non surrexit [illegible] inter natos mul[illegible]rum Baptista maior.* Qui[illegible] hu[illegible]us eloquij sensus, aut quorsum mortalibus [illegible] (exciptiuntur Mater, & Filius Christus) ant[illegible] posuit Ioannes? An ob vitæ seueram disciplinam? ob prædicationem? ob secessum? ob decollationem? Sed reperiuntur omnia ista in aliis quoque. Vide peculiare Cæsarij

Cæsar. Nazianzeni fratris dictum tertio Dialogi[illegible]. *Maior enim omnibus* inquit *inter natos mulierum Ioannes, quod cùm adhuc in vtero materno esset, nostram que vitam nondum attigisset, vaticinatus sit, instrumento materno lingua vtens.* Itaque ob id reliquis præstantior Baptista, quoniam adhuc genitricis aluo ergastulatus vaticinari cœperit; Verùm, hoc quemadmodum tam stupendum? Hauriemus ex Gregor. hom. 2. in Ezechielem, ad

Prophetia qua ætas idonea. *Gregor.* prima eius verba: *Et factum est in tricesimo anno, &c. Hoc autem quod dicitur* (ait) *quia tricesimo anno spiritum prophetiæ accepit, indicat aliquid nobis considerandum, videlicet, quia iuxta rationis vsum doctrinæ sermo non suppetit nisi in ætate perfecta: vnde & ipse Dominus anno duodecimo ætatis suæ in medio Doctorum in templo sedens non docens sed interrogans voluit inueniri: vt enim non auderent homines in infirma ætate prædicare, ille anno duodecimo ætatis suæ interrogare homines est dignatus in terra, qui per Diuinitatem suam semper Angelos docet in cœlo.* Nec

Ioannis Baptistæ in vtero vaticinãdi gloria. moror, an hæc Gregorij expositio genuinam Historiæ medul[illegible]m expresserit, de quo doctè B. Hieronymus ad exordium Ezechielis; tantùm illud aduertimus prophetiæ tempora, vt monet sanctus Pontifex, secundum rationis normam, ætatem esse perfectam: ergo hoc est, quod in Præcursor[illegible] stupe[illegible], & demiratur Cæsarius; ob hæc [illegible] elatum hominibus asserit; quoniam, [illegible] ista d assequutus, cùm nondum na[illegible] ante annos & luminis vsuram, quod alij [illegible] non nisi tricesimo ætatis anno; qualis post multa [illegible] Ezechiel. talis in matris vtero Præcursor [illegible] potuit virgo nondum mammans æquasse; ideò eiusmodi, quo non surrexit maior inter natos mulierum; Si tantus igitur Ioannes, quoniam in genitricis claustro vaticinans; qualis, quantáque MARIA, quæ matris amplexa ceruicem, plùs lac attrahendo meruit, quàm Ioannes ipse, cùm grandior factus diu, noctúque sub aperto cœlo tolerabat inimicum imbrem, æstu[illegible], pruinam [illegible]ocius bestiarum, inuestis, neque comedens, nec bibens. Ergo, si tanta Ioannis gloria, quoniam visceribus affixus, id assequutus est, quod Ezechiel tricesimo vitæ anno; quàm egregi[illegible] MARIÆ honor, quæ mammando plùs Creatorem rapuit, maiorem acquisiuit gratiam, quam Ioannes, cùm percussori læuus obtulit iugulum, & purpurauit squalorem carceris innoc[illegible]is v[illegible]ctimæ cruor virgineus? Igitur supra omnem [illegible]u[illegible]tam creaturam MARIA, quæ quando minor, etiam Ioanne cùm maximus extitit, maior fuit.

Ac sanè Isaias, cùm de venturo Messia stupenda prædicere vellet, teneræ gestæ ætatis, quo potuit verborum cothurno describere aggressus; 4.
Quia antea quàm sciat puer, (inquit c. 8. v. 4.) [illegible] *care patrem suum, & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci & spolia Samariæ coram Rege Assyriorum.* Quam orationem ipso mirabilem sono *Isai. 8.*
Athanasius dum ventilat apud Leonem de Castro ex lib. 1. de Incarnatione Verbi, exclamat. *Quis vnquam genitus Rex priusquam patrem, aut matrem vocare posset, regnauit, & accepit hostium spolia? Nonne Dauid, cum triginta esset annorum, [illegible] cepit regnum? Salomon adultus regnauit? Ioas annos natus septem: Iosias item septem annorum? Sed hi omnes patrem, & matrem vocare poterant: quis est ergo, qui fermè antequam nascitur, regnat, & hostium spolia diripit? Quis huiusmodi fuerit Rex Iuda, aut Israël, dicant Iudæi?* Igitur, antequam mi[illegible]item conscriberet, vexillum e[illegible]euaret, cornua atque i[illegible]ntraucum streperent, fasciatus & mammans Magos e longinquo vocauit vagientem adoraturos, Herodem, & Hierosolymam conturbauit, idola fecit obmutescere; Hoc ab Isaia nunquam satis laudatum, potuisse antequàm nosset vo[illegible]re patrem aut matrem, dum vbera epotat, qu[illegible] potentissimi Monarchæ regionibus, & omnibus [illegible] li præsidijs instru[illegible] non [illegible] eant. Sed pauca [illegible]ba melioris styli à Tertulliano percipite, qui aduersus Iudæos: *Scilicet, vagitu[illegible] a ma[illegible] [illegible] pugnaturus infans, & signum belli, non tuba, sed crepitaculo daturus; eque ex equo, [illegible] de muro, [illegible] de nutricis & gerulæ [illegible] dorso, [illegible], hostem designaturus, atque Damascum, & Samariam pro mammis subacturus:* E[illegible] [illegible] & mater assi[illegible]larentur, ipsa quoque, dum lacte genitricis alitur, spolia refert: quàm ampla, quàm magnifica [illegible]? Supra opt[illegible]os quosque Imperatores, non tantùm lapidatus Stephanus, non decollatus Iacobus, non crucifixus Petrus gloriosa Martyrum præmia in[illegible] lautus, sed donec cum MARIA sugente non confertantur; vicit Christus infans Damasci robur superauit Assyriorum Regem; vicit MARIA infantula Martyrum brauia, & lacte potuit, quod sanguine abundanter stillato ille non potuere.

Vt Christus infans hostiū abstulit spolia, sic & MARIA. *Tertull.* *Athanas.* *Leo Castr.*

Sic de Filio loquutus Isaias quæ Matri accommodauimus: hanc autem sub virgæ nomine significauit, cap. 11. v. 1. *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet:* nam MARIAM esse virgam Tertullianus docet lib. 5. contra Marcionem, cap. 8. August. lib. 3 de symbolo ad Catechum. c. 4. Ambrosius lib. 2. de Spiritu sancto, c. 5. & alij sæpè. Sed, quæ noua forma eum- 5.

Isai. 11. *MARIA, virga Iesse.* *Tertull.* *August.*

pendi

pendi in flóre? de radice quis viditalterius orbis fortasse arbor:nam apud nos expanditur in ramos truncus, & Fauonio aspirante, parturiunt ligna syluarum primùm foliorum tapetia, deinde flores: latent arcana, & Spiritus in his inuestigandus, non litteralis quidem: ergo florum emblemate, & virtutes, & Sanctorum egregia exempla

Beda. intelligere valeamus cum Beda Venerabili sic construente ad illud Cantic. c. 2 *Fulcite me floribus*, &c. Radicem verò arbusti initia prima, Marianæ vitæ exordia non incongruè dixerimus: Quid ergo in vitæ limine, cùm egeret lactis alimento, cùm matri pusilla blandiretur, virtutibus fulsit? Hæc verò nónne ætatem postulant, sequuntur annos, quando etiam in iuuenibus rara virtus? At hoc priuilegium hoc MARIÆ ornamentum: ante annos, atque ante corpus claruisse virtutibus: de huius virgæ etiam radice progerminant flores, & cùm rationis expers videretur, intus cum Deo agebas, quid quidve Sancti post longam exercitationem adepti, hoc illa infinito penè superauis interuallo, tum, cùm mammaret, cùm balbutiret.

6. Aliquidne horum mysteriorum in throno illo, quod tanto ingenio cōstruxit Salomon, tanta fabricauit arte, *ut non sit factum tale opus in vniuersis regnis?* Regum lib. 3. cap. 10. vers. 20 Et qui-

3 Reg. 10. dem MARIAM significasse receptissima sen-

Guarric. tentia. Dabo vnum Guarricum Abbatem sermone 1. in Annunciatione Virginis; *Quam insidiosum ebur illud, quod oculis tantis, tamque diuitis Regis placuit, in cuius diebus argentum nullius est pretij? quam frigidum, quod nec in conceptu incaluit? quam solidum, quod nec partus violauit? quàm candidum simul, & rubicundum, quod candor lucis æterna, ignisque Spiritus sancti vniuersa sui plenitudine repleuit? MARIA siquidem & ipsa candidior niue, rubicundior ebore antiquo*, &c. Ac sanè in ebore intermistam candore purpuram Latinus Poëta docuit; nam de Lauinia. lib. 11.

Virgil. ——— *cui plurimus ignem*

In ebore intermistus candor rubore. *Subiecit rubor, & calefacta per ossa cucurrit:*
Indum sanguineo veluti violauerit ostro
Si quis ebur, vel mista rubent vbi lilia multa
Alba rosa.

At, quomodo rubicunda MARIA, quæ passa non est? (nam cedamus, ob virginitatem candidam nominari) idcóne, quoniam eius de vulnerata, cuius nimirum, animam pertransiuit gladius? Sic Guarricus citata homilia: *Cui, scilicet*, (inquit) *incomparabilem castitas candorem, & charitas, seu martyrium rutilantem præ antiquis electis noscitur contulisse ruborem: nam & suam ipsius animam pertransiuit gladius, vt Mater Summi Virginis, & Martyris esset & Virgo ipsa, & Martyr, candida, & rubicunda quemadmodum dilectus eius candidus, & rubicundus.* Sed ebur, quod imum in throno occupabat, erátque superstructorum basis & fundamentum, ego ad Marianæ vitæ primordia referam: ergo initia illa, quibus supernacta reliqua, ebur in throno est: Verùm, quo pacto tunc infantula, & mammans candida & rubicunda? Egregiè ædepol, scilicet, à lacte, quod potabat, haustus illi fugentis & candidi, atque purpurei: à lacte candidi, cuius natura albor; à martyrio sanguinei, non quod pateretur, quæ vix sanguinem præ teneritudine habebat, qui fundi possit; sed, quoniam mammando Martyrum gloriam vincebat: ergo illi lac, quod Martyri sanguis, ac proinde à lacte cruori-

fero, & candida simul, & rubicunda: ebur denique, in quo associantur rutilum cum albo.

Durumne vobis appareat? Attendite ad Guarrici effata: *Vt Mater* (ait) *Summi Virginis, & Martyris, esset & ipsa candida, & rubicunda, quemadmodum dilectus eius candidus, & rubicundus* igitur ad similitudinem dilecti candidam, & rufam simul esse velit Guarricus; atqui dilectus eius à lacte sanguineo purpureus, atque vnà rubicundus: Lubétne intueri? Discite a Ioanne: Apoc. 7.

Hi sunt (inquit Apoc. 7. vers. 14.) *qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas & dealbauerunt eas in sanguine Agni*: Sed quidem lauerint, nam & sanguis etiam liquor est; Verùm, quo more dealbauerunt? Nónne sanguis tingit, & inficit potiùs, quàm mundat & dealbat? nisi peculiare hoc sit Agni cruori, dealbare, cùm hircorum, arietum, & cæterorum animalium sanguis inficiat, & deturpet; aut certè opinabimur, huius immaculati Agni sanguinem, cùm cruor esse non desinat, simul de lactis participare natura? ac proinde ad lactis normam candida reddere, quæ perfundat? Non respuerit Bernardus

Stola Sanctorum quomodo in sanguine Agni dealbata?

Bernard. sermone 1. in die sancto Paschæ: *Aut certè* (inquit) *candida in sanguine Agni nouelli, sanguine lacteo, candido & rubicundo: sicut habes in Cantico Canticorum: Dilectus meus ait Sponsa, candidus & rubicundus, electus ex millibus.* Igitur, quemadmodum Filij cruor, & sanguis est, pariter & lac: sic quem bibit Mater infantula lactem, & lac est pariter & sanguis: ergo, sicut ille à sanguine lacteo candidus simul & rutilans: sic ista à lacte sanguineo candida erit vnà, & rubescens, vt sic ad Guarrici mentem, quemadmodum dilectus est candidus, & rubicundus, dilecta iam sit candida & rubicunda.

Expendamus iam Arnoldi Carnotensis breue 8.

Arnold. & arcanum dictum tractatu de septem verbis Domini, ad verba illa: *Mulier, ecce Filius tuus*, &c. *Filius* (inquit) *ad pectus Matris, & vbera; Pater ad Filij Crucem, & vulnera respiciebat: Et quid inter hæc tanta pignora non mouerent?* Ac quidem sine multo labore capio, Genitor quamobrem Filij vibices contemplatus sit, nempe, vt indignationem, & iram furoris deponeret, quam aduersus mortales, ingratum, & perfidum genus, conceperat iustè; nam mox vt in faciem Christi sui lumina conuerterit, placabitur super delictis hominum. Benè ista de Patre; Sed Filius cur ad Matris vbera aspectat, an significare volens nimiam charitatem, qua semen Abrahæ dilexit? an cuius amore, quanta cum voluptate infans paucorum dierum lactis suxerat fontes, tanta sanguinem profudit, ergo non minùs dulce pro homine vulnerari, & cruorem per multa eiaculari ostia, quàm de Genitricis pectore, infantili auiditate lac haurire, proinde in Matris vbera fixus? Num illud tamen, quoniam Pater sanguinis delectatus aspectu, pretium oblatum à Filio indicabat, & redemptam Adæ captiuam stirpem? Sed Gnarus subitò in Matrem intuens, translatam in eam innuebat redemptionis gazam; proinde si quid vellent in posterum mortales ad Matrem confugerent, cui thesauri dispensatio crédita? Hoccine

Thesauri Christi in manibus positi MARIÆ illud apud Bernardum sermone 2. de Natiuitate MARIÆ: *Intuere ô homo consilium Dei: agnosce consilium sapientia, consilium pietatis: cælesti rore aream rigaturus, totum vellus prius infudit; redempturus humanum genus, pretium vniuersum contulit in MARIAM*: An denique id manifestasse de-

Maria parata pro hominibus mori.

sideraverit, MARIAM se spiritalem hostiam obtulisse pro salute mundi, & paratam mori, si puræ creaturæ meritis chirographum delicti abrumpi posset? Sane Filium ad Matris angustias, quas, iuxta Crucem sustinuit; attendere, hominum cùm miseraturus esset: verùm si Genitricis acerbitatem contemplavit, non potiùs ad singultus & lacrymas, quas profuderit, respexerit, quàm ad mammas? En quid cogitaverimus de istis.

9. Quemadmodum Genitori reconciliavit obstinatos Gnatus; ita Filio reconciliavit Genitrix: Filius intercessor coram Patre; Virgo Mediatrix apud Filium, dicit Ephrem oratione ad Virginem, *Per te reconciliati sumus* (inquit) *Christo Deo meo, Filio tuo; tu captivorum redemptio, & omnium salus. aue, Mediatrix gloriosissima. Aue, universi terrarum orbis conciliatrix:* Quo autem pactu theologicè, atque secundùm ipsam proprietatem eiusmodi nomina, quibus Deiparam compellant frequenter Patres, redemptricem, auctricem meriti, reconciliatricem vocantes, intelligenda sint, ostendit Suarius tom. 2. In 3. part. disputatione 23. sect. 1. nunc largè vtamur, prout illis mos, intuere, erga Sacramenti oraculum: quod in oculis Panis, Filij sanguis est; hoc ante conspectum Filij, lac atque vbera Genitricis; Non differunt, & lac, & sanguis: quoniam & sanguis instar lactis dealbat stolas eorum, qui venerunt ex magna tribulatione, sanguis, nempe, Filij; & lac Matris instar sanguinis purpurat, reconcilians Filio peccatores; Hoc ergo est, quod cùm Pater ad vulnera Filij respectit, Filius ad Matrem oculos vertit, in vbera & lactis fontes defixus: vt significet, quod apud Genitorem Gnati cruor valet, hoc apud Filium cum analogia quadam Matris valere lac.

Ephrem.

Maria redemptrix quomodo?

Suarez.

Mariæ vbera coram Filio, quantum possint.

10. Igitur Filius per sanguinem, Mater per lac reconciliat, & sanguis enecat hostem, expolians potestates, & principatus; & lacte etiam moritur inimicus: Quantus adversarius Sisara? quibus populum fidelem modis afflictauit? Sed in manu feminæ cecidit tandem superbus, & crudelis dux, & lacte consopotauit in necem: nostis Historiam: Sisara fugiens pervenit ad tentorium Iahel vxoris Haber Cinæi, qui lympham cùm peteret, aperuit illa vtrem lactis, & dedit ei bibere, & operuit illum; Sed, quare pro aqua lac porrectum? Scilicet, vt interficeret. Egregia imprimis femina. quæ lacte sæuum bellatorem prostrauit; Cernc quibus encomiis Debbora, & Barac euexère? *Benedicta inter mulieres* (Iudic. cap. quinto. versiculo 14.) *Iahel, vxor Haber Cinæi. & benedicatur in tabernaculo suo, aquam petenti lac dedit. & in phiala Principum obtulit butyrum:* Sed tu, cùm inter mulieres benedictam percipis, non statim de Matre Domini cogitaueris: Ergo illa Iahel: illa, quæ lacte aduersarium extinxerit. At quem deleuit inimicum? *Sic ergo intelligendum est* (loquit Adamantius homil. 5. in Iudicum c. 4.) *& Sisaram istam animalem hominem. & vitiorum Principem extinctum: sed vt vnaquæque anima satis agat lacte isto euangelico atque apostolico sopire in semetipsa, & extinguere Sisaram: si enim per hæc edoctus, quis mortificauerit membra sua, quæ sunt super terram, auaritiam, fornicationem & cætera, quæ Sanctus Apostolus enumerat, Sisaram in semetipso videbitur peremisse:* Igitur quemadmodum Sanguis Christi emundat nos à concupiscentiis, quæ militant in carne nostra, & vires suppeditat, quibus edomantur passiones; sic Virginis beatæ lacte, atque vberibus (nempe, ob maternæ lactationis meritum) filius ex congruo largitur, quibus vincatur Sisara, animæ hostes omnes perimantur.

Iudic. 5.

Nunc intelligite, quid Præco Isaias inclamitet, cap. 55. vers. 1. *Omnes sitientes, venite ad aquas. & qui non habetis argentum, properate, emite & comedite; venite, & emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum, & lac.* Et sanè vinum Christi significauerit Sanguinem, vt in hæc verba intellexit Procopius; nam & de hoc vino senex Iacob Genes. 49. 11. *Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum.* eò, nimirum, quòd sanguine indumentum humanitatis respersum est; Vocantur igitur nationes (vt animaduertit Lyra) ad hauriendum de fontibus Saluatoris, vt bibant de nectare effuso in ligno sacratissimi cruoris, & inebrientur, & deponant mœrorem antiquum, quem Adæ infelix gula attulerat, Sed, quid de lacte? num, quia & sanguis etiam lac est, & dealbat in lactis morem, vt in superioribus dicebamus? An simul & ad Filij vulnera, & ad Matris vbera inuitati, vt lactentur ab vbere, pascantur à vulnere? At, nunquid MARIA pro hominibus crucifixa est? Neutiquam: Quomodo igitur vbera prodeunt, quando sanguis requiritur? Profuerunt in omnem modum, quoniam virtus sanguinis in vbera translata est per misericordiam & indulgentiam Filij; *Altius ergo intueamur* (suauissimè Bernardus sermone de Aquæductu,) *quanto devotionis affectu à nobis eam voluerit honorari, qui totius boni plenitudinem posuit in* MARIA, *vt proinde si quid spei nobis est, si quid gratiæ, si quid salutis, ab ea nouerimus redundare, quia sic voluntas eius est, qui totum nos habere voluit per* MARIAM; Præclarè igitur Isaias, & vulnera, & vbera coniunxit, vt in quibus sit eadem salus à vulneribus ex condignitate, & meritum proprium à Verbi infinita sanctitate; in vberibus propter Filij ordinationem, & beneplacitum; *quia sic* (ait Bernardus) *voluntas eius est, qui totum nos habere voluit per* MARIAM; Et contemplare admirabilem prouidentiam: Vinum forte, atque austerum erat: verebantur paruuli, gustare: miscuit ergo lacte: Declarabo similitudine: Christus ignis consumens erat, metuebat accedere peccator: MARIÆ vestimentum factus est: nam vidit Ioannes mulierem amictam Sole, Apoc. 12. apposita est ergo MARIA tanquam nubes Soli, quò possint ægri mortales vehementis syderis perferre violentiam. vt multis declarat Claræuallis Abbas sermone 1. de Natiuitate Virginis: Igitur, quemadmodum Solem suum temperauit Christus; adiuncto de MARIA indumento: sic, vt vinum eius pusilli bibere possent, & sanari, miscuit ex hoc in illud MARIÆ lacte admoto: Pulchrè itaque Isaias, omnes properare iubet, neminem deterreri: Qui magnus, & robustus est, vinum habet: cui neque dentes, neque stomachus, a lacte fomenta accipiet: Igitur, quòd Scripturæ sacræ Auctores momento docti euadunt, & compendio acquirant, pro quibus si laborent alij, nec plurimo sudore adipiscantur: quòd his leue, quæ cæteris onerosa, Reginæ cœlorum prærogatiuam insinuant. scilicet, illa gratia plena ab initio, dum matris aleretur pectore, & placidè sugeret deliciosam lactis venam: dum ipsa sacro fœtui mammam cum infinita voluptate extraheret,

11\.

Isai. 55.

Gen. 49.

Procop.
Lyra.

Bernard.

Maria Christi rigorem, & iustitiam temperat.

Ad Mariam omnibus patet accessus.

heret, tantùm eocurrit, quantùm non de purpurea Martyrum legione, non dicam valentissimus; sed vniuersi, simúlque, & iunctis viribus: Quid retuli Martyres? Et Filio similis virgo hæc candida & rubicunda, sicut ipse candidus, & rubicundus, electus ex millibus.

SECTIO II.

Magistratus, præmia, speciosiora quæque, melioribus deferenda.

12. QVoniam Salomonis vitam in vestibulari anteactæ quæstionis breuiario conclusimus; ea autem copiosam segetem ethicis discursibus subministrat; libet ex tam fœcundo aruo substituere, quæ reliquæ desunt glebæ. Ergo primum illud occurrit, quamobrem Adoniam, filium natu maiorem Salomoni ætate iuniori posthabuit & sanctus & prudens Dauid, nec putauit seniori committendas imperij habenas? Cur gentium vsum violat, quæ primogenito deferunt trabeam, & fasces? Equidem regnandi nimium auidus vel per iniuriam, & seditionem Adonias occupare tentauerat diadema; atque hoc, cùm ad danda populis iura prorsus fuisset inidoneus, homo neque ingenio, neque consiliis munitus, natura immitis, tumultuantium liberaliter patronus; at in Salomone omnia, quæ bonum Principem præsagire valerent, animus in pulchro corpore excellens, tam viuida, mores tranquilli, erga parentes obsequentia, erga inferiores modestia: Dauid igitur, cum sciret, virtutibus, & non ætati committenda gubernacula, quando & à supernis quoque acceperat monitum de purpuræ herede, Adoniam imperio exclusit, Salomonem elegit, qui post illum regnaret. Hoc tantùm, vt discursui occasionem præbeamus nam latè prosequuti sumus Anteloq 4. sect. 5. num. 20.

13. Vide si non magnæ eius Philosophiæ apud volucrum genus non obscura vestigia; Quid illa pennatorum Regina, aquila magnarum alarum? Cùm plumescere incipiunt nouì fœtus, educit in apricum sub ardentiori Phœbo, obiectat syderi cum pleno iubare micat: quòd si indefesso intuitu aspiciat, & ad fulgores non labascant oculi, suspicit, deosculatur, nempe dignam auem quæ volucribus imperet, cuius tam generosa virtus, quã non Sol ipse fatiget: sin lumine hebetata, aciem claudit; spuriam contemnit sobolem, atque in aues regna exercere vetat, quæ supra alias aues non vehementiùs contemplatur: Hauriamus à S. Cardinali Damiano ad alterum scribente Cardinalem Desiderium à sic itaque epist. 18. secundi libri: *Aquila, quæ Regina dicitur auium, pullos suos coruscantibus Solis radiis obiicit atque in aeris vastitate libratos, pro teneros vngue suspendit; quisquis autem illorum intrepidam oculorum aciem inoffenso tuendi vigore conseruat hunc mater ad propagandum regij decus generis idoneum indicat: Si quis autem lumina sua Solis radio perstrictus inflexerit, velut degener, & indignus tam excellentis nobilitate, proiicitur, atque tanquam exhæredatus, ac spurius, inter filios non habetur.* Quæ inter verba elegantior dictio: *Hunc mater ad propagandum regij decus generis idoneum indicat.* O præclarum in

Aquilarum de pullis ad Solem, experimentum.

S. Damian.

volucre instinctum, quando non ætas attenditur, sed mores probantur; nec defertur imperium naturæ, sed oculorum præstantiæ. Pudeat à vulture superatum hominem: Circunspiciat Consul, Patritius, Eques, & animaduertat inter gnatorum multitudinem, quis ille, quem maiorum facinora egregia sollicitant; qui æmulari cupiat auorum gloriam, etiam & vincere cogitet, pacis & belli virtutibus excellat, hunc in deliciis habeat, hunc euehat, hunc scribat hæredem: ignauum pecus, quid si contumax, efferum, lasciuiens, in ipsos genitores superbum: non solùm substantia, & honoribus priuet; sed tanquam suppositititium fœtum, aquilarum more, è nido exturbet, & potior sit ei ethnicus, atque publicanus, quàm talis filius. Nimia hæc crudelitas? & lex immorigerum lapidibus obrui præcipit, atque ab ipsis parentibus mandat filii Iudicibus; Deuteronomij cap. 21. vers. 18.

Lex Mosaica in filiū ebrium mari quàm famam. Deut. 21.

14. Verùm reuertamur ad sacra: Deus maria, & terras cùm strueret, quin & ipsum cùm fabricaret Olympum, & suis quæque condecoraret ornamentis, neminem ad tantæ molis opus, qui suppetias ferret laboranti, aduocauit, sed neque necessaria adminicula, quando verbo condidit vniuersa: *Ipse enim dixit, & facta sunt; ipse mandauit, & creata sunt:* Ventum ad hominis machinamentum, imploratum continuò auxilium, & non ab Angelorum Hierarchiis; tota Trinitas excitatur: *Faciamus* (ait) *hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.* Gen. 1. 26. Ergo lassatum Verbum à tantis producendis creaturis, postulabat leuamentum à socio Artifice Genitore, atque Flamine? Sed nónne operabatur absque grauamine, imò cum voluptate maxima? *Cum eo* (inquit) *eram cuncta componens, & delectabar per singules dies, ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum.* Prou. c. 8. vers. 30 Non itaque vexabatur, qui lusum, & iucunditatem reputabat Ergo quid? Sanè volebat hominem, charum sibi pignus egregio afficere honore vt quem non sermone sed manibus quoque fabricasset, cuius tanquam ingentis operis, non vnus structor, Opifices diuinæ omnes Personæ. Suscipe loquentem Magnum Basilium hom. 10. Hexameri, in illa: *Faciamus hominem ad imaginem nostram, &c. De nullo enim opificiorum, quæ cæteris condideras, vox ista in Litteras transmissa est: Lux facta est, idque simplici mandato fera itidem, iumenta, volucrum genus omne. dixit Deus, vt essent; & ecce facta sunt: Erudire hinc, ô homo, ac edisce, quanti vnus tu æstimandus veneris: neque enim generationem tuam, seu abiectitiam, aut pretij vulgaris, communi creaturarum mandato censuit attexendam: in Deo consultatio prægreditur, quo pacto id animantis, quod tanti fuerat æstimandum, prouehi deberet ad vitam: Faciamus, ait: En consultat sapiens, & quid secum instituerit Artifex proponit decernendum: Quid enim? Artis suæ exacta cognitione destituitur ramus Artifex? Absit: per hoc sanè, quòd curam eam condendo homini interserit Scriptura innuit, Deum voluisse edere quidpiam operis, quod eximia suæ artis specimen esset, numeris omnibus absolutum, perfectum solertique artificio elaboratū, & perpolitum:* Agnosco planè hominē incomparanda gloria affectum: sed quorsum tam munificus erga eum Creator? Quid promeruerat hactenus? Quin & Monarcham inferioris mundi eum con-

Gen. 1.

Prou. 8.

Basil.

Hominis præstantia super alias creaturas.

Genes. 1. stituerat; *Vt præesset namque piscibus maris, & volatilibus cœli, & bestijs, vniuersæque terræ, omnique reptili, quod mouetur in terra.* Genes. 1. 26. Sanè homo solus futurus erat ex tanta creaturarum multitudine, qui Maiorum Acta, Dei, scilicet, à quo initium acceperant,) referre sciret; Itaque in eo paterna attributa ad miraculum relucebant, intellectus, voluntas, iustitia, consilium, pax: quamobrem & de eo solùm, *Faciamus ad imaginem nostram*; Vt qui solus Diuinitatis viuidum extitisset exemplar: Igitur etsi aliæ creaturæ maiores natu essent, & tempore priores homine, nemini tamen sublunaris Cosmi gubernacula commissa; quoniam inter genita à Deo, non in ea congeruntur honores, non regali decoratorum eminentia, quæ prius natiuitatem sortita, sed in quibus paterna effulget similitudo; ob hoc mundi concessa homini sceptra, ob hoc eius præstantior fabrica, & totius Trinitatis adiumento memorabilis.

Deus non ætati, sed virtuti defert.

15. Misit, qui terram Chanaan lustrarent exploratores duodecim Moyses, Numeror. cap. 13. vers. 13. ex omni Tribu Israël delectos Principes: præfecit reliquis Iosue, & Caleb. commisit autem Iosue supremum dominatum, atque proptereà mutauit ei nomen, ex Osea, Iesum, hoc est, Saluatorem appellans; vt, quando Rectorem instituisset, intelligeret, non ad fastum, aut tyrannidem præpositum commilitonibus; sed, vt de eorum salute, de bono, de emolumentis in posterum sedulò cogitaret: Ecce Tostati verba q. 37. in relatum Numerorum caput; *Tertio,* inquit *potest hoc accipi factum, ad significandum, quod Moyses præficiebat illum Iosue alijs vndecim exploratoribus; ideò vocauit eum Saluatorem; id est, quod haberet curam de salute aliorum, & bona dispositione illorum in via; quod multi tenent, & satis rationabile est; quia antea hoc in bello contra Amalecitas constituerat Moyses ipsum Iosue Ducem omnium bellatorum.* Exod. 17. *A fortiori ergo constituerat eum nunc Principem vndecim exploratorum:* At quamobrem hos duos exploratorum Antesignanos nominauit, cùm ex alijs Tribubus electi seniores essent, atque & genere, & opibus, & alijs titulis clariores? Ita quidem; sed in his adolescentibus ad res magnas audentior animus, spiritus valentiores, quemadmodum & legationis demonstrauit exitus; *Nam in reditu* (vt eadem quæstione memorat Abulensis) *mortui sunt decem exploratores; solus Iosue cum Caleb vixerunt*: Noluit ergo prudens legislator plenum discrimine opus ætati conferre, sed robori; plùs apud eum fortitudo, virtus, publici boni commodum, quàm aut anni, aut stemmata antiqua, aut diuitiarum thesauri, eiúsque ordinis alia decora, quæ sors, & ignauis, & improbis quoque non rarò detulit, cùm de profligandis hostibus, de amplificando imperio oboritur quæstio; Videat Princeps, quis ductare aciem, quis regere militem aptior: hunc, qui legionibus præsit, assignet, quanquam ille nec annos Consules numeret, neque prædiis diues sit: Præclarè Ambrosius de hoc Moysis facto in Psalm. 118. serm. 2. ad illud, *In quo corrigit adolescentior viam suam.* &c. *Liquet igitur ex his,* (inquit,) *quòd non senectutis longæuitas eligitur; sed custodia verborum Dei; Denique ipse Moyses Iesum Naue, & Caleb iuuenes præcæteris approbabat, quorum consilium in terræ electione magis, quàm multorum seniorum, & ipse sequutus est, & Deus prætulit.*

Num. 13.

Prælati munus, non dominatio, sed cura de salute subditorum.

Tostat.

Ambros.

16. Atque sanè in Moyse hoc laudatissimum fuit, quòd ætati atque opibus strenuum militem prætulerit verùm omne superat encomium, quòd moriens, neque carnis, neque sanguinis memoriam aliquam habuerit, non filios viscera sua respexerit, ignotum anteposuerit domesticis: quem reliquit, cui populus obediret, qui in promissa arua intromitteret, qui distribueret? Num filios suos? Nequaquam sanè: Et habebat tamen: elucebant autem in peregrino homine Iosue, quæ perfectum Ducem constituunt; his carebant ornamentis gnatorum turba; maluit autem sanctissimus Legislator Rempublicam optimo fruentem Imperatore florere, quam filios suos ad Magistratum euehi, cui impares essent: Aduertit concinnè Hieron. ad verba illa c. 1. Epistolæ ad Titum *Et constituas per ciuitates Presbyteros*, &c. *Moyses amicus Dei*, inquit *cum facie ad faciem locutus est. potuit vtique successores principatus filios suos facere, & posteris propriam relinquere dignitatem, sed extraneus de alia Tribu eligitur Iesus, vt sciremus, principatum in populos non sanguini deferendum esse sed vitæ.* O si hæc attendant Orbis Principes! ò si Ecclesiarum, & Cœnobiorum Antistites! vt non amicitiæ obsecundarent, non splendidiori fortuna, non cognationi, & vinculo sanguinis; sed integritati iustitiæ, meritis! quàm subitò regna vigerent, Ecclesiæ [illegible] antiquam pulchritudinem, Claustra [illegible] Paradisus Dei splendescerent! vereor, ne & quæ sequitur Hieronymi querimonia, in hoc sæculo [illegible] quadret, *Nunc cernimus* (inquit) *plurimos hanc rem beneficium facere, vt non quærant eos qui possint Ecclesiæ plus prodesse, & in Ecclesia erigere columnas, sed quos vel ipsi amant, vel quorum sunt obsequijs deliniti, vel pro quibus Maiorum quispiam rogauerit. &, vt deteriora taceam, qui vt Clerici fierent, muneribus impetrarunt:* Sic diuinè Hieronymus, o vtinam non nimium verè, & fuisset vnius sæculi pestis.

Externi & peregrini debet etiam filijs præponi, si meliores ad regendum.

Hieron.

17. Didicitne à Iacob Patriarcha Moyses aliquid? Quàm singularis venerandi senis erga Iosephum affectus, nemo Geneseos capita legens ignorat: ille senectutis filius: ille, cui discolorem tunicam fecerat; ille, cuius mors genitorem quoque ad Infernum deductura fuerat: denique Israël diligebat Ioseph super omnes filios suos, Genes. 37. vers. 7. Quid plura desideratis? Atqui discessurus ex hoc exilio, cùm benediceret filiis, non optima parte donauit Iosephum, quem tam vehementer deperierat: quid enim optimum in Israël, quid præstantissimum? Nonne proculdubio virga, & purpura Regum? Hæc autem ad Iudam delata fuere: *Non auferetur sceptrum de Iuda, & Dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est, & ipse erit expectatio Gentium.* Genes. 49. vers. 10. Cur non ex Iosepho nascituros Reges prædixit? Cur non hac cumulatissima benedictione ditauerat, quem tantoperè amabat? Equidem Regum potissimæ dotes, fortitudo, atque consilium: robore defenduntur Respublicæ, amplificantur deuictis hostibus, prudentia reguntur populi: alterum ad bella necessarium, alterum ad pacem: Atque eminebat sanè in Iosepho consilij miranda vis: testis Ægyptus, quæ eius prouidentià fame liberata est: verùm, vt inter germanos ille consiliis pollens, sic Iudas robore fratrum omnium strenuissimus emersit, vt annotauit Tostatus ad quæst. 34. in cap. 1. lib. 3. Regum: Cæterùm, cùm Hebræorum Reges ad pugnam procedere oporteret, quò regiones pollicitas ab iniustis domi-

Genes. 37

Genes. 49.

Regû potissimæ dotes.

Abul.

nis

nis vindicarent; maior roboris, & armorum necessitas, quàm consiliorum; Cùm igitur bellandi scientia Iudas, & eius posteri eminerent, eisque hæc Monarchiæ pars Hebræorum fortunæ utilior, prætulit amori Iacob communis boni emolumentum, & Regem pronunciauit non Iosephum, quem vnicè diligebat, sed cum in quo splendebant, quæ surgenti Reipublicæ necessaria magis erant, nempe, militaris exercitatio, & nomen bellorum fortitudo.

18\. Sic quidem Iacob Moyses, & qui quis co[...] similis quid vero improbitasque Regum non boni amici illi, quibus nonnunquam Orbis Monarchæ arcana pandunt, quibuscum agunt familiar[...], sed Harpyæ tamen [...] De[...] unt in C[...] non doctissimos, non rerum gerendarum peritos; sed qui vel ad nutum ipsis obsequantur. Loc[...] non qui nauali, non qui terrestri certamine palmam ret[...] ere; sed qui latus cinxêre nocturnum, dum alienum thorum violarent, dum in multam noctem aleæ, comessationibúsque indulgerent; hi primi Duces, hi primi Magistratus, hi insignes Hierarchæ.

Regum folij amici quam Republicæ commodi.

O miserum sub tali Pædagogo Regem [...] terrimam Prouinciam! A quo mutuabi[...] deplorandæ infe[...] cuius ip[...] Puto ab eihnc[...] simo, à pagana impietate. C[...] in D[...] omnium nu[...] rum retulerunt iniquissimi arbitri? Num Aristidem aliquem, num Socratem, num Diogenem? num Platonem, aut seuerioris disciplinæ Philosophum aliquem? Nequaquam sane: non digna hæc turba Deorum censu; sed Iupiter quispiam iratus, in pares in contumax, in pueros in virgines æstuans; Mars turbulentus, & tumultuans, & in adul[...] palam deprehensus; Venus prostibulo famosa; Quorsum autem tam maculata Diuinitas? Nimirum, Diuos odi[...] habuêre à quibus eorum flagitia corripi possent; debuêre in viuis pares: Ergo ad horum insignium Magistrorum imitatione[...] ij, quos nominamus cùm honestati, & bonis moribus valedixissent, & Principum amicitia abuterentur, sacra, humanáque omnia profanant, in eos distribuunt præfecturas nostra, legiones, non qui in his tractandis laude aliqua excellerent; sed, qui ad stupra, ad rapinas, ad infulus ad eorum vitia omnia connuerat[...] lacet ex Tertulliani Apologetic[...] transcripsisse de cap 11. pauca: *Deos factis (alloquitur ethnicam Romam) crim[...] quos ue, vt placeatis Dijs vestris, illorum est honor con[s]ecratio aequalium; Sed, vt omittam huius indignitatis retractationem, probi, & integri, & boni fuerint, quot tamen potiores viros apud [...] quis [...] Socratem, de [...] Aristi[...] militia T[...] ex illis Dijs vestris [...] apientior [...] & militarior [...] sublimior P[...] Sylla? [...] Deos [...] assumend[...] praescius vtique p[...] caelum semel clausit [...] melior bis apud I[...] ros* [...] Q[...] itaque Iupiter Deus, qui sub inferos [...] fortitudine, grauitate, elo[...] ontificibus Heroas, in Olympum tran[...] luxuriam, [...] tiones, auaritiam? Tales, aut Mo[...] ha, aut penes quos Principum corda, qui æqui [...] Reipublicæ decora honore, muneribus affi[...] & probos in angulo latitare, e[...] despisci, conculcari permittunt.

Ethnicorum in Dei fingendo imitanda in ecclesiasti[...].

Tertull.

19\. An ex horum ve[...] tedium Principum classe Achis ille, ad quem Dauid confug[...] at? & indixit peregrinati[...] nem tandem, aula exulare iussit, Qui[...] committit Dauid in Dynastiam? quid, in aulæ Proceres? quid in subditos regni? An latro, an stuprator, an violentus D[...] h iplomet Achis Reg. 1. cap. 29. vers. 6. *Vocauit ergo Achis Dauid & ait e: Viuit Dominus, quia rectus es tu, & bonus in conspectu meo: & exitus tuus, & introitus tuus mecum est in castris, & non inueni in te quidquam mali ex die, qua venisti ad me vsque in diem hanc, sed Satrapis non places: Reuertere ergo, & vade in pace, & non offendas o[...] Satraparum Philisthinorum.* O Rex, si probus, si honestus, si naeuo carens Dauid, cur non apud te r[...] non reliqu[...] amicis præfers? Nempe, d[...] Satrapis: Quorsum vero quid mali egit? anne ideò, quoniam vir optimus? Proh Satrapas iniquos, & aulæ flebil m condi[...] n! Vt viderint bonum nomen [...] uctum, disci[...] natum, moribus, & virtute i[...] lignem, sufferre non possunt, tristantur, donec pr[...] ul abe[...] p[...] llator, e regio discedat limine non ille locus innocentiæ; quisquis apud Satrap[...] gratus esse cupi[...] t, aulæ frui del[...] is, in hisa præstet necesse est; Ecce Dauid indicuntur exilia cum tamen R ge ipso iudice rectus & bonus per tuo f[...] Non omittam Carthusiani notulam ad præfatum Regem capu[...] *frequenter conting t (ait) in domibus Principum, quod aliqui boni, & strenui, Principibus que placentes alterum per hoc displicentiam, odiumque incurrant, a quibus & mendaciter accusantur, qua[...] mores [...] cipum simplices callida fraude [...] piunt:* Ac [...] nè, quanquam Achis reluctante Dauidem videatur dimittere, quod ide[...] ntum, ne Satrapas offenderet; tamen in Rege & culpa fuit, concessit Satrapis, vt virum bonum, & integræ famæ ob eorum causam à [...] amat daret; ne aulæ enim tam ignauum deceat e[...] M[...] rchent, cuius animum de Opti[...] is qu[...] am [...] pet, vt in eius [...] n n v[...] unde ut [...] tiam opprimere, innocentium eu m sibi [...] tam satis deli[...] quentium [...] alamitatibus afficere.

1. Reg. 19.

Aulæ & Regum palatia exturbantur boni.

20\. Commemus pa[...] per Abraham um in Ægyptum descendentem, & intueamur quàm erga eum munificus Pharao; quot[...] nis, & quanta sit largitari iussit; *Abraham* [...] quit Geneseos Auctor cap. 12 vers. 16 *bene vsi sunt propter illam* [...] *que et oues, & boues* [...] *serui* [...] *famula & asi* [...] *& cam*[...] Sed quid [...] Pat[...] cha tanti diuinis dignum num [...] pi hostes diripiat profligaui? n[...] pro R[...] anne vitam obtulit; num aduersus cum conjurationem molientes detexit? num orauit eloquenter, & Mon[...] ham dulcissima lin[...] lia encomijs in cœlum sublimauit? Nihil istorum omnium, Quid vero? Quoniam focum pulcherrimam adduxit feminam, quæ laudata à [...] Principibus, Dynastæ[...] is, & sublata est [...] in domum Pharaonis. *Abraham vero bene vsi sunt propter illam;* Ecce præclara merita! en puluerem, & sudores? *Propter illam*, Interim miles infelix, cui vi[...] ang[...] ob vulnerum multitudinem, panem non habet, non palatium, non cale amenium Philosophus post Atticarum noctium vigilias, stipem mendicat, nec est, qui consideret, vt egestate per[...] vterqu[...] atque Abraham, quod femina[...] is iucundam & bellam exhibuerit aulicis vide[...], Crassi substantiam post biduum quàm ingressus Ægyptum, propè

Gen. 12.

Principes munera in eos, qui arte voluptatibus deseruiunt: illiberales erga strenuos.

Oleaster. propè æquat: Concinnè Hieronymus Oleaster in explanatione morali eius, quod nominauimus Geneseos capitis; *Quam benè au Principes operas soluunt illis, qui eis in suis ... deseruierunt: & melius, quam ijs, qui Communitati in bello, aut in alijs, qua sunt Communitatis, seruiere.*

21. Ergo non infrequens Rectoribus mundi huius, vacuos, & subtristes dimittere, qui strenuam, aut in bello, aut in pacis artibus operam nauarunt; replere eorum crumenas, qui nihil vnquam a duum, & immortale agressi sunt. quorum vniuersa laus, Principum mundi ... vitis, & iniustæ concupiscentiæ; Non ita apud Christum IESVM, Regum Regem; Satis vobis exploratum, quid filij Zebedæi tentauerint; nempe ambitione aliqua tacti ... repulsam metuerent, submiserunt matrem, quæ postularet, vt sederent cum Domino Seruatore, vnus ad dexteram eius, & vnus ad sinistram. Verùm neque matris supplicatus precibus respondit Christus, *Sedere autem ad dexteram meam vel ... tram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo*, Matth. cap. ... vers. 23. In quibus verbis illud difficile, Matth. 20. quod asseterat *Non est meum dare vob ... :* Cuius igitur? An Patris *Sed omnia dedit ei Pater in manus.* Ioan. 13. vers. 3. Si igitur potestatem, vt faciat, habet Genitor, & Genitus; cùm omnia, quæ Ioan. 13. sunt Patris, eadem Filij sint dedit enim ea Parens in manus illius, quamobrem ... dixerit: *At non est dare ... vniuersa po... ... nosceuntur?* Accipe significationem: Peperat genitrix filiis præmia magna ante certamenta, & labores: inde & nihil perpessos anteponi audiebat his, qui cruentam cum hoste pugnam commiserant: itaque quosus coronati, pugiles meritis frustrari honoribus optabat: *Non est meum hoc*, inquit Dominus: Non apud me tam iniqua distributio. Sic Reges nationum diuidunt spolia: honorant ignauam plebem, sceleratos euehunt in altum, optimè de Republica meritos spe, & muneribus deludunt: alienum à nobis, cum quibus moratur æquitas, & iudicium, ... opus: ergo *non est meum* hoc absque ... labo... calice, scilicet, ... Principum, qui in terra ... fuerit. Bene dictione Basil. Sel. Basil. Seleuciensis orat. 24. *Tir nus, laborum præmium est, ... ambitis ... gestis thronus comparatur, ... postulationem dictio non sequitur.*

22. Et quemadmodum aliis regnandi in superis potestatem, antequàm magna fatigation promeriti fuissent, concedere respuit: ita nec ipse oblatum sibi admittere voluit; Tentauit Cacodæmon post quadraginta dierum inediam, & cùm artes aliæ in vanum cessissent, *Assumpsit eum Diabolus in montem excelsum valdè, & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit ei. Hæc omnia dabo tibi, si cadens adora-* Matth. 4. *ueris me*. Matth. 4. vers. 9. Cui respuit Seruator insigne donum? An, quoniam Satanæ liberalitatem esse nouerat? Sed, quæ Satanæ munus? "Omnia in vnum confluens, Dæmons similus Primùm, quoniam, vt vnum locupletaret, omnes vniuerso orbe subditos extremæ subiicere miseriæ non est veritus: spoliabat namque possessionibus cunctis cum omnia se daturum Christo spondebat: non poterit igitur non esse tartareus Princeps, qui tam immitis erga subiectam plebem, cui vnus, quàm multitudo, charior; Secundò, cogitabat Inferni Præpositum

esse, qui absque meritis tutam Monarchiam concessit: quod enim meriti genus ... qui... Heic ... Sicut ergo matri ... Zebedæi ... dexteram, atque sinistro ... tere Vita dominanti absque laboribus acquisitus. negauerat, eò quòd sine laboribus prætenderet debitum fatigationi pacem: ita nunc & sua in... ... arbitratur id regnum ... nus admisisse, quod ... lassitudinem offerebatur: ... etiusmodi ... entia, quæ possessoribus deerunt parta ... congereat, qui nihil fatigationis sustinuerit. Suppeditat ... Origen. Origen. ... in Lucam: *D. ergo ad Dominum Diabolus: Vnum est, quod precor, ... ra me, & accipe regnum omne, quod ... Dominus ... ter atque Saluator vult quidem regnare, sed vult regnare quasi iustitia, & non vult absque labore ... Diabolo coronari, nec sic regnare cæteris.* Ergo Christi disciplina, vt regnum præcedat labor: & diademata ... qui metuit qui populos in officio continet valeat ob ... animi magnitudinem ... atque ... scientiam: qui norit seuerus esse atque placidus, quando vlus postulet ... subditi ... & reuereantur, hostes formident: hæc Regum ornamenta, hæc, quæ purpura ... reddunt. Quis in Adonia ... longùm desiderata ... non reperisset Dauid ... sen ... vigeret, eiusque nominandus hæres regnorum, antequàm inter viuentes esse desineret, in eo sublato Adoniæ fautores tumultus ex... ... præclarissimam ad regem ... in successorem declarat ... germano, virtutem ætati anteferens.

SECTIO III.

Inclytum, proprias iniurias remi... Dei causa vlciscenda, in ali... dicandis consilio seuerum

V Ix genitore sublato throno regio ... conse... atque ... & ... sanguine ... 23. do exordium imperij: ... Pa... titulo ... bi... is, & tam citò ... ... tyranni, & ad cædem, ... nati, sub ... lenimen fingere, ne ... delitate contemni subditi ... iugum, in seditionem armentur quemadmodum Roboamo Salomonis proli contigit; Quæ ... sapientia, ab internecione & luctibus inchoasse, quando etiam ne fratri Adoniæ parcitur? Sed iussit Dauid moriens, vt faceret; debebat parentum monitis ... obtemperare filius: At, cur non ipse Dauid supplicium malefacientibus intulit? Erant in ... commississet scelera, Arbitrabatur ... de ... iuria sumpsisse ... ne tamen ... fuisse videretur, & dum ... ens, misitque apparere velit, iniustum babe... abiturus ex hoc ergastulo, Salomoni ... commendauit, quod conueniens fuisset, actitaret. Et ille, quando non suam iniuriam, sed in genitorem contumelias castigaret, non distulit in sequentia tempora, sed continuò mactationem aggressus, ratus neminem

nem futurum, qui immitem arbitraretur, quando aduersùm se patrata crimina, aut condonaret, aut leuiter plecteret; quæ puniret delicta, ea esse, quæ ad alienam pertinerent famam, camque optimi parentis; Verùm, quæ Salomonis clementia in sibi hostiles? Placétne, vt referam? Considerate, qualis in Ioabum militiæ Ducem; qualis in Abiathar Sacerdotem: nempe, Ioabum, etiam ad asyla confugientem, persequutus, nec tabernaculi religio defendit, succubuit Banaiæ gladio, Reg. 3. cap. 1. vers. 34. Abiathar vita donatus, & leui exilio tantùm oppressus: Quid, nónne Abiathar aduersùs Salomonem conspirauerat, & de eorum factione, qui eripere sceptrum, atque trabeam tentauerant, & in Adoniam transferre? Sed non iam graue scelus Ioabi nullum enim cum læsæ Maiestatis crimine (quale fuit Abiathar) conferendum delictum; Cur igitur, qui minùs peccauit, acerbiùs luit? Qualis in hoc iustitiæ ordo? Verùm fuerat Abiatharis insultus contra Regis auctoritatem; Ioabus in externos deliquerat: quoniam igitur generosum est erga proprias iniurias blandum, atque mansuetum extitisse; neque minùs inclytum, alienam iniuriam impunitam non destituisse; ob hæc parcitum Abiathari fœdiora committenti; Ioabus, qui in minoribus exorbitauerat gladio transuerberatus; *Abiathar* (inquit Tostatus quæst. 39. in cap 2. lib. Reg. 3.) *non fecerat alia peccata, nisi quod læserat Maiestatem regiam conspirando contra Salomonem; & quia ista iniuria erat personalis, poterat ipse remittere eam; Ioab autem fecerat alia peccata; scilicet quia occiderat Amasam, Abner, & Absalon; ideò, licèt possit Salomon remittere ei quod contra ipsum fecerat; tamen non poterat remittere peccata facta contra alios.*

3. Reg. 1.

Tostatus.

24. *Arborem fici habebat quidam* (ait Lucas c. 13. vers. 6.) *plantatam in vinea sua, & venit quærens fructum in illa, & non inuenit*; Stomachatus ad tantam malignitatem infrugiferi ligni, (nam per tres annos nihil attulerat,) conuersus ad vineæ cultorem, strinxit dirum anathema; *Succide ergo illam, vt quid etiam terram occupat?* Doluit ad tam acerbam sententiam vineti custos, & exorauit terribilem possessorem, vt in vnum saltem annum relinqueret; At, nónne inuersa parabolæ huius narratio? quem enim excandescere, concitari, furoribus agitari oportebat? nónne hortulanum? Planè: nam, si quæ arboris noxa, in hunc quidem; ipse nanque in sudore vultus sui circunfoderat, fimum & stercoramenta admouerat, amputauerat luxuriantia cacumina; hyeme, vere, autumno visitauerat sæpiùs: interim pomœrij dominus hilares traducebat dies; nempe, domi iucundus latebat, si pruinæ, si ventorum flatus, si grauis imber: æstate spatiabatur per camporum amœna, per maris deambolabat littora, semper in deliciis: Quando igitur ab infœcundo stipite delusi vinitoris labores, cur, non potiore causa hic tonitrua mittit, & exscindi, atque in ignes proiici expetit? Sed vide egregium ficeti possessorem, meliorem tamen eiusdem vigilem; nempe, hortulanus, quoniam aduersùs eum condonari iniuriam exposcit, agit apud magistrum sollicito studio ligni causam: verùm dominus, quia non eius, sed aliena iniuria illa est, remittere nullo pacto velit: O pulchrum duellum procuratoris, & domini! quando & is, qui offenditur, misericordiam pro iniuriante flagitat: & ille, qui læsus non fuerat, non sinat alienam iniuriam inultam transire! Atque ideò certè non sinit; quoniam is, qui læsus fuerat, vindictam sumere respuit: si enim lacessiti Domino vindictam relinquimus, ipse proculdubio retribuet. Afferamus Nysseni Gregorij verba quædam, si fortè nostram iuuant considerationem, atque ex oratione in eos, qui alios acerbiùs iudicant: *Tam alienus autem à cædendi acerbitate* (inquit) *Sacerdos esse debet, tam promptus, & paratus ad excolendam humanitatem, vt etiamsi Dominus aliquem, vti plantam inutilem, exscindere iubeat; ipse, tanquam insitor, debeat supplicare, vt ignoscat parumper, & sententiam differat: sic enim monet oratio illa de ficu, quam vt sterilem cùm dominus vellet concidere, orat agricola, vt illi paulisper parcat, & moram aliquam interponat, aliquid enim bonæ spei in diligentia sua reliquum esse.*

Luc. 13.

Nyssen.

25. Innocuum Abelem sceleratissimus Caïn occiderat, & continuò affuit in homicidam laturus sententiam Creator; Aduentus significaturus causam, *Quid fecisti?* (ait.) *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Genes. 4. vers. 10. Sed, cur non Abelem postulare vindictam asserit? cur non præstantiores materiæ partes, cor, cerebrum, oculos, aut huiusmodi quidpiam? Verùm annotasse expediens fuerit, & Philosophorum, Theologorúmque boni nominis opinionem haberi, neque Aristotelis, neque Angelici Præceptoris auctoritate destitutam, sanguinem haud esse partem humani corporis, neque rationali ab anima informari: at obtinere normam alimenti, quod postquam per nutritionem in hominis substantiam conuertitur, atque incipit informari anima humana, tum incipit esse pars hominis: Vide Suarium tom. 1. in 3 part. disput. 15. sect. 6. Si igitur sanguis non est pars corporis Abel, quid attinet ad sanguinem de iniuria in Abelem commissa? Cur ipse non ingemiscit, & loquitur? Ideò quidem non complorat Abel, neque Iudicem interpellat, quoniam iniuria propria erat Abelis; sanguis autem, quia non de Abelis corpore pars, sed quasi alienæ natura, propterea alienam vindicare causam postulat clamore vehementi: Hoc igitur est, quod non Abel, sed sanguis vociferatur. Habent & illa emphasim: *Vox sanguinis de terra*, id est, cruoris, postquàm in terram decidit: nam, quamuis admittamus, sanguinem, dum intra corpus est, à rationali anima informari: tamen simul atque separatur, aliam induit formam: quòd etiam fuerit verum, etsi dum intra hominem est, asseramus, propriam aliquam, & peculiarem formam sortiri: nam conseruatio huius formæ à dispositionibus, quæ intra corpus sunt, dependet; Itaque non iam *simpliciter* idem sanguis est, sed *secundum quid*: sicut corpus hominis defuncti non idem est *simpliciter*, sed *secundum quid* (excepto Christo ob specialem rationem, vt docet S. Thomas 3. p. quæst. 50. art 5. ad 1.) quamuis, quia eadem est materia, idémque color, consueuerit nominari idem sanguis viui, & mortui: Pulchrè igitur sanguis, qui vindictam exposcit, sanguis *de terra est*, non sanguis inter venas Abelis diffluens: sanguis, nempe, velut ignotus iam alteri formæ coniunctus: Eiusmodi itaque peregrinum sanguinem pro vindicta clamare deceat, non sanguinem in corpore Abelis manentem, ne fortè dum intra venas clausus, si pro vindicta os aperiat, Abel propriæ iniuriæ vindictam petiisse videatur: longum hoc à patiente Abele: At, si ille in propria causa tacet, vociferetur sanguis in terram

Gen. 4.

Sanguis quomodo pars humani corporis

Suar.

Sanguis viui & defuncti an idem?

S. Thom.

terram proiectus; poterit nanque abſque rubore, quoniam eiuſmodi cruor, cùm non ſit de ſanguinibus Abelis, non propriæ, ſed alienæ iniuriæ vindictam petiſſe iudicabitur; Hoc autem decorum eſt, ad propriam ſiluiſſe iniuriam, ad alienam intenſa vociferatione clamaſſe: Atque ſecundùm huiuſmodi expoſitionem ſcripſiſſe videatur Ambroſius lib. 2. de Caïn, & Abel, cap. 9.
Ambr. *Et benè* (inquit) *ait: Vox ſanguinis fratris tui clamat, non frater clamat: Hoc innocentia, & gratia germanitatis, etiam in ipſa morte ſeruat; non accuſat frater, ne videatur parricida; non accuſat vox ipſius, non anima eius, ſed vox ſanguinis accuſat, quem ipſe fudiſti; Tuum te ergo facinus, non frater accuſat:* Et his inſinuat Mediolanenſium B. Patronus primum noſtræ cogitationis membrum, cùm affirmabamus, ſanguinem etiam intra venas alia affici forma, quàm ſit rationalis; ac proptereà non Abelem eſſe, qui vindictam imploret; ſed alterum ab Abele; *Vox ſanguinis fratris tui,* (inquit) *clamat: non frater clamat, non accuſat frater:* Cæterùm & aliud membrum de cruore in terram profuſo, & inde vociferante ex eiuſdem loci Ambroſianis verbis confirmari valeat: ſubdit nanque ſtatim: *Et bene ait: Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra; non dixit, De fratris clamauit corpore; ſed, de terra clamat; Etſi frater parcit, terra non parcit: ſi frater tacet, terra condemnat: ipſa eſt in te & teſtis, & Iudex.* Sic igitur nunquam Abel pro vindicta clamans, nihil poſt mortem, ſicut donec viueret; verùm illo obmuteſcente, neque ſanguis tacet, neque ſilet tellus; pro aliena iniuria fortiter clamans.

16. Et fuit quidem ſcelus Cain, mors iuſtiſſimi fratris: Sed quam extorſit vindictam, ſanguinis de terra clamor? *Nunc igitur* (intimauit Creator Geneſ. 4. verſ. 11.) *maledictus eris ſuper terram, quæ aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui de manu tua:*
Gene. 3. & 4. Vt video, triſtior hæc pœna eſt, quàm illa, quæ Protoplaſto inflicta eſt; neque enim maledictioni ſuppoſitus ipſe, ſed gleba, ne agricolantis reſponderet deſiderio; *Quia audiſti* (inquit Geneſ. 3. verſ. 17.) *vocem vxoris tuæ, & comediſti de ligno, ex quo præceperam tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo:* An maius peccatum Cain, quòd vnum læſerat quàm Adæ, cuius delictum in omnes pertranſiit, excepto Meſſiâ, & eius Genitrice? Quòd ſi Adæ vehementior noxa, cur non & maledictionis forma? *Per quæ quis peccat per ea torquetur.* Nam ideò homo in Caïn maledictus, quoniam aduersùs hominem deliquerat, vt in quo peccauerat, in hoc quoque penderet mulctam; & ob ſimilem cauſam, eò quòd in amandis fructibus terræ primus inter mortales receſſerat à iuſtitia, proptereà iuſſa tellus, ne etiam laboranti gratum ſuppeditaſſet paſtum? Arriſit Oleaſtro
Oleaſt. in 2. expoſitione c. 3 Geneſeos: *Aduerte* (ait) *hominem in cibo punitum; quia in cibo peccauerat: vt vera ſit illa ſententia, Per quæ quis peccat, per hæc torquetur:* Verùm non eſt diſquiſitio de ſuppliciorum differentia; ſed, quare mitior videatur fuiſſe incuſſa Adæ maledictio, vt aduertit Chry-
Chryſoſt. ſoſtom. hom 19. in Geneſim? Sanè præuaricatio Adæ contra ſolum Deum fuit; neque enim mortalium cuipiam damnum intulit (non loquor de originariæ transfuſione noxæ,) nempe, vt corpus vulneraret, poſſeſſiones abſtulerit, aut eius generis; affectabat eſſe ſicut Deus, bonum, atque malum ſciens; Caïn autem in alium, quàm Deum peccauerat, quoniam fratri vitam eripuit Numen ergo, quoniam ab Adamo illata offenſa, propria ipſius erat iniuria, cum Protoplaſto lentiùs agere viſus: quia autem à Caïno perpetratum ſcelus, aliena erat iniuria, acriter caſtigauit, ipſi maledicens homicidæ, & perſonam ſimul cum atuo feriens.

Igitur in ſua repetenda iniuria Numen remiſſum, in vindicanda aliena formidabile, An non homo factus ſuſtinuit à nequiſſimis alapas, & ſputa, opprobriis exſaturatus? Quem de offenſoribus læſit? cui vitam, robur, ſalutem impedierat? Sanauit continuò Pontificis ſeruo amputatam auriculam; & aduertit Diſcenti, paratas ad munimen pluſquàm duodecim Angelorum legiones; ſed non eſſe illud tempus vexandi; Et fuit tempus ſanè, cùm Ieroboamus extendit manum ſuam imperans miniſtris, vt de Prophetis vnum apprehenderent: *Et exaruit manus eius, quam extenderat contra eum, nec valuit retrahere eam ad ſe.* 3. Reg. cap. 13. verſ. 4. Pla- 27.
nè, quòd Vatem teneri iuſſerit Rex, acerbiſſi- 3. Reg. 13.
ne, quàm quòd Virginis Filium ſceleratiſſimi ſic deturpauerint, vultum illum beatum, in quem deſiderant Angeli proſpicere, vt non eſſet illi ſpecies, neque decor? Cur igitur non vecordes milites pari ſaltem affecit ſupplicio, & quando in profundiſſimum inferni, terra eos ſorbente, detrudere noluerit, brachia ad minimum non ſunt areſacta, vti Ieroboamo contigit? Sed, ſiue ante carnem aſſumptam, ſeu illa circundatus, idem perpetuò, & ſibi æqualis Deus; Peccabant in Verbum hominem factum ſatellites Pilati, atque Iudæorum: noluit pœnas exſoluerent, ne ſi aduersùs contumaces ſtomacharetur, propriam vltum fuiſſe Iniuriam diceretur: nam propria fuit illa iniuria: ſed alienam diſſimulare iniuriam, & in ſeruos conuitia, id nequaquam patitur: ob hæc itaque vix extenta in Prophetam dextera iniqui Principis, & abſque mora exaruit: ipſe toties verberatus, percuſſoribus malum non rependit: Dicat cum eloquentia os aureum Chryſoſtomi homil. de Phoca Hiero- Chryſoſt.
martyre: *Vide* (ait) *benignitatem: quo pacto, quæ ſeruorum ſunt, vendicet: quæ vero ſua ſunt, prætermittit: Propheta quondam fuit quiſpiam,* (Reg. 3. cap 13.) *qui Regem impiè agentem redarguebat: & cùm acceſſiſſet, dixit: Altare, altare, & ſubitò ruptum eſt altare: Et vide, quid accidit: extendit manum ſuam Rex, vt Prophetam apprehenderet, & continuò manus eius exaruit: quando ſeruus iniuriam paſſurus erat, Regem puniuit: quando alapis ipſe cædebatur, nihil mali eis, qui alapas impingebant, inferebat.*

Atque hic tam manſuetus ille homo Rex eſt, 28.
quem Matth. cap. 22. narrat feciſſe nuptias fi- Matth. 22.
lio ſuo, & inuitauit multos ad geniale ſympoſium, quò maior eſſet pompa ab hoſpitum multo numero: ex iis quidam Principis contempſerunt liberalitatem, & gratiam, ob villæ culturam: alij propter negotiationem: ſed improbiſſima quædam turba in ſummam prolapſi dementiam, tenuerunt ſeruos eius, & contumeliis affectos occiderunt: vt Principi innotuit, ira
[illegible] atque miſſis exercitibus ſuis perdidit
[illegible] illos, & ciuitatem illorum ſuccendit.
[illegible] homicidas vaſtauit? Nimirum, qui iniu-
[illegible] necem ſeruis intulerant, Fateor qui-
[illegible] nulla eſſe tormenta, quæ horum immaniſſimæ crudelitati paria cenſeantur: ſed cur impuniti

impuniti abeunt illi primi, qui ob vilissima opera, Regis despexère conuiuium? Scio apud Lucam comminatum patremfamilias, cap. 14. (Luc. 14.) *Quod nemo virorum illorum, qui vocati fuerant, gustarent cœnam eius*: Sed hæc leuis afflictio est, imò ne afflictio quidem stolidissimis hisce. nam maluêre potius quinque iugis boum molestissimo labore terram frangere, quàm ad eius instructissimam mensam sedere; tanta est hominum cionum vecordia: Cur igitur tam insanum genus non in patibulum a.. t, aut in tenebras exteriores mittit? Equidem hi, qui & à coniugis & à villa, & ab aratione excusationes fraudulentas mutuatunt, in conuiuij dominum tantùm procaces fuerunt; ministris nullam intulère iniuriam, neque verbere, aut verbo ab eis malè excepti: alter secundi inter bipedes nequissimi, non contenti Satrapam contempsisse, seruos non tolerando aliquo malo affecerunt, sed omnium grauissimo, morte videlicet: quoniam igitur iniuria illata à prioribus erat solius Regis iniuria, & eius propria, propterea aduersùs hos nullam exercuit violentiam, quàm quòd cœna prohibuerit, qua excludi & ipsi optauerant: secundi autem, eò quòd in ministris sæui extitissent, aliena iam erat hæc iniuria, proinde cum his nulla fuit commiseratio, sed horrenda perpessi sunt, ipsis interfectioni datis, & eorum in fauillas redacta vrbe.

29. Cùm igitur Deus aduersùm se delinquentibus facilè remittat, ministris illata conuitia vehementer persequatur, docet & seruos vicem rependere, atque ipsis allata nocumenta sine tædio condonare, in Dei vindicando honore, in vlciscendis blasphemiis, terribiles esse. Quid Deus cùm Moyse fideli cliente? quàm velox ad puniendos illos, qui Moysi detrahebant, quàm securus ad domandos sibi rebelles, imò quàm erga illos beneficus? *Patres nostri* (inquit Psalmodus Oda 105.) *in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua, non fuerunt memores multitudinis misericordiæ tuæ*. Sed in quibus impegerunt? Nempe, *irritauerunt ascendentes in mare mare rubrum*: videlicet, cùm ad Erythræa littora tenderent, insequentium Ægyptiorum metu conterriti, de Numinis potestate malè sentientes, regressum ad veterem seruitutem meditabantur, Exod. c. 14. vers. 11. At qualiter propter diffidentiam enormem vapulauerunt? Scilicet, *Et increpuit mare rubrum, & exsiccatum est, & saluauit eos de manu odientium, & redemit eos de manu inimici*: Hoc liberati discrimine, solitudine recepti, iterant querimonias, & de alimentis murmur, Exodi c. 16. Num indignè querulantes despexit Creator, & neque ex.. uit? *Et dedit eis petitionem ipsorum, & misit saturitatem in animas eorum*: Talis Omnipotens cum iis, qui ipsum off.. derant, *qui non crediderunt verbis eius, cito obliti sunt operum eius, & non sustinuerunt consilium eius*. Sed, cùm in Moysem insurrexère de filiis Core, Abiron, & Dathan, Num. c. 16. nunquid iam continuit rerum Gubernator? nunquid patiens fuit, aut leni increpatos vir.. a dimisit? Equidem *aperta est terra, & deglutiuit Dathan, & operuit super congregationem Abiron, & exarsit ignis in Synagoga eorum; flamma combussit peccatores*: Percipe iam Chrysostomi effata, ex posteriori in Psalmos explanatione ad allegatam Odam Dauidicam: *Nec cùm Deum* (inquit) *in mari rubro ad iracundiam prouocassent, nec cùm eundem in deserto tentassent, eis, qui peccata dissimulat, de ipsis supplicium sumpsit: imò verò cupiditates ipsorum expleuit. At, cùm Dathan, & Abiron Moysem ira commouissent, dicentes: Nunquid Moysi duntaxat locutus est Deus, ac non etiam nobis? Eos cum vniuersa familia dehiscenti terræ tradidit, neque enim Deus seruos suos contemni, & pro nihilo haberi vult.*

Deus quàm sit velox ad vlciscendum in eos qui seruis suis detrahunt. Psal. 105.

Exod. 14.

Num. 16.

Chrysost.

30. Sic igitur pro famulo zelatus est Dominus, quasi eius honorem proprio chariorem habeat, sic iniuriarum contra se obliuiscitur quodammodò, de iniuria contra alios graues repetit pœnas; annon actutus quidpiam Moyses pro Domino? Attende, qualem stragem ediderit: peccauit Israël vitulum faciens in Horeb, & adorauit sculptibile populus crassus & insipiens, vidit abominationem Legislator, postquam de monte descenderat, & incredibili efferuescens bile, armari gladios imperat continuò, stringi aduersùs idololatras; cecideruntque in die illa quasi viginti tria millia hominum, Exod. c. 32. vers. 29. Proh ceuentum Legislatorem! quid maius aliquid Sylla? Non insciè Sephora coniunx, sponsum sanguinis appellauit; sed heus tem optimam & iucundam! hunc tam à cædibus & vulnere abhorrentem alibi facit Textus, *virum mitissimum super omnes homines, qui morabantur in terra*, nominat c. 12. Numeror. vers. 3. Noui quidem tolerasse patienter sæpiùs iniustas subditorum contumelias, atque allegato nunc loco præclarum sustinentiæ exemplum, quando acerbum nihil meditatus est contra Mariam, & Aaron, qui Æthiopissæ obiectabant matrimonium; sed fuissent hæc memoranda in omne æuum, si tantam non attexuisset crudelitatem: quando igitur eius gladius sic debacchatus est, quo pacto æstimabimus iure vocatum hominem mitissimum? At, intuendum, ob quos fines tam seuerè à Moyse animaduersum in cultores vituli; num de propria aliqua iniuria excanduit? N.. o tam dulcis cum hostibus atque .. progenibus & frequenter cum lacrymis Numini supplicauit; fuit autem intolerabilis in Deum & contemptus, & ingratitudo, simulacrum vanissimum fabricasse, & tantorum prodigiorum effectori prætulisse? Hoc admirandum Moysem vexauerat, hoc adegit, vt tantam carnificinam ante vnam consumptam lucem exerceret: Igitur, si trux, atque acerbus videatur Legislator, sed nihil iratum in eo, cùm de propriis agit iniuriis: in aliena causa, & Omnipotentis præcipuè, formidandus, verùm non ideò inim.. s cogitandus: nam ea demum mansuetudo certa est, quæ ad sua tacet opprobria cùm in Dei vlc.. nda iniuria, Æternam totam euomit: quare Moyses egregia iustáque laude mitissimus virorum: Abulensis quæst. 12. in c. Numeror. 12. *Proprias iniurias patienter tolerabat, sed non iniurias Dei: ideo in fabricatione, & adoratione vituli vi.. tres mil.. hominum interfecit. Exod. cap. 23. nam mansuetus medius est inter iracundum, qui irascitur, quando non oportet; & in.. sibilem, qui in nullo irascitur; Moyses autem irascebatur aliquando, & forti, imò circa iniurias Dei; sed circa suas, nequaquam, ideò tenebat medium.*

Moysis Zelus in vindicanda Numinis iniuria.

Exod. 32.

Num. 12.

Abul.

31. Aspice, quam grata Numini huiusmodi lenitudinis, atque irarum admixtio, quæ & suas dimittat iniurias, & Dei vlciscatur. Cùm nullis se motum precibus significaret, ecce quid per Hieremiæ os locutus c. 15. vers. 1. *Si steterit Moyses, & Samuel, coram me, non est anima mea ad populum.*

Hierem. 15. Vnde tam efficaces Moysis & Samuelis apud Deum orationes?

pulum, id est, quamuis interpellent ij, quorum maximè succumberent orationibus; Sed cur duos hos antiqui fœderis reliquis anteponit Ducibus? Quid si Abraham obtestetur? quid, si locbus? quid, si Dauidis lingua? Quamobrem ex hac fulgentissima classe non aliquem publicauit? Sanè & nominati Patriarchæ, aliique etiam omnibus condecorati ornamentis, sed excelluère Moyses, atque Samuel in sufferendis sibi illatis malis, qui plurimi fuère in castiganda aduersùs Deum temeritate; Hac igitur iniuriarum distributione sic delectatum Numen, vt cùm de remittenda offensa sermocinaretur, quò summè terrefaceret, elegit ex omni Patriarchatu veteri Moysem, & Samuelem, quorum ne supplicationibus inclinandus sit; Percipiamus à Gregor. Romano
Greg. homil. 77. in Euang. *Certè, cum Iudæa* inquit) *Conditoris sui iustitiam culpis exigentibus offendisset, Prophetam suum Dominus ab oratione prohibet, dicens; Si Moyses, & Samuel steterint coram me, non est anima mea ad populum istum; Quid est, quòd intermissis, relictisque tot Patribus, soli Moyses, & Samuel ad medium deducuntur, quorum mira obsecrandi virtus ostenditur, nisi quòd hi duo tantummodo in cuncta Testamenti veteris serie, etiam pro inimicis suis leguntur exorasse? Vnus a populo lapidibus impetitur, & tamen pro lapidatoribus suis Dominum deprecatur: alter ex principatu eijcitur, & tamen petitus, vt exoraret, fatetur dicens; Absit à me hoc peccatum in Domine, quominùs cessem orare pro vobis.*

32. Psal. 58. Ecce contradicentia in vno, eodémque Psalmo 58 Orat Propheta vers. 6. *Non miserearis omnibus, qui operantur iniquitatem:* & paululum progressus vers. 12. inclinat; *Ne occidas eos*, Augusti-
August. num obstupefecit diuersitas sententiarum: *Quid est* (ait Psalmum explanans,) *Ne miserearis omnium, qui operantur iniquitatem: &, Ne occidas eos, ne quando obliuiscantur legis tuæ? quomodo non miseretur omnium, qui operantur iniquitatem? & quomodo non occidit eos, ne obliuiscantur legis suæ? Sed hic de inimicis suis dixit, rogat pro inimicis suis, implet præceptum*: Verùm ego concesserim Augustino, cùm Psalmographus obsecrat, ne mortificandarentur, rogare quidem pro salute hostium: at cùm expetit, vt à quibusdam auertatur misericordia, quinam illi sunt? An, cùm primùm loque-
Christus illata sibi ignoscit mala, quæ Patris iniuriae vindicari expetat. retur Dauid, *Ne miserearis* &c. iustam exposcebat vindictam à Creatore & huius etiam cùm pœniteret deinde in posterioribus supplicauit, ne affligeret illos: Equidem puto, & vindictam postulasse, & auerti supplicium quoque orasse; nimirum, cùm pro indulgentia deprecabatur, ad suas attendebat iniurias, has obliuioni tradi optabat, propterea dicebat ex clementiæ affectu, *Ne occidas eos*; cùm verò amoueri misericordiam, iram effundi desiderabat, illúdque: *Ne miserearis*, &c. vsurpabat, ferebatur ad alienas iniurias, & in sceleratos contra Deum præcipuè, O vindica, Domine, causam tuam, apprehende scutum & arma, & interfice rebelles filios! meæ consopiantur iniuriæ; ne occidas eos, qui exprobrauerunt seruo tuo, qui rem iniustam fecerunt in me tota die ac nocte; his vt que parce, sed non violantibus nomen sanctum tuum.

33. Hæc in Dauidis gymnasio prælecto, de cuius exedra potens discipulus Stephanus; Intuere,
August. qualem pingat August. serm. 237. de tempore: *Loquebatur* (inquit) *Iudæis, sæuiebat, & diligebat; Vtrumque ostendere debeo: quia dixi, sæuiebat. dixi, & diligebat; vtrunque debeo demonstrare, & sæuientem, & diligentem, Audi sæuientem; Dura ceruice, (verba sunt sancti Stephani quando loquebatur Iudæis:) Dura ceruice, & incircumcisi corde, & auribus, vos semper restitistis Spiritui sancto quem Prophetarum non occiderunt Patres vestri? Audisti sæuientem? alterum debito, audi & diligentem; Irati illi facti, & gradatim inardescentes, Dei famulum lapidare cœperunt. Hic proba, S. Stephane, dilectionem tuam; sæuiebas aduersus tacentes, videamus, si diligis sæuientes. Primò, B. Stephanus stans* *Stephanus aduersus tacentes Iudæos sæuiebat, quos sæuientes diligebat.*
orauit pro se, & ait. Domine IESV accipe Spiritum meum. Deinde positis genibus pro lapidatoribus orans: Domine inquit, ne statuas illis hoc peccatum: Hoc dicto obdormiuit in Domino. O felix somnus, & requies vera! ecce, quid requiescere, pro inimicis orare! At, si Stephanus sub finem tam mitis, cur sub exordio Passionis excanduit in Iudæos, & homicidia obiectauit, mortésque Prophetarum? Cur nunc implacatus, & asper, nunc blandus, atque humanus: Equidem cùm Protomartyr orationem haberet ad coronam Iudæorum, subit animum neglectus ab eis diuini nominis honos; non potuit itaque sufferre Spiritu sancto, & zelo plenus Deitatis iniuriam, atque prorupit in sanctam inuectiuam; at, cùm iacerentur in eum lapides torrentis agebatur ipsius causa, & de Heroum more ad propriam salutem nihil mordicans protulit; imò in similitudinem Præceptoris sui Christi rogauit obnixè pro iis, qui mortem afferebant, & Stylum Ecclesiæ fecerit, Quando igitur erga propriam iniuriam facilem & benignum esse præstat; aduersùs Dei m autem, & proximos iniusta facta vlcisci deceat; propterea commissa in ipsum scelera Dauid punire omisit; at verò Salomon quoniam ea, de qua pœnæ repetendæ fuerant, aliena esset iniuria, & noxæ, quæ genitorem tangerent; noluit differre supplicia, sed statim ac regni throno sedit, Adoniam quanquam fratrem Ioabum, aliósque malefactores, promerita affici morte imperauit.

SECTIO IV.

Ad sapientiam adipiscendam, breuis & præclara via, sanctæ orationis studium.

VErùm, ob nulla ornamenta tam memorandus Salomon, vel æuo suo, vel in sequuta tempora, atque ob sapientiæ laudem; 34. *Quibus modis Salomon tantam adeptus sit sapientiam.*
Sed, quibus modis tantam adeptus cognitionem? quem habuit Pædagogum? Credo equidem, Dauidem optimum Parentem à teneris annis Magistros adhibuisse excellentes, qui efformarent; at, cùm longæ in discendo traherentur moræ, nec tam tædiosi spatia ferret amator animus, volens breui compendio consummare, ad orationis præsidia confugit, *Abijt itaque in Gabaon* locum ex sacris, & postulationibus dicatum, *vt immolaret ibi*. Reg. 3. cap. 3. vers. 4 *Hic* 3. Reg. 3.
optauit, & datus est, et (Sap. cap. 7. vers. 7.) Sap. 7.
inuocauit & venit in eum Spiritus sapientiæ & præposui eam regnis & sedibus & diuitias nihil esse duxi in comparatione illius. Sed quantùm putas notitiæ hoc compendio consequutum esse? Quantum nullum vnquam mortalium

lium ingenij viribus, etsi ille maximo acumine præditus, summos nactus antecessores, librorum omnium copia instructus, & his abundans adminiculis, præterea summam adhibuerit diligentiam: quæ eius cum Salomone vel leuis æmulatio? Quippe, qui impletus fuerit, quasi flumen, sapientia, Ecclesiast cap. 47. vers. 16. *Et præcedebat sapientia Salomonis sapientiam omnium Orientalium, & Ægyptiorum; & erat sapientior cunctis hominibus.* Reg. 3. cap. 4. vers. 30 [illegible] in sanctæ orationis emphasim, quæ in mentem eruditissimos fecit! Omnes sitientes, venite ad aquas [illegible] emite absque argento, & sine [illegible] commutatione vinum [illegible]; vinum fortioris sapientiæ, in minoris doctrinæ [illegible] gustate. [illegible] te, quam [illegible] Domini [illegible] vt delectat, in meditatione [illegible], & [illegible] continuo quasi [illegible] eloquia sapientiæ suæ, ipse [illegible] faciet [illegible] nam doctrinæ suæ.

Eccli 47.

35. Si [illegible] Ioannes Euangelista [illegible] illuminatos fuisse à Verbo homines [illegible] claritatem, [illegible] entiam ac [illegible] tus est in eodem illo vitam fuisse: *Quod, [illegible] est [illegible]* cap. 1. vers. 3. *[illegible] ipso vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.* Quid hoc est, creaturas, & quæ facta sunt, in ipso vitam fuisse? Mihi quidem declarasse Angelicus Doctor egregiè visus, [illegible] Ioannes, ante tempora extitisse [illegible] da in mente diuina quasi exemplari causa; & cum vita esset diuina cognitio, quæ [illegible] tatem possibilium repræsentabat, vitam extitum fuisse agenda in Numine, in quo quæ [illegible] mortua sunt, viuebant exemplariter. Præstat autem verba sancti Doctoris transcribere ex 1. parte, quæstione 18. artic. 4. in corpore, *Respondeo, dicendum, quòd viuere Dei, est eius [illegible] gere, in Deo autem est idem intellectus, & quod intelligitur, & ipsum intelligere eius; vnde, quidquid est in Deo vt intellectum, est ipsum viuere [illegible] vita eius; vnde, cum omnia, quæ facta sunt [illegible], sunt in ipso vt intellecta, sequitur, quòd omnia in ipso sunt vita diuina;* Itaque, secundum beatum Aquinatem idem est asseruisse Euangelistam, creaturas fuisse vitam in Deo, ac fuisse intelligere Dei; Sed, quorsum opus fuerit hæc præmisisse, vt subinferret protinus illuminatos à Verbo homines esse ab ignorantia erutos; Nónne accidisse hoc poterat, quamuis aut omnipotentiam, aut æternitatem, aut de attributis aliud fuisse affirmasset? Sed attende subtilem Ioannis scopum; Narraturus erat donatos scientia mortales, *Erat lux vera* (ait) *quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, Atqui, vt docti euadessent, contemplatiuos prius fuisse oportebat; Iam vero contemplatio ad operationem intellectus spectat, vt idem S. Doctor [illegible] 1. 2. quæstione 3. artic. 5. in corpore; Porrò, quia Verbum cognitione exemplariter creaturas demonstrat, & quæ earum idea est, hæc quoque contemplatio [illegible] [illegible]: sic igitur creaturæ quo pacto viuunt in Deo, & contemplantur Deum, Quando igitur [illegible] creaturæ [illegible] Deum [illegible] templari, scientia autem contemplationi adiuncta sit iure quodam; [illegible] illuminatas à Verbo, quæ erant doctrinæ capaces, omnes creaturas, scilicet omnem hominem venientem in hunc mundum, [illegible] illustratas, vt ob eminentiam claritatis [illegible] splendorem eo affirmares, quàm ipsos esse splendores. Fr. Sherlogi Anteloq. in Cant.

Ioan. 1.

[illegible] Dei, in [illegible] hom.

Contemplatio ad intellectũ spectat.

vita erat lux hominum; Sed tam radiolum fuisse iubar, quod nec vmbra [illegible] *Et lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt*; Ad hoc forsan allusit Origenes [illegible] in Ioannem [illegible] *exponit enim [illegible] hominum lucem [illegible] eisdem est vita, & lux [illegible] enim vitam oportet [illegible], qui viuit [illegible]; non erat autem hoc consentaneum, vt [illegible] esset, qui nondum intelligitur viuere.* [illegible] Adamantij mentem, illuminationem [illegible] præcedere debuit, id est, contemplatio, id [illegible] quo exposuimus morem.

Orig.

36. Vidit Isaias Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum, & [illegible] clamantes alter ad alterum *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum.* Isaiæ 6. vers. 3. Cur non ad Angelorum imitationem [illegible] laudauit Numen. An, quia non erat guttur illi, quo dulciter caneret, & voluit [illegible] inter [illegible]? Ita quidem, & linguæ [illegible] statim significauit penitus [illegible] *[illegible], quia [illegible], quia vir pollutis labijs [illegible];* Sic enim Chrysologus explanat sermone 57. *[illegible] re, quæ [illegible] de Deo [illegible].* Dolet igitur Propheta, quod [illegible] peri [illegible] ratus [illegible] Seraphim tentauit palato [illegible] & [illegible] labiorum [illegible]: [illegible] quibus visis! *Et volauit ad me vnus de Seraphim & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum:* Atqui [illegible] quidem ex communi interpretatione calculum hunc fuisse carbonem succensum & [illegible] quem de altari [illegible] sustulit [illegible]: Verùm, quæ hæc medicina [illegible] soldanda, ad loquendum prompta? Nonne potius admotæ prunæ etiam solutam [illegible] impediissent [illegible] ætecent nimiùm atque [illegible]: [illegible] [illegible] de alta [illegible] carbonem [illegible] adhuc [illegible], vt [illegible] Præfectus, [illegible] ad labia castiganda, quale decorum est. Mihi [illegible] spiritalem [illegible] primato hanc, tum quod de [illegible] sacrificio, & [illegible] nis, altari videlicet desumptus; tum quia materialis carbo magis impediret linguæ [illegible], & obstaret eloquentiæ; Vbi igitur [illegible] carbo [illegible], accen[illegible] oratione quidem: ita [illegible] Psalm. 38. *Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescit ignis;* Quæ in verba Commentarius sub nomine Hieronymi *Quid [illegible] medi[illegible] baris? Illud, [illegible], qualiter [illegible] possem, qui peccata [illegible] [illegible] Spiritus sanctus, de quo [illegible] [illegible] erat dicebat [illegible] cor [illegible] [illegible] Scripturas* [illegible] ego [illegible] carbo [illegible] quæ incensus [illegible] Seraphim vt labia erudita [illegible], & [illegible] valeant eiusmodi [illegible] & non nisi in altari [illegible] Plane insinuat, [illegible] habet [illegible] eloquentiam [illegible] si quis flagret [illegible] sedulus [illegible] [illegible] [illegible]

Chrysol.

In oratione calentib. pectoribus ignitæ que purgantur labia, inueniuntur.

Hieron.

Isai. 6.

Sauli absque consilio disputationum, & doctrina pluuia, per orationē à Deo venditus. Steph. apud Tilm.

sima extasi gloriabatur se Iesvm scire, & hunc, ob plagas multas non habentem decorem, cùm tamen sic vulneratus esset speciosus coram Deo præ hominum, Angelorumque pulcherrimis: Stephanus apud Tilmannum, in Allegoriis Bibliis, ad quartum Regum Textum: *Non videbis ventum, id est, conflictus disputationis, neque pluuiam doctrinæ, & alueus replebitur aquis scientiæ; Hoc sæpè videtur in claustralibus, qui Scholas non intrant, nec disputationibus intendunt, & scientiam habent per gratiam: Vnde, Ioannes, Non necesse habetis, vt aliquis vos doceat, sed vnctio eius docebit vos in omnibus.*

43. Ioan. 21.

Postquàm de mortuis Seruator euigilauit, ad Tiberiadis algas discipuli retia trahebant: mane autem facto stetit Iesvs in littore non tamen cognouerunt discipuli quòd Iesvs est, Ioan. c. 21. vers. 4. Sed ecce, dum cæteri caligant, prorumpit Euangelista, quem diligebat Magister, *Et dicit Petro, Dominus est*: Verùm, cur non indicat ante Ioannem Simon Apostolorum Vertex? Nónne enim hic est, qui sciscitante Christo, quem dicerent homines esse Filium hominis, inter absurdas multitudinis opiniones edidit memorandum testimonium, Filium Dei viui pronuncians? Qui igitur ad Diuinitatem vsque penetrauerat iunior adhuc in Schola Redemptoris, cur nunc adultus Discens humanitatem ignorat? An ideò Ioannes plùs videt, quoniam ardentiùs amat? Sic putauerit Chrysologus sermone 78. *Primus, qui diligitur* (inquit) *videt, quia semper amoris oculus acutius intuetur; & semper viuaciùs, qui diligitur sentit.* At non plùs amasse Ioannem, quam Petrum Augustinus contenderit tract. 124. in Ioannem: *Porrò quod Apostolus Petrus* (ait) *plùs aliis dilexerit Christum, possunt quidem documenta multa proferri: sed, vt longè in alia non eamus, in ipsius tertia manifestationis Domini paulo superiore lectione, quæ istam præcedit euidenter satis appareat, vbi interrogans eum dixit: Diligis me plus his?* Quæ fusiùs pergit ostendere: Quando igitur non fuerit vehementior Ioannis amor, quàm Petri, non ideò potiùs vidit, quoniam plùs amaret: Quare ergo? Sanè, vt idem sanctus Doctor asserit eodem tractatu. *Duas sibi vitas diuinitus prædicatas, & commendatas nouit Ecclesia, quarum vna in labore, altera in requie; vna in opere actionis, altera in mercede contemplationis:* Porrò, ex his duabus vitis, eam quæ in actione est, Petro adumbratam; illam, quæ theoriæ vacat, Ioanne repræsentatam affirmat; Cui subscripsisse videatur Arnoldus Carnotensis tractatu de septem verbis Domini, ad verbum *Mulier, ecce filius*, &c. *Petro* (inquit) *commendatur Ecclesia, tibi* Maria: *illi tumultuosa negotia; tibi pacifica; illi atria, & vestibulum, & altaria sanguinum; tibi commendatur altare incensi, & Sancta Sanctorum. Ad culmen mysterij tui nullus tecum admittitur.* Ergo, si Ioannes vitam speculatiuam, Petrus actionem designat, cùm acumen in videndo, atque scientia perspicacior contemplationi annexa sit: quid mirabile, si quod alij intueri non valeant, Ioannes discernat? & caligantibus eorum luminibus Ioannes indicauerit eum, qui in littore stetisset Iesvm Præceptorem fuisse?

Amor acuit intellectum. Chrysol.

August.

Petrus an plùs amauerit Christum, an Ioannes Euangelista.

Arnold.

44. Totus in Rachele Iacob, pro Rachele septem anni, atque illis emensis iterum septem, atque omnes pauci videbantur nimiùm æstuanti: Nihilne pro Lia, ô sancte Patriarcha? Non annus vnus, non mensis saltem, aut dies, aut hora? Quæ hæc tam formosa, quæ sic illaqueat, sic vendicat sibi totum, vt sorori nihil relinquat? Dicet vobis egregia eloquentia Richardus Victorinus in Benjamin minori, lib. 1. cap. 1. *Sed iam, quæ sint istæ duæ vxores Iacob? Rachel, doctrina veritatis; Lia, disciplina virtutis: Rachel, studium sapientiæ; Lia, desiderium iustitiæ. Sed scimus Iacob septem annis pro Rachel seruisse; & tamen videbantur ei pauci præ amoris magnitudine: Quid miraris? Secundum magnitudinem pulchritudinis erat magnitudo dilectionis. Certè, si in laudem sapientiæ aliquid iuuare voluero, minus erit, quantumcunque dixero; quæ enim sapientia ardentiùs diligitur, dulciùs possidetur? Eius decor super omnem pulchritudinem, eius decor omnem excedit suauitatem: Quid ergo mirum, si Iacob in huiusmodi sponsæ amore flagrabat, & si tales ignes, si tanta dilectionis flammas temperare non poterat? O quantum amabat! qualiter eius dilectione flagrabat!* Igitur Rachelis cùm arderet amplexus Iacob, mancipium Labanis vltronè factus est; Sed, in quibus seruiuit? Nempe, in pascendis gregibus: oues ducebat in saltum, ad pratum, ad fontes, hæ exercitationes, syluæ comites, & eremus desiderium: At, cur non in aliis tenuit Laban? Frumenta sereret, amputaret viticam, oleum sub autumno exprimeret, rem domesticam procuraret? Cui potiùs, quàm cognato, credidisset familiam? Tam rudis Iacob, vt nihil præterea sciat? Oues solùm nouerit ad pastum mittere, ad caulas reuocare? Verùm prudenter Iacob non aliam quàm pastoritiam artem velit tractare, quippe ambiebat vehemens procus Rachelis; id est sapientiæ nuptias: Has autem vt consequeretur, contemplatiuum esse oportebat: non enim cum sapientia inite connubia, nisi speculantibus concessum: in horum illa amplexus atque oscula ruit hilaris: Sed, quemadmodum contemplari didicisset Iacob, nisi apud eremum, vbi nullus tumultus, qui assurgentem suopte ingenio animum inquietent? Sic quondam factus magnus contemplator, & citharœdus insignis Dauid: Athanasius homil. de semente: *Dauid, cum in solitudine pastorali ageret, nec esset cum quibus loqueretur, citharam compinxit, ex cuius concentu duo in primis consequebatur; quod & inde solitudinem suam mitigaret, & Psalmos caneret, & modulationis fructum perciperet, & pietatem adiuuaret: psallebat quoque multifaria miracula Dei*: Ita igitur & Iacob, vt psalleret, vt ore, & mente in diuina encomia prorumperet, pastorum dilexit ministeria, pastorum moratus tabernaculis: Quidni enim? Sapientiæ coniungi optabat; hæc autem contemplantium sponsa est: Igitur pastor, ideò vt contemplaretur; contemplabatur autem sapientiam meditando consequuturus; & quoniam orationis, speculationúmque labore adipiscitur sapientia ab his, qui pro ea suspirant; proptereà Salomon, cùm præ omni solatio ambiret sapientiæ thalamos, hanc vt adipisceretur, ipso Monarchiæ exordio in Gabaon profectus est, orationi vacaturus: fuitque cogitatio felix: nam bibit de sapientiæ plenissimis fontibus vsque ad satietatem.

Rich. Vict.

Solitudo contemplationi deseruit.

Athan. Dauid solitudinem solitudinis leuabat mœrorem.

* * *

Sectio.

SECTIO V.

Quale unicuique nomen, tales debeant esse & mores; turpe ementiri factis decoros titulos.

45. SAlomon, Pacificus nomine, imperio concors: Vis scire multitudinem pacis, cùm regnaret? *Habitabátque Iuda, & Israel absque timore vllo, vnusquisque sub vite sua, & sub ficu sua, à Dan vsque Bersabee cunctis diebus Salomonis*: Dignus planè tam ingenti principatu, qui, quod nomine spondebat, opere exequutus. Vtinam habiturus gloriæ multos commilitones? Sed itur in aduersum à mortalium plurimis: Atque ille quidem toto gestu Philosophus: hunc & neglectus capillus, & in mentum diffusa barba, & pallium lauidense, déque fundi tinctura, & contempta oblonia, deiecti oculi significauêre. Longe tantisper, obsiste ambitiosæ mentis superbis cogitationibus; experieris continuò solam Philosophiæ vmbram: nullus tam biliosus sermo, tam mordax calamus: atque in his (quod mirere supra modum) obsequium, & Ecclesiæ, & Superis præstari audax contendit: Alter quispiam superciliis & fronte Cato, toga Aristides, verbis nouus Socrates; quantum Reipublicæ columen facie tenus? Insidiatur in occulto furcifer, & callida fraude pauperum rapinis deuastat tabernas, locupletúmque turres Harpyia crudelis: Vbi timor, vbi sensus, vbi verecundia? Aliud apud vulgus ostendisse, aliud in operta, & in cubilibus? [illegible] Sanctis inuitam nationem, & Christo exosam [illegible] cum his dissimulet, quod vel amicos habiturus sit.

46. Dum transiret Seruator, præcurrens Zachæus Publicanorum Princeps ascendit arborem sycomorum, vt videret eum. Luc. cap. 19 vers. 4. *Suspiciens autem* IESVS *vidit illum, & dixit ad eum. Zachæe, festinans descende*: Verùm occurrit Chrysologus sermone 54. & interrogans: *Si benè* (ait) *ascenderat, quare ei dicitur, descende*? Porrò optimè ascendisse appareat: nam scandit lignum, vt auctorem vitæ intueretur, probauitque rerum melior exitus fortunatam extitisse scansionem: igitur, si bonus ascensus, quorsum imperat Redemptor, vt descendat? Nimirum arbor illa Crucem Domini repræsentabat, atque in stipite sublimis Zachæus, Crucifixorum vnus videbatur. *Antè Zachæus* (subnectit Chrysologus) *ascendit arborem, quam Crucem Dominator ascenderet: hinc est, quod dicitur ei, Festinans descende*: At, nónne Christo gratissimum, Zachæum de Crucifixorum purpurata militia esse? Quid ipse inclamat, quid Euangelio intonat, nisi vt Crucem baiulent, qui velint eius imitatores esse? Quorsum igitur displiceat Zachæus, quoniam de Crucifixorum notis glorietur? Animaduerte diligentius, Zachæum tum, cùm inter Crucifixos numerari auebat nondum valedixisse malè partæ substantiæ, quam multam possidebat: Desiderabat igitur Publicanus Crucifixorum titulis nobilitari? (erat nanque hoc eximiè gloriosum, & apud Deum, & apud homines:) at Crucifixorum mores respuebat omninò: nam interim domus omni lautitia abundans, abaci, tapetia, famulorum greges, mensa ad lenocia, & gulam instructa, & totum istud de spoliis pauperum: Quoniam igitur Christo videbatur indignum, vt Crucifixi nomen haberet, ab onere, & moribus abhorrens, præcepit, vt è vestigio descenderet: *Descende ergo* (loquitur Chrysologus) *vt deponas tanta fraudis onera, pondera cupiditatis, vsurarum molem, magisterium publicam, exactionis crudelissimæ principatum: expeditus intres pauperis Scholam, discipulatum misericordiæ, pietatis vsum, patientiæ disciplinam, studiis virtutum, scientiam Diuinitatis, tolerantiam passionum, Philosophiam mortis, atque inter vitalis ligni ardua tam perfectus ascendas*: Scilicet, cùm huiusmodi fuerit Zachæus, qui nihil de hoc mundo habeat, qui omnia tanquam stercora despiciat, vt Christum lucretur, tum poterit inter Crucifixos censeri: O vos, quibus cùm diuinior fuit cogitatio, sub Crucifixi vexillis placuit dies paucos, & breues huius vitæ traducere; attendite & videte, si nominibus mores consimiles: Quorsum apud Crucifixum tam varia, tam diues supellex, & illa in picturis tanta laus, in mensa, in reclinatorio, in thalami vniuersa facie? Vereor, ne & hos descendere iubeat, cùm apparuerit signum Filij hominis, & venerit cum potestate magna: Aderunt dies illi, & non elongabuntur. O si non Crucifixi, sed potiùs crucifigentes multi inueniuntur, qui de Cruce tamen sibi speciosè plaudunt!

Tabescebat longa fame vniuersus Israël, & 47.
iusto Domini Eliæ non deerant alimenta: non si abundasset à fructibus terra Chanaan fuisset lautior mensa Prophetæ: Cura est Numini de Sanctis suis; atque Regum aulæ inediam patientur, iusti autem saturabuntur, & comedent in lætitia: Igitur sedenti torrente Carith, qui est contra Iordanem corui deferebant ei panem, & carnes manè; similiter panem, & carnes vesperi, & bibebat de torrente. Reg. 3. cap. 17. vers. 6. Abiêre famis tempora, & Iezabel, impotens femina, persequi Eliam aggressa: Nec sustinuit mulieris iram contra viros robustus Propheta: Igitur eremum petens, cùm viuere tæderet, obdormiuit in vmbra iuniperi: Excitauit soporatum Angelus, & iussit, vt comederet, quoniam grandis ei restabat via: Vah! quàm grandis, cùm & ipsos quadraginta dies ambulare oporteret? Experiamur quos attulerit cibos supernus Legatus tantæ peregrinationi? Nimirum, subcinericium panem, & vas aquæ. Regum 3. cap. 19. vers. 6. Quid verò hoc? Cùm sederet quietus in herba prope torrentis hilares cursus, afferebantur carnes, tum, quando, neque labor, neque fatigatio: modò, cùm ad iter quadraginta dierum accingitur, minor est esca, & demuntur carnes, præcipuum robur allaturæ? Sed intuere: Cùm in torrente Carith sederet Elias, omnia in pace erant; pace autem vigente omnia iucunda sunt; quare & iucunda decens tempora, lautior Vati exhibetur esca, de carnibus, nimirum: cùm verò insaniret Iezabel, persequutio regnabat, eius autem, qui sub persequutione est, tristis & deiectus est habitus: Vt igitur mores nominibus compararentur, quando Elias de iis, in quos persequutio deseuiebat; horum autem, sicut vile est nomen; ita & cibi & vestis, & reliquus ornatus, voluit Angelus eos tantùm afferre cibos, qui afflictorum proprij, panis autem esca lugentium; carnes in hilaritate positos decuêre: atque ideò cùm à vultu Iezabelis fugeret

Luc. 19.

Chrysol.

Zachæus ex arbore iubetur descendere, ne de Crucifixi titulo glorietur qui adhuc Crucifixi mores abhorrebat.

3 Reg. 17. & 19.

Persecutionis tempore ieiunandum.

de Oceano extractæ? Quid puerum fatigat Elias & to... ut contra mare prospiciat. Ecce, ut dicebamus ex Hier... Episcopo Ioanne nubes illa, MARIA erat: igitur, etiam pusilla, & breuis exti... fiet, & non maior hominis planta; tamen aquarum talia emisit diluuia, qualia vix possent ingentes, & diu concretæ nubes; Itaque mirandum videbatur, tantum potuisse infantulam nubem, quantum non valerent grandes & opacæ. Hæc MARIAM deprædicant, ho... eius encomium. Ferebatur inter Matris brachia, ambulare impotens, alebatur lacte, fundi nescia; nubecula plan... quanto fluminis impetu læti... Dei in tanta imbecillitate? Non, si Martyres producantur, non si Prophetæ, & Apostoli tales darunt imbres, quales infantula vna balbutiens adhuc, & ad vbera anhelans: hoc igitur est, quod visa à pueto nubecula, tanquam si multæ, spissæque apparuissent nubes, Elias prænunciauit, vndarum quasi cataclysmum futurum; nimirum, quoniam in nubecula MARIAM contemplabatur, quæ in vitæ inchoamento superauit gloriam veteranæ militiæ, & epoto lacte, Martyrum cruentas vicit pugnas.

5. Plurimúne hoc ... arbitramini? Perpendite tamen per... qui d in Præcursore Ioanne summum est; Quid illud? Nempe, de eo Seruator: *Non surrexit ... inter natos mulierum Baptista maior:* Qu... eloquij sensus, aut quorsum mortalibus vniuersis, exceptis... Mater, & Filius Christi, anteponitur Ioannes. An ob vitæ sener... ob prædicatio... ob secessum? ob decollationem? Si ... omnia ista in al... quoque ... Vide peculiare Cæsarij

Cæsar. Nazianzeni fratris ... tertio Dialogo; *Maior enim ... inquit ... mulierum Ioannes, quod cum ... in vtero materno esset, ... vitam nondum attigisset, ... instrumento materno linguæ ...* Itaque ob id reliquis præstantior Baptista, quoniam adhuc genitrici aluo ... rincinatione perit; Verùm, hoc quemadmodum tam stupendum? Hauriemus ex Gregor. hom. 2. in Ezechielem, ad

6. Prophetia quæ alas idonea? Gregor. p... verba: *Et ... est in tricesimo anno,* &c. *Hoc autem quod dicitur ... quia tricesimo anno ... prophetiæ accepit, indicat aliquid nobis eo sidera dum videlicet, quia iuxta rationis ... doctrina sermo non suppet ... nisi in ætate perfecta. vnde & ipse Dominus anno duodecimo ætatis suæ in medio Doctorum in templo sedere non docens sed interrogans voluit ... ut enim non auderent homines in infirma ætate prædicare ille anno duodecimo ætatis suæ interrogare homines est dignatus in terra, qui per Diuinitatem suam semper Angelos docet in cœlo.* Nec

Ioannis Baptista in vtero ... gloria. moror, an hæc Gregorij expositio genuinam Historiæ medullam expresserit, de quo do... Hieronymus ad exord um Ezechielis; tantùm illud aduertimus, ... prophetiæ tempora, vt monet sanctus Pontifex ... rationis ... ætatem ... ergo hoc est, quod in Præcursore stupe... demiratur Cæsarius; nihil hæc ... prælat... hominibus asserit; quoniam, ... ist... d assequitur, cùm nondum nasci ... quod alij Propheta ... tricesimo ætatis anno; qualis ... Ezechiel ... in matris vtero Præc... ... viros nondum mammam ... quasse ... quis non surrexit maior

inter natos mulierum; Si tantus igitur Ioannes, quoniam in genitricis claustro vaticinans; qualis, quantaque MARIA, quæ matris amplexa cerui cem, plùs lac attrahendo meruit, quàm Ioanne ipse, cùm grandior factus diu, noctúque sub aperto cœlo tolerabat inimicum imbrem, æstus, pruinam, socius bestiarum, inuestis, neque comedens, nec bibens; Ergo, si tanta Ioannis gloria, quoniam visceribus affixus, id assequutus est, quod Ezechiel tricesimo vitæ anno; quàm egregiè MARIÆ honor, quæ mammando plus Creatorem rapuit, maiorem acquisiuit gratiam, qu... Ioannes cùm per ... lætus obtulit iugulum, & perpetrauit squalorem carceris innoc... ... timæ cruor virgineus? Igitur supra omnem putam creaturam MARIA, quæ quando min... etiam Ioanne cum maximus ext ... maior fuit.

Ac sanè Isaias ... de venturo Messia stupenda prædicere vellet, teneræ ætati ..., quo potuit verborum cothurno describere aggressus; *Quia antea quàm sciat puer,* inquit c. 8. v. 4. *vocare patrem suum, & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci & spolia Samariæ coram Rege Assyriorum.* Quam orationem ipso mirabilem ... Athanasius dum ventilat apud Leonem de Castro ex lib. 1. de Incarnatione Verbi, exclamat. *Quis vnquam genitus Rex, priusquam patrem, aut matrem vocare posset, regnauit, & accepit hostium spolia? Nonne Dauid, cum triginta esset annorum, suscepit regnum? Salomon adultus regnauit Ioas annos natus septem: Iosias item septem annorum? Sed hi omnes patrem & matrem vocare poterant ... quis est ergo, qui fermè antequam nascitur, regnat, & hostiu spolia diripit? Quis huius modi fuerit Rex Iudæ aut Israel dicant Iudæi?* Igitur, antequam milite... conscriberet, vexillum eleuaret, coroua atque lituum raucum streperent, fasciatus & mansionis Magos e longinquo vocauit vagientem adoraturos, Herodem, & Hierosolymam conturbauit, idola se obmutescere; Hoc ab Isaia nunquam satis laudatum, potuisse, antequàm nosset voc... pa trem aut matrem ... vbera epotat, ... potentissimi Monarchæ legionibus, & omnibus belli præsidiis instru... non valeant. Sed pauca ... ba melioris styli Tertullianus percipite, quæ ... uersus Iudæos: *Scilicet, ... ad arma esset ... infans, & si ... non tuba, sed crepitaculo daturus; ... vel de muro, ... de matricis & gerulæ suæ dor... ... hostem designaturus, atque Damascum, & Samariam pro mammis subacturus:* E... & mater assimi... tur, ... quoque, dum lacte genitricis alitur, spolia refert: quàm ampla, quam magnifica arbitramini? Si ... optimos quosque Imperatores, non tantùm lapi... Stephanus, non decollatus Iacobus non crucifixus Petrus gloriosa Martyrum præmia, inclytæ laurus, sed donec cum MARIA fugiente non conferantur, vicit Christus infans Dam... robur superauit Assyriorum Regem; vicit MARIA infantula Martyrum brauia, & lacte potuit, quod sanguine abundanter stillato illi non potuere.

Isai. 8. | Athanas. Leo Castr. | Tertull. | Vt Christus infans ... abstulit spolia, sic & MARIA.

4. (right margin, beside "Ac sanè Isaias")

5. Sic de Filio loquutus Isaias quæ Matri accommodatiuus hanc autem sub virgæ nomine significauit, cap. 11. v. 1. *Et egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet:* nam MARIAM esse virgam Tertullianus docet lib. 5. contra Marcionem, cap. 8. August lib. 3 de symbolo ad Catechum. c. 4. Ambrosius lib 2. de Spiritu sancto, c. 5. & alij sæpè Sed, quæ noua forma erum-

Isai. 11. MARIA, virga Iesse. Tertull. August.

pendi

pendi in flóre? de radice quis vidit alterius orbis fortaſſe arbor: nam apud nos expanditur in ramos truncus, & Fauonio aſpirante, parturiunt ligna ſyluarum primùm foliorum tapetia, deinde flores: latent arcana, & Spiritus in his inueſtigandus, non littera: Ita quidem: ergo florum emblemate, & virtutes, & Sanctorum egregia exempla intelligere valeamus cum Beda Venerabili ſic conſtruente ad illud Cantic. e. *Fulcite me floribus*, &c. Radicem verò arbuſti initia prima, Marianæ vitæ exordia non incongruè dixerimus: Quid ergo in vitæ limine, cùm egeret lactis alimento, cùm matri puſilla blandiretur, virtutibus fulſit? Hæc verò nónne ætatem poſtulant, ſequiorem annos, quando etiam in iuuenibus rara virtus? At hoc priuilegium hoc MARIÆ ornamentum: ante annos, atque ante corpus claruiſſe virtutibus: de huius virgæ etiam radice progerminant flores, & cùm rationis expers videretur, intus cum Deo agebat, quid quidve Sancti poſt longam exercitationem adepti hoc illa infinito penè ſuperauit interuallo, tum, cùm mammaret, cùm balbutiret.

Beda.

6. Aliquidne horum myſteriorum in throno illo, quod tanto ingenio cõſtruxit Salomon, tanta fabricauit arte, *vt non ſit factum tale opus in vniuerſis regnis?* Regum lib. 3. cap. 10. verſ. 20 Et quidem MARIAM ſignificaſſe receptiſſima ſententia: Dabo vnum Guarricum Abbatem ſermone 1. in Annunciatione Virginis; *Quam nitidum ebur illud, quod oculis tanti, támque diuitis Regis placuit. in cuius diebus argentum nullius eſt pretij! quam frigidum, quod nec in conceptu incaluit? quàm ſolidum, quod nec partus violauit? quàm candidum ſimul, & rubicundum, quod candor lucis æternæ, ignisque Spiritus ſancti vniuerſa ſui plenitudine repleuit; MARIA ſiquidem & ipſa candidior niue, rubicundior ebore antiquo*, &c. Ac ſanè in ebore intermiſſam candore purpuram Latinus Poëta docuit; nam de Lauinia. lib. 11.

3 Reg. 10.

Guarric.

Virgil.

In ebore intermiſtus candor rubore.

—— cui plurimus ignem
Subiecit rubor, & calefacta per oſſa cucurrit:
Indum ſanguineo veluti violauerit oſtro
Si quis ebur, vel miſta rubent vbi lilia multa
Alba roſa.

At, quomodo rubicunda MARIA, quæ paſſa non eſt? (nam cedamus, ob virginitatem candidam nominari) idcóne, quoniam corde vulnerata, cuius nimirum, animam pertranſiuit gladius? Sic Guarricus citata homilia: *Cui, ſcilicet,* (inquit) *incomparabilem caſtitas candorem, & charitas, ſeu martyrium rutilantem præ antiquis electis noſcitur contuliſſe ruborem: nam & ſuam ipſius animam pertranſiuit gladius, vt Mater Summi Virginis, & Martyris eſſet & Virgo ipſa, & Martyr, candida, & rubicunda quemadmodum dilectus eius candidus, & rubicundus.* Sed ebur, quod imum in throno occupabat, erátque ſuperſtructorum baſis & fundamentum, ego ad Marianæ vitæ primordia referam: ergo initia illa, quibus ſuperiacta reliqua, ebur in throno eſt: Verùm, quo pacto tunc infantula, & mammans candida & rubicunda? Egregiè ædepol, ſcilicet, à lacte, quod potabat, hauſtus illi ſugentis & candidi, atque purpurei: à lacte candidi, cuius natura albor; à martyrio ſanguinei, non quòd pateretur, quæ vix ſanguinem præ teneritudine habebat, qui fundi poſſit; ſed, quoniam mammando Martyrum gloriam vincebat: ergo illi lac, quod Martyri ſanguis, ac proinde à lacte cruori-

fero, & candida ſimul, & rubicunda: ebur denique. in quo aſſociantur rutilum cum albo.

Dubiumne vobis appareat? Attendite ad Guarrici effata: *Vt Mater (ait) Summi Virginis, & Martyris, eſſet & ipſa candida, & rubicunda, quemadmodum dilectus eius candidus, & rubicundus.* Igitur ad ſimilitudinem dilecti candidam & ruſam ſimul eſſe velit Guarricus; atqui dilectus eius à lacte ſanguineo purpureus, atque vnà rubicundus: Lubétne intueri? Diſcite à Ioanne: *Hi ſunt* (inquit Apoc. 7. verſ. 14.) *qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt ſtolas ſuas. & dealbauerunt eas in ſanguine Agni:* Sed quidem lauerint, nam & ſanguis etiam liquor eſt; Verùm, quo more dealbauerunt? Nónne ſanguis tingit, & inficit potiùs, quàm mundat & dealbat? niſi peculiare hoc ſit Agni cruori, dealbare. cùm hircorum, arietum, & cæterorum animalium ſanguis inficiat, & deturpet? aut certè opinabimur, huius immaculati Agni ſanguinem, cùm cruor eſſe non deſinat, ſimul de lactis participare natura? ac proinde ad lactis normam candida reddere quæ perfundat? Non reſpuerit Bernardus ſermone 1 in die ſancto Paſchæ: *Aut certè* (inquit) *candidas in ſanguine Agni nouelli, ſanguine lacteo, candido & rubicundo: ſicut habes in Cantico Canticorum: Dilectus meus ait Sponſa, candidus & rubicundus, electus ex millibus.* Igitur, quemadmodum Filij cruor, & ſanguis eſt, pariter & lac: ſic quem bibit Mater infantula laticem, & lac eſt pariter & ſanguis: ergo, ſicut ille à ſanguine lacteo candidus ſimul & rutilans: ſic iſta à lacte ſanguineo candida erit vnà, & rubeſcens. vt ſic ad Guarrici mentem, quemadmodum dilectus eſt candidus & rubicundus, dilecta iam ſit candida & rubicunda.

Apoc. 7.

Stolæ Sanctorum quomodo in ſanguine Agni dealbatæ?

Bernard.

Expendamus iam Arnoldi Carnotenſis breue & arcanum dictum tractatu de ſeptem verbis Domini. ad verba illa: *Mulier, ecce Filius tuus,* &c. *Filius* (inquit) *ad pectus Matris, & vbera; Pater ad Filij Crucem, & vulnera reſpiciebat: Et quid inter hæc tanta pignora non mouerent?* Ac quidem ſine multo labore capio, Genitor quamobrem Filij vibices contemplatus ſit, nempe, vt indignationem, & iram furoris deponeret, quam aduerſus mortales, ingratum, & perfidum genus, conceperat iuſtè; nam mox vt in faciem Chriſti ſui lumina conuerterit, placabitur ſuper delictis hominum. Bene ita de Patre; Sed Filius cur ad Matris vbera aſpectat? an ſignificare volens nimiam charitatem, qua ſemen Abrahæ dilexit pro cuius amore, quanta cum voluptate infans paucorum dierum lactis ſuxerat fontes, tanta ſanguinem profudit, ergo non minùs dulce pro homine vulnerari, & cruorem per multa eiaculari oſtia, quàm de Genitricis pectore, infantili auiditate lac haurire, proinde in Matris vbera fixus? Num illud tamen, quoniam Pater ſanguinis delectatus aſpectu, pretium oblatum à Filio indicabat, & redemptam Adæ captiuam ſtirpem? Sed Gnatus ſubitò in Matrem intuens, tranſlatam in eam innuebat redemptionis gazam; proinde ſi quid vellent in poſterum mortales ad Matrem confugerent, cui theſauri diſpenſatio crédita: Hoccine illud apud Bernardum ſermone 2. de Natiuitate MARIÆ: *Intuere ô homo consilium Dei: agnoſce conſilium ſapientiæ, conſilium pietatis: cœleſti rore aream rigaturus, totum vellus prius infudit; redempturus humanum genus, pretium vniuerſum contulit in* MARIAM: An denique id manifeſtaſſe dé-

8.

Arnold.

Theſauri Chriſti in manibus poſiti MARIÆ

MARIA *parata pro hominibus mori.* sideràuerit, MARIAM se spiritalem hostiam obtulisse pro salute mundi, & paratam mori, si puræ exsecraturæ meritis chirographum delicti abrumpi posset? Sage Filium ad Matris angustias, quas iuxta Crucem sustinuit, attendere, hominum cùm miseraturus esset: verùm si Genitricis acerbitatem contemplatur, non potiùs ad singultus & lacrymas, quas profuderit, respexerit, quàm ad mammas? En quid cogitauerimus de sitis.

9. Quemadmodum Genitori reconciliauit obstinatos Gnatus; ita Filio reconciliauit Genitrix: Filius intercessor coram Patre; Virgo Mediatrix apud Filium, dicit Ephrem oratione ad Virginem, *Per te reconciliati sumus* (inquit) *Christo Deo meo, Filio tuo; tu captiuorum redemptio, & omnium salus, aue, Mediatrix gloriosissima. Aue, vniuersi terrarum orbis conciliatrix.* Quo autem pacto theologicè, atque secundum ipsam proprietatem eiusmodi nomina, quibus Deiparam compellant frequenter Patres, redemptricem, auctricem meriti, reconciliatricem vocantes, intelligenda sint, ostendit Suarius tom. 2. in 3. part. disputatione 23. sect. 1. nunc largè vtamur, prout illis mos; Intuere ergo Sacramenti nucleum: quod in oculis Panis, Filij sanguis est; hoc ante conspectum Filij, lacatque vbera Genitricis; Non differunt, & lac, & sanguis: quoniam & sanguis instar lactis dealbat stolas eorum, qui venerunt ex magna tribulatione, sanguis, nempe, Filij; & lac Matris instar sanguinis purpurat, reconcilians Filio peccatores; Hoc ergo est, quod cùm Pater ad vulnera Filij respectat, Filius ad Matrem oculos vertit, in vbera & lactis fontes defixus: vt significet, quod apud Genitorem Gnati cruor valet, hoc apud Filium cum analogia quadam Matris valere lac.

Ephrem.

MARIA *redemptrix quomodo.*

Suarez.

MARIÆ *vbera coram Filio, quantum possint.*

10. Igitur Filius per sanguinem, Mater per lac reconciliat, & sanguis enecat hostem, expolians potestates, & principatus; & lacte etiam moritur inimicus: Quantus aduersarius Sisara? quibus populum fidelem modis afflictauit? Sed in manu feminæ cecidit tandem superbus, & crudelis draco, & lacte consopotauit in necem: nostis Historiam: Sisara fugiens peruenit ad tentorium Iahel vxoris Haber Cinæi, qui lympham cùm peteret, aperuit illa vtrem lactis, & dedit ei bibere, & operuit illum; Sed, quare pro aqua lac porrectum? Scilicet, vt interficeret, Egregia imprimis femina, quæ lacte sæuum bellatorem prostrauit; Cerne quibus encomiis Debbora, & Barac euexère? *Benedicta inter mulieres* (Iudic. cap. quinto. versiculo 24.) *Iahel, vxor Haber Cinæi, & benedicatur in tabernaculo suo, aquam petenti lac dedit, & in phiala Principum obtulit butyrum.* Sed tu, cùm inter mulieres benedictam percipis, non statim de Matre Domini cogitaueris: Ergo illa Iahel: illa, quæ lacte aduersarium extinxerit. At quem deleuit inimicum? *Sic ergo intelligendum est* (inquit Adamantius homil. 5. in Iudicum c. 4.) *& Sisaram istam animalem hominem, & vitiorum Principem extinctum: sed vt aquaque anima satis agat lacte isto euangelico atque apostolico sopire in semetipso & extinguere Sisaram: si enim per hæc adoctus, quis mortificauerit membra sua, quæ sunt super terram, auaritiam, fornicationem & cætera, quæ Sanctus Apostolus enumerat, Sisaram in semetipso videbitur peremisse.* Igitur quemadmodum Sanguis Christi emundat nos à concupiscensiis, quæ militant in carne nostra, & vires suppeditat, quibus edomantur passiones; sic Virginis beatæ lacte, atque vberibus (nempe, ob maternæ lactationis meritum) filius ex congruo largitur, quibus vincatur Sisara, animæ hostes omnes perimantur.

Iudic. 5.

Nunc intelligite, quid Præco Isaias inclamitet, cap. 55. vers. 1. *Omnes sitientes, venite ad aquas: & qui non habetis argentum, properate, emite & comedite: venite, & emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum, & lac.* Et sanè vinum Christi significauerit Sanguinem, vt in hæc verba intellexit Procopius; nam & de hoc vino senex Iacob Genes. 49. 11. *Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum.* eò, nimirum, quòd sanguine indumentum humanitatis respersum est; Vocantur igitur nationes (vt animaduertit Lyra) ad hauriendum de fontibus Seruatoris, vt bibant de nectare effusi in ligno sacratissimi cruoris, & inebrientur, & deponant mœrorem antiquum, quem Adæ infelix gula attulerat; Sed, quid de lacte? num, quia & sanguis etiam lac est, & dealbat in lactis morem, vt in superioribus dicebamus? An simul & ad Filij vulnera, & ad Matris vbera inuitati, vt lactentur ab vbere, pascantur à vulnere? At, nunquid MARIA pro hominibus crucifixa est? Neutiquam: Quomodo igitur vbera proderunt, quando sanguis requiritur? Profuerint in omnem modum, quoniam virtus sanguinis in vbera translata est per misericordiam & indulgentiam Filij; *Altius, ergo intuemini* (suauissimè Bernardus sermone de Aquæductu,) *quanto deuotionis affectu à nobis eam voluerit honorari, qui totius boni plenitudinem posuit in* MARIA, *vt proinde si quid spei nobis est, si quid gratiæ, si quid salutis, ab ea nouerimus redundare, quia sic voluntas eius est, qui totum nos habere voluit per* MARIAM; Præclarè igitur Isaias, & vulnera, & vbera coniunxit, vt in quibus sit eadem salus à vulneribus ex condignitate, & meritum proprium à Verbi infinita sanctitate, in vberibus propter Filij ordinationem, & beneplacitum; *quia sic* (ait Bernardus) *voluntas eius est, qui totum nos habere voluit per* MARIAM; Et contemplare admirabilem prouidentiam: Vinum forte, atque austerum erat: verebantur paruuli, gustare: miscuit ergo lacte: Declarabo similitudine: Christus ignis consumens erat, metuebat accedere peccator: MARIÆ vestimentum factus est: nàm vidit Ioannes mulierem amictam Sole, Apoc. 12. apposita est ergo MARIA tanquam nubes Soli, quò possint ægri mortales vehementis syderis perferre violentiam, vt multis declarat Claræuallis Abbas sermone 1. de Natiuitate Virginis: Igitur, quemadmodum Solem suum temperauit Christus; adiuncto de MARIA indumento: sic, vt vinum eius pusilli bibere possent, & sanari, miscuit ex hoc in illud MARIÆ lacte admoto: Pulchrè itaque Isaïas, omnes properare iubet, neminem deterreri: Qui magnus, & robustus est, vinum habet: cui neque dentes, neque stomachus, a lacte fomenta accipiet: Igitur, quòd Scripturæ sacræ Auctores momento docti euadunt, & compendio acquirant, pro quibus si laborent alij, nec plurimo sudore adipiscantur: quòd his leue, quæ cæteris onerosa, Reginæ cœlorum prærogatiuam insinuant: scilicet, illa gratia plena ab initio, dum matris aleretur pectore, & placidè sugeret deliciosam lactis venam: dum ipsa sacro fœtui mammam cum infinita voluptate extraheret,

11. *Isai. 55.*

Gen. 49.

Procop. Lyra.

Bernard.

MARIA *Christi rigorem, & iustitiam temperat.*

Ad MARIAM *omnibus patet accessus.*

heret, tantùm cucurrit, quantùm non de purpurea Martyrum legione, non dicam valentissimus; sed vniuersi, simúlque, & iunctis viribus: Quid retulit Martyres? Et Filio similis virgo hæc candida & rubicunda, sicut ipse candidus, & rubicundus, electus ex millibus.

SECTIO II.

Magistratus, præmia, speciosiora quæque, melioribus deferenda.

12. QVoniam Salomonis vitam in vestibulari anteactę quæstionis breuiario conclusimus; ea autem copiosam segetem ethicis discursibus subministrat; libet ex tam fœcundo aruo subtilitere, quæ reliquæ desunt glebæ. Ergo primum illud occurrit, quamobrem Adoniam, filium natu maiorem Salomoni ætate iuniori posthabuit & sanctus & prudens Dauid, nec putauit seniori committendas imperij habenas? Cur gentium vlum violat, quæ primigenito deferunt trabeam, & fasces? Equipem regnandi nimiùm auidus vel per iniuriam, & seditionem Adonias occupare tentauerat diadema; atque hoc, cùm ad danda populis iura prorsus futilet inidoneus, homo neque ingenio, neque consiliis munitus, natura immunis, tumultuantium liberaliter patronus; at in Salomone omnia, quæ bonum Principem præsagire valerent, animus in pulchro corpore excellens, ratio viuida, mores tranquilli, erga parentes obsequentia, erga inferiores modestia: Dauid igitur, cum sciret, virtutibus, & non ætati committenda gubernacula, quando & à superis quoque acceperat monitum de imperij hærede, Adoniam imperio exclusit, Salomonem elegit, qui post illum regnaret. Hoc tantùm, vt discursui occasionem præbeamus, nam latè prosequuti sumus Anteloq. 4. sect. 3. num. 20.

13. Vide, si non magnæ eius Philosophiæ apud volucrum genus non obscura vestigia; Quid illa pennatorum Regina, aquila magnarum alarum? Cùm plumescere incipiunt noui fœtus, educit in apricum sub ardentiori Phœbo; obiectat syderi cùm pleno iubare micat: quòd si indefesso intuitu aspiciat, & ad fulgores non labascant oculi, suspicit, deosculatur, nempe dignam auem quæ volucribus imperet, cuius tam generosa virtus, quã non Sol ipse fatiget: sin lumine hebetata, aciem claudit; spuriam contemnit sobolem, atque in aues regna exercere vetat, quæ supra alias aues non vehementiùs contemplatur: Hauriamus à S. Cardinali Damiano ad alterum scribente Cardinalem Desiderium, & sic itaque epist. 18. secundi libri: *Aquila, quæ Regina dicitur auium, pullos suos coruscantibus Solis radiis obiicit atque in aeris vastitate libratos, pro teneros vngue suspendit; quisquis autem illorum intrepidam oculorum aciem inoffenso tuendi vigore conseruat hunc mater ad propagandum regij decus generis idoneum indicat: Si quis autem lumina sua Solis radio perstrictus inflexerit, velut degener, & indignus tam excellenti nobilitate, proiicitur, atque tanquam exhæredatus, ac spurius, inter filios non habetur.* Quæ inter verba elegantior dictio: *Hunc mater ad propagandum regij decus generis idoneum indicat.* O præclaram in

Aquilarum de pullis ad Solem, experimentum.

S. Damian.

volucre instinctum, quando non ætas attenditur, sed mores probantur; nec defertur imperium naturæ, sed oculorum præstantiæ. Pudeat à vulture superatum hominem: Circumspiciat Consul, Patritius, Eques, & animaduertat inter gnatorum multitudinem, quis ille, quem maiorum facinora egregia sollicitant; qui æmulari cupiat auorum gloriam, etiam & vincere cogitet, pacis & belli virtutibus excellat, hunc in deliciis habeat, hunc euehat, hunc scribat hæredem: ignauum pecus, quid si contumax, efferum, lasciuiens, in ipsos genitores superbum; non solùm substantia, & honoribus priuet; sed tanquam supposititium fœtum, aquilarum more, è nido exturbet, & potior sit ei ethnicus, atque publicanus, quàm talis filius. Nimia hæc crudelitas? & lex immorigerum lapidibus obrui præcipit, atque ab ipsis parentibus mandat sisti Iudicibus; Deuteronomij cap. 21. vers. 18.

Lex Mosaica in filiū obstinatū quàm seuera. Deut. 21.

14. Verùm reuertamur ad sacra: Deus maria, & terras cùm strueret, quin & ipsum cùm fabricaret Olympum, & suis quæque condecoraret ornamentis, neminem ad tantæ molis opus, qui suppetias ferret laboranti, aduocauit, sed neque necessaria adminicula; quando verbo condidit vniuersa: *Ipse enim dixit, & facta sunt; ipse mandauit, & creata sunt:* Ventum ad hominis machinamentum, imploratum continuò auxilium, & non ab Angelorum Hierarchiis; tota Trinitas excitatur: *Faciamus (ait) hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.* Gen. 1. 26. Ergo lassatum Verbum à tantis producendis creaturis, postulabat leuamentum à socio Artifice Genitore, atque Flamine? Sed nónne operabatur absque grauamine, imò cum voluptate maxima? *Cum eo* (inquit) *eram cuncta componens, & delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum.* Prou. c. 8. vers. 30. Non itaque vexabatur, qui lusum, & iucunditatem reputabat. Ergo quid? Sanè volebat hominem, charum sibi pignus egregio afficere honore, vt quem non sermone, sed manibus quoque fabricasset, cuius tanquam ingentis operis, non vnus structor, Opifices diuinæ omnes Personæ. Suscipe loquentem Magnum Basilium hom. 10. Hexamer. in illa: *Faciamus hominem ad imaginem nostram, &c. De nullo enim opificiorum, quæ antea condideras, vox ista in Literas transmissa est: Lux facta est, idque simplici mandato: fera itidem, iumenta, volucrum genus omne, dixit Deus, vt essent; & ecce facta sunt: Erudire hinc, ô homo, ac edisce, quanti vnus tu æstimandus veneris: neque enim generationem tuam, seu abiectitiam, aut pretij vulgaris, communi creaturarum mandato censuit attexendam: in Deo consultatio progreditur, quo pacto id animantis, quod tanti fueras æstimandum, proueheri deberet ad vitam. Faciamus, ait: En consultat sapiens, & quid secum instituerit Artifex proponit decernendum: Quid enim? Artis suæ exacta cognitione destituitur tantus Artifex? Absit: per hoc sanè, quod curam eam condendo homini interserit Scriptura innuit, Deum voluisse edere quidpiam operis, quod eximia suæ artis specimen esset, numeris omnibus absolutum, perfectum solertique artificio elaboratũ, & perpolitum:* Agnosco planè hominẽ incomparanda gloria affectum: sed quorsum tam munificus erga eum Creator? Quid promeruerat hactenus? Quin & Monarcham inferioris mundi eum con-

Gen. 1.

Prou. 8.

Basil.

Hominis præstantia super alias creaturas.

Genef. 1. ſtituerat; *Vt praeſſet namque piſcibus maris, & volatilibus cœli, & beſtijs, vniuerſaque terræ, omnique reptili, quod mouetur in terra.* Geneſ. 1. 26. Sanè homo ſolus futurus erat ea tanta creaturarum multitudine, qui Maiorum Acta. Dei, ſcilicet, à quo initium acceperant,) referre ſciret; Itaque in eo paterna attributa ad miraculum relucebant, intellectus, voluntas, iuſtitia, conſilium, pax: quamobrem & de eo ſolùm, *Faciamus ad imaginem noſtram*; Vt qui ſolus Diuinitatis viuidum extitiſſet exemplar: Igitur etſi aliæ creaturæ maiores natu eſſent, & tempore priores homine, nemini tamen ſublunaris Coſmi gubernacula commiſſa; quoniam inter genita à Deo, non in ea congeruntur honores, non regali decorantur eminentia, quæ priùs natiuitatem ſortita, ſed in quibus paterna effulget ſimilitudo; ob hoc mundi conceſſa homini ſceptra, ob hoc eius præſtantior fabrica, & totius Trinitatis adiumento memorabilis.

Deus nō ætati, ſed virtuti deſert.

15. Miſit, qui terram Chanaan luſtrarent exploratores duodecim Moyſes. Numeror. cap. 13. verſ. 13. ex omni Tribu Iſraël delectos Principes: præfecit reliquis Ioſuë, & Caleb: commiſit autem Ioſue ſupremum dominatum, atque proptereà mutauit ei nomen, ex Oſea, Ieſum, hoc eſt, Saluatorem appellans; vt, quando Rectorem inſtituiſſet, intelligeret, non ad faſtum, aut tyrannidem præpoſuiſſe commilitonibus; ſed, vt de eorum ſalute, de bono, de emolumentis in poſterum ſedulò cogitaret: Ecce Toſtati verba q. 37. in relatum Numerorum caput, *tertiò*, inquit, *poteſt hoc accipi factum, ad ſignificandum, quòd Moyſes præficiebat illum Ioſue alijs vndecim exploratoribus; ideò vocauit eum Saluatorem, id eſt quod haberet curam de ſalute aliorum, & bona diſpoſitione illorum in via; quod multi tenent, & ſatis rationabile eſt; quia antea hoc in bello contra Amalecitas conſtituerat Moyſes ipſum Ioſue Ducem omnium bellatorum* Exod. 17. *A fortiori ergo conſtituerat eum nunc Principem vndecim exploratorum*: At quamobrem hos duos exploratorum Anteſignanos nominauit, cùm ex alijs Tribubus electi ſeniores eſſent, atque & genere, & opibus, & alijs titulis clariores? Ita quidem; ſed in his adoleſcentibus ad res magnas audentior animus, ſpiritus valentiores, quemadmodum & legationis demonſtrauit exitus; *Nam in reditu* (vt eadem quæſtione memorat Abulenſis) *mortui ſunt decem exploratores; ſolus Ioſue cum Caleb vixerunt*: Noluit ergo prudens legiſlator plenum diſcrimine opus ætati conferre, ſed robori; pluris apud eum fortitudo, virtus, publici boni commodum, quàm aut anni, aut ſtemmata antiqua, aut diuitiarum theſauri, eiúſque ordinis alia decora, quæ ſors, & ignauis, & improbis quoque non rarò detulit, cùm de profligandis hoſtibus, de amplificando imperio oboritur quæſtio; Videat Princeps, quis ducere aciem, quis regere militem aptior: hunc, qui legionibus præſit, aſſignet, quanquam ille nec auos Conſules numeret, neque prædiis diues ſit:

Num. 13.

Prælati munus, non dominatio, ſed cura de ſalute ſubditorum.

Toſtat.

Ambroſ. Præclarè Ambroſius de hoc Moyſis facto in Pſalm. 118. ſerm. 2. ad illud, *In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam*, &c. *Liquet igitur ex his*, (inquit.) *quòd non ſenectutis longæuitas eligitur; ſed cuſtodia verborum Dei, Denique ipſe Moyſes Ieſum Naue, & Caleb iuuenes præ cæteris approbabat, quorum conſilium in terræ electione magis, quàm multorum ſeniorum, & ipſe ſecutus eſt, & Deus prætulit.*

Atque ſanè in Moyſe hoc laudatiſſimum fuit, quòd ætate atque opibus ſtrenuum militem prætulerit; verùm omne ſuperat encomium, quod moriens, neque carnis, neque ſanguinis memoriā aliquam habuerit, non filios viſcera ſua reſpexerit, ignotum antepoſuerit domeſticis: quem reliquit, cui populus obediret, qui in promiſſa arua intromitteret, qui diſtribueret? Num filios ſuos? Nequaquam ſanè: Et habebat tamen: elucebant autem in peregrino homine Ioſue, quæ perfectum Ducem conſtituunt; his carebant ornamentis gnatorum turba; maluit autem ſanctiſſimus Legiſlator Rempublicam optimo fruentem Imperatore florere, quàm filios ſuos ad Magiſtratum euehi, cui impares eſſent: Aduertit concinnè Hieron. ad verba illa c. 1 Epiſtolæ ad Titum *Et conſtituas per ciuitates Presbyteros*, &c. *Moyſes amicus Dei magnus, cui facie ad faciem locutus eſt potuit vtique, ſucceſſores principatus filios ſuos facere, & poſteris propriam relinquere dignitatem, ſed extraneus de alia Tribu eligitur Ieſus, vt ſciremus, principatum in populo, non ſanguini deferendum eſſe ſed vitæ.* O ſi hæc attendant Orbis Principes! ô ſi Eccleſiarum, & Cœnobiorum Antiſtites! vt non amicitiæ obſecundent, non ſplendidiori fortunæ, non cognationi, & vinculo ſanguinis; ſed ingenuitati, iuſtitiæ, merito! quàm ſubitò regna vigerent, Eccleſiæ [illegible] antiquam pulchritudinem, [illegible] clauſtra ut Paradiſus Dei ſplendeſcerent! vereor, ne & quæ ſequitur Hieronymi querimonia, in hoc ſæculum [illegible] ſanè quadret, *Nunc cernimus*, inquit *plurimos hanc rem beneficium facere, vt non quærant eos qui poſſunt Eccleſiæ plus prodeſſe, & in Eccleſia erigere columnas, ſed quos vel ipſi amant, vel quorum ſunt obſequiis deliniti, vel pro quibus Maiorum quiſpiam rogauerit: &, vt deteriora taceam, qui vt Clerici fierent, muneribus impetrarunt*: Sic diuinè Hieronymus, o vtinam non nimiùm verè & fuiſſet vnius ſæculi peſtis. 16.

Extero & peregrino debet etiam ſuis præponi, ſi melioret ad regendum.

Hieron.

Didicit ne à Iacob Patriarcha Moyſes aliquid? 17.
Quàm ſingularis venerandi ſenis erga Ioſephum affectus, nemo Geneſeos capita legens ignorat: ille ſenectutis filius: ille, cui diſcolorem tunicam fecerat; ille, cuius mors genitorem quoque ad Infernum deductura fuerat: denique Iſraël diligebat Ioſeph ſuper omnes filios ſuos Geneſ. 37. verſ. 3. Quid plura deſideratis? Atqui diſceſſurus ex hoc exilio, cùm benediceret filiis, non optima parte donauit Ioſephum, quem tam vehementer deperierat: quid enim optimum in Iſraël, quid præſtantiſſimum? Nónne proculdubio virga & purpura Regum? Hæc autem ad Iudam delata fuere: *Non auferetur ſceptrum de Iuda, & Dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio Gentium.* Geneſ 49. verſ. 10. Cur non ex Ioſepho naſcituros Reges prædixit? Cur non hac cumulatiſſima benedictione ditauerat, quem tantoperè amabat? Equidem Regum potiſſimæ dotes, fortitudo, atque conſilium: robore defenduntur Reſpublicæ, amplificantur deuictis hoſtibus, prudentia reguntur populi: alterum ad bella neceſſarium, alterum ad pacem: Atque eminebat ſanè in Ioſepho conſilij miranda vis: teſtis Ægyptus, quæ eius prouidentia fame liberata eſt: verùm, vt inter germanos ille conſiliis pollens, ſic Iudas robore fratrum omnium ſtrenuiſſimus emerſit, vt annotauit Toſtatus ad quæſt. 34. in cap 1. lib 3. Regum: Cæterùm, cùm Hebræorum Reges ad pugnam procedere oporteret, quò regiones pollicitas ab iniuſtis domi-

Geneſ. 37

Geneſ. 49.

Regū potiſſimæ dotes.

Abul.

nis

nis vindicarent, maior roboris, & armorum necessitas quàm consilii [illegible], Cùm igitur bellandi scientiæ Iudas, & eius posteri emine[ren]t, essetque hæc Monarchicus pars Hebræorum fortunæ vilior, præcipuè tamen Iacob communis boni emolumentorum, & Regem pronunciauit non Ioseph[um], quem vnicè diligebat, [illegible] in quo splendebant, quæ surgenti Reipublicæ necessaria magis erant, nempe, militaris exercitatio, & membrorum fortitudo.

18\. Sic quidem Iacob, Moyses, & quisquis eorum similis. quid vero improbitas? quid Regum [illegible] boni amici [illegible], quibus nonnunquam Orbis Monarchæ arcana pandunt, qui his [illegible] agunt [illegible], sed Ha[illegible] tamen sunt? De[illegible] in C[illegible], non doctissimos, non rerum gerendarum peritos; sed qui vel ad nutum ipsis obsequantur: Lo[illegible] non qui naoali, non qui terrestri certamine palmam retulere; sed qui latus cinxêre nocturnum, dum alienum thorum viularent, dum in multam noctem aleæ, comessationibúsque indulgerent, hi primi Duces, hi primi Magistratus, hi in sacris Hierarchæ. O miserum sub tali Pædagogo Re[illegible] Prouinciam! A quo mutuabimur deplorandæ infelicitatis [illegible] Puto [illegible] ethnicismo, à pagana impietate. Quos in Deorum numerum retulerunt iniquissimi arbitri? Num Aristidem aliquem, num Socratem, num Diogenem? num [Pl]atonem, aut secutæ his disciplinæ Philosophum aliquem. Nequaquam sane: non digna hæc turba Deitati [illegible]; sed Iupiter quispiam [illegible], in parentem contumax, in pueros in virgin[es] æstuans: Mars furibundus, & tumultuans & in adulterio palam deprehensus; Venus prostibulo famosa. Quorsum accidit tam maculata Diuinitas? Nimirum, Diuini odio habuêre à quibus eorum flagitia corripi possent; dilexêre in vitiis pares: Ergo ad horum insignium Magistrorum imitationem ii, quos nominauimus cùm honestari, & bonis moribus valedixissent, & Principum amicitia abuterentur, sacra humanaque omnia profanant, in eos distribuunt præfecturas, castra, legiones, non qui in his tractandis laude aliqua excelluerunt; sed, qui ad stupra, ad rapinas, ad inlusus ad cæterum vitia omnia conn[ivent]; Placet ex Tertulliani Apologetico transcripsisse de cap. 13. pauca: *Deos facitis* (alloquitur ethnicam Romam) [illegible] *quo [illegible], vt placeatis Dijs vestris, illorum est honor [illegible] aequalium; Sed, vt omittam huius indignitatis retractatum, probi, & integri [illegible] fuerint, quos tamen potiores viros apud [infer]os relinqui? Aliquem de sapientia Socratem, de iustitia Aristidem, de militia Themistoclem, qui ex illis [illegible] vestris [illegible], & [illegible], & militarior Scipione? quis [illegible] Pompeio? felicior Sylla? copi[osior] Crasso? Tull[io] eloquentior? Quantò dignius [illegible] Deos ille assumere [illegible] expectasset, præsciens vtique p[otiores] eorum? [Pro]perauit, opinor, & cælum semel clausit [illegible] vbi melior[es illegible] apud [infe]ros mussitant [illegible].* [illegible] itaque Iupiter Deus, qui sub infesto [illegible] sinat, iust[itia], fortitudine, gr[au]itate, [illegible] conspicu[os] Heroas; in Olympum transferat luxuriam, seditiones, auaritiam? Tales, aut Mo[narc]ha, aut p[illegible] nes quos Principum [illegible], qui æquum [illegible] Reipublicæ dedecora honore, muneribus afficiunt, & probos in angulo latitare, egestate tabescere, despici, conculcari permittunt.

Regum falsi amici quàm Republicæ noxii.

Ethnicorum in Dijs fingendis similis stultitia.

Tertull.

19\. An ex horum vecordium Principum classe Achis ille, ad quem Dauid confugerat? & iodixit peregrinationem tandem [in] aula exulare iussit, Quid commisit Dauid in Dynastam? quid in aulæ Principes? quid in subditos regni? An latro, an stuprator, an violentus? Di[cat] [illegible] Achis Reg. 1. cap. 29. vers. 6. *Vocauit ergo Achis Dauid & ait e[i]: Viuit Dominus, quia rectus es tu, & bonus in conspectu meo: & exitus tuus, & introitus tuus mecum est in castris, & non inueni in te quidquam mali ex die, qua venisti ad me vsque in diem hanc, sed Satrapis non places: Reuertere ergo, & vade in pace, & non offendas oculos Satraparum Philisthijm.* O Rex, si probus, si honestus, si næuo carens Dauid, cur non apud te [illegible] non reliquis amicis præfers? Nempe, d[isplic]et Satrapis: Quorsum vero [illegible] qui male agit? anne ideò, quoniam vir optimus? [illegible] Satrapas iniquos, & aulæ flebilem conditionem! Vt viderint hominem [illegible], disciplinatum, moribus, & virtute [illegible], sufferre non possunt, tristantur, dum [illegible] abe[illegible] llatur, e regio discedat limine, non ille locus innocentiæ; quisquis apud Satrapas gratus esse cupiat, & aulæ frui delitijs, [illegible] præstet, necesse est; Ecce [illegible] indicium [illegible], cum tamen R[eg]e ipso iudice rectus & bonus perp[etuo] fuerit. Non omittam Carthusiani notulam ad præfatum Regum caput: [Fre]quenter conting[i]t (ait) *in domibus Principum, quod aliqui boni & strenui, Principibúsque placentes, aliorum per hoc displicentiam, odiaque incurrant, à quibus & mendaciter accusantur, quibus [interdum] Principum simplices callida fraude decipiunt.* Ac sanè, quanquam Achis reluctantes Dauidem videatur dimittere, atque ide[o] [illegible] ne Satrapas offenderet; tamen in Rege & culpa fuit, conce[dere] Satrapis, vt virum bonum, & integræ famæ ob eorum causam à se amandaret: neque enim tam ignauum deceat esse Mon[arc]ham, cuius animum de Optimatibus quispiam [illegible] per, vt in eius solatium non [illegible] etiam opprimere, innocentium etiam sibi [illegible] satis delinquentium calamitosus afficere.

1.Reg.29.

Aulæ, & Regum, palatio exturbantur boni.

20\. Comitemur paulisper Abrahamum in Ægyptum descendentem, & intueamur quàm [illegible] eum munificus Pharao; quæramus, & qua[lis] sit largitatis iustitia; *Abraham* [illegible] quit[illegible] Auctor cap. 12 vers. 16. *bene vsi sunt propter illam. f[uer]unt[que] ei oues, [et] boues & a[sini] & serui & famulæ & asinæ & cameli.* Sed quid [illegible] Pater [illegible] ha tantis diuitijs dignum? num Ægypti hostes dimicans profligauit? num pro R[eg]e [illegible] vitam ob[iecit]? num aduersùs eum coniurationem molientes detexit? num orauit eloquenter, & Mon[arc]ham dulcissima lingua encomijs in cœlum sublimauit? Nihil istorum omnium. Quid vero? Q[illegible] pulcherrimam adduxit feminam, quæ lauda[t]a à Principibus, Dynastæ [illegible] sublata est [illegible] in domum Pharaonis. *Abraham vero bene vsi sunt propter illam*; Ecce præclara merita! ô pulue[r]em & sudores! *Propter illam*, Int[illegible] miles infelix, cui vix sanguis ob vulnerum multitudinem, panem non habet non pallium, non calceamentum; Philosophus post Atticarum noctium vigilias, stipem mendicat, nec est, qui consideret, vt egestate pereat vterque, atque Abraham, quod feminam [illegible] n parte [illegible] iucundam & bellam exhibuerit aulicis v[illegible] Crassi substantiam post biduum quàm intrauit Ægyptum, propè

Gen.12.

Principes muneres in eos, qui vitijs voluptatibus deseruiunt: liberales erga strenuos.

Oleaster. propè æquat: Concinnè Hieronymus Oleaster in explanatione morali eius, quod nominauimus Geneseos capitis: *Quam bene, ait, Principes operas soluunt illis, qui eis in suis cupiditatibus deseruierunt: & melius, quam iis, qui Communitati in bello, aut in aliis, quæ sunt Communitatis, seruiere.*

21. Ergo non infrequens Rectoribus mundi huius, vacuos, & subtristes dimittere, qui strenuam, aut in bello, aut in pacis artibus operam nauarunt; replere eorum crumenas, qui nihil vnquam arduum & immortale aggressi sunt, quorum vniuersa laus, Principum ministrasse vitiis, & iniustæ concupiscentiæ; Non ita apud Christum IESVM, Regum Regem; Satis vobis explicatum, quid filij Zebedæi tentauerint, nempe ambitione aliqua tacti cùm repulsam meruerent, submiserunt matrem, quæ postularet ut sederent cum Domino Seruatore, vnus ad dexteram eius, & vnus ad sinistram, Verùm neque matris supetatus precibus respondit Christus, *Sedere autem ad dexteram meam, vel sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo*, Matth. cap. 20. vers. 23. In quibus verbis illud difficile,

Matth. 20. quod asseuerat *Non est meum dare vobis:* Cuius igitur? An Patris? *Sed omnia dedit ei Pater in manus.* Ioan. 13. vers. 3. Si igitur potestatem, vt faciat, habet Genitor, & Gnatus; cùm omnia, quæ

Ioan. 13. sunt Patris, eadem Filij sint dedit enim ea Parens in manus illius; quamobrem ergo dixerit: *Meum non est dare* cui vniuersa possidenda obsecuntur? Accipe similitudinem: Petebat genitrix filiis præmia magna ante tentamenta, & labores: imò & nihil perpessos anteponi aucbat his, qui cruentam cum hoste pugnam commiserant: itaque otiosos coronari, pugiles meritis frustrari honoribus optabat: *Non est meum hoc*, (inquit Dominus) Iesus: Non apud me tam iniqua distributio; Sic Reges nationum diuidunt spolia: honorant ignauam plebem, sceleratos euehunt in altum, optimè de Republica meritos spe, & muneribus deludunt, alienum à nobis, cum quibus moratur æquitas, & iudicium, tam vile opus: ergo *non est meum* hoc ab quo spolio laborum calce, scilicet, consilium ... Principum, qui in terra imperitant, illud fuerit. Breui dictione Basil. Seleucien. orat. 4. *Tim...us, laborum præmium est, ... donum ... ex rectè gestis ... comparatur, ... postulationem datio non sequitur.*

Basil. Sch.

22. Et quemadmodum aliis regnandi in superis potestatem, antequam magna fatigatione promeriti fuissent, concedere respuit: ita nec ipse oblatum sibi admittere voluit; Tentauit Cacodæmon post quadraginta dierum inediam, & cùm artes aliæ in vanum cessissent, *Assumpsit eum Diabolus in montem excelsum valdè, & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit ei: Hæc omnia dabo tibi, si cadens adoraueris me*, Matth. 4. vers. ... Cur respuit Seruator insigne donum? An, quoniam Satanæ liberalitatem esse nouerat? Sed, quare Satanæ munus?

Matth. 4. Primùm, quoniam, vt vnum locupletaret, omnes vniuerso orbe subditos extremæ subiicere miseriæ non est veritus; spoliabat nanque possessionibus cunctis, cùm omnia se daturum Christo spondebat: non potuit igitur non esse tartareus Princeps qui tam immitis ergà subiectam plebem, cui vnus, quàm multitudo, charior; Secundò, cogitabat Inferus Præpositum

'Omnia in vnum conferens, Dæmoni similis.

esse, qui absque meritis totam Monarchiam concesserat: quod enim meriti genus, vt ... qui ... Stem ergo matri filiis Zebedæi ... dextero, atque sinistro latere negauerat, eò quod sine laboribus prætenderet debitam fatigationi pacem: ita nunc & sua indignum auctoritate arbitratur id regnum genus admisisse, quod ille lassis ditem offerebat ... Dæmoniorum eiusce modi ... quæ ... patta ... vt ... congereret, qui nihil ... suis in terris. Suppeditat interpretationem ... Origenes homil. 30. in Lucam: *Dicit ergo ad Dominum Diabolus: ... est, quod precor, procidens adora me, ... accipe regnum omne, quod ... Dominus noster atque Saluator vult quidem regnare; sed vult regnare quasi iustitia, & non vult absque labore ... coronari, nec sic regnare cæteris.* Ergo Christi disciplina, vt regnum præcedat labor, & diadema accipiat, qui meruit qui populos in officio continere valeat ob prudentiam animi magnitudinem, pacis, atque armorum scientiam: qui norit seuerus esse, atque placidus, quando vsus postulet: quem subditi ... & reuereantur, hostes formident: hæc Regum ornamenta, hæc, quæ ... gemmis redolent: Quas in Adonia desiderans, cùm non reperisset Dauid, & senio ... vigeret, essetque nominandus hæres regnorum, antequàm inter viuentes esse desineret, ne eo sublato Adoniæ fautores tumultus excitassent, Salomonem præclarissimam ad regnum ... successorem decreuit, præposuitque seniori germano, virtutem ætati anteferens.

Vita dominatus absque laboribus acquisitus.

Origen.

SECTIO III.

Inclytum, proprias iniurias remisisse, ... Dei causa vlciscenda, in alio vindicando constituto seuerum extitisse.

23. Vix genitore sublato throno regio ... consederat, & à sanguine fundendo exordium imperij: ... Pontifici ... & tam citò cruentus ... consueuere etiam tyranni & ad cædem, vastationemque ..., sub initiis lenimen fingere, ne ... de ... contemti subditi excutiant iugum, in seditionem armentur quemadmodum Roboamo Salomonis proli contigit. Qua igitur sapientia, ab internecione & luctibus in hostes, quando etiam ne fratri Adoniæ parcitur? Sed iussit Dauid moriens, vt faceret: debebat parentum monitis ... obtemperans filius: At, cur non ipse Dauid supplicium malefacientibus intulit? Erant in eius ... scelesta, Arbitrabatur ... de propria iniuria sumpsisse pœnas ne tamen æquitati defuisse videretur & dum parcens, mitisque apparere velit, iniustus haberetur, abiturus ex hoc ergastulo, Salomoni commendauit, quod conueniens fuisset, actuaret: & ille, quando non suam iniuriam, sed in genitorem contumelias castigaret, non distulit in sequentia tempora, sed continuò mactationem aggressus, ratus nemi-

nem

nem futurum, qui immitem arbitraretur, quando aduersùm se patrata crimina, aut condonaret, aut leuiter plecteret; quæ puniret delicta, ea esse, quæ ad alienam pertinerent iniuriam, tamque optimi parentis; Verùm, quæ Salomonis clementia in sibi hostiles? Placétne, vt referam? Considerate, qualis in Ioabum militiæ Ducem; qualis in Abiathar Sacerdotem: nempe, Ioabum, etiam ad asyla confugientem, persequutus, nec tabernaculi religio defendit, succubuit Bananiæ

3. Reg. 1. gladio, Reg. 3. cap. 1. vers. 34. Abiathar vita donatus, & leui exilio tantum oppressus: Quid, nónne Abiathar aduersùs Salomonem conspirauerat, & de eorum factione, qui eripere sceptrum, atque trabeam tentauerant, & in Adoniam transferre? Sed non iam graue scelus Ioab; nullum enim cum læsæ Maiestatis crimine (quale fuit Abiathar) conferendum delictum; Cur igitur, qui minùs peccauit, acerbiùs luit? Qualis iò hoc iustitiæ ordo? Verùm fuerat Abiatharis insultus contra Regis auctoritatem; Ioabus in externos deliquerat: quoniam igitur generosum est erga proprias iniurias blandum, atque mansuetum extitisse; neque minùs inclytum, alienam iniuriam impunitam non destituisse; ob hæc parcitum Abiathari fœdiora committenti; Ioabus, qui in minoribus exorbitauerat gladio transuer-

Tostatus. beratos; *Abiathar* (inquit Tostatus quæst. 39. in cap 2. lib. Reg. 3.) *non fecerat alia peccata, nisi quod læserat Maiestatem regiam conspirando contra Salomonem; & quia ista iniuria erat personalis, poterat ipse remittere eam; Ioab autem fecerat alia peccata; scilicet quia occiderat Amasam, Abner, & Absalon; ideò licèt possit Salomon remittere ei quod contra ipsum fecerat; tamen non poterat remittere peccata facta contra alios.*

24. *Arborem fici habebat quidam* (ait Lucæ c. 13.

Luc. 13. vers. 6.) *plantatam in vinea sua, & venit quærens fructum in illa, & non inuenit;* stomachatus ad tantam malignitatem infrugiferi ligni, (nam per tres annos nihil attulerat,) conuersus ad vineæ cultorem, strinxit dirum anathema; *Succide ergo illam, vt quid etiam terram occupat?* Doluit ad tam acerbam sententiam vineti custos, & exorauit terribilem possessorem, vt in vnum saltem annum relinqueret, At, nónne inuersa parabolæ huius narratio? quem enim excandescere, concitari, furoribus agitari oportebat? nónne hortulanum? Planè: nam, si quæ arboris noxa, in hunc quidem; ipse namque in sudore vultus sui circumfoderat, fimum & stercoramenta admouerat, amputauerat luxuriantia cacumina; hyeme, vere, autumno visitauerat sæpiùs: interim pomœrij dominus hilares traducebat dies; nempe, domi iucundus latebat, si pruinæ, si ventorum flatus, si grauis imber: æstate spatiabatur per camporum amœna, per maris deambulabat littora, semper in deliciis: Quando igitur ab infœcundo stipite delusi vinitoris labores, cur non potiore causa hic tonitrua mittit, & exscindi, atque in ignes proiici expetit? Sed vide egregium ficeti possessorem, meliorem tamen eiusdem vigilem, nempe, hortulanus, quoniam aduersùs eum condonari iniuriam exposcit, agit apud magistrum sollicito studio ligni causam: verùm dominus, quia non eius, sed aliena iniuria illa est, remittere nullo pacto velit: O pulchrum duellum procuratoris, & domini! quando & is, qui offenditur, misericordiam pro iniuriante flagitat: & ille, qui læsus non fuerat, non sinat alienam iniuriam inultam transire! Atque ideò certè non finit; quoniam is, qui læsus fuerat, vindictam sumere respuit: si enim lacessiti Domino vindictam relinquimus, ipse proculdubio retribuet. Afferamus Nysseni Gregorij verba quædam, si fortè

Nyssen. nostram iuuant considerationem, atque ex oratione in eos, qui alios acerbiùs iudicant: *Tam alienus autem à cædendi acerbitate* (inquit) *Sacerdos esse debet, tam promptus & paratus ad excolendam humanitatem, vt etiamsi Dominus aliquem, vti plantam inutilem, exscindere iubeat; ipse, tanquam insitor, debeat supplicare, vt ignoscat parumper, & sententiam differat: sic enim monet oratio illa de ficu, quam vt sterilem cum dominus vellet concidere, orat agricola, vt illi paulisper parcat, & moram aliquam interponat, aliquid enim bonæ spei in diligentia sua reliquum esse.*

Innocuum Abelem sceleratissimus Caïn occiderat, & continuò affuit in homicidam laturus sententiam Creator; Aduentus significaturus causam, *Quid fecisti?* (ait.) *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Genes. 4. vers. 10. Sed, cur non Abelem postulare vindictam asserit? cur non præstantiores materiæ partes, cor, cerebrum, oculos, aut huiusmodi quidpiam? Verùm annotasse expediens fuerit, & Philosophorum, Theologorúmque boni nominis opinionem haberi, neque Aristotelis, neque Angelici Præceptoris auctoritate destitutam, sanguinem haud esse partem humani corporis, neque rationali ab anima informari: at obtinere normam alimenti, quod postquam per nutritionem in hominis substantiam conuertitur, atque incipit informari anima humana, tum incipit esse pars hominis: Vide Suarium tom. 1. in 3 part. disput. 15. sect. 6. Si igitur sanguis non est pars corporis Abel, quid attinet ad sanguinem de iniuria in Abelem commissa? Cur ipse non ingemiscit, & loquitur? Ideò quidem non complorat Abel, neque Iudicem interpellat, quoniam iniuria propria erat Abelis; sanguis autem, quia non de Abelis corpore pars, sed quasi alienæ natura, propterea alienam vindicare causam postulat clamore vehementi: Hoc igitur est, quod non Abel, sed sanguis vociferatur. Habent & illa emphasim: *Vox sanguinis de terra*, id est, cruoris, postquàm in terram decidit: nam, quamuis admittamus, sanguinem, dum intra corpus est, à rationali anima informari: tamen simul atque separatur, aliam induit formam: quód etiam fuerit verum, etsi dum intra hominem est, asseramus, propriam aliquam, & peculiarem formam sortiri: nam conseruatio huius formæ à dispositionibus, quæ intra corpus sunt, dependet; Itaque non iam *simpliciter* idem sanguis est, sed *secundùm quid*: sicut corpus hominis defuncti non idem est *simpliciter*, sed *secundùm quid* (excepto Christo ob specialem rationem, vt docet S. Thomas 3. p. quæst. 50. art 5. ad 1.) quamuis, quia eadem est materia, idémque color, consueuerit nominari idem sanguis viui, & mortui: Pulchrè igitur sanguis, qui vindictam exposcit, sanguis *de terra est*, non sanguis inter venas Abelis diffluens: sanguis, nempe, velut ignotus iam alteri formæ coniunctus: Eiusmodi itaque peregrinum sanguinem pro vindicta clamare decet, non sanguinem in corpore Abelis manentem, ne fortè dum intra venas clausus, si pro vindicta os aperiat, Abel propriæ iniuriæ vindictam petiisse videatur: longum hoc à patiente Abele: At, si ille in propria causa tacet, vociferetur sanguis in

terram

Margin notes (right column): 25. (beside "Innocuum Abelem…"); Gen. 4 (beside "tui clamat ad me de terra"); *Sanguis quomodo pars humani corporis* (beside "oculos… haberi"); Suar. (beside "humana, tum incipit…"); *Sanguis viui & defuncti an idem?* S. Thom. (beside "idem est simpliciter…").

terram proiectus; potuit nanque absque rubore, quoniam eiusmodi cruor, cùm non sit de sanguinibus Abelis, non propriæ, sed alienæ iniuriæ vindictam petiisse iudicabitur; Hoc autem decorum est, ad propriam siluisse iniuriam, ad alienam intensa vociferatione clamasse: Atque secundùm huiusmodi expositionem scripsisse videatur Ambrosius lib. 2. de Caïn, & Abel, cap 9. Ambr.
Et bene (inquit) *ait: Vox sanguinis fratris tui clamat, non frater clamat: Hoc innocentia, & gratia germanitatis, etiam in ipsa morte seruat; non accusat frater, ne videatur parricida; non accusat vox ipsius, non anima eius, sed vox sanguinis accusat, quem ipse fudisti; Tuum te ergo facinus, non frater accusat*: Et his insinuat Mediolanensium B Patronus primum nostræ cogitationis membrum, cùm affirmabamus, sanguinem etiam intra venas alia affici forma, quàm sit rationalis; ac propterea non Abelem esse, qui vindictam imploret; sed alterum ab Abele; *Vox sanguinis fratris tui,* (inquit) *clamat: non frater clamat, non accusat frater*. Cæterùm & aliud membrum de cruore in terram profuso, & inde vociferante ex eiusdem loci Ambrosianis verbis confirmari valeat: subdit nanque statim: *Et bene ait: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra, non dixit, De fratris clamante corpore; sed, de terra clamat; Etsi frater parcit, terra non parcit: si frater tacet, terra condemnat: ipsa est in te & testis, & Iudex.* Sic igitur nunquam Abel pro vindicta clamans, mitis post mortem, sicut donec viueret; verùm illo obmutescente, neque sanguis tacet, neque silet tellus; pro aliena iniuria fortiter clamant.

26. Et fuit quidem scelus Caïn, mors iustissimi fratris: Sed quam extorsit vindictam, sanguinis de terra clamor? *Nunc igitur* (intimauit Creator Genes. 4 vers. 11.) *maledictus eris super terram, quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua*: Vt video, tristior hæc pœna est, quàm illa, quæ Protoplasto inflicta est; neque enim maledictioni suppositus ipse, sed gleba, ne agricolantis responderet desiderio; *Quia audisti* (inquit Genes. 3. vers. 17.) *vocem vxoris tuæ, & comedisti de ligno, ex quo præceperam tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo*: An maius peccatum Caïn, quòd vnum læserat quàm Adæ, cuius delictum in omnes pertransiit, excepto Messiâ, & eius Genitrice? Quòd si Adæ vehementior noxa, cur non & maledictionis forma? Nam ideò homo in Caïn maledictus, quoniam aduersùs hominem deliquerat, vt in quo peccauerat, in hoc quoque penderet mulctam; & ob similem causam, eò quòd in amandis fructibus terræ primus inter mortales recesserat à iustitia, propterea iussa tellus, ne etiam laboranti gratum suppeditasset pastum? Arrisit Oleastro in 2. expositione c. 3 Geneseos: *Aduerte* (ait) *hominem in cibo punitum; quia in cibo peccauerat: vt vera sit illa sententia, Per quæ quis peccat, per hæc torquetur*. Verùm non est disquisitio de suppliciorum differentia; sed, quare mitior videatur fuisse incussa Adæ maledictio, vt aduertit Chrysostom. hom 19. in Genesim? Sanè præuaricatio Adæ contra solum Deum fuit, neque enim mortalium cuipiam damnum intulit, (non loquor de originariæ transfusione noxæ,) nempe, vt corpus vulnerarit, possessiones abstulerit, aut eius generis; affectabat esse sicut Deus, bonum, atque malum sciens; Caïn autem in alium, quàm Deum peccauerat, quoniam fratri vitam eripuit Numen ergo, quoniam ab Adamo illata offensa, propria ipsius erat iniuria, cum Protoplasto leniùs agere visus: quia autem à Caïno perpetratum scelus, aliena erat iniuria, acriter castigauit, ipsi maledicens homicidæ, & personam simul cum aruo feriens.

Gene. 3 & 4.

Per quæ quis peccat per ea torquetur.

Oleast.

Chrysost.

Igitur in sua repetenda iniuria Numen remissum, in vindicanda aliena formidabile, An non homo factus sustinuit à nequissimis alapas, & sputa, opprobriis exsaturatus? Quem de offensoribus læsit? cui vitam, robur, salutem impedierat? Sanauit continuò Pontificis seruo amputatam auriculam; & aduertit Discenti, paratas ad munimen plusquàm duodecim Angelorum legiones; sed non esse illud tempus vexandi; Et fuit tempus sanè, cùm Ieroboamus extendit manum suam imperans ministris, vt de Prophetis vnum apprehenderent: *Et exaruit manus eius, quam extenderat contra eum, nec valuit retrahere eam ad se*. 3. Reg. cap. 13. vers. 4 Planè, quòd Vatem teneri iusserit Rex, acerbiùsne, quàm quòd Virginis Filium sceleratissimi sic deturpauerint, vultum illum beatum, in quem desiderant Angeli prospicere, vt non esset illi species, neque decor? Cur igitur non vecordes milites pari saltem affecit supplicio, & quando in profundissimum inferni, terra eos sorbere, detrudere noluerit, brachia ad minimum non sunt arefacta, vti Ieroboamo contigit? Sed, siue ante carnem assumptam, seu illa circundatus, idem perpetuò, & sibi æqualis Deus; Peccabant in Verbum hominem factum satellites Pilati, atque Iudæorum: noluit pœnas exoluerent, ne si aduersùs contumaces stomacharetur, propriam vltum fuisse iniuriam diceretur: nam propria fuit illa iniuria: sed alienam dissimulare iniuriam, & in seruos conuitia, id nequaquam patitur: ob hæc itaque vix extenta in Prophetam dextera iniqui Principis, & absque mora exaruit: ipse toties verberatus, percussoribus malum non rependit: Dicat cum eloquentia os aureum Chrysostomi homil. de Phoca Hieromartyre: *Vide* (ait) *benignitatem: quo pacto, quæ seruorum sunt, vendicet: quæ vero sua sunt, prætermittit: Propheta quondam fuit quispiam*, (Reg. 3. cap 13.) *qui Regem impiè agentem redarguebat: & cùm accessisset, dixit: Altare, altare, & subitò ruptum est altare: Et vide, quid accidit: extendit manum suam Rex, vt Prophetam apprehenderet, & continuò manus eius exaruit: quando seruus iniuriam passurus erat, Regem puniuit: quando alapis ipse cædebatur, nihil mali ei, qui alapas impingebat, inferebat.* 27.

3 Reg. 13.

Chrysost.

Atque hic tam mansuetus ille homo Rex est, 28.
quem Matth. cap. 22. narrat fecisse nuptias filio suo, & inuitauit multos ad geniale symposium, quò maior esset pompa ab hospitum multo numero: ex iis quidam Principis contempserunt liberalitatem, & gratiam, ob villæ culturam: alij propter negotiationem: sed improbissima quædam turba in summam prolapsi dementiam, tenuerunt seruos eius, & contumeliis affectos occiderunt: vt Principi innotuit, ira exa[illegible] atque missis exercitibus suis perdidit hom[illegible]das illos, & ciuitatem illorum succendit. Qu[illegible]s homicidas vastauit? Nimirum, qui iniu[illegible] [illegible]n necem seruis intulerant, Fateor quidem nulla esse tormenta, quæ horum inhumanissimæ crudelitati paria censeantur: sed cur Matth. 22.

impuniti

imprimeri abeunt illi primi, qui ob vilissima opera, Regis despexêre conuiuium? Scio apud
Luc. 14. Lucam comminatum patremfamilias, cap. 14. *Quod nemo virorum illorum, qui vocati fuerant, gustarent cœnam eius*: Sed hæc lenis afflictio est, imò ne afflictio quidem stolidissimis hisce. nam maluêre potiùs quinque iugis boum molestissimo labore terram frangere, quàm ad eius instructissimam mensam sedere; tanta est hominum vecordia: Cur igitur tam insanum genus non in patibulum agit, aut in tenebras exteriores mittit? Equidem hi, qui & à coniugiis & à villa, & ab aratione excusationes fraudulentas mutuarunt, in conuiuij dominum tantùm proterces fuerunt; ministris nullam intulêre iniuriam, neque verbere, aut verbo ab eis mal excepti: alter secundi inter bipedes nequissimi, non contenti Satrapam contempsisse, seruos uno tolerando aliquo malo affecerunt, sed omnium grauissimo, morte videlicet: quoniam igitur iniuria illata à prioribus erat solius Regis iniuria, & eius propria, propterea aduersùs hos nullam exercuit violentiam, quàm quòd cœna prohibuerit, qua excludi & ipsi optauerant: secundi autem, eò quòd in ministris sæui extitissent, aliena iam erat hæc iniuria, proinde cum his nulla fuit commiseratio, sed horrenda perpessi sunt, ipsis interfectioni datis, & eorum in fauillas redacta vrbe.

29. Cùm igitur Deus aduersùm se delinquentibus facilè remittat, ministris illata conuitia vehementer persequatur, docet & seruos vicem rependere, atque ipsis allata nocumenta sine tædio condonare, in Dei vindicando honore, in vlciscendis blasphemiis, terribiles esse; Quid
Deus quàm sit velox ad vlciscendum in eos qui seruis suis detrahunt. Deus cum Moyse fideli efficere? quàm velox ad puniendos illos, qui Moysi detrahebant, quàm lenis ad domandos sibi rebelles, imò quàm erga illos beneficus? *Patres nostri* (inquit Psalmo-
Psal. 105. dus Oda 105.) *in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua, non fuerunt memores multitudinis misericordiæ tuæ*: Sed in quibus impegerunt. Nempe, *irritauerunt ascendentes in mare, mare rubrum*: videlicet, cùm ad Erythræa litora tenderent, insequentium Ægyptiorum metu conterriti de Numinis potestate malè sentientes, regressum ad
Exod. 14. veterem seruitutem meditabantur, Exod. c. 14. vers. 11. At qualiter propter diffidentiam enormem vapulauerunt? Scilicet, *Et increpuit mare rubrum, & exsiccatum est, & saluauit eos de manu odientium, & redemit eos de manu inimici*: Hoc liberati discrimine, solitudine recepti, iterant querimonias, & de alimentis murmurant Exodi c. 16. Num indignè querulantes despexit Creator, & neque exaudiuit? *Et dedit eis petitionem ipsorum, & misit saturitatem in animas eorum*. Talis Omnipotens cum iis, qui ipsum offendebant, *qui non crediderunt verbis eius, cito obliti sunt operum eius, & non sustinuerunt consilium eius*: Sed, cùm in Moysem insurrexêre de tribu Core, Abiron, &
Num. 16. Dathan, Numer. c. 16. nunquid iam continuit rerum Gubernator? nunquid patiens fuit, aut leni increpatos virga dimisit? Equidem *aperta est terra, & deglutiuit Dathan, & operuit super congregationem Abiron, & exarsit ignis in Synagoga eorum; flamma combussit peccatores*: Percipe iam
Chrysost. Chrysostomi effata, ex posteriori in Psalmos explanatione ad allegatam Odam Dauidicam: *Nec cùm Deum* (inquit) *in mari rubro ad iracundiam prouocassent, nec cùm eundem in deserto tentassent, is, qui peccata dissimulat, de ipsis supplicium sumpsit; imo vero cupiditates ipsorum expleuit: At, cùm Dathan, & Abiron Moysem ira commouissent, dicentes: Nunquid Moysi duntaxat locutus est Deus, ac non etiam nobis? Eos cum vniuersa familia dehiscenti terra tradidit, neque enim Deus seruos suos contemni, & pro nihilo haberi vult.*

Sic igitur pro famulo zelatus est Dominus, 30.
quasi eius honorem proprio chariorem habeat, sic iniuriarum contra se obliuiscitur quodammodo, de iniuria contra alios, graues repetit pœnas; annon actus quidpiam Moyses pro *Moysis Zelus in vindicando Numinis iniuria.* Domino? Attende, qualem stragem ediderit: peccauit Israël vitulum faciens in Horeb. & adorauit sculptibile populus crassus & insipiens, vidit abominationem Legislator, postquam de monte descenderat, & incredibili efferuescens bile, armari gladios imperat continuò, stringi aduersùs idololatras; cecideruntque in die illa quasi viginti tria millia hominum, Exod. c. 32. vers. Exod. 32.
29. Proh cruentum Legislatorem! quid maius aliquid Sylla? Non inscitè Sephora coniux, sponsum sanguinis appellauit; sed heus rem optimam & iucundam! hunc tam à cædibus & violentia abhorrentem alibi sacer Textus, *virum mitissimum super omnes homines, qui morabantur in terra*, nominat c. 12. Numeror. vers. 3. Noui Num. 12.
quidem tolerasse patienter sæpiùs iniustas subditorum contumelias, atque allegato nunc loco præclarum sustinentiæ exemplum, quando acerbum nihil meditatus est contra Mariam, & Aaron, qui Æthiopissæ obiectabant matrimonium; sed fuissent hæc memoranda in omne æuum, si tantam non attexuisset crudelitatem: quando igitur eius gladius sic debacchatus est, quo pacto æstimabimus iure vocatum hominem mitissimum? At, intuendum, ob quos fines tam seuerè à Moyse animaduersum in cultores vituli, num de propria aliqua iniuria excanduit? Nemo tam dulcis cum hostibus atque ipse, pro quibus & frequenter cum lacrymis Numini supplicauit; fuit autem intolerabilis in Deum contemptus, & ingratitudo, simulacrum vanissimum fabricasse & tantorum prodigiorum effectori prætulisse? Hoc admirandum Moysem vexauerat; hoc adegit, vt tantam carnificinam ante vnam consumptam lucem exerceret: Igitur, si trux, atque acerbus videatur Legislator, sed nihil iratum in eo, cùm de propriis agit iniuriis: in aliena causa, & Omnipotentis præsertim, formidandus, verùm non ideo immitis cogitandus: nam ea demum mansuetudo certa est, quæ ad sua tacet opprobria cùm in Dei vlciscenda iniuria, Æternam totam euomit: quare Moyses egregia iusti que laude mitissimus virorum: Abulen- Abul.
sis quæst. 12. in c. Numeror. 12. *Proprias iniurias patienter tolerabat, sed non iniurias Dei: ideò in fabricatione, & adoratione vituli viginti tria millia hominum interfecit, Exod. cap. 32. nam mansuetus medius est inter iracundum, qui irascitur quando non oportet; & insensibilem, qui in nullo irascitur, Moyses autem irascebatur aliquando & fortiter imò circa iniurias Dei; sed circa suas, nequaquam, ideò tenebat medium.*

Aspice, quam grata Numini huiusmodi lenitudinis, atque irarum admixtio, quæ & suas dimittat iniurias, & Dei vindicatur. Cùm nullis se moueri non precibus significaret, ecce quid per Hieremiæ os locutus c. 15. vers. 1. *Si steterit Moyses, & Samuël, coram me, non est anima mea ad po-* 31. Hierem. 15. *Vnde tam efficaces Moysis & Samuelis apud Deum orationes?*

pulum, id est, quamuis interpellent ij, quorum maximè succumberent orationibus; Sed cur duos hos antiqui fœderis reliquis anteponit Ducibus? Quid si Abrahamum obtestetur? quid, si Iobus? quid, si Dauidis lingua? Quamobrem ex hac fulgentissima classe non aliquem publicauit? Sanè nominati Patriarchæ, aliique etiam omnibus condecorati ornamentis, sed excellentè Moyses, atque Samuël in sufferendis sibi illatis malis, qui plurimi fuêre in castiganda aduersus Deum temeritate; Hac igitur iniuriarum distributione sic delectatum Numen, vt cùm de temnenda offensa sermocinaretur, quò summè terrefaceret, elegit ex omni Patriarchatu veteri Moysem, & Samuelem, quorum ne supplicationibus inclinandus sit; Percipiamus à Gregor. Romano homil. 77. in Euang. *Certè, cum Iudæa* inquit) *Conditoris sui iustitiam culpis exigentibus offendisset, Prophetam suum Dominus ab oratione prohibet, dicens; Si Moyses, & Samuel steterint coram me, non est anima mea ad populum istum; Quid est, quòd intermissi, relictis quoque tot Patribus, soli Moyses, & Samuel ad medium deducuntur, quorum mira obtinendi virtus ostenditur, nisi quòd hi duo tantummodo in cunctis Testamenti veteris serie, etiam pro inimicis suis leguntur exorasse? Vnus à populo lapidibus impetitur, & tamen pro lapidatoribus suis Dominum deprecatur: alter ex principatu eijcitur, & tamen petitus, vt exoraret, fatetur dicens; Absit à me hoc peccatum in Domino, quominus cessem orare pro vobis.*

32. Ecce contradicentia in vno, eodémque Psalmo 58 Orat Propheta vers. 6 *Non miserearis omnibus, qui operantur iniquitatem* & paululum progressus vers. 12. inclinat; *Ne occidas eos*, Augustinum obstupefecit diuersitas sententiarum: *Quid est* (ait Psalmum explanans,) *Ne miserearis omnium, qui operantur iniquitatem: & , Ne occidas eos, nequando obliuiscantur legis tuæ? quomodo non miseretur omnium, qui operantur iniquitatem? & quomodo non occidit eos, ne obliuiscantur legis suæ? Sed hic de inimicis suis dixit, rogat pro inimicis suis, implet præceptum*: Verùm ego concessetim Augustino, cùm Psalmographus obsecrat, ne mortitradantur, rogare quidem pro salute hostium: at cùm experit, vt à quibusdam auferatur misericordia, quinam illi sint? An, cùm primùm loquebatur Dauid, *Nemi*[illegible] &c. iustam exposcebat vindictam à Creatore & huius etiam cùm pœniteret deinde in posterioribus supplicauit, ne affligeret illos; Equidem puto, & vindictam postulasse, & auerti supplicium quoque orasse; nimirum, cùm pro indulgentia deprecabatur, ad suas attendebat iniurias, has obliuioni tradi optabat, propterea dicebat ex clementiæ affectu, *Ne occidas eos*; cùm vero amoueri misericordiam, iram effundi desiderabat, illudque: *Ne miserearis*, &c. vsurpabat, ferebatur ad alienas iniurias, & in scelestos contra Deum præcipuè; O vindica, Domine, causam tuam, apprehende scutum & arma, & interfice rebelles; Illos, nec consopiantur iniuriæ, ne occidas eos, qui exprobrauerunt seruo tuo, qui tem iniustam fecerunt in me tota die ac nocte; his vt que parce, sed non violantibus nomen sanctum tuum.

33. Hæc in Dauidis gymnasio prælectio, de cuius exedra potens discipulus Stephanus, Ioanne, qualem pingat August. ferm. 237 de tempore: *Loquebatur* inquit) *Iudæis, sæuiebat, & diligebat; Vtrumque ostendere debeo: quia dixi, sæuiebat. dixi, & diligebat; vtrumque debeo demonstrare, & sæuientem, & diligentem, Audi sæuientem, Dura ceruice, (verba sunt sancti Stephani quando loquebatur Iudæis:) Dura ceruice, & incircumcisi cordis, & auribus, vos semper restitistis Spiritui sancto quem Prophetarum non occiderunt Patres vestri? Audisti sæuientem. alterum debeo, audi & diligentem; Irati illi sa*[illegible]*, & gramus inardescentes, Dei famulum lapidare cœperunt; Hic proba, S Stephane, dilectionem tuam; aduersus aduersus tacentes, videamus, si diligis sæuientes Primo. B. Stephanus stans orauit pro se, & ait, Domine IESV, accipe Spiritum meum Deinde positis genibus pro lapidatoribus orans: Domine inquit, ne statuas illis hoc peccatum: Hoc dicto obdormiuit in Domino. O felix somnus, & requies vera. ecce, quid requiescere, pro inimicis orare!* At, si Stephanus sub finem tam mitis, cur sub exordio Passionis excanduit in Iudæos, & homicidia obiectauit, mortésque Prophetarum? Cur nunc implacatus, & asper, nunc blandus, atque humanus. Equidem cùm Protomartyr orationem haberet ad coronam Iudæorum, subiit animum neglectus ab eis diuini nominis honos; non potuit itaque sufferre Spiritu sancto, & zelo plenus Deitatis iniuriam, atque prorupit in sanctam inuectiuam; at, cùm iaceretur in eum lapides torrentis, agebatur ipsius causa, & de Heroum more ad propriam iniuriam nihil mordicans protulit; imò in similitudinem Præceptoris sui Christi rogauit obnixè pro iis, qui mortem afferebant, & Saulum Ecclesiæ peperit, Quando igitur erga propriam iniuriam sit clem, & benignum esse præstat; aduersus Deum autem, & proximos iniusta facta vlcisci decet, propterea commissa in ipsum scelera Dauid pœnitè omisit, at verò Salomon quorum ea, de qua pœnæ repetendæ fuerant, aliena esset iniuria, & noxæ quæ genitorem tangerent; noluit differre supplicia, sed statim ac regni thronum sedit, Adoniam quanquam fratrem Ioabum, aliosque malefactores, promerita affici morte imperauit.

SECTIO IV.

Ad sapientiam adipiscendam, breuis & præclara via, sanctæ orationis studium.

Verùm, ob nulla ornamenta tam memorandus Salomon, vel æuo suo, vel in sequuta tempora, atque ob sapientiæ laudem; 34. Sed, quibus modis tantam adeptus engnitionem? quem habuit Pædagogum? Credo equidem, Dauidem optimum Parentem à teneris annis Magistros adhibuisse excellentes, qui efformarent; at, cùm longæ in discendo traherentur moræ, nec tam[illegible] [illegible] spatia ferret amator animus, volens breui cursu con[illegible], ad orationis p[illegible] confugit, *Abut itaque in Gabaon* (locum ex sacrif[illegible] solemnibus dicatum *vt immolaret ibi*. R[illegible] cap 3 vers. 4 *Hic optaui, & datus est, et* [illegible] Sap cap. vers. 7.) *inuocaui & venit i*[illegible] *Spiritus sapientia & præposui eum regn*[illegible] *sedibus, & diuit*[illegible] *hil esse duxi in comparatione il*[illegible] Sed, quantum putas notitiæ hoc compendio consequ tum esse? Quantum nullum vnquam mortalium

Greg.

Psal. 58.

August.

Christus illata sibi iniuria minimè, qui Patris iniurias vindicari expiat.

August.

Stephanus aduersus sæuientes Iudæos sæuiebat, quos sæuientes diligebat Curs

Quibus modis tantam adeptus sit sapientiam.

1 Reg. 3
Sap. 7.

lium ingenij viribus, etsi ille maximo acumine præditus, summos nactus antecessores, librorum omnium copia instructus, & his abundans adminiculis, præterea summam adhibuerit diligentiam: quæ eius cum Salomone vel leuis æmulatio? Quippe, qui impletus fuerit, quasi flumen, sapientia, Ecclesiast. cap. 47. vers. 16. *Et præcedebat sapientia Salomonis sapientiam omnium Orientalium, & Ægyptiorum; & erat sapientior cunctis hominibus.* Reg. 3. cap. 4. vers. 30. O [illegible] sanctæ or[illegible]onis emphasim, quæ m[illegible] eruditissimos facit! Omnes sitientes, venite ad aquas [illegible] absque argento, & [illegible] commutatione vinum [illegible] sapientiæ [illegible] quam [illegible] Dom[illegible] exardescat in meditatione [illegible], & Patet luminum commu[illegible] eloquia [illegible] suæ, [illegible] faciet [illegible] doctrinæ suæ.

Eccli 47.

35. Significatum, Ioannes Euangelij [illegible] illuminatos fuisse à Verbo homines [illegible] co[illegible] ritatem, [illegible] ac [illegible] eosdem illos vitam [illegible] *Quod* [illegible] ait cap. 1. vers. 3. [illegible] *ipso vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non compre[hend]erunt.* Quid [illegible] est, creaturas, & quæ facta sunt, in ipso vitam fuisse? [illegible] idem declarasse Angelicus Doctor egre[illegible], [illegible] innuit Ioannes, ante tempora [illegible] da [illegible] divina quasi exemplari causa; & cùm [illegible] esset diuina co[illegible], quæ [illegible] tem possibilium repræsentabat, vitam [illegible] fuisse agenda in Numine, in quo quæ [illegible] mortua sunt, [illegible] exemplariter. Præstat autem verba sancti Doctoris transcribere ex 1. parte, quæstione 18. arti. 4. in corpore: *Respondeo, dicendum, quod viuere Dei, est eius intelligere, in Deo autem est idem intellectus, & quod intelligitur, & ipsum intelligere eius; vnde, quidquid est in Deo vt intellectum, est ipsum viuere, vel vita eius: vnde, cum omnia, quæ facta sunt à Deo, sint in ipso vt intellecta, sequitur, quod omnia in ipso sunt vita diuina*; Itaque, secundùm beatum Aquinatem idem est assecutus Euangelistam creaturas fuisse vitam in Deo, ac fuisse intelligere Dei; Sed, quorsum opus fuerit hæc præmisisse, vt subinferret protinùs illuminatos à Verbo homines esse ab ignorantia erutos; Nónne accidisse hoc poterat, quamuis aut omnipotentiam, aut æternitatem, aut de attributis aliud fuisse affirmasset? Sed attende subtilem Ioannis [illegible]; Nam [illegible] erat donatos scientia mortales; *Erat lux vera* (ait) *quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*; Atqui, vt docti euaderent, contemplatiuos prius fuisse oportebat; Iam vero contemplatio ad operationes intellectus spectat, vt idem S. Doctor [illegible] quæstione 3. art. 5. in corpore; Porrò, [illegible] Verbum cognitione exemplariter creaturas demonstr[illegible], & quæ [illegible] idem est, hæc quoque contemplatio est diuinæ essentiæ: [illegible] vivunt in Deo, & [illegible] contemplantur Deum; Quando igitur [illegible], creaturæ Deum contemplari, [illegible] autem [illegible]; [illegible] sit iure quodam; præcl[illegible] minatas à Verbo, quæ erant doctrinæ capaces, omnes creaturas, [illegible] omnem hominem venientem in hunc mundum, [illegible] vt ob eminentiam claritatis [illegible] splendo[illegible] affirmares, quàm ipsos esse splendore. *Ex Sherlogi Anteloq. in Cant.*

Vita Dei, in-[illegible] S. Thom.

Contemplatio ad intellectū spectat.

vita erat lux hominum; Sed tam radiosum fuisse iubar, quod nec vmbr[illegible] dubitarent. *Et lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non compre[hen]derunt.* Ad hoc forsan allusit Origenes [illegible] in Ioannem: *[illegible] ponit enim [illegible] luci vitam, etsi idem est vita, & lux hominum; [illegible] enim vitam oportet [illegible], qui viuit illustretur, [illegible] erat autem hoc consentaneum, vt [illegible] esset, qui [illegible] intelligitur viuere.* Ergo [illegible] Adamantij mentem, [illegible] præcedere debuit, id est, contemplatio, [illegible] quo exposuimus morem. Orig.

36. Vidit Isaias Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum, & [illegible] clamantes alterum ad alterum, *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum.* Isaiæ 6. vers. 3. Cur non ad Angelorum imitationem & ipse laudauit Numen? An, quia non erat [illegible], quo [illegible] caneret, & nolui[illegible] anser inter olores? Ita quidem, & linguæ [illegible] tem statim significauit penitus [illegible] *Væ mihi, quia tacui, quia vir pollutus labiis ego sum*; Sic enim Chrysologus explanat sermone [illegible]. *Percellitur [illegible] dicere, quia [illegible] de Deo [illegible]* [illegible] Dolet igitur Propheta, qui [illegible] peni[illegible] de [illegible] Seraphim [illegible] palato [illegible] labiorum [illegible], quibus vsus. *Et [volauit] ad me vnus de Seraphim & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum.* A[illegible] quidem ex [illegible] interpretatione [illegible] hunc fuisse [illegible] succensum, [illegible] de altari [illegible] sustulit [illegible]: Verùm, quæ hæc medicina ad labia solidanda, ad loquendum promp[illegible] [illegible] admota [illegible] cum soluta [illegible] impediuisset [illegible] derent nimiùm atque [illegible]. [illegible] aut [illegible] quo [illegible] po[illegible] firmasse [illegible] de alta[illegible] nem [illegible] adhuc [illegible] vt in [illegible] d[illegible] Præfectus, [illegible] mendum [illegible] num [illegible] proferam [illegible] ad labia castigand[illegible], quale decu[illegible] est. Mihi igitur [illegible] spiritalem [illegible] hanc [illegible], qui de loco [illegible], & [illegible] nis altari, videlicet de [illegible], quia materialis carbo magis impediret linguæ [illegible], & [illegible] eloquentiæ, Vbi [illegible] carbo [illegible], accen[illegible] In oratione [illegible] dem. ita monet Psaltes [illegible] *Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescit ignis*; Quæ in verba Commentarius sub nomine Hieronymi: *Quid, [illegible] meditabaris? Illud, [illegible], qualiter ig[illegible] illud reperire possem, qui peccata ca[illegible] [illegible] qui est Spiritus sanctus. de quo [illegible] & quæ [illegible] erat dic[illegible] cor [illegible] de [illegible] erat [illegible]* [illegible] ergo [illegible] carbo[illegible], eoque incensi [illegible] ad [illegible] vt labia [illegible] ca [illegible], & [illegible] vt simul [illegible] eius modi autem [illegible] ex [illegible] & [illegible] nisi in altari, loco [illegible]; Plane [illegible] eloquentiæ: si quis flagrat [illegible], [illegible] sedulus [illegible] [illegible] [illegible]

Chrysol.

In oratione [illegible] ignis quo purgantur labia, [illegible]

Hieron.

cium in pangendis diuinis encomiis Seraphim non aspernentur.

37. Amisit sponsum dilecta; quæsiuit per vicos, & plateas, & non inuenit; Amisit filium duodennem Virgo intemerata; lustrauit inter cognatos, & notos, existimans illum esse in comitatu, & non reperit amantissimum solatium; Tandem oblatus sponsæ, quem diligebat anima eius; & arbitror prope muros ciuitatis; nam paululum cùm pertransisset Vigiles, tenuit eum, non dimissura in posterum; erant autem Vigiles, aut portarum, aut murorum vrbis; Tandem & MARIÆ, atque Iosepho reuelatus Christus, quem post triduum inuenerunt in templo, sedentem in medio Doctorum, audientem illos, & interrogantem eos,

Luc. 2. Luc. cap. 2. vers. 46. Sed, cur non prope metropolis portas puerum IESVM reperère parentes, vti sponsum dilecta inuenit? quippe iuxta ciuitatum ostia apud Hebræos forum, subsellia Iudicum, ac proinde & frequentissimus populorum concursus; solent autem pueri in foro ludere, atque ibi aggregari, vbi spissior multitudo; apud portas igitur versaretur, aut certè in campo; nam templa non amauit minor ætas: Sed perpende, quamobrem apud Solymos manserit Puer sanctus; nimirum, vt disceret à veteribus Magistris, & ipse quoque doceret Præceptores antiquos; Itaque omnis Christi actio, siue interroget, siue percunctantibus satisfaciat in doctrinis, atque eruditione; Vt igitur innuat scientiarum præclarissimam scholam eam esse, in qua crebræ ad Deum preces funduntur, eleuetur animus ad superna, & incalescat à sacræ considerationis fornace; denique locum, qui domus orationis est, non aliam delegit magnæ vrbis partem, in qua parentes inuenissent, in medio Doctorum audientem illos, & interrogantem eos;

In templo voluit Christus inueniri quasi in præclarissima scientiarum schola

Orig. Origenes homilia 18 in Lucam, *Non enim inter cognatos, & carnis propinquos inuenitur* IESVS; *in multorum comitatu* IESVS *meus non potest inueniri; Disce, vbi eum quærentes reperiant; Et inuenerunt* (inquit) *eum in templo: Non vbicunque in alio loco, sed in templo simpliciter, sed in medio Doctorum; Et tu ergo quære* IESVM *in templo, quære in Ecclesia, quære eum apud Magistros, qui in templo sunt, & non egrediuntur ex eo: si enim ita quæsieris, inuenies eum.*

38. Cùm tabernaculum sibi fabricari præcepisset Numen, iussit & Propitiatorium ædificari: duos quoque Cherubim aureos & productiles

Exod. 25. ex vtraque parte oraculi, Exodi capite 25. vers. 18. Quare ex hierarchicis ordinibus hoc genus spirituum eligerat? Nam sanè Propitiatorium Dei sedes erat: Meliùs igitur ex Thronorum classe vocaret, super quibus sederet; atque hos cùm respuit, quamobrem non aut Potestates, aut Dominationes, aut Seraphim? Erat locus ille orationi, & supplicationibus dicatus, quemadmodum Abulensis ostendit quæ-

Abul. Leuit. 16. stione 5. in cap. 37. Exodi, atque demonstrat Leuitici cap. 16. ibi enim Sacerdos, & pro se, & pro reliqua multitudine supplicabat; iam verò rationali creaturæ nihil sic insitum, atque scientiarum auiditas, in hoc fertur passis habenis animus quoties sui compos, quoties antiquæ memor nobilitatis; Voluit igitur Deus significare, vnde petendæ essent scientiæ, ac proinde Cherubim super Propitiatorium delineari præcepit, Declarauero hoc: Solent quidem tituli, & inscriptiones rerum venalium, aut quæcunque alia indicantia signa, quoad fieri valeat eiusmodi esse, quæ analogiam habeant cum rebus ipsis, & proximam similitudinem: ita, si venundantur arma, quidpiam de bellico apparatu suspenditur: si libri, codex in foribus eminet: quò itaque innueret Creator venam, vnde scientiæ hauriantur, orationi esse destinata loca, iussit vt Propitiatorio, quod precibus consecratum, Cherubim, quod scientiæ plenitudo interpretatur, supereminenet, non Throni, aut Dominationes, aut alia Hierarchia; non enim eiusmodi Mentes signa idonea fuissent ad ea præmonstranda, quæ locus ille suppeditabat, nimirum sapientiæ donum: Subinnuit Beda lib. 1. de Tabernaculo, & vasis eius, cap. 5. Beda.

Quibus, (inquit, scilicet, Cherubim) *nomen scientiæ multitudinis, vel scientia multiplicata conuenit, quod, videlicet, Scriptura sacra spirituali, ac diuina scientia plena est, eadémque scientia, ex quo Scriptura ipsa condi cœpit, augeri semper, ac multiplicari non desinit; Rectè Cherubim gloriæ Propitiatorium obumbrare dicuntur; quia testamento crescente per tempus, & multiplicata scientia propitiationem nobis Domini Saluatoris prædicant*; Sed inquis; Cherub puerum denotat, vt

Cherub & puerum, & Magistrum denotat. Olcast. ex Rabbinorum sententia monet Olcastr. in c. expositione, cap. 25 Exodi; non ergo apta nota, qua exprimantur doctrinæ? imò puer ignorantiæ symbolum: Respondeo, esto significet ista: verùm & cognationis multitudinem denotare quoque, quam etymologiam Patres frequentissimè amplexantur: est verò vtriusque significationis venustum Sacramentum; Quamuis quidem sic existat rudis quispiam, vt puero nihil doctior sit, & vix prima teneat elementa: hunc tamen si meditationis, contemplationisque assuescat studiis, breui tam locupletem euasurum, vt consummatus Magister vocetur: nempe, in quo non vna aliqua scientia, sed doctrinarum resplendeat plenitudo.

Inuitat nos Iobi de aquilarum natura elegans oratio: *Nunquid* (ait cap. 39. vers. 29. 39.

Job 39 *ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum suum? In petris manet, in præruptis silicibus commoratur, atque inaccessis rupibus, vnde contemplatur escam, & de longè oculi eius prospiciunt*: Videatur autem hic sermo innuere aquilam, vt prædam videat editissima loca scandere, & quæ longùm ab esca ipsa distent. Sed, obsecro, an hoc prudenter volucris faciat? Cur Iobus commendat, cùm potiùs vituperare, & stultitiæ arguisse debuit? Parùm namque est ad contuendum certò obiectum, recessisse multùm: nam ad absentia difficiliùs fertur intuitus, iuxtà posita discernuntur plenè: Voluitne indicasse tantam esse aquilini luminis perspicaciam, vt cùm cætera animantia non nisi propè loca attingant oculorum acie, illa spiritalem, & intelligibilem imitata vim feratur ad distita, & meliùs intueatur peregrina, atque amota. Verùm Gregorio sub- Gregor. scribo hæc ad contemplatiuos referenti lib. 31. Moralium, cap. 19. Quid igitur meditationibus dediti consequantur? Sanè videndi stupendam vim, acumen mirabile, scientiam incomparandam: Itaque alij mortales studio, & vigiliis adipiscuntur, vt lumine præditi esse intelligantur, vt Rabbi & Magistri vocentur, primásque in

Lyceo

Lyceo occupent cathedras; sed hi tamen post tot exantlatos labores contemplantur solùm circumposita; si remoueas obiectum, hebescit statim oculorum vigor, & nescio quid indistinctum tantùm, atque confusum hauriunt; at verò contemplatiui distantia penetrant, in petris, in præruptis silicibus commorantur; inde contemplantur escam, vbi cæteris impossibile, vt videant; & de longè oculi eorum prospiciunt: hæc meditantium priuilegia, hoc ornamentum; sic orationis amor intellectum acuminat, suósque cultores aquilarum in morem supervolare facit, & omnem pennatorum gloriam vincere: Dixi omnium fortassè; sed Gregorius Angelis æquat, loco, quem memoraui: *Sed quisquis ita contemplatione rapitur,* (ait,) *vt, per diuinam gratiam subleuatus, mentionem suam iam Angelorum choris interseras, & phonesim sublimibus, ab omni se infima actione suspendat, non ei sufficit gloriam angelica claritatis aspicere nisi eum etiam, qui est super Angelos valeat videre; Consideremus, quàm sublimis fuit aquila Paulus, qui vsque ad tertium cælum volauit,* &c.

Contemplatio intellectū acuit.

Attonitum contemplatus sacerdotium, stu-
40. pui ad tam vocalem Mystam; nam totus deorsum vestimenti limbus sonorus malogranati pomis & tintinnabulis oneratur; Cur tot linguæ, quando Sacerdotis ornamentum insigne taciturnitas? Resoluit Hieronymus epistola ad Fabiolam; *Tanta debet esse scientia* (inquit) *& eruditio Pontificis, vt & gressus eius, & motus, vniuersa vocalia sint; veritatem mente concipiat, & toto eam habitu resonet, & ornatu;* At, quare sacrorum Antistitem oporteat tam eruditum esse, vt nihil in eo appareat, quod non scientiam olfaciat? Ideò, quòd tunicam totam de hyacintho vestitur, Exod. 39. vers. 20 Quid hyacinthus de aëreo colore, nisi perpetuam rerum supernarum meditationem indicat, & vt iuxta Paulum, Flaminis tota sit conuersatio cœlestis? Audies lubentiùs ab Arnoldo Carnotensi tom. 12. Bibliothecæ Patrum magnæ, parte 2. *Hoc est enim summum Sacerdotium, ad hunc apicem sanctitatis attingere, vt totum se vir iustus cœlestem exhibeat, moresque supernos, & diuinam exprimat formam; solique Creatori mente infixa indiuidua conuersatione inhæreat, hoc totum complectens tunica hyacinthini coloris insinuat;* Cùm igitur tunica eiusmodi esset, quæ perennem diuinorum contemplationem postularet, hominémque perpetuis intentum meditationibus, ad tantam cœlestium materiarum considerationem, necessum erat subsequi illustrationem mentis parem contemplationi: quare, sicut meditatio totum possidebat Antistitem, vt nihil nec in motu, nec in incessu appareret, quod non entheum fuisset, & de conuexo, ita decuit, talem esse scientiam, quæ totum sibi vendicaret; Ac proinde egregiè Hieronymus; *Tanta esse debet scientia, & eruditio Pontificis,* (inquiebat,) *vt & gressus, & motus, vniuersa vocalia sint, nihilque in eo sit, quod non scientia peruadat.*

Hieron.

Pontificis quanta debeat esse scientia.

Exod. 39.

Arnold.

Cùm reuerteretur Iacob in patriam, post-
41. quàm nox rebus incubuit, obuius ei factus de fortissimis vnus, *& ecce vir ille luctabatur cum eo vsque mane*, Genes. 32. vers. 24. Quale tempus agonis, atque palæstræ, tenebris omnia confundentibus? Quid videlicet agnothetæ quam ferret sententiam? cui palmam daturus sit? quam spectatores voluptatem ceperint? Sed & ipsi palæstritæ quo pacto sciuerint, num in certantibus omnia paria sint? an fraudem alter alteri struat, & occultent vmbræ dolum aliquem? Apage nocturnam luctam, aut saltem produc faces, & lampades, quæ noctem in diem vertant; quemadmodum nubeotes fecêre? Sed noluit is, qui Iacob prouocauit; nam, vt exorientem Auroram conspexit, dimitti continuò flagitauit; At nosce, contemplatiuorum hanc esse luctam, quando scilicet iustus media nocte surgit ad confitendum Domino, & adsunt frequentes spectatores de Angelorum contubernio, & vident sine facibus, videt absque tædis & diuinus certaminis Præses, dicat autem Gregorius modum pugnæ homil. 14 in Euangelia; *Significat ergo Angelus* (inquit) *Deum; & Iacob, qui cum eo contendit, contemplatiui viri animam exprimit; quæ cum Deum contemplari nititur, velut in certamine modo quasi superat, quia intelligendo, & sentiendo de incircumspecto lumine aliquid gustat: quasi ergo vincitur Angelus, quando humano intellectu intimè apprehenditur Deus.* Sed, quæ finis palæstræ? nempe, vt Iacob in alium deinceps hominem variato nomine mutetur: *Nequaquam* (ait) *Iacob appellabitur nomen tuum, sed Israel;* Quid verò Israel? nempe videns Deum; Hoc igitur retulit ex contemplatiua lucta Iacob, vt deinceps inter Deum videntes connumeraretur; ipsi autem sunt, quos scientiarum Regina Theosophia alumnos agnoscit, ipsi, qui Deum speculantur, qui in diuina obtutum perenniter figunt; Cerne igitur, quid contemplatio Iacob attulerit, nimirum, vt litterarum rudis, doctrinarum apicem Theologiam vnius noctis pugilatu comprehenderet.

Genes. 32.

Greg.

Per contemplationem vnius noctis, Iacob ad doctrinarum apicem peruenit.

Sic itur per compendia ad sapientiæ culmen. 42.
Quid agitis filij hominum? Cur per tot ambages à vobis quæsitæ artes, quas didicisse exiguo interuallo expeditum sit, ad vestigia, ad plantas sacras IESV, & huius crucifixi? Sic in virum perfectum euasit Bonauentura, sic Thomas orbi inclaruit, & neque modò abbreuiata dextera manus Domini. Aquarum penuria laborante exercitu cum ducibus, Elisæus Vates fossas aperiri mandat Reg 4 cap. 3 vers. 16. & de exsiccati torrentis gremio subiungit; *Hæc enim dicit Dominus; Non videbitis ventum, neque pluuiam. & aluus iste replebitur aquis & bibetis vos, & familia vestra & iumenta vestra?* Quid spondet Propheta? ecce tellus neque puteis, neque fonte, neque amne aliquo abundat, si igitur ex ventorum concitatione nubes non mittant imbres, quis dabit sitientibus optatus latices? Sed hæc Elisæi potestas est vt sine iis adminiculis pluuias accipiat: quorum tamen præsidio reliqui homines accipere consueuêre, in hoc magnus Elisæus. Verùm, qui imbres isti nisi doctrinarum eloquia? Non nouum istud, cùm Moyses optans, *Concrescat* (ait Deuteron 32. vers. 2.) *vt pluuia doctrina mea; fluat vt ros eloquium meum, quasi imber super herbam, & quasi stillæ super gramina;* Igitur apud iustos eiusmodi pluuia absque iis omnibus quodammodo, quæ eruditos facere valeant, imò absque ipsis pluuiis repletur aluus torrentis: non illis Bibliotheca, non Magistri, non Academica exercitamenta: & tamen qualis euasit Magister Bernardus inter fagos, & nemorum secreta? scilicet, petebat, & inueniebat: pulsabat, & accipiebat: orabat, & dabatur illi mensura superefluens: hauriebat de fontibus Saluatoris cùm in manuum, pedúmque aperturas defixus altissima

4 Reg. 3.

Deut. 32.

Sancti absque cõflictu disputationũ & doctrinæ pluuia, per oratione à Deo erudiũt.

Steph. apud Tilm.

sima ecstasi gloriabatur se IESVM scire, & hunc, ob plagas multas non habentem decorem, cùm tamen sic vulneratus esset speciosus coram Deo præ hominum, Angelorumque pulcherrimis: Stephanus apud Tilmannum, in Allegoriis Bibliis, ad oppugnatum Regum Textum: *Non videbis ventum, sed est, conflictus disputationis, neque pluuiam doctrinæ, & alueus replebitur aquis scientiæ; Hoc sæpè videtur in claustralibus, qui Scholas non intrant, nec disputationibus intendunt, & scientiam habent per gratiam: Vnde Ioannes, Non necesse habetis, vt aliquis vos doceat, sed vnctio eius docebit vos in omnibus.*

43\. Ioan. 21. Postquàm de mortuis Seruator euigilauit, ad Tiberiadis algas discipuli retia trahebant: mane autem facto stetit IESVS in littore non tamen cognouerunt discipuli quòd IESVS est, Ioan. c. 21. vers. 4. Sed ecce, dum cæteri caligant, prorumpit Euangelista, quem diligebat Magister, *Et dicit Petro, Dominus est*: Verùm, cur non indicat ante, Ioannem Simon Apostolorum Vertex? Nonne enim hic est, qui sciscitante Christo; quem dicerent homines esse Filium hominis, inter absurdas multitudinis opiniones edidit memorandum testimonium, Filium Dei viui pronuncians? Qui igitur ad Diuinitatem vsque penetrauerat iunior adhuc in Schola Redemptoris, cur nunc adultus Discens humanitatem ignorat? An ideò Ioannes plùs videt, quoniam ardentiùs amat? Sic putauerit Chrysologus sermone 78. *Primus, qui diligitur* (inquit) *videt, quia semper amoris oculus acutius intuetur; & semper viuaciùs, qui diligitur sentit*: At non plùs amasse Ioannem, quam Petrum Augustinus contenderit tract. 124. in Ioannem: *Petrò quod Apostolus Petrus* (ait) *plus aliis dilexerit Christum, possunt quidem documenta multa proferri: sed, vt longè in alia non eamus, in ipsius tertia manifestationis Domini paulò superiore lectione, quæ istam præcedit euidenter satis appareat, vbi interrogans eum dixit: Diligis me plus his?* Quæ fusiùs pergit ostendere: Quando igitur non fuerit vehementior Ioannis amor, quàm Petri, non ideò potiùs vidit, quoniam plùs amaret: Quare ergo? Sanè, vt idem sanctus Doctor asserit eodem tractatu. *Duas sibi vitas diuinitus prædicatas, & commendatas nouit Ecclesia, quarum vna in labore, altera in requie; vna in opere actionis, altera in mercede contemplationis*: Porrò, ex his duabus vitis, eam quæ in actione est, Petro adumbratam; illam, quæ theoriæ vacat, Ioanne repræsentatam affirmat; Cui subscripsisse videatur Arnoldus Carnotensis tractatu de septem verbis Domini, ad verbum *Mulier, ecce filius*, &c. *Petro* (inquit) *commendatur Ecclesia; tibi* MARIA: *illi tumultuosa negotia; tibi pacifica; illi atria, & vestibulum, & altaria sanguinum; tibi commendatur altare incensi & Sancta Sanctorum. Ad culmen mysterij tui nullus tecum admittitur*: Ergo, si Ioannes vitam speculatiuam, Petrus actionem designat; cùm acumen in videndo, atque scientia perspicacior contemplationi annexa sit: quid mirabile, si quod alij intueri non valeant, Ioannes discernat: & caligantibus eorum luminibus Ioannes indicauerit eum, qui in littore stetisset IESVM Præceptorem fuisse.

Amor acuit intellectum.

Chrysol.

August.

Petrus an plus amauerit Christum, an Ioannes Euangelista.

Arnold.

44\. Totus in Rachele Iacob, pro Rachele septem anni, atque illis emensis iterum septem, atque omnes pauci videbantur nimiùm æstuanti: Nihiloe pro Lia, ô sancte Patriarcha, Non annus vnus, non mensis saltem, aut dies, aut hora? Quæ hæc tam formosa, quæ sic illaqueat, sic vendicat sibi totum, vt sorori nihil relinquat; Dicet vobis egregia eloquentia Richardus Victorinus in Beniamin minori, lib. 1. cap. 1. *Sed iam, quæ sint istæ duæ vxores Iacob? Rachel, doctrina veritatis; Lia, disciplina virtutis: Rachel, studium sapientiæ; Lia, desiderium iustitiæ. Sed scimus Iacob septem annis pro Rachel seruisse; & tamen videbantur ei pauci præ amoris magnitudine: Quid miraris? Secundum magnitudinem pulchritudinis erat magnitudo dilectionis. Certè, si in laudem sapientiæ aliquid conatus voluero, minus erit, quæcunque dixero; quid enim sapientia ardentius diligitur, dulcius possidetur? Eius decor super omnem pulchritudinem, eius decor omnem excedit suauitatem: Quid ergo mirum, si Iacob in huiusmodi sponsa amore flagrabat, & si tales ignes, si tanta dilectionis flammas temperare non poterat? O quantum amabat? qualiter eius dilectione flagrabat!* Igitur Rachelis cùm arderet amplexus Iacob, mancipium Labanis vltroneè factus est; Sed, in quibus seruiuit? Nempe, in pascendis gregibus: oues ducebat in saltum, ad pratum, ad fontem, hæ exercitationes, syluæ comites, & eremus desiderium: At, cur non in aliis tenuaut Laban? Frumenta sereret, amputaret vineam, oleum sub autumno exprimeret, rem domesticam procuraret? Cui potiùs, quàm cognato, credidisset familiam? Tam rudis Iacob, vt nihil præterea sciat? Oues solùm nouerit ad pastum mittere, ad caulas reuocare? Verùm prudenter Iacob non aliam quàm pastoritiam artem velit tractare, quippe ambiebat vehemens procus Rachelis, id est sapientiæ nuptias: Has autem vt consequeretur, contemplatiuum esse oportebat: non enim cum sapientia inire connubia, nisi speculantibus concessum: in horum illa amplexus atque oscula ruit hilaris: Sed, quemadmodum contemplari didicisset Iacob, nisi apud eremum, vbi nullus tumultus, qui assurgentem suopte ingenio animum inquietent? Sic quondam factus magnus contemplator, & citharœdus insignis Dauid: Athanasius homil. de semente: *Dauid, cum in solitudine pastorali ageret, nec esset cum quibus loqueretur, citharam complexus, ex cuius concentu duo in primis consequebatur; quòd & inde solitudinem suam mitigaret, & Psalmos caneret, & modulationis fructum perciperet, & pietatem adiuuaret: psallebat quoque multifaria miracula Dei*: Ita igitur & Iacob, vt psalleret, vt ore, & mente in diuina encomia prorumperet, pastorum dilexit ministeria, pastorum moratus tabernaculis: Quidni enim? Sapientiæ coniungi optabat; hæc autem contemplantium sponsa est: Igitur pastor, ideò vt contemplaretur; contemplabatur autem sapientiam meditando consequuturus; & quoniam orationis, speculationumque labore adipiscitur sapientia ab his, qui pro ea suspirant; proptereà Salomon, cùm præ omni solatio ambiret sapientiæ thalamos, hanc vt adipisceretur, ipso Monarchiæ exordio in Gabaon profectus est, orationi vacaturus: fuitque cogitatio felix: nam bibit de sapientiæ plenissimis fontibus vsque ad satietatem.

Rich. Vict.

Solitudo contemplationi deseruit.

Athan.

Dauid psalmodia solitudinis leniebat mœrorem.

***

SECTIO V.

Quale unicuique nomen, tales debeant esse & mores; turpe ementiri factis decoros titulos.

45. SAlomon, Pacificus nomine, imperio concors: Vis scire multitudinem pacis, cùm regnaret? *Habitabátque Iuda, & Israel absque timore vllo, vnusquisque sub vite sua, & sub ficu sua, à Dan vsque Bersabee cunctis diebus Salomonis*: Dignus planè tam ingenti principatu, qui, quod nomine spondebat, opere exequutus. Vtinam habituros gloriæ multos cognominatores: Sed itur in aduersum à mortalium plurimis: Atque ille quidem toto gestu Philosophus: hoc & neglectus capillus, & in mentu diffusa barba, & pallium lourdense, déque Indi tinctura, & contempta obsonia, detecti oculi significauère, longe paulisper, obsiste ambitiosæ mentis superbis cogitationibus; experieris continuò solam Philosophiæ vmbram: nullus tam biliosus sermo, tam mordax calamus: atque in his (quod mirere supra modum) obsequium, & Ecclesiæ, & Superis præstari audax contendit: Alter quispiam superciliis & fronte Cato, toga Aristides, verbis nouus Socrates; quantum Reipublicæ columen facie tenus? Insidiatur in occulto furcifer, & callida fraude pauperum rapinis deuastat tabernas, locupletúmque turres Harpyia crudelis: Vbi timor, vbi sensus, vbi verecundia? Aliud apud vulgus ostendisse, aliud in operto, & in cubilibus? [illegible] Sanctis inuisam nationem, & Christo exosam? nec cum his dissimulet, quod vel amicos habiturus sit.

46. Dum transiret Seruator, præcurrens Zachæus Publicanorum Princeps ascendit arborem sycomorum, vt videret eum. Luc. cap. 19 vers. 4. *Suspiciens autem* IESVS *vidit illum, & dixit ad eum: Zachæe, festinans descende*: Verùm occurrit Chrysologus sermone 54. & interrogans: *Si benè* (ait) *ascenderat, quare ei dicitur, descende*? Porrò optimè ascendisse appareat: nam scandit lignum, vt auctorem vitæ intueretur, probauitque rerum melior exitus fortunatam extitisse scansionem: igitur, si bonus ascensus, quorsum imperat Redemptor, vt descendat? Nimirum arbor illa Crucem Domini repræsentabat, atque in stipite sublimis Zachæus, Crucifixorum vnus videbatur. *Antè Zachæus* (subnectit Chrysologus) *ascendit arborem, quàm Crucem Dominator ascenderet: hinc est, quod dicitur ei, Festinans descende*: At, nónne Christo gratissimum, Zachæum de Crucifixorum purpurata militia esse? Quid ipse inclamat, quid Euangelio intonat, nisi vt Crucem baiulent, qui velint eius imitatores esse? Quorsum igitur displiceat Zachæus, quoniam de Crucifixorum notis glorietur? Animaduerte diligentiùs, Zachæum tum, cùm inter Crucifixos numerari auebat nondum valedixisse malè partè substantiæ, quam multam possidebat: Desiderabat igitur Publicanus Crucifixórum titulis nobilitari? (erat nanque hoc eximiè gloriosum, & apud Deum, & apud homines:) at Crucifixorum mores respuebat omninò: nam interim domus omni lautitia abundans, abaci, tapetia, famulorum greges, mensa ad lenocia, & gulam instructa, & totum istud de spoliis pauperum: Quoniam igitur Christo videbatur indignum, vt Crucifixi nomen haberet, ab onere, & moribus abhorrens, præcepit, vt è vestigio descenderet: *Descende ergo* (loquitur Chrysologus) *vt deponas tanta fraudis onera, pondera cupiditatis, vsurarum molem, magisterium publicani, exactionis crudelissimæ principatum: expeditus intres pauperis Scholam, discipulatum misericordiæ, pietatis vsum, patientiæ disciplinam, studia virtutum, scientiam Diuinitatis, tolerantiam passionum, Philosophiam mortis, atque inter vitalis ligni ardua tam perfectus ascendas*: Scilicet, cùm huiusmodi fuerit Zachæus, qui nihil de hoc mundo habeat, qui omnia tanquam stercora despiciat, vt Christum lucretur, tum poterit inter Crucifixos censeri: O vos, quibus cùm diuinior fuit cogitatio, sub Crucifixi vexillis placuit dies paucos, & breues huius vitæ traducere; attendite & videte, si nominibus mores consimiles: Quorsum apud Crucifixum tam varia, tam diues supellex, & illa in picturis tanta laus, in mensa, in reclinatorio, in thalami vniuersa facie? Vereor, ne & hos descendere iubeat, cùm apparuerit signum Filij hominis, & venerit cum potestate magna: Aderunt dies illi, & non elongabuntur. O si non Crucifixi, sed potiùs crucifigentes multi inueniantur, qui de Cruce tamen sibi speciosè plaudunt!

Zachæus ex arbore iubetur descendere, ne de Crucifixi titulis gloriaretur qui adhuc Crucifixi mores abhorrebat.

Tabescebat longa fame vniuersus Israël, & iusto Domini Eliæ non deerant alimenta: non si abundasset à fructibus terra Chanaan fuisset lautior mensa Prophetæ: Cura est Numini de Sanctis suis; atque Regum aulæ inediam patientur, iusti autem saturabuntur, & comedent in lætitia: Igitur sedenti torrente Carith, qui est contra Iordanem corui deferebant ei panem, & carnes mane; similiter panem, & carnes vesperi, & bibebat de torrente. Reg. 3. cap. 17. vers. 6 Abière famis tempora, & Iezabel, impotens femina, persequi Eliam aggressa: Nec sustinuit mulieris iram contra viros robustus Propheta: Igitur eremum petens, cùm viuere tæderet, obdormiuit in vmbra iuniperi: Excitauit soporatum Angelus, & iussit, vt comederet, quoniam grandis ei restabat via: Vah! quàm grandis, cùm & ipsos quadraginta dies ambulare oporteret? Experiamur quos attulerit cibos supernus Legatus tantæ peregrinationi? Nimirum, subcinericium panem, & vas aquæ. Regum 3. cap. 19. vers. 6. Quid verò hoc? Cùm sederet quietus in herba prope torrentis hilares cursus, afferebantur carnes, tum, quando, neque labor, neque fatigatio: modò, cùm ad iter quadraginta dierum accingitur, minor est esca, & demuntur carnes, præcipuum robur allaturæ? Sed intuere: Cùm in torrente Carith sederet Elias, omnia in pace erant; pace autem vigente omnia iucunda sunt; quare & iucunda decens tempora, lautior Vati exhibetur esca, de carnibus, nimirum: cùm verò insaniret Iezabel, persequutio regnabat, eius autem, qui sub persequutione est, tristis & deiectus est habitus: Vt igitur mores nominibus coaptarentur, quando Elias de iis, in quos persequutio desæuiebat; horum autem, sicut vile est nomen; ita & cibi & vestis, & reliquus ornatus, voluit Angelus eos tantùm afferre cibos, qui afflictorum proprij, panis autem esca lugentium; carnes in hilaritate positos decuêre: atque ideò cùm à vultu Iezabelis fugeret 47.

3 Reg. 17. & 19.

Persecutionis tempore ieiunandum.

Vates, panis ei solùm datus. atque panis subcinericius quidem: Tertullianus libro aduersus Psychicos, de ieiunio, c. 9. *Reuerter* (ait) *ad Eliam. Cùm corui illum pane, & carne saturare consueuissent, cur postmodum apud Bersabee Iudææ excitato ex de somno quidam illo Angelus sine dubio, panem solum, & aquam obtulit? Defecerant corui, qui eum liberaliùs pascerent? An difficile Angelo fuerat, aliquem aliunde de conuiuio Regis ministrum cum instructissimo ferculo raptum ad Eliam transferre, sicut Daniels in lacum leonum esurienti prandium metentium exhibitum est? Sed constitui oportebat exemplum, docens, in tempore pressuræ, & persequutionis, xerographiis esse viuendum*: Benè addidit; *In tempore pressuræ, & persequutionis*: Postulabat enim ipsum temporis nomen, quod à pressura, vt alimoniæ nihil de lauto, lætóve haberent, alioqui non essent conuenientes luctibus & pressuræ dapes; & diuersa fuissent, quàm titulus, significata.

Tertull.

48. Nudus patibulum ascendit Christus, & cùm haberet amictus imperij indices, spoliari voluit, priusquàm ascenderet; Cape ab Ambrosio lib. 10. in Lucam, ad c. 23. *Pulchrè autem ascensurus Crucem, regalia vestimenta deposuit: vt scias, quasi hominem passum esse, non quasi Deum Regem, etsi vtrunque Christus: quasi hominem tamen, non quasi Deum Cruci esse suffixum; addicto quasi victor assistis, ad passionem tamen quasi reus humilis venit.* Sed, quare tunc purpuram reiecit, qui verè Rex erat, & Princeps Pastorum? Nempe, vt præclarè aduertit Ambrosius, tunc, & Diuinitas, & Maiestas abscondita, & inspicientium oculis innotuit solùm homo in labore, & ærumnis positus: itaque erat ipse status in primis miserabilis, & supplicium infame, atque vsque in eum diem homuncionum tantùm, & qui de vilissima plebe erant. absurdum igitur putauit Redemptor, vt homo in calamitate positus, & factus omnium peripsema, regiam affectaret maiestatem: Gaudeant purpuræ ambitione, & fastum præferant, qui in domibus Regum sunt, & ducunt in bonis dies suos quoniam & in momento ad Inferos descendent: Crucifixum talia non decent, sed patientia, longanimitas, mansuetudo, contemptus sui: Quid tumidè de Crucifixi Schola te esse iactas, & gloriaris cum Pharisæo superbè te non esse sicut alij homines sunt, qui vigiliis carent, ieiunia ignorant, vestem horridam nescierunt? & tamen vsque ad cœlos pertingit eleuatio cordis, & adorari tanquam Deus velis: Si non in omnibus Prælatus obsecundet, si quisquam increpatorio sermone læsit, insanis, & exilis, & cum Lucifero seditionem, turbásque molitis; scilicet, te non esse quasi vnum de populo, consilio, nobilitate, doctrina fulgere: Fateor: habes vestimenta regalia: sed memento te esse de Crucifixis; & quoniam Crucifixorum Antesignanus, arborem conscensurus regalia vestimenta deposuit: At portauit etiam in Cruce diadema: nam coronatus apparuit, inquis: Ita quidem: sed neque in hoc latum vnguem à Crucifixo recessit: nam, quod honoris est, abdicauit, chlamydem, videlicet, quia ex purpura erat; diadema autem, quoniam punctiones, & opprobrium (de spinis, nempe frontem laceraturis) magis, quàm adorationem erat allaturum lubens vertici induit; talis, qui per Crucem nos redemit, semper attendens, vt qualis fuisset habitus, quale nomen, similes extitissent & mores; nihilque esset in verbis, nihil in gestis, quod à Crucifixi submissa patientia abhorreret.

Ambr.

Quare purpuram tunc reiecit Christus cùm in Crucem ascendit.

Præcessit in Dauide specimen: Saltabat totis viribus ante Arcam Domini, ephod lineo accinctus. Reg. 2. cap. 6. vers. 14. Quem cùm Michol vxor eius, filia Principis, per fenestram prospectans vidisset, despexit in corde suo; tolerabile, si non & in verba prorumpere ausa mulier: *Quàm gloriosus* (inquit) *fuit hodie Rex Israel, discooperiens se ante ancillas seruorum suorum, & nudatus est, quasi si nudetur vnus de scurris?* Verùm, quare non acriùs obiurgauit procacem feminam sanctus Dauid? an non debuerit, cùm de sacris ageretur, & Deus magis, quàm homo contemneretur; Certè, non sic leniter Iob respondit, cùm & ipsius exorbitaret coniux, & de Numinis paterna castigatione non rectè sentiret: *Quasi vna de stultis mulieribus locuta es.* (inquiebat cap. 2. vers. 10.) At non minor stultitia Micholis, quæ ludibrio habuit Deo factum obsequium. Quare igitur non & Iobum æmulatus Dauid; Sanè, quamuis Dauid Rex esset, & ipsius Michol caput & Dominus, & ob hanc causam iustè reprehendere posset: sed tamen, quia ephod induit, & de minori Leuitarū ordine fieri voluit, decuit, vt verbis & opere Sacerdotem esse semet ostenderet; oportet autem Sacerdotem loquela modestum apparere? oportet quoque eum, qui de Leuitarum infima sit classe, vt non audeat Reginam obiurgare: hoc aut ad Summum Antistitem, aut ad Leuitarum proceres attinet, quos etiam & cum reuerentia dicere conuenit: Ne igitur Dauid ab eo, quem portabat, habitu, moribus discrepasse videtur, & vltra mensuram ephod gestantis progredi Reginam increpando, dissimulauit iniuriam: non verbum protulit, quod non minores Leuitæ pronunciare valuissent: Hinc Petrus Damianus Apologetico de contemptu sæculi, cap. 18. *Cùm Dauid Michol filia Saul obiurgaret, dicens: Quàm gloriosus fuit hodie Rex Israel discooperiens se ante ancillas seruorū suorum? vt ostenderet, quia eadem humilitas vigebat in mente, qua parebat in corpore; non iratus efferbuit, non elatus verba respondit, sed humiliter dixit: Ante Dominum, qui elegit me, vilior fiam plus quàm factus sum, & ero humilis in oculis meis: Nonnulli enim, quo se deformius in exteriori compositione deiiciunt, eo de se intrinsecùs maiora decernunt*: Itaque, quoniam humilis erat status, quem tunc referebat Dauid, Leuitæ scilicet minoris; excelsa autem fortuna Michol, taxare noluit: arrogans enim haberetur sic agens, cùm superbum sit ab humilis conditionis viro sublimes homines reprehendi: hoc enim est velle inopem locupleti parem fieri: At verò cùm Iobus omni pompa spoliatus fuisset, aula, satellitio, amicis, destitutus, quam ille patiebatur egestatem, eandem sustinebat & vxor illius: quare coniugem obiurgans fortunæ cancellos non prætergrediebatur; neque enim humilis excelsum, pauper diuitem increpabat, nihilque committebat Iobus, quod esset præter decorum, aut nominis, aut officij, aut status, ac proinde, & Iobus benè egerat, quoniam vxorem diuinæ Prouidentiæ immemorem acriori inuectiua perstrinxit: Dauid quoque rectè fecerat coniugem sustinendo, & ab increpatione, pro illis rerum circunstantiis, temperans.

49.

2. Reg. 6.

Iob 2.

Quanta debeat esse Sacerdotis in loquendo modestia.

S. Petr. Dam.

Postquàm ex hominibus primi Numinis mandatum transgressi de vetito fructu gustarunt nuditatem erubescentes, consuerunt folia ficus, & 50.

fecerunt

Gen. 3. fecerunt sibi perizomata. Genes. cap. 3. vers. 7. Quamobrem de ficu magis, quàm de alterius ligni foliis; Scilicet, quoniam luctibus, & pœnitentiæ aptiores illius frondes: nam dolebant super commissis, & satisfacturi elegerant de ficubus, quod horridiora essent folia, & pungerent magis. Disce ab Irenæo lib. 3. c. 39. *Per succinctorium, quod sibi Adamus circundedit, ipso facto ostendit suam pœnitentiam, foliis ficulneis semetipsum contegens, existentibus & aliis foliis multis, quæ minus corpus eius vexare potuissent: condignum tamen inobedientia amictum fecit conterritus timore Dei, & retundens petulantem carnis impetum, quoniam indolem, & puerilem animi erat sensum, & in cogitationem peiorem venerat: frænum continentiæ sibi, & uxori suæ circundedit, timens Deum, & aduentum eius expectans, & velut tale quid significans: Quoniam quam habui à Spiritu sanctitatis stolam amisi per inobedientiam: & nunc cognosco, quoniam sim dignus tali tegumento, quod delectationem quidem nullam præstat; mordet autem, & pungit corpus:* Qua oratione planè significat Irenæus Paradisi primos incolas ad fletum, & satisfactionem post commissam noxam citò conuersos: Sed, ecce adest subitò Creator iratum plenus, & increpans rebelles: hoc enim illud eodem capite, *Vocauitque Dominus Deus Adam, & dixit ei: Vbi es?* Quam interrogationem Ambrosius expendens libro de Paradiso, c. 14. *Quid est ergo? Adam, vbi es? id est, non in quo, sed in quibus es? Non ergo interrogatio est: sed increpatio: De quibus, inquit, bonis, de qua beatitudine ac qua gratia, in quam miseriam incidisti? Dereliquisti vitam æternam, & attumulatus es mortis, comptus erroris. Vbi est illa tua benè sibi conscia confidentia? Timor iste culpam fatetur, latebra præuaricationem: Vbi ergo es? hoc est, non in quo loco, quæro, sed, in quo statu? Quò te deduxerunt peccata tua, vt fugias Deum tuum, quem antè quærebas?* At quomodo verus fuerit Ambrosij sermo? Si enim, antequàm Numen ad auram post meridiem deambulasset, Adam commissa scelera detestatus, cilicium induit ex pungentibus foliis, cur non sic dolentem Creator blandè excipit, ad amplexus, ad basia vocat, stolam primam & annulum proferri imperat, vitulum saginatum occidi iubet? Nónne enim consueuit ita facere? Nónne de longinqua regione venientem filium iuniorem his deliniuit obsequiis? Sed intuere primi hominis peruersam malitiam: Peccatorum quidem est abscondi à facie Omnipotentis, nolle confiteri delicta, latere in iniquitate sua: pœnitentium est operiri obscuro & cruciante amictu: igitur volebat Adam apparere cum insignibus dolentium, & habere nomen, famámque compunctorum verùm, cum honore isto simul coniungere peccantium opera, & sicut ipsi faciunt celare delicta sua: ob hoc igitur Deus increpat, hoc malè habet Numen, quòd alter haberi, alter voluerit esse Adamus; videri quidem pœnitens, esse tamen peccator: Verum igitur est, & quod Irenæus adstruit sub pœnitentium ornatu occurrisse Deo primos homines; veráque etiam Ambrosij sententia aientis, voces Creatoris ad Adamum, increpatorias fuisse: quoniam, scilicet, nundinaria tantùm illa erat pœnitentia, & gloriæ aucupium.

Ficus folia aspera. Iren.

Ambr.

Sub pœnitentiæ amictu à Deo increpātur primi parētes, quòd nundinaria tantùm esset eorum pœnitentia.

Stupenda vsus patientia Christus ab exordio
51. passionis, duos quidem, & hos leniter tamen, reprehendit; nempe, discipulum infidum Iudam, cùm ab eo traderetur, inquiens: *Iuda, osculo Filium hominis tradis?* Luc. 22. vers. 48. & brutum illud caput, atque immane, à quo alapa sæuissima impacta, dicens: *Si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem benè, quid me cædis?* Ioan. c. 18. vers. 23. At Iudas nondum omnem exuit verecundiæ sensum, de more apostolicæ institutionis osculo, non contumelia Præceptorem excipit; adnotauit Hieronymus lib. 4. in Matthæum, ad illud c. 26. *Et confestim accedens, &c. Tamen adhuc (inquit) aliquid habet de verecundia discipuli, cùm non eum palam tradit persecutoribus, sed per signum osculi:* Cur igitur eodem modo perstringit, quo illum impudentissimum, qui omnem bestiarum vicerat immanitatem? Idemne maxillam blando attigisse osculo, atque ferrea, & impatienti manu liuidam reddidisse? Verùm considera, quid tentauerit Iudas: amici nomen possidere, opus habere inimici: Ambrosius lib. 3. de Spiritu sancto, c. 18. *Si multi se nominent Christianos, nomen vsurpant, non omnes mercedem habent: Iudas accepit osculum, sed audiuit: Iuda, osculo Filium hominis tradis? hoc est, amoris pignore scelus imples, & pacis instrumento odia seris, & charitatis officio mortem irrogas?* Igitur, quod Iudas socij nomen, & famam occupare vellet, renunciaret autem amicitiæ sanctissimis operibus, dicam, grauiùs tulit Redemptor, quàm si in faciem verberaretur palàm: Ita quidem existimauit Leo Papa sermone 1. de passione, c. 3. *Impius Iudas vim sceleris per speciem pacis incipiens, signum traditionis seueriore telis omnibus osculo præbuit:* Cùm itaque Leo Magnus asserat, telorum omnium violentia peius extitisse basium illud, vicit & impactæ alapæ crudelitatem; ac proinde non mirum, si quemadmodum Christus eum, à quo in maxilla dira impietate cæsus sit reprehenderit, Iudam quoque increpauerit.

Luc. 22.

Ioan. 18.

Hieron.

Ambr.

Leo Pap.

Iudæ proditoris osculum telorum omnium violētia peius.

Hebræorum peccata dum enumerat Psalmographus Strophe 105. vers. 14. illud habet: *Et concupierunt concupiscentiam in deserto, & tentauerunt Deum in inaquoso:* nimirum, de alimentis conquesti, & pro esca gementes: Sed, quam ob rem Vates eremi memoriam intulit? num ad gulæ exaggerationem? At, si qua re excusantur, hac quidem vnicè: quippe si iuxta vrbem viuerent, vbi forum vænale, & pecuniæ obediunt omnia, vltione digni extitissent, quoniam argento comparare poterant, & ad vendentes ire debuissent: in remotissima autem, & à vi[...], & ab oppidis regione quis suppeditaret, ni[si] [...] solum, qui dat escam omni animæ, etiam pullis coruorum inuocantibus? Non igitur ideò delinquentes, quoniam in deserto & loco vastæ solitudinis concupierunt concupiscentiam: Verùm præclarè Spiritus per Dauidis Musicam ob hoc redarguit: nam certè cùm in ciuitate lenocinia, & gulæ irritamenta ad manum sint, non ad[m]odum stupendum, qui oppidanam vitam profitentur, si in eiusmodi labantur vitia: neque enim ipse status ab his omninò abhorret: Sed, qui desertis vrbibus, nemora, & siluas amarunt, eremicolæ sunt, & Monachorum instituta æmulantur: debent igitur in eremo versantes eremi colere situs, obseruantias sustinere: at verò turpissimum in Monacho, & solitudinis amatore, sollicitum esse, quid manducet, & bibat, hæc enim gentes inquirunt: Solitario satis est, de torrente in via bibere, arborum poma decerpere.

52.
Psal. 105.

Eremitæ paucis contenti esse debent.

Conc. 22.

Concinn[illegible] u D[illegible]id ob ur[illegible]at, quoniam cùm in deserto h[illegible]itarent, non sicut eremi cultores, agrestes [illegible] contenti fuerunt [illegible] o[illegible] pistanos im[illegible]ti, lau[illegible] [illegible]tarunt [illegible] uerant [illegible] quoad in de[illegible] er[illegible] [illegible] ad de[illegible] [illegible] formare, S[illegible] Chr[illegible] [illegible] all[illegible]atum Chrysost. Psalmi versum [illegible] *autem pecc[illegible] commisit: vnum quo[illegible] in d[illegible] v[illegible] philosophari, atque ab omni cupiditate a[illegible] op[illegible] [illegible] concup[illegible] [illegible]rebantur: alterum, quòd cum aqua inopia laborarent, [illegible] tam per rent. sed Deum tentauerunt.* Dixit ex[illegible] iè Chrysostomus, delectum ad Philosophiam o[illegible]dinatum, non ad [illegible]ruiendum gulæ.

53. Cùm eleuatum esse cor Oziæ, & negle[illegible]isset Dom[illegible]num [illegible] sacra profanis copulare aggressus, adolere voluit incensum super altare thymiamatis, [illegible] [illegible] 2. [illegible]. 26 vers. 16. Sed restitit Azari[illegible] Sac[illegible] : cum eo [illegible] Flamines octoginta, V[illegible]i fortissimi. Fuere autem Azariæ verba, 2. Par. 26. *Non est tui o[illegible] Ozia, vt adoleas [illegible] [illegible] om[illegible] [illegible] Sacer[illegible] [illegible] est, [illegible]orum Aaron qui consecrati sunt ad huiusmodi ministerium.* O[illegible] nam tales A[illegible] haberet [illegible] qui regiam non [illegible] moner[illegible] [illegible] [illegible] monerent [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], indebitam [illegible] Rectoribus, vindicant ipsi nonnunquam præcipui aulæ palatini. Quid Regem facere prohibituri sint, qui Re[illegible] gratiam modis omnibus ambiunt. Non de horum censu animosus Azari[illegible]: Sed tamen miror, cur non Regem appel[illegible]uerit, verum om[illegible] la principatus memoria tanquam priuatum alloquutus hominem, O[illegible]am. absque aliis titulis, simpliciter nuncupatur. Quid? An ob iram, & furore in delpe[illegible]? Minime quidem: alia fuit causa, quippe aliter vulgus nomin[illegible] aliter Sancti imponunt: apud plebem quicunque purpura & diademate splendet, & in [illegible]os domin[illegible] exercet, Rex habetur, Sancti aut[illegible] [illegible] & Vi[illegible] [illegible] opera, mores, [illegible] penetrant: [illegible] si titulis digna sin[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] uersum à [illegible] de[illegible] [illegible] [illegible] Azarias nih[illegible] [illegible] Ozia [illegible] R[illegible] appella[illegible] [illegible] [illegible], sed [illegible] grandi vocabu[illegible] ad[illegible] [illegible] appellare, [illegible] [illegible] op[illegible] re & [illegible]: Chrysost. [illegible] tom. 1. hom. 5. in v[illegible] [illegible] *[illegible] ominum [illegible]. Non appellauit Regem neque titulo principatus appellauit, propterea quod ipse [illegible] sese dignitate de[illegible]cerat.*

Cur Azarias sacerdos Oziam increpans, regem non appellauerit?

Chrysost.

54. Hu[illegible] [illegible] apud Moysem, dum texit de cataclysmo historiam, Genes. [illegible]. 6. vers. 12. Gen. 6. *Cùmque vidisset Deus terram esse corruptam, (omnis quippe caro corruperat viam suam super terram,) dixit ad Noe, &c.* Sed, quinam corruperant viam suam? nonne homines tantùm [illegible] peccati solùm rationalis capax est creatura [illegible] ea solùm libertate prædita sit. qu[illegible]ndo igitur ab homine omnis corruptela, & offensio [illegible]uamobrem appellat carnem & [illegible] [illegible] rationali [illegible] [illegible] v[illegible] [illegible] [illegible]uit sapienter quæstio[illegible] [illegible] [illegible] hom[illegible] 3. in Genesim: *Tun[illegible] [illegible] [illegible], inquit, quando [illegible] [illegible] tem colit. neque [illegible] [illegible] [illegible] habere [illegible], & oculos, & na[illegible] [illegible], & ge[illegible] [illegible] [illegible] [illegible], hominem [illegible] [illegible] [illegible] membra [illegible] corporis. hominem [illegible] dicimus, qui imaginem hominis saluam retinet: quæ autem est imago hominis? ratio-*

Homo apud Deum quis?

nalem esse. Quid ergo? tamen & illi fuerunt rationales? Verum non hoc solùm [illegible] hominem esse, sed & virtutibus esse deditum & vitia fugere: Quoniam igitur eius sæculi mortales humanæ nobilitatis obliti, in brutæ, atque carneæ naturæ mores declinarunt? non putauit diuinus Scriptor alio afficiendos vocabulo, quam [illegible] [illegible]ores promeruerant hi, quando carnem, & terram sapiebant, & carnem, & terram eos vocauit. Subaddit Chrysostomus: *Vidistis, quomodo ob malitiam, carnem eos vocat, & non homines? Et iterum, [illegible] [illegible] [illegible]mus, statim audiemus terram eos nominari a diuina Scriptura, eo quod terrenis [illegible] [illegible] [illegible]mantur; dicit enim: Corrupta erat terra coram Deo, non de terra sensibili loquitur, sed inhabitatores terram vocat.* Chrysost.

Atque hinc illud est in Angelis n[illegible] [illegible]mis M[illegible] bus commendatissimum, quòd [illegible] [illegible]tio, & ministerium nomen il[illegible] accommodat, idque semper egerint, quod titulu præmonstrant. Itaque, si Archangelus MARIAM salutans, Gabriel, id est *fortitudo Dei*, appellatur; exequutus & ipse fuit nomine comprehensum; scilicet [illegible] annunciauit mysterium, in quo Dei virtus præcipuo quodam iure elucebat: Et Iacob quidem Angeli, quocum luctabatur, nomen scire d[illegible] siderans, rogauit panderet, quis diceretur? Genes. c. [illegible]. vers. 2[illegible]. At ille certum nihil retulit. Quamobrem? Acutè Lyran. ad præfatum caput: *Cur quæris nomen meum? Ac si dicat: Frustra quæris quia & ego, & alii Angeli in ministerium missi, non habemus [illegible]xa, & stabilia nomina; sed diuer[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] secundum legationes, ad quas mittimur.* Igitur, si Angelus discordes conciliat, à pace nomen imp[illegible]tur: si docet, à scientia: si propugnat, à robore: O [illegible] tam beatissimorum Spirituum Rempub[illegible]am! [illegible] qua meritis probantur ante collata nomina, atque titulos; nullum ibi in vocabulis mendacium, nulla deceptio: quem s[illegible] [illegible] denotat cognomen [illegible]is sapientissimu[illegible] e[illegible] quem demonstrat fortem, strenuissimus: quem locupletem indicat, ditissimus est: ita verba vbique regnat apud ciues patriæ illius admirandæ, & cum [illegible]minis [illegible]ritate atque fama certant opera: Salomon ergo, vt & ipse summæ huius laudis gloriam aliquam consectaretur, nomen i[illegible]uitus [illegible]uum, quod pacem, atque tranquillitatem, subditis pollicebatur, nempe *Pacifici* vocabulum, studuit, vt & mores, atque dominatus nomini responderent: quare tumultus, atque bella declinauit, adscitis in amicitiam finitimarum gentium Toparchis, aliisque pruden[illegible] [illegible]tibus: & cùm regnorum maximam quietem deprædicarent aliæ nationes, simúlque stupescerent; omnes *Paci[illegible]* titulum approb[illegible] omnes dicere tam specioso epitheto iustissimè donatum fuisse.

55.

Nomina Angelis accommodata ex ipsorum ministerio.

Gen. 32.

Lyran.

SECTIO VI.

Homines erga Deum negligentes plerumque, & illiberales; erga profana diligentes, atque profusi.

SVb Principe Salomone floruisse Palæstinam pace, diuitiis, bonorum omnium copia gauden- 56.

Vnde tanta prosperitas in Palæstina regnante Salomone?

gaudentem, vidimus nupera Sectione: Vnde serum tam fecundi cursus? Nimirum, primus Regis labor templum admirabile Deo fabricare, sacra disponere, religionem promouere: & quanquam ille in pluribus ædificiis gloriosus extitit, quæ in Hierusalem, atque in Libano construxerat, viceritque omnium Gentium pompam; tamen profanis dicata vsibus splendore & magnificentia à diuinis superata: Ergo, cùm Salomon Deo meliora semper detulerit, retribuit & Salomoni Numen, optima in illum conferens, cui inuidere poterat vniuersus Orbis: O si mortales saperent, & primùm quærerent regnum Dei, potiora Superis obtulissent; quomodo statim hæc, quæ tantùm dilexerunt, caduca, & euanescentia adderentur eis? Non discent exemplo Salomonis, & Deo præcipua tradiderint, talem vi reuertantur cum fœnore? O & in amata lucra segnem populum! Sed vecors natio est, gens absque consilio, & intelligentia: alea, comessationibus, scortatione dissipauerint patrimonium amplum; pauperi negauerint, quas & canibus non verentur micas de mensis dominorum cadentes: Ad Circi spectacula, ad histrionum acroamata, & fabulas prompti & alacres; non hyems, non ventus, non pluuiæ retardauerint: ad verbum salutis audiendum pigri, & oscitantes. Ad suas vlciscendas iniurias; ad Dæmonum exequenda mandata veloces: ad Numinis repetendum honorem, ad eius obtemperandum præceptis tardi, & imparati: Verùm experiamur, an gratis à nobis hæc dicantur; an Scripturæ asserere cogant.

57. Pugnaturus aduersùm Philisthiim Saul nouus Monarcha, adiurauit populum dicens. *Maledictus vir, qui comederit panem vsque ad vesperam, donec vlciscar de inimicis meis.* Reg. 1. c. 14 vers. 24. Ionathas regnorum hæres de paterna adiuratione ignorans, extendit summitatem virgæ quam habebat in manu, & intinxit in fauum mellis, & conuertit manum suam ad os suum: excanduit infinitùm Saul, neque mediocri aliquo placatus supplicio, mortem Ionathæ dare, si non omnis obstitisset populus, & grauem metueret tumultum, destinauit omnino: tantùm in eo iratum, ob violatum mandatum, vel etiam à filio, quem tamen strenuè amabat: sicut & altero die in certamen aduersùm Amalec, quid autem facturus esset Saul victor futurus, Legatus Domini Samuël indicauit asserens, Reg. eodem volumine, cap. 15. vers. 3 *Nunc ergo vade, & percute Amalec, & demolire vniuersa eius: non parcas ei, & non concupiscas ex rebus ipsius aliquid, sed interfice à viro vsque ad mulierem, & paruulum, atque lactantem, bouem, & ouem, camelum, & asinum:* Committitur pugna, superatus Amalec; quid triumpho potitus egerit? Mactationem exercuit, & trucidauit à maximo ad infimum vniuersos, etiam irrationalia, armenta boum, & greges ouium, atque caprarum, & cum asinis camelos? Certè occidit, & sanguine ensem tinxerat: at vulgus interfecit in ore gladij; pepercit autem his quæ potissimùm delenda fuerant, nempe Agag Principi Amalecitarum, optimis gregibus ouium, & armentorum, & vestibus, & arietibus, & vniuersis, quæ pulchra erant: At ignorabat præceptum esse à Domino, ne quid illæsum maneret; sed in homines, & omne instrumentum ferociret gladius victoris? Sciebat manifestè; Cur igitur nunc tam supinus in exequendis mandatis, qui contra Ionatham ita æstuans, &

Mortales diuinis imperiis segniter obtemperant suas autem leges ne in minimis offendi permittunt.

pene superstitiosus? An, quoniam ad nostra delicta cœcutimus, & ne trabem quidem in nostris animaduertimus oculis in proximi & festucam videmus, imò & festucam arbitramur horrendum scelus quod nisi morte, aliove supplicio expiari non valeat? Sed noscere præceptorum differentiam: nimirum, quod transgressus fuerat Ionathas imperium, Saulis erat: *Iureiurando enim constrinxit pater, dicens, Maledictus vir, qui comederit panem hodie:* At Saulem ipsum obligans diuina extiterat iussio: ergo, quoniam mortales diuinis imperiis segniter obtemperant; suas autem leges ne in minimis offendi permittunt, ideò Saul. & Amalecitarum Optimatibus, & meliori prædæ indulget, & aduersùs Ionatham vsque ad furorem excandescit: Innuit Theodoretus quæst. 33. & 34. in 1. Regum, *Quomodo* (inquit) *pepercit Amalec, & pecoribus eius, quæ iussit occidi? Ipse quidem, cum anathemate sanxisset, vt nemo sumeret cibum, aut potum, illum quidem, qui ex ignorantia decretum erat transgressus, voluit interimere: cum Deus autem vniuersum Amalec subiecisset anathemati, non pauca, ac parua aliqua; sed plurima accepit ex anathemate: Felix, cum Deus iussisset punire, misertus est; & cum Deus morte damnasset, ipse, vt existimauit, vitam tribuit: Non fuit ergo paruum eius peccatum, sed maximum.*

Ad nostra delicta cæcutimus.

Theodor.

Tandem reluctans Propheta Ionam statim intellexeris,) in Niniuem delatus seuerus Vates: nam continuò spatiosæ, atque opulentæ vrbi vastationem, extremàmque annunciauit ruinam, *Adhuc* (inquit) *quadraginta dies, & Niniue subuertetur*; Compunguntur ad ferale nuncium vniuersi, dolent cum Rege suo in sacco & cinere; & miseratus Creator veniam peccatrici concessit ciuitati: Quid nónne ad stupendam misericordiam lætatus est Ionas super omnibus diebus vitæ suæ? Quod enim gaudium his, qui annunciant Euangelium pacis? Nonne & vnius amissæ recuperatio oniculæ de qua & Angeli lætantur, & tripudium est in cœlestibus. Ecce habes vrbem, & terrarum ambitu, & ciuium multitudine nationi parem de malitia gementem, detestantem antiquas ignominias; non tympanum, Iona sumis. & ducis choros canentium in voce tubisna, quoniam bonus Dominus, quoniam in sæculum misericordia eius! Sed intuere iacet mœrore confectus Vates, tristatur vsque ad mortem, neque aliud solamen magnitudini infandi vulneri, quàm si hanc relinquere auram tribuatur mihi ero. *Et nunc, Domine, tolle, quæso, animam meam à me: quia melior est mihi mors, quam vita.* Ionæ cap. 3 vers. 3. Quis te morbus occupat Iona? quæ tormentorum ansæ? Aspicis vnà, Deo honorem, proximis emolumentum crescere; extracta ciuitas magna, quæ paulò nimis habitabat in Inferno, è profundo lacu: refulsit si quo vnquam tempore, ab inniis rerum, Dei clementia: quem exilui, tacere oporteat, si Vates mœrore consumantur? At contemplare in his nescio quod detrimentum famæ propheticalis: scilicet, oraculi vim non percipientes, Ionam mendacem vaticinantem dicturi sint, quoniam vtique euentus alienus à sonitu verborum: O deflendam humanæ mentis imbecillitatem! Plùs concitare valeat ad tristitiam inconsolabilem vana quædam suspicio læsæ propriæ famæ, quàm tot argumenta. & à proximorum salute, & à Dei encomiis mutuata, ad reficiendum

Ionæ 3.

Mœrore afficiebatur Ionas quia periculum erat ne mendax putaretur.

dum animum; charior nobis stilla vna proprij bonoris quàm Oceanus diuinarum laudum: *Mœrore afficitur Ionas*, (ait Theophylactus, *non tanquã seruatis inuidens; neque tanquam in terminationibus hominum voluptatem capiens: cæterum, quia periculum erat, ne ipse etiam mendax putaretur, quique seu præstigiator aliquis frustra turbauerit, non ex ore Domini loquutus.* Ergo ob lenem auram maculandæ famæ absorbetur tristitiæ barathro Ionas; ob Dei, ob proximorum commoda non eriguntur tantillùm spiritus.

Theophyl.

59. Sed vadit extra vrbem Propheta; eamus comitatum? extendit venas hedera, creuêre folia, cancellantur; & gauisus naturæ opificio de tentorio hilaris Ionas, spernebat seuientis Phœbi rotam: sedit itaque sub vmbra illius, quam desiderauerat: Fuit breuis consolatio: parauit Deus vermen ascensu diluculo in crastinum, & percussit hederam, & exaruit; en secundò renouata lamenta, & mortem iterum inuocat; tantùm doloris attulit vnius hederæ marcescentis occasus; nec potuit sufferre vlteriùs Numen iniustam querelam, *Tu* (inquit) *doles super hedera, in qua non laborasti, neque fecisti, vt cresceret, quæ sub vna nocte nata est, & sub vna nocte periit; & ego non parcam Niniue ciuitati magnæ, in qua sunt plusquam centum viginti millia hominum, qui nesciunt, quid sit inter dexteram, & sinistram suam, & iumenta multa?* itáne, Iona, hoc æquum, hoc conueniens est, pro infructuosæ plantæ ruina sic tristari, & ad proximorum irreparabile damnum siccos habuisse oculos? Saltem meæ existimationis non te aliquis tangit affectus? Quid de mea patientia, quid de inexhausta bonitate dicturi mortales, si ad tantas miserorum voces, inexorabilem intueantur? Neque emphasi carens illud, *Tu*; videlicet, qui Propheta sis, quem ego à morte, à maris, à ceti periculis liberaui; qui in lege eruditus, qui missus ad prædicandum Gentibus: ob hos omnes titulos charior tibi esse debuit vnius animæ recuperatio, meæ vel cum vno delinquente bonitatis specimen, quàm quicquid inter peritura exquisitum, rarúmque est: nunc autem contingit, de hedera, obscura, & ignobili planta, plùs doluisse, quàm de vastissimæ vrbis calamitate. Hæccine decent? Benè Theodoretus: *Tu*, inquit, *vtar Iudice: Considera, an æquum sit, te ex cucurbita dolere, quam non coluisti: an non æquum sit, me tantæ vrbi non ignoscere, quæ a me creata est, in qua habitant plusquam duodecim myriades virorũ, qui ignorant dexteram, & sinistram?* Scitè quoque Basilius Seleuciensis orat. 12. *Pusculi misereris, ego ciuitati non parcam? Esto peccatores damnes, quid habes, quo recens natos incuses?*

Theodor.

Basil Seleuc.

60. Neque omittenda Lyrani tropologia, quoniam plurimùm deseruit nostro instituto interpretatur enim carnis oblectamenta, hederæ vmbraculum: *Et fecit sibi* (ait) *vmbraculum in delectatione temporalium: & idem significatur per hederam citò productam, & citò arefactam: nam huius mundi delectationes sunt valdè breues, propter quod de subtractione earum, sapientibus non est dolendum.* Quid igitur Ionas ad proximorum emolumenta, ad Dei amplificandam gloriam pigritans, & hærens, atque idem vltra modum tristis, quia hedera marcuerat, designat, nisi filios sæculi, tepidos orthodoxos? Nempe si dicatur spectaculis dies, si taurorum agitationi, si theatrali fabulæ, si ludicræ pugnæ, tenebrosus illuxit, & vicêre Apollinem atræ nubes, tonitrua, atque imbres pariunt, lugent quasi in morte primogeniti, & concitantur aduersum Superos; & vtinam non aliquando blasphemiam execrabilem euomant: at verò, vt hoc ipsum contingat per Quadragesimæ feriam aliquam, quando euangelizantes in Sion, quasi tubam exaltant vocem suam, & sanctificatur ieiunium, tantùm abest, vt doluerint, quin magis lætantur plurimùm oblatam occasionem, qua citra populi murmur, concioni deesse valeant; nempe, ad diuina ignaui, atque socordes, ad stulta, atque profana alacres, & seduli.

Mundi delectationes breues. Lyran.

61. De hac maleolenti sentina Iudas Iscariotes, latro, & detractor, Nostis, quæ effutiuerit, quando Maria Magdalena caput, atque pedes IESV vnxerit fracto alabastrite nardi pistici: *Quare* (inquit) *hoc vnguentum non venijt trecentis denarijs, & datum est egenis?* Matth. 26. vers. 6. Ioan. 12. vers. 5. At, quamobrem, quando eadem in domo Simonis attulit alabastrum vnguenti, & pedes IESV eo perfudit, Luc. 7. vers. 46. Euangelista neminem exhibuerit, qui malè exceperit? Murmurauit tunc Pharisæus sed non ob myrrhæ, aut nardi dispendia; verùm, quia Seruator, cùm Propheta, & vir sanctus esset, permitteret vel pedum vestigia à peccatrice tangi: Sanè Maria, cùm in Pharisæi ædibus erga Redemptorem officiosa, & liberalis extitit, peccatrix habebatur; & Simonis oratio satis indicat, ab hospitibus existimatum non gratia famatis accessisse feminam ad Christum, verùm muliebri leuitate, atque audacia, cum ne symposium interpellare verita fuerit: Itaque vnguentorum prodigam effusionem quasi à [illegible] famæ feminæ arbitrabantur emanasse ingenio: quando autem in Bethania, & caput, simulque plantas largiori irroratione madefecit, cùm sub hæc tempora pœnitentiæ, & sanctitatis increbuisset fama, sciebant sacro ductam scopo, etsi non necessario, vt ipsi iudicabant; Qui [illegible]m igitur prior vnguentorum distributio in Pharisæi triclinio sæcularis, & profana habebatur, de hac nemo extitit, qui acerbè sentiret: quæ enim vanitati deseruiunt, quæ alea, ebrietas, scortum rapiunt, nullus est, qui reprehendat: quæ autem in ornandis Ecclesiis, in sustentandis Monachis, in orphanorum, & viduarum subsidiis consumpseris, hæc dilapidatio substantiæ est, hæc bonorum deflenda amissio: Et animaduerte iterum; caput Christi, Diuinitas est; itaque adumbrat vertex, quæ sacratiora reputamus: pedes externa & sæcularia repræsentant; contemptibile enim membrum corporis est, & puluere turpatur: prima igitur Mariæ vnctio, quando solis plantis dicata fuerit, ea innuit, quæ sæculum, & voluptas integrè sibi vendicant; posterior vnctio, quæ ascendit ad caput, & barbam, (quamuis & pedes quoque complexa,) illa, quæ in Dei honorem, saltem ex parte geruntur, insinuat. Quia igitur primam vnctionem totam sibi mundus raptare videbatur; non fuit qui in eam inueheret: in vltima verò, quia diuina partem aliquam sortiebantur, & non omnis Iudæ relinquitur nardi odoratus succus: est, qui tumultuetur, Christum ... burgeret ... lingua, & in cœlum os temerarium ponat: Ori. tract. 25. in cap. 26. Matthæi. *Et super vnguentum quidem peccatricis vngentis Domini pedes, & non effundentis, neque indignati sunt discipuli neque*

Matth. 26. Ioan. 12.

Quæ vanitati [illegible] non reprehendunt sæculares sed quæ Ecclesiæ.

que doluerunt, neque dixit Iudas; Quare vnguentum hoc non est venundatum, & datum pauperibus? Super mulierem autem apud Mathaam, & Marcum indignati sunt discipuli, & doluerunt perditionem vnguenti, quod decurrebat à capite eius vsque ad caterum corpus: Ita, cùm sæculo omnia tribuant gaudentes, ne frustulum Numini dare velint.

62. Attende mihi nunc stupendum quidpiam, & quod belluinam vincat stoliditatem narrauit; *Homo quidā Rex fecit nuptias filio suo, & misit seruos dicere inuitatis; Ecce prandium meum paraui, tauri, & altilia occisa sunt:* Ita Euangelista Matthæus cap. 22. & quidem lautæ epulæ, posterioris que æui, quæ & altilia præbet: nam antiqui Heroës tauris & robustioribus vesci consueuerunt: sed amabat eos plurimùm symposiarcha, ideò & delicias prouidit: Quid? statim aduolarunt ad locum epulis destinatum? placuit illis genialis & festiua dies? egerunt gratias quàm maximas liberalitati Principis, quoniam inter amicos nuptiatuos scriberet? Sanè inaudita feritate, contra omnem Gentium morem, ex legatis alios tenuerunt, alios contumeliis affectus occiderunt: At, quorsum lucem cantibus, & lætitiæ destinatam cooremonnt? Meliora fortasse, certè iucundiora immotantur? Audi ab ipsorum quodam: *Iuga boum* (ait) *emi quinque, & eo probare illa.* Ergo propter aratiuuem conuiuium deseritur; O insipientiam filiorum Adæ! vocat Christus ad epulum solenne, ad mensam gaudiosam, ad omne genus voluptatum, & non est qui velit esse hospes illius: inuitat Dæmon ad laboriosissimum aratinnis, & culturæ opus, vt frumentum terat homo in sudore vultus sui, & ad vnum sibilum accurrunt innumeri! Iam vero si impostor malignus iugo illos donasset, tolerandum vtcunque; emunt infelices tormenta sua, iugum pretio comparasse coguntur; *Emi* (inquit) *quia que iuga boum*; Desperandum mercaturæ genus, indicant Bernardus exordio Declamationis in illud: *Ecce nos reliquimus omnia, &c. An verò comparatum iumentis insipientibus quis dubitet hominem, qui sibi iuga emerit iumentorum? nisi, quia eò sanè ipsis iumentis quoque conuincitur stolidior & bestialior bestiis comprobatur, qui iuga necessitatis extram, propria ipse subeat voluntate? Sed, quid eum iuga subisse causamur? arguamus magis emisse? illud enim stoliditatis miserandæ; istud extremæ dementiæ est:* Quid igitur mirum, si de sua nolint substantia Deo largiri, cùm & largientis Dei munera respuunt? Quantùm est orationis, sacrificij, pœnitentiæ loca fugisse, quando pertinaci, atque temerario odio, & triclinio, & instructis mensis omnifaria cupidine, valedicunt amentes? Sic eis semper Christus inuisus, atque grauis, etiamsi ad hilaria inuitet; sæcularia grata sunt, imo diabolica, licèt glebam findendam, opus incomparandæ fatigationis, imperent.

Matth. 22.

Veterum Heroum cibi robusti.

Bernard.

Maxima stoliditas & amentia peccatoris, qui iugum Diaboli, & tormenta sibi pretio comparat.

63. Fuit quidem hoc escarum conuiuium: aliud potationis repræsentare vestris oculis placitum est; & quidem latices tres in vsu mortalium frequentiores, aqua, lac, vinum; Omnes Deus per vaticinantem Isaiam Gentibus obtulit, ne quis extitisset, qui diceret, exhiberi stomacho aduersantia; ne quam infantes excusationem obtendere valeant, lac habent, quod sugant, si Baccho, & aquis insufficientes; At tabernæ pretium ingens est, & supra pauperum censum? Minimè profe-

Sherlogs Anteloq. in Cant.

ctò. Credite vel Isaiæ, in quo spiritus Domini loquitur: *Omnes sitientes* (inquit cap. 55.) *Venite ad aquas; & qui non habetis argentum, properate; venite, emite absque argento, & commutatione vinum, & lac:* His effatis si Nazianzeni Commentarium adiungamus, nihil vltrà optari valeat, Ille igitur orat. 40. in sanctum Baptisma, *O vrgentem benignitatis celeritatem!* (exclamat:) *ò facilem contrahendi rationem! hoc bonum sola voluntate venale tibi proponitur; cupiditatem ipsam Deus ingentis pretij loco habet; sitis sitim; bibere cupientibus potum præbet; cùm ab eo beneficium petitur, beneficio afficitur:* Atque fuit hic calix Domini tam præclarus, tam facilis adipisci, nemo tamen de illo potasse legitur; non est, qui ad Domini liquores anhelet, & currat; Est & calix Dæmoniorum quoque plenus absynthio; quis bibat de amaritudine? Biberunt quidem vsque ad ebrietatem: Testatur Hieremias cap. 3. vers. 15. *Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me absynthio:* Hoc igitur est in stuporem rapiens, in ecstasim penè, quòd de absynthio non timidè bibunt; sed tota exhausta amphora ad ebrietatem vsque: pro Deo ne stillam probare volunt: quid asseram, vt de absynthio probent, quando ne lac, ne vina falerna degustare cupiant? Gregor. lib. 20 in Iob, c. 5. *Ebrius quisque* (inquit) *quod patitur, nescit: humanum igitur genus recto Dei iudicio in voluptatibus suis sibi dimissum, atque per easdē voluptates spontaneis tribulationibus traditum, absynthio est ebriū: quia & amara sunt, quæ pro huius vitæ amore tolerat; & tamen eandem amaritudinem cæcitate cupiditatis, quasi insensibilitate ebrietatis ignorat.*

Isai. 55.

Nazian.

Deus sola voluntate venalis proponitur.

Hier. 3.

Greg. Pap.

De hoc absynthio potauit Naaman ille, Princeps militiæ Regis Syriæ: pro fœda lue cùm medicinam ab Elisæo postularet, retulit Vates, *Vade, & lauare septies in Iordane, & recipies sanitatem caro tua, atque mundaberis.* Reg. 4. c. 5. vers. 10. Renuit antidotum, & iratus patriam repetebat denuò: Quæ hæc est sapientia, ô Naaman, Chirurgi monitis restitisse? fortasse seuera, & perpessu dura imperat? Sed per vstiones, & vulnera redintegratur amissa valetudo: Times aquarum vortices, & aut submergi metuis, aut congelari? Sed reminiscere pristinæ gloriæ, quoties pro Rege Syriæ rigentia flumina transisti impauidus, risisti Boreæ flatus, & attollentem fluctus Neptunum? Cur hæres, bellorum ductor? Nec tamen res hæc ardua est, aspice, quid amici occinant: *Pater etsi rem grandem dixisset tibi Propheta, certè facere debueras: quanto magis, quia nunc dixit tibi Lauare, & mundaberis?* Puto, si nō Propheta Dei excelsi iussisset, citò Naaman obsequutus fuisset: Ergo pro Syriæ Monarcha, & telis se obiectat, & sanguinem vertit, & congelatos amnes superat: hæc omnia corruptibilis ob gratiam coronæ: pro Deo vero per os Prophetarum loquente, & amœna præscribente, non vult Iordanis vndis tingi, nec vt lepram deponat: Et considera, quæ Sacrificulis suis onera imponant detestanda Numina: *Incidebant se iuxta ritum suum cultris, & lanceolis, donec perfunderentur sanguine.* Reg. 3. c. 18. vers. 28. Hæc pro Dæmone mortales: & ne sacra lympha aspergi pro vero Creatore sustineant! Grauiter Tertullianus ad finem Operis de corona militis: *Erubescite, Romani Commilitones eius, iam non ab ipso iudicandi, sed ab aliquo Mithræ milite, qui cùm initiatur in spelæo, in castris verè tenebrarum, coronam interposito gladio sibi oblatam quasi mimum martyrij, dehinc capiti suo ac-*

64.

4. Reg. 5.

Quanta onera sacrificulis suis imponant falsa Numina

Tertull.

commendatam. monetur bina manu, capite depellere, & in humerum, si fortè transferre, dicens, Mithram esse coronam suam: Agnoscamus ingema Diaboli, idcirco quadam de diuinis affectantis, vt nos de fuorum fide confundat, & iudices.

65\. Matth. 21. Præbebit grandiorem ideam Matthæi narratio, cap. 21. *Ite* (inquit IESVS discipulis) *in castellum, quod contra vos est; inuenietis asinam alligatam, & pullum cum ea; soluite, & adducite mihi.* Porrò, quia ad rem nostram plurimùm duo ab aliis Euangelistis obseruata faciunt, nequaquam omittenda sunt: Primùm, vt habet

Marc. 11. Marcus cap. 11 inuenerunt pullum ligatum ante ianuam, foris in biuio: Secundum, non vnum fuisse pulli dominum: nam *Soluentibus*

Luc. 19. *illis pullum* inquit Lucas cap. 19. *dixerunt domini eius ad illos: Quid soluitis pullum?* Iam quis ignoret, iumentorum nomine designari homines peccatores? *Homo enim cum in honore esset*

Psal. 48. (Psalm. 48) *non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Atqui horum domini qui sint, nisi Dæmones? Contemplare autem horum, atque Christi dominium; *Alteri alligant, vos possideant; Christus soluit. vt teneat,* inquit Ambros. lib. 9. in Lucam ad

Ambr. Vaga & misera peccatoris seruitus. principium, cuius & illa pauca sunt: *Non præsepe, non alimenta, non stabulum: misera seruitus, cui vagum ius est: plures enim dominos habet, qui vnum non habet.* Sed nemo fusiùs de hoc pullo lo-

Athan. quutus est S. Athanasio serm. in illud: *Profecti in pagum qui ex aduerso est,* &c. *Nullus eorum negotia obit, nemo eorum abscedit, imò nullum aliud opus illis in manibus: omnes pariter, non in aliud occupati sunt, quam vt asellum in biuio alligent: asinus interim diuersorium non habet, præsepe non habet, non est, qui in forum descendat: id tantummodo agitur, vt pullus in biuio vinciatur, & omnes domini eius feruant ea causa, proximo assident.* Consideras, vt inuigilant domini isti super pullum: quàm de

Dæmones maxima sollicitudine homines peccatores custodiunt. eo custodiendo solliciti? multùm debet pullus tam vigilantibus dominis: nam vt ipsi attendant, ne aliquando per vim, aut fraudem auferatur; non comedunt, non voluptati, non rei familiari incumbunt, squalet ager cultore indigens; sed placet, vt squaleat, priusquàm pullum deserant: non est, qui mercaturam exerceat; non est, qui causas dicat in foro; non est, qui pugnet contra hostem; sed omnia iacere malunt, & ruinam pati, quàm pullum destituere: & sufficiebat ex multis dominis vnus aliquis, qui asinum seruasset, interim aliis, aut otio, aut negotio attendentibus: an non est aliud negotium mortalibus nisi pulli huius custodia, vt omnes domini buic solùm procurationi incumbant? O pulle satis custodite, vtinam ad salutem! Sed, heu casum lacrymabilem! Agunt excubias domini plures, & agunt in hoc tantùm, vt tu pereas: non habes, misselle, diuersorium, non præsepe, non fœnum, non hosdea, sub dio agis, biuio nimirum, pluuiis, frigore, inedia confectus, cute vix ossibus hærente, & cùm præ macie ambulare non possis, vincitis, ne diffugias: non sufficit capistro alligasse collum, quæruntur & pedibus nexus: *Vnusquisque enim eorum,* (inquit Athanasius) *vincula vinculis congeminauit, & omnibus modis vt ipsis in tuto esset, omnem curam adhibuerunt, &, vt ego existimo, pedes quoque eius concatenarunt.* Hæc pulli sub Dæmone sors.

66\. Examinemus nunc, quid Christus eum hoc pullo facere statuat: *Cæterum Dominus,* (prosequitur allegatus Athanasii codex,) *qui ideo iter susceperat, vt prædicaret captiuis remissionem, & cæcis recuperationem visus; emendat discipulos suos, vt dissoluant asinum: cui cum ita solutum haberet, præsepe adiicit, & pabulum apparat: id enim Propheta cum indicare vellet: Dominus, ait, pascit me, & nihil mihi deerit: in loco herbido, ibi me collocauit: super aquam refectionis educauit me.* Itaque Christus vult pulli liberationem, sui vt iuris sit, campo fruatur, & si quando montes pastum non suppeditent, stabulum habeat, vbi fœno, quod æstate cecidit, & exsiccatum est, aut palea iumentorum esca vescatur: hæ Christi artes, & pulli commoda propria reputat: *Dicite,* inquit, *quia Dominus opus habet:* Nonne tu ille, IESV bone, de quo Psalmodus attestatur: *Quia bonorum meorum non eges?* Monarcha potentissimus cuius sunt omnes bestiæ, & feræ syluarum; apud quem est pulchritudo agri, qui appendis terram tribus digitis: in cuius conspectu gentes omnes sunt tanquam stilla; & iumento eges? Potiùs tui asinus indiget: iteritur enim, & non est, qui soluat vincula captiui colli, nisi tu sedulitas in manu forti, & virtute multa: & tamen opus habere te iumento asseris, quasi parum beatus futurus, huius si consortio careas. Inspexisti certamen Christi, & Dæmonum super pullo; & tamen stupidi animantis tanta est insipientia, vt potiùs eligat apud Dæmones manere, quàm apud Seruatorem: Non furit; non pedum nexus disrumpit, & comminuit; non colli restem mordet, dissolui cupiens, & esse cum Christo, apud quem & stabulum, & pastus, & equorum, quin & iumentorum nutritores; non veniet nisi reluctans similis, nisi tractatus, nisi compulsus ab Apostolis; Tam segnis etiam ad lucra sua asellus infelix: Tam verò gratum illi, & tam volupe est Tartareo tenebrarum Duci obsequi, vt propterea multorum dominorum seruus factus sit: quando fortè aliquis manumiserit, alius sit, qui retineat, neque vnquam à captiuitate omninò liber sit: tanquam ad vincula, ad onera, ad verbera (neque enim aliud est studium possessorum asini) vnus non fuisset sufficiens dominus: Hæc igitur est humanæ infirmitatis calamitas, erga iuratos hostes, mundum, Dæmonem, carnis blandimenta, suauem esse, prodigum, diligentem; erga Deum perpetuum benefacientem, fucordem, ingratum, illiberalem: Didicere à primo auorum protoplaste nepotes: nam, cùm perspectum haberet, imminere infinita incommoda, vtriusque Paradisi exilium proponi, ad vnam coniugis vocem, de vetito fructu gustauit; Deum tot collicentem dona, si inter copiosi nemoris innumeras escas, de vnius arboris pomis abstineret, contempsit insidus, nimiùmque audax: inde in ipsum, illiúsque progeniem tanta mala, quantis numerandis nullus sit æqualis sermo: Fortunatus Salomon, qui Deo prima obtulit, antepofuit & tempore, & maiestate, & diuitiis cæteris ædificiis templi sanctissimi fabricam, quam dum continuauit pietatem, & Deo morem gessit, in tantam amplitudinem eius excreuit imperium, vt Regum nullus inuentus sit, qui gloria cum eo contendere possit. Christi artes in alliciendis ad se peccatoribus.

SECTIO.

SECTIO VII.

Indecorum, pariterque miserandum, seruatæ ab adolescentia iustitiæ, in senectute iacturam fecisse.

67.
Salomonis miseranda senectus.

PRoh Salomonis deplorandos exitus, & indignam tanta sapientia catastrophen! tum ad meretricia conuersus irritamenta, idola colere, ludere, epulari, quando & audaciter scelesti vitia relinquunt; *Cum esset senex, deprauatum est cor illius:* Solent mortales plerique in iuuentute laxare cupiditatibus habenas; nullum pratum, quod non pertranseat luxuria eorum; nihil oculis, nihil cordi ab eis negatum; sed quamprimùm canescere incipiunt, & ætas ipsa lethi memoriam ingerit, condemnant prima, lacrymas amauêre, atque secessum, si quo modo valeant, extrema saltem pœnitentia Iudicem placare: Salomon, qui pueritiam cum laude transegerat; adolescentiæ effrænato restitit incendio, viriles annos temperauerat; nunc pudibunda inconstantia retractat vetera, & cùm ad ianuam propè mors, init cum Inferno pactum, vagatus per omnem spurcitiem, & libidinem; Sed, quid reprehendimus Salomonem? Scilicet, antiquus dierum est, rexit per longum tempus imperij clauum: ipsos triginta annos: iam rude donandus, neque deinceps emeritum curis grauare expediens; patiamur, quieti indulgeat, arcum remittat, otio fruatur; alia est conditio tyrocinij, alia veteranorum; num de gregaria caterua Salomon, quem fama, eruditio, proaui, officia, consilium nobilitant, vt non eximendus a vulgi regulis, liceátque ipsi, quod cæteris denegatum? Eximatur profectò Salomon, ob quos velitis titulos: separetur à multitudine, & habeat prærogatiuam, modò non & à iustorum cœtu in æternum separetur: Certè, vt ipse aiebat Prouerb. 4. vers. 18. *Iustorum semita quasi lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectum diem.*
Prouerb. 4.
Si igitur iustorum est, quotidie augeri, locupletari, distendi; cur ipse in senectute retrogreditur, & minuitur; cur otio & voluptatibus succumbit fortis in eum diem, & exercitatus miles? Vereor, ne vnquam in eo solida extiterit virtus, quæ labascit sub finem.

68.
Vestales virgines post triginta annos viros ambiebant.

Habuère & Pagani virginum collegia, Vestæ dicatos cœtus: nefas à quopiam virorum transcendi limina ad venerem, & pruritum: asseruabantur sartæ tectæ puellæ; quibus tamen datum triginta superasse annos, quibus Vestæ obsequutæ fuerint, his concessum post tam longum famulitium ad nuptias transire: ergo, postquàm consenuêre, maritos ambiunt, & pigmentis, quas grandioris ætatis rugæ lacunas fecerant, abscondunt, coaceruantur gemmæ, & vestium pretiosa in supplementum formæ, quam tempus, & Vestæ rapuêre seruitia: Pudet tam serò pro thalamis suspirare: præstat latuisse, vbi hactenus viris denegatas: cœlibis iuuentutis non bona comes lasciuiens senectus: Do comptum Ambrosij stylum lib. 1. de Virginibus: *Quas mihi prætendis Vestæ virgines & Palladis Sacerdotes? Qualis ista est non morum pudicitia, sed an-*
Ambros.

Sherlogi Anselog. in Cant.

norum, quæ non perpetuitate, sed ætate præscribitur? Petulantior est talis integritas, cuius corruptela seniori seruatur ætati: ipsi docent virgines suas non debere perseuerare, nec posse, qui virginitati finem dederunt. qualis autem est illa religio, vbi pudicæ adolescentes iubentur esse, impudicæ anus? Sic igitur Mediolanensis Antistes Paganorum subsannat ridendis virginibus: *Nam qualis* (inquit diuinè) *est illa religio, vbi pudicæ adolescentes iubentur esse, impudicæ anus?* Præclara quidem instructio: fugiant à virorum aspectibus adolescentulæ, compescant lumina, dominentur appetitui, componantur ad omnem honestatem: verùm omnis ista paratura ad tempus, donec & officiis, & annis præstent: tum effringantur cancelli vniuersi, diruantur repagula & munitiones; viros non solùm intueri, alloqui liberum sit, sed & in amplexus ruere, & thalamo coniungi: Apage horridam vitæ pudicæ fimbriam! Non hæc religio est, monet Ambrosius: vbi vigor disciplinæ ibi melior adolescentia senectus, iuuenibus grandæui præeunt, nihil sibi indulget virgo, & quæ respuebat in flore annorum virum intueri, in senecta vel de eo cogitare renuit: ita seipso maior quotidie, & potestas non detrimentum afferet, sed ad potiora stimulat: vt progredi in dies videatur, & in nubibus cacumen velle ponere felix existimetur planta.

Tardi ad credendum semper Iudæi, cùm in ligno pendentem clauísque affixum viderent Saluatorem, si tamen descenderet ex alto alligatus, credituros ei spondebant: *Si Rex Israel est,* (inquiunt Matth. cap. 27. vers. 42.) *descendat nunc de Cruce, & credimus ei:* O Domine, fac secundùm verbum populi huius! cum nanque vt redimeres cum genere humano ascendisti in arborem, eius tibi salus tantorum occasio laborum, nunc ecce ansa reconciliationis: quid moraris? non tibi difficile est sed nemini insuaue Crucem deseruisse? Verùm non decebat Christum, quod postulabatur: *Descendas* (inquiunt) *nunc de Cruce:* Quid est, *nunc*? videlicet, quando passio ipsa ad extremum vergit, cùm penè finita est, dicam suo verbo: in senectute & vltima ætate passionis: Itáne ille, cuius anima tristata vsque ad mortem in Gethsemani: de cuius emanarunt corpore sanguinum riui: ille flagellatus: ille vinctus, quem alapa, quem sputa deformarunt, post terebratam spinis sacram frontem, & foraminatos pedes, manúsque, nunc quandò breuis mora superest, crucem destituet? si patibulo liberari optabat, & præambula carnificina fugisset cùm ad verbum illius ceciderunt retrorsum, qui comprehensuri venerant: modò id turpe, & inhonorum: quid facturi adolescentes, qui crucem baiulare cœperunt, quando veteranum Crucifixum, à quo iuuentutem discere conuenit, videant abiicere lignum, & consolatorem amare? Sanè, si in hoc tempore descendat, non roborabitur fides Israël, sed magis destruetur: Bernardus sermone 1. in die Paschæ, *Descendat*, inquiunt, *si Rex est Israel; imo verè, quia Rex est Israel, titulum regni non deserat, virgam imperij non deponat; cuius, nimirum, imperium super humerum eius, sicut pracinit Isaias: si descenderit, neminem saluum faciet. Cùm enim saluus esse non possit, nisi qui perseuerauerit vsque in finem, quatenus minus poterit esse Saluator?* Certè si aliquo modo saluos faciat cre-
69.
Matth. 27.
Non decebat, Christum è Cruce descendere, etsi spondebant Iudæi se in eum credituros.
Bernardus.

dere volentes, & æmulari exempla sua cupiat sublato vexillo post eum, id quidem non nisi manendo in Cruce; cùm enim iuniores viderint veteranum Crucifixum omnia renuentem solatia, nónne verecundabuntur ipsi de mortificatione, de cruce conqueri? Alioquin iudicabunt abdicationis studium non tam virtutis amore arreptum, quàm ad famam comparandam; & vilescet in oculis eorum, quod intuentur à sapientioribus, nempe senibus, in quibus est intellectus, despici.

69. Sed, quis docuit, vt à Christo descensum iidem postularent, qui toties insinuarunt, *Tolle, tolle, crucifige?* Vultis, vt Leo Papa interroget sermone 4. de Passione Domini, cap. 2. in illud: *Si Rex Israel,* &c. *De quo erroris fonte, Iudæi, de quo studij lacu tantum blasphemiarum venena potastis? Quis vobis Magister tradidit, quæ doctrina persuasit, quod illum Regem Israel, illum Dei Filiũ credere deberetis, qui se crucifigi non sineret, aut à confixione clauorum liberum excuteret? Non hæc vobis legis mysteria, non paschalis obseruantiæ sacramenta, nec vlla vnquam Prophetarum ora cecinerunt:* Pulchrè Leo ponderat, cùm lex illa vetus tam fuerit imperfecta; nihil tamen tam dissolutum tradidisse, atque vt Crucifixus sub extremũ interuallum à tormentis eximi potuisset: non cadit suscepti itineris remissio in Crucifixum, qui de horum numero sunt, vsque ad vltimum halitum pendere debent: singularitas est de Cruce, nisi ad sepulcrum, descendere; non amat Christus singularitatem, nolit priuilegia, quæ Crucis gloriam minuant; Quare certè hortamentum suadens, ne incœptos Crucis labores consummaret Redemptor, sed quasi in fine, & in nouissima luctæ hora communem patibulariorum prætergressus vsum, de prærogatiua gauderet, & quiesceret vltimi periodo, à Dæmone excogitatum, qui & suis instillauerit asseclis, Bernardus palàm testatur memoratum sermone 1. in die Paschæ: *Quid enim consequentiæ* (ait) *videtur habere, si descendat, si Rex Israel est & non magis ascendat? Sic non meministi, serpens antique quam confusus abscesseris olim, cùm dicere præsumpsisses Mitte te deorsum; & hæc omnia tibi dabo, si procidens adoraueris me:* Ecce quanta auctoritas doctrinæ quæ crucifixis insinuet vti singularia affectent, sub agonis & stadij exitu à patibulo liberari desiderent nimirum, quæ non alium habeat Præceptorem, quam Inferni, & tenebrarum Rectorem.

Leo Papa.

Singularitates, & exemptiones viri spirituales abhorrent

Bernard.

70. At, quid mirum, si Lucifer tam dira venena in corda, animúmque iniecerit? Quid enim apud illum aliud, quàm singularitas, & priuilegia, & communis vsus, ordinisque despectus? *Sedebo* (inquit) *in monte Testamenti.* Isaiæ 14. Sed, quare tu sedens in conspectu Dei altissimi, quando exercitus Angelorum coram eo stet pauidus, & contremiscens? non sunt enim stellæ mundæ ante faciem eius: Nimirum, ego sum de suprema Mentium diuinarum hierarchia: æquum est ob maiorem naturæ, donorúmque excellentiam, sublimiorem possidere locum, & non confundi cum omnibus Spirituum turmis: Verum est hoc; nónne tamen Seraphim de eleuatissima classe? Planè ipsi in cacumine: & tamen stant: Vidit Propheta solium excelsum, & eleuatum Seraphim stabant, alter ad alterum clamantes *Sanctus, Sanctus, Sanctus,* Si ergo Seraphim stant, cur tentas sedere? quæ hæc tua superbia est? Dei est sedere: Seraphim stare sufficit: Cur Numini similis esse præsumis Quæ tam audax temeritas; Egregie Bernardus cum hoc tumidissimo Angelo loquutus, de gradibus superbiæ disserens: *Millia millium ministrant ei,* (Dan. 7.) *& decies centena millia assistunt ei, vbi nemo sedere perhibetur, nisi solus is, qui sedet super Cherubim: & tu nescio quæ præ cæteris perspiciendo differentius, curiosius inquirendo, irreuerentius perfus tendo, sedem tibi collocas in cœlo, vt sis similis Altissimo:* O intuere qui in castris Dei viuentis, & videntis omnia habitas, & respice ad illos tuæ militiæ primos duces, quanta in eis generis, & auorum claritas? quanta sapientiæ profunditas? quàm aureum eloquentiæ flumen? Et tamen Beati illi noluerunt, sicut Deus esse: sed tanquam homines stare, & accingi ad prælium, dura pati, singularibus abstinere, immunitates odisse vti eadem mensa, indumento, descendere ad omne ministerium. Audi rursum Bernardi increpationem serm. 3. in Isaiam, *Stant planè Seraphim, stant attoniti, & suspensi in contemplatione sedentis in throno; tu sedere tentasti, ô impie; propterea tui moti sunt pedes, & effusi sunt gressus tui: Filius est, qui sedet in throno; Dominus Sabaoth cum tranquillitate iudicans omnia; sola sedet Trinitas, quæ sola habet immutabilitatem; Seraphim vero stant.* Relinque igitur Altissimo, vt sedeat in lateribus Aquilonis: tu sta, sicut cæteri, quoniam & ipsi Seraphim, quemadmodum & tu; alioquin si pro singularitate contendere pergas, & exemptiones ambitiosus affectare; vel illæ tam dispositæ hierarchiæ tumultuabuntur: Michaël, & Angeli eius prœliabuntur, & dicetur apud nationes cum dedecore; quoniam inter administratorios Spiritus quoque rixæ inueniuntur, imò quales nec in Gentibus: O vtinam Lucifero Olympum turbare sufficeret! inde pullus aduersùm nos instruxit machinas: vidit, quoniam Omnipotens magnificauit hominem, & apposuit erga eum cor suum, & delicias eius esse cum illo: tulit acerbè sibi antiquiori adolescentiorem Plastem anteponi, & meditatus est apud se vltionem terribilem nimis, antiquitatis diminutos, aut pessundatos honores vindicaturus: Basilius in aliquot Scripturæ locos hom. *Diabolus* (inquit) *postquam vidit hominem, paruum quidem animal, supra omnem creaturam honoratum, cum esset antiquior homine, hunc ei honorem inuidit.*

Isai 14.

Bernard.

In cœlo sola Trinitas sedet, Seraphim verò stant.

Basil.

Ingressus aliquando domum Simonis Christus, socrum eius febricitantem liberauit; *Et continuò surgens* (inquit Luc. cap. 4. vers. 40.) *ministrabat illis:* At demiratus grandæuæ fœminæ obsequia Chrysolog. serm. 18. *Et Christus* (ait) *mulieris indigebat obsequio, & mulieris prouectæ ætatis, senectutis summæ filiis aggrauatæ; sic in domo Petri non erat vernula, non minister, non familiaris, non propinquus, certè non vxor, quæ matris obsequium præueniret: & ad summum Petrus ipse causas suæ verecundiæ non videbat, vt hoc annus, hoc socrus faceret Magistro, discipulus quod debebat:* Anne ab illa factum ad ostensionem prodigij, quæ non sanitatem adepta qualemcunque, sed consummatam valetudinem, neimpe, ad ministeria robustam? Verùm, cur Dominus permisit, vt in familia princeps mulier, cui deserire cæteros par erat, quam & auctoritas, atque ætas excusabant, obiret, quæ ab ancillis Eius oportebat. 71.

Luc. 4.

Chrysol.

tebat? Erat Christo optatissimum spectaculum, & in quòd attentiùs defigi Apostolorum animos cupiebat summoperè: videbant feminam, quam omnis colebat domus, post rugas frontis, post debilia genua ob annorum incrementa, ea exercentem ministeria, quæ ancillæ & pedissequæ, cùm vetulæ fiunt, prætermittere consueuerunt: O mulierem, cuius senectus iuuentutem æmulata est! Et qualem habuit prima dies, talem & vltima adspexit: nec peior exordio finis: O tectum spatio angustum, censu tenue, virtutibus amplissimum, in quo nulla præsumptio; sed quales famulæ, tales & domini; nemo contemnit abiecta, nemo despicit communia, vbi nemo feriatur, otio vacat, ne in ipsa quidem senectute, quando & vires franguntur!

Cur Petrus Simonis statum ac sanctam fuit, à Christo permissa sit ministrare?

72. Discessurus ex hoc mundo Redemptor, vt transeat ad Patrem, *Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia a Deo exiuit, & ad Deum vadit, misit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus.* Ioan. cap. 13. vers. 3 & 5. Quid est, quid generis claritatem insinuat Euangelista, vt qui à Deo prognatus sit, & potestatem quoque aduertit, cuius, qui omnia habeat, vniuersa tradiderit, scientiam, regna, pulchritudinem, attributa cuncta? Nempe, quò magis commendaretur Scholæ illius humilitas, in qua nemo à contemptiori ministerio liber, ne Caput ipsum cæterorum atque tale Caput, quod in infinitum vincat disciplinæ socios: Euthymius: *Sciens* IESVS, *quod omnia dederit ipsi Pater in manus, tanquam Filio legitimo, & vnigenito: sciens seipsum omnipotentem, & Dei Filium licèt tanta esset potestatis, talisque dignitatis, ad extremam tamen descendit humilitatem; tum dilectionem erga discipulos suos ostendens; tum eos animi modestiam edocens:* Nemo igitur cum IESV militans, quando iniunguntur quæ minùs gloriosa & pompatica, excusaturus obtendat, aut auorū cum imaginibus atria, aut Magistratus & Præfecturas eorum, qui genuerunt, aut possessiones, & substantiam multam; aut, quod his omnibus excelsius, diuini ingenij partus, *Sciens* IESVS, *quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia a Deo exiuit, cœpit lauare pedes discipulorum*: Huius sodalitij documentum: *Qui maior est fiat sicut minor & qui præcessor est, sicut ministrator*; Luc. c. 22. vers. 26. Verùm ego expendo illa, quoniam faciunt ad præsens institutum, *Sciens* IESVS, *quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo*: Vultne significare Euangelista mortis timore perculsum Christum, humilitatis admirandum specimen exhibuisse? Nequicquam sanè. quid enim metueret, quod desiderio desiderauit; qui & coarctari se dicebat, donec Baptismo sanguinis proluerctur? Arbitror equidem apposita hæc etiam ad humilitatis commendationem: nam erant illa vitæ vltima spatia, solent autem remittere de veteri conatu homines sub finem dierum: & quò magis excrescit ætas, sicut maior auctoritas; ita minor affectus ad inhonora; nempe, tyronum exercitamenta sunt, domum verrere, pedes hospitibus lauare, & eius formæ alia; Christus igitur vt innuat, apud suos sectatores nullam ex ipi ætatem neque, ab externis submissionis profitendis operibus immune esse tempus quodcunque, cùm definitum viuendi curriculum in necasum properaret, tum in contemptioribus exercendis lubentiùs versatus; Scio Petrum opinari, non competere maiestati Christi tam vilibus occupari, minui auctoritatem à sordido ministerio, non esse hominum prouectorum functiones, & qui ad vitæ exitum peruenêre: rudimenta, nimirum, illa sunt spiritalis disciplinæ; Verùm egregiè Cyprianus, aut alius Auctor eius de cardinalibus Christi operibus Tractatus, de ablutione pedum, c. 2. *Habebat in excusatione sua Zelum Dei Petrus; sed non secundum scientiam*, Bona est auctoritas, & sæpè necessaria sed non contemptu humilium exercitationum augetur: si quis aliud existimet, errore laborat, zelo, non scientia ducitur.

Ioan. 13.

Euthym.

Luc. 22.

In Christi schola nulla ætas ab exercitio humilitatis excipitur.

Cypr.

Cùm ab Abrahæ tabernaculum, quod erat in conualle Mambre tres hospites diuertissent, Genes c. 18. ecce festinauit Patriarcha ad Saram, dixitque ei: *Accelera, tria sata similæ commisce, & fac subcinericios panes. Ipse verò ad armentum cucurrit, & tulit inde vitulum tenerrimum & optimum*: Nullúsne Abrahæ seruus, qui ad armentum properet? nulla Saræ famula, cui subcinericius committendus panis, vt ipsos omnia domus officia obire necessarium sit? At certè lego Genes. cap. 12. vers. 16. quoniam Abrahæ fuerunt, *& asini, & serui, & famulæ, & asinæ, & cameli*. Atque idem, vt captiuum recuperaret Lot, quos in prælium mitteret, numerauit expeditos vernaculos suos trecentos decem & octo, & persequutus est vsque Dan, Genes. 14 vers. 14. at oportebat abundantissimam extitisse familiam, de qua prodierunt bellatorum cohortes. Cùm igitur tanta esset Abrahæ clientela, tot afflueret ancillis, atque ministri domus: quamobrem ipse cogitur ad armentum procedere? Sara commiscere similam? Et sanè tanta magnitudo familiæ indicat regia præditum auctoritate, & Monarchis parem: Docuimus nos in antelapsis: Nonne autem indecorum tali fungentem maiestate, ipsum de agricolarum more, ex vsu & consuetudine pastorum ad stabulum currere Bubulcorum id est, nempe, vitulum accersere: non eius, qui trabea, & diademate fulgeret: Saltem non re piceret ætatem conthoralis suæ? Erat nonaginta annorum Sara tunc: pateret itaque vetulæ, quæ robur amiserat & laborem ex mandato puellarum alicui commendaret? Equidem Abrahamo, & vxor illius ab adolescentia excellnêre hospitabitatis gratiâ, quoniam non tam homines in tecta admittere, quàm Deum ipsum arbitrabantur, cùm seruitio ædes plenæ essent, ipsi suis manibus omnia agere, nec vile iudicare ministerium, quod ob gloriam Creatoris exercebant: In hac igitur misericordia, quoniam & iuuentam, & robustam ætatem consumpserant summa cum laude, ne ipsi senescentes viderentur ab antiquo recessisse honore, manibus suis conuiuio necessaria apparant: Bonus adolescens Abraham, nec peior senex; Alij vetustate sua, & multi potentia indignum reputant, quod mancipiorum est, per se & pedes venientium peregrè lauare, & cibos coquere hospitibus: Abrahamus inter decora & encomia numerabit: nihil vitæ nouissimam periodum dissimilem prioribus annis: ætas quantùm vigoris eripuerat corpori menti adiunxerat: Scribamus de Chrysostomi textu qui homil 41 in Genesim: *Quare enim, dic mihi, nulli famularum hoc præcepit? sed mulieri tam prouectæ ætatis? nonaginta enim annorum erat. non rebellan-*

73.

Gen. 18. & 12 & 14.

Abraham senex & regia insignitus maiestate abiectiora hospitalitatis officia non contempsit

Chrysost.

mandato Sara; sed parem alacritatem etiam ipsa affert: audiant viri, audiant mulieres: viri quidem, vt sic suas contubernales erudiant, vt si quando spirituale lucrum incidat, ne per famulos hoc perficiatur, sed per seipsos faciant omnia: mulieres autem vt festinent vnum & viros in tam bonis operibus, & non erubescant, aliquos excipiendo hospites propter Christum, illis congruum præbere ministerium, & per seipsas afferre: sed imitentur sacram vetulam, in tanta senectute libenter suscipientem, & absque famularum opera perficientem.

74. Tertull. Cætera cùm Deus verbo produxisset; nam, *Dixit, & facta sunt*, hominem manibus formauit suis: *Persequar itaque propositum*, (ait Tertullianus de resurrectione carnis, prope initium) *si tamen tantùm possim carni vindicare, quantùm contulit ille, qui eam fecit, iam tunc gloriantem, quòd illa pusillitas, limus, in manu Dei, quæcunque sunt, peruenit, satis beatus, etsi solummodo contactus: itaque toties honoratur, quoties manus Dei patitur; dum tangitur, dum decerpitur, dum deducitur, dum effingitur: recogita totum illic occupatum, ad dedicatum manu; sensu, opere, consilio, sapientia, prouidentia, & ipsa in primis affectione, qua lineamenta ducebat*; Verùm, cur nunc sexto die plùs laboratum à Numine, & ipse omnia agit, cùm habeat millia millium ministrantium ei, & decies centena millium assistentium throno glorioso? Et poterant quidem Angeli corporis ædificationi subseruire; imò iam feriari decebat; satis enim laboratum est per quinque dies integros; otio fruatur qui tam multa, tam pulchra & admiranda construxit: itáne omnia facturum Verbum, & in eum tota operis tam vasti moles incumbet? Animaduerte & alteram causam, quamobrem Verbo indigna sit huius diei sextæ fabrica; nimirum homo de limo terræ consolidatus, Quid putas fuerit limus ille? Equidem gleæ abiectissima portio. Chrysostomus

Chrysost. homil. 12. in Genesim: *Formauit Deus*, inquit, *hominem, puluerem accipiens de terra: Quid dicis? accepto'ne de terra puluere formauit hominem? Etiam*, inquit; *& non simpliciter nec quamuis fortuitò terram dicit; sed puluerem: quasi si quis dicat; tenuissimum, & vilissimum, quod est in terra:* Igitur, quando de contemptissima terra formanda sit testa, cur hoc sibi in primis adsumit opificium, quod ignobilius est? Disce, ò homo, tu qui figmentum, & cinis, à Verbo modestiam, & perseuerantiam: operatus per dies quinque, & innumera, magnaque perfecit lustra quicquid præter hominem continent, & conuexa, & depressa omnia, pro tantis laborauit; nec tamen rudem ambit, inter emeritos referri supplicat: ardens spiritus non priùs otio vocaturus, donec absoluat, quæcunque facienda supersunt: At, saltem vile ministerium omisisset post tam magnifica patrata opera? Erras, si de Verbo ita concipis; non ea conditio Verbi, non mores; quantùm crescit tempore potentia, celebritate, (dico, apud homines, atque ex eorum iudicio, qui ex humanis diuina metiuntur,) tantùm submissione; augetur in Verbo, eiúsque germano quoque imitatore cum honoribus modestia: quare, qui initio mundanæ fabricæ, quando non ita famosus erat, (sic loquamur;) neque enim innotuerant opera, quæ erant allatura splendorem nemini, velut cespitebat suis manibus formandá aptare, & tangere, & imperio passim vtebatur, dicens, *Fiat lux*, Firmamentum, Oceanus; post edita

Verbi diuini, in opificio hominis, singularis modestia.

potentiæ suæ clarissima documenta, quando seipso quodammodo maior, tunc humilior apparere & cùm terræ abiectissima pars in vitam animanda esset, non Angelos, non aliam creaturam ad ministerium adhibere; sed per suas manus vniuersa exequi, tanta quidem hilaritate ac si in id temporis nihil laborasset, tanto conamine, vt vocauerit ad participium diligentiæ, vti inquiebat Tertullianus, *manus, sensus, consilium, sapientiam, prouidentiam.*

Imò potiùs in hac corporis humani molitione quasi non satis patiens onerum Verbum asseuerabis; nam quòd sibi relictum videret omnem laborem, atque alias diuinas Personas otio fruentes, cùm ad hominem effingendum ab eo ventum, excitauit & alias Personas, dicens, *Faciamus hominem ad imaginem*, &c. putà, tanquam pronuntiauerit: Vt quid mihi vniuersæ incumbunt operæ? Eritis vos spectatrices tantùm agendorum? Quandiu à reliquo abstinueritis labore, iuuare hominis constructionem: Si enim non huiusmodi quidpiam indicarit Verbum, quorsum à duabus Personis suppetias postulauerit? Arbitror quidem ab altiori illa & infinita Mente præuisum exiturum homuncionem Arium, qui effutiret Filium Patre minorem, neque defuturos etiam, qui in Spiritum sanctum blasphemarent; Sed, quæ conuiuij occasio? nempe, intuebantur non æquè progredientes ad opera diuinas Personas: Spiritus enim contentus superferri aquis; hæc prælibatione laborum sibi vendicata solùm, reliqua difficilia secundæ Personæ. Pater autem & ipse operabatur & vsque modo operatur, sed in magnis tantùm occupatus, & quæ plausum, atque honorem afferebant maximum: nimirum, in gignendo infinitæ scientiæ, atque potentiæ Filio, quasi ad terrestria & abiecta descendere contemneret: ne igitur existimaretur diuina illa Respublica talis esse in qua ex Personis quædam operibus tantùm distentæ, quæ & voluptatem, & encomium coniuncta haberent, & nunquam despectis ministeriis se exercerent; magis autem appareret, omnium Personarum eandem esse conditionem, nullam esse ob quoscunque titulos exemptionem, cuncta paria esse; non Patrem aliquid arrogare, quòd ab eo Gnatus procedat; non vtrunque quòd ab illis Flamen spiretur; omnes ad hominis ædificationem confluunt: Illud igitur, *Faciamus hominem*, diuinarum Personarum inter se colloquentium exhortatio, & quasi contentio quædam; nimirum, quia opus contemptum apparebat, de argilla scilicet abiecta & vili testam conficere, omnes certare, omnes despectiora sibi vendicare; Quantùm, putas, antequàm fierent hæc, præcesserat? Certe non anni Mathusalis, non sæcula Nestoris; sed absque initio ætas æterna, Satísne antiqua Persona? & desunt fortasse ornamenta, quibus nobilitantur clarissima quæque? Tamen neque infinitam auctoritatem dedecere arbitrantur, limum attrectare, componere, conglutinare. *Videtísne, fratres dilectissimi*, (conclamat Zeno Veronensis serm. 3. in Genes.) *quia nullus exaltè hoc alteri iubet?* (nempe, *Faciamus hominem ad imaginem*, &c.) *in opera nullus otiosus est? O sancta æqualitas, ac sibi soli dignissima indiuidua Trinitatis*. Eximiè illud: *O sancta æqualitas!* Si magna perpetranda sint, omnes de magno participant: si leuia exercenda sunt, nemo à minutis excusatur: quocunque modo, quòd Pater ad 75.

Zeno Ver.

Mirabilis diuinarũ Personarũ æqualitas.

ad extra sui ingens, siue mediocre, hoc Filius, hoc Spiritus sanctus.

76. Huiusmodi sibi vxorem desponsit Numen apud Salomonem Prouerb. 5 vers. 16. *Lætare (ait) cum muliere adolescentiæ tuæ; cerua charissima, & gratissimus hinnulus, vbera eius inebrient te omni tempore:* Sequar mysticam explanationem: cur sponsa ceruæ, hinnuloque assimilis? Aug. tom. 4. lib. octoginta quæstionum, quæst 71. *Sicut enim de ceruis nonnulli talium cognitionum studiosi scripserunt; cum fretum ad insulam transeunt pascuorum gratia, sic se ordinare, vt onera capitum suorum, quæ gestant in cornibus, super inuicem portent; ita vt posterior super anteriorem ceruice protecta caput collocet; & quia necesse est, vnum esse qui ceteros præcedens, non ante se habeat, cui caput inclinet, vicibus id agere dicuntur; vt lassatus sui capitis onere ille, qui præcedit, post omnes redeat, & ei succedat, cuius ferebat caput: ita inuicem onera sua portantes fretum transeant donec veniunt ad terræ stabilitatem: Istam fortasse ceruorum naturam intenderat Salomon, cum dixit: Ceruus amicitiæ, & pullus gratiarum tuarum colloquantur tecum.* Atque pariain illud Psalm. 129. *Propter legem tuam sustinui te:* &c. At, nónne debuerant multorum annorum cerui à portando eximi? nónne ætati, & anteactis laboribus oportet deferri quidpiam? nullúmne discrimen inter heri natos, & canа ceruorum tempora? Nulla apud ceruos differentia; tyronis, & veterani eadem est sors atque fortuna: quales in flore vitæ; tales in occasu; ab oneribus nunquam liberi. sola quiescendi spes post mortem; hic semper dolor & exercitatio: & ideò certè, quia talis ceruorum natura, ipsi securè æquora tranant; cùm tamen alia animantia multa naufragium patiuntur, ipsi serpentes deuorant, & dracones exterminant: quidni? apud quos tanta æqualitas, & omnis ætas similis, omnis alterius onera supportans? Vbi tanta charitas? O si imitatus ceruos Salomon, senectuti non parcens, neque otio & libidinibus succubuisset! O si qualis fuit ætas prima, talis & vltima extitisset, & semper aduersùs carnem, & voluptates seuerus! Nunquam sanè tot expertus naufragia esset, in barathrum lapsus immunditiæ & ex mulierum amatore idololatra factus.

August.

Cerui aiunt, cum freta transnatant.

SECTIO VIII.

Qui fuêre quondam optimi, si à rectitudine deflectant, omnium iniquissimi euadunt.

77. TÆdet meminisse, in quantam amentiam prolapsus Salomon; quàm hebes ad diuina, ad humana monita, prætereo infandam lasciuiam, & nunquam satiatam pruriginem, taceo gulam, & comessationes; non arguo auaritiam; illa, illa de miror altaria non vni fabricata idolo, & offerentem thura ementitis Diis non subulcum aliquem, non terræ filium, & vix à trunco distantem hominem; sed ingenij medullam, doctrinarum apicem, Oraculum orbis, denique eruditum à Domino; & super his, eum, in quo excellens pietas, summa religio, mores incontaminati; neque ista ad momentum, ad horam vnam, per

Salomon in quantam amentiam prolapsus sit.

annos quinquaginta ferè. O nihil stabile in humana vita! Sed non stupesco mutarum quamuis tot pollentem adminiculis nam & auertit faciem suam à Dauid quoque Dominus, & conturbatus est, & cecidit: hæreo contremiscens, quòd aut tot, tantaque mala adiunxerit, aut perstiterit in dolo, & iniquitate surdus ad internam turbam, ad externa exempla, consilia plurima, Sed iustè irasceris tu Deus Sabaoth peccatis nostris, quoniam impiè fecimus in conspectu tuo, abusi sumus beneficiis multis, & magnis, supra iniquitatem Sodomorum, & Gomorrhæ scelus nostrum, aduersùs hanc viperinam generationem insultabunt in iudicio Niniuitæ, & melius erit Bethsaïdæ, & Corozaim: Attendite ad lapsum hunc Viri spiritualium diuitiarum: operamini salutem vestram cum timore, & diligentia: quoniam si labi contingat, vereor, ne æternùm submergamini: Perpendite, quoniam montes trânsferuntur in cor maris, & occupat eos tempestas valida, meliúsque fuisset proditori Apostolo, si nunquam natus esset: illi hoc melius, qui dux & notus Christi extiterat, qui simul comedebat panem cum eo, qui Spiritus de obsessis expellebat, qui miraculis refulsit.

Auspicemur à meretricio adolescente, qui abiit in regionem longinquam & consumptis boni omnibus adhæsit vni ciuium illorum, & misit illum in villam pascere porcos, Luc. cap. 15. vers. 15. Sed, quare tam egregiam adamauit artem? Nempe, facta est fames valida in regione illa, & ipse cœpit egere; cùm autem nobiliora seruitia respuerent plerique propter inopiam panis, coactus est pigerum genus custodire, ne saltem esurienti siliquæ deessent: & ne hæ quidem ad saturitatem dabantur: Neque mirum, regnabat enim fames ingens: Verùm, quamobrem famem validam nuncupauit, quæ hunc oppresserat iuuenem? Aut certè cur à Numine permissum, vt incideret, non in qualemcunque famem, & tolerabilem aliquo modo sed in eam, quæ fortis, robusta, vrgens extitisse? Circumspice quidem? reliquerat domum alimentis affluentem, in qua obsoniorum copia: nam vel & mercenariis (quod est ministrantium genus gregarium) erat in abundantia panis: *Quanti (ait) mercenarij in domo patris mei abundant panibus:* Qui igitur deseruerat ædes felices, in quibus omnifariæ escæ ad amussim, iusta Creatoris, & punitione, & prouidentia translatus est in ea loca, in quibus regnaret fames prorsus non ferenda, qua vix alia posset esse vehementior: Bernardus sermone de conuersione ad Clericos, cap. 13. *Meritò siliquas esuriit, & non accepit, qui porcos pascere maluit, quàm paternis epulis satiari*, Sed spiritaliter hæc explicanda, vt nostro prosint instituto: nam, quæ illa tam beata & sufficiens domus, in qua etiam mercenarij, id est, qui abiectissimi sunt, non hordeo vescuntur, sed pane, qui etiam Regibus delicias præbet: nisi certè cœnobialis aliqua excellens Congregatio, vbi etiam imperfectiores lautè pascuntur ab vbertate diuinarum consolationum? Quid, si proletariæ id contingit multitudini quid de filio opinabimur, eòque iuniore, quem plùs à genitore diligi visus? O si de hoc voluptatis torrente bibere fastidiat imprudens iuuenis, & de cisternis dissipatis potare anhelet! si manna de cœlo præstitum contemnere audeat; sciat, cùm de hoc venerando cœtu exierit, quoniam bonorum operum famem experietur super

78.

Luc. 15

Filius prodigus eò miserior factus quò prius fuerat nobilior.

his, qui nunquam intrauerunt patris domum; vincet impietate sceleſtiſſimos: & erunt, ſi cum eo comparentur, publicani atque ethnici moderati; tanti eſt à magna iuſtitia receſſiſſe: Splendidè

Chryſoſt.

Chryſoſtomus apud S. Thomam in catena, *Signanter autem ſubdit, (inquit) Ego autem hic fame pereo; Ego, non alienus, ſed filius boni patris, & frater filij obſequentis ego liber, & generoſus factus ſum miſerior mercenarijs; a ſumma celſitudine prima nobilitatis ad infimam humilitatem delapſus;* Ita ſanè; nam talis ſolet eſſe caſus, nempe, qui in extremam paupertatem deſcendunt, ij ſunt qui olim ditiſſimi fuêre, & ſuperabundat delictum, vbi fuit non remiſſa, ſed nobilis, & capax iuſtitia.

79. Vultis audire etiam, & ex puellarum numero de virgine diſſipatrice? nam hactenus apud vos ſemper adoleſcens prodigus, Ezechielem vobis

Ezech. 16.

profero cap. 16. vers. 10. *Et veſtiui te diſcoloribus, & calceaui te ianthino, & cinxi te byſſo, & indui te ſubtilibus, & ornata es auro, & argento, & veſtita es byſſo, & polymito, & multicoloribus & dedi armillas in manibus tuis, & torquem circa collum tuum, & dedi inaurem ſuper os tuum, & circulos auribus tuis, & coronam decoris in capite tuo;* Satiſne glorioſa Virgo hæc? Quid ampliùs ei facere potuerit ſponſus? Sed oportet Theodoreto

Theodor.

auſcultaſſe; *Vnumquodque horum (inquit) moraliter decet intelligere; armillas manibus impoſitas, eam virtutem, quæ ad agendum nos excitat; monile collo circundatum, legis iugum; inaurem naſo [illegible] dehortationum inaures vero auribus adhibitas bonam ſignificat doctrinam; coronam ſuper caput impoſitam, eam gloriam, quæ à pietate, & cultu legis atque adeo ex omnibus bonis comparata ſit;* Sed tu conſidera huius feminæ eminentiorem apicem; quod ſummo Sacrorum Antiſtiti pro tunica eſt: hoc illi pro calceamentis, nempe ianthinum, *Diſertiſſimus Philo* (ait Hieronymus in præfata Ezechielis verba) *hyacinthum*

Hieron.

in veſtibus Pontificis aeri comparat, in quo cæleſtia ſigna [illegible] putat; Igitúrne in pedibus quidem, vbi cætera terrenum aliquid de luto, & puluere calcant, fundamenti, niſi cœleſte, purum, in [illegible] habet? tanta eſt mulieris vndequaque [illegible], à planta vſque ad verticem, nihil in ea ſordidum & in amictu cuncta de pretioſioribus; verùm [illegible] vertit tandem Creatori illa tam ſplendeſcens, & formoſa, [illegible] habens fiduciam in pulchritudine illa eleuatum eſt cor illius, & ſecuta eſt amatores falſos; At in qualem putas voraginem delapſa ſit [illegible] miſerabilis quàm [illegible] que oppleta abominationibus: *Quia fabricaſti lupanar tuum in capite omnis viæ,* (allegato iam capite vers. 31) *& excelſum tuum feciſti in omni platea; nec facta es quaſi meretrix faſtidio augens pretium, ſed quaſi mulier adultera, quæ ſuper virum ſuum inducit alienos; omnibus meretricibus datur mercedes: tu autem dediſti mercedes cunctis amatoribus tuis, & dona donabas eis, vt intrarent ad te vndique ad fornicandum tecum;* Vbi Gentium vbi terrarum talis qualis hæc fornicatio? Hæccine illa tam cœleſtis, tam vallata, tam diuitijs gratiæ atque virtutum, & nunc omnem immunditiam vincens, quæ mercede conducit libidinoſos? Denique & textus aſſerit: *Quia fornicata eſt, ſicut*

Animo excellens: Iuſtitia ornata terribilis ruina.

non factum eſt, neque futurum eſt, O terribilem ruinam! à quanto [illegible] faſtigio in quam denſam caliginem & [illegible]? Sic confundentur Domine recedentes à te in ſuperbia & abuſione, & obliti miſericordiarum, quas feciſti illis in multitudine dulcedinis tuæ, Et quoniam coniunximus hanc infauſtam virginem cum adoleſcente prodigo, mutuemur auctoritatem ab

Hieron.

Hieron. epiſt. 146. ad Damaſum de duobus filiis, *Et cupiebat implere ventrem ſuum de ſiliquis porcorum; & nemo illi dabat: Id, quod in Ezechiele cum increpatione dicitur ad Hieruſalem: Et factum eſt in te peruerſum vltra mulieres, quæ ante fornicationem tuam, & poſt te ſunt fornicatæ, in eo, quòd dediſti mercedes, & mercedes tibi non ſunt datæ; Videmus in filio minore completum, Subſtantiam ſuam in regione Principis perdidit, & poſt perditas facultates, miſſus ad porcos egeſtate [illegible] Dæmonum cibus eſt ebrietas, luxuria, [illegible] & vniuerſa vitia: & Satanas, cùm aliquem ſua arte deceperit, & ei proprium impoſuerit iugum vltra abundantiam vitiorum non procurat, [illegible] eſſe iam mortuum: ſicuti multos idololatras videmus panis miſeria, & egeſtate confectos: hi ſunt, in quibus propheticus ſermo completur: Omnibus meretricibus dantur mercedes: tu autem dediſti mercedem omnibus amatoribus tuis, & non accepiſti mercedes.*

Eſt inter miracula Chriſti, mortuorum ad vitam reuerſio; int[illegible] ſepulcrale [illegible] exuere, & fuit leuе imperium, vel in obedientia eorum, qui dormierant: Archiſynagogi filiæ loquitur: *Puella, tibi dico, ſurge, Et confeſtim ſurrexit, & ambulabat.* Marc cap. 5. vers. 42. Viduæ gnato: *Adoleſcens, tibi dico, ſurge. Et reſedit, qui erat mortuus, & cœpit loqui.* Luc. cap. 7. vers. 15. Moritur Lazarus, Marthæ & ſororis frater, tum & infremuit ſpiritu, & turbauit ſeipſum, & eleuatis ſurſum oculis Patrem obteſtatus eſt, & voce magna clamauit: *Lazare, veni foras.* Ioan. cap. 11. vers. 4[illegible]. Stupeſcit Hieronymus tract. de vera circumciſione: *Infremuit,* inquit Euangeliſta, *ſpiritu, & turbatus eſt, & ait: Vbi eum poſuiſtis? Quid eſt hoc? Quæ confuſionis cauſa? quæ formido? Quid autem erubeſcit, aut metuit, cum [illegible] virtus ſit peractura miraculum, & Deitas non ſit ſubiecta terrori. Quæ ſepulcri tam [illegible] iſta requiſitio, vt omnino credas de turbato, confuſióque proferri? Ille Deus noſter, qui diſcipulis [illegible] dixerat de abſente, Lazarus mortuus eſt, qui ſororibus eius [illegible] promiſerat de mortuo, Reſurrecturus eſt, ſubitò [illegible] quaſi confuſio e ſepulcrum quærit, quaſi hoc ſolum, qui omnia noſſet, & præſtare poterat, [illegible] noraret. Non planè hoc eſt, nam alius intellectus occulitur:* Quando igitur arcanum latere Hieronymo viſum, ſcrutemur quodnam illud ſit? Lazarum quidem nouimus amicum Chriſti fuiſſe, quod ipſe palàm teſtatur nominato Ioanni capite, vers. 11. *Lazarus amicus noſter dormit:* Alios autem ignoramus, an eius amici extiterint: nam de initio fœdere ſilentium apud Euangeliſtas: ergo alij defuncti adumbrauêre animas liberas, & concupiſcentiam voluptatisque ſequutas, de IESV familiaritate nihilum curantes: Lazarus autem mentes repræſentat, quæ ſanctitudinem dilexêre, quæ Verbi ſodales fuêre: ſed gratiæ tandem exciderant in vitia prolapſæ: Ita intelligere viſus Origenes tom. 28. in Ioan. *Sed notemus,* (inquit) *neceſſe eſt aliquos etiamnum Lazaro [illegible], qui poſt contractam cum* IESV *amicitiam infirmati ſunt, [illegible] periêre: qui etiam in monumento, & in mortuorum loco manſerunt cum mortuis mortui, poſteà oratione* IESV *qui illos è monumento ad prodeundum foras voce ſua magna vocauit, viuiſicati:*

Iudæi

80.

Marc. 5. Luc. 7. Ioan. 11. Hieron. Orig.

Difficilius est, à mortuis suscitare eos qui fuerunt amici Iesv, quàm qui nō fuerunt.

Indicat igitur difficilius esse, à mortuis suscitare eos, qui fuerunt amici IESV, quàm qui non fuerunt; At, quamobrem? nam è diuerso contingere opus fuisset: nónne eum laboriosius sanitati restituisse eum, in quo inueterata pestis malignitas, quàm qui optima vsus valetudine ad tempus decubuerit solùm? Cur igitur tam multa fatigatio, vt Lazarus euigilet? O intuere! quoniam, sicut ad excellentem gratiam, & amicitiam Lazarus quondam admissus; ita, postquam datam fidem, atque dexteram fregit, nemo illo impudentior, nullus tam palmatis sentra, (loquor de mystico Lazaro) de quo enim mortuorum legistis, quòd & quatriduanus sit, & fœteat? *Credo tam* (ait Bernard. serm. 4. in Assumpt. B. MARIÆ, *multorum ingenia praeuolant, vt intelligant, quem velim dicere Lazarum, eum sine dubio, qui nuper peccato mortuus fodit sibi parietem, vt videat abominationes multas, & malas praui, & inscrutabilis cordis sui*; Vt igitur innuat Christus eos, qui veritatem aliquando cognouerunt, si Deo dorsa vertere cœperunt, peiores fieri iis, qui lucis semper expertes fuère, & malorum coryphæos euadere; ideò, cùm de tumba illos, qui amici non extitère, excitat, nullum præ se fert animi cruciamentum, non vociferatur, non superos testes aduocat; tantùm in Lazari funere, qui sodalis fuerat, hæc ostentamenta; quo repræsentaret, huius quàm difficilis fuerit redintegratio.

Bernard.

81. Coniungamus & alterius Lazari gesta; Plurima in hac vita perpessus a lue, ab inedia; sed excepit afflictam ætatem mors gloriosa, & hilaris, tandémque Abrahæ læto sinu receptus secundùm dolorem fuit & consolatio; hunc ad se mitti postulat diues purpuratus, & bonarum escarum vorator; In quantum arbitramini solatium? Scilicet, vt intingat extremum digiti sui in aquam, ad linguæ refrigerium à flammis adustæ. Luc. 16. vers. 7. Puto à tormentorum immanitate sui excidit miser iste; quid enim attulerit commodi gutta vna, quam digiti summa pars stillare valeat? Crescit à stillicidiis Vulcanus; Cupiátne augeri Æstuam suam? Verùm, ne contemne petitionem; nam ad tantam redigi inopiam oportebat, nimirum, cùm aula, & deliciis frueretur, cibi fuère, & stomachi irritamenta vltra mensuram; nisi enim abundassent cellaria, atque penus, quotidie epulari, idque splendide, non posset; ergo, qui copia affluenti exciderat, non in vulgare aliquod miseriarum chaos prolapsus, sed durissima experiri coactus; Verùm, quid hac repræsentatione spiritaliter adumbratum? Videlicet, locuples ille typum sustinebat Iudaici populi vt memorat Gregor. Papa homil. 40. In Euangelia inquiens: *Quem, Fratres charissimi, quem diues iste, qui induebatur purpura, & bysso, & epulabatur quotidie splendidè, nisi Iudæum populum designat?* Et similia Augustinus lib. 2. quæstionum euangelicarum, capite 38. quantæ opes illi nationi, quantæ escæ ad opiparè vescendum, quæ volumina Scripturarum possidebant, apud quos tot sancti Vates, atque Patriarchæ, iustorum tam fertilis messis? Certè ille populus, apud quem singulariter habitabat Omnipotens; Vis scire de beneficiorum multitudine partem aliquam? *Circunduxit eam, & docuit, & custodiuit quasi pupillam oculi sui: sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, assumpsit eum, atque portauit in humeris suis, constituit eum super excelsam terram, vt comederet fructus agrorum, vt sugeret mel de petra, oleúmque de saxo durissimo*; Planè non erat sub cœlo alia gens sicut ista ante Euangelium; Incrassatus recalcitrauit; Sed, quibus non est deturpatus maculis? Leues Gentilium noxæ quodammodo, si cum Hebræorum comparentur sceleribus, ne apud Hæreticos tam graue malum; Videndus Hieronymus in cap. 1. Isaiæ, ad illud: *Cognouit bos possessorem suum*, &c. ad finem c. 3. Oseæ; hoc est igitur, ab abundantissimis ferculis, à poculis falerno despumantibus venisse ad tantam egestatem, vt ne aquæ vna guttula relicta sit illis.

Luc. 16.

Greg.

August.

Populus Hebræorum in quantā scelerum enormitatem delapsus.

Hieron.

82. Mirabilem Hierosolymæ statum sub Romanis ducibus prædicens Christus, Luc. 19. vers. 44. *Quia venient dies* (inquit) *in te, & circundabunt te inimici tui vallo, & ad terram prosternent te, & non relinquent lapidem super lapidem*; Atque ostendentibus illi templum Apostolis de eodem totidem Matth. cap. 24. vers. 2. *Videtis hæc omnia. Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non destruatur*; Cur tam fatalem ruinam, & vrbi, & templo sacro vaticinatur? aut cur certè ipse, qui Deus pariter cum homine est ciuitatem Sion, de qua gloriosa dicta sunt, quæ gaudium vniuersi Orbis nuncupata, vrbs pulchritudinis dicta, tam immani strage affici patiatur? Deliquit, scilicet: Verùm & alia peccauerunt oppida, nec tamen in illa ita sæuiit inimicus: etiam crudelitati satis est præclara quæque demoliri; vt quid & in murorum lapides excandescat? Verùm tu animaduerte vrbium, oppidorúmque differentias: qualis ciuitas, talis & destructio: ignobilis oppidi obscuri sunt casus: si Hierusalem aliquam, & prouinciarum oculum destrui contingat, non leui subiiciuntur cladi: vt fuit, cùm staret, & polleret decor admirabilis: ita cùm oppugnatur, cùm incipit venustate spoliari, in eam transit ignominiam quæ ne vestigia antiquæ gloriæ manere sinat; *Et hæc corporaliter dicta sint* (ait Origenes tractatu 24. in Matthæum) *moraliter autem hoc modo: Sicut illud templum non insimul est dirutum, sed paulatim tempore procedente: ita & omnis homo, qui suscipit in se verbum Dei, templum est: & si quidem post peccatum, non ad plenum decidit à verbo Dei, sed adhuc seruat ex parte vestigia fidei, & religionis in se mandatorum Dei, templum est ex parte destructum, & ex parte consistens; qui autem, postquam peccauerit, curam sui non habet, sed semper a fide decurrit, & à vita, quæ est secundùm Euangelium paulatim minuitur, donec ad plenum recedat a Deo viuenti; hic est templum, in quo non relinquatur lapis dogmatis super lapidem mandatorum Dei, qui non destruatur*; non ergo prospicere nobis debeamus, vt omnis ædificatio pietatis in nobis integra perseueret, vt & lapidibus salutarium dogmatum adornati, & donis bonorum operum decorati, capiamus in nobis Dei virtutem, & gloriam, & Christum qui est Verbum, & Sapientia Dei; Igitur Hierusalem florentes animas denotat, quæ ad eximiam sanctitudinem prouectæ fulsère admirandis virtutibus: atque alias quidem animas, quarum non tam probata rectitudo, si labi contingat: sed non feruntur præcipites in ima vitiorum, mediocris est impietas, sicut & fuit religio: si verò Hierusalem, alti nimirùm, & sublimes spiritus rimam aperuère hosti: Sic deuastat omnia Satan, vt ne lapidem super lapidem, id est vel lineamenta quædam antiquæ probitatis in eis relinquat.

Luc. 19.

Matth. 24.

Orig.

Qui à fide decedit, hic est in quo nō relinquitur lapis dogmatis super lapidem mandatorū Dei.

relinquat; ita lapsus optimorum periculosior esse consueuit.

83. Reuertamur iterum ad filium iuniorem; Cùm profectus esset in regionem longinquam; *Adhæsit vni ciuium regionis illius, & misit illum in villam suam, vt pasceret porcos.* Luc. cap. 15. vers. 7. [Luc 15.] Quis hic ciuis, & sub grege porcorum quæ absconduntur? Chrysologus serm. 2. [Chrysol] *Et sic nos primario regionis illius, hoc est desperationis auctori Diabolo iam tradamur, & ille nos mittat in villam suam, hoc est, ad huius sæculi illecebro, ac conualles mittat ad pascendos porcos; eos, videlicet, qui proni semper in terram viuunt ventri, & æstus carnis in volutabro luti temperant, in cœno premunt, refrigerant in gurgite vitiorum*; Sed Hieronymus epist. 146. ad Damasum de duobus fratribus, de paganismo construit inquiens, [Hieron.] *Talis est Dæmonum multitudo, quæ per idola manufacta, cruore pecudum, & victimis pascitur, & nouissimè saginatione quadam bestiæ, ipsius hominis morte saturatur*; At, quo pacto in eam desperationem peruenit insaniens iuuenis, vt post amaras ingluuiem, venereni, intemperantiam vniuersam, Deum Creatorem negauerit, & inter gentes connumeratus sit? Excipe: Domus, in qua educatus, imò aula magni Principis tam sancta extitit, vt ne vnum mandatum genitoris filij moderatissimi aliquando transgressi fuerint; fas enim credidisse huic adolescentiori donec apud patrem versatus, accidisse, de quibus senior germanus gloriatus sit; *Ecce tot annis seruio tibi, & nunquam mandatum tuum præterini*; Cùm igitur à tantæ innocentiæ schola diuerterit volens, sciénsque ex iusta Numinis vindicta, atque permissu vitiorum cœno vsque adeò demersus, vt & fidem tandem abiecerit & idolis litauerit, quemadmodum Salomon; Verùm, ne otiosè pertransietis annotatiunculam; contemplare, vt hic magister porcorum euaserit, ille signifer, ille ductor; Atque sanè alij porci quidem sunt, nempe abdomini, & lasciuiæ indulgent, hic autem, qui eximiè iustus extiterit, nihil fecerit, si eum aliis comparetur tantùm, nisi & vincat longo interuallo facinorosorū Antesignanus, & Primipilus: Aduertit Chrysolog. memorato sermone; *Quòd autem mercenarios suos mittat ad porcos, facit hoc infatuata crudelitas quæ contenta non est homines criminosos fieri, nisi eos vitiorum duces, criminum faciat & magistros*; Vah miserandam conuersionem! ex duce, atque virtutis face, non impium tantùm fieri, sed pessimorum Coryphæum, atque Principem.

[Dæmon mercenarios suos non tantùm criminosos facit sed etiā criminum magistros.]

84. Conduxerat Balaam non bonum Prophetam Balac Moabitarum Rex, vt malediceret castris Hebræorum; *Veni*, inquit, *& maledic Iacob; propera, & detestare Israel.* Numer. c. 23. vers. 7. [Num 23.] Translatio autem Septuaginta Seniorum paulò aliter; [Septuag.] *Veni, maledic mihi Iacob; & veni, supermaledic mihi Israel*; Quare acerbiori anathemate feriendus Israël, quàm Iacob? Nónne idem vterque populus? Idem quidem, diuersorum tamen meritorum secundùm differentiam nominum; nam Iacob, qui luctator actiuam denotat vitam, & obscurioris iustitiæ homines: Israël, qui videns Deum, contemplatiuos repræsentat, qui Deum quodammodo facie ad faciem intuentur, vt loquebatur Patriarcha, & salua sit anima illorum: in hos igitur debacchatur crudelis mortalium aduersarius Satan: sed miriori bello contra Iacob, contra imperfectorum Rempublicam; si verò de Israël, id est, egregiis theoreticis, & contemplantibus aliquem prosternere concessum sit, ibi ille rabiem omnem effundit, & supercongerit maledicta: Quid verò est, supermaledici Israël, nisi alio, atque alio scelere contaminari, donec mergatur abysso impietatis? Quemadmodum Israël in domo Domini sors melior est, atque nobilior Iacob: ita, si propelli è templo sancto contingat, grauior multò esse consueuit ruina Israël, quem non simplex aliqua sed congeminata excipit maledictio: Referat Origenes homil. 15. in Numeros: [Orig.] *Potest ergo dici, Veni, maledic mihi Iacob; & veni, supermaledic mihi Israel: Per quod ostenditur idcircò sermo repetitus, vt ampliore vi, maiore intentione maledictionem in Israel, quàm in Iacob Balac videretur exposcere: donec enim quis tantùm Iacob est, hoc est, in actibus solis, & operibus positus, inferioribus maledictionibus impugnatur: vbi autem profecerit, & interiorem hominem ad videndum Deum reuelato mentis oculo exacuerit, tunc non solùm maledictis ab inimico, sed & supermaledictis, hoc est vehementioribus maledictorum iaculis impugnabitur.*

[Vehementioribus maledictis Israel à Balaa percellitur quā Iacob.]

85. Dum moras traheret Moyses, Deos sibi fieri populus contendit, & obsecundat Aaron, & vitulum ædificat: Cur tam vile figmentum? Nonne meliora Numina Phœbus & soror eius, Zodiacus cum signis suis? Cur despecta tellus, contempta maria, atque inter animantia, seu quæ tranant aëra, seu quæ syluas, & montes incolunt, an non insigniora multa, leo, rhinoceros, aquila, vultures? Equidem petiere Numen, quod præcederet, viamque eremi abstrusam doceret, Exod. cap. 32. Sed inter bruta non aliud tam stolidum quàm vitulus, & bos; deinde & nuperè efficto idolo, quæ eius formationem præcesserant, attribuunt, videlicet, quòd eius præsidiis de Pharaonis ergastulo liberati sint, plaudentes enim dicebant: *Hi sunt Dij tui, Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti*; [Lippom.] Benè Lipponianus tantam intuitus amentiam: *Vidisti, obsecro* (inquit) *insaniorem insipientiam! audisti verba magis hominum sensu carentium: ac stupidæ mentis indicia, velle quod homo quispiam Deum faciat? & in animum sibi inducere, vt credant hos Deos fabricandos, eduxisse ipsos de terra Ægypti, cum eo tempore, quo liberati sunt, Dij ipsi nondum formati essent*; Credo, neque apud Poëtas mendaciorum peritissimos fabros, quidpiam inueniri quod his absurdius existimetur; quare igitur in tantum furorem versi, in tam indecora prolapsi? Erat hic populus tunc præ omni natione præclarus, seu consideremus mentis integritatem, seu de superis & æternaturis scientiam: sed voluit sponte cadere, à Creatore sancto veróque recedere impudenter: O Israël, quale tibi præcipitium! quemadmodum hactenus fuit præstantior gloriæ claritatis tuæ: ita & in futurum qui vituperio similis tibi sit nemo repetietur: Nimirum; si quando eueniat labi qui cæteris iustiores fuerant, euadunt frequenter sceleratiores vniuersis. & adorant sanè aliæ prouinciæ ementita Numina, habent tamen aliquam solatij vmbram, scilicet, decepti sunt ab Apollinis, & Lunæ pulchritudine, ab astrorum radiis, ab elementorum perpetuis beneficiis in genus humanum: tu fatua gens supergressa es stoliditate nationes cunctas: vbi enim tam indoctum Numen? *Et quod valdè mirandum est* (inquit Rupertus libro 4. in Exod. capite 24) [Rupert.] *talem, tamámque gloriam mutauerunt in similitudinem vituli comedentis fœnum*: Valdè quidem mirandum,

[Israelitarum incomparabilis amētia.]

mirandum, & tamen iusta pœna nimiæ ingratitudinis.

86. Efformato autem vitulo, quoniam de sacris ad Aaron pertinebat; *Ædificauit altare coram eo, & præconis voce clamauit dicens: Cras solemnitas Domini est: Surgentésque manè, obtulerunt holocausta, & hostias pacificas*; Et quidem aliquod Aaroni velamen, quòd vitulum conflauerit de inauribus multitudinis; nam tumultuabatur aduersùs eum vulgus; at verò vt erigeret altaria, vt elato sono conuocaret ad sacrificandum, nullus impulit: quocirca Pontificis & numero plura, & ex circunstantiis grauiora fuêre delicta: Subscribit Caietanus; *Non meretur* (inquit) *tanta blasphemia Aaron excusationem: insaniuit enim & ipse multò magis, quàm alij: nam alij, vt ex Hebræo constat, nomina communia Dei idolo attribuerunt; ipse autem incommunicabile, & ineffabile nomen Tetragrammaton attribuit idolo, nullo ad hoc instigante, & quod peius est, voce publica*; Itaque Aaron prauitate superauit, quidni enim? sic nanque comparatum esse asseruimus, vt quò quisque melior est, si malus fieri incipiat, pessimus omnium euadat; erat autem Aaron multis nominibus vulgo excellentior: ille interpres legum, atque ipsius etiam Moysis apud Pharaonem, ille intercessor apud Deum, ille in sacris Princeps, ergo vt fuit in virtutibus summus: ita & cùm sceleri se commisit, nequissimus apparuit; *Insaniuit enim ipse* (vt aiebat Caietanus) *multò magis quam alij:* Nemo confisus præteritis securus agat in hac labili vita; qui plusquàm Aaron, qui Dominum consulere solitus? qui plusquàm Salomon, in quo eruditio, forma, potestas, consilium, & omnibus melior pietas erga Deum emicuit ingens? fortitus animam bonam, excoluit eam & custodiuit à iuuentute, vir iustus & metuens Deum per quinquaginta ferè annos; O si & in quarta noctis vigilia, cùm iam esset senex, non dormiisset! obscuratum est cor insipiens illud, proh dolor! & fuit certè ruinæ stupendus casus: nam quasi aut tæduerit anteactæ probitatis, aut doluerit ad vitium superesse breuia viuendi spatia; ita sordes amauit, vt nullum esset tam capitale malum, in quo periculis artifex non euaserit; etiam peior, quàm fuisset anteà bonus; & vt quondam optimus, sic posteà nequissimus.

Caiet.
Aaron plus ipse peccauit grauiora fuit, re quàm cæterorum Idololatrarum.

SECTIO IX.

Luxuriæ timendam, formidabilémque esse vim etiam strenuissimis bellatoribus.

87. NEmo, qui diligentiùs peruoluit Salomonis Acta, non ecstasim & stuporem passus, dum cum prioribus vitæ spatiis vltima comparat: quis enim instructior vnquam contra vitium? quid præsidij non defuit? non pietas, non consilium, non scientia, & his fortius quidquam, nimirum conseruata in annos multos stola innocentiæ; quàm egregia propugnacula; Itaque hæc dum contemplantur sedulò, plurima eos occupat admiratio, vt patuerit inimici ictibus tam vallatus; Sed cogitasse debuerant aduersùs Salomonem armasse cohortem luxuriam: sæua, nimis bestia, & in Sanctos quoque audax; hæc cum præclarissimis congressa militibus Protoplaste, Samsone, Dauide, vexauit superbè tantos viros, sed nulli sic dominata, atque Salomoni: illa infatuauit, illa dilapidare substantiam cum meretricibus impulit, illa fana condere peregrinarum gentium Diis suasit, illa in transuersum egit omnibus modis; Fugite à fornicatione quicunque portatis vasa Dei: non ætas, non vigiliæ, non macerationes, non retroacti superati agones vos negligentes, & incautos faciant: ab hac furia victi, qui de omnibus pene triumpharunt: & probauero si non fallar.

Salomonis exitium ex luxuria.

Heroum suorum, Vatum, atque Patriarcharum inconcussum robur significaturus Creator, adamanti sæpè comparauit; aduertit Hieronymus epist. ad Pammachium super obitu Paulinæ vxoris; *Tale quid & Dominus loquitur ad Prophetas, quòd posuerit faciem eorum, quasi vrbem æneam, & lapidem adamantinum, & columnam ferream, ne pauereat ad murmur populi: sed impudentiam sa sannantium frontis rigore contererent*; Iam & percipiamus eundem Hieronymum de natura adamantis dissertantem ad c. 7. Amos, in illud, *Hæc ostendit mihi, &c. Adamas* (inquit) *sui nominis lapis est, quem Latinè indomitum possumus appellare, eò quòd nulli cedat materiæ, nec ferro quidem: nam, si ponatur super incudem & graui ictu feriatur malleo, antea incus, & malleus vulnus accipiunt, quam adamas conteratur: cùmque ignis omnia domet, vniuersa metalla consumat, reddit adamantem duriorem: vt ne paruulum in eo angulum vis ignis ardoris obtundat; Vidi & in auro adamantem magnitudine mihi*; cúmque vicinum consumatur aurum longo vsu, ac nimia vetustate, solus adamas non atteritur, & nulla lima minui potest, sed è contrario limam terit, & quicquid attigerit, liaeis sulcat:* Verùm ista mysticè interpretantem eundem subaudiamus; atque de vaticinantibus loquentem superiùs perspeximus; hoc autem Amos loco inquit; *Hic stat supra murum adamantinum, id est, supra sanctos, & Apostolos suos, quibus donauit, vt & ipsi adamantes vocarentur, & à nullo superati dicerent: Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia, an persecutio an fames, an nuditas, an periculum, an gladius?* Et iterum: *Certus sum, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro:* O quid hoc robore fortius esse queat? Nihil aut in superis, aut in infernis relictum, quod non vicerit hic miles! Dormi beate pugil, placidus, atque intimidus: quis enim tecum congredi, quis ad pugnam lacessere audeat? Sed, ô non dormias adhuc, quoad vsque videas Deum Deorum in Sion: nam, quos non auaritia, non ingluuies, non superbia, non odium deiecêre: hos venus, & blanda, atque lasciuiens voluptas prostrauit: Ecce rursus de adamante Hieronymum, *Hic lapis durissimus, & indomabilis, solo hircorum cruore dissoluitur, & missus in calidum sanguinem, perdit fortitudinem suam:* Quid hoc est? ab hirci petulantis & lasciui animalculi edomari cruore, nisi à muliebri specie decipi, quem subiugare alia non potuêre? Ergo, quem non malleus, non securis, non limæ, non vetustas, non ignis omnia domans, consumpsêre, sanguis hircinus fregit, dissiuxit, contriuit: *Et in tantum robustus est,* (prosequi

88. Hieron.

*Adamantis durissima natura.

(prosequitur Hieronymus,) nempe, Dei Athleta, *vt dicatur ad eum; Si transieris per ignem, flamma non comburet te; quantoque magis tentationibus caditur, tanto fortior fit, & pro nomine Saluatoris inter flagella lætatur, cùmque à nullo superari queat, solo mortiferæ libidinis calore dissoluitur; hæc enim sanguinis hircorum. & ipsius hirci dicitur esse natura, vt sit ad libidinem calidissimus; & quod ignis edomare nequeat, solus illius dissoluat cruor;* Notanda admodum sententia viris magnis; *Cùmque à nullo superari queat, solo mortifera libidinis calore dissoluitur;* Non igitur stupendum, quamuis in longum tempus, multisque certaminibus egregium se bellatorem probauerit Salomon, deuictum tamen à libidine etiam in vitæ termino; quoniam incautè egerat, & de elapsis plùs æquo confisus triumphis, hostem despexerat.

Adamantinas mentes etiam libido domat.

89. Certè si quisquam inter maximos Heroës adamas, vt fuerunt innumeri, Iobus de primis; quid enim in eo non gloriosum? quibus vnquam succubuerit tentamentis illecebris? Dimicatum aduersùs illum per incendia rapinas, regni, & filiorum despoliationem, & post omnia fortunæ ludibria sæuitum in corpus eius; vsus omni stratagemate Infernus, & de omnibus semper ouans & triumphator: restabat mulier, quæ opponeretur; ecce ad classicum auditum trepidare continuò Athleta, colorem amittere, terga vertere; *Pepigi* (inquit) *fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine; quam enim partem. haberet in me Deus desuper. & hæreditatem Omnipotens de excelsis?* cap. 31. vers. 1. & 2. Sed esto, cohibuerit oculos. quoniam ipsi fenestræ, per quas mors intrat; quid etiam circumcidit cogitationem? Nimia formido hæc est in tam strenuo duce! At sciebat Iobus, omnium monstrorum domitores à libidine vinci, proinde in fuga, in occludendis sensuum ostiis omnem salutis spem esse positam; parum est aspectus, colloquia, munuscula declinasse, alligandæ & intus latentes cogitationes: Depinxit rem hanc luculentè Chrysost. serm. 1. de continentia Ioseph: *Eosdem sermones nobis loqui, & magnus Iob potest, qui non solùm diligens continentiæ fuit excitator; sed & legem oculis suis posuit, ne in virginis videret faciem, ne fortè mentem illius irradians raperet pulchritudo; Quis non admiretur. & obstupescat, videns virum hunc cum Diabolo quidem viriliter certare, & omnes malignas machinas vincere; virginis autem faciem fugere, & à formosa puella aspectu oculos subducere? Diabolum quidem videns accedentem, non fugit; sed mansit sicut leo viribus fidens: virgine autem visa non stetit, censebat nimirum, in prælio contra Dæmones, virili & audaci animo opus esse; in continentia autem præparatione, victoriam concedi, non virginum consuetudine; sed secessu*

Iob 31.

Chrysost.

Iob Diabolũ videns accedentem non fugit, virgine autem visa non stetit

90. Oblata Danieli dum esset prope Tigrim fluuium magnum. species viri; *Et renes eius accincti auro*, cap. 10. vers. 5 Vidit & Ioannes similem Filio hominis, *præcinctum tamẽ ad mamillas zona aurea.* Apoc. 1. vers. 13. Cur non ad renes vtrique balthe us? scilicet, vberum in medio cordis locus est, vt annotauit Rupertus in citatum Apocalypseos caput: *Et talis præcinctura* (inquit) *cordis statum naturæ vitalis, vel vitam continentis, significat*, Porrò visio Ioannis nouum fœdus indicat, quemadmodum & illa Danielis vetus; vt igitur innuat postquàm Christus natus est, & Euangelium illuxit, tantam debere esse castitatis eminentiam, quæ ne repræsentationem admittat indecoram, cor de qua prodeunt cogitationes, zona alligat, Anselmus ad notatum Ioannis locum, *Videt* (inquit) *Daniel eundem Angelum scilicet in persona Christi, præcinctum renes in veteri Testamento, Danielis cap. 10. quia ibi carnalia opera constringuntur: hic mamillas perstringet, quia Euangelio etiam cogitationes iudicantur, ex quo significatur nostris, vt nos cogitationes perstringamus;* Richardus Victorinus idipsum, *Quia nunc* (ait) *etiam cogitationes illicitæ refrænantur;* Verùm, nónne abundantior gratia post Euangelium? Nónne robustior creatura rationalis aduersùm inimici hostilia spicula? Ergo sub antiquo Instrumento desiderabantur munitiones potiùs, & non solùm renes cingendi, sed etiam pectora? An quoniam sub Christo, quemadmodum præliantium vires adauctæ, ita hosti concessa maior licentia tentandi electos, & fortiora nunc multò certamina, quàm apud Moysem? Sed mihi cogitanti occurrit, inter luxuriam & alia crimina singularem apparere differentiam; quippe hoc habet libido, vt robustissimis præcipuu terrori sit; nónne perspeximus paulò anteà in Iobo? Diaboli minas, & conatus despexit, de virgine ne cogitare ausus! Alia igitur vitia infirmi timent, & qui destituti præsidiis: venerem & lacertosi metuunt: Creuit itaque sub Euangelio fortitudo mentis, gigantæus iste populus, si bona sua nosset: At ob hoc ipsum, quoniam nimirum potentiores viribus, plùs aduersùs luxuriam muniendi: Itaque non opera tantùm, sed etiam cohibeatur apprehensio: nouerint cum pessimo inimico luctam esse, cuius tanta insolentia est vt putet, quòd Iordanis influat in os eius, & nulla sint tam vallata castra, quæ non expugnare possit: igitur contra alias sordes sufficit lumbos constringi: ad luxuriam depellendam oportet & mamillas vincire: & quò quisque robustior euadit, eò magis contra hoc Dæmoniorum genus importunum, & temerarium armari oporteat, cunctisque accingi modis.

Anselm.

Rich. Vict.

Quò quisque fortior, eò magis contra luxuriam armari debet.

Mittebat ad bella Psalmodus adolescentem speciosum præ filiis hominum, eundémque ex strenuissimis; nam & decorem. & fortitudinem induit, & præcinxit se virtute: Hortatur ad prælium, *Intende*, inquit. *prosperè procede, & regna; sagitta tua in corda inimicorum:* Sed intelligamus, quo armorum genere donat: *Accingere* (ait) *gladio super femur tuum, potentissime*, Psalm 44. Nihil de Martis penu præter ensem? Tantùm de robore fisus, vt contemnat clypeum, loricam, galeam, & vniuersum, quod defendere valeat Palladis munus? Anne aliqua temeritas, & iuuenilis ardor? nam vel ipsi gigantes. cùm in pugnam descendunt, obteguntur, certè Philisthæo illi, qui exprobrabat Hebræorum castris, & ad duellum prouocabat, *Cassis ærea super caput eius, & lorica squammata induebatur, & ocreas æreas habebat in cruribus, & clypeus æreus tegebat humeros eius.* Reg. 1. cap. 17. vers. 5. Iam quando animus non nisi vnam corporis partem munire, cur omittuntur nobiliora. frons, oculi, genæ, pectora? Totus in defendendo femore adolescens, quamobrem? Nempe, spiritalia sunt hæc certamina: femur autem seminalis & genitiuæ sedes virtutis, proinde & carnis opera significans, & quidquid lasciuiam nutrit: ergo tam valens hic pugnator, qui & inermis hostes superaturus, scilicet, potentissimus; at, cùm omnia subiugauerit monstra, 91.

Psalm. 44.

1. Reg. 17.

monstra, & eius terror super omnibus animalibus, vna est luxuria, quæ curas afferre possit: ideò ô tu, in cuius labus diffusa est gratia, licèt Hercule præstantior, quamuis ad cerebri, ad oculorum, ad cordis defensionem, neque vmbonis, neque scuti, aut thoracis necessarius vsus, tamen vide etiam atque etiam, vt femur munias; nunquam imparatum luxuria inueniat, nunquam à femore discedat excubialis gladius: sæuus est hostis femur, cùm & gigantes & potentissimos cogat perpetuò accingi.

92. Gen. 39. Reliquit dominæ apprehensum pallium Ioseph, Gen. cap. 39. vers. 12. tam imbecillis, qui feminæ resistere non possit, iuuenis præsertim, & flore ætatis vigens? Quin & laciniam, extremáque pallij mulier tenuit, neque ardua diuulsio, cùm vltima possideret solùm: Suspicor, arbitratum ab illo, femineum venenum tam mortiferum, atque pestilens, quod vno, eóque leui tactu virus infundat, cui neque adolescentis firma valetudo resistendo par sit; Abiecit igitur pallium, ne si assumpsisset, laciniæ tabe correptus inficeretur, infirmaretúrque statim ad mortem: *Luxuria pessima cõtagio.*

Ambros. Mecum Ambrosius lib. de Ioseph Patriarcha, cap. 5. *Reliquit tanquam non sua, quæ adultera suis manibus detinebat, & aliena iudicauit, quæ tactu impudica potuerunt comprehendi; Sed quare tanquam non sua deseruit? Contagium enim iudicauit* (subdit Ambrosius) *si diutius moraretur, ne per manus adulteræ libidinis incentiua transirent*: Tu mihi compara morborum species: Sit, qui febri laboret, neque malum supra vulgare; tandem cedit calori virtus, & abit ad patres suos, qui languebat: post elatum cadauer, quæ decumbenti ministrauerant tegumenta, asportantur in apricum, atque per dies aliquot sole, ventisque purgata, recluduntur iterum loculis, quibus extracta fuerunt: Sit verò tabes lethalis aliqua, qualis & Italiæ, & Franciæ egregias vrbes multas his depopulata diebus, neque adhuc parcens, videas & pretiosa quandoque in sterquilinium projici, & spectant possessores non tantùm siccis luminibus, sed læta quoque fronte: Vt quid perditio hæc? Nimirum lues hæc secunda dira est, atque immedicabilis, & potior est iactura exuuiarum, quàm vitæ; Tunc igitur id, quod Ambrosius asserebat, contingit, scilicet ob contagium *relinquunt tanquam non sua*: Quoniam itaque laciniæ non qualiscunque tabes; sed de his, quæ etiam valentissimos momento prosternunt, & quarum est intolerabile aconitum; propterea Iosephus prudens adolescens, quod à lasciuienti femina contractum fuerat indumentum quanquam leuiter, ob contagij sæuitiam, *tanquam non suum*, apud beram reliquit.

Ausus de filiis Israël vnus in oculis castrorum intrare ad scortum Madianitidem, prospectante Moyse, & omni multitudine Numeror. c. 25. non sustinuit effrænatam impudentiam Phinees filius Eleazari: *Surrexit de medio multitudinis, & arrepto pugione, ingressus est post virum Israelitem in lupanar, & perfodit ambos simul, virum scilicet, & mulierem*: Cur priuata auctoritate, Moyse inconsulto, non postulata à Iudicibus facultate? Bonus quidem zelus: verùm qui secundùm scientiam: Vt quid Magistratus, si quisque lictor ex arbitrio? Dices, inspiratum à Numine, vt significat Textus vers. 11. *Quia zelo meo commotus est contra eos, vt non ipse delerem filios Israel in zelo meo*: Verùm, quamobrem à Deo talis instinctus, *Num. 25.*

qui Iudicibus deferre honorem præcipiat in lege sæpiùs? An, quoniam, si expectanda Magistratus sententia, moræ traherentur: expediebat autem continuò suffocari malum? Sic coniector: At, quæ huius celeritatis necessitas? Nempe, luxuriæ contagium erat: hæc autem tam dira pestis est, quæ nisi statim præoccupetur, stragem sit allatura infinitam, quæ & robustissimos momento prosternit: itaque alia morborum genera modestiora sunt, paulatim dominantur, hoc subitò irrumpit, & in mora ob toxici potestatem egregium periculum est, proinde continuò exsurrexit Phinees, trucidauit fornicarios insalutatis Iudicibus: Origenis tropologiam exhibeo ad finem homil. 20 in librum Numerorum, *Tibi autem, qui à Christo redemptus, & cui de manibus gladius corporalis ablatus est, & datus est gladius Spiritus arripe hunc gladium, & si vides Israeliticum sensum cum Madianiticis scortantem meretricibus, id est, cum diabolicis se cogitationibus volutantem; nolo parcas, nolo dissimules, sed statim percute, statim perime: ipsam quoque vuluam, id est, secreta naturæ discutiens, & penetrans illum ipsum peccandi fomitem reseca, ne vltrà concipiat, & maledicta peccatorum soboles Israelitica castra contaminet.* *Luxuria citius absque mora extinguendum.* Orig.

Demiratus sum plurimùm protoparentem 93.
vxori fuisse tam obsequentem, *Et tulit de fructu illius, & comedit, deditque viro suo qui comedit*; Genes. c. 3. vers. 6. Vbi terrores; vbi minæ robustum detecturæ? Vbi saltem blanditiæ, & pollicitationes, aut subtristior mulieris vultus, quoniam maritus illicita respuebat? Non diceret aliquid coniugi suæ tanta amissurus ob vnius pomi gustationem? Certè Eua fragilior sexus non nisi post colloquia à serpente decepta, imò post amplissimam spem: spondebat nanque aperiendos coniugatorum oculos, futurósque sicut Deos scientes bonum, & malum: O si non femina porrexisset Adamo, & hactenus fort sic tutus! Porrexit mulier, detulit contagium esca infandum: & quamuis Adamus innumeris munitus præsidiis aduersùs omnem violentiam, sed docta strenuissimos vincere libido facilè prostrauit: non opus feminæ eloquentia, non suasionibus: sufficit mulierem esse, vt & Adam indiscusso munere ad nutus solùm vincatur: Venustè Augustinus à nobis in antecedentibus citatos: *Vxorem igitur, quæ iam seducta manducauerat, delicias suas noluit Adam contristare, quam credebat à se alienatam tabescere, & sine solatio interire, non quidem carnis concupiscentia, sed amicabili beneuolentia, quasi sæpè Deus offenditur*: Atque eadem Lyranus in allegatum Genesis locum: Verùm, si tam potens ad subuertendum femina instrumentum, cur non eadem passus Lot quæ vxor illius? Quamobrem non & ille coniugi indulsit, atque morem gerens illi, non & respexit ipse post se, & conuersus est in statuam salis? Genes. 19 vers. 27. Premam ex Auito, Viennensium Archiepiscopo singularem cogitationem: Putat feminæ præreptum tempus, vt marito significaret, aut voce aut nutu eadem facienda: itaque mox vt vultum ad Sodomam conuertit, subsequuta est vindicta: Quòd si spatium concessum fuisset alloquendi virum, & hic quoque fortasse succubuisset; Sume ex metro de peccato originali pauca de libro 2. Gen. 3. August. Lyran. *Vxori Lot præreptũ tempus quo marito suaderet vt post se incensã Sodoma respiceret.* Gen. 19. Auitus.

Hæc tamen hic mirum est, quòd Lot non flectitur, ipsam
Nec sociam sequitur, primo constantior Adam:

Quanquã id credo magis factum, quia visa referre
Iam nequit indignis: quæ si comperta referret,
Forsan & in similes ausus temeraria traxit,
Credulo vt imposuit virgo primæua marito.

Fortunata Lot vxio, quæ feminæ spatia loquendi subtraxit: nam si datum, vt ad decipiendum labia componeret, tanta est potentia muliebris philtri vt etiam ignes & incendia spectans, & non vanum Inferni simulacrum, Lot blandimentis, & suadelæ eius quam deperibat, consensisset fortasse.

94. Sed, quoniam esse luxuriam de pestiferis morbis asseruimus, aduersùs quos neque robur, neque Æsculapiana pharmaca sufficiant, de Loti gestis probare non omittamus: *Salua animam tuam* (aiunt Angeli Genes. c. 19. vers. 17.) *noli respicere post tergum, nec stes in omni circa regione; sed in montem saluum te fac, ne & tu simul pereas:*

Gen. 19.

Quæ verba interpretatus Ambrosius lib. 1. de Abraham, c. 6. *Fuge ergo Sodomam,* (inquit,) *relinque ocyùs, desere elementa huius mundi, ne te imminentia inuoluant pericula: non resistas fugiens, nec in tota vitiorum regione immoreris:* Nicolaus de Lyra: *Quia periculum erat viro iusto manere prope locum peccatorum, ne patiatur in anima, vel in corpore propter vicinitatem eorum:* Sed, quare tam ingens discrimen capiti Lot à Sodomitica Ætna incumbat, vt non sufficiat prouinciæ remotiora petiisse, sed omni exeundum sit tractu: omnis deserenda regio? At in mentem veniat dixisse nos, Sodomiticam luem contagium esse, & de crudelissimis: Quid igitur viri nobiles, quibúsque chara est salus tabe pestilente ingruente? Equidem tunc lubenter vrbanas relinquunt delicias, & eremum petunt, montesque in primis, quoniam purior ibi ventorum flatus: & quoniam malum eiusmodi est, quod longè etiam recedentes sequatur, nô suburbana, non proxima villis loca habitando diligunt, abeunt in distantissima; nonnunquam & regna permutant, cogit nimia contagij malignitas, quæ cætera preter fugam adminicula contemnit. Quoniam itaque ex hoc contagiorum genere, quæ & valentissimos prosternunt luxuria est, ideò loca, in quibus dominatur pessimum vitium omninò vitare iubetur Lot, & in circumiacentibus non stare; sed ocyùs montium cacumina scandere.

Ambr.

Sodomorũ regionem quasi pestiferã iubetur Lot penitùs deserere.

95. Salubre Angelorum monitum: nam quamuis lapideus, & penè insensibilis extitisset, tamen nisi à Sodomis procul abiisset, si in proximo mansisset, & inficeret aura pestilens libidinosæ nationis: Dabo ex lapidum naturali Historia insolitum quidpiam, auctore Petro Damiano. lib. 2. epistolarum, literis ad Desiderium Cardinalem, quæ ordine 18. *In quodam, nempe, monte Orientis* (inquit) *lapides sunt igniferi, qui masculus, & femina nuncupantur, & dicuntur Pyrboli; qui, nimirum cùm à se inuicem procul sunt, non accenduntur: si verò femina appropinquauerit masculo, protinus ex eis ignis egreditur: ita vt omnia, quæ circa montem sunt, flammis vaporantibus exurantur: Ab ipsis ergo lapidibus edocemur, vt si consumi libidinis incendio nolumus, muliebris aspectus speciem declinemus:* Præclarè Damianus: quid enim lapide frigidius? quid tam insensibile? ideò & virginitatis symbolum, scilicet, & Christus petra, & Genitrix quoque, atque tum præcipuè quando Filium enixa quoniam absque detrimento claustri virginei in lucem producebat: propterea & vaticinatus de Prophetis vnus, orabatque simul, vt emitteretur Agnus dominator terræ de petra deserti: si tamen his tam frigidis, tam insensibilibus admoneatur femina, concipiunt ignes, qui magnum nemus, & montem omnem in cineres, in fauillas vertant: O noli inueterate dierum, aut præsumptuosus, aut negligens esse; quoniam cum senectute frigora intrauerunt, & recessit à membris vigor pristinus: nam, si propiùs accedas, ossa illa arida vaporabunt iterum.

Lapis Pyrboli natura.

S. Pet. Dam.

96. Quòd si non Loto data monita, non lapidum Vulcanus persuaserint fugiendum esse; saltem Christi exempla compulerint, & stupenda quidem: Pollicitus sæpè Creator Abrahæ sobolam, per quam & nationibus benedictio aduentaret, Cur distulit in seros annos partum, cum cùm vxori muliebria deficerent? Scitè miratur ipsa Genes. c. 21. vers. 7. *Quis auditurum crederet Abraham, quòd Sara lactaret filium, quem peperit ei iam seni?* Equidem Isaac singulariter Christi typus fuit: quare & Paulus ad Hebræos c. 11. vers. 20. *Vnde eum & in parabolam accepit*, id est, vt exponit Anselmus, *in similitudinem Christi:* Quoniam igitur Christus impensè fugit, quæ aliquam cognationis vmbram habent cum lasciuiente prurita, uoluit vt vel typus, & imago ipsius Isaac nasceretur etiam ex licitis amplexibus tum, quando natura vigorosa est, cùm spiritus genitales ardent, & ebulliunt: expectauit autem sedata tempora, cùm omnis voluptas recessit, & consopiuntur ignes: Hoc Auctor de mirabilibus sacræ Scripturæ, lib. 1. c. 12. nam de Sara, & Isaaco tractans: *Sed hoc valdè conueniebat* (ait) *vt, quoniam filius, quem parturiebat, ipsam figuram Christi, qui ex sola Virgine, sine aliqua humanæ voluptatis cupidine, nasceretur portendit; illum non ætate, qua solent feminæ parere: sed contra illius consuetudinis metas, parturiret.* Proh sanctam vigilantiam tanti Principis, qui cùm peccare non valeret, neque Patri vnquam displicere; sic tamen aduersùm luxuriam cautus, vt, non dicam, in se aliquid sustinuerit de veneris prurigine; sed neque in vmbra, & imagine sua passus tum in auras prodiret, cùm natura etiamnum efferuescerer, & suus in corporibus ignis esset.

Cur Isaac in senectute Parentum natus.

Gen. 21.

Anselm.

Auct. mir. sacr. Scrip.

97. Iussus Saül contra Amalec pugnare, & post victoriam ferocire: Quantùm putaueris? *Nunc ergo vade, & percute Amalec, & demolire vniuersa eius: non parcas ei, & non concupiscas ex rebus ipsius: sed interfice à viro vsque ad mulierem, & paruulum, atque lactantem, bouem, & ouem, camelum, & asinum.* Reg. 1. c. 15. vers. 3. Nónne satis homines de medio sustulisse? Vt quid & armenta, & pecora trucidantur? Et aliàs quidem præceptum viros delere, vt qui certare possent, & tumultus mouere, mulieribus percitum: nunc & nè vnius diei infans à miseratione vacuus? Proculdubio infestior omnibus inimicis Israëli Amalec quando ita in eius vniuersa sæuitum est, & de cœlo eius sublata memoria: O nunquam tutus Israël, si vel vngula de Amalec superstes sit! abole, eradica funditùs, vmbram quoque persequere ita omninò conueniens est: Ac sanè Israël perfectorum imaginem repræsentant: De Amalec Gregorius lib. 6. expositionis in 1. Regum, c. 1. *Superius* (inquit) *Amalec luxuriæ vitium designare diximus, quæ velut lambit, dum voluptatem blandiendo suggerit*. Igitur Israëlem, hoc est, perfectionis studiosum aduersùs omne vitium crudelem esse, pium, laudabile, salutare est: cæterùm contra luxuriam immortale esse præstat odium, æternum furorem; nihil hic temperatum,

1 Reg. 15.

Greg.

Amalec luxuriæ vitiũ designat.

tum, nihil remissum, delenda cuncta vsque ad lactantem, & bouem; Immanis serpens est, & quamuis non sit alia natio tam fortis, atque munita sicut Israel, & quæ Deum ita propinquantem sibi habeat; tamen nisi vniuersa Amalec demoliatur, si quidquam viuat, satis contra tantum robur; vnus de Amalec fugabit decem mille ex Israel, tam dirus hostis est; Crede Gregorio loco allegato, ad illud *Non parcas ei, & non concupiscas ipsius aliquid*, &c. *Quis est hic, qui parcit Amalec, nisi qui, aut in cogitatione, aut in ore, aut in carne lasciuia aliquid retinet? Nam plerique turpitudinis opera non exercent; sed linguam a turpi locutione non cohibent; plerique per opus luxuriam vitant, per cogitationem non vitant; quidam nihil turpe agunt, sed quod actu refugiunt corde concupiscunt. Parcit ergo Amalec, qui blandimenta lasciuiæ, aut in locutione aut per intentionem aut per cogitationem tenet. Dicit itaque: Non parcas ei, quia de tam nequissimo vitio nihil accendi debet in mente, nihil permitti ardere in opere. Dicit ergo, Non parcas ei, vt omnes libidinosi motus, omnes obscœnæ locutiones prorsus perimantur in corpore. Dicit ergo, Non concupiscas aliquid ipsius vt penitus eradicetur à cogitatione. Quid est ergo? Non parcas ei, & non concupiscas aliquid ipsius? nisi, quia luxuria omnis in carne per facilè domanda est, & à mente radicitus extirpanda?* Sic Gregorius de Scripturis exponens, quam indefessam esse oportear iustorum contra luxuriam vigilantiam, vt quæ fortissimus quoque Athletis timenda sit. Quem dubis inter innumeros, qui Salomoni æquali sit? Quibus enim fidunt superbi? quoniam iudicio, scientia, pietate excelluit? at in Salomone hæc omnia extitêre summa: quia tamen tenuissius fuit in continentiæ studiis, aut de suis meritis nimiùm præsumpsit, didicit experimento à libidine cuncta pessundari; & neque ætatem, neque alia ornamenta sufficere, nisi manus Domini protegat.

Luxuria in carne perfecte domanda, & à mente radicitus extirpanda.

SECTIO X.

Non esse fulminandam in reos sententiam, nisi postquàm Iudici satis compertum pro illorum innocentia non superesse allegenda.

98\. DIximus probabiliorem opinionem, & Scripturarum, Patrúmque meliori suffultam robore, quæ Salomonem sub æterna gemere poœte, & damnatorum experiri cruciatus arbitratur! O magna supplicia, & iusta nimis! Siccine voluptas breuis, & momento vanescens æterni laboris pondus operatur? Sed, quàm lentè ad vindictam processit Creator? Expectauit diu ad pœnitentiam: hos ille in offendêdo consumpsit, postquàm depravatum est cor eius, vt adamaret mulieres alienigenas & sequeretur Gentium simulacra, tandiu obuiauerunt sibi instinta, & minationes in Deo, cùm Themis vltionem postularet. Clementia differri mortem peccatoris rogatet; Quoties interim admonitus à Numine fugratus reus? Legâtur superioris præludij sect. 2 enarrata; O Principes! ô Rerumpublicarum administri, vt quid illa tam præceps, tam inconsiderata reorum proscriptio? Cogitate, quoniam volat irreuocabile verbum, & denotatam semel innocentis famam, quæ poterit dies rursum antiquæ restituisse orelæ: Libet vobis proponere, quem feliciter imitari possitis, debeatis.

Ergo animaduertite, Creatorem, nunc languidè, & tenuisè gradientem; nunc mouentem passus, & supra hinnulos, supra gigantes velocem. Descenderat in hortum voluptatis, non properans, non accurrens, non ambulans super pennas ventorum, sed ad auram post meridiem, lentè, segniter, vt qui recreationem affectant, & zephyros captant moro è, Hug. Vict. homil. 8. in Ecclesiast. *Non ambulauit, inquit, sed deambulauit. Quid est deambulauit? Huc & illuc quasi errabundus, & vagus incedens, non vadens sed pergens quocunque hoc est, deambulauit deambulabat tamen & non accedebat, neque abijt in directum elongans quasi irrenocabilis, sed propè gyrans, & iuxta deambulans; abijt, & non abijt, modo vadens, modo rediens, & magno quodam incerto æstuans; quasi nolens sedem suam deserere, nec valens pollutam mansionem sustinere.* Hæc igitur ambages Verbi in Paradiso, sed apud Dauidem quàm festinans Psalm. 18. *Exultauit vt gigas ad currendam viam; à summo cælo egressio eius.* Apud Salomonis Hymenæum volans penè cap. 2. vers. 8. *Ecce iste venit, saliens in montibus, transiliens colles, similis est dilectus meus capreæ, hinnuloque ceruorum.* Quæ diuersitas ista? nempe, cùm ab externo rerum Orientis beatum, omnecitum in œcideretur, vltionem de transgressoribus sumpturum descendebat Verbum: Dauidis autem cithara, & Salomonis plectrum cecinêre aduentum Dei in carne, cùm redimere Plasten cogitaret, & vinculis quibus tenebatur apud Stygium Principem, exoluere. Quando igitur Numine dignum sit, ad vindictam quasi reluctanter, & inuitum procedere, ad beneficiendum apparere alacrem; propterea iturus ad Paradisum, moras nectit: hominem liberaturus, præ celeritate venit saliens in montibus, transiliens collês, exultans sicut gigas.

Verùm his difficile vt sibi credamus, nam pone ita esse; debebat ad vindictam properare, in beneficia cunctabundum esse? Primum, quando humana repræsentabat, ex more hominum data quaque opportunitate comprehêdere latronem, ne fuga saluti prospectans elaberetur, conueniens erat: Secundò, atque præcipuè quoniam vitiorum initia statim præoccupanda sunt; salubre enim consilium est, mala simul ac pullulant, antequàm roborentur, extinguere: cùm igitur esset illud malorum caput, continuo plectendum fuerat: Denique & vltionis pars magna, ipsa est celeritas, & in primos transgressores exercenda erant sine mora vindictæ, quò cæteris incuteretur vtilis metus. Atque vti hæc suadent, vltionem festinam esse debuisse, sic & beneficentiam tardam esse debuisse significat, quoniam absque labore acquisita, facilè contemnuntur; chariora nobis, in quibus fastidia passi sumus. Fateor, non euanida hæc esse argumenta; sed puto Creator voluit reorum prospicere emolumentis: Erat inter homines primaria noxa; ad huius forensis causæ exemplar aliæ in posterum componendæ erant, vt igitur Iudices attenderent, moderatè procedendum esse, & consultationem adhibendam, ideò velut qui præmeditatur post meridiem in auram Verbum deambulabat, & quoniam in rei fauorem ista peragebantur omnia, & commêdabatur potissimùm, vt de crimine

99\. Hugo de S. Vict.

Deus quàm procedat inuitus ad vindictam.

Psalm. 18.

Cant. 2.

100\.

Iudicibus quid attendendum, & quàm moderatè procedendum in reorum causis.

accusato aures præberent arbitri absque tædio; ideò, quamuis satis cognitum Numini scelus omne cum circumstantiis, reos spatiosè alloquitur, & ab eis, quæ dicere possint, vniuersa expromit; neque anteà condemnat, quàm quę allegari possint, nouisset singula; Iam ex Tilmanni catena allegoriarum percipe Galfridum ad cap. 3. Genes. in illa vers. 8. *Et cùm audisset vocem Domini deambulantis*, &c. *Non sic posteà venit ad sponsum; Ecce* (inquit) *venit hic saliens in montibus: Nunc verò deambulare dicitur, quærens latentem inter facies peccatorum; retardabatur, & lentis gressibus incedebat, vtpote qui veniebat tristem mortalibus inferre sententiam; ad sponsam verò veniens festinat, & lætus admodum saltibus aduolat, æternæ reparationis afferens medicinam: nobis autem, vt ex his morale aliquid sumamus, sicut in saltibus istis vigor charitatis innuitur; sic in deambulatione illa fraternæ correptionis grauitas commendatur: vt discamus ex istis cuilibet indigēti cum festinatione, & alacritate succurrere: ex illa verò cuiuslibet offensa vindictam cum multa deliberationis pōdere tractare: absit enim, vt similes eorum simus, qui cum petuntur suffragari, dissimulando deambulant; & cum sitiunt vindicari, saliunt, & festinant.* Sed quoniam, de qua agimus materiam luculenter tractauit Lucifer Calaritanus Episcopus exordio libri primi ad Constantium Imperatorem pro sancto Athanasio, dabo eius ardentem orationem: *Cogis nos, Constanti* (inquit) *absentem damnare Consacerdotem nostrum, religiosum Athanasium: sed diuina id facere prohibemur lege: Impellis auctoritate latius regali Domini Sacerdotes ad effundendum cruorem, ignorans iura iustitiæ tradita nobis diuinitus te conatum ex nostris auferre mentibus: an diuinitus poteris asserere permissum, absentem, inauditum, & quod est maximum, innocentem damnari? Quomodo enim arbitraris diuinitus permissum, puniri inauditos, quando videas Adam, & Euam Principes nostri generis auditos, sententia percussos Dei? Et vocauit Deus Adam, & dixit ei: Adam vbi es? Et dixit, Vocem tuam audiui, Domine in Paradiso, & timui, quoniam nudus sum, & abscondi me: Et dixit Deus: Quis tibi indicauit*, &c. *Cum igitur huiusmodi formam iudicandi dedisse Deum aduertas cum a lateb is euocatus, cōfessisque Deum sententiam dedisse de sacris Scripturarum collegeris fontibus cuius fuisti, atque es impudentia, iudicandi Dei seruos eam dare formam, quæ non fuisset de lege veniens Domini?*

Galfrid.

Lucif. Calar.

Nō licet reos punire inauditos.

101. Successit genitori pessimus Caïn, ausus barbara feritate mansuetum Abelem per violentiam de medio tollere: Sparsu continuò facinoris inhumani rumor, & tantùm diuagatus, vt & cœlos penetraret: Cur non ab alto fulmina misit Omnipotens ad iam vocalem, atque sonoram famam? *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra* Genes. 4. vers. 10. Si clamat, ô magne Arbiter, exsurge, & vindica sanguinem Sanctorum tuorum, qui effusus est: At putauit egregiè Chrysologus indignum tanti Iudicis integritate, famæ solius quantuncunque clamosis rumoribus incitari, & reum condemnare ob audita ab alieno ore. *Ergo ille fama credidit?* (ait serm. 125.) *fama nuntiante cognouit? Absit: Vox sanguinis fratris tui clamat de terra: Clamabat terra, clamabat cælum, dolebant Angeli, quando iam tota sæculi fama loquebatur:* Quid igitur superest tot proclamantibus testibus? Nimirum; vt audiatur ipse reus, vt ipse, si quid habeat, quo impietatem, aut delere, aut extenuare valeat, alleget: quare & colloquiū initur post publicam etiam famam eum iudicando: *Et ait Dominus ad Cain, Vbi est Abel frater tuus? Qui respondit, Nescio: Dixitque ad eum, Quid fecisti*, &c? Sed proferamus iterum nominatum Calaritanum Antistitem Luciferum, cuius multa est vetustas; is memorato lib. 1. pro S. Athanasio: *Dedisti præcepta damnandum esse inauditum absentem, negandamque audientiam; Abel interficitur iustus, & interrogatus Cain sententiam subiit; & eu Domini inauditum vis puniri Sacerdotem? Nunquid non licuerat Deo, priusquàm Cain conuocaret, atque interrogaret, punire? Sed noluit; dans formam quo genere inciperemus iudicare conuenisset nobis. Damnate, inquis, eum quem ignoratis deliquisse. Cur? nempe, ad hoc, vt iam non Episcopi sed mereremur nuncupari vesani, atque carnifices.* Cognata est & Ambrosij expositio lib. 2. de Cain, & Abel, cap 10. *Vbi peccatum obrepsit, statim & lex diuina mansuetudinis prorogari debuit; ne si continuò vindicatum esset in reum, homines quoque in iudicando nullam patientiam, modum, rationemque seruarent, sed statim reos supplicio darent; diuina autem sententiæ prouidentia huiusmodi est, vt magnanimitatem, & patientiam doceret Iudices, ne quis præproperè raperetur studio vindictæ, & ipsa deliberationis immaturitate puniret innoxium:* Caietanus propriùs ad institutum nostrum expendens, cur post clamores sanguinis è terra resonantis, adhuc Numē Caïnum ipsum sciscitatur de nece fratris: *Inquirit ad docendum* (ait) *Iudices hominum, vt citent reum, quantumcunque certum antequam iudicent.* Verùm præclarissimè Tostatus quæst. 6. in cap 4. Genes. *Dominus clarè videbat peccatum Caini; sed noluit eum punire, donec eum de peccato manifestè conuinceret; vt non conqueratur Cain, quòd iniustè punitur, cùm eum patuerit pro magno scelere puniri; & vt detur forma procedendi Iudicibus, vt non antè sententient, quam partes interrogent, & merita causarum discutiant.*

Lucif. Cal.

Interrogatus Cain, & auditus, sententiâ percussus est.

Ambros.

Caiet.

Abul.

Mirabile artificium Rationalis in pontificio Aaronis amictu; sed illud in primis celebre, quòd insculpta in Logio illo duo nomina, nimirum, *Veritas, & doctrina*: Exod 28. vers. 30. vbi translatio septuaginta Seniorum, *Demonstratio & veritas*, alij *Splendor, illuminatio, & veritas*. Sed, cur singulariter maritantur, *Veritas atque illuminatio*? Dicunt Hebræi, quoties Tribuum Israël lites iudicandæ essent, huius Rationalis opitulamine vsos Antistites, vnde responsa peterent, de quibus consule Tostatum latè qu. 15. & Oleastrum ad nominatum Exodi caput; Quicquid de his tamen, certè explorandum nostri, & subselliorum scopum esse veritatis indagationem, nam, si de possessione altercatio, comperto vero domino, sopiuntur discordiæ: si de fama, si de rapina, aut incendio, vniuersa in eam metam collimant, vt quid indefæcatum, atque syncerum sit, aperiatur. At, quomodo eruenda veritas? Per *doctrinam*, per *illuminationem*, & *splendores*; Dimittantur tenebræ, pateant cuncta; postquàm Iudex accusatoribus aurem præbuerit, alteram reo, eiúsque Patronis suppeditet, sic cùm omnia manifesta fuerint, & quæ accusator aduersùs nocentem producere valeat; & quæ criminosus pro se afferre queat, expeditum erit Magistratui subolere vbi veritas effulgeat. Hinc igitur in Logio, seu Rationali copulantur *veritas*, & *doctrina*, seu *illuminatio*, quoniam nisi omnia clarescant, quæ & accusans, & de crimine notatus expromere 102.

Exod 28.
Septuag.

Ex Rationali num veteres responsa Sacerdos Hebræorum?
Tostatus.
Oleast.

mere possint, manca erit iudicij ratio, & latebit oppressa veritas; Philo ad hoc Aaronicæ vestis membrum alludens libro de Iudice, *Quid enim in vita* (inquit) *æquè pretiosum, ac veritas? quam Vates sapiens inscripsit loco sacratissimo, ea parte vestis pontificiæ, vbi est principalis vis animæ, vt Sacerdotem per hoc ornamentum augustiorem faceret; veritati autem adiunxit cognatam virtutem, declarationem vt vocant, vt essent, seu imagines orationis quæ vel animo concipitur, vel profertur etiam; nam hac declaratione opus per quam aperiatur alijs quicquid latet in animo:* Venustè Philo *declarationem* nominauit, quam nos *doctrinam*, & *splendorem* appellabamus, scilicet, per declarationes partium, vt dicere consueuerunt, emicat verum; quòd si actor solus admittitur, & reo negantur aures, quemadmodum manca fuerit declaratio, ita & imperfecta erit veritas. (Phil. Iud.)

103\. Grauabatur Moyses à nimiæ multitudinis onere, & volebat in regendo socios; *Non possum* (inquit Numerorum cap. 11. vers. 14.) *solus sustinere omnem hunc populum*; O monstrum in Principe, velle consortem potestatis habere! *Et dixit Dominus ad Moysem; Congrega mihi septuaginta viros de senibus Israel, quos tu nosti, quod senes populi sint, ac Magistri, & auferam de spiritu tuo, tradamque eis, vt sustentent onus populi, & non tu solus graueris:* Verùm, qui fuit hic Legislatoris spiritus, quem nouis Magistratibus infundere vellet Numen? Equidem prophetiæ donum: *Cùmque requieuisset in eis spiritus prophetauerunt, nec vltra cessauerunt;* At quamobrem Vates constituit eos, qui Rempublicam administraturi sint, qui iudicium, & iustitiam facturi populis? Equidem vaticinia ad contemplationem spectant, solentque videntium mentes eleuari supra se, cùm Omnipotens eis arcana pandit; theoriis autem contraria sunt negotiosa, & actiua, in quibus est omnis vita illius, qui prouinciæ clauum tenet; quorsum ergo homines curis distractos in horas singulas in Prophetas destinat, cùm speculationi, & otio deditos eligere præstaret? Abulensis quæstione 54. in cap. 11. Numerorum; *Dicendum, quod spiritus propheticus datus est eis vt benè explere possint iniunctum officium; quia committebantur eis causæ arduæ, quæ sine prophetia non poterant expediri; potissimè illa, quæ ad Deum pertinent;* Anne igitur innuere voluit Numen tam circumspectos in ferendis sententiis debere esse Iudices, præsertim cùm definienda ex magnis, absconditisque sunt, vt si fieri posset, non anteà de criminosis resoluerent, quàm Angelus de cœlo euangelizaret, quid verum fuisset? Ac sanè Hieronymus ab Oleastro non inscitè aduertit, propterea vaticinali luce donatos ad regimen assumptos; quoniam sicut prophetiæ munus præstantissimum est, subsequutura penetrare; ita gubernationis excellentior portio mala præpedire imminentia; Verùm ad scopum nostræ disceptationis: equidem, quamuis in vaticinio præcipuus actus id cognitionis genus, quod futura prospicit: tamen & habitus prophetici, veri propriique actus sunt, quæ aut præterita attingunt, aut præsentia arcana, atque latebrosa peruadunt: Consule Gregor. Romanum homil. 1. in Ezechielem, Tostatum nominata modò quæstione, P. Suarez de fide, disput. 8. sect. 3. Itaque amplissimum est prophetici luminis dominium omnes temporum articulos coaceruans: quid enim subterfugiat intuentem & anteriora, & præsentia, & nascitura? Talis igitur debeat esse idoneus Arbiter, & causarum Iudex, cuius exactissima comprehensio æmuletur vaticinij capacem sinum, qui vniuersa penetrat, & euoluat antelapsas rerum circumstantias, coràm positas scrutetur, & de futuris diuinet, nihil indiscussum prætereundo? Sed hæc quo pacto ille peregerit qui semiplenam narrationem hausit? & in reum difficilis, omnem auditum solis calumniatoribus præstet? Quin certè Vatibus peculiare est, vt non conceptus suos, sed alienos referant: id enim enunciant, quod à Deo loquente perceperunt; Deus nanque sermocinatur, illi auscultant, & instillata proferunt: *Loquens* (ait Paulus ad Hebr. cap. 1.) *Patribus in Prophetis:* Fons igitur, radixque vaticiniorum, auditio est: Quando itaque in prophetia cæterorum origo & caput auditio sit: Iudices Deus Prophetas constituens, auditiuos esse cupiat, & hanc præstantissimam officij dotem: Audiet ergo partes singulas: excipiet cum patientia non morosus quæ criminator referat: deinde & officiosas, & hilares aures reo præbeat cupiens ex animo vt ea producat quæ diluere valeant accusantium obiectiones: Talis Iudex proculdubio mercedem Prophetæ accipiet, cùm & ipse integrè audierit, & secundùm allegata pronunciauerit.

Iudicibus quàm sit arduum de absconditis ferre sententiã.

Prophetia quot actus? quis præstantior?

Gregor. Tostat. Suarez.

Hebr. 1.

Auditio vaticinationũ radix.

Sed dolor est Iudices multos optare magis Pilatum imitari, quàm Prophetas: nam intuere, quid Ioannes recenseat cap. 18. vers. 38. *Dicit ei Pilatus, Quid est veritas? Et cùm hoc dixisset, iterum exiuit ad Iudæos:* En alterum Aristidem! & quàm præclarè fungatur munere suo Iudex integerrimus! nempe tota die præbuit aures promptas populo contradicenti Filio Dei, & à quo accusabatur: nunc simul ac reum percunctatus est, antequàm ab eo de interrogatis quidpiam disceat, abiit, excessit: scilicet, volebat Cæsari, & Hebræorum plebi morem gerere, & vtriusque beneuolentiam conciliare: necessarium autem Christum de medio tollere modò his gratus futurus: at, si innocentem damnasse videretur, atque illum, qui obiecta ab aduersariis egregiè confutasset, infamiam subiret: igitur quò gloriari liceat interrogatum à se reum nihil replicasse, & de veris requæsitum, obmutuisse, Christo quæstionem facit, & ne respondere possit, discedit continuò: Nemo vnquam Pilato infelicior Magistratus, cui Filium Dei morti tradidisse contigit: Verùm, quid obstupescimus, cùm de Iudicum numero extiterit, qui rei defensionem audire respuunt? nihil enim tam horrendum, quod ab eiusmodi patratum iri mirabile sit: Lyranus in morali explanatione: *Per hoc autem, quod non expectauit Christi responsum, significata fuit eius instabilitas: quia timore Cæsaris, & fauore Iudæorum, à veritate declinauit, dando sententiam contra Christum & sic hodie faciunt multi Iudices, timore, vel fauore à veritate iudicij declinantes.* 104. Ioan. 18. Lyran.

Graphicè admodum Psalmodus Metro 81. *Deus stetit in Synagoga Deorum, in medio autem Deos diiudicat:* Euthymius, *Stans in medio eorum diiudicabit, hoc est, redarguet, Principes, scilicet, & Iudices populi:* Et quidem Deorum nomine Iudices adumbratos Auctor etiam Theodoretus, Commentarius sub Hieronymi nomine, Lyra, qui de vocabuli metaphora ex c. 22. Exodi: Quid verò in his Iudicibus displicuit? *Vsquequo* (inquit) *iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum sumitis?* Eripite pauperem, & egenum de manu pecca- 105. Psal. 81.

Regula Deorum vocabulo iudices significari in Scriptura.

Euthym. Theod. Hieron. Lyran.

toris liberate: Reprehendit igitur, quòd in potentum gratiam omnia facerent; neque criminum naturam attenderent, sed *facies peccatorum*, id est, externam fortunam, & locum eorum, qui exorbitauerant: si diues, absque censura remittebant; si inops, ergastulo, & vinculis amandabant. Sed, vnde emanauit tanta in Iudicibus audacia? Videlicet, *Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant*; inde tam spissa temeritas, quòd imperiti essent, scientia destituti; Verùm, nonne ipsi legis Doctores, de Scribarum classe, Magistri in Israël? Sanè ita, neque mentis tenebræ ab ingenij vitio, sed à malitia voluntatis: Notauit prudenter Lyranus: *Scilicet, talia facere non propter ignorantiam legis, sed propter errorem electionis, quam ignorat omnis malus, vt habetur tertio Ethicorum*: Quamobrem ignorabant data opera, eò quòd audita criminatione pauperis, & egeni iniusta, nollent accommodare aures his, quæ infirmiores pro tutela sui allegabant: hinc tanta peruersitas, & ob hoc cùm Academiæ miracula essent, & sapientum Promachi, dicuntur nescire, non intelligere, ambulare in tenebris: Neque

Hieronym. incertus. omittendus profectò Commentarius Hieronymo adscriptus in illa verba, *Et facies peccatorum sumitis, &c. Latenum est & alia interpretatio sacratior; solet in theatris vnus homo frequenter diuersas habere personas, nunc ingreditur in mulierem, nunc in virum, nunc in Regem; & qui in Regem processerat, rursum in seruo procedit: Iuxta exemplum, vt de carnali venire possemus ad spirituale*. Ergo quemadmodum in Circo, qui prodit diademate, & ostro insignis, non is Monarcha est; sed gregarius homuncio, tantùmque faciem, & locum Regis sustinet: ita, qui *in tenebris ambulant*, id est, reorum patrocinia, & defensionem supprimunt, neque alteri ex partibus aures præstant; non Iudices aliquo modo sunt illi, sed lineamenta solùm, & falsa iudicantium imago.

106. Psal. 118. De hac iustitiæ cathedra conquestus voce innocuorum apud Dauidem quidam Psalm. 118. vers. 161. *Principes persequuti sunt me gratis: & à verbis tuis formidauit cor meum*: Quid est gratis, ô Martyr? Nónne de multis, iisque informibus accusant sceleribus? Scilicet, & quòd in Deos, & in Augustum blasphemus, & contumax extiteris? quòd coniuratus imperij hostis dicaris? quòd Magiam, & incantamenta exercueris? Talia quidem in Martyrem congeruntur; sed cùm luce meridiana clariùs demonstrare possis falsa esse, obturauêre aures Iudices, & noluêre Apologetico auscultare: Hoc igitur est, quod affirmat, gratis persequutos fuisse; *Benè hoc Martyr dicit*, inquit

Tyrannorum artes in persequendis Martyribus. Ambr. Ambrosius serm. 21. in hunc Psalmum, *quod iniustè persecutionum tormenta sustineat, qui nihil rapuerit, nullius thorum putauerit esse violandum; qui nihil legibus debeat, & grauiora Latronum sustinere cogatur supplicia; qui loquatur iustè, & non audiatur; qui loquatur plena salutis, & impugnetur, vt possit dicere, Cum loquebar illis, impugnabant me gratis*: Splendidissimè illud ab Ambrosio: *Qui loquatur iustè, & non audiatur*: Hoc vexamentum, hæc persequutio, & hinc quòd gratis opprimitur innocens: quoniam non est, qui auscultare velit pro iustitia decertare paratum, iisque à veritate armatum præsidiis, quibus triumphum de iniqua criminatione proculdubio reportasset: Subnectit inclytus agonista ad Christum conuersus: *Et à verbis tuis formidauit cor meum*: Qui non timuit crucem, equuleos, vngulas, & omnia tormenta Diaboli; à sono vocis Christi trepidat: neque enim viri fortes, & magnanimi mortem timuêre, sed infamiam: itaque id singulariter metuunt, ne postquàm Magistratus omnia discusserit, examinauerit, ipsis ad longum patientes aures præbuerit, inueniantur comperta esse, quæ actor opposuerit; & quoniam Christus viuentium, mortuorúmque à Deo Patre constitutus Arbiter, nunquam anathema pronunciat, nisi postquàm vel ipse reus suo se ore condemnat, & intuetur manifestè à se patrata delicta, ideò sapienter: *Et à verbis tuis formidauit cor meum*: Quasi

Sonus vocis Christi super omnia timendus. affirmet; Tu solus metuendus: nam, quæ tu dixeris scelera, talia fuerint omninò; reum enim clarissimè vincis: Non sic homines; imponunt, quæ non valeant probare: cùm purgare se reus aggreditur; obaudire renuunt: Augustinus in August. nominatum Psalmum loquutus de tortoribus: *Habuerunt quidem & illi verba minacia: Expello, proscribo, occido, vngulis torqueo, ignibus torreo, bestiis subigo, membra dilanio, sed tua me potius verba terruerunt: Nolite timere eos, qui corpus occidunt; & posteà non habent, quod faciant: sed eum timete, qui habet potestatem & corpus, & animam perdere in gehennam: A verbis tuis formidauit cor meum*.

Vidimos planè & nos, qui persequerentur 107.
gratis, cùm per Angliam, & Insulam nostram dicatas facinorosis subterraneas speluncas, ergastula, in quibus horror, & vmbra mortis, replesent Sanctorum examina, & cupiebant vel de hordeaceo implere ventrem & nemo dabat illis: Anglicana persequutio acerbior.
O quid fecistis Elizabethæ Reginæ immoderatæ atque sæuienti vos, qui non eratis de hoc mundo? quibus viuere Christus, & mori lucrum? Scilicet, decere negastis feminam Anglicanæ, Hybernicæ, Scoticæ Ecclesiæ Caput esse: Damnastis Lutheri impudentiam; Caluini detexistis fabulas, & mendacia; Principis Apostolorum Sedem defendistis omni nisu: Ergóne ob hæc cum latronibus & sceleratis pars vestra? Verè persequuti estis Heroas (ô Anglicani Iudices) *gratis*: quidni enim sic vos alloquar? nam mecum Ambrosius: Ambr. *Verè frustra impugnatur*, inquit, *qui apud ... & insidias gratia impietatis accersitur, cum ... sit Magister*? Certè fidei Magister Campianus Briantus, Gernetus, & Episcoporum, Monachorum, Sacerdotum sexcenti nouo crudelitatis genere apud vos extincti: Expostulabo paruum ex Arnobij senioris verbis initio libri 1. *Si* Arnob. sen. lib. 1. contra Gentes.
nullam esse ducitis contumeliam, respondere aliquid interrogatos, edissertate nobis, & dicite, quid rei, quid causæ est, quod tam grauibus infestamini bellis Viros omnibus modis conspicuos, Roffensem, Morum, Hurleum, Abregium, Campianum, Collinum, Ogilbeum; Et quoniam vestris iudiciis Campianus Iesuita bipedum nequissimus (puto ob rescriptum Oxomiense incurrit tantum odiũ) hic, qui in verecundia omnes superauit, ediscite, *quas eius continentis offensas, vt ad eius nominis mentionem rabidorum pectorum efferuescatis ardoribus? Nunquid regiam sibi vendicans potestatem, terrarum orbem*, aut quidem vestræ possessionis angulum, *legionibus infestissimis occupauit? Et pacatas ab exordio nationes alias deleuit, ac sustulit, alias sibi parêre ceruicibus compulit subiugatis? Nunquid ardoribus auaritiæ flagrans vniuersas opes illas, quibus se genus humanum studiosè confertis nat... possessionis suæ mancipio vendicauit? Nunquid libidinum cupiditatibus gestiês, pudicitiæ repagula vi fregit, aut*

alienis

alienis furtum insidiatus est matrimonio? Nunquid arrogantia supercilio tumidus, iniurias, & contumelias passim sine ullius personæ discriminibus irrogauit, ut non omnium virtutum amore in cunctos, & lumen prætenderit vitæ, & periculum ignorationis amouerit? quis si dignus non esset, cui auscultare deberetis, & credere; vel hoc ipso fuerat non aspernandus à vobis, quòd salutaria vobis ostenderet, quod viam vobis ad cælum, & vota immortalitatis optaret: At enim odio dignus est, inquitis, quòd introductam à Sectariis religionis pulchritudinem faciem obliterare tentauerit: *Ergóne ille religionis extinctor, & impietatis auctor arguitur*, qui veram in Angliam *religionem inducere* voluit? *qui hominibus cæcis, & reuera in impietate degentibus, pietatis aperuit ianuas, & cui se submitterent, indicauit?* nempe, Christi in terris Legato, Romano Pontifici, qui Ecclesiarum omnium supremum Caput? Sed, quò me rapuit desiderij feruor? quo calamum zeli æstus? non enim cum vobis institueram sermonem: Catholicos arguebam, in quorú aliquibus quandoque etsi non vestra scelera, sed tamen imitatio tantæ prauitatis; non potui tamen oblata occasione non cordis intrinsecum dolorem testari, & hac qualicunque parænesi excitare, ne fortè veniat super vos, & super filios vestros omnis sanguis, qui effusus est à sanguine iusti Roffensis vsque in præsentem diem, & occupet vos calamitas maxima! O si Carolo Monarchæ serenissimo reseruatum, vt Anglia reflorescat iterum Scotia, atque Hybernia mea ambulent iuxta dies pristinos, cum penderent incoactum vectigal Romanis Pontificibus! holocaustum dixerim ab Hybernia oblatum, quæ tota sub Petri & apostolicæ Sedis dominatu! Verùm erit de his tractandi opportunior locus: nunc pergamus incepta prosequi.

Baron. tom. 12. anno Christi 1159.

SECTIO XI.

Antelapsa Sectione oratorie versata, seriò probantur ex Pontificum, Conciliorum, Patrum effatis.

108. PVtauerit quispiam, superuacaneum esse de hoc argumenti genere disceptationem instruere, cum natura ipsa doceat consentaneum fore vt rei defensionem Iudex obaudiat; præsertim si in accusationis diem, qui de crimine arguitur, bonum habuerit nomen, optimè in multis de Republica meritus fuerit, & non ad contumaciam panoplia vtatur, sed paratus Maiorum dictis obtemperare, postquàm de veritate edocuerint: Fauebit his largè Athanasius Apologia 2. *Sed tamen ea* (inquit) *quæ inaudita altera parte fiunt, nihil habere roboris, nemo mortalium ignorauerit: hoc enim & lex diuina præcipit: hoc quoque, cùm insidias pateretur B. Apostolus, & reus esset, postulabat: Oportebat, inquiens, Iudæos ex Asia coram te adesse, & accusare si quid haberent: Quo tempore & Festus conantibus Iudæis contra Paulum insidias, quales nunc patior, loquutus est ita: Non est moris Romanis gratia aduersariorum donare hominem reum, qui nondum accusatores ante oculos suos habuit, aut respondendi locum de crimine adeptus*: Sic Festus Actorum cap. 25 versic. 16 morem vel ethnici fori innuens: Sed maior Athanasio, & tempore, & officio Clemens Romanus lib. 2. apostolicarum Constitutionum, c. 51. *Diximus verò* (scribit) *non esse æquum, altera tantum parte audita, iudicare: etenim si alterum auditis, cum alter abest, & cum nihil ad illatum crimen responderit, sententiam de damnatione eius interim, rei de cæde illius, & eadem cum illo calumniatore mensura commensi esse apud Deum iustum Iudicem reperiamini*: Vera quidem hæc: sed tamen, quia est humana conditio obnoxia deceptionibus, cùm inuidiæ, & maleuolentiæ intolerabiles sunt stimuli, falluntur interdum & egregij viri, dum parasitis nimiùm obsecundant, aut imponunt nulli, quos crediderent oues esse, cùm intus sint lupi rapaces: Huic contagio mederi admonitione isthac cœpimus: at qui in muscipulam inciderunt exhibeamus Principum aliqua exempla.

Athan.

Clem. Rom.

109. Atque occurrit omnibus ornamentis gloriosus Monarcha Dauid, qui inexplorata causa Miphiboseth, Sibæ accusatori præcipiti inconsiderantia auscultauit, & innocuum damnauit. Reg. 2. cap. 16. ad quem locum Tostatus quæst. 6. *Secundo peccauit Dauid, quia condemnauit eum inauditum, indefensum: nam etiam dato quòd verum fuisset peccatum obiectum Miphiboseth, condemnando eum non vocatum, & indefensum, peccatum esset: quia etiam in notoriis delictis citatio requiritur, vt veniat reus ad audiendam sententiam, & allegandas aliquas excusationes, si quas habet: nam, licèt notorius sit actus, non est notorium, an iniustè egit, & ad hoc vocandus est, ne innocens condemnetur.* Nicolaus de Lyra: *Quod fuit malè, & præcipitanter, & iniustè dictum; tum, quia iste Siba dixerat falsum, tum quia, dato, quòd verum dixisset, tamen Miphiboseth dominus suus non erat condemnandus, antequam audiretur, vel antequam veritas alio modo sufficienter declararetur*: Dionysius: *Dauid grauiter peccauit tam inordinatè proferendo iudicium, vtpote sine accusati auditione, sine accusationis examine, sine debita mora, seu deliberatione.* Caietanus: *Iniqua, temerariaque sententia fuit hæc, inaudita parte*: Quibus subscribit Salianus tom. 3. anno mundi 3009. num. 39. Dauidi simile quidpiam Magno Constantino accidit, qui Athanasium per improborum calumnias illectus, exilio multauit; in cuius tanti Imperatoris defensionem Theodoretus ecclesiasticæ Historiæ lib. 1. c. 33. *Neque mirum videri debet, tantos illum Viros per errorem exilio multasse: credidit enim Pontificibus celantibus quidem improbitatem, sibique imponentibus specie, & claritate sua: non autem fugit eos, qui diuinos libros versant planè deceptum Prophetam Dauid; deceptum autem non à Pontifice, sed seruo vernaculo, & mastigia. Siba inquam, qui de Miphiboseth mendacia Regi dixerat, quibus ereptum agrum illius obtinuit; quod non ita accipi dictum velim, quasi Propheta à me accusetur: sed defensionem parare regij facti, & ostendere imbecillitatem humanæ naturæ, ac docere nunquam accusatoribus tantùm quamuis fide dignis credendum: sed alteram reseruandam esse reis aurem*: Ac est quidem insigne hoc postremum Theodoreti monitum, ne sanè etiam quando fide accusatores digni sunt, eis acquiescendum, priusquàm rei, aut confessio, aut expostulatio adhibeatur.

Dauid an peccauerit Siba credendo?
2. Reg. 16.
Abul.

In notoriis delictis citatio requiritur.

Lyra.

Dionys.

Caiet.
Salien.

Theodor.
Accusatoribus, etsi fide dignis, non esse solis credendum.

110. Iam & vt ad Petri cathedram proficiscamur: animaduertite, quid talis tantúsque Vir, qualis & sanctitudine, & doctrina fulgentissimus Cardinalis Petrus Damianus passus sit: is libro 1. epistolari, epist. 4. ad Leonem IX Pontificem

S. Petr. Dam.

Maximum; *Antiquus namque hostis (ait) timens, ne ego jugem vobis suggerendo destruere, quod ille in istis partibus nostris ut quotidie nouis inuentionibus fabricat, malignantium aduersus me linguas excitat, complices suos ad componenda mendacia, quoddam sibi velut organum fecit, per vascula sua crepitat & malitiæ suæ ... altaribus instillans, Et quid mirum si Domino meo tantis oppresso negotijs versuta calliditas hominum obrepere potuit? cum & Dauid, qui prophetico plenius erat spiritu, dum Sibæ (?) ... fallentis credidit, innocentem prorsus Miph... sententia proscriptionis addixit? tantùmque apud eum falsæ accusationis sermo prauaiuit, vt plectibilem seruum in herilis consortium hæreditatis asciscerct, & infidelitatis reum libertatis dignum præmio iudicaret? Veruntamen si Creatoris nostri facta vigilanter attendimus, ad credenda cuiuslibet mala fidem adhibere facilè non debemus; ipse enim cuius oculis nuda, & aperta sunt omnia, non dedignatus est dicere; Clamor Sodomorum, & Gomorrhaeorum multiplicatus est, descendam, & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint: an non est ita vt sciam; Quod profectò ad nihil aliud dictum videtur, nisi vt humana doceatur ignorantia, sine experimentis audita non credere, incognita non leuiter adiudicare, nec antè sententiam promere, quam rem dubiam testimonijs approbarit; Quam profectò cautelam cum vos prudenter in alijs habere liquido nouimus, quia nobis obseruata non est, non vobis adscribimus, sed nostris proculdubio meritis imputamus;* Sic Damianus omnia, quæ dicenda forent complexus, & sapienter Pontificem multis distentum curis excusans; & quod est vitij, atque malitiæ prauis adscribens ministris, à quibus & Dynastæ & Antistites circumueniuntur.

111. Quoniam igitur scopulus est, in quo & Dauid, & Constantinus, aliique egregij Magistratus nonnunquam offenderint, neque adhuc cessat inimicus fallere, perpendamus, quid Romani Antistites consulant; Euaristus Papa tom. 1. Conciliorum, epist. 2. *Deus autem omnipotens, vt nos à præcipitante sententiæ prolatione compesceret, cum omnia nuda, & aperta sint oculis eius; mala tamen Sodomæ noluit audita iudicare, priusquam manifestè cognosceret, quæ dicerentur;* Eodem volumine Telesphorus Papa epistola decretali; *Et accusatori omnino non credi decernimus, qui absente aduersario causam suggerit, ante vtriusque partis iustam discussionem;* Ibidem ex epistol. 2. Calixti I. ad Galliarum Episcopos, *Quia per scripturam nullus accusare, vel accusari potest, sed propria voce, & præsente eo, quem accusare voluerit, quisque agat accusationem, nec absente eo, quem accusare voluerit, cuicunque accusatori credatur.* Ex epist. 2. Fabiani Papæ ad Orientales Episcopos; *Nec vllus vnquam præsumat accusator esse simul & Iudex, vel testis, quoniam in omni iudicio, quatuor personas necesse est semper adesse, id est, Iudices electos, & accusatores, ac defensores, atque testes;* Atque hoc ipsum Stephanus Pontifex epistol. 2. decretali de accusatoribus Sacerdotum; Iulius verò Romanæ Sedis Antistes epist. ad Orientales in causa Athanasij, quæ & habetur 2. Athanasij Apologia, & nominato tomo 1. Conciliorum, (sequor autem modò editionem quinque voluminum sub Sixto V.) *Oportebat autem, dilectissimi, si quidem synceriter illud iudicium agebatur, non solum accusatorem, sed & reum præsentem sisti, & vt Tyri Macarius aderat reus, & Ischyras accusator, qui nihil criminum docere potuit: ita quoque in Mareoten, non solum oportuit accusatorem, sed reum quoque vna proficisci, vt, vel præsens conuinceretur, vel si victus non esset appareret eum calumnijs petitum fuisse.* Ex Damasi Papæ epist. 3. *Habetur quoque in decretis sanctorum Patrum sancitum, non fore canonicum, quenquam Sacerdotem iudicare, vel damnare, antequam accusatores canonicè examinatos præsentes habeat, locúmque defendendi accipiat, id est, iudicias ecclesiasticas:* Atque eadem repetit in epist. 6. Tomo autem 3. ex rescriptis Nicolai Papæ I. num. 8 *Reuera iustus mediator non est, qui vno litigante, & altero absente, amborum emergentes lites decidere non formidat.*

Margin notes (left): Euarist. Pap · Telesph. · Calixt I. · Iulius I. · Fab. Papa. · Stephanus.

His consona in sacrorum Conciliorum Actis; 112.
Tributiense c. 22. *Deus omnipotens, cum omnia nuda, & aperta sint oculis eius* (vt in epistol. Euaristi Papæ scriptum legimus) *quò nos à dubijs, & incognitis sententiam proferre compesceret, mala Sodomæ noluit audita iudicare, priusquàm manifestè agnosceret, quæ dicebantur: vnde ipse ait, Descendam, & videbo, vtrùm clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint, an non est ita, vt sciam: Quo exemplo monet, ne ad proferendam sententiam vnquam præcipites simus, aut temerè, indiligentérque indiscussa quæque quoquo modo iudicemus: sed exemplo Domini descendamus, videamus, & iusto examine criminosos diligenter perscrutemur, sicut ipse Sodomam;* Concilium Lateranense sub Innocentio III. cap. 8. verba relata ex c. 18. Geneseos de Sodomitico iudicio eodem more explanat, atque paulò pòst subnectit; *Debet igitur esse præsens is contra quem facienda est inquisitio, nisi se per contumaciam absentauerit, & exponenda sunt ei illa capitula, de quibus fuerit inquirendum, vt facultatem habeat defendendi seipsum:* Neque ab istis diuellenda, quæ habentur tertio volumine Conciliorum inter capitula, quæ per Adrianum Pontificem ex Synodis, & Canonibus diuersis collecta fuêre; *Iudicantem (aiunt) oporteat cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquisitione discutere, interrogandi, ac proponendi, adijciendíque patientia præbita ab eo, vt ibi actio partium limitata sit plenior: nec prius litigantibus sua velit sententia obuiare, nisi quando ipsi peractis omnibus, iam nihil amplius habuerint in quæstione, quod proponant.* Ex Cleri Alexandrini litteris in 2. Athanasij Apologia; *Ita enim iudicia constitui debent secundùm sacram Scripturam, vt reus, & accusator simul appareant.*

Margin notes (right): Conc. Trib. · Cōc. Later. · Adrian. Pōt. · Athanas.

Verùm in gratiam huius thesis lubet omninò 113.
celebrem Geneseos Textum amplissimis Patrum, & bonorum Interpretum suffragiis communire: ac quanquam fortasse tædio alicui fuerit, vt verba auctorum ad longum recenseamos; quoniam tamen in re admodum graui versamur, maluimus Lectoris aliquam reprehensionem subire, quàm celando Scriptorum effata, diminuere nostræ probationis vim: At, cuinam id poterit molestum esse atque ingratum? Nam, quis liber ab inuidia, præsertim si magnus ille sit, atque excellens? Omnium causam agitamus, cùm nullus à malitiæ iaculis securus: Quòd si semel poterimus suadere, vt à reo parata defensio cum alacritate excipiatur, spes optima poterit esse Viris egregiis: nam cùm apud eos abundet antiqua simplicitas tantùm audiantur, triumphabit breui veritas: Age itaque, premamus verba illa ex cap. 18. vers. 20. & 21. *Dixit itaque Dominus: Clamor Sodomorum, & Gomorrhæ multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis: descendam,*

Margin note: Locus ex Geneseos c. 18 ad longum discussus.

dam, & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint, an non est ita, vt sciam: Ac dedimus quidem in antè traditis locupletissimos testes quatuor Euaristum Papam, cuius tanta est antiquitas, Concilium Lateranense, vnà cum Tiburtensi, & sanctum Petrum Damianum: quibus associare placet Philonem Hebræum ita dissertantem opere de confusione linguarum: allegata igitur dicta Moysis historiantis sententia: *Vt doceamur moneamúrque* (inquit) *ne quis homo de absentibus rebus, & incertis putet se posse certam coniecturam facere; sed propiùs introspecto negotio, diligenter cuncta perlustret: visus enim certus, potius quam fallax auditus, testis adhibendus est: quapropter in optima constituta Republica lege cautum est, ne quis audita dicat pro testimonio: quia iudicium auditus naturaliter facile est corruptoribus: apud Moysem quoque inter vetita legitur: Non admittes auditionem vanam.*

Phil. Hebr.

Optimum testem qui viderit.

114. Atque, vt post Philonem à Græcis exordiamur, Chrysostomus eximiè hom. 42 in Genesim: *Quid sibi vult, quod sermonem suum ita attemperat? Cum descenderim, inquit, videbo; Nunquid de loco in locum transit vniuersorum Dominus? Absit: non hoc dicit sed vt dixi per verbam crassius docere nos vult, quod opus sit magna diligentia, & non auditu solo peccatores condemnandi sint, neque sententia ferenda, nisi comprobatio præcedat; Audiamus hæc omnes: non enim solùm ij, qui pro tribunali sedent, obseruare hanc legem debent; sed & nullus vnquam ob nudam accusationem proximum condemnet:* Et idem tom. 5. orat. 4. de facto, & prouidentia, in horum verborum declaratione: *Quid tam humano, ac mitis Deo par cogitari potest! nos enim, cùm aliquem punimus, vix dignamur sæpè causas dicere: ille vero nisi prius te docuerit, nisi tibi prius persuaserit, nisi tandem ipsius ceperit suffragium illum iustè supplicium inferre non putauit eos, qui enim diu supplicio, atque animaduersione digni erant; & rationem sæpè reddere paratus est, secúmque disceptat, & in iudicium venire non grauatur: Vides Prophetas istorum plenos sermonum, vbique controuersiæ Dei cum hominibus, & sæpè ipsos iniuriosos, vt causam dimdicent, aduocat; sæpe creaturam ad suffragium ferendam collocat, iudiciorum suorum splendorem demonstrans, cùm neque aduersarium suum, neque res sensus expertes repudiet Deus ad iudicandam rem vocare:* Ambrosius Græcorum studiosus æmulator lib. 1. de Abraham, cap. 6. *Non ignorabat Deus peccata Sodomorum: sed propter te instruendum verba huiusmodi loquebatur, vt tu propias seueritatis eorum commissa, in quos vindicandum arbitraris: Descendam (inquit) vt videam; hoc est, etiam tu descendere cura: deinde indaginis studio, ne quid sit, quod fallat, aut lateat absentem, vt oculis facinus deprehendas, cominus posita multa nescire possunt:* Hilarius lib. 9. de Trinitate, non longè à fine: *Nam, cùm peccata magna valdè sciat esse, & rursum descendit, vt videat, an consummata sint; & si needum consummata sunt, vt sciat, intelligimus eum, non ea tunc scire, quia prius nesciat, sed tunc scire, quia tempus ad agendum sit:* Gregorius Romanus lib. 19 Moral. cap. 14. in illud Iob 29. *Et causam, quam nesciebam, diligentissimè inuestigabam, &c. Qua in re notandum video, ne ad proferendam sententiam vnquam præcipites esse debeamus ne temerè discussa iudicemus, ne qualibet mala audita nos moueant, ne passim dicta sine probatione credamus: quod profectò perpetrare pertimescimus, si Auctoris nostri subtiliùs facta pensamus: ipse quippe, vt nos à præcipitata sententia prolatione compesceret, cum omnia nuda, & aperta sint oculis eius: mala tamen Sodomæ noluit audita iudicare, qui ait; Clamor Sodomorum, & Gomorrhæorum multiplicatus est, &c* Albinus Flaccus interrogationibus in Genesim, interrogatione 179 *Quod autem dixit: Descendam & videbo, & huiusmodi: omnipotens Dominus, & omnia sciens, cur ante probationem quasi dubitat, nisi vt grauitatis nobis exemplum proponat? ne mala hominum antè præsumamus credere, quàm probare?* Rupertus, Tuitiensis Abbas lib. 4 in Genesim, c. 41 de simili loquutione Numinis descendentis ad immanis turris structores: *Et sic loqui debuit Scriptura, vt nihil temerè esse credendum insinuaret: si enim is, qui omnia scit, descendere hic dicitur, vt videat: & alibi dicit, Clamor Sodomorum, & Gomorrhæorum multiplicatus est: descendam, & videbo, vtrùm clamorem, qui venit ad me; opere compleuerint: Quanto magis homo, qui falli potest antequam sententiam proferat rem diligenter inuestigare debet?* Philippus Abbas bonæ spei, de silentio Clericorum, c. 98 *Clamor,* inquit *Sodomorum, & Gomorrhæorum multiplicatus est: descendam, & videbo, &c. Vult æquus Iudex sceleratorum vitia sic parare vt aduersùs eum nullus possit iusta querimonia vel mutire, vt antequam inueniatur illorum perditio definiri, eorum possit malitiam, quasi præsentialiter, experiri:* Glossa interlinearis: *Vt à præcipitatione iudicij compesceret: mala Sodomæ prius voluit probare, quàm iudicare:* Loquuntur & in eundem modum Hugo Cardinalis: postilla in Genesim sub nomine S. Thomæ, quæ allegat Innocentij III. decretale: Nicolaus de Lyra, Abulensis, Carthusianus, Lippomanus, Caietanus, Oleaster, in secunda expositione morali, Honcala, Guillelmus Hammerus, Pereira tom. 2. lib. 16. in Genesim n. 63 & tom 3 ad versum 21. cap. 18. Delrio, Bonfrerius, Cornelius à Lapide, & nemo non hoc ex illis, quos euoluere potuimus: Est & huiusce rei (vt aliæ multæ imitationes) vestigium aliquod in fabula de Lycaone apud Nasonem: nam Deorum Summum ita loquentem facit Metamorphoseos lib. 1. fictione 8

Ambr.

Deus quàm iustè in reos sententia.

Hilar.

Greg. Papa.

Albin. Flac.

Rupert.

Philip. Abb.

Interlin.

Hug. Card.
S. Thom.
Nicol.
Abul.
Dionys.
Lippom.
Caiet.
Oleaster.
Honcal.
Pereira.
Del.
Bonfr.
Cornel.

Contigerat nostras infamia temporis aures,
Quam cupiens falsam summo delabor Olympo,
Et Deus humana lustro sub imagine terras:
Longa mora est, quantùm noxa sit vbique repertam
Enumerare, minor fuit ipsa infamia vero.

Ouid.

Adeò malesanus Pater Iupiter, & prouidentiæ satis negligens tamen ne in tam enormem amentiam delapsus, vt antequàm ipse vidisset, antequàm expertus fuisset, reum præcipiti vindicta condemnasse, idoneum existimaret.

Sed colligamus etiam nonnulla ex his, quæ sparsim Patres tradidère, quibus monent, cautos nos esse debere in iudicando & in primis accusato præstandas aures; atque iterum incipiemus à Philone Hebræo, qui libro de Iudice: *Ergo ante omnia lex præcepit Iudici, ne vanam narrationem auribus accipias: nam oculi rebus ipsis interueniunt, & contrectant quodammodo negotia, totáque percipiant adiuuante luce per quam illustrantur, deprehenduntúrque omnia: aures autem, sicut rectè quidam è veteribus, minus fidei habent, quàm oculi vt quibus non cum rebus ipsis sit commercium, sed cum sermonibus rerum interpretibus, non semper veritatem sectantibus: quod legis caput mihi videntur quidam è Græcis Legislatoribus, desumpsisse a sacris Moysis tabulis, interdixisséque, ne ex auditu feratur testimo* 115.

Philo.

Græcorũ Legislatores ex Moyse sumpserunt præceptũ quandã.

Orig. *testimonium: quod qua quis videt, certa iudicanda sunt, qua vero audiuit, non perinde firma fidei:* Orig. lib. 2 in cap. 2. Epistolæ ad Rom. prope medium: *Rectum iudicium Dei, quis dubitet esse, vbi accusatores, & defensores adhibentur, & testes? Et quidem de hoc iusto iudicio Dei nos homines exemplum capiamus, ne putemus vnquam sine accusante, & defendente, & testibus iustum haberi posse iudicium:*

Iust. Mart. Sanctus Iustinus Martyr initio 2. Apologiæ pro Christianis: *Iam si quis eorum, qui accusantur,* (loquitur de Orthodoxis,) *verbo non neget, cum absoluitis, quasi nullum eius crimen docere possitis: si quid autem concesserit, propter confessionem, de eo supplicium sumitis. cum oporteat & eius, qui fatetur crimen, & eius, qui negat, vitam exquiri, vt ex factis, qualis quisque sit appareat:* Et pauló post: *Non iudicia exercetis, & animi motu, qui a ratione auersus est incitati causa sine cura alios supplicio afficitis.*

Athenag. Anathenagoras Philosophus Atheniēsis Christianus exordio legationis pro nostris: *Examinetur vita eorum,* (sermo est de Catholicis,) *ne méane culpetur: Porrò nunc ab initio institutæ orationis meæ obsecro vos summi Imperatores, æquis, & benignis animis auscultare vt dignemini; neque vos communis, & nulla ratione vigentis famæ præiudicio occupari. & ad illius veluti impetum rapi patiamini: quin illud vestram sapientiæ & veritatis studiosissimum studium mea quoque oratio, vt sentiat, sinite: sic fiet, vt neque vos per ignorantiam delinquatis, & nos depulsis, confutatisque iis, qua temerè in nos vulgus homi-num effutit, quiete agamus:*

Symmach. Pap. Symmachus Apologetico contra Anastasium Imperatorem: *Verùm tu si Romanus Imperator es, etiam gentium barbararum legationes debes clementer admittere: si Christianus Princeps es, qualiscunque Præsulis apostolicè debes vocem patienter audire:* Iterum

Lucif. Cal. Lucifer Calaritanus Antistes, qui superiore bis datus fuit Sectione, in causa Athanasij ad Constantium Imperatorem lib. 1. *Sed iam redeamus ad illud, quod nos facere præcipiebas: Dixisti: Damnate Athanasium: Quid interuenerat, vt non faceret ad facinem illum vidissemus? Quid factum fuerat, vt non omnem cardinem rei fuissem perscrutatus? Cur idoneis testibus non es passus eundem superari? Nunquid vel hos sanctissimus Daniel, quinimo per Danielem Spiritus sanctus, inauditos damnauit? legimus enim gloriosum Danielem dixisse ad populum. Separate eos ab alterutro: Et vocauit vnum ex illis, & dixit ad illum: Inueterate dierum malorum,* &c. Danielis c. 13. *Quid respondere, Constanti, imprudentia tua potest ad hæc? Conspicisne reos tanti sceleris passim damnatos nisi omnibus diligentissimè discussis?* Sed ab hac fama Cō-

Athan. stantium liberare visus ipse Athanasius Apologia ad eundem Imperatorem: *Ideoque in absentem* (ait) *delalaterant, sperantes se, ita pietati tuæ obrepere posse, sed frustrà: non enim ita eis aurem præbuisti, vt sperabant, sed pro tua mansuetudine dedisti & nobis locum, vicémque respondendi: te enim non statim commotum fuisse, nec e vestigio supplicium postulasse, signum fuit euidentissimum, vt iustum Imperatorem decet, nihil aquè te expectare quam delati hominis defensionem.*

116\. Ambrof. Videat secundò in æternam Ambrosius serm. 20 in Psalmum 118. in illud: *Miserationes tuæ multæ nimis,* &c. *Ergo & hic personam Iudicis, Præpositique suscepit, dicens. Non possum à me facere quicquam: Bonus enim Iudex nihil ex arbitrio suo facit, & de iustis proposito voluntatis, sed iuxta leges, & iura pronunciat: scitis viris obtemperat, non indulget propria voluntati, nihil paratū & meditatū domo affert. sed sicut audit, ita iudicat; & sicut se habet negotij natura, decernit: obsequitur legibus, non aduersatur: examinat causæ merita, non mutat: Defectio, Iudices sæculi, quē in iudicando tenere debeatis affectum, quam sobrietatem, quam synceritatem: Dominus omnium dixit: Non possum ego a me facere quicquam:* Rursum quoque & Chrysost. homil.

Chrysost. 30 in Genesim ad illud: *Et descendit Dominus Deus, vt videret ciuitatem.* &c. *Vide quomodo humano modo Scriptura loquitur. Et descendit* (inquit) *Dominus* [illegible]*, vt humano modo intelligamus. sed vt per hoc erudiamur nunquam temere fratres eidem* [illegible] *dos, neque auditu solo iudicandum, nisi pluribus argumentis prius certi reddamur:* Saluianus lib. 1. de

Saluian. gubernatione, & iusto Dei iudicio, probat [illegible], Deum optimum Magistratum vel iud[illegible], quod ipsi Gentium Philosophi animam vniuersi [illegible] dicant, & cuncta perlustrare, nec quæ rumore, & auditione duci antequam ipse cuncta peri[illegible]tor: *Vide etiam illud mysticæ auctoritatis exemplum* (inquit) *quo se non minus Philosophum Maro probare voluit, quam Poëtam, dicens: Deum namque ire per omnes, Terrásque, tractúsque maris, cælúmque profundum: Ab eo igitur mundum regi necesse est:*

Laur. Iust. Laurentius Iustinianus de triumphali Christi agone, c. 12. *Docet proprius Iudicem, omni postpo[illegible] dis feritate* [illegible] *diligenter, & ad inter*[illegible] *pondere:* Abulensis quæst. 1. in c. 23. Exodi, ad il-

Verba c. 23. Exodi declarata à Abul. lud: *Non suscipies vocem mendacij,* &c. *Id est, non audies vnam partem volentem litigare alia* [illegible] *præsente. quia illa tunc vocem mendacij habebit, scilicet, qui aliquot mendacia multa: nam, cum vna pars sola auditur, multa mendacia contingit dici, & causa valde inutiliter tractatur:* Eandemque articulam secundùm aliam translationem, quæ afferit: *Non accipies vocem vanitatis.* expendens: *Nam audire partes* (inquit) *est ad dirimendum litigia per sententiam diffinitiuam sed audiendo vnam partem, nunquam poterunt dirimi litigia: quia ex illo auditu non potest ferri sententia diffinitiua nec aliqua alia cum nondum sit iudicium inchoatum; deo cum venerit alia pars, oportet incipere iudicium: vanum* [illegible] *audire vnam partem solam:* Nicolaus de L[illegible]

Lyra. eundem c. 23. Exodi 1. versum: *Hic* (inquit) *or*[illegible]*natur rationale, quantum ad Iudices: & primo* [illegible] *partes quæ debent in iudicio aliquid proponere vt non audiatur vna pars sine alia. quia quando vna auditur in absentia alterius, solent multa me*[illegible] *immiscere ad iustificationem suæ causæ:* [illegible]*, quod dicitur. Non suscipies vocem mendacij* &c.

Burgens. Paulus Burgensis ibidem prima additione ad Postillam Lyrensis. *Nam rectus* [illegible] *lex* [illegible] *bitur ad* [illegible] *audita alteram partem, & hoc commu*[illegible] *in multis iudiciis, scilicet, quod vna pars* [illegible] *absentia alterius proponit multa mendacia: sed postquàm auditur pars aduersa, negotio discusso deuenitur ad rectitudinem iustitiæ.*

Quando igitur euenit plerunque omnia ad falsitatem compingi, absente altero ex controuersistis, & negatis reo auribus, incassum sententiæ proferantur, significantiùs dixerim, impiè; ideò instruximus aciem pulcherrimam ex Conciliis, Pontificibus, sacris Doctoribus, vt videant in posterum talia agentes, à quantis proscribantur, à quàm fulgentibus; atque vt fuerit omni tempore necessarium huius naturæ an[illegible]rum, & nostro idem sæculo peruti[l]e, [illegible] bonorum virorum fructuosis Ecclesiæ laboribus homines otiosi, & peruersi insidias substernunt: 117.

Finiam

Oleast. Finiam Oleastri verbis ad memoratam nuper de Exod. c. 23. sententiam: *Nihil in iudicens (inquit) mendacius perniciosius: ideò maximè cauendum ab eis decet dum Iudices instruxit: sed hoc tempore nihil mendacio licentiosius: Expende, quæso temporum nostrorum malitiam, quandò tam auidè mendacia audiuntur, & veritas cunctis exosa est, & omnibus fastidio, maximè Magnatibus.*

SECTIO XII.

Peccatum hebetare ingenia, etiam peritissimos ad maximam ruditatem trahere.

118. INfatuatum Salomonem per libidines, aliàque vitiorum inquinamenta, & diuino illo altioris sapientiæ munere spoliatum, ostendimus anterioris Controuersiæ Sectione 10. ex Patribus: ô vtinam regna, antequàm doctrinam, amisisset! Quid enim mens infelix absque tanto nauclero? quos non experta scopulos? quanta sustinuit naufragia puppis animæ caligantis? Ergo, si non fuisset obscuratum cor insipiens, obtulisset ille thura Numinibus insanis, adorasset opera manuum hominum, & non vni mendacio fana ædificasset? Sed derelinquit animam informem scientia, pura atque illibata diligens: Iam improuidus adolescens pertæsus ciuem, cui adhæserat in regione longinqua, (nam erat auara herilis dextera quæ nec siliquas ad satietatem suppeditabat) reuertebatur in patriam: *Cùm autem adhuc longè esset, vidit illum pater ipsius & misericordia motus est & accurrens cecidit super collum eius.* Luc. cap 15. vers. 20. Sed, cur non magis visum à puero genitorem Euangelista aduertit? nònne potius adolescentem attentum, & vigilem esse oportebat, & quærentem sedulò per vicos, & plateas, vbi inueniretur genitor, quando sine eo pater beatus esse possit? ille absque genitore nisi pauper, & miserabilis esse non valeret? Equidem arbitror iuuenem in votis habuisse paternos contueri vultus, & conatum vidisse: sed erat infirma oculorum acies, nec poterat à longè reuelare: quippe peccando amisit lumen, & ingenij gloriam: & dudum quidem detestatus scelera, meditabatur virtuti coniungi per castos amplexus: sed, quoniam tyro nondum recuperauerat antiquum acuminis robur: Quoniam igitur visum hebetauerant delicta, non ille genitorem, sed eum pater à longè intuitus est: Apertè nobis fauet Chrysologus sermone de duobus filiis tertio, ad illa: *Vidit illum pater suus,* &c. *Pater vidit illum, vt & ille patrem possit attendere: patris visus illustrauit filij venientis aspectum, vt tota fugaretur obscuritas, quæ circumfusa fuerat de reatu: non sunt tales tenebræ noctis, quales illæ sunt, quæ de confusione veniunt peccatorum: Audi Prophetam dicentem, Comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui videre: Et alibi Iniquitates meæ grauatæ sunt super me, & post: Et lumen oculorum meorum non est mecum. Nox sepelit hesternum lumen, peccata sensum.*

Luc. 15.

Chrysol.

119. Quem referes inter puros homines Adamo scientia comparabilem? Disquisitus à Creatore, vbi esset, ait: *Vocem tuam audiui in Paradiso, & timui, eò quod nudus essem; & abscondi me.* Genes. cap. 3. vers 10. At, quorsum abdebatur criminosus? Ne Iudex latitantem inuenire valeat? Sed, quæ opinatio, ô sapientissime? Quæ enim natio tam barbara ignoret Deum ire per omnia, & nihil ab æternùm non dormituro oculo posse subtrahi? Si hæc prima doctrinarum rudimenta, cur Adam tam stupidus, qui vel elementa nesciat. Nònne hic ille tam clarus, ad quem delata cuncta animantia terræ, & omnia volatilia cœli, *Vt videret, quid vocaret ea: omne enim, quod vocauit Adam animæ viuentis, ipsum est nomen eius.* Gen. cap. 2. vers 19. Qui igitur vocabula naturam cuiusque significantia terrestribus, & aligeris imposuerit, cur tam spisso errore laboret, vt innuat hominem à Deo abscondi posse? Sed peccauerat Adam, & amisit ingenij lumen, comparatus iumentis insipientibus, & similis factus illis: quoniam, cùm in honore esset, non intellexit: Chrysostomus homil. 17. in Genesim. *Nihil peccato peius, dilecte: ipsum enim simul vt introierit, non solum confusione totos nos replet, sed & insipientes facit eos, qui anteà intellectu, & sapientia multa præditi fuerant: Animaduerte, obsecro, quam insipienter agit nunc, qui antea tanta pollebat sapientia; qui reipsa traditam sibi sapientiam nobis declarabat; qui talia prophetabat: Audita voce Dei deambulantis in horto ad meridiem, occultauit se tam ipse, quam vxor illius, à facie Domini Dei in medio ligni Paradisi: Quanta hæc est insipientia, quod à Deo, qui vbique præsens est, qui ex nihilo res vt essent produxit, qui absconditæ scit, qui finxit sigillatim corda hominum, & nouit omnia opera eorum, qui scrutatur corda, & renes, qui etiam ipsos cordis motus cognoscit, abscondere se tentant?*

Gen. 3.

Gen. 2.

Chrysost.

120. Ecce & in alia absurdissima statim prolapsus Adam: Notum est, homines, si in statu innocentiæ ab eis perseueratum esset, mortem haudquaquam subituros: sed contra vetustatem à ligno vitæ roboratos transituros præstituto tempore lethum inexpertos ad videndum Deum beatificè: Consule Molinam de opere sex dierum, disp. 28. Fuit autem instabilis Adam: transgressus est pactum Creatoris, & peccati stipendium subsequuta mors: *Quia puluis es,* (inquit) *& in puluerem reuerteris.* Genes. cap. 3. vers. 19. Quid protoplastus audita graui hac sententia corruptelam intimante; *Et vocauit Adam nomen vxoris suæ, Heua, eo quod mater esset cunctorum viuentium.* Quæ hæc nominis impositio est? Loquitur Dominus: Quia puluis es, & in cinerem resolueris: quoniam per delictum mors in omnes pertransiit: & tum viuentium genitricem appellas, quando debuisses magis perituræ stirpis matrem vocare? Bonus hic titulus donec innocentiæ persistebat status: modò videnda nomina sunt, cùm mors latè dominetur, & neque ipse Filius Dei ab interitu liber: Sed misereamini infelicis Adæ: non enim sibi constat intellectus, non qualis olim cogitatio; postquàm deliquerat, confusa est à peccato memoria; & quasi vertigine laborans, nescit, quid dicat. propterea ex diametro significatione, quam debuerat morientium appellare genitricem, *viuentium* nuncupauit: Probè Rupertus libro primo in Genesim: *Quid enim insanius, quam in tali articulo Euam dicere eam, quæ non habet vitam? Eua nanque transfertur in vitam: dixerat nanque Deus: In quocunque die comederis, morte morieris: Et nunc in præsentiarum dicebat, Puluis es, &*

Homo in statu innocentiæ mortis expers.

Molina.

Genes. 3.

Rupert.

es, & in puluerem reuerteris: Quid ergo insanimus, quàm in illo tali causa illam nuncupare Euam, id est, vitam? dicere matrem cunctorum viuentium, eam, quæ potius est mater cunctorum morientium?

121. Excepit hospitio tres viros Abraham, & prandio finito, cùm accingerentur ad eundum, surgentes *Direxerunt oculos suos contra Sodomam, & Abraham simul gradiebatur deducens eos* Genes. cap. 18. vers. 16. (Gen. 18.) Vt quid Angelos comitatur Patriarcha? Num, vt integrè officiosus appareat, qui non solùm hospitibus mensam, & thalamum præparauerit, sed etiam in viam se dederit cum illis? Sanè & horum gratia: nam & vrbanitas cum vera sanctitudine coniuncta; rusticitas, & erga peregrinos supercilium, latentis naturæ vitium est, non est bonitatis argumentum: (*Vrbanitas cum vera sanctitate coniuncta*) Placet Oleastri aduertentia: (Oleast.) *Abraham* (inquit) *ibat cum eis: Sancti viri, non solùm sancti sunt, sed etiam vrbanitatem norunt: abhorret Dominus à sanctis incivilibus*: Verùm Abulensis opinatur, (Abul.) Abrahamum Angelorum socium factum, quòd putaret eos transitem ignorare, qui Sodomam ferret? *Abraham* (ait) *simul gradiebatur deducens eos, idest, demonstrans iter quasi ipsi ignorarent*: Quod etiam Caietanus, (Caiet.) & Aloysius in catena: Sed excusemus (Lippom.) Abrahamum Angelos docere, quoniam latebat eum de spiritibus esse, cùm sub forma humana intueretur: cur ipsi Angeli permiserunt, vt de via instrueret Patriarcha? cur non sibi notas semitas significarunt? anne & fuit aliqua ignoratio in mentibus beatis? tam abstrusi calles, qui Sodomam ducerent, vt etiam apud Angelos errandi periculum? imò verò patentes semitæ, quales esse consueuere, per quas itur in magna oppida: Nónne hi iidem Angeli absque duce peruenêre in loca, vbi Abrahæ tabernaculum; cùm tamen absconderetur? nam in valle Mambre latebat, & fortasse circum erant nemora, atque syluæ occultantes prospectum? Qui igitur absque præuiante magistro deuenêre in loca arcana, potuêre faciliùs in Sodomam deferri: nam in aperto posita vrbs populosa; Arbitror quidem Angelos dissimulasse ignorantiam: sed, quem in scopum? Nempe, ex plurimis damnis, quæ peccatum consequuntur, de præcipuis, quòd menti caliginem, & tenebras offundat: Atque sibi vt noceret solùm peccator, tolerandum esset, coguntur & alij malum experiri: Itaque tam densæ illæ tenebræ sunt, quæ non solùm nocte demergant impios, sed appropinquantes quosque excutiant: Angeli igitur, vt significent, nè & ipsos à tanto inquinamento vacuos quodammodo, Sodomam perrecturi, ducem viarum adsciscunt; innuentes, tantam esse caliginem peruersorum, quæ & semitas confuderit in tantum, vt ne ipsi Angeli satis discernere, quò ambulandum esset absque discrimine, valerent: Quare Abrahæ tecta, etsi vallibus latentia, quoniam tamen ibi nihil de peccati vmbra horridioris, sine præceptore ipsi marte suo reuelauerant: Sodomam autem, quamuis in aprico sitam, quoniam & libidinis efferuæ, & aliorum vitiorum caligo semitas ab oculis subduxerant, nisi iuuante comite, & præmonstrante rectos tramites, petere ausi non sunt.

122. *Locupletatus est Isaac, & ibat proficiens, atque succrescens, donec magnus vehementer effectus est*, Genef. cap. 26 vers. 13. (Genes 26.) Inuidit fortunato Abimelech Rex Geraræ, dixitque ad Isaac: *Recede à nobis, quoniam potentior nobis factus es valdè*: O nunquam sine formidine tiaram! Si quis extollitur, si quis locupletatur, timor, & tremor venerunt super eum, qui sedet in regni throno superbus, ne veniat aduersùs illum cum viginti millibus, quando ipse cum decem millibus tantùm occurrere possit; Quid dicam trepidare Reges ad famam maioris potentiæ, quando & puero nato turbatur Herodes, & omnis Hierosolyma cum illo. Sed relinquamus hæc, & intueamur, quid insuper egerit Abimelech: Sanè & Palæstini, quos foderant serui Abraham puteos & ad Isaac spectabant, obstruxerunt implentes humo: At, elapsis diebus aliquot amicitias inire cum Isaaco visum Regi; & alloquutus suo, fœderatorúmque nomine, *Sit iuramentum* (ait) *inter nos, & ineamus fœdus, vt non facias nobis quidquam mali; sicut & nos nihil tuorum attigimus, nec fecimus, quod te læderet. sed cum pace dimisimus auctum benedictione Domini*: Expende nunc horum verborum ordinem, & concentum, & reperies, Dynastam mente penè amotum: nam certè, omne à subditis eius iniuriam recepit Isaac, qui puteos oppleuerant immunditiis: Nónne coactus subitò sedes permutare non sine armentorum, & pecoris detrimento, neque absque numerosæ familiæ incommodo, cùm non fuit expeditum continuò reperire vbi tot, & homines, & animalia inuenirent quæ ad victum & voluptatem desiderabantur? Quomodo igitur his affectum nocumentis, illæsum abiisse affirmat? *Sicut* (ait) *& nos nihil tuorum attigimus, nec fecimus quod te læderet*: Deinde & imprudens, atque stulta fuit prior oratio: *Recede* (inquit) *à nobis, quoniam potentior nobis factus es valde*: Verùm, si multò potentior, quæ politia est, robustiorem prouocare, indicendo exilia & peregrinationem: Quid, si propterea excandescat fortior armatus, bella moueat, & non recessisse contentus, eripiat ciuitates, & agros? Chrysostomus hom. 52. in Genesim: (Chrysost.) *Sit*, inquit, *iuramentum inter nos, & inter te. Deinde dicunt, & tale iuramentum fieri volunt: Et ineamus fœdus tecum, ne feceris nobis malum, sicut nos non sumus te abominati: Vide, quomodo pugnantia inter se præ mentis angore, & turbatione loquantur*: Talia igitur sunt peccatorum ratiocinia, sine glutino, & cohærentia, quæ mentem cardine amotam innuunt: Sic loquitur quisquis est velut Rex Geraræ, Abimelech; id est tyrannus atque oppressus, libidinis mancipium, simulacrorum superstitiosus cultor.

Latitabat in spelunca Elias, & de fugæ causa 123.
interrogatus: *Zelo zelatus sum* (inquit) *pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filij Israel: altaria tua destruxerunt, prophetas tuos occiderunt gladio, derelictus sum ego solus*, &c. Reg. 3. c. 19. vers. 14. (3. Reg. 19) Proh solitudinem Ecclesiæ Israëliticæ, vastationem inauditam, cùm de veri Numinis adoratoribus vnus tantùm superstes relictus! Non est diuinæ gubernationis vsus, tantam iustorum orbitatem permittere: neque opinor etiam Iezabele sæuiente, ad iam paucos reuocatum piorum numerum in Israël: Habeo meliorem Eliæ testem Deum ipsum: *Et derelinquam mihi* (inquit) *in Israel septem millia virorum, quorum genua non sunt curuata ante Baal*: Si igitur fidelium tam copiosa messis in Israël, quamobrem affirmat Elias, relictum se tantummodo? Scilicet ignorabat adhuc & tantam multitudinem Deo veru relictam? Sed, quomodo latere ista poterant eum, qui velut communis Prouin-

ciæ parens habebatur, currus, nimirum, & auriga Israel? Deinde & Propheta eximius erat, cui & Numé ftarum Ecclesiæ aperiret · Timeo quidem, Eliam aliquid humanum passum, & inter speluncæ angusta latera pompæ, illecebrarum, gulæ victorem, superbiæ aura afflatum: Difficile pertinax supprimere vitium, quod de ipso pallore, atque maciæ quandoque oritur: Itaque in præclaris facinoribus sibi complacens, elationi succubuit; superbiam autem ignorantia sequuta; & ille, qui quondam incerta & occulta diuinæ menti penetrabat, nunc cùm septem millia sint in Israël, qui ante Baal genua non inclinauerint, putat Elias se solum derelictum, qui pro Domino exercituum zelet: O quanta est hallucinatio mortalium! atque illi putant sibi solis traditam doctrinæ clauem, extra suas exedras reliqua adulterina esse, & neotericæ istis apud se tantùm reperiri veterum Monachorum gloriam, vigilias, ieiunia, cilicia, cæteràsque macerationes: Nunquid vos meliores Elia? & tamen ium arbitratur se absque sociis derelictum, quando non mediocris aliquis hominum numerus, sed inueniebantur septem millia virorum ab ethnicismo immunes? Audiamus Rabbanum apud Glossam auctiorem in præfata ex Regum Historiis verba · *Tanto* (inquit) *Propheta quid difficile fuit cognoscere, in hoc mundo famulos remansisse Deo? Sed, quia humilis etiam occulta Dei nouerat, elatus & aperta nesciebat: vnde certum est, quod humilitatis radio se illuminat, qui aliorum bona subtiliter pensat: quia, dum ea, qua ipse fecerit facta foris & ab aliis conspicit, eum, qui de singularitate intus erumpere nititur, superbiæ tumorem premit. Hinc est, quod voce Dei ad Eliam solum se æstimantem, dicitur: Reliqui mihi septem millia virorum, vt dum non solum se remansisse cognosceret, elationis gloriam, qua ei de singularitate surgebat, inclinaret*: Annectam Petri Damiani sententiam serm. 2. de sancto Vitali · *Propheta erat Elias, & sæpè mysteria superna cognouerat: Quid ergo difficile fuit agnoscere in mundo fideles Deo famulos remansisse? Sed hinc soliciter intuendum est, oculum cordis elatio quam nequiter claudat.*

Rabban.

Petr. Dam.

124. Lenibant, absente Domino mœrorem piscando Apostoli, & inopinatò apparuit ad marginem Tiberiadis Præceptor: bæcebant Discipulorum lumina, neque agnoscebant, cùm Ioannes prorumpit, & dicit Simoni Petro, *Dominus est* Ioan. cap. 21. vers. 7. Sed, cur non Petrus ante omnes animaduertit? Nónne enim his, atque illis incerta opinantibus, & dicentibus quibusdam Eliam, nonnullis Ieremiam, aut vnum de Prophetis; cùm & Apostolorum schola interrogata, Petrus vnus inter commilitones gloriosa confessione enituit, affirmans Filium esse Dei viui? Cur nunc hebetior solito, & in humanitate cognoscenda lentus? Chrysolog. serm. 78. de septima Christi manifestatione: *Quæ res illam Petri sic tardauerat mentem, vt ab alio audiret Dominum, qui cæteris consueuerat nunciare? Vbi est illud ipsius singulare: Tu es Christus, Filius Dei viui? Vbi est? In domo aufugerat Caipha Principis Iudæorum; tardius suum Dominum videbat, qui vocem facile ancilla susurrantis audiuit* Itaque Chrysologus autumat, diminutum in Petro acumen ob peccata, quæ commiserat, Seruatorem negando: at, nonne hoc crimen Simoni condonatum fuerat simul ac fleuit amarè;

Ioan. 21.

Chrysol.

Quid igitur lumen auertat, & hebetet? Nempe, vt quanta ea sit caligo, intelligamus, quam peccatum affert, quæ ne delicto sublato recedit, sed manent antiquæ malitiæ vestigia: ideò Petrus, qui ante passionem, priusquàm offenderet, etiam de Diuinitate Ioanne obmutescente testimonium exibuit: post negatum Redemptorem, ne humanitatem agnoscit, antequàm à socio edoceatur.

Animaduerte Apud Matthæum, singularem loquendi visum, c. 8. vers. 11. *Dico autem vobis, quod multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno cælorum. filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores · ibi erit fletus, & stridor dentium*: Dixi singularem in loquendo visum, quod tenebras exteriores appellet, cùm magis intimiecas dicere oportebat? nam ibi caligo, atque nox, vbi lucis nullum iubar nulli radij: lux autem à foris est, clausa tenebræ occupant, extra cælum, & aetis ambitus, ac proinde aut Solis tota interdiu, aut Lunæ, atque stellarum ignes post vesperam hæc autem omnia splendorem afferunt · Nequeunt igitur vmbræ exteriùs dominari: Quid itaque tenebræ exteriores, vbi fletus, & stridor dentium? Fateor quidem, vbi Olympus apertus est, lucem regnare; sed non ibi tamen omnibus clarita, nisi illis in quorum cordibus, & ore non est inuentum mendacium, atque prauitas & corruptela: peccatores autem quoniam cæcutiunt, vbique noctem offendunt, & intra penates, & exterius quoque, etiam in medio foro, vbi nulla Phœbi aut syderum obstacula: Sed acerbiores his & toleratu difficiliores exterioris caliginis vmbræ; quippe grauiter tulére communi beneficio spoliatos iri, & ibi negatum lumen, vbi concessum vniuersis: Amandat igitur in tenebras exteriores Iudex, quò magis affligat nox: Concinnè Hieronymus in telatum Matthæi caput: *Tenebræ semper interiores sunt* inquit, *non exteriores*: sed, quoniam qui à Domino foras expelluntur lumen relinquunt, idcircò *exteriores tenebræ nominatæ sunt.*

125.

Matth. 8.

Hieron.

Apud Dauidem aliquis de impedita semita conquestus: *In via hac,* (ait,) *qua ambulabam, absconderunt laqueum mihi, considerabam ad dexteram, & videbam.* Psalm. 141. vers. 4. Sed, quid prospexerat in tramite? Laqueum, nempe, & muscipulam: & hoc, inquit, quoniam *ad dexteram considerabam*? Quid, si ad sinistram deflecteret lumina: nonne quoque laqueos animaduertisset? Puto, sicut manus duas fortius homo, ita & oculos duos, vt quæ à læua ponantur, intueri valeat non minus, quàm iuxta dexteram locata: Quod ergo sacramentum innuat, cùm asserat, proptereà vidisse, quoniam à dexteris considerauit? Meminisse oporteat, quæ Iudex in tempore magni Examinis statuet à dextris, quæ à sinistris: nempe, dexterum latus muniet piorum religiosa turma: à sinistris stabunt vinculis tradendi æternis cum Satana, & Angelis eius omnes in peccato morientes: Ergo dum affirmat, vt videret, vt aperirentur oculi, ad dexteram conuersum se: significat iustitiam sequutum: alioquin, si amasset à læua positos, eósque æmulatus & nequitiam ipse dilexisset, sanè luminibus illicò captus non videret, ac proinde in laqueum incideret qui iuxta viam posituserat: Fugiat sinistram, peccata detestetur, quisquis videre cupiat: Augustinus præclarè in dictos Psalmi versus: *In*

126.

Psal. 141.

August.

 Oro dexteram

dexteram (inquit) *considerabat, & videbat; in sinistram qui considerat excæcatur. Quid est in dexteram considerare? Ubi erant illi, quibus dicetur, Venite, benedicti Patris mei, possidete regnum: Erant enim quidam in sinistra, quibus dicetur: Ite in ignem æternum, qui paratus est Diabolo & Angelis eius. Frementi ergo toto mundo, & minante persequutionibus, crebrescentibus vndique insultationibus hominum, atque terroribus; ille contemnens præsentia respiciebat in futura, attendebat in dexteram, vbi futurus est, vbi esse meditabatur; illuc attendebat, & videbat, & ideo omnia ferebat: illi autem, qui persequebantur, non videbant.*

127. Sed miraris, videre eos, qui ad dexteram considerant, cæcutire ad læuam flectentes lumina; vide & simile discrimen in Paradiso: Postquàm homo deliquerat, descendit Creator in Paradisum, & deambulabat ad auram pòst meridiem, Gen. c. 3. vers. 8. At legunt Septuaginta, deambulasse *ad vesperam*. Verùm, si paulò post meridiem vt vulgatus innuit, eo scilicet tempore, quo qui post matutinas epulas dormierunt, de stratu consurgunt, & refrigerantur à leui susurro blandioris venti, cur inclinato die ex septuaginta Seniorum translatione? altera hora lucida est, & splendens; altera caligans, & noctis prænuncia; An igitur constans vtraque narratio? Ita sanè: quippe Deo fulgens tempus erat; Adæ autem, & feminæ insidiatrici sociæ, vmbrosum: Itaque Deus qui ad dexteram considerabit, videbat, & in splendoribus erat. protoplasti, qui ad sinistram cum peccatoribus per transgressionem legis, deflexerant, cæcutiebant, & illis vespera, atque obscuritas incubabat. Colligo ex Ambrosio lib. de Paradiso, cap. 14. *Ergo, cum legit peccator has Scripturas diuinas, audit vocem Dei quasi deambulantis ad vesperam; Quid est ad vesperam, nisi quia culpam suam serò cognoscit? & serò venit quædam erroris præteriti verecundia, quæ errorem præuenire debuerat?* Verum eandem sequutus translationem in Psalm. 39. ad illud: *In capite libri*, &c. . . . riùs pronunciauit: *Denique in Paradiso, vbi semper matutinus erat dies, vesper est factus; quoniam omnia peccata tenebrosa sunt.*

Gen. 3.
Septuag.

Ambros.

128. Sed demus, (quæ solida interpretatio est, vulgati editorem à septuaginta Senioribus non discrepare, & idem per ambas versiones significatum, nempe, finientis diei exitum, quando de montium altissimis apicibus maiores cadunt vmbræ, & Phœbus properat sorori locum dare; quare ad decimam horam ex antiqua horarum distributione referunt Procopius, Strabus, Abulensis, Nicolaus? cur non sub plena luce hortum voluptatis ingressus C[illegible], quãdo in cæteris imitatus hominẽ, quamobrem non & in istis? nam, quibus pomœrium inuisere g[illegible]tum, id potissimùm auent, florum varietatem, & pulchritudinem ad amussim contemplari, areolas, & in his mille topiarij a[illegible]es, & scientiam cum natura iucundè decertantem perfectè intueri; Ergo, cùm in speculatione hort[illegible] deliciæ, quorsum tempus elegerat [illegible]nebrosum, quando nox iter suum peragens incipiebat omnia velare, & latebant turis beati [illegible]niuersa ornamenta? Accipe singularem [illegible] Grego[illegible]o Romano traditam regulam lib. 2 Moral. c. 2. *[illegible] libri* (inquit) *quomodo sacra eloquia in exordio nar[illegible]ationum exprimant, terminósque causarum. aliquando nanque à positione loci,*

Procop.
Strab.
Abul.
Nicol.

aliquando à positione corporis, aliquando à qualitate aeris, aliquando à qualitate temporis signant, quid de ventura actione subiiciant: Quorum omnium deinceps suppeditat exempla, Sumam nunc de tempore solùm: *A qualitate quoque temporis, [illegible] finis exprimitur actionis; Sicut non rediturus ad veniam, ad traditionis perfidiam nocte Iudas exiisse perhibetur, cùm egredienti illo ab Euangelista dicitur: Erat autem nox, hin & [illegible] quo Iudici dicitur, Hac nocte repetent animam tuam abs te; Anima quippe, quæ ad tenebras ducitur, non in die repeti[tur], sed in nocte memoratur.* Greg. Pap.

hoc igitur canone habe quæsiti facilem [illegible]nodationem, nempe, à temporis cir[illegible] sta[illegible] animorum status colligendus erat: quoniam ergo per delictum in [illegible] da intrauerat ignoran[illegible] [illegible]x, densæque tenebræ mentis arcem [illegible]cupauerant, hoc [illegible] Creator, non mane, non Phœbo ad altitudinem deuecto, viridarium ingressus, sed ad vesperam, cum vmbræ, & ca[illegible] starent. Innuit alibi Gregorius libro [illegible] delecet Moral. 28. cap. 2. *Quid est enim, quod post peccatum hominis in Paradiso Dominus iam non stat, sed deambulat, nisi quod irruente culpa, se a corde hominis motum demonstrat? Quid est, quod ad auram post meridiem, nisi quòd lux feruentior veritatis absciesserat, & peccatricem animam culpæ sua frigora constringebant?*

Reuertamur iterum ad diuisam à cali[gi]ne lucem: *Vox Domini* canit Psalm. 28. *inter[ci]dentis flammam ignis*; Equidem subtilem, & acutam in primis oportet esse vocem, quæ [illegible] incendia valeat separare: Verùm, quid non Dom[illegible] possit, gladio ancipiti penetrabil[illegible] At quæ [illegible] sunt in flammis disiungenda? Arbitr[illegible], vim il[lu]minandi, vimque exurendi: Et de pec[cator]ibus loquutus Dauid; relinquetur illis ad t[illegible], quod in ignibus crudele, & exosum est [illegible], depascat viscera sine fine, torqueat inf[illegible] auferetur quod luminosum & fulge[ns] est: [illegible]te: Quoniam omnis peccator in tenebris in no[c]te est. Egregiè Basilius Magnus in nuncupatum Psalmum: *Longè est admirabilius, ignis naturam intercidi, quam mare rubrum in partes diuidi, Attamen Domini vox, ignis sibi continenter cohærescentem, atque vnitam naturam intercidit: quanquam igitur indiuisibilis, & insecabilis humanis sensibus videatur ignis: veruntamen ad præceptum Domini interciditur, ac diuiditur: existimo autem, quod ignis ad supplicium Diabolo, & Angelis eius paratus, Domini voce interciditur, quoniam duo sunt in igne pot[enti]ssima: vstiua vis, & illustratoria: & [illegible] prior ignis, acerrima quidem ad pœnas irr[illegible]ndat, reposita est iis, qui vstione sunt digni: altera, nempe, splendissima sui luminis diffusiua, velut [c]ortè succedet iis, qui claritate perfruituri sunt gaudupere inte. Vox itaque Domini intercidentis flammam [ign]is, ac diuidentis: ita vt obscurum quidem sit ignis supplicij: vt verò comburendi careat lux illa refectionis*; Ergo Salomon, quondam mortalium sapientissimus, mox vt conspurcauit animam suam, cœno omnis immunditiæ volutatus; amisit pulcherrimam animæ gemmam, repetente Numine ab indigno, atque ingrato, quam scientiam morigero concesserat.

129.
Psal. 28.

Basil.

SECTIO

SECTIO XIII.

Ab exprompta Bacchanaliorum diebus Eucharistia, suis armis confossus, & fugalatus Diabolus.

130. Greg. Rom. PLacet valdè consideratio Gregorij Papæ Cãticorum Prologo; *Hinc est (ait) quòd in libro hoc, qui Canticum Canticorum inscribitur, amoris quasi corporei verba ponuntur, vt per verba amoris, qui infra est, excitemur ad amorem, qui supra est. Videmus quidem, quam mirabiliter, quam misericorditer nobiscum operatur, qui, vt nos ad amplexus sacri amoris accendat, vsque ad turpis amoris nostri verba se inclinat;* Itaque Gregorio id in hoc Epithalamio stupendum, dignumque, quod omnes admiratione celebrent visum, nempe, quando scopus sit, animam Deo per ardentissimæ charitatis nexus coniungere; eo tamen vti adminiculo, quod fini potissimum aduersari videbatur, scilicet, amoris corporei lingua & phrasibus; nónne enim ad libidinem hæc potiùs incitent? nónne exitiosa fatura, quæ mansit diuini incendij materiam. Verùm hæ magni Numinis artes eximiæ, ea ad salutem ordinantis, quæ læsura iudicabantur, & de toxico facientis antidotum saluberrimum. Quibus hæc accommodabimus: Eucharistiæ nobilissimo triumpho de Bacchanaliorum intemperantia. Vidit nostra Societas quoniam omnis ferè caro corruperat viam suam; vidit ex plebe Christiana partem haud modicam, non intra penates oon in vrbium angulo aliquo, sed palam, & vbi confertissima multitudo, ea exercentem, quæ vix Ethnici per Lupercalia dum patrauerint dominabatur ingluuies passim; sedit populus orthodoxus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Illo, impulsore Christo, instituit vt in Domibus summi Sodalitij per quadraginta horarum interuallum, quo fieri posset ornatu, atque pompa, O[illegible] Hist. [illegible] lib. 10. n. 10. præpararetur mensa aduersùs eos, qui tribulabant pacem animarum; quanto id fructu, boni omnes nouerunt. Verum, quæ ars, aut prudentia ad carnis extinguenda opera, Carnem, & Sanguinem exhiberi vino & dapibus, gulæ fremitu sic ardore? Nonne magis talibus fomentis inualescet voluptas comessandi. Sed Verbi, debuit esse talis victoria, tam inclyta, atque superba, vt Carne carnem extruderet, iisque gulam suffocaret, quæ incrementum allatura videbantur. Si oculo, & mensa pugnat Diabolus; & cibo, & mensa superandus a Filio Dei.

131. Gen. 21. Tandem optata sobole donatus Abraham, lactauit genitrix ipsa magna cura: & cum ab vberibus dimouere tempus, fecit pater *grande conuiuiũ in die ablactationis eius.* Gen. c. 21. v. 8. Quid agis, Patriarcha! aut quod hoc tuum consilium est: Velis ne deinceps puer mammosus sit: vt solidioribus assuescat? & hoc consequutus ciborum atque opiparum tei [illegible] instinctu. Bene ista si delicarum euadere infantem cupido est: noruit quippe testam recentem primum odorem conseruare diu: Si igitur, quæ porriguntur primitiæ cibi, de suauioribus sint, ad has etiam grandior factus anhelabit Isaac, amoue a puero splendidum epularum apparatum: præbe de amaris, ab [illegible] aut naturæ aliud, si lactea, & voluptuosa odisse desideres: Atque sanè Augustino tam difficile visum, vt hoc genere medicamenti a lacteis depellere Abrahamus conatus sit, vt propterea huius loci non posse historicum capi sensum dixerit tom. 4 lib. 1. quæstionum in Genesim, q. 5[illegible]. *Merito quæritur, cur Abraham, nec die, quo natus est ei filius, nec die, quo circumcisus est, sed die quo ablactatus est, epulum fecerit? quod nisi ad aliquam spiritualem significationem referatur, nulla solutio quæstionis est: Tunc, scilicet, esse debere magnum gaudium spiritalis ætatis, quando fuerit factus homo nouus spiritalis, id est, non talis, qualibus dixit Apostolus. Lac vobis potum dedi, non escam, nondum enim poteratis; sed nec adhuc potestis, adhuc enim estis carnales:* Suggessit Rupertus lib. 6. in Genesim, c. 19. aliquid ad præsens institutum floride accommodum; *Illic profecto grande conuiuium est (inquit) cum destituti lactetis, id est, infantilibus ritibus, verbi gratia, brutorum animalium sacrificiis; traducit suos ad vnicum, & verum sacrificium Corporis, & Sanguinis sui; Igitur, si quidem simplicem sequamur litteram, leuia sunt hæc. si autem interiorem sentis spiritum multum attinet ad rem narrari: quia creuit puer, & ablactatus est, & quia fecit Abraham grande conuiuium die ablactationis eius,* Innuit igitur Rupertus, per viuifici Corporis institutionem, abolendam veteris populi ingluuiem: nam omnis eorum voluptas in manducando, & bibendo, & sine his neque victimæ, neque solennitates apud illos: Præclare itaque hoc adumbraturus Abraham, non de amaris aliquo, non contrariu vsus est antidoto, facturus vt Isaac mollia, & delicata contemneret: sed ex omni dapsili mensam instruxit; significaturus nimirum venturi Seruatoris gesta, qui vt à carnalibus, & Hebræos, & Ethnicos auocaret & posterioribus sæculis nationem Christianorum, Carnem suam dedit illis in escam & Sanguinem in potum: videlicet, per homagine [illegible] tant triumphans, & suffodicans inimicum [illegible].

August. Rupert.

Præbeat [illegible] fortis [illegible] specimen Iuditha supra virorum strenuissimos robusta femina [illegible] patriæ [illegible] eradem, processit inter armatos cent[illegible] Holofernem alloquutura [illegible] Ducem: Quæ pepulère mulierem? Cur ad Assyrios transiit? Fulgentius epist. 1. c. 14 *Egreditur (ait) casitas oppugnatura lasciuiam.* Hic matrona sinis, Cupidinis sagittas, & arcum frangere; Sed quali [illegible] tantum facinus accingitur? Percipe ab August. serm. 229. de tempore, qui in Appendice 6[illegible] *Aqua corpus abluit, pendulas aureas dimittit, suspendit, fuentes sinus purpurea vestis gemmato col[illegible] pectore, casto vultu prius dimicatura, quam ferro M[illegible] illum vela semper pudori aduersa, hostem ferire didicerunt.* Vide elegantem ornamentorum descriptionem Iudith cap. 10 vers. 2. Sed, nunquid his debellanda modis Cytherea? Ergo in odem [illegible] dextraliola, & lilia, & inaures, & annulos, & sandalia, & myri optimi vnguenta, & mitram, & vestimenta iucunditatis? Si marti Amorum indicendæ inimicitiæ, atque ita præstat, vbi cilicinus amictus, cutis maceratio, & pia ieiuniorum tormenta? His itur ad con[illegible] non autem in comessationibus, & ebrietatibus cum Holoferne: non in cyclade, quæ bene olet a stacte, casia balsamo, & pretiosis quibusque mixturis. Verum tantæ mulieris excellenti gloriæ non satis vicisse luxuriam, nisi & nobilissimo triumphi genere superauerit: est autem omnium cu[illegible] [illegible]ma victoria, quæ aduersarium suis sep-

132. Fulgent. August. Iudith 10.

cidat armis; ergo luxuriam Iuditha prosternit; sed iis, quæ ...pem veneri allatura iuuicabuntur; non ieiunius sed ... ibo: non silentio, sed confabulatione: non horrido & contempto amictu, sed stola byssina à primis vnguentis fraganti: Venustè August nus, vnt quòd quis alius nominaul sermonis Auctor: *Monilium tela semper pudori aduersa, hostem ferire didicerunt*: Ergo auxiliata sunt pudori; luxuriæ contradicentia fuère ea ipsa, quibus vsus castitatem oppugnare, libidinem pro aris & focis rueri; Igitur, qualis processit Iuditha Holoferni necem datura, talis procedit Mater Ecclesia Diabolum superatura in huius Sodalitij nominis IESVS templis per Bacchanaliorum dies, mensam apparat omne delectamentum suauitatis in se habentem, vt gulam, & delicias frangat: calicem propinat ebrietatem domitura; & inimico quondam auxiliantia, in eius perniciem conuertit: Denique & Iudithæ quàm felix stratagema, exitus declarauit, abscissum Holofernis caput, & inconsolabilis Assyriorum planctus: Atque hoc propè diuinum supplicationis quadraginta horarum inuentum auctorem habuisse Spiritum sanctum, vberes commonstrant in dies fructus.

133. Sub Iudæ in primis typo de Christo præclarissima vaticinatus Iacob Patriarcha, cùm icet sub vmbras. Illud refero ad Eucharistiam: *Lauabit* (inquit) *in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum*. Genes. cap. 49 vers. 11 Ac sanè vltima particula quæ de cruore est ionui mustum rubrum dicunt Tristatus quæst. 4. in allegatum caput, Oleaster in citata à nobis verba, & significat non leuiter Chaldæus Paraphrastes inquiens: *Purpura optima erit vestimentum illius: operimentum eius erit sericum tinctum coccino*: Ergo, si liquor de rubicundo Baccho, vt quid in his amictum sluxerit; ad pulchritudinem, an ad sordes? Sanè ad ornatum; nam hoc indutus ferebatur cùm exclamauit Isaias cap. 63. vers. 1. *Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suæ*. At, quo pacto vinum rubrum indumenta ... ecerit cùm decturpare potiùs soleat? Verùm hæc est Christi magna potestas, vt quæ commaculare videbantur, illa abstergant, & mundent, & nitidiora reddantur vestimenta ab illis, à quibus infici metus erat: De Christi Corpore, & Sanguine posse religiosè hæc accipi verba monuit Diodorus in catena Græca: *Vestimenta vino maculari solent, at sed quemadmodum luto oculos sanauit, atque aperuit; & morte sua non mortis vim addidit, sed mortem extinxit; ita vino vestimenta lauabit: Si quis vero sanguinem vuæ ad Seruatoris mysticum Sanguinem, & stolam ad dominicam Carnem referret, illius sensus tanquam pius non aspernandus esset*; Certè vestis Christi Ecclesia est, quæ beato Petro Alexandrinorum Episcopo, quasi ab Arrio hæresum Patriarcha conscissa per visum ostensa fuit: Hæc quondam fulgens, & splendida, tanquam nix, quando credentium cor vnum erat, paulatim negligentia Catholicorum sordidior reddita est; ergo pristinæ claritati rest tu... Saluator, vino, eòque rubro, nempe. sacratissimo Sanguine suo, lauit: & timebant stulti, ne fœdaret magis; tantùm absuit à commaculando, vt redderet id ad miraculum pulchram, atque placituram; Sed inquis: Calix iste inebriauit mentem, de quo & continuò rector superbè gloriatur apud Dauidem Psalmo 22. *Et calix meus inebrians quam præclarus est*! Quomodo igitur Ecclesiam putam, & sine labe reddidit per vinum, & ebrietatem? Reddidit quidem, neque aliud fuerit remedium ebrietate eius: O sanctam, optandamque ebrietatem, de qua P. Augustinus in præfata Psalmi verba: *O poculum tuum* ait) *obliuionem præstans priorum vanarum delectationum, quam præclarum est*! Ad h... inebriauit IESVS meus, vt ipsam ebrietatem ... sciremus: vt in posterum videremur, non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati: Ad hoc m... vitos Societatis suæ, qui de alto cla... dies Bacch... maiorum, *Et vocent ad arcem* ... *ma ... Si quis est paruulus veniat ad me* ... *Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis* Prou. 9. 4.

Ac mihi quidem in his contigisse ... videatur ... quale in arbo... um ... ione ac... te soleat; Non erit indigna ... atio, ... do & ea Paulus vtitur Epistolæ ad Rom... s, cap. 11. Sacramento autem Corporis ... commodat egregiè Areopagita Dionysius de ecclesiastica Hier... chia, cap. 3. *Per hanc* ... *beneficam clementiam ad parti ipsati vem* ... *rùmque bonorum inuitat genus humanum* ... *tur ipsius sacratissima transferantur vita, ipsam* ... *tam sui effigurando, veraciter consortes Dei* ... *rùmque participes efficiuntur*. Si... Dionysi... ci, quo de Communione, & Synaxi ... Christo infertatur, hortatur. Est au... mùm considerandum ... bilitu... o ... i ... temptamelytu ... pan ... bolen, ... Gentgicorum ...

Inseritur vero ex fœtu nucis arbutus horrida,
Et platani ... s malos gessère vale ...
Castanea fagos, ornúsque incanuit albo
Flore pyri, ... landemque sues fregère sub vlmis.

Lege apud Plinium lib. 15. cap ... & ... cap. 14. Quamobrem, quod Apo... R... manos ... bens, cap. 11 vers. 17 ... ad ... natum potius sapere ... inquiens: *Quod si aliqui ex ramis ... autem, cum oleaster esses, insertus es ... cius radices, & pinguedinis oliuæ factus es, ... d m...* ... stenium, plusquam ad rem rustica... Origenes ... adueitit lib. 8. in ... *Sed ne hoc quidem lateat nos in ho* ... *eo ordine Apostolus ... olea* ... *posuit, quo apud agricolas habet* ... *oliuam oleastro* ... *cre, & non oliua oleast* ... *lem; Paulus verò apo* ... *auctoritat* ... *mutato, res magis causis, quàm causas* ... Et Glossæ Auctor breuiter; *Bona enim arbor in non bonam inseri solet: hic non bona in bonam*: ... contemplare sedulò naturæ stupenda ... enim cogitauit, ab oleastro enasciuntur ... dulcem, atque suauem? platanum ster... tutum malos valentes? Nonne q... tus, & vna à radice, oportebat ... ei natura participare, & non ... nis naturam totum stipitem: Nunc, ... Societatis homines facere dignatus Serua... considera. In anni sylua vniuersa nulla ... arbor Bacchanaliorum diebus, Deum immo... lem? quàm abominandos fructus producebat lignum detestabile! luxuriam, gulam, compotationem, aleam, iracundiam, omnia de Gentilismo: Miseratus Redemptor tam immanem aduersariugum

[illegible]

Bernard.

[illegible]

135.

Sedul.

[illegible]

Amos 6.

136.

Exod 16. Num. 11.

[illegible]

...nducarent quippe ...ae beatissimae, quae cum Divinitate commun-

...Furoris gladium Dominus, nec sustinebit.

Oo 5 qui

qui de eius Corpore manducant, interbas [illegible] hantes numeratur.

137. Sed vrgeamus [illegible] superiùs structum [illegible], vt stabiliuerit Sacramentum per ea [illegible] subministratura videbantur, & exitium ipsum in salutem conuerterent. [illegible] Hebræorum clancularios hospitio [illegible] stabularia Rahab; promisêre incolumitatem capta vrbe: Verùm inquiunt, *[illegible] a iuramento hoc, quo adiurasti nos, [illegible] ingredientibus nobis terram, signum fuerit funiculus iste coccineus, & ligaueris eum in fenestra, per quam demisisti nos.* Iosue c. 2. vers. 17 Sed, quid purpureus [illegible] Pacem, videlicet, & bonam fortunam [illegible] cauponariæ cum inhabitantibus [illegible]: Suffragatur Ambrosius lib 5. de fide. c 5 *Vidit hoc meretrix & quæ [illegible] excidio [illegible] remedia [illegible] speraret salutis; quia fides vicerat signa [illegible] atque vexilla dominica Passionis attollens, coccum in fenestra ligauit vt species cruoris [illegible], qua foret mundum redemptura, vernaret. Ita foris [illegible] nomen fuit præliantibus ad victoriam, intus species dominicæ Passionis periclitantibus ad salutem; vnde quia intellexit Rahab ea esse mysterium, [illegible] Dominus in Psalmo: Memor ero Rahab, & Babylonis scientibus me.* Est vero Psalmus 86 vbi & Augustinus [illegible] arcanum coccineæ vittæ exponit: At mihi difficile, quod fœderis pignus sanguineus [illegible], quippe cædi, [illegible] fundendi consueuêre in castris [illegible] rubentia signa, de quibus vide nostrum R[illegible] locorum 1. lib cap. 1. [illegible] & [illegible] per sanguinem initi [illegible] Minutius Felix in Octauio. *Ipsum credo docuisse*, loquitur de Saturno [illegible] *sanguinis fœdere coniurare Catilinam; & Bel[illegible] seruum suum haustu humani cruoris imbuere;* [illegible] & Redemptor hominum [illegible] mu[illegible] milites aduersùs Principes tenebrarum harum, vt decertarent cum [illegible] idolatria fidenter, potauit de sanguine [illegible], *Hic est calix* (inquit) *nouum Testamentum in Sanguine meo, qui pro vobis fundetur.* Luc. cap. 22 vers. 20 Quomodo [illegible] purpurea redimicula in [illegible] latebit in purpura mysterium dominici Cruoris: proinde [illegible] conuersa [illegible], & quæ ad bellum ordinata fuerant, paci [illegible] ideo quæ stragem afferre [illegible] domui Rahab, incolumitatem attulere [illegible] & Bacchanaliorum quoque portenta! nam [illegible] Christum epulas instruere superbas, [illegible] ponere, tauros, & [illegible] exhibere, [illegible] & inebriarentur, nónne putabatis, & Bacchanaliorum licentiam corroborare voluisse? nónne vos [illegible] incussit, ne non & ipse [illegible] spiritu [illegible] aduersùs quem [illegible] concupiscit? Sed non illi mens talia facere: verùm, cùm per [illegible] vincere [illegible] de carne per Carnem triumpharet [illegible] per vinum & calice [illegible] gloriosi [illegible] hostem [illegible] & [illegible] in [illegible] vsus, vt quæ [illegible] esse apparebant [illegible] ferent instrumenta [illegible] que certamini [illegible], [illegible] & pacis vsibus [illegible] eundarent.

138. Postremum hoc de inuerso rerum ordine cõfirmabimus venuste, [illegible] duobus Christi de pane multiplicato prodigiis [illegible] oblatis septem panibus saturauit ex his, qui triduo enim sustinuerant, quatuor millia hominum; & postquam vniuersi famem extinxerant, de his, quæ restabant fragmentis [illegible] Matth. 15. [illegible]

[illegible] Ioann. 6. [illegible] Eleemosynæ [illegible]

[illegible] Ambros. [illegible]

[illegible] vino concupiscen[illegible] quas [illegible] & virgine germinans vin[illegible]

139. Ab ortu e[illegible] qui non vi[illegible] Christus lucis iucundissimum vi[illegible] *& fecit lutum ex sputo & [illegible] oculos eius* Ioan. c. 9 vers. [illegible] Stupet ad nouam [illegible] formam Ambrosius epist. [illegible] Ambros. *[illegible] qui vitam [illegible] alutem præ[illegible] fiat, & [illegible] Lazarum de sepul[illegible] [illegible] tolle grabatum tuum, [illegible] paralyticus, [illegible] grabatum ip[illegible] solutus membris omnibus portabat [illegible] Quid quam [illegible] expuit, & [illegible] peruxit oculos [illegible] Quæ [illegible] nisi fallor plus [illegible]* Certe, nónne per [illegible] vi[illegible] d'illet luto grauior mole [illegible] vt sanctus [illegible] Augustinus tract. 4[illegible] August. [illegible] ci huius [illegible] repræ[illegible] bus offusum est genus hum[illegible] mortalium primus deliquerat [illegible] cessit à Domino vitiorum secta[illegible] & illecebras; luto autem diuini [illegible] expromi incarnatum Verbum: *[illegible] (it) quid fecit? Magnum mysterium [illegible] expuit in terram, de saliua sua lutum fecit, quia Verbum caro factum est. & inunxit oculos cæci. [illegible] erat, & nondum [illegible]* [illegible] d[illegible] uet arte medicina [illegible] egrauit v[illegible] ficabat Carne sua, quæ lu[illegible] ur pur[illegible] das vitiorum sordes, & eluendas ho[illegible] tes. Verum id, quo pacto? Equidem per [illegible] contraria ipsi medicinæ; scilicet extirpare indignos

Baccha

Ba[illegible] ch[illegible] na[illegible] orum vius [illegible] at [illegible] t nu[illegible] . [illegible] exi- ſti[illegible] ur , [illegible] ſſus , ſed Cere[illegible] pr[illegible] [illegible] m[illegible] me [illegible] ndi [illegible] Ne- rume qua d[illegible] [illegible] aro edom[illegible] vo[illegible] [illegible] gulam [illegible] neſſa- tiones . lux[illegible]

140. Vid. 80. Nunc vlt[illegible] Ma[illegible] er mea, S[illegible] tas in [illegible] [illegible] ext de [illegible] Sed, [illegible] te [illegible] & R[illegible] , & [illegible] inhibi- tantes [illegible] , *M[illegible] de te* August. [illegible] Au[illegible] ſt[illegible] , [illegible] *pu[illegible] ind[illegible] um natus ex carne [illegible] am[illegible] es [illegible] rum quad[illegible]* [illegible] *om[illegible] [illegible] tur* Igitur anteq[illegible] n [illegible] [illegible] qu[illegible] a nta h[illegible] um [illegible] ter ſ[illegible] p[illegible] [illegible] Babylon[illegible] [illegible] Ty[illegible] & [illegible] [illegible] *Sic[illegible] , & B[illegible] qui[illegible] [illegible] p[illegible] Æthiopum mer[illegible] [illegible] de te.*

SECTIO XIV

De Scriptore excellens opinio ſingulariter ob morum integritatem doctrinæ ministrans conciliat auctoritatem.

141. VErum eſt ei[illegible] de loquendo [illegible] Ca[illegible] onicis ſcript[illegible] s patum referre qu[illegible] du[illegible] Auctor fuerit propheta [illegible] V[illegible] inat[illegible] i le[illegible] qui pe aſſen[illegible] [illegible] pro[illegible] un- ciantur , quod a Deo pro[illegible] [illegible] us inſtru- mentum ſolum à quo no[illegible] & pe[illegible] malorum hominum [illegible] inte[illegible] v[illegible] m. & Caiphæ prædixiſſe [illegible] , [illegible] q[illegible] exi[illegible] s materiis affirmab[illegible] mus , C[illegible] [illegible] n[illegible] a [illegible] ombu[illegible] , quas ſi[illegible] e ce[illegible] l[illegible] port[illegible] [illegible] lib[illegible] rum ſit [illegible] illis o[illegible] m[illegible] i [illegible] q[illegible] [illegible] cria ſuna de nob[illegible] ſ[illegible] [illegible] e [illegible] rum qui do- cent , incredibile [illegible] affectum [illegible] au- dientiu[illegible] nque cordibus gener[illegible] quo ſit vt ſibi facile [illegible] deant eius [illegible] di[illegible] [illegible] us [illegible] gubernationis pro[illegible] [illegible] a[illegible] ſtim[illegible] ſpiritum , & mor[illegible] libu[illegible] ing[illegible] d[illegible] m[illegible] ſibu[illegible] [illegible] a- lora inſtillaſſe dogmata ; qu[illegible] [illegible] ve[illegible] olympo [illegible] el[illegible] pſa hortamen[illegible] v[illegible] et[illegible] tur , [illegible] animo commouentur & vir[illegible] ſtu[illegible] io [illegible] def[illegible] , & in [illegible] q[illegible] [illegible] ad[illegible] ef[illegible] unt ; qua de cauſa Ma[illegible] Baſ[illegible] in [illegible] d[illegible] ſi- cio Mundano , *l[illegible] et [illegible] tu[illegible] em [illegible] or[illegible] H[illegible] n[illegible] [illegible] mns attin[illegible] e propter imbec[illegible] m no- ſtri [illegible] ſtius , attamen prarogatiua loquei is in- ſi[illegible] la , vltra ad conſentiendum his , quæ dicta ſunt* Baſilius. *Docendi ſpectatas gratiam addit ſermoni & auditores attentiores reddit.*

adducimur [illegible] idei[illegible] que ho[illegible] [illegible] exordium [illegible] Prou[illegible] ib[illegible] [illegible] *an[illegible] tas [illegible] ac [illegible] ptum ermonem p[illegible] ac di[illegible] [illegible] reu[illegible] .*

142. T[illegible] plur[illegible] progreſſi du[illegible] h[illegible] vt [illegible] ra- rent [illegible] Pharisæus alter P[illegible] [illegible] Phar[illegible] ei pr[illegible] tur & de[illegible] [illegible] can[illegible] [illegible] Luc. [illegible] 18 [illegible] 4 Q[illegible] de [illegible] Ph[illegible] s in p[illegible] [illegible] Co[illegible] [illegible] ſe d[illegible] præ[illegible] [illegible] n- te [illegible] qu[illegible] mo[illegible] [illegible] que laud[illegible] [illegible] fu[illegible] [illegible] At cert[illegible] nec l[illegible] bus frequen[illegible] [illegible] [illegible] n e[illegible] [illegible] & p[illegible] [illegible] ud [illegible] ocu[illegible] um ex[illegible] [illegible] ab a[illegible] ſe a[illegible] quanto [illegible] m : Quam- obrem [illegible] , ſi Ph[illegible] [illegible] natur ? Pelati[illegible] Ih[illegible] [illegible] [illegible] quam Ph[illegible] [illegible] us ne[illegible] [illegible] bus ver[illegible] fi[illegible] , ſci[illegible] atq[illegible] [illegible] contigit : *Si mire[illegible]* [illegible] libro [illegible] ep[illegible] . *quam[illegible] cm Phar[illegible] aus [illegible] tum ta- cta [illegible] ad Deum o[illegible] [illegible] Id autem quia plere[illegible] [illegible] di[illegible] [illegible] ſit [illegible] hab[illegible] [illegible] co- c[illegible] a[illegible] e [illegible] mula[illegible] [illegible] pro[illegible] [illegible] d[illegible] e[illegible] [illegible] Deo[illegible] [illegible] ſuperbia morbo laborabat [illegible] dem[illegible] [illegible] [illegible] ſu[illegible] [illegible] eſt [illegible] ſua prædi- ca[illegible] nulla[illegible] e[illegible] [illegible]* : S[illegible] d[illegible] hic[illegible] , quæ B. l[illegible] b[illegible] neceſſitas , qu[illegible] excuſit [illegible] intellig[illegible] tur ? Vu[illegible] Nom[illegible] n [illegible] [illegible] tam [illegible] que lobi fortu- næ [illegible] ſi[illegible] in venturæ poſteritati [illegible] [illegible] ad c[illegible] nſtan[illegible] [illegible] nem : Quis [illegible] ur[illegible] at au- di[illegible] [illegible] ſuſpicere verba , & [illegible] pungi m[illegible] n[illegible] [illegible] entis [illegible] loqu[illegible] [illegible] eſt : [illegible] ul[illegible] t pater [illegible] num[illegible] vt te [illegible] V[illegible] [illegible] Iobo itaq[illegible] te[illegible] [illegible] v[illegible] [illegible] luſti [illegible] præ[illegible] [illegible] u

143. [illegible] Christus , & [illegible] dem [illegible] za- quirent [illegible] præceſſus [illegible] [illegible] hi [illegible] eq[illegible] dem famoſis non [illegible] rat ant[illegible] [illegible] pr[illegible] um , ſed Baptiſm[illegible] um ſoci[illegible] bu[illegible] [illegible] [illegible] rediturus redditus eſt , qu[illegible] [illegible] us quam vt cæli [illegible] p[illegible] riret ut & Spiritus [illegible] us c[illegible] [illegible] bæ ſub ſ[illegible] m de[illegible] end[illegible] ret [illegible] v[illegible] d[illegible] u pern[illegible] ud[illegible] r tu[illegible] [illegible] ſtan[illegible] *H[illegible] c eſt [illegible] mer[illegible] [illegible] lus in quo m[illegible] [illegible]* Matth. 3. ve[illegible] 17 [illegible] cet enim ſemper ab exord[illegible] [illegible] nceptio- ni S[illegible] ſancto plen[illegible] mus , at volebat vt ſen- ſib[illegible] [illegible] ſtaret Am[illegible] æterno [illegible] [illegible] gnu[illegible] den que ſupra hominem eſſe [illegible] gi[illegible] proclamaret [illegible] noto ſtre[illegible] itu : ſ[illegible] quo t[illegible] n[illegible] ban[illegible] iſta omni[illegible] nempe a[illegible] rat ho[illegible] , qua [illegible] elizaret Iudæis , verbique ſement[illegible] m ſ[illegible] qu[illegible] igitur felici[illegible] g[illegible] ſtu excipetent , v[illegible] l[illegible] t admirandam quandam vel [illegible] met opinio- n[illegible] priusconciperent , ha[illegible] enim[illegible] [illegible] men tes [illegible] non ſalutaria eſſ[illegible] , q[illegible] ra[illegible] is tan[illegible] [illegible] præſcriberet , crederent [illegible] ef[illegible] quearbitra [illegible] ur reluctari iubentis impe[illegible] io , hunc [illegible] [illegible] ſinem non an[illegible] docère vo[illegible] ur , quam bapt[illegible] e- tur [illegible] quod Baptiſmus inſign[illegible] m & [illegible] abilem redd[illegible] [illegible] let , qualem eſſ[illegible] orte[illegible] at [illegible] vel[illegible] m gra[illegible] & affectu doctrina [illegible] etetur : Cyrillus Ierosolymitanus Catech[illegible] ll[illegible] minatorum : *Ab eo tempore cœpit* IESVS *prædicare cum deſcendit in*

Christus prius baptizatur quàm euangelizat.

Matth. 3. v. 17.

Voluit Christus ut auditores prius de ipſo opinionem conciperent.

Cyrillus Ieroſolym.

 illum.

[illegible]

144 Sed[illegible] [illegible]

Cyrillus Ierosolym. [illegible]

[illegible]

145 [illegible] Gen. 1 v. 3.

[illegible]

Basilius. [illegible]

eius ore nunquam inuentus est dolus; nominatus modo Michael Aygnanus; *Speciosus forma, &c. Hoc ideò, quia immunis à peccato, quod de nullo alio dici potest, quin peccatum actuale vel originale contraxerit formaliter, vel causaliter; quamobrem & mox Vates de illo testatur: Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus oleo lætitiæ præ consortibus tuis*: Qui igitur tam sanctus, tam à labe omni immunis: quid si h... addamus Deo ipsum cretum esse; nam eructa... or paternum secundum diuinam generatio... quomodo non eius sermones ab Auditore quodcumque cupiant extorserint? C... enim qui ... dtant de ... minentia dicenti cogitant, & ... pendunt maiorem humano Oratorem, conci... sunt altissimè de sermone, & obsecundant ... ardius etiam præceptis; probè itaque vt ... , id est vulnerantis acriter, spiritu que medo iam traiectentis eloquentiæ potentiam demonstraret; præmisit de ... ustitio ... imum ... omnium formæ, cum ... non co... ...

147. Recensitus Matthæus Christi lineam per ... patrimonium ... Abrahamum ... Dauid ... inquiens: *Liber generationis IESV ... Dauid filij Abraham*, cap. 1. vers. 1. ... equidem ... his duobus ... Genealogiam Seruatoris plurimi ... quare ... Dauide Abrahami prenum & antiquiorem locum occupat? Theophylactus in Euangelium Matthæi; *Quare ipsum Dauid ... Abraha... qui apud Iudæos ... erat Dauid ... regis ...*? At quonia ... celebrior, ... in ore Hebræorum nihil frequentius, nec quo magis gloriarentur, quàm quòd semen Abrahami essent? vbique etiam Pater noster Abraham ... itaque stirps trunco ... & originem summè venerandam? Sed neque Salomonis imperio Dauid clarior regnatus, Quare Rupertus ideircò prælatum existimauit, quod Psalmos egregios scripserit; atquin & Salomon ... eius conscriptis quoque voluminibus famam in paucis ... adeptus: ... nam ... Euangelistæ ... tio? nempe ... Spiritu sancto, S... ... quod dictabat ... Nu... præuidebat ... primitiæ ... lætitiam singularem in Psalmis Dauidicis canendis hymnodia Ecclesiastica instituta, ... metro dul... istiu... cæleste ... ex... ... negabile putarent Auct... honorare ... sita forma ... quis gerit Abraham Patriarchæ ... huic qui d supremum ... apud Iudæos, præpuit ... auspicatu... à Dauide Christi lineam ... fronte.

148. Mittit ad prædi... IESVS, & ... *non possidere aurum neque ... neque duas tunicas ... neque Virgam* Matth. cap. ... vers. 9. ... b finem ab calceamenta negantur ... nera ag... tessuris? Animaduerte pulchritudinem ... vestigiis planta ... sitam ... Propheta exclamat; *Quàm pul... super montes pedes annunciantis & prædicantis ... tu bonum, prædicantis salutem*. ... cap. 52. vers. 7. Quia igitur ibi ... IESVS velit omnes intueri ... operiri vetat; Origenes lib. 8. in ep... ad Rom. ad c. 10. *Speciosi sunt ergo pedes ... bona; de istis puto etiam ... in Cantici ... antiquorum Sponsa dicit ad verbum Dei ... quomodo ... illos ... de ipsis nihilominus ... tua sicut columna marmorea ... bus argenteis & fortassis, quia hæc pulchritudo est in pedibus Euangelistarum propterea non vult eos Dominus IESVS calceamentis operiri, & ... speciem pulchram sed præcepit neque calceamentum haberent in via*; Sed esto venustas in pedibus emicat, verùm ob hoc calceamenta necessaria, nisi enim protegantur ab operimento, puluere & cæno deturpabuntur vestigia, & formæ gratiam amittent; sin autem non de corporea specie ... intelligatur, quæ ad nihilum valet prædicatoribus, sed de animæ ornamentis eximiis quibus ... nomen omnino præstat thesaurum absc... ondi, ne fur insidietur? At quidem in aliis vt sic conueniat, sed non in eis, quorum munus docere populos, & orbem illuminare; nisi enim in his inira quædam pulchritudinis ratio affulgeat, quā mortales suspiciant, prædicatio vilescet apud auditores; restat enim vt cuius vita despicitur, ... & contemnantur exhortationes seu ore proferantur, ... chartis mandentur; calceamenta ergo alij portent, sed non qui euangelizant.

Matth. c. 1. v. 1.

Theophyl.

Isaiæ. 52. v. 7.

Origen.

Matth. ... v. 9.

Cùm IESVS prohibuerit pedes euangelizantium calceamentis operiri

SECTIO XV.

Veritas lucem, & cognitionem hominum nunquam erubescit; malitia est quæ absconditur.

149. SCripsimus Theodorum Mopsuestiensem, & eum sequutos Nouatorum quosdam, tanquam Ecclesiæ Christi summa indignum mudestia ex Pl... ibrorum Canone Salomonis expunxisse Ep... halamium, quòd ... pangeret carnale amorem impurum; Quam ... huius ... gitarionis ... demonst... us. At deinus ab amore carnali ... quando Ecclesiam non latet egregias ob causas Sp... tum sanct... voluisse vt & talis sub ... ere Hymenæus conscriberetur, quamobrem ... veritatem verum esse sciens? absit; angu... relis quærat, & latere exoptet, ... est. M... hodoxa, nec si propudetur ... alicuius infirmitati & lapsu, tamen denegatiet, ... vera haberi, quam absque nævo computari; quamobrem eas adorat, & veneratur Scripturas, quæ Dauidis, Salomonis, Petri vulnera proponit, neque summo apud se in pretio esse Epithalamium erubescit, quod humani coniugij legitimas blanditias subministrat, à Christo didicit veritatem manifestis gaudere, fugere latebras, ... tortuosi serpentis malitio... callidıtas ... ; Quamobrem idem Seruator cum ventu... nouissimis diebus prædicet adm... nuit ne ... deciperentur mortales, aiens, *Si ergo dixerint vobis, ecce in deserto est, nolite exire, ecce in penetralibus, nolite credere*. Sed quare non putent in solitudinibus posse inueniri? quæ ... non sub domorum culminibus? Quoniam scilicet & creatus & ... itum anguli sunt terrarum soli ... & recessus ad integendum, Christus veritas est ... autem natura publicum expeta ... vniuersis apparere, non concludi latibulis: quare subdit continuò *sicut enim fulgur exit ab oriente, & paret vsque in occidentem; ita erit & aduentus filij hominis*. Matth. cap. 24. v. 25. Quid tam pa... ens atque fulgur, Matth. 24.

fulgur, quod ab [illegible] extremum [illegible] vbique habitant, vtiuersi val aut cum [illegible] expositum [illegible] igitur quicunque vera Christus [illegible] mortalium Redemptor [illegible] veritas [illegible] tem sub aperto esse di- Teophanes. spiritus vincis postulat, Theophanes in Græca Co[illegible] tent ad vers. 23. c. 17. Lucæ: *Propterea, inquit [illegible] dixerint, ecce [illegible] ecce ille, non egrediamini, neque sequamini, nam impossibile est eum qui semel in terra visus est, iterum in angulo terræ [illegible], si itaque aliquis hic, aut illic celebretur, ne [illegible] credatis quæ dicuntur de illo; alius enim quispiam erit ille & non verus Christus, non enim apparebit super terram ambulans sicut quidam Homo [illegible] ed vniuers [illegible] nostra irradiabit, ostendens cunctis iubar propriæ Deitatis, & existens lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum; [illegible] igitur modum docet se expectandum esse.*

150. Magi postquàm recens editi infantis vultus adorauerunt, admoniti supernis missionibus aliis in patriam redière [illegible] quàm ste la ostendebat. Non igitur vi [illegible] Ierosolymam introgressi dè nonte lege apertus testati vocibus, non Herodem, non lege eruditos conuenerunt, propè fugæ similis abitio; at [illegible] iter consulentem Angelum quemadmodum clementer sustinuisse Impsrfect. Imperfectus meditetur sub Chrysostomi nomine homil. 2. in Matth. *O fides Magorum, non contradixerunt Angelo admonenti, dicentes: vt [illegible] ante multitudinem ciuitatum [illegible] terribilem non expauimus, sed fictimus. [illegible] fiducialiter qui natus fuit ad Regem prædicauimus, & quasi seruos latentes nunc iubes fugere.* [illegible] cum nuntio tanquam expostulant, quod [illegible] discedere, & per ignotos anfractus abeat: nonne sic præcipiendo eorum incolumitati prospicit? nam si per antiquas vias pergant, Herodis & Iudæorum in manibus incidant, qui vita & gaza despolient; non igitur de Angelo conquerendum sed gratias [illegible] per quem necem euaserint habendæ [illegible] tiebant quidem Magi velare & abscondere [illegible] ctionis modum conuenire, sed animi generositate ostendunt & [illegible] doctrinæ, quam ad S[illegible] is erepundia hauserunt, non blitus se demonstrant, quippè Christus cum veritas esset, secundum veritatem edocebat eos, [illegible] cum [illegible] declinare, secreta non petere; Angelo igitur piè ingemiscunt, quod quasi Præceptoris dissimiles esse cogantur, si per deserta & inuia transeant in Persidem, aut Chaldæam redeunt; hoc ill [illegible], *Fiducialiter Regem, qui natus fuerat prædicauimus: & tanquam seruos latenter nunc iubes [illegible] re.*

151. Negaue at Magistrum Petrus, & obstinatior hærebat dele[illegible], nam superaddidit [illegible] que in ficiari Dominum direxit tandem [illegible] in [illegible] lumina Iesus, & sibi continuo testificatus est. Ori- Cyrill. Alex. genes, aut multò potior Cyrillus lib. 16. in Leuit. *Vis videre [illegible] Dominus ad homines quanta sit sal [illegible] Petrus aliquas [illegible] perierat, vbi respexit ad eum [illegible] statim reuers [illegible] rem [illegible] pedem, sicut [illegible] sum [illegible] quid [illegible]* Vt plangeret tantum [illegible] genas humectaret, non [illegible] tos oculos, verùm & tacitè docuisse [illegible] produret, vnde & statim atrio Pontificali detestato, *egressus foras fleuit amarè:* amiserat veritatem Petrus, me- Veritatis locus in publico, non in palatiorum secretis. dax quippe factus est ancillæ ad interrogantem, lugebat igitur vt quem perdiderat recuperaret, sed vbi veritatis locus nisi in publico, nisi in manifesto: foras in plateis, non in palatiorum secretis veritas perambulat, vbi eam omnes conspiciant, vbi nullius occursum vereatur: Quid enim [illegible] metuat quæ iniquit[illegible] & [illegible] expers candida nitet anim[illegible] exeat ergo Simon & ape [illegible], vt secundas cum veritate amicitias componat indissolubile futu[illegible] s.

152. Asina vectus quasi triumphalem in modum Ierosolymam Christus petrexit, [illegible] vrbem ingressus; Nonne quidem tanquam [illegible] cui pal [illegible] frondes substernunt in via, cui acclamatum Hosanna, Matth. 21. v. 9. At quæ in hanc pompâ delecta asina, quæ [illegible] decentior equi bellatores [illegible] ostro & torquibus [illegible] baiulorum humeri [illegible] nant, asina ludibrio est & contemptui [illegible] ideirco fecisse Christum [illegible] vet antiqua Prophetarum oracul[illegible] quo in asina triumphaturum [illegible] que veritatis compulit ad humi[illegible] *super asinam* inquit, *[illegible] quam vt impleretur Prophetia, & vt [illegible] modo operitas [illegible] vehi, non enim [illegible] vili vectus est: implerg igitur Prophetiam, & [illegible] historiam, & iuxta anagogen.* At si tam [illegible] zelus veritatis, & [illegible] opere [illegible] tum, quamobrem [illegible] vi [illegible], non pagum aut vicum; tum de oppidulo aliquod deleg[illegible] quod [illegible] subsequitur [illegible] in anima cole[illegible] solyma vrbibus præfertur cæteris: S[illegible] cebimus veritati adsplendæ tractabatur [illegible] si in pagum aut villam, & obscuri nomin[illegible] cum que locum diuertisset angulum & la[illegible] petisse veritas arguetur, tanquam [illegible] vi [illegible] & cognosci: Qu[illegible] it de [illegible] erat veritatem [illegible] publicum [illegible] oni [illegible] Prouin [illegible] oua [illegible]

T'[illegible] Maximus

153. In hominem [illegible] electa quæ amplissima [illegible] ba[illegible] componunt, & ide[illegible] ip[illegible] bi [illegible] parus: quem id in [illegible] P[illegible] declarat libro de opific [illegible] *[illegible] enim [illegible] tempe [illegible] aerague si [illegible] sup[illegible] me[illegible] tum materia uffic[illegible] prop[illegible] in omnibus [illegible] quam in [illegible] [illegible] que versatur [illegible] um loco [illegible] al[illegible] co ferens [illegible] propriè [illegible] liceat, H[illegible] sem[illegible] se omnia, terrenum, aquati[illegible]* Cur homo com[illegible] x quatuor elementis. & [illegible] quare [illegible] columnæ vnaque ad [illegible] vasta, tam diffinx [illegible] p[illegible] pter à quo actionum [illegible] orbe vniuersum, vt publice [illegible] nihil [illegible] latere valeat: At ho[illegible] quamobrê? Vid. qualem hominem Auctor [illegible] pla ma- Eccl. 7. v. 30 nec [illegible] *hunc modo hoc inueni* ait Ecclesiastes [illegible] 7. v. 30. *quod fecerit Deus hominem [illegible] & [illegible] ipse [illegible] miscuerit quæstionibus.* quid est hominem [illegible] fuisse [illegible] & veritatis [illegible] amantem sine [illegible] absque dolo, [illegible] purum; Qui ergo cum veritate conditus benè quod orbis totius ver[illegible] in conspectu, quisnullius en-

f[illegible]

sutam veritas metuit; & quia localibus spatiis ita constringere non possit, neque omni desse liniatis; transferatur compendio in ipsum orbis, vt domesticum & continuo assidentem habens, in ore & luminibus cunctorum versetur! ô morulam illam beatam! ô felix intervallum, quoad Adam cum vxore in veritate steterunt, tunc nudi licet per omne amœni viridarij spatiebantur meras absque confusione aliqua: At quare nudi, nisi quia vera atque sincera operimentum veritas non sustinet, alioquin [illegible] quid verabatur [illegible] creato tamen his deest in Adamo & coniuge digni; sed nulla tam pretiosa ornamenta ac nuditas quę veritatem indicabat: Quanto gloriosior tunc Protoplastus, quam postea nuditatem verecundatus, & seu perizomate, seu pellibus insignitus? D. Damianus ep. 89. *Ante* [illegible] *serpentis, ait Scriptura, erat vterque nudus, Adam scilicet & vxor eius, & non erubescebant: At postquam eis venenata consilia Draconis instillauit aperti sunt oculi eorum, & cum cognouissent se esse nudos consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata.*

Nulla tam pretiosa ornamenta quam Adamus nuditas.

Damianus.

154. Non [illegible] Iudæorum perfidia, non [illegible] tum ruditas adquiescebat vt crederet D[illegible] [illegible], qui in ligno patiebatur [illegible] [illegible] vetam [illegible] assere[illegible], quæ [illegible] super se componebatur [illegible] certat contra eos Cyrillus Ierosolymitanus Catech. 13. vid. [illegible] pro argumentorum quam digno pondere! *[illegible] itaque [illegible], verè enim crucifixus est [illegible] neg [illegible] me [illegible] Crucis, quod per particulas ex hoc loco per vniuersum mundum sparsum est*, [illegible] si [illegible] orbis terrarum parte [illegible] [illegible] veritas in passione actum sub intulit Cyrillus. Quippe veritatis [illegible] angulos & latebras [illegible], vbique optasse cerni, omnibus cognitam esse, nullus patere obtinuit, nisi igitur ve[illegible] fuisset qui passus fuit [illegible] Crucé voluisset, & [illegible] loco aliquo abs[illegible] mendaci [illegible] qui tenebras diligunt; ergo Crucé quaquaversum [illegible] indulgens, atque vt in eam omnium conuertantur lumina, non esse verus non possit; iterum alia forma Cyrillus, *[illegible] quis non credit [illegible] crucifixo percutitur dæmones; multi per orbem crucifixi sunt, sed nullum exhorrebant dæmones: quoniam illi quidem propter sua peccata mortui sunt, hic autem pro alienis, peccatum enim ipse non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius:* San[illegible] præterea dæmones [illegible] valeant, quod [illegible] patibulis torquebantur: At [illegible] cum obsessorum corporibus [illegible] potentiam [illegible] magnam [illegible] quæ superbos spiritus affligebat, [illegible] adorandi stipitis, & passionis quæ [illegible] Animaduerte comparatum hoc [illegible] in quibus facinorosi [illegible] tanquam [illegible] ces illæ dæmones [illegible] neque possunt, hic autem vexat, nempe si velut ex impossibili supponeremus malefactorum [illegible] vim inesse ad dæmones affligendos, tamen vererentur facere: quamobrem? ideo quod [illegible] peccata haberent, metuerent nè à malignis [illegible] publicarentur, fraus enim omnis atque dolus reuelari erubescit, sed Christus qui veritas nihil metuit quicquid Tartarea fæx conciret, nam veritas nihilum formidat, [illegible] sua [illegible] exoptat; benè igitur ex tortura dæmonum singulatim ob virtutem crucis dominicæ, veritas passionis Seruatoris probatur.

Cyrillus Ierosolym.

Particula Crucis Christi per varias orbis partes distracta veritatem passionis ostendunt.

155. Panes propositionis super mensam poni iubentur, vt sint semper in conspectu Domini Exod. c. 25 v. 30. Quare patentes semper, & loco manifesto? cur non recluduntur penore, vel arca, & quandoque apparent, quandoque latitant? Perpende hos à septuaginta, quorum versioni Hebræus fauet Textus appellari *[illegible]*: hoc est, *panes facierum*, sic dicti nimirum ex quorundam traditione vt memorant Lyra, atque Abulensis, quoniam vtriusque superficiei æqualis nitor, Non enim sicut apud nos altera pars candida, altera subfusca & torrida, sed paris albedinis inferiora cum superioribus; itaque nihil ibi maculosum, nihil difforme, sed absque nævo fusque, déque; Quamobrem veritatis egregia symbola panes illi erant; apud veritatem quippe totum candor occupat, nihil ibi fuliginosum, sed vniuersa in luce patescunt; Si igitur panes veritatem repræsentant, iaceant optime semper in propatulo, nunquam angulis, nunquam penetralibus abscondantur: & ideo quamquam alia in templo nunc prodant, nunc recluduntur, at panes propositionis semper in conspectu Domini.

Panes propositionis dicti Panes facierum.

SECTIO XVI.

Absurdi res plena est, scrupulosum esse in exiguis negligentem in magnis.

156. QVid stultius Heretico? quàm hebes ficti zeli [illegible]? quam ridenda virtutis simulatio? [illegible] Bibliorum corpore Salomonis expungatur Hymenæus, quod in castarum mentium præiudicium intruserit nescio quis: confondùtur mores, verecundiæ exitium præparatur nisi scripturam deleatur ex Canone: interim liceat his ipsis Bezæ, Castalioni & aliis nullius Mariti parcere thalamis, Deo consecratas stuprare Virgines puerorum hinnire in amores! ô monstrum quod nisi tàm fœdæ non peperissent sectæ! vt demum Salomonis Canticum ob dictionis pruritum iuuaret (quod præter impijssimos homines nullus dixerit) An non multo mage necessarium fuerit prohiberi [illegible] nitationem, incestum, & naturæ [illegible] iniuriam & nædos adolescérum amplexus: Sed mos vetus Hæresis est in paruis scrupulosos esse, exiguis impediri difficultatibus, grandibus autem renuntiare, & quæ verè nb eruanda essent nihili ducere: Marcion olim, cum Lucæ Euangeliū maximo coleret studio, absque inscriptione inuentū non ausus est titulo donare, quod religionem haberet Euangelistæ quidpiam addidisse: & tamen hic tam modestus in titulum, ab Euangelij corpore quod voluit abstulit, quod libuit adiecit: quin & idem cum suis integra repudiarunt Euangelia: nam reiecerunt penitus Matthæum, Marcū, Ioannem solo admisso Luca: Hiccine ille tam timidus, tam cauti animi, qui piaculum arbitratus nouam Lucæ, paucorum verborum inscriptioné cudere, & nunc vorator est insignis trium Euangeliorum? ipsummet Lucā toties mutilarit, toties refarciuerit? rectè, nè priuata cuiospiam auctoritas vel in titulum audeat: sed si nihil violandum sit, minus multo lacerandum corpus, quam frõtis publicatio: igitur vel ab omnium conuitib protsus abstineat: vel religiosum haberi se non præsumat, cùm grauia despiciens, quæ momenti non sunt ridicula superstitione colit: Tertullian. lib. 4. contrà

Hæretici in exiguis scrupulosi, in maximis verò impudentes & temerarij.

Tertull.

contrà Marcionem: *Marcion* (inquit) *Euangelio scilicet suo nullum adscribit Auctorem; quasi non licuerit illi titulum quoque affingere, cum nefas non fuit corpus ipsum euertere*, venustè quidem Hæretico illudit tanquam insipienti. quæ enim crassior stultitia, putare liberum esse corpus Euangelij truncare, destruere, titulum prætexto tanquam sacratum & inuiolandum? Nam quis ita lippiat, vt non cernat præstare titulo Euangeliorum substantiam?

157. Quanta in Adamo diuinæ maiestatis reuerentia? erubescit male compositus diuinis occurrere luminibus! *Vocem tuam* (inquit) *audiui in Paradiso, & timui eò quod nudus essem, & abscondi me.* Gen. c. 3. v. 10. Proh nefas ingens, Dei aspectibus offerri absque indumentis? quasi & eius oculi absconditam nuditatem non fuerint contemplati, cum vniuersa diiudicet & penetret? Verùm si istud criminosum est, quantò scelestius mandatum violasse creatoris, interdictis pastum esse fructibus? Quamobrem non tunc contra muliebres blanditias horror? cur non disputauit saltem cum femina? cur non aliquid restitit? iam verò & modò etiam furtiuus & occultus non demissis in terram vultibus, non magnis lachrymarum imbribus pæniteret aiens; celor ô Domine, & lucem auersor eò quòd peccaui in cælum & contra te, hanc ob causam tenebris & ergastulo mancipaui me, indulge ô mitissime secundum magnam misericordiam tuam; Non ita, heu non ob culpam dolet, sed propter vestem! Sic pessundás vniuersa luget super his, quæ fletum non expostulant, plágenda autem omittit, de quibus non tristatur, Rupertus lib. 3. in Genes. c. 14. *Notandum, quod culpam suam tacuit, & nudum se esse questus est; non enim dixit, timui eo quod præceptum tuum præuaricatus sum, sed eo quod nudus*, Deinceps & peruersum eiusmodi timorem appellat, nam licet timore Domini nihil salubrius, sed timor ordinatus esse debeat, qui sciat formidare vbi metuere oporteat, diabolica contrario est conscientiam facere de minoris & immania non fugere: Et animaduerte vt adhuc Adam stultescit, nam de transgressione examinatus; *Mulier* (ait) *quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno & comedi*; ecce ipse sui accusator & iudex est; Nam quæso decebat feminæ gratiam Deo prætulisse? Quæ ratio, quæ lex suadebat coniugi obtemperasse; hoc tamen non agere intolerandum visum Protoplasto, cui Numinis despexisse minas facile: Chrysost. hom. 17. in Genesim, *Videntur quidem defensionem quandam præ se ferre, sed prorsus venia carent; qua enim venia dignus es, qui mea præcepta oblitus fueris, & qui mulieris dictum meis verbis præferendum putas? an non cernis excusationes non vosse erare sed noxios relinquere?* Imò in Deum quasi transfert omne damnum, *Mulier* (inquit) *quam dedisti mihi*; velut subindicans in laqueum & ruinam datā, non ad subsidium; itaque malorum Auctorem Deum facere non veretur, & solùm metuit nudum coram illo cerni: August. lib. 9. de Genes. ad litteram: *Aduertamus, quo modo superbia laborent homines hodie, non nisi in Creatorem conantes referre si quid mali egerint, cùm sibi velint tribui si quid egerint boni: mulier ait, quam dedisti mihi, vt esset mecum, hæc mihi dedit è ligno, & edi: quasi ad hoc data esset, vt non ipsa potius obediret viro, & ambo Deo*: ita ergo Adamus friuolis in rebus timens, & velut subpauens, aduersum magna præcepta nititur sine trepidatione.

Gen. 3. v. 10.
Scrupulus Adami explodetur.

Rupertus.

Chrysost.

August.

158. En de quibus Pharisæos & Scribas reprehendit, & corrigit Christus; *Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, qui ædificatis sepulchra Prophetarum, & ornatis monumenta iustorum, & dicitis: si fuissemus in diebus Patrum nostrorum, non essemus socij eorum in sanguine Prophetarum.* Matth. c. 23. v. 30. At nonne optimè faciunt, cùm auorum detestantur tyrannidem & feritatem contrà sanctos Numinis Vates? Quamobrem igitur ob hoc sugillantur? Num quia ventosa & inanis sit pollicitatio eorum, & cum progenitoribus sæuiores multò ipsimet, insti & mites reputari affectē. Sed quorsum ventosa promissio? Scilicet, omni arte studebant Christum IESVM de medio tollere, & ligno affigere, spondent tamen vatibus se parcituros fuisse: Quisquámne ex omni Prophetarum serie Seruatori comparabilis seu indole, seu benignitate, seu eloquentia, seu forma, seu miraculorum aut numero, aut granditate? Hunc igitur qui benefecit vniuersis; qui tantæ indulgentiæ, vt linum fumigans non extinxerit, quem Pater vnxit præ participibus, tolerare non valuerunt: & Prophetas seueros reprehensores contaminatæ Reipublicæ instituissent; ergo aut spissè mentiuntur, aut ingens stultitiæ præcipitatio est, nouisse Prophetas offendere: nec vetitos tamen in caput Prophetarum Christum IESVM irruere: bene itaque corriguntur: Theophylactus in Matthæum: *Miseros dicit illos, non quòd sepulchra ædificant Prophetarum, hoc enim Deo gratum: sed quia ita simulabant, & patres suos condemnabant deteriores illis existentes, malitiáque illos excellentes mentiebantur manifestè quia si fuissent in diebus patrum suorum, grauiora quam illi commisissent, ipsum enim Prophetarum Dominum rabidi occidere cupiebant.*

Matth. 23. v. 30.

Theophyl.

159. Etiam agricolandi præcepta Numen tradit Deuteron. c. 22. v. 10. *Non arabis in boue simul & asino*. Ratio in promptu statim: Nam vires amborum impares bos fortis & constans in labore: asinus tenuis & imbecillis: lassabitur itaque breui asinus, deficiet; eo autem sublato cum solus bos in arationem non sufficiat, cessabit opus, gleba non proscindetur, nec arua sementem dabunt, explicauit Philo, quem sequuntur interpretes, lib. de creatione Principis. *Proinde sacra lex hic quoque rationem habet iustitia, adeo vt ne arationem quidem fieri permittit iumentis imparibus robore, vetans sub eodem iugo agi iuuencum & asinum: ne forte dum contendit cum robustiore infirmior, lassus succumbat operi, & in labore deficiat.* Mysticè, in agricultura spirituali, summa imparitas est, velle in fortibus deficere, in fragilibus stare, despicere magna, colere exigua. Quæ spes saluti sub tam immani differentia? Quæ fascinatio? Quis error sensuũ nisi insanet, putare leuium quarondam cæremoniarum liberare posse & opitulari obseruantiam grandibus mandatis conculcatis? necessum igitur est arare cum similibus robore & quidem minuta in precio habere, sed amplius infinitum quæ maiora sunt, ex vtriusque complexione fiet, vt nobis serentibus debita forma copiosa respondeat messis.

Deut. 22. v. 10.

Philo.

Leuiũ quarumdam cæremoniarum obseruantia saluare non potest si mandata spernamus.

160. Ardentioris iubaris fatigatus incendio Ionas dum æstuat, præparatur à Domino hedera, qua protegeretur: *Et lætatus est Ionas super hedera lætitia magna*, c. 4. v. 6. Sed fuit gaudij breue interuallum nam corrosit inimica vermis, elanguit & exsiccata est momento hedera: proh quanta doloris acerbitate conuulneratus Prophetæ spiritus! Denique viuere diutius tædebat, quare & periuit

Ioan. 4. v. 6.

animæ

animæ suæ vt n orescetur ! ô charam vati stupem non gloriosam he t, pro qua tantum [illegible] rat, & ingemi [illegible]! Conuertebatur Niniue, & lugebat in sacco & cin[illegible] num stupuhabat [illegible] *Imo afflictus est afflictione magna & valde est*, c. 4. v. 1 Qui sic tristabatur ob recuperatam [illegible] putas si destrui vidisset, commoneretur ad [illegible] Sed ô V[illegible]tes quæ hæc est compassio? h[illegible] duram extinctam cito proferqui mœrore, & in Ciuitatis ruinam [illegible] duriorem esse? Si nubilum mentis, si hebetudo sentiunt, si imo deducti x pectore [illegible] opima [illegible] in debetur fato, nimie defiendu[illegible] nobilissimæ vrbis casus, quam fragilis hederæ marcor? Sed ita tamen est, & mirabile satis, deplorat consumptam hederam, qui Ciuitatis non commiseretur. Gregorius Nyssenus oratione in eos, qui alios acerbius iudicant, & *At ille qui vbique cum verbis [illegible] factis iudicat, quanta homines beneuolentia complectatur, [illegible] cucurbita nasceretur, quæ caput eius ab iniuri[illegible] defenderet, sub vmbra autem ipsius eo dormiente exaruit, qui cum experrectus ægre ferret, reprehenditur, quòd cum ipse virgultum exaruisse [illegible] tur, nolit Deum propinquo tanta ciuitatis [illegible] commoueri.*

161. Peccabat cum Madianitide ex filiis Israel vnus; zelo stimulatus Phinees, *Perfodit ambos simul, virum [illegible] scilicet, & mulierem*, Numer. c. 25. v. 8. Narrat postea Moyses cum qui interfectus fit dicens fuisse cuius & nomen [illegible] prostibuli [illegible] autem principis nobilissimi [illegible] rum gentium extitisse, quomodo [illegible] di[illegible] recenset; sed quare tam fusa [illegible] stupis & nominum? Nam quidem Scri[illegible] m[illegible] est supprimere malorum famam, quam ob causam tacere consueuit quo [illegible] re, & ideircò ex vulgata sententia Interpretum Luc. 16. diuitis purpurati, licet splendidissimi esset, nomen obliuioni traditum, quamobrê igitur præter vllum hic tam narratio di[illegible] tincta linex, & [illegible] quibus insigniebantur? Sanè, vt fubinnueret Textus non contra plebeium aliquod & vile multitudinis caput fortiter ausum Phineen, sed aduersus nobilitatem, taxans subtiliter Magistratus remissos, qui dissimulatis maiorum vitiis, contrà vulgus tantùm excandescunt! ô quoties intueaeris vtriusque potestatis Rectores euisitare, discurrere cum lictorum ingenti caterua, & ecce tumultus omnis circa vnum de pauperibus, cùm interea potentes securè lasciuiant? Quòd si pro misero quispiam intercedat, inexorabiles fiunt, & si Deo placet, conscientiam obtendunt qua se vrgeri proclan[illegible], nec posse non seueritatem demonstrare si consultum ve[illegible] Reipublicæ, mox autem qui in exiguis tam constantes, ad nimias optimatum tr[illegible] dant & [illegible] velint licentiæ præb[illegible] diamus ho[illegible] S. [illegible] Damianum lib [illegible] 6. [illegible] secundum; *Porro autem nos [illegible] personarum acceptores, [illegible] quidem Sacerdotibus luxuriæ inquinamenta [illegible] autem quod nimis ab irdine est, per [illegible] venerarum; sed ecce hic Phinees diuini spiritus zelo succensus, cum totus [illegible] sceleratorum populus cum filiabus Moab fornicando corrueret, [illegible] despiciens quos [illegible] diuina legis propugnator [illegible] excelsiores, clariores in populo, quos ad terrendum cæteros trucidaret, elegit.*

Damianus.

Contra Personarum acceptores.

162. Recusabat Petrus lauari sibi à nobilissimo Magistro pedes, tandem vbi Præceptoris indignantis auctoritas interposita est, cessit; at venustè [illegible] vestigiorum ablutioni commun[illegible]xit. *Domine, non tantum pedes meos, sed & manus [illegible] caput*, Io. cap. 13. vers. 9. Quamobrem omnis terg[illegible]ndus homo? nempe sordes illæ, quæ pl[illegible] qu[illegible], venialibes atque leues noxas de[illegible] in[illegible]nus, & caput imprimis grauiora cr[illegible] re[illegible]ntur; igitur ne Petro fuerit cura fol[illegible] n, s[illegible] vniusque delendarum venialium cu[illegible] [illegible] lethiferi requiescat vt tollantur nihil [illegible] apage, *Non tantum, at pedes sed ma[illegible] caput*; neque hanc eius cogitationem fa[illegible] Iesvs, sed approbans illam respondit, *Qui lotus est non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus*, id est, primum omnium necessarium est mortalia summouere delicta; sed discipulis meis, videlicet, hominibus qui ad omnem perfectionem conantur tam vulgaria non sufficiant; oportet, cùm loti & mundi fuerint, etiamnum & leuiusculum pulucrem, minutos demere, quos pedes ambulando colligunt; tantum igitur abest vt Christus subinnuerit pedibus contersis posse in manibus & vertice sordes dissimulari, quin potius extra controuersiam supponat caput ab vniuersis fidelibus mundandum, at spiritales viros debere prætereà & atomales labes subtollere; S. Petrus Damianus serm. in Cœna Domini, *in quibus vtique verbis B. Apostolus opera nostra, simul & cogitationes vt à Domino purificentur, atque mundentur, indigere significauit, siquidem manibus operamur, cogitationes autem ex mente, quæ caput est interioris hominis, proferuntur; Vera ergo atque perfecta purgatio est, cum Deus omnipotens non solum opera nostra munda & immaculata custodit, sed etiam prauas cogitationes à cordibus nostris sancti Spiritus infusione repellit.*

Nyssenus.

Num. 25. v. 8

Scriptura mos est tacere malorum famam.

Magistratus arguuntur qui dissimulatu maiorū vitijs, in vulgus [illegible] excandescunt.

Io. c. 13. v. 9

Opera simul & cogitationes purificatur.

ANTELOQVIVM IX.

Epithalamij titulus, & inscriptio enucleati.

PINATVRVS quispiam, debuisse hanc Tractationem reiici in sequens volumen, eo quòd inscriptio cum Textu [illegible] ese connexa: neque diuelli fidos comites æquum sit: Nos tamen facti rationes attendimus: Vnam, quoniam Salomonis non fuit partus fortasse nomen Operi impositum quemadmodum insinuauimus Anteloquio 7. Sect. 3. num. 33. & hac Isagoga latius probatum [illegible] mus Sect. 6. separauimus igitur ad[illegible]ititium fœtum a reliqua Poesi, quam quam sacram, & canonicam Hymenæi partem: Alteram, quoniam e hoc primo lucubrationum studio nostrarum Salomonici cantus propylæum & vestibulum adornamus: pertinent autem titulo comprehensa ad porticum, & atria, vti disputanda facilè ostensura sint: est vero omnis tituli breuis periodus: *Canticum Canticorum Salomonis*: Aggredimur tria verba ingentium sacramentorum pro virili distendere, atque amplificare.

SECTIO I.

Quodnam Cantici etymon, quæ vis, & natura? Num in Scripturis carmina? an de illis Salomonis hoc metrum? Musicæ commoda & voluptas.

1. *Poësis, nū & soluta oratio vocari possit.* Aristot. Delrius.

SINGVLARIS fuit illa nostri Delrij [illegible] giritioc p. [illegible] lum nem ad tragœdias Senecæ *Me[illegible] rum [illegible] [illegible]ele um[illegible] qu[illegible] is contra [illegible]l [illegible]tiam arbitror. P[illegible] eos vim, [illegible] vt vocari [illegible] tiam, non in metro sed in imitat[illegible] p[illegible] nendam [illegible] um abunde Po[illegible] ta nomen mereri quicunque aliquid scriptione repræsentat, vel fingit [illegible] et [illegible] uta orat one, vt Lucianus Heliodorus, Martianus Capella; nec aliter se[illegible] sse reor Aristotel in quo[illegible] oet. cap. 7. Poetam ab H[illegible] torico non [illegible] armine, [illegible] prosa oratione, [illegible] ed veritate aut [illegible]alsitat d[illegible] [illegible] iecture*; Et in hanc mentem inclin[illegible] q[illegible] ue alii ex nostris Politicorum eg[illegible] tis [illegible] iptor Adamus

Adam. Cōtzen.

Contzen lib. 4. § [illegible]. Atque ista quidem vt vera sint, sequatur etiam, [illegible]e Canticum non esse ratione, vt numeris constent, & vt, vt pedum, aut syllabarum mensuras [illegible]b[illegible] u[illegible] nt, Illud autem obseruandum fieri [illegible] vt [illegible]um modulation[illegible] pangatur quidpiam, seu gutturis tantum ad[illegible] inicu lo, seu iuuante de pluribus instrumenti[illegible] quos nat[illegible] fi n[illegible]l atque hoc, nihil præ[illegible] a [illegible] Canticum d[illegible] idet[illegible] etur[illegible] quando de ve[illegible] u nulla sit cura. A[illegible] deb[illegible] tieuda Poësi mel[illegible] cule[illegible] commu[illegible] v[illegible] nu[illegible] vigente causa ret[illegible] itur; quid enim obst[illegible]t vulgo [illegible] [illegible] qui per ve[illegible] s distinguen[illegible] Poesim ab oratio[illegible] a [illegible]a. Et it[illegible] [illegible]anè minùs confusioni oboritur ita [illegible]ici[illegible] di[illegible] criminantur sermonis variæ formæ. nam con[illegible] damus rem non fictam, versibus enarratam: obsecro, cùm & tempora obseruentur, & syllabarum quantitas, & pedum ratio habeatur, an non [illegible]ernus à Poeta compositum illud quale tandem fue[illegible] Quod si certè ea vox pondus aliquod habe[illegible], [illegible] monet loquendum esse cum multis [illegible] c[illegible] omnium nationum vsus perpetuus fuit, id g[illegible] s narrationis, quod unque esset, tempora, & [illegible] labas ob[illegible] ernans cum omni rigore Poësim [illegible] e re; Puto, & Sedulium, & Iuuencum, & A[illegible] lium Prudentium, & Venantium Fortunat[illegible], & alios Chri[illegible] ianos Vates, qui tamen fabul[illegible] n nihil commini[illegible] untur, nullus non distinxe[illegible] ab O[illegible] atoribus, & Historicis, & [illegible]t saperet Poetas vo[illegible] ucut, & [illegible]yllabum si variarum facult[illegible] conficiat, eodem or[illegible] ne collocet. Sed [illegible] mu[illegible] ista. q[illegible] onia n min[illegible] ta sunt quan[illegible] e Poetica stricte su[illegible] pta fortass[illegible] intel[illegible] va cant non inept[illegible], [illegible] n inter doctiores olùm: V[illegible] mus, q[illegible] is mo[illegible] Patr[illegible] s aut descr[illegible] nt, au[illegible] finiant Can[illegible].

2. *Cantici & Psalmi differentia.*

Ergo [illegible] l[illegible] nn[illegible] est apud eos Canticum [illegible] e[illegible] & Psalmum [illegible] ff[illegible] en[illegible] quòd Canticum quidem id si[illegible] qu[illegible] ore, g[illegible] ture mel[illegible] præstantes c[illegible] cinuit, Psalmu[illegible] autem [illegible] babeatur, qu[illegible] que vocis mu[illegible] ilterio di[illegible] e[illegible] epant ex mulier instrumentorum harmoni[illegible]. Si vero, lectrum [illegible] s g[illegible] ti iunct, tum neque C[illegible] n[illegible] um, neque P[illegible] lmus solitarie, sed *Canticum Psalmi*, vt T[illegible] gi[illegible] mœdia, quòd de Comœdiæ vsu, pariter atque T[illegible] agœdiæ natura participet; At exhibeamus Eu[illegible]hymium loquentem præfatione in Psalmos. *P[illegible] almus propriè[illegible] ut est illud carmen, quod simul cum Psalterij instrumento, suaui voce profertur Oda, seu Canticum vox quadam est musica, cum harmonia solo ore prolata, quanquam etiam impropriè ipsisque etiam Can[illegible] cum sæpenumero Psalmus dicitur*, V[illegible] rum Hilarij in P[illegible] m[illegible] s [illegible] rologus omnia ad amussim complexus, *Psalmus[illegible] qui est, cum cessante voce, pulsus [illegible] tum org[illegible] n[illegible] [illegible] s auditur; Canticum est, cum cantantium chorus libertate* [illegible] ns,

Quid Canticum Psalmi

Euthym.

Hilar.

viens, neque in consonum organi adstrictus obsequium, Hymno canora tantùm vocis exultat; Canticum autem Psalmi est, cùm organo præcinente subsequens, & æmula organo vox chori canentis auditur, Psalterium modulis vocis imitata: Psalmus verò Cantici est, cum choro antè canente humanæ cantationis hymno, ars organi consonantis aptatur, vocisque præcinentis modulis pari psalterium suauitate modulatur: Et bis omninò similia apud Magnum Basilium ad initium enarrationis in Psal. 29. apud Chrysost. tom. 1. proœmiu 2. in Psalmos: talia Hieronymus in Prothemati Psalmorum apud Glossam auctam; Cassiodorus Proœmio in Psalm. cap. 5. 6. & 7. Haymo Halberstatensis Episcopus in Psalm. 1. Hilarium imitatus in omnibus: Eusebius apud Lorinum in titulum Psalm. 44 Bruno Carthusiëtium Pater, ad inscriptionē Psal. 4 & ad c. 5. Epistolæ ad Ephesios: S. Thomas præfatione in Psalmos, & ad initium Psalm. 4. Ludolphus Carthusianus Prologo in Psalmos: Iacobus de Valentia prolusionis in Psalmos tractatu 5. Isidorus Hispalensis lib. 1. de ecclesiasticis Officiis, cap. 4. Rabbanus Maurus de institutione Clericorum lib. 2. cap. 47 Rhemigius Episcopus Rhemensis in cap. 5. Epistolæ ad Ephesios, ad illud, *In Hymnis, & Canticis spiritualibus*: Vide in eundem locum ex nuperis Enucleatoribus; & iunge Michaëlem Aignanum celebriorem ab Incogniti vocabulo proœmio in Psalmos: Ludouicum de Tena Episc. Dertusens. lib. 1. Isagogæ sacræ Scripturæ, difficult. 6. sect. 1.

Basil. Chrysost. Hieron. Cassiod. Haymo. Euseb. Bruno. S Thom. Lud. Carth. Valent. Isid Hisp. Rabban. Rhemig. Incognitus Tena.

3\. At, quanquam hæc tam peruagata opinio Patrum Schola, scrupulo tamen non caret: nam sanè Canticum Psalmo antiquius esse tradunt Isidorus, & Rabbanus locis suprà allegatis & disertè Euthymius: *Est autē Canticum* (ait) *Psalmo antiquius; Moyses quippe Cantici Auctor fuit;* Verùm, quod cecinisse Exodi cap. 15. Pharaone submerso carmen Moyses legitur, idem vt intonaret Maria, tympanum in manu sumpsit, quod & virgines sociæ quoque egerunt; nec potuit metrum illud Canticum Psalmi nuncupari, quasi ex voce pariter, & instrumento, quoniam Psalmorum nondum vsus erat: & in Euangeliis quidem tibiæ cōiunguntur Canticis, Luc 7. vers. 32. *Cantauimus vobis tibiis, & non saltastis*, Sed Plin. iunior epistolarum 2. libru, ep. 4. quasi mancum fuisse Canticum absque musico instrumento significare visus, aiens; *Psalmus tantùm, ac potiùs sola cymbala, & tympana illis Canticis desunt*; At & Epithalamij carmen, quod præter dubium Canticum est, quemadmodum hic Salomonis demonstrat Hymenæus, quodam iure plectrum, & instrumentum musicorum sibi vendicat; quare Psalmi 44. qui nuptialis est trita sententia veterum, & nouorum, inscriptio, secundùm Hebræa, eiuscemodi apud Hieronym. epist. 140. ad Principium, *Victori pro liliis filiorum Core*, nec displicet Lyrano; At sanè lilia fuisse Musicæ instrumenta quædam, arbitratur Caietanus, & alij, quorum copia apud Lorinum, videlicet, vt quo luderent instrumento Epithalamium pangentes, titulus statim indicaret: & ad lyram cantasse Pelei, & Thetidos nuptias (quod fuisse primum nuptiale carmen prisci fingunt) Claudianus innuit præfatione in connubia Honorij, & Mariæ eius versus:

Psalmus an propriùm, vt cum musica instrumento pangeretur? Isid. Rabban. Euthym. Exod. 15. Luc. 7. Plin. iun. Epithalamiū an fidibus cantaretur? Psalm. 44. Caiet. Lorin. Hieron. Lilium instrumentum musicum ex nuptialibus. Claudian.

Septima lux aderat cœlo, totiésque renatus
Viderat exactos Hesperus igne choros,
Tum Phœbus, quo saxa domat, quo pertrahit ornos,
Sbetlogi Anteloq. in Cant.

Pectine tentauit nobiliore lyram,

Non igitur videatur esse contra naturam Cantici, quòd Musici, & voce, & instrumento simul vtantur; Sed quodcunque illud est, quod canitur, hoc Canticum est; fuerit autem Cantici, siue hæc, siue illa ratio, vtcunque nostrum Epithalamium semper Canticum: nam & aliquando illud sola voce cātauerat Monarcha, dū prophetali adiutus lumine arcana penetrabat, & lætus spiritu, de incomparāda Ecclesiæ Catholicæ gloria, pro Messiæ triumphis, acuebat suauissimi gutturis melodiam, nonnunquam & fidibus eadem luserat ad maiorē iucunditatem; Cecinerant & vtroque modo, propter varietatem, comprehensa Hymenæo, Musici, qui ad nuptias celebrandas conducti fuerant.

4\. Experiamur & alia Cantici attributa, atque omnia perfectissimo Epithalamio accommodemus; Monent igitur Patres, Canticum ad theoricam vitam spectare, Psalmum ad practicam: scilicet, à Psalmo nihil dicitur, sed omnis voluptas & concentus in actione est; nam tacentibus labiis soli digiti operantur; & omnis sonus ab instrumento est, citharista interim compescente labia: silet os, quiescit guttur, & tantùm manus laborat, quæ plectri chordas mouet: in Cantico autem abest labor, & quiescente manu lingua admittitur: De hoc placito Hieronymus in Epistola ad Ephesios libro 3. in illud: *Loquentes vobismetipsis*, &c. ex cap. 5. *Psalmi autem propriè ad ethicum locum pertinent, vt per organum corporis, quid faciendum, & quid vitandum sit, nouerimus; qui verò de superioribus disputat, & concentum mundi, omniúmque creaturarum ordinem, atque concordiam subtilis disputator edisserit, iste spirituale Canticum canit: vel certè, vt propter simpliciores manifestius, quod volumus, eloquamur, Psalmus ad corpus, Canticum refertur ad mentem:* Sequitur neque verbis alienus noster Hybernus, venerabilis Sedulius, Cassiodorus ad titulum Psalmi 107. Eucherius quæstionibus in vetus, & nouum Testamentum, interrogatione 113. *Psalmus ergo* (ait) *ad actualem, id est, practicam; Canticum ad theoricam, id est contemplatiuam refertur.* Ludolphus Carthusianus ad finem Psal. 20. Quare Christopolitanus in illud Psalmi 106. *Paratum cor meum, Deus*, &c. *Et nota*, (ait) *quòd communiter Doctores ponunt differentiam inter cantare, & psallere; nam cantare pertinet ad vitam contemplatiuam; psallere ad actiuam*, Sanè hoc & mirificè quadrat in illud Salomonis Opus: nam docuimus Anteloquio 1. Sect. 8. num. 64. ex Patrum auctoritate, Prouerbia, Ecclesiasten, & Canticum Canticorum ita distribui, vt cùm duo priora spectent ad incipiētes, & proficientes Epithalamium coniungat animam Verbi amplexibus, & ad sacræ contemplationis beatas delicias rapiat: Quando igitur & Canticum ad vitam contemplatiuam attineat, & Hymenæi scopus quoque abditissima sit speculatio, meritò Epithalamium, Canticum fuerit appellatum.

Cāticum vitam contemplatiuā esse dicit, Psalmus actiuam. Hieron. Sedul. Cassiod. Eucher. Lud. Carth. Valent. *Cantici Cāticorum ex scopo vita contemplatiua.*

5\. Augustinus Canticum ad exultationem refert in titulum Psalmi 4. expendens; *Vtrum autem omne Canticum*, (ait) *Psalmus sit, an potiùs omnis Psalmus Canticum an sint quædam Cātica quæ non possint dici Psalmi, & quidam Psalmi, qui non possint dici Cantica, quæri potest: sed animaduertēda Scriptura sunt, ne fortè Canticum lætitiam indicet; Psalmi autem dicuntur, qui cantantur ad*

Canticum, exultationis & lætitiæ metrum.

August.
Haymo.

psalterium, Quod sub dubitatione Augustinus pronunciauit, apertè Haymo dixerat ad initium Psalm. 44. *Psalmus iste vocatur Canticum*, (inquit) *qu a Propheta coniunctionem Christi, & Ecclesiæ futuram, eam in hoc Psalmo cum magna exultatione pronunciat*, Atque idem similia quoque ad

Rhem. Ant.
Isid. Hisp.

exordium Psalm. 4. vti & Rhemigius Antisiodorensis: Isidorus lib 6. Orig. c 19. *Canticum* (inquit) *est vox cantantis in lætitiam*, quę vocis expressio in nullum genus carminis conueniat, si non in Musam nuptialem, quando in connubiis, cùm celebrantur, nihil subtrilte aut impaticos vti monstrauimus Isagoga 3. Sect. 3. Subsect. 4. Et vindicat sibi peculiare quidpiam hoc Salomonis Poëma: nam, quàm diuersa sit eius facies ab aliis voluminibus prisci Fœderis, disce ab Eusebio Pam-

Euseb. Pāph.

philo; *Aly quidem sacra Scriptura libri*, (inquit eius in Cantica Procemium) *eò quod in illis futura nouissima significentur, verbis indignationis, & iræ, ac formidabilibus minis referti sunt: hic vero liber, qui nihil aliud, quàm Dei solum aduentum exprimit, iucunditatis tantum, lætitiæ, ac gaudij sermones habet: præsente namque sponso, lætos omnes adfore par est, nec quenquam lugentem, vt ipse Dominus*

Bernard.

dixit; Quare & Bernardus, dum Gerardi fratris prosequeretur funus, Cantica velut detestatus, *Quid mihi* (ait sermone 26.) *& Cantico huic, qui in amaritudine sum?* Quoniam itaque cuncta festiua sunt, rectè Canticum nuncupatum est; Sed & Halgrinius Cardinalis venustè Prologo in Cantica, *Igitur, cùm Canticum dicatur mentis exultatio, Canticum illud pro excellentia personarum ad se inuicem exultantium in eodem, Canticum Canticorum meritò nominatur.*

6.
Canticum strictè, versus ad lasciuiam compositi.
Calepin.
Thes. ling. Lat.
Senec.

Canticum propriè acceptum elegantem & lasciuum sermonem nuncupandum Ambrosius Calepinus locupletatus, & Thesauri linguæ Latinę æstimauit Auctor; Fauet Seneca ep. 114 *Quare quibusdam temporibus prouenerit corrupti generis oratio, & quomodo in quædam vitia inclinatio ingeniorum facta sit, vt aliquando inflata explicatio vigeret, aliquando infracta, & in morem Cantici ducta*, Quòd appellet *infractam* ad similitudinem Cantici, denotat orationem mollis, & feminei animi, cuius robur eneruarint muliebres illece-

Quintil.

bræ, Expresse Quintilianus Institutionum oratoriarum lib. 1. c. 8 *Sit autem Poetarum in primis lectio virilis, & cum suauitate quadam grauis; non quidem Prosa similis, quia carmen est, & se Poeta canere testantur: non tamen in Canticum dissoluta, nec plasmate, vt nunc à plerisque fit, effeminata.* Quare & ad theatra, vbi omnis lasciuia exercebatur inter Paganos, amandat Hieronymus Cantica

Hieron.

allegato superiùs lib. 3. in cap. 5. epist ad Ephesios, *Audiant hæc adolescentuli audiant hi, quibus psallendi in Ecclesia officium est, Deo non voce, sed corde cantandum: nec in Tragœdorum modum guttur, & fauces dulci medicamine collinendas, vt in Ecclesia theatrales moduli audiantur Cantica*; Denique hæc sunt illa Cantica, aduersùs quæ vehe-

Chrysost.

mentissimè stomachabatur & inuehit Chrysostomus hom. 12. in cap. 4. Epistolæ ad Corinthios prioris; *Quid dixeris* (inquit) *de ipsis Canticis, quæ sunt plena omni impudicitia, & amores prauos, & concubitus illegitimos, ac nefarios, & domorū euersiones, & tragœdias inducunt innumerabiles? & frequens habent nomen amici, & amantis, & amicæ, & dilectæ; &, quod est omnium grauissimum, eis adsunt virgines omni exuto pudore, ad sponsæ honorem, vel potius ignominiam, inter impudicos adolescentes, incompositè lasciuientes, indecorè se gerentes cantilenis verbisque turpibus, & satanica consonantia* Et paulò antea dixerat: *Interim tamen Dæmoni illa verba sufficiunt, & improba illa Cantica*: Igitur, quando de conceptu Cantici strictè sumpti sit, vt lasciua, quin & turpia complectatur, cùm Hymenæus iste castissimus sit, & summè nitidus: nequaquam erit propriè nominandum Canticum: sed lato more solùm.

Arbitror equidem quando Canticum nuncupatur sermo elegans, & lasciuus: non significari 7.

Canticū salomonis an strictè Canticum?

lasciuiæ vocabulo, quod turpe, & indecorum est, & offendens graues aures; hæc enim vitia hominum sunt: qui Epithalamij legibus abutuntur: rem enim sanctam in se, & a Deo institutam commendat, & celebrat Hymenæus, quæ, vti oscula & amplexus admittit coniugalia, & honesta tantùm: ita & in eiusmodi debet versari nuptiale carmen: Itaque merum amoris effectus exprimeos, præsertim inter nubentes hoc propriè, & verè Canticum: nam in eo molle blandulum, & infractum aliquid: sed quale sufferat virtus, nimirum continentiæ maritalis: & secundum huiusmodi etymon Salomonis Epithalamium plenè Canticum est, quia & amoris versus: quod nominis ab Augustino adeptum est Canticum sermone 256. de tempore, in illud Dauidicum: *Cantate Domino Canticum nouum: Quod ibi dixit Canticum nouum, hoc Dominus dixit mandatum nouum. quid enim habet Canticum nouum, nisi amorem nouum: Cantare amantis est; vox huius cantoris feruor est sancti amoris*: Traductam autem Cantici normam ad amplexus castos, neque Scripturæ, neque Sancti dedignantur. quare & Paulus memorato sæpiùs capite 5. ad Ephesios hortatur ad Cantica & Hymnos: & August. etiam tum, cùm maximè auersaretur immundum omne, atque spurcum, delectatum se Canticis affirmat. Confessionum lib 9. c 6. *Quantùm fleui in Hymnis & Canticis tuis suaue sonantis Ecclesiæ tuæ vocibus commotus acriter? Voces illæ influebant auribus meis, & eliquabatur veritas tua in cor meum, & ex ea æstuabat inde affectus pietatis, & currebant lacrymæ: & benè mihi erat cum eis*; Porrò, si idem est Canticum, quod amoris Ode, certè de huius voluminis nominibus celebre est, quod ab amore dictum est. nempe, vt ex quadam excellētia amoris Carmen vocetur; quem in modum appellant Dionysius Areopagita de ecclesiastica Hierarchia, c 3. Origenes non semel prologo quatuor homiliarum, vbi ad longum de amoris natura, & proprietatibus disputat: Augustinus lib. de Pastoribus, cap 15. Nyssenus homil 1. in Cantica: Beda lib. 2. in Cantica, statim in exordio Bernardus sermone 59. in Cantica: Gregorius Romanus, Anselmus, Rupertus, S. Thomas, Richardus Victorinus, omnes in præfatis suis ad Opus Canticorum: nemóque non idem aliis verbis, cùm dicant vniuersi, non aliud quàm nubentium affectus, & amores describi in libro.

Cantare ad amantis spectat.
Ephes. 5.
Aug. l.
Canticum Canticorum amoris ode.
Dio. Areop.
Orig.
August.
Nyssen.
Beda
Bernard.
Greg. Pap.
Anselm.
Rupert.
Aquinas.
Rich. Vict.

Sunt, qui Canticum ad Poësim referunt: nam, 8.

Canticum rigidè, idem quod carmē.

etsi non recusent dici Canticum posse quidquid pronunciatur ex Musicæ regula, imò quodcunque ex melodo gutture in aures penetrat: tamen latam esse huiusmodi significationem opinantur, strictam eam esse, atque genuinam, quæ ad metrum coarctat: itaque ea esse solùm propriè Cantica, in quibus elucet, aut temporum, aut syllabarum, aut pedum ratio, aut rhythmicum aliquid: *Sanè Poetæ se canere testantur*, vt loquitur

Institu

Institutionum lib. 1. c. 8. Quintilianus, & quemadmodum aduertit Amalarius Fortunatus lib. 1. de ecclesiasticis Officiis, c. 22. id, à quo Ecclesia Cantici nomen mutuata est in Sacerdotum penso, carmen fuit; nimirum, & noui Fœderis, & veteris multiplex Canticum; & Psalmi Dauidici, nunc Cantica, nunc Carmina multoties inscribuntur: idque vocatur à Pagnino non rarò Canticum secundùm Hebræam translationem, quod vulgata Editio Carmen nuncupauerat. Sit verò hæc vocabuli propria declaratio, est & Carmen longè nobilissimum Salomonis Epithalamium. Agnoscit Hieronymus præfatione in Iobum allegans consentientes Philonem, Iosephum, Origenem, Eusebium, item Areopagitæ de ecclesiastica Hierarchia, cap. 3 *diuinorum amorum dulcia carmina vocans*; Nazianzenus in metris suis, inquiens:

Quinque metris constant, Iob, Dauid, tres Salomonis,
Concio, & insignes Cantus, Prouerbia sacra.

Basilius in c. 5. Isaiæ, ad illud *Cantabo dilecto meo*, &c. Damascenus lib. 4. de fide, c. 18. Origenes homil. 1. ex duabus; Bernardus sermone 1. in Cantica, & passim antiqui, recentesque Interpretes, textum aut drama, aut comœdiam, aut versum dicunt: Auctorem, Poëtam, sæpiùs appellant; Sed qui asserant, istum Hymenæum, partem esse de carminibus, quæ composuerit Salomon, & quorum recordatio Regum tertio, capite quarto exhibuimus multos, eósque graues testes Præludio septimo, Sectione tertia, numero trigesimo secundo.

9. Dixeris nulla esse in Scripturis vniuersim carmina, ac proinde neque hoc Opus metricum esse; Porrò argumentum esse, Scripturam à versibus abhorruisse, quod eam non reddiderint interpretes aliquo carminum genere; cur enim, si vtile carmen in primitiuo idiomate, non etiam in versionibus? Equidem scio existimare in Hebræis versatissimos quosdam viros celebres, latere nunc qualis fuerit Hebræorum antiqua Prosodia, de his Genebrardus prologo in Canticum Canticorum, ad calcem; Andreas Masius ad illud cap. 10. Iosuë: *Tunc loquebatur Dominus Iosue*, &c. Nostri, Gaspar Sanctius prolegom. 8 in Iob: Magallanius in Canticum Moysis, & de benedictionibus Patriarcharum Prolusione Isagogica 7. numero 107. Bellarminus institutionis linguæ sanctæ, cap. 5. At, qui negauerit Hebræam dialectum esse versibus inidoneam, aut penitùs de Biblijs sustulerit omnem formam metri, non legi hactenus, exceptis Hæreticis, de quibus meminit Sixtus libro octauo Bibliothecæ sanctæ, hæresi [illegible]. *De veteri instrumento in genere*: Affirmant autem disertè ex Patribus recensiti numero præcedenti, & sufficeret vnius Hieronymi effatum, quo doctior nemo in Hebræis, neque tum cùm Iudæorum Scholæ optimè florerent. Clemens Rom. lib. 1. apostolicarum Constitutionum, c. 6. Iunilius Africanus Episcopus, libro secundo de partibus legis, cap. 19. sicut, & non Bedæ Opus illud: Cassiodorus [illegible] Psalmi 53 Isidorus lib. 1. de ecclesiasticis Officiis, cap. 4 Walfridus Strabo de rebus ecclesiasticis, cap. 25. Amalarius Fortunatus de ecclesiasticis Officiis, cap. 22 Tostatus explanatione in epistolam beati Hieronymi ad Paulinum, cap. [illegible] quæst. 15. Ex recentioribus densum agmen, præter iam citatos asseuerantes, aut ignorari modulum veterum Hebræorum in componendis versibus, aut fuisse aliam carminis naturam, quàm sit apud nos: Eugubinus præfatione in Iob, & in Psalmos: Alphonsus de Mendoça quæst. 3. expositiua ex professo: Rutilius Benzonius lib. 1. in Canticum; *Magnificat* c. 1 Ludouicus à sancto Francisco lib. 9. globi, & Canonum linguæ sanctæ, cap. 1. Gueuara cap. 1. Habacuc, n. 18 Iacobus de Valentia præfatione in Cantica: Gisl[erius] præfationis suæ, cap. 4 num. 9. Almonacirus in titulum Canticorum: Pererius disp. 1. in cap. 15. Exodi, n. 3. Martinez hypotyposeon lib. 3. cap. 3 Lorinus tom. 1. in Psalmos, præfationis cap. 7. Pineda proœmio in Iobum, cap. 3 Adamus Contzen in Politicorum libro 4. § 2. Franciscus Fernandez de Cordoua in Didascalia multiplici sua, cap. 19. Posseuinus in Bibliothecæ lib. 2. cap 76. Magallanez lib. 2. in Canticum Moysis, sect. 1. annotat. 1. Claudius Rangolius, & noster Mendoça ad versum 1. c. 2. libri primi Regum: Bonfrerius ad initium cap. 15. Exodi: Cornelius à Lapide ad Canticum Moysis breuius Exodi cap. 15. & Proœmio in idem Canticum Balthasar Paëz, denique Marinus ad versum 21 [c.] 4. Geneseos, quæstione de vi Musicæ, titulo [illegible]auo, vbi commonstrat aduersùs Scaligerum [illegible] versus nostris similes pati Hebræorum idioma, quæ fuit sententia Hieronymi præfatione in Iob.

10. Quod verò non miserit Interpres carmina reddere quod metro scriptum reperit in originario Textu, [illegible] suo ingenio causam protulit Augustinus ad Memorium Episcopum scribens epistola 131. *Quibus numeris constent versus Dauidici, [illegible] non scripsi, quia nescio: neque enim ex Hebræa lingua, quam ignoro, potuit etiam numeros Interpres exprimere, ne metri necessitate, ab interpretandi veritate amplius quam ratio sententiarum sinebat, digredi cogeretur: certis tamen constare numeris, credo illis qui eam linguam probè callent.* Et tamen, cùm hinc tantam curam in vertendo posuerit Translator, [est] adhuc qui obganniat: Sed quispiam obijciat forte illo ex communi Patrum atque recentiorum [illegible] adstrui Acta Iob ab ipsomet primùm Arabicè conscripta, deinde à Moyse Hebræorum donata idiomate, at retentos ab eo versus, quibus liber constat, vt docet Hieronymus præfatione in [illegible] Respondeo, de vulgatæ Editionis Interprete duas ferri opiniones, de quibus Serarius in prolegomenis bibliacis, [c.] 19. quæstione 8. alteram, quæ absque prophetico lumine vertisse Biblia affirmat, & iuxta hanc dicemus humana quanta fieri potuit diligentia, elaborasse illum, vt syncera prodiret translatio, & cùm hoc iuuari arbitraretur soluta oratione potiùs quàm metro; idcircò abstinuisse à versibus: Alteram, quæ prophetica suffultum luce contendit, & secundum hanc affirmabimus ad eodem [Spiritu] quo regebatur, à qua directus est Moyses, vtrunque monitum: alius vt carmine verteret, alius vt prosa: sicut ob similem causam diximus Præludio septimo, Sectione prima, aliter Hebræa nonnunquam repræsentare quidpiam, aliter septuaginta Seniores, aliter Apostolos, & Euangelistas. Verùm ista satis fuerint in gratiam eius significationis, qua adstruitur Canticum propriè idem esse, quod carmen: omnis tamen disputatio in nomine solùm est: nam, neque ipsum carminis vocabulum perpetuò excludere orationem solutam, sed accipi nonnunquam pro sermone à numeris

Marginal notes: Quintil. Amalar. *Canticum Canticorum propriè carmen* Pagnin. Philo. Ioseph. Orig. Euseb. Hieron. Areopag. Nazianz. Basil. Damascen. Bernard. 3. Reg. 4. *Num aliquo carmine Biblia scripta?* Genebr. Masius. Gasp. Sanct. Magallan. Bellarm. Sixt. Sen. Hier. Clem. Rom. Iunil. Cassiod. Isid. Hisp. Vualfrid. Amal. Fort. Abul. Eugub. Alph. de Mendoça. Lud. à S. Fr. Benzon. Gueuara. Valent. Gisler. Almonac. Pereira. Lorin. Pineda. Adam. Cõt. Fernand. Posseuin. Magall. Rangol. Franc. de Mendoça. Cornel. Bonfr. Balt. Paëz. Marin. Hieron. *Vulgatus Interpres, quâ ob rem carmine non reddiderit quasdam Scripturæ partes?* Serar. *Carminis vocabulum ad Prosam relatum.* Zeida.

numeris libero, nitium probare Luysius noster ad illud Eclog. 5. Maronianæ.

Tale tuum carmen nobis, diui te Poeta, &c.

Atque in Aduersariis sacris cap. 106. numero septimo.

11. Sed quàm probè Salomon, quod & cantu, & carmine insigniuerit Epithalamium? quid enim his iucundius? quid aut virtus, aut præstantius? Et omitto portentosa illa, quod Orpheum syluæ insequutæ sint, flumina cursum tenuerint, feræ indomitæ iras deposuerint: Consule Alphonsum de Mendoça quæstione 3. expositiua: Marinum Mersennum ad versum 21. c. 4. Genesis: nostrum Zerdam ad exordium Eclogæ octauæ Virgilianæ: Cœlium libro 7 lectionum antiquarum, c. 4. Polydorum libro 1. de rerum inuentoribus, c. 8. Petrum Gregorium lib 17. de Republica, c. 5. Franciscum Floridum Sabinum lectionum subcesiuarum lib. 3. c. 7. ego de prætermissis ab eis paucula: adest Philo libro de victimis offerendis. *Cantus* (inquit) *verbaque, sanitatem, & salutem asseruit: cantus quidem excantando . . . es animi, vt quicquid in . . obus, in concentum quendam redigendo, reprimendóque immodicos affectus, certis modulis componat.* Dabo longiorem Chrysostomi orationem de expositione in Psalmum 42. prope initium, quoniam & de Canticis est, atque eximie declarat, quamobrem & Bibliorum sacratissimis effatis interseri voluerit Numen: nam Anabaptistæ, & alij de Sectariorum cloaca homines apprimè casti, dedecere existimarunt verbum Dei: sic verò Ioannes: *Quanam vero de causa cum Cantico maximè hæc dicatur prophetia, audi: Cum Deus vidisset, multos homines esse socordiores, nec ad legenda spiritualia libenter accedere, nec, qui in eo capitur, laborem tolerare; volens gratiorem laborem efficere, eiúsque sensum præscindere admiscuit prophetiam melodiam, vt omnes, versus Cantici numero delectati, cum magna animi alacritate ac promptitudine, sacros ei Hymnos emittant: nihil enim animam æquè erigit, & alatam quodammodo efficit, & a terra liberat corporis, & amore sapientia afficit & vt res omnes ad hanc vitam pertinentes irrideat, perficit, vt versus modulatus, & diuinum Canticum numero compositum: Nostra certè natura vsque adeo delectatur Canticis & carminibus, & tantam cum eis habet necessitudinem, & conuenientiam, vt vel infantes ab vberibus pendentes, si fleant, & affligentur, ea ratione sopiantur: nutrices quidem certè, quæ eos gestant in vlnis, sapè abeuntes, & redeuntes, & quædam puerilia eis carmina decantantes, supercilia eorum ita sopiunt: quo circa sapè quoque viatores meridie agentes iugalia animalia, hoc faciunt canentes, vt itineris molestiam illis Canticis consolantes nec solum viatores, sed etiam agricolæ vuas in torcularibus calcantes, vindemiantes, & vites colentes, & quodcunque aliud opus facientes, sapè cantant. Nautæ quoque remos impellentes hoc faciunt: Iam vero mulieres quoque texentes, & confusa stamina radio discernentes, sapè quidem, & per se singulæ, sapè enim omnes concorditer, vnam quandam melodiam concinnunt: hoc autem faciunt & mulieres, & viatores, & agricolæ, & nautæ, qui ex opere faciendo suscipitur laborem cantu consolari volentes, vtpote, quòd anima, si carmina & Cantica audierit, molestia, & difficilia sic facilius toleratura: quoniam ergo hoc genus delectationis est nostra anima valdè cognatum & familiare; ne Dæmones lasciua, & meretricia Cantica introducentes, omnia euerterent; Psalmos Deus opposuit vt ex eo simul caperetur voluptas, & vtilitas:* Chrysostomi dulcissimæ eloquentiæ alterum os aureum cognata protulit his Petrus Rauennas sermone decimo, qui est de Psalmo 28 *Omnes*, inquit, *qui arduas operum sublenant, & solantur angustias, probant ad solatium laboris datam nobis naturaliter cantilenam: hinc naucæ cantu superant maxima discrimina. hinc viantes colles arduos facit transcendere vox sonora: hinc prælantes ipsos præcedens cantus subire concitat amara bellorum: ac ne multis, omne, quod durum est operis, quod laboris dulcis vincit, & efficit cantilena.* Sed, quid optandum magis iis, quæ deprædicat Hieronymus epist. 17. ad Marcellum? *In Christi villula tota rusticitas, & extra Psalmos silentium est: quo unque te verteris, arator stiuam tenens Alleluia decantat. sudans messor Psalmis se auocat, & curua attondens vitem falce vinitor, aliquid Dauidicum canit: Hæc sunt in Prouincia carmina: hæ, vt vulgo dicitur, amatoria cantiones, hic pastorum sibilus, hæc arma cultura.*

Annectam de profana eruditione, & præibit Naso, ne & cantus, & carmen desit à quibus ipsa celebrentur Lib 4 Tristium, elegia 1. sic intonat:

Hoc est cur cantet vinctus quoque compede fossor,
Indocili numero cum graue mollit onus,
Cantat & innitens limosa pronus arena,
Aduerso tardam qui vehit amne ratem
Fessus vt incubuit baculo, saxóque resedit
Pastor, aru . . . carmine mulcet oues,
Cantantis pariter, pariter data pen . . .
Fallitur ancillæ, decipiturque lab . . .

Nasonis Musicæ succedat grauis . . . epistola 108. *Nam* (vt dicebat Cleanthes) *quemadmodum spiritus noster clariorem sonum reddit cum illum tuba per longi canalis angustias tractum patentiore nouissimè exitu effudit: sic sensus nostros clariores carminis arcta necessitas efficit: eadem negligentius audiuntur, minúsque percutiunt, quandiu soluta oratione dicuntur: vbi accessère numeri, & egregium sonum adstrinxère certi pedes; eadem illa sententia, velut lacerto excussa, torquetur.*

Sectio II.

Epithalamium an ob antiquitatem Canticum Canticorum vocatum? Scientiæ, à quibus deriuatæ ad gentes? Poetæ ethnici plurima quemadmodum & Philosophi ex sacris Auctoribus suffurati; An Moyses litteratorum Dux? Quas scholas Hierosolymis condiderit Salomon, & num ipse publicè docuerit? Virgilij de Musæo versus Æneid. 6. an de Moyse interpretandi?

EXploratum est apud omnes Hymenæi Interpretes Canticum dici Canticorum ob singulatem metri eminentiam atque eò quòd reliqua etiam Bibliorum Cantica non leui superet interuallo: Sed, à quibus fontibus 13.

hic

Moyses primus Cantici modulator. Chrysost. Euthym. *Iobus Poeta, eius acta ab ipso primum conscripta.* Bellarm. Pineda. Possevin. Sanct. Salian.

hic petendus excessus, vniuersa controuersia est, Ac primùm quidem meditari valeamus, ita nuncupatum ob vetustatem, quoniam, videlicet, inuentor Poeseos Salomon extitit, quem cæteri posteà quicunque metrica claruerunt laude, sequuti sunt; At hoc impossibile esse, asseuerauerit quicunque; liquet enim & Moysen Cantica modulatum, imò hunc antiquissimum Præcentorem Chrysostomus facit in Psalmum 95. aiens; *Primum omnium que vetustissimum Canticum ad mare rubrum decantatum est, quo tempore admirandus ille Moyses tota diuina eius fus mare rubrum, ac pelagus versum in terram & Canticum resonans dicebat, Cantemus Domino gloriose enim glorificatus est,* &c. Atque eadem est opinio Euthymij præfatione in Psalmos; Quòd si certè verum est, Iobi gesta ab ipso primùm conscripta Arabicè, posteà à Moyse Hebræorum donata sono, quod ferè opinioni omnes Auctores sequuntur, quos memorant quibusque assentiunt Bellarminus de Scriptoribus Ecclesiasticis, Possevinus in Apparatu sacro; Pineda præfationis in Iob cap. 3. Gaspar Sanctius in eundem prolog. 2. Salianus tom. 1. anno mundi 2 [illegible]. num. 3 Certè huic Moyse antiquiorem Vatem fateantur, necessarium est, nisi comminiscamur, Iobum soluta oratione scripsisse, Moysen ligata: At quæ huiusce essati probatio? Equidem Suidas Iobum Poetam opinatur: *Habes* (inquit) *huius philosophi librū multo & Homerica, & Platonica lus* [illegible] *cauillantē arguitur,* Quare & præluxisse Iobum, atque Moysem vniuersis Poëtis, cunctisque seniores habendos velit noster Pineda præludiorum cap. 4. num. 3 Sed optimè à Sanctio nostro animaduersum, Iobum ipsum instruere, eo antiquiores fuisse Vates significant verba illa cap. 36. vers. 24 *Memento, quod ignores opus eius, de quo cecinerunt viri:* Putat enim antiquissimum esse inuentum carminis, vt qui ducē habeat eum mundo penè ipso natum, certè huius assequutum infantiam Iubalem, de quo Gen. 4. vers. 21. *Et nomen fratris eius Iubal ipse fuit pater canentium cithara, & organo,* Qua de re latè in eum locum Marinus Mersennus: Gerson tertia parte, tract. 1. de Canticis: Tanta igitur carminum quando sit ætas atque senectus, non potuit metricorum Coryphæus esse Salomon ac proinde ob hanc causam eius Poëma minimè dictum Canticum Canticorum.

Iubal metrorum inuentor. Iob 38. Gen. 4. Mar. Mers. Gerson.

14. Asserant, distinguendum esse inter Canticum vagè sumptum pro quouis genere versuum: & inter significationem nominis arctam, pro versu amores loquente, atque adeo nubentium describente affectus, qui est Hymenæus. Primi norma accepto metro, neque quam Salomon Helt [illegible] fuerat Antistes, sed Iubal, quin neque aut secundas tenuerit partes, aut tertias, quando & Moyses, & Dauid præcesserint iuxta secundam declarationem, Salomonem Epithalamij repertorem dicendum, à quo Theocritus, & alij Poetæ hauserint: quare dici quidem secundùm hanc intelligentiam probè Canticum Canticorum. quòd, scilicet, primum carmen sit, quo connubiorum gaudia celebrantur. Habet sententia ista adstipulatorem Orig. homil. 1. ex duabus Hieronymianis: *Hæ quippe in hoc libro, fabula pariter inquit & Epithalamio sunt personæ, ex quo Gentiles sibi Epithalamium vendicarunt, & istius generis carmen assumptum est:* Adamantij cogitationem amplexatus, Philippus Abbas procemio 2. in Cantica: *Quod, nimirum, scribendi genus ante illum non noui antiquitas, sed ab illo (vt videtur) longè infra sumpsit posteritas; dum post sequentes Græcorum Scholastici quid de quibus mystice scriberet quia non satis capere potuerunt, ipsum saltem scribendi modum ad suas vanitates & ineptias transtulerunt.* Cyprianus Cisterciensis præfatione in Cantica, Delrius Isagogæ cap. 4. Gaspar Sanctius prolog. Sed neque ista stare satis possunt, nam certè apud Dauidem Psalm. 44. *Eructauit cor meum,* &c. nuptialis est ex trito Patrum, & Interpretum arbitrio qui passim Epithalamium vocant. Docebit Pineda de rebus Salomonis lib. 6 c. 17. Lorinus in titulum Psalmi: quin & nos Anteloq 1. Sect. 9. num. 78. multos graues testes produximus, qui affirmarent, eandem esse materiam, idem argumentum, & eius Psalmi, & huius Cantici Canticorum: Quòd si quidem eadem vtrobique materia, & carmen vtrumque simile fuerit; Dauid igitur antiquior Epithalamij scriptor, quam filius eius Salomon: quin & ostendimus Anteloquio 3. Sect. 3. Subsect. 2. ex Genesi, & Iudicum Actis, septiduo cum epulis & alacritate à priscis Hebræis celebratas nuptias, in quibus neque metrum, neque cantus defuerint; erat autem Hymenæus quodcunque in nubentium gratiam caneretur.

Salomō Epithalamij primus Artifex, à quo ethnici transferunt. Orig. Phil. Abb. Cypr. Cist. Delr. Sanct. Pineda. Lorin.

Sed tamen, cùm eiusmodi hæc sint, Origenes non solùm Epithalamij formam minimè esse Gentium Poetas à Salomone æstimat, sed etiam philosophicas disciplinas & reconditas quasque scientias, iam prologo quatuor hominum, postquam de Physica, de Ethica, de speculatiua cognitione disseruit, ubi ecit: *Hæc ergo, vt mihi videtur, sapientes quique Græcorum sumptam à Salomone, vtpote qui ætate, & tempore longè ante ipsos prior ea per Dei Spiritum didicisset, tanquam propria inuenta protulerunt, & in institutionum suarum voluminibus comprehensa, posteris quoque reliquēre: Sed hæc, vt diximus, Salomon ante omnes inuenit & docuit per sapientiam, quam accepit à Deo sicut scriptum est: Et dedit Deus prudentiam Salomoni, & sapientiam multam valdè, & multiplicata est in eo sapientia super omnes filios antiquorum hominum, & super omnes sapientes Ægypti:* Quod si certè roborare poterimus, Salomonem eum esse, à quo demanarint scientiarum notitiæ ad reliquas gentes, expeditum fuerit intulisse, & eius lucubrationes fuisse omnium vetustissimas, à quibus nimirum, cæteri deumpsêre mortales. Atque antequàm hanc aggrediamur prouinciam, necessum fuerit omninò statuisse, ab Hebræis deriuata fuisse artium & disciplinarum lumina ad profanas nationes: ex quibus & Chaldæi, & Phœnices, & Ægyptij, tota Græcia suffurata sit tantam & in versibus, & in eloquutione, & in Dialecticis, cæterisque Facultatibus, in quibus eruditio cernitur, supellectilem: Sunt autem huius pronunciati abundantissimi vindices Clemens Alexandrinus Stromatum lib. 1. Origenes lib. 4 contra Celsum: Cyrillus lib. 1. contra Iulianum: Iosephus aduersùs Appionem: Eusebius de præparatione euangelica lib. 9. cap. 3. Nyssenus in vita Moysis: Tertullianus Apologetici cap. 19. & 47 Theodoretus lib. 2. de principiis Augustinus lib. 2 de doctrina Christiana, c. 28. & lib 18. de Ciuitate cap. 37. Ambrosius libro de bono mortis. c. 5. & serm. 18. in Psalm. 118. Nicephorus lib. 4. c. 4. quorum verba ad longum referunt hoc de argumento tractantes, Pererius

15. Orig. *A Salomone philosophia Gentium suffurati plurima.* *Ab Hebræis deriuata scientia ad reliquas nationes.* Clem. Alex. Ioseph. Cyril. Alex. Euseb. Nyssen. Tertull. Theodor. August. Ambros. Niceph. Pereria.

Serar. Posseuin. Mendoça. Salian. Tuffus. Pontan. Chrysol. Sand. Benzon. Leo Castr. Gorop. Bec. Fernandez.

disput. 7. & 8. in c. 2. Exodi Serarius prolegomenis bibliacis, cap. 16. quæst. 2. Posseuinus Bibliothecæ lib. 2. c. 4. & lib. 12. tractat. 2 cap. 2. Mendoça tom. 1. in 1. Regum, sect. proœmiali 2. num. 12 Salianus tom. 1 anno mundi 1470. n. 5. Tuffus Prologo Ecclesiastici, ad illud: *peruens in Ægyptum* &c. Iacobus Pontanus Philocaliæ lib. 1. cap. 1. Ludouicus Chrysolius Mystagogi lib. 2. cap. 14. sect. 1. Maximilianus Sandæus in suo Grammatico profano, commentatione secunda. & præter hos nostros Rutilius Benzonius lib 1. in *Magnificat*, cap. 3 Leo Castrensis ad illud cap. 40. Isaiæ *Quoniam completa est malitia*, &c. Ioannes Goropius Becanus Gallicorum lib. 4. & Hispanicorum libro 5. Franciscus Fernandez de Cordoua in Didascalia multiplic, c. 19.

16\. *Ex Moysis voluminibus transtulerunt multa gentium sapientes an illi scientiarum Antesignani?* Euseb.

Sed quid ex his in fauorem Salomonis? Imò contra eum omnia: nam vt ad Hebræos referenda sit gloria literaturæ, & inuentio disciplinarum, penes Moysem erit honor, non apud Salomonem, Sanè Eusebius lib 9. de præparatione euangelica, c. 4. *Nunc Eupolemon de Moyse audiamus* (inquit) *ait enim sapientissimum hominem Moysem fuisse, & litteras Iudæis primum tradidisse, & a Iudæis Phœnices accepisse, Græcos vero a Phœnicibus. Artabanus autem Merin Cenephris Regis Ægyptiorum filiam ait, putrium, quoniam ipsa non pareret Iudæum adoptasse, quem Iudæi Moysem, inquit, Græci Musæum appellarunt, cuius doctrina multa Orpheus didicit* Et lib. 10. c. 3. ad longum probat, Moysem cæteris antiquiorem, à quo scientias deprompserint: *Ita notabilia omnia, ac mirabiliaque Græcorum, siue vera, siue falsa, post Moysem fuisse comperiuntur.* Et deinde, *Quare omnibus Diis, ac Heroibus Græcorum multo vetustior Moyses inuenitur, & oportet seniori a quo iuniores hauserunt, multò magis credere non enim Homero solummodò Moyses superior verum etiã omnibus qui aliquid apud Græcos cripsère* Et de Demonstratione euangelica lib 5. in præfatione; *Neque igitur illa Prophetis Hebræorum comparare fas est. quoniam primus initiator ac Theologus extitit Moyses*, Loquutus autem fuerat per comparationem de Gentium Sapientibus.

Clem. Alex. Iustin. Cyrill. Theod. Theoph. Antioch. Tatian. Assyr.

Clemens Stromateus libro 1. Stromatum eadem ex Eupolemo recensei quæ Eusebium attulisse ostendimus: Iustinus Apologia 2 pro Christianis. *Enimuerò & a nostris Doctoribus Platonem accepisse intelligatis, quod dixit, Deum materia informi versa mundum creasse Verba ipsa, prout concepta sunt, primi vt diximus, Propheta & omnibus Græcis Scriptoribus vetustioris Mosa, audite.* Cyrillus lib. 1 contra Iulianum, prope initium, cùm demonstrat Moysem omnibus externis Philosophis & Poetis antiquiorem, subdit: *Multa ex illius libris furatos* [illegible] *& iuuant* [illegible] *misse*; Theodoretus lib. 2. de principiis: *Cur non, quasi, his omnibus relictis, ad Moysen in Oceanum Theologiæ, transimus, a quo, vt poetice dicam, fluuij omnes & maria omnia deriuantur? Illinc enim & Anaxagoras, & Pythagoras* [illegible] *óque post eos, parua quædam veritatis lumina quædamque initia desumpserunt: Socrates quoque, qui Archelao, Anaxagoræque coniunxit, ab eis didicit, quæcunque de Deo aliis ipse tradidit* Theophilus Patriarcha Antiochenus libro [illegible] prope finem: *Apparet quoque* (inquit) *non solum Moysem, sed & reliquos Prophetas vetustiores esse omnibus profanis Scriptoribus*: Tatianus Assyrius tom. 4. Bibliothecæ 3. editionis, oratione contra Græcos, iuxta calcem: *Sic tam apparet ex prædictis, quòd Moyses priscis Heroibus antiquior sit, & ex bellorum temporibus, quod Gentilium etiam Dæmonum ætatem præcesserit & æquum est, vt ætati maiori fides habeatur potiùs quam Græcis, qui illius dogmata non rectè intellecta e fonte hauserunt multi nanque Græcorum Sophistæ curiositate quadam inducti, quæcunque a Moyse, & similibus ei sapientibus viris didicerunt, deprauare, & secus efferre conantur: partim, vt ipsi proprium aliquid promere videantur: partim, vt ea, quæ non intelligunt ficta quadam sermonis compositione velantes, veritatem suis commentis vitient* Denique concipiamus & ab aliis Prophetis nonnulla accepisse Gentes sed & ipsi Prophetæ à Moyse receperunt: Quare Magnus Antonius epistol. 5. ad Fratres Arsenoitas: *Adhuc insuper* (ait) *& omnis Prophetarum chorus ædificauerunt supra fundamentum Moysis*: Moyses igitur, quando fundamentum; & primus, & antiquissimus est, cui debentur vniuersa, ac proinde scientiarum Patriarcham agnouisse oporteat. Ant. Mag

Eiusce rei non obscura indicia, quòd quæ legantur apud ethnicam Musam proportionem habentia cum sacris mysteriis, ea potissimum ex Moysis Historia decerpta fuerint: Videre poterit lector non pauca quæ Guillelmus Hammerus explanationi in Genesim admiscuit, suppeditátque Naso bonam partem 1. Metamorphoseon Sed legendus erit in primis Fulgentius Mythologus; nunc contenti erimus vno, aut altero Ouidiano carmine, qui de Baccho tertio Fastorum: 17.

Hammer. *Nec plura gesta ad Bacchũ translata à Poetis.* Ouid.

Ante tuos ortus aræ sine honore fuerunt,
Liber, & in gelidis herba reperta focis
Te memorant Gange, totóque Oriente subacto
Primitias magno supposuisse Ioui,
Cinnama tu primus, captiuaque thura dedisti,
Déque triumphato viscera tosta boue.

Putat igitur Goropius Becanus lib. 4. Gallicorum his versibus alludi ad sacrificium à Noe oblatum post cataclysmum Genes. c. 8. vers. 2 *Ædificauit autem Noe altare Domino, & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis, obtulit holocaustum super altare, odoratúsque est Dominus odorem suauitatis*: Sanè & Natalis Comes Mythologiæ libro 5. c. 13. eodem metro probare nixus Bacchum primum fuisse, qui altaria struxerit: neque nouum est diluuiorum victori comparatum esse ob vineæ plantationem, vt monet Lactantius diuinarum Institutionum libro. 2. c 14. Equidem & ad Ianum transferri eadem valeant: nam hoc adumbratur Noë ex iudicio eruditorum aduertit Rosinus lib 2. Antiquit. Romanarum, c. 3. atque istud significari, cum biceps pingitur, vt qui & præterita, & ventura aspicere meruit; scilicet, fuit duorum sæculorum socius & eius quod inundantiam antecessit, & subsequuti: Vidit Bolduc. & annotauit lib. 2. de Ecclesia ante legem, c. 7. Vini etiam repertor, & qui primus libauit vin Quintus Fabius pictor meminit lib. 1. de aureo sæculo *Et ob id* (inquit) *& in omni sacrificio perpetua præfatio præmittitur, fárque* [illegible] *ac vinum primo prælibatur* Sed & ergo Becanus lib. 6. Hispanicorum plures ex Nasone versus depromere: sic autem rursum cantat in primo de Arte:

Gen 8. Nat. Com. Lactant. Rosin. Bolduc. Quin. Fab Gorop Bec Ouid.

Dicitur Ægyptus caruisse iuuantibus arua
Imbribus, atque annos sicca fuisse nouem,
Cum Thrasius Busirin adit, monstratque piari
Hospitis effuso sanguine posse Iouem.

Illi

Ille Busiris. Fies Iouis hostia primus,
Inquit, & Ægypto tu dabis hospes aquam.

Allusio ad Iosephi apud Ægyptum gesta, ex fabula Busiris.

Ac quanquam non omnia quadrent in Iosephi Historiam; neque enim fuêre nouem sterilitatis anni: at docuimus n. 16. ex Patribus, in more extitisse Ethnicis, vt commentis quibusdam respergerent Bibliorum narrationes; Sanè quemadmodum ea, quæ de siccitate pars est metri ad famem valeat referri, quæ per septennium vexauit: sic reliqua interpretari possim de Pharaonis tyrannide, & sæuitia in populum Hebræorum, qui velut hospes in Ægypto ad tempus solùm permansurus, abiturus tandem in promissam tellurem fluentem lacte & melle, & fuit adinstar Herculis Moyses, à quo Busiris Pharao nempe deuictus fuit, deturbante Numine propter seruum suum, in profundum, equum, & ascensorem: Atque his alia plura æqualia sunt, de quibus idem Goropius libris originum Antuerpianarum, quos Chronia intitulauit, quarto præsertim volumine: inde & Elysia prata semper amœna apud Poëtas, & Deucalionis imbres, de quibus noster Roa lib. 5. singularium, c. 6 7 8. Mehercule de cataclysmo pulchrum illud in Plutarcho, Opere de solertia animalium, ad medium: *Sane, qui fabulas narrant, y columbam aiunt ex arca emissam, Deucalioni certum indicium detulisse tempestatis, cum rursus ingrederetur; serenitatis, cum euolasset;* Quæ nemo non continuò inspiciat, quantam habeant cognationem cum iis, quæ Geneseos liber repræsentat. Atque, quòd aut nectar, & ambrosiam finxerint Hesiodus, & alij, & nescio quam herbam Moly, qua Deorum iuuentus immarcessibilis conseruaretur, Pererius arbitratur ad lignum vitæ respexisse lib. 3. in Genesim quæstione 5. n. 79 qui, & an in Deorum numerum relatus sit Noë ob præstita mortalibus beneficia, ex Beroso Anniano transcribit libro 14. in Genesim, n. 206. quod agitat etiam Bolduc loco eodem paulò anteà recensito.

Ethnici Bibliorũ narrationes cõmẽtis aspergebant.

Gorop.

Roa.

Plutarch.

Fictiones de Paradiso, de colũba Noe, de ligno vitæ.

Perer.

Moly herba qualis?

Beros.

Bolduc.

18\. Vides igitur, quanta ex Mosaïco penu suffurati sint Gentilium Sapientes; nimirum, quòd huius doctrinam & summam eruditionem præ omnium hominum ingenio, & scientia colerent: & ne inter ipsos Hebræos quisquam haberetur, qui illorum iudicio ad tam consummatam peritiam ascendisset: Quare vereor sanè, ne & hic sit, quem Latinus Vates Æneidos 6. tantùm celebret, & vniuerso Doctorum cœtui apud iucundam patriam anteferat, inquiens:

Moyses significatus Æn. sexto libro.

Musæum ante omnes: medium nam plurima turba
Hunc habet, atque humeris extantẽ suspicit altis.

Quem ad locum demirantur nostri Zerda, atque Pontanus, quamobrem Homerum suppressit Maro; nam huic concessum, vt in maiore pretio eius haberentur carmina, quàm aut Musæi, aut Lini, aut Orphei, aut cuiusquam alterius Græcorum Poëtarum: Assertor est Pausanias libro 9. pag. 305. nam de Orpheo testatus: *At enim Orpheus carminis concinnitate omnes qui ante ipsum fuerant, longo superauit interuallo:* Præcedentibus ex arte quadam comparauit, quòd Homero inferiorem arbitraretur, vt mox significauit de hymnis Orphei tractaturus: *sunt illi (inquit) carminis quidem elegantia, & ornatu primi secundum Homeri hymnos: at hoc illis sanè diuinius obtigit, vt in maiore quàm illi honore ac pretio habeantur:* Quare & ab aliquibus suspectus de liuore, notatusque, vt qui ob inuidentiam egerit, Virgilius: quanquam Iulius Scaliger ob Musæi præstantiam factum indicare videatur Poët. lib. 5. c. 2. eò quòd opinetur, inter Græcorum Vates palmam præripuisse: Verùm, quæ supponit Scaliger, cum iis stare nequeunt depromptis nuperè ex Pausaniæ monumentis, quibus Orpheo prima deferuntur: Atque, vt fateatur Pausanias, ipse de Orpheo veterum fabulationes argumentum suppeditassent: nam, quòd in eius versibus excelsum quidpiam atque stupendum demirati fuissent supra Poëtarum totum chorum, proptereà non de Lino, aut Musæo, sed de ipso commenti sunt cantu ornos & saxa trahere, feras domare, fluminibus moram imponere: iam neque properea Latinus Vates Musæo detulit, quia etsi non carmine præstantior, sed antiquitate tamen: nam senior illo Orpheus, quem Magistrum habuit, vt memorat Eusebius libro 10. de præparatione Euangelij, cap. 3. Tassianus Assyrius oratione contra Græcos, aut etiam & præceptorem simul & parentem: quod innuit Cassiodorus libro 2. epistola 40. & aliqui apud Salianum tom. 2. anno mundi 2786. n. 1. Quòd si & inuidit Maro, & Homerum obscurare tentauit ut meruduus liuor extitisset, cùm, vt aliquem præponeret, Orpheum debuerit magis anteferre ob causas allegatas. Quamobrem id futrasse verissimum fuerit, cùm acciperet Moysem Poëtarum vetustissimum fuisse, quem & summoperè eueherent ipsi Pagani Scriptores, vti aduertit Cyrillus libro 1. contra Iulianum, prope initium; in hunc, ex cuius fontibus cæteri ora proluerant, principatum transtulit; Atque sanè ostendimus ex Eusebio ad exordium numeri 16. Moysem à Græcis Musæum nuncupatum fuisse.

Orpheus mo lior Poëtarum, qui ipsum præcesserunt Homerus Poëtarum Orpheus: Maronis erga eũ liuor.

Scalig.

Orpheus Homeri Magister.

Euseb.

Tassian Assyr.

Cassiod.

Salian.

Cyrill.

Moyses à Græcis Musæus nuncupatus.

Euseb.

19\. Tot igitur confluentibus non spernendis argumentis, quis in dubium vertat, Moysem potiùs, quàm Salomonem scientiarum Antistitem vocandum? Verùm liberales simus, & Moysem excludamus: adhuc suppetunt multa, quæ impediant, vt Salomon Coryphæus existimetur: nam, si anteriora respiciamus tempora, ea, scilicet, quæ Moysis ortum præcesserunt, inueniemus plures eximios antecessores, quales Iosephus, Abraham, Noë, Seth, Enoch; & fundamentum ipsum Adamum de quibus Iacobus Bolduc toto Opere de Ecclesia ante legem: nostri, Tufus ad prologum Ecclesiastici: Magallanius tomo 2. in Iosuë ad caput 15. annot. 1. sectionis 2. & cum elegantiis, à quo alij hauserunt, Pineda libro 3. de rebus Salomonis, cap. 17. Atque ex his postremi duo, non solùm in priscis illis viguisse profundam quandam eruditionem; sed etiam translatam ad subsequuturos nepotes patem scientiarum gloriam ostendunt. Itaque descensum facientes, & posteriorum temporum facta collatione cum vetustissimis illis, vagantur per Moysen iuniora sæcula; Et monet Pineda quidem, Moysem instituisse Concilium Sanedrin septuaginta duorum seniorum, quibus tradidit arcana Theologiæ, & Philosophiæ: floruisse & cum doctrinæ magno nomine sub Iosua Othonielem, propterea & expugnasse, & donatum Cariath. Sepher, id est, ciuitate litterarum, Iosuë c. 15. vers. 16. denique & Dauidem meditantur non ita belli strepitu totum distentum, vt non & aliquando Præceptoris sapientissimi vice functus sit, cùm Regum 2. c. 23. vers. 8. hauriamus: *Hæc nomina fortium Dauid Sedens in cathedra sapientissi*

Viri, qui doctrinarũ fama ante Salomonẽ apud Iudæos excelluerunt.

Bolduc.

Tufus.

Magallan.

Pineda.

Concilium Sanedrin doctorum virorum.

Othoniel. & Dauid Magistri in Academiis.

Iosuë 15.

3. Reg. 23.

pientissimus Princeps inter tres, ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus, qui octingentos interfecit impetu vno; Tot igitur támque diuini Magistri, cùm Salomone priores fuerint, quid est quòd ipsum scientiarum caput facere conemur, quasi sub ignorantia ante ipsum latuerit orbis tantis clarus luminibus?

20. Fateor ego quidem ex Moysis voluminibus expiscatos Philosophos, & Poëtas Gentium quæcunque Iudæorum arcana apud eos redolere videantur: Sed, quòd ista hauserint, Salomoni acceptum referendum: Fuerunt quidem semper in populo illo viri omni doctrina instructissimi: Sed, cùm vsque ad tempora Salomonis pacem exiguam nacta esset eorum Respublica, & aut in Ægypto, aut in desertis, aut sub tumultibus (Philisthæis eos affligentibus) semper extitissent: non fuit opportunitas Scholas condendi; aut, si quas ædificarunt, illæ, neque fama egregiæ, neque auditoribus: Salomon autem requie non minùs, quàm gaza, & sapientia gloriosus, cùm vrbem conderet artis miraculum, quem lateat & Academiam fabricasse; alioquin imperfecta nimiùm eius extitissent ingenij opera: quid enim sine Lyceo Metropolis, aut quod pulchrum eius? Imò plura fuisse gymnasia innuit, & septem quidem, (vt non vanè dixerint, qui accommodarint septem columnas, de quibus Prouerb. cap. 9. vers. 1. quasi gymnasia septem Academiæ fulcra,) Optatus Mileuitanus lib. 3. ad Parmenianum, prope initium: *Denique non ait in Sion, (inquit;) sed in vna eius valle sunt celebrata: non in illo monte Sion, quem in Syria Palæstina à muris Hierusalem paruus disterminat riuus; in cuius vertice est non magna planities, in qua septem Synagogæ, vbi populus conueniens legem per Moysem datam discere potuisset; vbi nulla lis audita est, nec ab aliquo celebratum iudicium, nec aliqua est illic ab vllo Iudice lata sententia; quia locus erat doctrinæ, non controuersiæ; post doctrinam, si quid agendum erat, intra muros Hierusalem agebatur, inde scriptum est in Isaia propheta: Ex Sion prodiet lex, & verbum Domini de Hierusalem*: Quibus verbis luculentè distinguit à loco forensi, & iudiciorum litterariam palæstram, & quidem extra muros, quoniam Musæ secessum diligunt: prodest & ingeniis liberior aura, & syluæ, & camporum gratior aspectus: Quare, quod de Abraham memorat Genes. cap. 21. vers. 33. *Abraham verò plantauit nemus in Bersabee, & inuocauit ibi nomen Domini Dei æterni*, Quanquam & Nicolaus, & Abulensis perpetratum existiment in hospitum peregrè venientium gratiam, vt haberent quibus magis oblectarentur; sed Targum in catena Lippomani ob Academiam quoque.

Salomoni accepta referenda, quæ Gentiles ex sacra religionis arcana hauserant.

Schola cum fama inter Iudæos à Salomone primum condita

Prou. 9.
Opt. Mil.

Academia Hierosolymitana extra muros.

Genes. 21.
Schola in valle Mambre
Abulens.
Lyra
Targum.
Lippom.

In hoc igitur loco Salomon non tantùm studiosorum fautor & Mecœnas amplissimus; sed
21. ipse quoque antecessor præclarissimus, & docens, cuius incomparabilis scientiæ fama per orbem diuulgata. Veniebant, vt Regum tertius liber testatur, cap. 4. vers. 34. de cunctis populis ad audiendam sapientiam Salomonis, & ab vniuersis Regibus terræ, qui audiebant sapientiam eius; quæ cùm animaduerteret Optatus Mileuitanus, non iouenuste accommodauit Scholis Hierosolymitanis sermonem Isaiæ c. 2. vers. 3. *Et fluent ad eum omnes Gentes, & ibunt populi multi, & dicent: Venite, & ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius; quia de Sion exibit lex, & Verbum Domini de Hierusalem*: Nec moror, an accommodatius sit huius loci sensus relati ad Salomonem; quanquam enim principaliter secundùm Historiam ad Euangelium referatur, sed possit quoque historicè Salomonem respectare, futuro pro præterito posito, vt nonnunquam contingit ex Hebræorum vsu; sanè comprehensis similia acciderunt docente Salomone: nam ad eum fluebant omnes gentes, & ibant populi multi, cùm, vt vidimus ex Regum libris, veniebatur de cunctis populis ad audiendam sapientiam Salomonis: Et quid inde sequutum? Equidem, vt *prodiret lex de Sion, & Verbum Domini de Hierusalem*; cùm, scilicet, Monarcha exponente legis Mosaïcæ sensus, perciperetur ab exteris, & in nationibus cognosceretur Deus Israël, paterétque gentium sapientibus arcana Hebræorum: quare & post Salomonem floruerunt omnia doctrinarum portenta Pythagoras, Homerus, Socrates, Hesiodus, Plato, Aristoteles, septem Græcorum prudentes, & quicquid eximius demirata est vetustas, atque ante eum extinctum nati & Homerus, & Hesiodus: Saüè & de Canticis mutuatum Platonem symposij notinā Origenes Prologo 4. homiliarum insinuat, Ambrosius autem de anima, quæ in hoc Epithalamio describitur, libro de bono mortis, c. 5. *Idcóque hæc anima habens gratiam suorum vberum ingreditur in hortos, & inueniens illic sponsum sedentem, & disputantem cum amicis, ait: Qui sedes in hortis, vocem tuam insinua mihi. Hinc hortum illum Plato sibi composuit, quem Iouis hortum alibi, alibi hortum mentis appellauit: Iouem enim, & Deum, & mentem totius mundi dixit: en hunc introisse animam, quam Venerem nuncupat, vt sese abundantia, & diuitiis horti repleret, in quo repletus potu iaceret, purum quo nectar effunderet: Hoc igitur ex libro Canticorum composuit, eo quod anima Deo adhærens, in hortum mentis ingressa sit, in quo esset abundantia diuersarum virtutum, floréſque sermonum*: Ab eóque suffuratum Theocritum Epithalamica præsertim, adnotarunt Franciscus Moncæus lib. 2 lucubrationum in Cantica, lucubrat. 1. noster Sanctius prolegom. 5. in Cantica: Ergo Salomon is fuit, qui primus Academiæ perfectam ideam composuit; qui tradita scientiarum initia, aut ab Abrahamo, aut à Moyse, aut à Dauide auxit mirificè, supra modum distendit & amplificauit; primus, quem de aureo throno explanantem Deuteronomia, cæremonias, ritus, parœmias, Cantica tradentem, non solùm domestici auditores attento corde auscultauêre, sed exteri quoque ab vltimis terræ finibus accersiti; qui ad lares reuersi antiquos, docuêre contribules de iisdem, & gymnasij modum imitati sunt: Atque ista, quæ de Salomone à nobis asseuerata sunt, quoad enarratorum substantiam, & animam, placuêre anteà Pinedæ, & Magallano locis superiùs num. 19. commonstratis placuitque nostro Chrysolio Mystagogi aliàs citato lib. 2. c. 14. sect. 1.

Salomon ipse docebat in Lyceo Hierosolymitano.
3. Reg. 4.
Isai. 2.

Regula: Futurū pro præterito.

A Salomone Plato, Theocritus & alij normā sumpserunt operum suorū

Orig.
Ambr.

Salomon qui pulla Doctorū antiquissimus, & gymnasiorū primus fundator

Moncæus.
Sanch.

Pined.
Magall.
Chrysol.

Iam, si cum his coniungamus Scripturarum
vsum esse, profanæ quoque literaturæ, initia rerum non tam illis accommodasse qui vtcunque cœperint, quàm iis qui adornauerint insigni & egregio incremento; erit, vt saluare valeamus id, in quod rendit omnis nostra hæc disputatio; nimirum, Salomonem doctrinarum Principem habendum, & à quo cæteri hauserint; ac proinde 22.

Regula: Auctor non tam dicitur is, qui cœpit, quàm qui amplificauit.

Epithala

Epithalamium ritè nuncupatum Canticum Canticorum; ideò, quoniam primum carmen ſit, & exemplar à quo deriuata ſunt magna vniuerſa, & æſtimanda in cæterorum Poëtarum monumentis, quin & ſanctioribus Philoſophorum adytis, quando & Plato, quem illi diuiniſſimum appellare non ſunt [illegible], hinc deprompſerit Theologiæ ſuæ medullam, huiuſmodi illa Geneſ. capite 4. verſ. 26. de Enos *iſte cœpit inuocare nomen Domini*, non quòd primus omninò ſanctioris cultus Auctor, cum pij extiterint & ſacrificiis, atque [illegible] dis Adamus & Abel Deum veneraſi ſunt, ſed quoniam amplificarit eximiè, quam etiam in formam interpretantur nonnulli ex eodem libro capite [illegible]. verſ. 20 *Cœpitque Noe vir agricola exercère terram & plantare vineam*, quod arbitrantur & ante diluuium vineis [illegible] bi datas; ita & Reg 2. Ieruſalem multoties vocatur *Ciuitas Dauid*, cuius non ille primus conditor, ſed reſtaurator ſingularis, & Machab. capite 1. verſ. 1. Alexander Philippi Macedo dictus *primus* regnaſſe in Græcia, cum antè illum Genitor eius regnarit vt obſeruarunt Sanchez & Ioſephus Stephanus, talis & profani [illegible] nis viſus: nunc ſufficiat; illud Virgilianum,

Tunc Rex Euander Romanæ conditor arcis.

Quid autem tam vulgare, quàm Romam à Romulo erectam eſſe, à quo & nomen acceperit? Sed quidem Euander, qui ante Romulum vixit, fundamenta oppidi iecit: [illegible] verò Romulus posteà amplificauit ac perpoliuit, ſingularémque gloriam accreuit priori fabricæ rudi, & imperfectæ, ideò hic abſolutè Auctor nominari meruit. Sed, quid peregrina venamur exempla, cùm ante oculos iaceant, & Homerus, & Virgilius, & Ariſtoteles, & Cicero, & alij ſimiles. Nam ante hos omnes mundus & Poëtas vidit, & Dialecticos, & Oratores: & tamen illi vocantur ore pleno talium ſcientiarum organa celebratiſſima, à quibus reliquis dignitate præſtet, ad quorum imaginem efformandus ſit quiſquis excellere deſideret. Quamobrem vetuſtioribus palmam præripuerint? niſi quoniam quæ ab illis anguſtè inchoata ſunt, hi ad iuſtam pulchritudinem attulere. Quare, cùm Salomon fuerit, qui Scholas, & gymnaſia apte diſpoſuerit, qui ſcientias cum ordine & methodo tradiderit, qui diſcentes habuit omnium nationum incolas, à quo [illegible] quicquid in publicum extraxêre Philoſophi, & Poëtæ orbis celeberrimi; is præ vniuerſis doctrinarum Anteſignanus nominandus, & hoc eius Canticum Opus omnium abſolutiſſimum. Eo igitur modo, quo Salomon primus, & antiquior in diſciplinis inueniendis, & eius Epithalamium primum, antiquiſſimum que carmen; nam [illegible] reliquis [illegible] tiarum inuentores [illegible] tur eius Canticum [illegible] cetera [illegible] Ca[illegible].

SECTIO III.

An Canticum Canticorum ob [illegible] excellentiam [illegible] eius ſcriptionis præſtantia quam ob titulos? & num [illegible] Bibliorum voluminibus præferenda. Num inter veteris Inſtrumenti Prophetas maximus Salomon; Habitus fuerit an in actum Prophetiæ influat.

23\. FAtentur quidem omnes ex condupl catione vocabuli, altero in recto poſito, altero in genitiui caſu, ſecundum Hebræorum vſum, eximium quippiam præſignificari: Hieronymus ad cap. 27. Ezechielis, in illud: *Byſſus varia de Ægypto* &c *Quomodo* inquit) *dicitur Canticum Canticorum & ſæculum ſæculorum, & opera operum: vt Canticum maius aliis Canticis; ſic & ſæculum prolixius aliis ſæculis, & opus quod cæteris operibus [illegible]*, Suppeditabunt exemplorum copiam Martinez his [illegible] in libro [illegible]. cap. 7. Ribera [illegible]. Omnium [illegible] & Hymenæi Explanatores communiter [illegible] ſionibus, ſic interpretatus [illegible] Matthæus Cantacuzenus, Græcorum Rex ad [illegible] Canticorum, inquiens: *Canticum Canticorum eximius eſt ac præſtans Deo dictus Hymnus, qui cæteros exſuperat:* Ph[illegible] us Abbas in [illegible] Canticorum: *Sicut enim [illegible] Sancta Sanctorum & Sabbatha Sabbathorum [illegible] Sabbatha eminentius efferuntur [illegible] ſæcula ſæculorum dignitate [illegible] gloria ſæculis præſ[illegible]; ita cum ſit [illegible] veterum Scripturarum [illegible] commendatio [illegible]; amplius quid, & longè [illegible] ſpondent, & [illegible] Cantica Canticorum* Abulenſis q. 29 in [illegible] 4 Numerorum: *Et dicuntur Sancta Sanctorum ad [illegible] tandum ſanctitatis excellentiam [illegible] dicimus Cantica Canticorum: vel flos florum*. Verùm, cùm apud omnes conſtans ſit, eminentiam aliquam [illegible] dicendi more ſignificatam, ſed aliter tamen [illegible] illi explanant. quibuſdam enim viſum comparationem fieri cum iis carminibus [illegible], quæ Salomon compoſuerit: alij amplificant & dilatant ad omnia quæcunque in [illegible] co Fœdere leguntur Cantica [illegible] omnis, vt qui auguſti videantur, nonnulli ad totum corpus antiqui Inſtrumenti extendunt: & hi certè & vetuſtate, & doctrina, & auctoritatis atque ſanctitudinis notis, reliquis præſtant: Neque ſanè priores illi horum iudicium refutant: obiter ſolùm loquuntur indiſcuſſæ controuerſiæ anima: Et quoniam ea nobis ſententia ad commendationem Hymenæi (pro qua decertare æquum eſt) per [illegible] m neceſſaria, quæ biblicis omnibus anteferat libris veteris Scripturæ, producamus de grauiſſimis Patribus, & optimorum Interpretum fideiuſſores aliquos.

Ducatu fruatur Origenes Prologo [illegible] homiliarum *Videntur enim* (aſſerit [illegible] *ea paruula adhuc ſponſa, & quæ [illegible] matura [illegible] refſa ſit, hoc [illegible] etiam valde robuſta. & quæ [illegible] ſit iam virilis potentiæ, perſ[illegible] myſtice [illegible] eundem quod dicitur de ipſa, quia vna ſit perfecta* columba:

Regula: Geminatio vocabuli ſingulare aliquid denotans.

Hieron. Martin. Ribera. Cantacus. Phil. Abb. Toſtat.

24\. Canticum Canticorum præſtantius omnibus libris veteris Inſtrumenti. Orig.

columbu quæ si perfecta ergo & perfecti viri sponsa perfecta sic cepit verba doctrinæ. Quibus planè verbis Origenes innuit, tantùm vincere hoc Canticum reliqua quantùm superant quæ à viris addiscuntur omnibus absolutæ numeris disciplinæ, Grammaticæ crepundia, quæ pueri teperunt: Sed clarissima sunt, quæ Eusebius Pamphili subministrat proœmio in Cantica, quæ & leguntur in Athanasiana Synopsi: *Alij verò futura prædicunt, vt Moyses, cum dicit: Prophetam suscitabit vobis Dominus, & Isaias. Ecce Virgo in vtero habebit, & alias futura alij prædicit pro Spiritus gratia, & hæc ipsa dicentibus promissus adhuc ille expectabatur Dominus: at vbi venit, defierunt Prophetæ. Et hæc quidem omnia, ac cætera Cantica fuere, quæ de futuro cecinerunt Saluatorem, at Canticum istud Canticorum non Prophetarum more decantatum est, neque prænunciat quidquam: sed quem alij venturum prænunciabant hunc iam veluti præsentem, & carne iam indutum digito præmonstrat:* Et infrà. *Rursus, quemadmodum demonstrante Ioanne Agnum, lex & Prophetæ vsque ad Ioannem fuère: ita quæ in hoc Cantico Canticorum adnotantur, finis sunt omnium quæ in vniuersa Scriptura significantur.* Ac certè quando Præcursori Baptistæ comparauerit: vt quemadmodum illi concessum non solùm de Christo prædicere, sed eum intueri, & coram habere, ac proinde vocatus sit Matthæi cap. 11. plusquàm Propheta, vt interpretantur Augustinus, Hieronymus, Hilarius, & alij apud Suarez tom. 2. in tertiam partem, disputatione 24. sect. 5. ita cùm & Salomon velut præsentem habuerit Seruatorem ex mente Eusebij, ipse quoque instar Ioannis plusquàm Propheta nominari valeat: Neque nostra hæc cogitatio, sed Canticorum recentis egregij Interpretis Cosmæ Damiani Hortulani, qui Isagogæ in Cantica initio post relatum Eusebij testimonium: *Quibus ego rectè mihi videor posse addere* (inquit,) *quia sicut Ioannes dictus est a Christo plusquam Propheta, & ab eodem tanquam Prophetarum summus est commendatus; propterea quod, cùm reliqui omnes Prophetæ venturum prædixissent, ille præsentem demonstrauit: sic & hoc plusquam Canticum sit, hoc est, præstantissimum omnium Canticorum; quod quem reliqua etiam Cantica venturum cecinerunt, hoc iam venisse canat, præsentem mundo celebret, atque ideò dictum sit Canticum Canticorum:* Si tamen, seu Eusebij, siue Athanasij dictum ex Scholarum rigore premere cupiamus, cùm Salomon Christum intellectualiter præsentem haberet; neque vt Ioannes, quia nondum carnem assumpserat; puto quidem indicare propheticæ cognitionis præstantiam vt, nimirum, futura non sit contemplatus obscurè ad morem aliorum vaticinantium Salomon; sed notitia clara, & euidenti, quandò prophetiæ naturæ eiusmodi non repugnet splendor vt docet P. Suarez de fide, disput. 8. sect. 5. num. 5.

25 Pergit Eusebius: *Et alij quidem Scripturæ libri de Saluatore verba faciunt: verum interdum alia quædam alia denunciant: liber autem hic vnum coniugium verbi cum carne, & corpore.* Significat per corpus humanitatem vt & Ioannes loquitur exordio Euangelij *Et Verbum caro factum est*, quod & præter materiam vnum animam insuper sibimet: Neque modica hæc laudatio, vt cùm alia vaticinia de Hebræorum Republica tractent, de bellis, de matrimoniis, de suppliciis; Salomon totus euangelicus, nihil pertractet, nisi de homine cum Deitate, & catholicæ Ecclesiæ spirituali decore. Itaque certè obiectum illius longè nobilius, quoniam omnino orthodoxa attingit temporalia, illa & in Synagogam feruntur: sicut nobilior habitus mentis est, qui in Deum solum, & adæquate velut in formalem terminum dirigitur, quam qui in Deû simul & creaturam, vtroq; constituente obiectum formale partiale: Illud quoque ab eodem egregiè pronunciatum: *Quia ea quæ in hoc Cantico significantur, eadem ipsa, tum in Prophetis, tum in cæteris Scripturis, sparsim & intrinsecè, probata deprehenduntur.* Est igitur Canticum Canticorum Breuiarium, & collectio eorum omnium quæ in cæteris Scripturarum partibus disperguntur, ac proinde excellentissima Bibliorum portio: vt, quemadmodum Numinus perfectionem commendat singulariter quoniam in pluribus creaturarum diuisa, adunata habeat: sic in multis librorum voluminum disseminata, colligat Epithalamium Salomonis: Itaque aliæ Instrumenti partes ex obiecto ipsæ se vincunt, quòd hæc de Christi ortu narret, illa de passione, ista de triumpho, & anastasi; quemadmodum in Theologia, alia de incarnato Deo, alia de creante, alia de eo quoad se & intrinsecis perfectiones disputatio: verùm Canticorum liber omnium diuinas & gloriam vnus possidet. quo quid esse valeat sublimius? At intuere etiamnum grandiora: nam vt concedamus, in Psalmis Dauidicis, aut Isaiæ comprehendi omnes Ecclesiæ Catholicæ euentus; sed non in his filum continuè deductum apparent citò hiatus, & interseruntur de Hebræorum Republica: verùm in hoc admirando Carmine nihil eiusmodi, totum sibi vendicat iunior Ecclesia, & neque perturbatur ordo, sed omnia sibi aptè & respondent, & succedunt: ostendimus Anteloquio 3. ad longum. Sectione 2. & tertia Subsectione 5. & 4. Afficimus huius encomij alios præter Eusebium testes: Aponius lib. 1. in Cantica: *Quæ in alijs Prophetis Spiritus sanctus dispersè de hac coniunctione Christi nempe, & Ecclesiæ locutus est, nunc in hoc Cantico ore sapientissimi Salomonis, euidenter composuisse docetur.* Dionysius Carthusianus Proœmio in Cantica, vocari Canticum Canticorum affirmat, *propter eminentiam suæ compendiositatis*; nimirum, quòd talis Epitoma sit tam excellens. qualem nos depinximus Iacobus de Valentia præfatione in Cantica: *Et ideo iste libellus redditur difficilior ad intelligendum, eo quod omnia, quæ scripta sunt in vtroque Testamento de Christo, & Ecclesia, & omnia, quæ Dauid cecinit in centum & quinquaginta Psalmis, voluit Salomon complecti in hoc libello sub metaphora:* Cosmas Damianus Hortulanus: *Materiam præterea subindicamus esse mutuum amorem Sponsi, & Sponsæ, nempe Christi, & Ecclesiæ, legitimamque coniunctionem & vniuersa denique mysteria quæ apertius in Euangelio, Actis Apostolorum, Epistolis apostolicis, & Ioannis Apocalypsi de hoc Sacramento reuelata sunt, in veteri Testamento adumbrata, quem codicem vtriusque Testamenti Epitomen esse existimamus.*

Verùm, inexpensam præterire non est æquum illam Eusebij gnomen: *Ita, quæ in hoc Cantico Canticorum adnotantur, finis sunt omnium, quæ in vniuersa diuina Scriptura significantur.* Quibus cognata apud Theodoretum in versum 1 Canticorum: *Hac de causa ait Canticum Canticorum hic liber inscribitur; quoniam reliqua Cantica propter* hoc

Euseb.

Salomon ad modũ Ioannes Baptista plusquàm Propheta.

Matth. 11. August. Hieron. Suarez Cosm. Dam.

Salomonis de Christo prophetia euidens.

Suarez.

25 Regulâ: Caro, & corpus pro humanitate tota.

Obiectum Cantici Canticorũ nobilius obiectis aliorũ librorum veteris Fœderis

Canticum Canticorum Breuiarium, & collectio eorum omnium, quæ in toto veteri dis, ersa Instrumento.

Cantici Canticorum continuatũ, & de Catholica Ecclesia, secus atque in alijs prisco legis vaticinationibus.

Apon.

Carthus.

Valentia.

Cosm Dam

Canticum Canticorum vtriusque Fœderis epitoma.

26. Canticum Canticorum subiectum alterius veteris Scripturæ

Theodor.

hoc Canticum facta sunt, & ad hoc illa perducunt; Equidem in vtraquaque scientia cùm multa reperiantur obiecta, quæ illa formaliter, & propter se (vt dicunt) respiciat; tum vnum consueuit esse obiectum præstantius: est autem eiusmodi, quod *attributionis* vocant; tanquam scopus & finis, in quem cætera collimant, eò quòd, sint, aut partes ipsum componentes, aut causæ, aut effectus, & proprietates, qualem putant esse in dialecticis multi demonstrationem, & in theologicis est Deus; ita igitur pars Scripturarum, quæ est velut subiectum attributionis, (significo autem vetus Instrumentum,) liber Canticorum est; quoniam, vt dicebat Theodoretus, *Reliqua Cantica propter hoc facta sunt, & ad hoc illa perducunt.* & vt dicebat Eusebius; *Finis sunt omnium, quæ in vniuersa Scriptura significantur*; Huiusmodi autem sunt conditiunes, ex quibus attributionis obiectum formari consueuit: Quod si cui nimium id videatur, audiat rursum loquentem Aponium lib
Apon. 1. in Cantica, & stupescat: *Quod Canticum (inquit) ita intelligitur omnibus præcellere Canticis, sicut Dominus noster assumptus homo Apostolis, Patriarchis, vel Prophetis, aut quæcunque illa sunt cælestium potestates, vt sicut Rex Regum, & Dominus dominantium est Christus, ita & Canticum Canticorum super omnia Cantica, quæ a Prophetis cantata sunt, videtur:* Ad quæ eadem alludere visus Bernardus sermone 1. in Cantica, dicens: *Igitur*
Bernard. *pro sui excellentia reor nuptiale hoc carmen huiusmodi titulo præsignitum, vt meritò Cantica Canticorum singulariter appelletur; sicut is quoque [illegible] canitur, singulariter est dictus Rex Regum, & Dominus dominantium*: Sed, cùm hæc omnia esse videantur, vt tantum reliqua vincant Cantica, quantùm superat Christus Apostolos, Patriarchas, vel Prophetas; tamen & vltrà progressus quodammodo Nyssenus: quidni enim vltrà, cùm & Isaiā,
Nyssen. Canticum Canticorum, quantū vincat alias prophetias. & Dauidem, quibus Euangelium ob oculos tantùm, excedere affirmat, quantùm penè profana Cantica. Eius verba, quæ piè tamen construenda, ex homil. 1. sunt; *Quomodo enim in Sancto Sanctorum docemur quandam abundantiam per hanc vocem superlatiuam; ita etiam per Canticum Canticorum, mysteria mysteriorum nos docere profitetur sublimis oratio; nam, cùm multa sit diuinitus inspirata doctrina Canticorum, per quæ a magno Dauid, & Isaia, & Moyse, & multis aliis, docemur magnas de Deo intelligentias; hoc discimus ab hac inscriptione, quod quantum à Canticis externæ sapientiæ distant Cantica Canticorum, tantùm superat Canticum Sanctorum mysterium, quod est in Cantica Canticorum.*

27. Nec verò contemnenda vllo modo sunt, quæ aut Nazianzenus Gregorius sensit de nostro Hymenæo, aut Philo, Carpathiorum Antistes, & Prologus, vel Diui Gregorij Papæ, vel Richardi Victorini; ex quibus Nazianzenus oratione qua-
Nazianz. dragesima in sanctum Baptisma, ad initium: *Vt enim quædam Sancta Sanctorum vocantur, & Cantica Canticorū, quòd scilicet, latius pateant, ac plura complectantur, præcipuámque dignitatem habeant;* Animaduertis quàm floridè dixit Theologus, quanquam mole, & versuum numeris breuis, atque exigua cantilena Salomonis; tamen latiùs patere, ac plura complecti: nempe, quod ea legis gratiæ arcana comprehendat, alios quæ latuerint vaticinantes; Subiiciamus Philonem Carpa-
Phil. Carp. thium ad exordium Canticorum: *Nam, vt olim Sancta Sanctorum, maiora quædam cæteris & sacratiora mysteria, occultum quendam honorem præ se ferebant; hæc enim summo Sacerdoti semel in anno ingredi licebat sic & Canticum Canticorū spiritalem, & profundissimum ex omnibus sacramentis, abditissimúmque sensum totius sacræ paginæ continere videtur: & vt Sabbatha Sabathorum, maiorē quidē futuræ felicitatis letitiam, quam ex præsentibus bonis esse potest, mysticè declarant, ita & hæc Cantica Canticorum ad maiorem quandam, atque perfectiorem spiritalem intelligentiam præ cæteris sacris Scripturis omnibus interpretates accessuros admonet;* Neque sanè hac maiorem laudem Canticorum studiosissimus exoptare valeat, quid enim desiderandum prætereà, si profundissimus, abditissimúsque totius Scripturæ sensus, [illegible] qui lateat in Salomonis nuptiali metro? Et quoniam Philonis iudicio similis est opinatio Prologi, aut Gregorij Romani, aut Richardi Victorini, vt qui dicant Epithalamio isto abscondi, quod magè secretum est, quod præ reliquis abstrusum, & sacratius, Ponamus ipsorum sententiam; *Sicut* Greg. Pap.
enim in veteri Testamento alia sunt sancta, alia Sancta Sanctorum, alia Sabbatha Sabbathorum: ita in Scriptura alia sunt Cantica, alia Cantica Canticorum: Sancta erant, quæ in templo exterius agebantur: Sabbatha erant, quæ in singulis hebdomadis celebrabantur; sed Sancta Sanctorum [illegible] quadam veneratione [illegible]bantur: & [illegible]bbatha Sabbathorum non nisi in summis [illegible] celebrantur ita Cantica Canticorum secretum & quoddam solenne internum est, quod [illegible] in ocultis [illegible] penetratur; Adiungimus duos ex recentioribus, Cyprianum Cistercienfem, qui præ- Cypr. Cist.
fatione in Cantica ait, *Plenum illud & graue carmen Canticum Canticorum appellari; quoniam & rerum magnitudine, sublimitate, tum etiam figura dicēdi & [illegible] tione verborum cæteris esset carminibus præferendum.* Hieronymum Almonacyrum Almonac.
Procemio in Cant. *Dicitur, inquit, Canticum Canticorum, quia cætera Cantica præcedit, siue spectes materiæ celsitudinem, siue styli figuram, siue verborum elegantiam.*

Atque sanè comparatis iis, attentéque perspectis, quæ hactenus à nobis producta fuere, facile 28.
erit iudicare principem locum inter veteris Instrumenti codices, hunc obtinere librum: Omitto quidem plero que dixisse plura, maioráque continere arcana, quàm aliud contineat volumen, defino, qui probauerint subiectum attributionis esse, ac proinde caput, verticémque cæterorum; taceo, quòd excedere reliqua, idque longo interuallo, manifestè affirment ponamus eadem complecti Hymenæum, quæ alia claudant, sed tamen diuersitas ingens est, quoniam dispersa in aliis, & inter multas vaticinationes diuisa, hæc vna prophetia collecta habeat: Sed sint omnia ea apud vnū aliquem ex Vatibus: at non continua serie, & ordine diducta; verùm hiatibus admissis ob crebros saltus, & digressiones. Quid, si & hucusque memorata cuncta paria extitissent? Vincit tamen styli amplitudine, verborum concinnitate, & delectu: Quòd si certè inter vaticinia prisci Fœderis præcipuum sibi vendicant locum Cantica Canticorum, erit vt teneamur quoque asseuerare, inter Prophetas ducem, & Coryphæum nominandum Salomonem; nam talis quisque inter vaticinantes est, qualis eius prophetia: sicut talis quisque inter Philosophos, aut Theologos, qualis eius peritia in Physicis, & diuinis; Cùm igitur fuerint præstantiora vaticinia Salomonis

ob causas, quas exhibuimus; sit, vt ipse cæteris excellentior Propheta existimandus sit: quæ extrmè hunc librum, eiusque Scriptorem euehunt; nimirum, quòd Vatum, qui ante Christum floruerunt, maximus extiterit: Nominaui Salomonem Prophetam, quoniam ita multi ex Patribus vocant apud Sotomaior. in præfatis, prope initium. §. *De Auctore quoque*, &c. Scio quidem ex multorum partitione eius Op[illegible] constitui inter hagiographa, non inter vaticinalia, de quo generè sectionis agit latè Sixtus exordio libri primi Bibliothecæ [illegible]anctæ verùm Prophetæ appellatio non sumitur à nobis pro eo, qui à Deo missus est legatus ad carpenda populi vitia, quales Isaïas, Ieremias, Oseas, Ionas, & cæteri; sed pro illo, quocum Deus loquitur de futurorum temporum arcanis, quæ naturæ cognitionem vincunt, aut clare, aut per symbola: quæ est germana vaticinationis acceptio.

Salomon verè Propheta.

Sotomaior.

Canticum Canticorum inter hagiographa locatum.

Sixt. Sen.

29. Puto tamen malè laturus sit Iacobus de Valentia anteponi filium genitori Salomonem Dauidi, viro secùndum cor Dei, cui incerta & occulta reuelauit sapientiæ, qui & super senes intellexit, id est, plùs etiam quàm Moyses, aut quisque Prophetarum antecedentium, vt exponit Gregorius homil. [illegible] in Ezechielem, & Beda libro de Tabernaculo, & vasis eius, capite quinto; Percipiamus [illegible]beo, Prologo in Cantica: *Licèt etiam istud Canticum Salomonis [illegible] excedat omnia Cantica Moysis, & aliorum [illegible], heturum in sublimitate, & profunditate prophetia, tamen non excedit Cantica Dauid, cum probatum sit [illegible] Prologo Psalmorum Dauid fuisse [illegible] omnium Prophetarum [illegible] profunditate prophetia, de Christo & Ecclesia: & ideo ille geminatione plurali [illegible], Canticum Canticorum, non denotat altitudinis Prophetia excellentiam in Salomone: sed dicit excellentiam in comprehensione multitudinis sententia sub breuitate sermonis: eo quòd Salomon comprehendit in isto paruis decem Canticis* (distribuit enim Christopolitanus librum in decem Cantica) *superficialiter omnia Cantica Dauid patris sui, & omnia Cantica Moysis, & aliorum, & sic dicitur Canticum Canticorum, id est, continens omnia alia Cantica: quia licèt Dauid in centum & quinquaginta Psalmis comprehenderit totam legem, & Prophetas, & totum nouum Testamentum, tamen Salomon in breuiori sermone fuit abbreuiator sententia principalis ipsorum Psalmorum Dauid: & sic hoc Opus dicitur Canticum quasi abbreuiatorium Psalmorum & Canticorum Dauid:* Hæc Valentiæ pondera, quæ ita rursum declaro: Minus est esse abbreuiatorem: at Salomon tantùm Compendista, & Abbreuiator fuit, ergo eius vaticinationis obscurior est honos: Patet maior propositio: nam, qui abbreuiat non est principalis Scriptor, ac proinde nec præcipua fruiturus laude: deinde abbreuians quo epitomam valeat conficere, plurima omittit ex eis, quæ primarius Scriptor congesserit: postremò, quis asserat Florum: qui Romanorum historiam breuissimè complexus est, & Liuium syncopauit, ipso Liuio potiorem esse, qui gesta ad longum recenset, & suis condecorat ornamentis? ergo de abbreuiantium classe cùm fuerit Salomon, præferendus erit aut Moyses, aut Dauid, quorum prædictiones hic in summarium redegit.

Salomon an maior Propheta Moyse, & Dauid?

Valentia.

Greg.

Beda.

Nobis cum Valentia consentire non licet: Pri-
30. mùm, negamus Salomonem abbreuiatorem fuisse Dauidicorum Canticorum; nam sanè epitomista non est vocandus aliquis, eò quòd de iisdem tractat, de quibus alius: alioquin & hoc nomine præter vnum cæteri appellandi, qui Scripturas pertractant, qui Canones qui Medicinam, & quamlibet Facultatem: est autem summariolum illud, quod & præcipui scribentis, cùm mentem retineat, ordinem quoque librorum, & modum in narrando imitetur, omnisque differentia sit penes longitudinem, aut breuitatem: At Salomon in nullis penè genitorem imitatur, excepto quòd versentur circa eadem obiecta fortasse: stylus diuersus est, metaphoræ, figuræ, dispositio: quid, quòd & amplius pateat Canticum Salomonis, & quædam à Dauide, reliquisque prætermissa ingerat, vt perspeximus ex Nazianzeno, & aliis? Certè si quam Odam inter Dauidicas æmulatus est eius gnatus, Hymnus fuit 44. *Eructauit cor meum*, &c. atqui, vt hunc transcripserit, amplificauit potiùs, quàm contraxerit, vt docent testes, quos allegaui Anteloq. 1. Sect. 9. nullo igitur pacto summariolum aliquod aliorum vaticinationū à Salomone confectū est: Secundò, negamus, (gratis quidem concedentes à Salomone collecta, quæ alij priùs dixerint, & tradiderint,) inde legitimum conflari argumentum, præstantiora esse quæ Dauid, aut cæteri Prophetæ enunciauerint: quid enim est illa, qua nunc potitur tam exculta Theologia, aut quid illius Principes egerunt post longas vigilias, & sudores plurimos? Cape à Martino Martini hypotyposeon libro sexto in ipso limine. *Et quid aliud scis, putas Alexandrum Halensem S[illegible] Thomam Aquinatem, & Bonauenturam, & huius ce ordinis viros, quorum institutum fuit, qua [illegible] Patres sparsim addiderunt in loc[illegible] communes [illegible]cere, [illegible] Augustini & Aristotelis, & Dionysij Areopagitæ vomitum pulcherrimum quodam in vase concludere.* Si ergo ante B. Thomam in Ecclesia Theologi extitère multi, atque clarissimi, & ipse non de suo fabricauit cerebro; sed quæ apud vene[illegible] sacrarum litterarum Antistites reperit, præsertim Augustinum, in sua deriuauit prata, quamobrem Theologorum sydus & Coryphæus nominari meruit? Equidem propterea, quòd apud alios dispersa & segregata, & aut inuolucri obscura, aut longitudine tædiosa adunarit, perpoliuerit, digesserit mirificè: Igitur eundem in modum, si apud vetustiores separata, dissita, con[illegible]ta Salomon ordini & methodo gratiori restituit, Prophetarum eam ob causam Antesigni[illegible] appellari valeat.

Salomon, num abbreuiator Dauidis?

Mart. Theologi Scholastici Patrum sententias colligerunt, & abbreuiarunt.

Sed [illegible] inquiunt, deuictum à Salo- 31.
monico calamo Dauidis factum ingenium, superest Moyses qui plus est quàm David, aut Salomon, aut alius quispiam, donec surrex[illegible]it Baptista Ioannes, quo nemo maior inter natos mulierum: Suffragatur [illegible] Deuteronomij sententia c. vltim. vers. 10. *Et non surrexit vltra Propheta in Israel, sicut Moyses, quem nosset Dominus facie ad faciem, in omnibus signis atque portentis, quæ misit per eum, vt faceret in terra Ægypti Pharaoni, & omnibus seruis eius*, &c. Quæ verba, vt exponit Burgensis additionibus ad præfationem Lyræ in Psalmos, de Moyse sub[illegible] tis temporibus exponenda sunt vsque ad Euangelium, nimirum: quare & cùm posterior fuerit Salomon, eò maiorem Vatem fuisse Moysem indicant: cuius opinationis sunt Angelicus Doctor 2.2. quæst. 174. art. 4. Abulensis in cap. 12. Numerorum, quæst. 28. Dionysius Carthusianus

Deut. 34.

S. Thom.

Abul.

Carth.

præfa

Glossa. Burgens.

præfatione in Psalmos: Glossa ordinaria in caput postremum Deuteronomij: Paulus Burgensis vbi paulò anteà citatus: Demus quidem Deuteronomij verba relata ferri ad sequentia tempora. quod tamen vt dicatur non esse necessarium, animaduertit noster Lorinus in citatum caput: ac singulariter vidit Tostatus, vtcunque construatur Deuteronomium, non probari Moysem superiorem esse choro Prophetarum: *Tamen non ex hoc textu patet,* (inquit) *quia hic dicitur: Sicut Moyses. & est sensus: Quia Moyses habuit quandam excellentiam in faciendo opera mirabilia, & cognoscendo Deum facie ad faciem; quæ non fuit tamen communicata alicui aliorum Prophetarum in eodem gradu: sed non tollitur, quòd non alteri Prophetæ plura, & maiora mysteria reuelata fuerint:* Quo pacto interpretantur quoque Oleaster, & noster à Lapide. Verùm & qui affirmatè pronuncient non omnibus excellentiorem vaticinantem extitisse Moysem, sed eò celsiorem Dauid, sunt quidem Lyranus procemio in Psalmos, & eius propugnator Thoringus: Iacobus de Valentia præfatione in Psalmos, tract. 2. art. 4. Lorinus prologo in eosdem, cap. 3. allegans Ambrosium, Chrysostomum, Gregorium Romanum, Adrianum Papam I. & alios.

Lorin. Abul.

Oleast. Cornel.

Thoring. Valentia. Lorin.

32. Quod igitur illi adstruunt de Dauide, nos affirmamus de Salomone; fuisse, nempe præstantiorem Moyse Vatem: Conclusionis fulcrum: nam omnis vaticiniorum nobilitas & perfectio desumitur, vel ab obiecto, vel à modo tendendi cognitionis propheticę, vel ab habitu, & lumine producente illam: sed in his omnibus potiora contigêre Salomoni. Primum de termino & obiecto: quis nesciat, digniora ea esse, quæ in Ecclesia catholica fulserunt, quàm quibus adornata est Synagoga? At Salomonis vaticinium integrè respexit potiorem Ecclesiam, cùm Moyses profusus sit in delineanda antiqua: insuper & complectitur Epithalamium memoranda quæque & illustria gesta Christiani cœtus, vt confirmaui Anteloquio 4. Sect. 4. Subsect. 3. Videamus, vt quisquam probet, eadem contemplatum fuisse Moysem? Secundum, de modo tendentiæ: nam, vt concedamus, in Moysis Scriptura eadem reperiri: verùm proculdubio disiuncta sunt, & inglutinata: apud nostrum Hymenæographum vniuersa catenata sunt, & hiatus. & digressiona respuunt: Moyses sub allegorico sensu intuebatur, aut in tubo, aut in Patriarcharum factis aut in mari Erythreo, & solitudine: Salomon sub literali, & historico, imò præcipuus in Canticis ille est, qui Christum & Ecclesiam, & Ecclesiæ casus multiplices respicit, vt traditum Anteloquio 1. Sect. 4. vt omittam interim abstrusos loquendi modos, tropos, emblemata, & vbique floridam Salomonis dictionem; Denique Canticum Canticorum quoniam cætera Scripturæ Cantica excedit, etiam Moysaica, vt passim affirmant Explanatores: taceo: quod & euidenter multa futurorum intuitus sit vi scientiæ infusæ: Dices & Moysem sublatum ad videndum clarè & intuitiuè beatam Dei essentiam: verùm istud sub lite est, neque pauci neque aliquo modo obscuri, qui inficiantur: concedo tamen, & ipsum, & Dauidem nonnunquam ventura mysteria euidenti face intuitos esse: hos enim maxime intelligo post Salomonem, atque pariter Isaïam, quibus istiusmodi prærogatiua concessa, adstipulante Suario disp. 8. de fide, sect. 5. num. 6. Sed aliter &

Qui Vates cognitione futurorum euidentis præiuit?

Suarez.

Sherlogi Anteloq. in Cant.

excelsiùs Salomon, quàm illi: loquor de principij cognitionem vatidicam elicientis honore, quod fuit tertium ex promissis membrum: illis quidem si quando aperiebantur mentis oculi, vt loquutionem diuinam euidenter penetrarent, id fiebat beneficio auxilij extrinseci supplentis vicem qualitatis: (odiuimus scilicet, vt quæ produci impossibilis sit ab aliquibus adinuentam qualitatem fluidam, & pertranseuntem:) Salomon autem habebat principium connaturale & intrinsecum, nimirum habitum & lumen per se infusum scientiæ supernaturalis, & per se infusæ: nam, cùm à principio regnatus acceperit à Numine Salomon donum intelligentiæ: hoc quoque tanto locupletatus est munere, quo religionis nostræ arcana impertuia videbat clarè, quemadmodum credidêre Pineda libro 3. de rebus Salomonis, cap. 16. num. 6. Salianus tom. 3. anno mundi 3022. num. 99. neque stupescendum, cùm & Adamo sapientiorem fuisse arbitratus sit Abulensis quæst. , in cap. 3. lib. 3. Regum: Hoc igitur lumen cùm in eiusmodi actus influere possit, vti monstrat Suarius tom. 2. in 3. part. disp. 29. sect. 3. ab eo elicitos fuisse æquum est, asseramus: Porro actus ipsos, quamuis essent clari & euidentes, cum tamen ferebantur ad dissita, & successura, veram atque rigorosam prophetiæ denominationem meruisse ostendit eodem tomo, disp. 21 sect. 1.

Salomon futura habitu luminis per se infusi penetrabat.

Pineda. Salian.

Abul.

Suarius.

Asseruetis & Suarium de fide, disput. 8 sect. 6. num. 4. concedere actum prophetiæ, qui obscurus est, & imitatur proximè fidei actum, elici ab habitu fidei: quòd si & alius vaticinationis actus etiam ab habitu per se infuso elicitur, sequitur vt omnis prophetici actus principium constans detur, & permanens: Hoc autem affirmare inconueniens est, primùm, quoniam Auctorum, qui ex Patribus hauserunt, vulgatum effatum est, prophetiam non tribui per modum alicuius fixi & durantis; sed præter ruolare citò donum: Secundò, quoniam si admodum habitus principium actus prophetalis, igitur, sicut liberum est elicere actum fidei, quoties velit, tenenti fidei habitum; sic & expeditum fuerit actum vaticinandi producere: erunt ergo fideles omnes fidei possidentes habitum, stricte Prophetæ & noscentes futura: quin & illud sequetur, vt, quemadmodum fidei habitus ex gratiæ iustificantis proprietatibus est, & infunditur vnà cum eadem gratia in baptismo; sic & lumen vatidicum erit gratiæ sanctificantis quoque proprietas, atque passio, ac proinde eiusmodi lumen non erit numerandum inter gratias gratis datas, quæ non infunduntur vnà cum gratia iustificante. Respondeo, donum prophetiæ per modum actus primi, & habitus, de quo nunc est sermo, spectari posse dupliciter; nempe, aut quasi potentiam proximam, aut velut remotam; intellectus cum solo habitu fidei, aut lumine scientiæ per se infusæ tantùm est potentia remota & distans, quoniam deest comprincipium, scilicet species impressa, & in primis abest conditio omninò necessaria, & sine qua non, nempe Dei loquutio: his duobus positis fit intellectus proximè capax, & diuinam penetrat loquelam, quæ discussa format continuò vaticinationem: Patres igitur, cùm asserunt prophetiam esse gratiam gratis datam, neque in hominis esse libito vt quando velit de futuris, quæ à Dei reuelatione pendent, enunciet loquuntur de prophetia, nó remotè accepta, 33.

Prophetia quo pacto donum stabile vocari possit.

Qq 2 sed

sed proximè; sic enim omninò verum est, humani arbitrij non esse vaticinationem, cùm necessaria conditio sit Dei loquutio; Deus autem loquatur, quibus placitum est ei, & quando voluptas est. Vide Suarum ab his non multùm dissentientem de fide, disp. 8. sect. 6. n. 9. P. Hurtado tom. 1. in 2. 2. disp. 28. sect. 3.

Suarez. Hurtado.

34. *An potentia remota ad prophetandū in omnibus fidelibus.* At difficile apparet, fidei habitu instructum intellectum esse remotè potentem; nam, si eiusmodi remota potentia est in omnibus fidei habitu prædiris, quamobrem non redditur illa potentia aliquando proximè operatiua? nam ad hoc Deus subministrat potentiam remotam, vt in aliquibus saltem circumstantiis compleat; aliàs si nunquam redigitur ad actum secundum, (quod tamen nequeat fieri, nisi complendo eam in ratione potentiæ proximæ) superuacanea omninò fuerit & protsus otiosa eiusmodi potestas remota; Respondeo ad hoc, vt h. bitus non censeatur superfluus, & frustrà infusus, sufficit posse aliquos ab eo elici actus, licèt quidam etiam sint actus pro tempore & statu, qui repugnent producti: quare, cùm habitus ille fidei possit elicere actus fidei, qui sunt præcipuæ eius operationes, quamuis per totum vitæ curriculum nunquam prophetet, non erit existimandus superuacaneus, & absque vtili concessus hominibus; Exemplum simile adhibeamus alterius virtutis theologicæ, nempe, spei, manet habitus in Beatis, quemadmodum defendunt P. Suarez disp. 1. de spe. sect. 8. 0. 5, P. Hurtado tom. 2. in 2. 2. disp. 108. sect. 4. & tamen, vt iidem concedunt, & omnes agnoscere oportet, principalis sperandi actus, qui est desiderium beatitudinis, in patria exerceri non valet, cùm desiderium ad absentia, & quibus caremus, tendat; fruuntur autem tunc Beati clara & intuitiua Dei visione, Verùm dicunt, quamuis hic actus produci nequeat, alios tamen elici à fortunatis ciuibus; nempe, amorem strictum beatitudinis directum ad eam secundùm se, quatenus & ab absentia, & a possessione abstrahit, & gaudium de eiusdem beatitudinis existentia; neque enim ad nihilum deferuit habitus, cùm hæc duo actuum genera elicere potens sit; quod illi de spe, nos de fide, imò & illi ferè nobiscum: licèt quidem actus, qui sunt vaticinia & prædictiones, non eliciantur ab habitu; tamen non vanum infundi eiusmodi habitum, cùm alios nobilissimos actus frequenter eliciat, scilicet illos, quibus credimus, & symbola religionis veneramur, quoniam Deus reuelauit.

Spei habitus datur in Beatis.

Suarez. Hurtado.

35. *Parallelum Salomonis, & Ioannis Euangelistæ.* Ergo ex Patrum vnitio Sectionis dispositis effatis tandem deducimus, inter veteris Instrumenti Prophetas Salomonem principatum obtinere. Et certè vnus hic inter prisci Fœderis Heroës legitur, monente Domino, Reg. 1. cap. 12. vers. 4. à Nathan, Iedid Iah, id est, *Amabilis Domino*, siue *dilectus Dei* vocatus; quemadmodum ergo contigit in nouo Testamento, vt discipulus ille, qui nuncupabatur *dilectus* Christi, altiùs volaret, quàm cæteri Euangelistæ, vt perhibent Augustinus, Chrysostomus, Rupertus, Lyra prologo in Ioannem Hilarius 2. de Trinitate, inde & Euangelistarum maximum appellat Tostatus Commentario in Epistolam Hieronymi ante Genesim, cap 7. quæst. 17. sic & veteri Scripturæ accidit, vt Iedid-Iah, id est, *charissimus Domino*, vinceret, cæteros Prophetas, & Canonicos Scriptores: Ac sanè ob hoc teor ab Epiphanio hæresi 67. nuncupatum, Prophetarum beatissimum,

August. Chrysost. Rupert. Lyran. Hilar. Tostat. Epiphan.

nempe, vt qui in vaticinando cunctorum felicitatem superauerit; neque enim meritis & sanctitate cum aliis comparandus, præsertim, qui exitus pessimos, & multâ infamiâ graues habuerit: Sane cùm S. Thomas palmam Moysi defert, quęstione à nobis allegata, num 31. noluit posthaberi, aut Dauidem, aut Salomonem, considerata propria & genuina vaticinationis conditione. vt Textum perpendenti facilè patuerit; sed, quoniam neque Deum viderint, vti Moyses in hac vita, neque stupenda opera perpetrauerint, vtille miraculis fulgentissimos; hæc verò extra prophetiæ naturam sunt, vt probè expendit Lyranus Præfatione in Psalmos.

Sectio IV.

Canticorum quanta difficultas? Num etiam idoneè Canticum Canticorum propter inaccessam mysteriorum profunditatem.

SAne nihil tam frequens Patribus, & omni penè huius Epithalamij Interpreti, quàm vt Sācto Sanctorum, & intimo templi loco cōparent, eūm declarant, quamobrem Canticum Canticorum nominatum fuerit: An ista dicta velint, vt quanta sit carminis obscuritas, quàm densa caligo inter perpetuæ metaphoræ hieroglyphica intelligamus? Certè locus ille sacratior, neque fenestram neque candelabrum habebat, vt expendit Abulensis quæst. 4 in c. 1 Leuitici, & quæst. 36. in cap. 13. libri 2. Paralip. quantáque fuerit tota Numini, ne quid perspicuè videret, qui vel semel in anno ingrediebatur Sacerdos; declarat venustè Salianus tom. 3. anno mundi 3024. num. 14. Igitur quemadmodum locus ille nebulosus & inlucidus; ita & hoc, quod illi assimilatur, Canticum Canticorum abstrusum & vmbrosum. Huius comparationis aliquos Auctores citauimus initio præteriti articuli: Sed nónne scyticon & tenebrosum esse vinum potius meτn quàm commendatio? Sanè cùm oboritur nox, & insuperabilis ferè labor in inuestigando ob mysteriorum naturam, quòd talia sint, quæ capitum vincant, laus summa existit: Talis ipsa Diuinitas, quæ posuit tenebras latibulum suum; talia & sacratiora quæque arcana apud Ægyptiorum magistros, quibus solenne reconditas materias hieroglyphicorum inuolucris tegere. Atque equidem cùm plurimas callerent scientias, essentque Mathematicæ disciplinæ illis temporibus egregio in honore & pretio; tamen Reginam artium eam fuisse, quæ de hieroglyphicis tractabat, & aduertit benè, veterúmque stabiliuit auctoritate Salianus tom. 2. anno mun 1470 n. 6 Ioannes Pierius Valerianus nonnihil epistola ad Cosmum Medicæum; Claudius Minos ad emblemata Alciatana: Sed theologicè, & ad nostrum scopum vtiliter domestici, Salmeron tom 7. in Euangelia, tractatu 1, & secundo; Pererius disp 8. in c. 2. Exodi: Pineda libro 3. de rebus Salomonis, c. 15. & 16. Salazarius Isagoge in Prouerbia eiusdem: Apud hos licebit studioso per otium inspicere, quanta fuerit æstimatio, & dignitas eius scientiæ, quæ in velamentis, & hieroglyphicis; nobis instar plurimorum vnius Areopagitæ Dionysij effatum 36.

Sancti Sanctorum fenestra carens. Abul.

Salian.

Hieroglyphicorum prima scientia apud Ægyptios.

Salian. Pier. Minos.

Salmeron.

Pineda.

Salazar.

Areopag.

effatum epist. 9. ad Titum: *Operæpretium est* (inquit) *aduertere, duplicem esse Theologorum traditionem, arcanam alteram, ac mysticam: alteram verò manifestam, atque notiorem, & alteram quidem significatiuam, ac perficientem: alteram verò sapientiæ studiosam, ac demonstratiuam*: Ex b[illegible] um est, eam, quæ abstrusior est præstantiorem esse Theosophiam: quemadmodum modò & apud nos, non ea de diuinis altior est notitia, quam ne multùm ingeniosi etiam facilè percipiunt; sed quam vel annosi magistri, & multo præditi acumine, optimisque instructi adminiculis, ne exhauriunt quidem: Ita igitur cùm in aliis Scripturæ partibus quædam tradatur Theologia aperta, & ad captum; hoc Canticorum volumine, quod abditissimum est, celatur & Regis planè Sacramentum integitur: ob hæc itaque sub abstrusa sensa Epithalamium vocatum Canticum Canticorum.

37. *Cantici Canticorum summa difficultas.* Verùm, quàm difficilem prouinciam ag[illegible] ressi sumus, Deum immortalem! Gemunt profectò Gigantes sub aquis, & nemo non exhorret, & contremiscit totis artubus: Prod[illegible] ant[illegible] es nuper memoratos Dionysius Pauli di[illegible] ulus qui ipsa ea ad Titum epist. 9. cùm eius de qua loquebatur secretioris Theologiæ exempla edere vellet, Canticorum volumen qu[illegible] in medium produxit: *Ab surditatem p[illegible] at maximam imperitis, ac rudib[illegible] supprimunt arcana illius sapientiæ Patres, cum per [illegible] quædam ænigmata diuinam illam, [illegible] mysteriis, ac pr[illegible] inaccessam veritatem [illegible] ciant. Quid memorem Canticorum [illegible] atque amatorios quamplurimos affectus, & quæque alia sacra & visibilia signa occulte [illegible] in multitudine excrescentia, quæ d[illegible] audacius inferunt, atque effinxit [illegible] profectò si quis intueri possit intimum, [illegible] decorem, mystica esse omnia, & diui[illegible] mirabitur atque ingenti Theologiæ lumine plena neq[illegible] putandum est visibilia signa sui causa fu[illegible] verùm arcana illius, plurimisque i[illegible] tia, ideirco velata, ne profanis fierent peruia, quæ sacratissima sunt.* [illegible] *que veris [illegible] Diuinitatis amatoribus aperta paterent*: Quæ [illegible] animaduerteret Origenes, putauit con[illegible] viros esse debere, qui ad legendum [illegible] Epithalamium accederent, nedum ad [illegible] lud: sic autem dissertat initio Prologi quatuor homiliarum: *Sed primo scire [illegible] oportet, quoniam sicut puerilis ætas non mouetur ad amorem passibilium; ita nec ad capiendum quidem verba hæc paruula & infantilis interioris hominis ætas admittitur, illorum [illegible] qui [illegible] lacte in Christo aluntur, non cibo forti, & qui [illegible] rationabile & sine dolo lac [illegible] Canti[illegible] Canti[illegible] cibus est, de quo dicit Apostolus: Perf[illegible] autem est [illegible]*:

Augus. Veriqite assonat oratio Augu[illegible] to de Pastoribus, c[illegible]. *Etenim [illegible] ma-to sunt p[illegible] pulsantibus aperiantur*.

Nyssen. [illegible] in Cantic. *Liber hic p[illegible] incunda [illegible] autem est [illegible]*

Theodor. [illegible] epistola ad Ioannem E[illegible] vice est *vasto pelago* [illegible] *vires*

Cassiod. [illegible] C[illegible] Cantica: *Est autem in hoc obscurum ille*

S[illegible] Anelog. in Cant.

libellus: quia nulla ibi commemorantur persona, & quasi comico stylo compositus est. Phil. Car- Phil. Carp. p[illegible] Antiques exordio [illegible] *Quod [illegible] opus [illegible] nyste-* Apon. [illegible] ad [illegible] *Sed me [illegible] in opus [illegible]*

Cantacuz. [illegible] Cant[illegible] [illegible] *aperire?*

38. Bernard. Neque minor fortitudo Ber[illegible] bilis Interpre[illegible] [illegible]

Philip. Abb. [illegible]

Rupert. [illegible]

Lyr. [illegible] in Cantica, [illegible] *O[illegible] me &c.* [illegible] *determinate Parab[illegible] applicande [illegible] tarem [illegible] in libro.* [illegible] *quàm dicipota, admiratio [illegible] tam parmam, tam dese [illegible] tam [illegible] de [illegible] Canticorum spiritalem [illegible] facto [illegible]*

Thom. [illegible] Picus Carthusianus pro[illegible] in hoc Epithalamium,

mium, loquens de Scriptore; *Altum est* (inquit,) *& quis apprehendet eum?*

39. Valentia.

Veniamus ad proximiorem nobis ætatem: quanquam Iacobus de Valentia, Christopolitanus Hierarcha centum annis maior est, qui epistola ad Alphonsum de Aragonia ante Hymenæi Commentationem asserit, talia esse, *quæ intellectu difficillima, & verè inextricabilia sunt, & habentur;* Atque omnia fere capita, quibus salebræ, & implexitas, idem prolusione comprehensus, ait: *Veruntamen valdè mihi difficile videtur Opus tam arduum aggredi vel tentare: tum propter formam tractandi huius libri: quia procedit modo metaphorico, & multiplici, scilicet, epithalamico, & bucolico, & georgico, tum propter defectum humani auxilij. nam omnes sacri Doctores antiqui vel in solo sensu prophetico, & literali, pro maiori parte exposuerunt istum librum tantum quoad sensum moralem, & anagogicum: tum propter difficultatem materiæ, quia de rebus altissimis, & ineffabilibus mysterijs, scilicet incarnationis, & redemptionis: tum propter latitudinem materiæ quia de toto discursu Ecclesiæ ab Adam vsque ad Iudicium, &c.*

Quamobrem difficillimus explicatu liber Canticorum?

Genebr. Cosm. Dam.

Genebrardus introductione in Cantica: *perpetuam allegoriam vocat:* Cosmas Damianus Isagoge in Cantica, ipsum, quod Genebrardus, addit non interruptam allegoriam, eandem *obscuram esse, vt continuum ænigma videri posset. Augent præterea obscuritatem hanc,* inquit, *& difficultatem frequentes catachreses, hyperbolæ, aliaque id genus figuræ: tum abruptum dramatis initium, & quæ passim occurrit, personæ, numerique, ac temporis subita mutatio: ad hæc vasti, & sine vlla parasceue, aut transitione interdum amatiæ partes, hiatus, aliæque inæquè vitiantes. intermissi quoque sermonis post aliarum periodorum, & colloquiorum interpositionem resumptio:* Atque ob has omnino causas libri indomabiles penè tenebras, & fugientes sensus etiam post multum olei, & operæ exaggerat Prosper Rossetus præfatione in Cantica, lectione prima; Petrus Nannius Alcmarianus epistola, quæ simul prolusio est, *velasse dicit Salomonem, sub typo amoris Christi vt Ecclesiam charitatem; vti Philosophi præcepta, nunc sub ænigmatibus, nunc sub obscurioribus symbolis tradiderunt.* Ludouicus de Sotomaior censet de libro hoc scribens ad lectorem *quod non minùs obscurus, arduus, & difficilis existat ad intelligendum, quàm breuis, atque consectus sit paucitate verborum: quippe, cùm totus sit mysticus, allegoricus, & parabolicus, vel potius perpetua quædam allegoria, seu Parabola.* Continuum quoque tropum appellat Delrius Isagogæ, cap. 4. Gislerius præfationis cap. 7. num. 16. *tam dulcissimum, quàm difficillimum librum nuncupat:* Hieronymus Osorius iunior proœmio in Canticorum paraphrasim: *De futuris enim rebus* ait *tractatio est difficultatibus obstructa, & obscuritatibus plurimis inuoluta.* Placidus Nigidius vestibulo dedicantis cum ad Ludouicum de Torres Cardinalem amplissimum & Montis regalis Archiepiscopum, eundémque in omni genere disciplinarum versatissimum, *dicere solitum, vt qui ab eo audierit, affirmat, Canticorum drama expositionem adhuc desiderare, cùm tamen Expositores ad ducentos habeat.* Horum, qui carmen ipsum enodarunt, iudicijs consensêre Salianus tom. 2. anno mundi 2470. numero 13. inter hieroglyphica & ænigmata referens; Alcazarius notatione 18. in Apocalypsim, reliquis veteris Instrumenti libris difficiliorem codicem affirmans; Basilius Legionensis quæstione 2. expositiua, dicens, *continere abditissimum totius sacræ paginæ sensum, & inexhaustis scatere difficultatibus;* Elapsa penè è calamo duo egregia nomina, Venerandus Pater Ludouicus de la Puente, qui tomo 1. in Cantica, præfatione, Bernardum homil. 16. in Salomonis Hymenæum sequutus, *vocat vmbrosam, latebrosámque metaphorarum, & similitudinum syluam;* P. Gaspar Sanctius & ipse quoque maior ob pietatem, tantus cùm in doctrinis esset, præfatione ad Lectorem, *densam syluam, implexámque valdè asseuerat.*

Delrius. Gisler. Osorium. Plac. Nig. Salian. Alcazar. Basil. Leg. Lud. Pont. Gasp. Sanct.

40. Atque hi sunt non pauci de omnium sæculorum illustribus Viris, qui hanc Spartam robustissimis etiam formidandam & terribilem censuerunt. Experiamur, an panicus fuerit hic metus, & ignaui velitis an ijs nixus momentis, quòd propterea & tam egregios affici timore duces, probrosum non fuerit; Ac vidimus sanè frequenter nominatum volumen, ænigma, abditam, & occultam dictionem; verùm, an istud solùm ad terrorem sufficiens, percipiamus ab Athanasio in Synopsi. *Ænigmata vero, & obscuri sermones, ita quidem cautè sunt positi, vt mœrore afficiant, si quis in illos incidat; propterea quod nihil manifesti habent, & ne suspicionem quidem aliquam sensus præbent: attamen si diligenter inquisiti fuerunt, sensum, quem habent, indicant;* Atque sanè ob hanc potissimum rationem Catholici Doctores aduersùs sectatores concertantes, qui facilem esse Scripturarum intelligentiam, vanè effutiuerunt, probant difficillimam esse Bibliorum enodationem, & quæ scientiarum Oracula fatigare valeat; Vincendus Salmeron. tom. 1. in Euangelia prolegom. 2 Bellarminus tom. 1. libro 3. de Verbi Dei interpretat. cap. 1. Munnez hypoypoleon lib. 1. cap. 1. Tena præfatiuncula Isagogæ in sacram Scripturam; Iulius Rogerius Abbas Lamulatum Opusculo 1. à cap. 1. & passim biblici Prolegomenistæ, atque Hæresis Strangulatores; nullibi autem tam vepres tam continua, & indiuulsa spineta, atque apud Salomonem: neque aliter contingere possibile erat, quando assumpta perenni metaphora, tot tam magna, & stupescentia tam breui occluderet Poemate.

Canticorum liber ob ænigmata ferè insuperabilis. Athanas. Scripturam ænigmata difficilem faciunt. Salmeron. Bellarm. Munnez. Tena. Roger.

41. Alia causa tenebrarum, quod idem sit huius carminis argumentum atque Apocalypsis, modúsque velandarum rerum similis: Iam verò, quis ignoret, quàm spissis contegantur tenebris quæ reuelatione Ioannis comprehenduntur? Instar multarum Hieronymi trita sententia epistola ad Paulinum: *Apocalypsis Ioannis tot habet sacramenta quot verba; Parum dixi, & pro merito voluminis laus omnis inferior est in verbis singulis multiplices latent intelligentiæ;* Plura cupientem scire Alcazar satiabit notatione 5. proœmiali in Apocalypsim; cuius ea, quam diximus de pari in duobus voluminibus materia, cogitatio est notatione 18 & 23. prologali, ac proinde ex eiusdem Apocalypsis studio, ipsi contigisse, vt facem Epithalamium Salomonis perrumperet, Iudicauit & ante Alcazarium Cosmas Damianus Isagoge in Cantica Canticorum; quòd verò & cognatus sit stylus, indicant illæ tam peregrinæ similitudines, quibus sponsæ aut dilectæ eximia pulchritudo adumbratur; *Qua ratione* (ait Bellarminus lib. 1. de verbo Dei cap. 5.) *factum esse credimus, vt cum Sponsa forma commendatur, & quasi coloribus suis depingi*

Apocalypsis nodi similis. Hieron. Canticorum par difficultas atque Apocalypsis Alcazar. Bellarm.

depingitur, ea dicuntur, quæ feminam dedecorare potius, quam ornare possint. Quæ nanque esset species eius mulieris, cuius caput esse vastum, vt Carmelus? nasus, vt turris? oculi, vt piscina? dentes, vt greges ouium detonsarum? ipsa vero tota nigra, vt tabernacula Cedar? Neque dispar oratio Sixti Senensis lib. 8 Bibliothecæ, Hæresi 8. *Quid enim potest dici, aut fingi ineptius, quam quod hic de Sponsa refertur: videlicet, quod habeat amplum caput instar montis Carmeli: oculos persimiles piscinis magnis, quæ sunt in Esebon? nasum præ se ferentem magnitudine sua turrim, quæ respicit contra Damascum: dentes sicut greges ouium? collum, sicut arcem Sion, ex qua clypei mille dependent? manus tanquam sphæras aureas? crura, sicut columnas marmoreas supra bases aureas erectas: quod sit pulchra sicut locus Tirza; decora, vt Hierusalem; terribilis, vt castrorum acies ordinata? Quæ omnia, si vel de filia Pharaonis, vel Salamitide intelligantur; adeo sunt rudia, inconditia, & agrestia, vt longè politiora, & elegantiora sint illa, quæ rudis ille Cyclops apud Poetas in Galatheam suam ineptissimè canere fingatur*; Vide, qui & Bellarmino, & Sixto subscribant, alios non paucos enumeratos Anteloquio 1. Sectione 1. & quàm acerbè loquuntur: & tamen hæc, quæ tam clari Viri minimè in humanam aliquam creaturam conuenire dixerint, oportet à nobis monstrari ad miraculum aptari à Salomone; neque meliori symbolo exprimi potuisse ratam Sponsæ Canticorum venustatem; Consideras, quantus sit labor interpretis Canticorum! certè eius, qualem nos profitemur, qui relata vniuersa similitudines esse existimet, quibus elegantiores nunquam, aut Homerus, aut Maro cecinerunt, cùm aut Tyndaridem, aut Lauiniam, aut de formosioribus aliam pingerent; Profectò æquè inaccessum istud, atque explanare, quid vel equus rufus, aut draco, aut alia emblemata repræsentent in Apocalypsi, Equidem apud Ioannem in plerisque ænigmata ipsa tam deformia sunt, vt statim ad spiritalem sensum minant sponte sua legentem; nempe, cùm occurrit vicisse leonem de tribu Iuda, continuò venit in mentem Christus; In Cantico Salomonis duplicis metaphoræ onus incumbit; nam principio aptanda sunt omnia terrenis nuptiis, deinceps & diuinis; & vtrunque secundùm Historiam, quæ intolerabilis prouincia est; Ad hæc, quamuis nebulosus sit Apocalypseos Textus vt plurimùm; sed vultus interdum emittit Sol iustitiæ, de quo ibi sermo, illæque afferunt coruscationes non modicum lumen ad denoctanda opaca, vti probè aduertit noster Pererius disputatione 10. procemiali in Apocalypsim, numero 54. ibi nonnihil exemplorum apud eum; at verò in Cantico Canticorum, nihil vnquam declaratur sensus præsertim mystici, qui in Seruatorem, & Ecclesiam dirigitur; quin etsi qu[illegible] reuelant personæ, de quibus secundùm nominem sensus; plus inde caliginis; oboritur enim statim dissidium, si Rex & Regina, vti quidam iudicant, quo pacto statim pastores, columbarum nutritij, vinitores? Quare medius fidius nulla Scripturæ esse videtur portio, quæ ad huius metri labyrinthum inextricabilem, & flexuosos Meandros, accedat.

Canticorum ingentes sit-næ à similitudin. bus.

Sixt. Sen.

Canticum Canticorum etiam Apocalypsi obscurius.

Pererius.

42. Quòd si statuendum, vti iustum est omninò existimasse, cohærentia esse & ligata quæcunque Salomonis complectitur Hymenæus, & probauimus nos Anteloquio 2. Sectione 10. num. 79. tum quales apparent Syrtes? Sanè totum voluminis horrorem, illumque immensum in hoc vno situm offendiculo aduertit luculentè Alcazar notatione 18 procemii in Apocalypsim. & mouit Patrem optimum, vt in ea connectenda reuelatione totam vitæ periodum consumeret, O benè transactos annos! conari nos in Salomone concatenando vtcunque, & à longè! qui vestigia tanti Her[o]is; Quid enim putatis? Actum nos agere. Nondum satis agglutinatus est in post Interpretum legiones, cùm & maior pars & è Gigantibus fuerit, nondum compactus ad amussim nuptialis Salomon, Prorsum de Explanatoribus duos, siue testes, G[hisler]ius ad initium capitis 3. Canticorum in expositione literæ; *Inter ea, quæ in hoc libro difficultatem Expositoribus ingerunt, illud præcipuum esse nemo est qui dubitet, quomodo singula queant connecti, ita vt antecedentia congruant consequentibus, & consequentia antecedentibus: atque tanta est in hac re difficultas, vt ex ingenti Doctorum numero, qui librum istum interpretandum suscepere, pars maior prætermissa connexione, [illegible] singulas sententias per se exponat, vel ea tantum connectat, quorum manifesta apparet connexio, existimantes atque etiam pro certo asserentes, ea, quæ hic dicuntur cum ex amore vt prolata sint, vel nullam, vel [illegible] nullam habere connexionem; veruntamen id mihi nullo pacto probandum videtur: nam, cum hoc Canticum sit a Spiritu sancto dictatum*, &c. Ita Mi[c]h[a]el, & vltima enim noster Sanctius aliquid prolegom. [illegible] in Canticum, num 3. *[illegible] (inquit) plerique Interpretum in vestigando, tenendóque ordine, ac filo huius E[pitha]lamij, quod cum passim rumpi existiment, neque facile adstringi posse, abuerunt cum [illegible] ipsam quoque curam commendi cum superioribus consequentia; Et sanè difficile negotium; neque, quo I ego viderim, satis a quoquam expeditum; neque ego id mihi animo vt fieri a me posse sperem, quod alij, vt ipsi fatentur, ingenuè consequuti non sunt; aliquid tamen conandum in re ardua, in quo aliquid inuenisse, si modo id contingat magnum est*: Alcazarius tom. 2. locorum in Apocalypsim pectantium, lib. 3. prolusione in Cantica; *Si huius admirabilis libri qui Canticum Canticorum appellatur, euoluimus Interpretes, qui in eo ad finem producant sermonis filum, seriémque dictorum continuent, perquàm pauci illi sunt, & hi quidem id conati nec satisfaciunt omnibus, nec sibimetipsis interdum*; Sic illi, & sanè de aliquali olim ligamento, Quid si vidissent ab Interprete seueras exigi leges, & molestissimam piguin [illegible] nutrium, vt nubentium proderet [illegible]orum lineam, patriam, nomina, exercitationes, ætatem, studia, & quid quæque geniali die ante absoluta gaudia connubialia patratum? Deinde superædificaret infinitam magnorum euentuum copiam, & comprehenderet quicquid vnquam mirificum Ecclesiæ Catholicæ accidit? O tu, qui de stercore erigis pauperem, & inspirasti puerulo tuo ausum ingentem, emitte lucem tuam, & veritatem tuam, vt mecum sit, & laboret, atque aperiat arcanum ad gloriam nominis tui!

Salomonis Cantici filum nondum satis connexum.

Alcazar egregius in primis Apocalypsos enodator.

Ghisler

Sanct.

43. Neque illud vile argumentum, quòd tot nactus sit eosque præstantissimos maxima ex parte Explanatores liber; nam nisi fuisset abundantissima mysteriorum seges, & bullirent sacramenta, nequaquam ad messem conuolassent tanta Scriptorum examina, præsertim cùm hi fuerint doctrinarum lumina in Dei Ecclesia, & neque

suo [illegible] ingenio. aut [illegible] prudentia dignum æstima- [illegible] verlat, & [illegible] es dixi [illegible] Sane Cisterus pra [illegible] cap. [illegible] 6. [illebr], & cogede [illegible], *N [illegible] Lucrus [illegible] brum [illegible] quem plane [illegible] commentaru studio [illegible]*; Vidimus num. 3. quid [illegible] Cardinalis sao [illegible], & A [illegible] Montis regali [illegible] hic liber [illegible] ex [illegible] adhuc Inte [illegible] quirere, [illegible] quod pene [illegible] Dionysius R [illegible] tot essent [illegible] Commentaria [illegible] non esset sufficiens. *Præterea* [illegible] Prologo suo) *quon [illegible] orum, tot ac tanta [illegible] vacet legere [illegible] expositione tam [illegible] &c.* At [illegible] cum Philipp [illegible] anno- [illegible] Auct [illegible] in Cantica pr [illegible] *tam moder [illegible] quam antiquis, [illegible] si qui [illegible] plurima super [illegible] Commenta [illegible] ferius qui que [illegible] quam fu* [illegible] de [illegible] non in hoc [illegible] Methodius, Vi [illegible] Romanus [illegible] Nyssenus, [illegible] Vercellensis, Bernardo, R [illegible] Æ- gidius R [illegible] illa- rum texuit Po [illegible] Bibliotheca [illegible] Sanctæ tomo 1. lib. 2 cap 9.

Canticorum liber magnã Expositorum numerum nactus.

Gill. Cassiod. Phil. Abb.

Auctores qui in Canticum Salomonis scrip erunt, ex doctissimis Ecclesiæ Magistris

44\. *Canticorum lectio interdicta Hebræis vsque ad annum trigesimum.*

Iuuat & [illegible] considerasse, prohibitos [illegible] Synagogæ Rectores adole [illegible] ætati Canti [illegible] lectionem, nequ [illegible] fas ante expleto quinque & viginti [illegible] d [illegible] Ante- [illegible] Sectione 6. num [illegible] addimus Nazia [illegible] Oratione [illegible] quæ Apologetica est, at [illegible] Illust [illegible] [illegible] vniuersi [illegible] Ca- [illegible] Theod [illegible] Episcopum, Tost [illegible] Hieronymi [illegible] quanquam [illegible] esse [illegible] Sa [illegible] [illegible] vnque ad ter [illegible] Numerorum 4. & Paral [illegible] cap. [illegible] quidem ante hæc [illegible] neque [illegible] satis idone [illegible] vt de [illegible] benè Lyra ad [illegible] N [illegible] codice, eundemque [illegible] Abu [illegible] quæst. 4. & ad citatum ex P [illegible] q [illegible] 9. Ol [illegible] posi- tione [illegible] antur, viginti annoru [illegible] rot. cap. 1. v [illegible] ætas; quam [illegible] Leuitica exer [illegible] *I [illegible] annis* (respondet ille) *Dominus ministro triginta anno-*

Nazianz. Elias Cret. Theodor. Tostat.

Nemo neque Doctor, neque Leuita apud Iudæos ante annos triginta

Maldon. Tostat. Lyra.

Oleast. Num 4.

1 Paral. 23. Salmer.

rum ad opus tabernaculi, & viginti ad pugnandum contra hostes, quoniam maior discretio, [illegible] sapientia exigitur ad ministerium Dei, quam ad pugnam aduersus hostes, & forte maius robur corporis; Igitur tricesimus annus apud Hebræos, qui difficillimis etiam negotiis aptus; tum, qui scientiis vacabant, lauream adipisci consueuerant, & Doctores renuntiari tum & dabatur facultas peruolutandi Salomonis Epithalamium, quoniam propter multa arcana eiusmodi lectores vindicabat; stat nobiscum Salmeron tom. 1. prolegom. 2. iuxta exordium; nam, cùm Hebræorum statutum retulisset de non perscrutandis Canticis ante triginta annos: *Quod certe* (inquit) *non ob aliud ab illis cautum fuit, nisi quod tum omnes, tum hos præcipuè libros innumeris difficultatibus, & ob curis mysteriis refertos cernerent.* & alios fautores exhibuimus Anteloquio 7. Sectione 6. num. 5.

45\. Super his omnibus id incommodissimè accidit, vt sancti Patres, qui solus gelu semper frangere, & viam in obscurissimis semitis præmonstrare; moderante eorum calamos ipso, qui ad scribendum incitabat diuiniore Spiritu ob occultas Numini causas, Historiæ sensum, aut, vt alij velint nuncupare grammaticalem penè obliuioni tradiderunt, & omne atramentum consumpserint in excogitandis allegori s, quæ cùm destitutæ fuissent literæ basi, impossibile fuit historicam meditantibus explanationem, aut suppetias ad literæ e [illegible] postulare, aut ipsos eorum mysticos di [illegible] plenè sectari. Qua de re diximus ad longum ex Doctorum testimoniis Anteloquio 1. Sectione 5. num. 34 Quo eodem præludio aliud à nobis quinque & animaduersum, & stabilitum Sectione 8. num. 64. nimirum esse non paucos, qui existimarunt traditam à Salomone quidem ethicam seu moralem disciplinam in Prouerbiis, in Ecclesiaste Physiologiam, at in Cantico Canticorum eam quæ & subtilitate, & nodis te [illegible] quas vi [illegible] scientias, Metaphysicam, adeo huic Epithalamio germanum semper quicquid est spinosum includere; quorum altera confirmatio est eodem à nobis loco [illegible] dita ex Patrum auctoritate: nam, cùm fecundum fuisse Salomoni arbitrarentur vt militem [illegible] talem valide instrueret, suum cuique [illegible] formauit: videlicet incipientibus Prouerbia [illegible] accommodauit: proficientibus Ecclesiasten [illegible] qui ad [illegible] mentis vnionem per [illegible] tiones aspirant, Canticum Canticorum [illegible] vbi mysticæ Theologiæ abditissima [illegible] Sacramenta, & mente e [illegible] cedit d lect [illegible] patitur alienationem, & tota transit in [illegible] um.

Tres singulares causæ ardentatis Canticorum

46\. Verùm in aliis Scripturarum voluminibus inquit [illegible], sun quæ [illegible] in [illegible] humanæ, diuinæque [illegible] an [illegible] antiquita [illegible] cognitione [illegible] um, locorum, hominum [illegible], [illegible] hæc [illegible] quoque perquàm ne [illegible] sunt, [illegible] Cant [illegible] interpr [illegible] qui futurus [illegible] noster Sanctius prolegom. 12. in C [illegible] commentarius fide [illegible] Quare Petrus Nannius Alcmariani [illegible] coge [illegible] Commenta [illegible] partes [illegible] præfatione [illegible]. *M [illegible] erat,* quitur, *alterum fideliter [illegible], [illegible] literæ allegoriam temperare [illegible] vocabula exponere, allusiones Historicas, [illegible] naturalium annotare,*

Quanta eruditio necessaria Canticorum explanatori?

Sanct.

Nann. Beda.

annotare, antiquitatis obseruationes adscribere; Beda Venerabilis ad finem libri 1. in Cantica, sibi necessarium, & vtile testatur, de herbarum, & aromatum natura sedulò inquirere ad hunc intelligendum codicem: imò verò, quæ non scientia, aut necessaria, aut vtilis ad istud pertractandum Opus? Prouincias, vrbes, oppida habes, quæ Geographiam flagitent; quæ Historiam naturalem multa de ceruis, de capreis, de ouibus, de terra inclusis thesauris, auro, argento, gemmis; de odoriferis, nardo, cinnamis, balsamo, myrrha, cum vniuersis vnguentis Libani; de re hortensi, & rustica crebrò, nam itur ad vineam, ad columbas, ad areolas, & pomœria; sunt quæ & Politicam, & Ethicam quandoque requirant; Iam quanta messis Criticis, cùm abundè disputandum ab eis de nuptiarum ritu, de conuiuiorum vsu, de re vestiaria, de vnguentis, de osculis, de capillis, de ædificiis, de militia? Atque hic tantus apparatus considerato solùm verborum cortice. Quòd si feramur ad carminis animam, & illa humanis intecta velamentis sacratissima mysteria à Christo patiente vsque ad ipsum magni Iudicij diem; quantus hic campus aperitur, quàm spatiosus, & latè patens? Quem si quisquam colere tentet, oportet in omni Theologia non mediocriter versatum eum esse: nam erit, quando cum Hæretico manus conserere iubeatur, quando morales casus expendere, cùm de theoricæ vitæ anagogia disputare, cùm de omni nouo, veterique Fœdere multa promere, cùm ad scholas pergere, & ex earum norma de Sacramentis, de Verbi incarnatione, de Theologicis habitibus, de vitiis, & virtutibus, de Deo trino, & vno disserere; neque profanæ Historiæ parcendum; ecclesiasticam autem non prolixè discurrere omninò impossibile.

47. Sed, quis tantis exsoluendis par etiam inter eximios? Nos, qui talibus comparati vix locustæ fuerimus, quid ausi simus? Planè cùm hæc recordaretur, dormitauit anima præ tædio, & volebat organa suspendere in salicibus, moritura in ignauia sua; quomodo enim Canticum Canticorum modularetur nouissimus virorum, & despectus, & cui neque mica, aut pietatis, aut solidæ eruditionis? Desperabam nisi tu monuisses, Virgo Beata bono esse animo, & docuisses in infirmitate perfici virtutem! si enim Dominus magnus voluerit, etiam rudem, & saucium, spiritu intelligentiæ replebit, & ipse diriget consilium eius, & disciplinam; volet autem si vox orationis tuæ resonet in auribus eius: O roga, piissima, & fac mecum hanc misericordiam! Ad te leuaui oculos meos a principio Operis huius; ad te, vnde venit auxilium, quoties tribularer, & circumfulsit mihi claritas tua ambulanti in tenebris, & vmbris ignorantiæ! ecce in altitudinem maris Scripturarum ascendi, in cor eius; quid dicam? Confitebor tibi, Regina, delictum meum; præsumpsi vltra vires, conuiuaucrunt in me fluctus abyssi; en mergor, da dexteram, & fer auxilium, potentissima Oceani Rectrix! ecce mouet deuotissimus Bernardus vt ad te vnicè confugiamus inter procellas immanes tumentium aquarum; *Si insurgant venti*, (inquit homil. 2. super *Missus est* ad finem,) *si incurras scopulos, respice stellam, voca* MARIAM: *in periculis, in angustijs, in rebus dubijs*, MARIAM *cogita* MARIAM *inuoca; non recedat ab ore, non recedat à corde; ipsam sequens, non deuias; ipsam rogans, non desperes; ipsam cogitans, non erras. ipsa tenente, non corruis; ipsa protegente, non metuis; ipsa duce, non fatigaris; ipsa propitia, peruenis.* His stimulati, eia erigamur!

Bernard.

SECTIO V.

Quæ melior inscriptio libri, Cantica Canticorum? an potiùs Canticum Canticorum? Ezechielis, Lucæ, Pauli verba cum oppositis fœderata.

COmmunissima, atque satis vulgata loquutio, nuncupasse Epithalamium istud plurali dictione, *Canticorum Cantica*; Concionatorum vsus ille frequentissimus. Sed parum hoc, si non & Latinorum omnium ferè Patrum; Perlegat difficilis ad credendum in primo vestibulo Commentariorum Gregorij Papæ, Cassiodori, Aponij, Bedæ, Bernardi, Philippi Abbatis, Ruperti, Anselmi, Richardi à sancto Victore, Glossæ ordinariæ, S. Thomæ, Lyræ, Carthusiani, Halgrinij Cardin. &c. Thomæ Cisterciensis Ioannis Pici; reperiet vera esse, quæ asseueramus, atque iidem sæpiusculè decursu explanationis: in quo quidem loquendi more cautiores fuêre Græci, apud quos raro plurali numero legitur titulus, imò & Auctor ille (quem non penitùs Origenis indignum spiritu alias contestati sumus) quatuor Homiliarum, ad calcem præfationis reprehendit non pronunciantes singulariter, *Canticum Canticorum*, nihilominùs & Dionysius Areopagita de ecclesiastica Hierarchia, capite 3. pluraliter, *Carmina* vocat diuinorum amorum: & Nyssenus homil. 1. *Cantica Canticorum*, appellat; &, quod mirere, inter Latinos vigilantissimi duo Hieronymus, atque Augustinus non respuere *Cantica* dicere, ex quibus prior, dum præfatur in Ecclesiasten: *Ad extremum* (ait) *iam consummatum virum, & calcato sæculo preparatum in Canticis Canticorum Sponsæ iungit amplexibus*; Posterior autem enim 9. libro de Pastoribus, c. 15. *In Canticis Canticorum* (inquit) *loquitur sponsa ad sponsum, Ecclesia ad Christum: nouimus Cantica Canticorum sancta, Cantica amatoria, Cantica sancti amoris*, &c. Itaque negari non potest, quin illa, qualis tandem sit phrasis, grauissimis Patronis suffulta sit: vt nemo fastidiosè, atque inscienter imperitiæ arguat, cùm vel è loco publico verbi sacri buccinatores audit iis, & crebrò quidem rectores nominibus aut in doctorum lucubrationibus eadem occurrunt: Sed feramus nostram de controuersia opinionem atque censuram. 48.

Qui pluraliter Cantica Canticorum appellarit

Greg. Cassiod. Apon. Beda Bernard. Philip. Rupert. Anselm. Richard. Glossa. S. Thom. Lyra. Carthus. Halgrin. Thom. Cist. Picus. Orig. Areopag. Nyssen. Hieron. August.

49. Dico primùm: veram, atque legitimam inscriptionem esse, quæ singulari verbo pronunciat, *Canticum Canticorum*. Patet: nam ea syncera titulatio est, quam aut omnes habent translationes, aut saltem correctissimæ: atqui huius generis versiones cunctæ *Canticum* in singulari amplexatæ sunt: adeat Lector Hebræum, Vulgatam, Vatabli, Sanctis editiones, & comperiet. Ac sanè, vt discreparent illæ omnes, sola auctoritas Latinorum Bibliorum post Tridentinam animaduersionem, & castigationem iussu Sixti, atque Clementis Pontificum, sufficeret: nam ad hanc attendendum

Vera Canticorum inscriptio in singulari.

dum ante vniuersas tianslationes,& eius sequenda tegula vt monuimus Anteloquio 7. Sectione 1 num. .Confirmo istud; nam sanè,cùm tot fuerint Odæ à Dauide compositæ, quæ excreuerint in grandem numerum, nempe in centum,& quinquagiota Psalmos; potuerunt facilè io aliquos libros diuidi, quemadmodum diuisa est,& Regum,& Machabæorum Historia; fuisset enim non spernendus codex qoinquagenam Psalmorum claudens; Quid,quòd,vt qoidam arbitrati sunt, fuère cotum hymnorum diuersi fabricatores? Nonne præstaret diuersos Auctorum tracta·us separare, & sua cuique tribuere, neque multos sub promiscuo titulo confudisse? Sed concedamus tetiæ sententiæ, à Dauidis Musa prodiisse omnes; nullus tamen hactenus arbitror docuit, in vnom, eundémque scopum cunctos tendere & vinculo quodam inter se nexos; sed magis dissolutos, & varium esse argumentum: huius differentiæ gratia, operæpretiom videbatur in varios diuidere Tomos, & tot quidem causæ multiplicandi libros in Psalmis, atque vt plurali oumero intitularetur Opus, *Libri Psalmorum*; Nihilominùs vera eius, atque germana inscriptio, quæ singolariter effert, *librum Psalmorum*; Atque ita sanè appellant ferè sancti omnes Patres; quódque maximum affert pondus, Oratio Principis Apostolorum Actorum cap. 1. vers. 20. *Scriptum est enim* (ait) *in libro Psalmorum; Fiat commoratio eorum deserta*, &c. Vide ex professo de lite concertantes Martinez hypotyposeon lib 3. cap. 2. Lorinum ad vers. 20. cap. 1. Actorum; Tenam lib. 2. Isagogæ sacræ Scripturæ, difficultate 6. sectione 1. & 2. Ergo,cùm in Cantico Salomonis omnia ab vno, simplicique Auctore exorta sint, neque de hoc dubium: aut iudiciorum varietas: insuper argumentum vnum & indissolubile, cuius partes inter se cohæreant; potiori iure singulari numero titulabitur *Canticum Canticorum*. atque hæc erit genuina & oatiua inscriptio

Liber Psalmorum, an libri pluraliter, dicendi?

Actor. 1. — Martinez. Lorin. Tena.

50. Confirmo altero exemplo; Nam, si ob aliqualem rationem nuncupandum esset pluraliter *Cantica Canticorum*; ideò in primis,quoniam diuersa claudit partialia Cantica, quæ vnum posteà completum faciunt Canticum; neque enim aliud, excepto hoc, nominis valeat esse fundamentum: atqui istud non est sufficiens, vt plurali phrasi nominetur *Cantica Canticorum*: Probo minorem propositionem. Equidem in Eucharistiæ Sacramento hominum exquisitè eruditorum arbitratio est, duo esse partialia Sacramenta; alterum,quod cibus; alterum,quod potus constituat; quæ heterogenea esse, & specie incompleta differre asserunt: atque hinc fieri, vt maior gratia conferatur sub vtraque specie communicanti; quæ est veterum,corumque grauium Theologorum cogitatio apud Suarez tom. 3. in tertiam partem, disputatione 63. sectione 6 § *Ex dictis in priori*, & tamen vsus ecclesiasticus in loquendo plurale verbum deuitat,non Sacramenta appellans, sed in singulari *Sacramentum* quemadmodum probat eodem volumine Suarius disputatione 1. sectione 3. Vnde Catechismus Pij IV. pagina 07. *Licèt autem duo sint elementa* (inquit) *panis scilicet, & vinum,ex quibus integrum Eucharistiæ Sacramentum conficitur, non tamen plura Sacramenta, sed vnum tantùm esse, Ecclesiæ auctoritate docti confitemur. alter enim septenarius Sacramentorum numerus, quemadmodum semper traditum; atque à Concilijs Lateranensi, Florentino, & Tridentino decretum est, constare non poterit*; Igitur in similem modum, etsi plura sint partialia Cantica in Salomonis Hymenæo; tamen absolutè non erit nominandum *Cantica Canticorum* plurali voce; sed *Canticum* in singulari, atque si vtendum foerit plorali verbo, cum addito id fieri debeat vocando *incompleta Cantica*, ne si nomen simpliciter proferatur, oboriatur æquiuocatio, & plura iusta Cantica modulatum fuisse Salomonem existimetur, Sunt & alia passim multa, eáque triuialia exempla. suasura hoc ipsum:nam oratio Marci Tullij pro Milone plures orationes partiales comprehendit, & tamen sub vno singulari vocabulo exprimitur; neque àliquis intellexit plusquàm vnam Ciceronis orationem pro Tito Aonio extare; Itidem & in diuitis cuiusuis habitatione,aulæ sunt,& cubilia, quæ tenuiorum ædes non tantùm honore & pretio vincant, sed etiam ipso spatio: voa tamen domus vocatur,in qua diues commoratur.

In Eucharistia duo Sacramenta partialia.

Suarez.

Catechism. Rom.

51. Dico tamen iterum: si attendamus ad sensa magis,quàm vocabula, & quæ loquens intendat significare, consideremus,probè dici plurali loquutione *Cantica* esse *Canticorum*. Constat istud: nam ita dicentes volunt solùm intelligi,plura esse particularia Cantica; hoc autem oullus inficiari valeat: vocatur enim & ab antiquis, & à nuperis vulgara phrasi comœdia,fabula,drama,actio,metrum hoc: monstrauimus 1. disput. sect. 5. n. 30. & 41. constat autem comœdia variis & particularibus membris, quæ scenæ & actuum nominibus exprimuntur; & in actus quidem multiplices iuniores ferè diuidunt Epithalamium, aliquando & in Cantica: sic Iacobus de Valentia, Gregorius Ederus, & nonnulli prætereà: qua de re & oostrum tulimus iudicium Anteloquio 3. Sect. 3 Subsect. 2. Cùm igitur plura habeat Cantica particularia Hymenæus, & ab illis vocari poterit numero plurali *Cantica Canticorum*; nisi fortè quis dicturus honoris causa plurale loco singularis effari, vt apud Hebræos, cap. 11. Apostolus *obturauerunt ora leonum*, cùm de solo Daniele id legamus? *secti sunt*, cùm Isaias tantùm eiusmodi passus; *circuierunt in melotis*. cùm Elias ita incesserit, quanquam nec certa regula est ex Scripturarum vsu ob, hoootem plurale pro singulari locatum esse: probant multa exempla apud Martinez hypotyposeon lib. 6. cap. 2. annotat. in Origenis verba, §. *Verba libri Iudicum*, &c. Et rursum eodem lib. 6. cap. 3. §. *Postquàm de numeris*, &c. Quicquid id est, fauet pronuntiato nostro Hugo Cardinalis prologo in Cantica: *Quod autem liber iste* (inquit) *quandoque singulariter Canticum Canticorum, quandoque pluraliter Cantica Canticorum nominatur, unde est, quia & vnum est, & multa? vnum, propter vnitatem cantus: quia quicquid hic canitur, amor est: multa propter diuersitates personarum canentium, quæ sunt quatuor, vt dictum est*: Iacobus de Valentia in prologo suo: *Nam nostra translatio* (ait) *sonat multa Cantica contineri in hoc libro, & littera Hebraica sonat, esse vnum tantùm Canticum: sed in hoc nulla difficultas: quia totus iste liber potest dici vnum Canticum vniuersale, & multa particularia. prout patebit in diuisione, & prosequutione libri*: Vbi monet etiam Christopolitanus id quod verum est, io multis antiquorum Bibliorum lectum pluraliter *Cantica Canticorum*: Adsentit

In Salomonis metro varia Cantica particularia.

Regula: Plurale pro singulari honoris gratia positum.

Mart.

Hug. Card.

Inscriptio Canticorum pluraliter in Biblijs vetustis. Valentia.

Tirel

Titelman. Titelmannus ante expositionem versiculi 1. capitis primi Canticorum; *Titulus* (dicit) *huius libri in vulgatis Latinorum codicibus plurali numero legitur Cantica Canticorum, in Hebrais autem libris singulariter dicitur, Sirhasirim, Item & in Græcis, ᾆσμα ᾀσμάτων, id est, Canticum Canticorum; atque ita etiam in nonnullis habetur vetustioribus, & emendatioribus Latinis libris. Quod ad rem attinet, parum refert, utro numero dicatur, cum liber iste unum sit Canticum, & multa: unum quidem totum, & integrum, ex multis constans partialibus Canticis.* Ita illi nobiscum omnimodè.

52. Nilus an unus an plures fluuy. Nunc verò promamus de Scripturis non pauca, neque futilia exempla, quæ thesim stabiliant. Primum Exodi cap. 7. vers. 19. iubetur Moyses manum extendere *super aquas Ægypti, & super fluuios eorum*, David quoque non unum amnem in sanguinem conuersum indicat

Exod 7. plurali usus Psalm 77. *Conuertit* (inquit) *in sanguinem flumina eorum, & imbres eorum ne biberent*;

Psal. 77. Et tamen Exodi assignato loco posteà de uno tantùm fluuio memoria semper, versu 20. *Et eleuans virgam percussit aquam fluminis coram Pharaone*, versu 21. sæpiùs: *Et pisces, qui erant in flumine mortui sunt; computruitque fluuius, & non poterant Ægyptij bibere aquam fluminis*; Philo etiam lib. 1. de vita Moysis singulari vtitur. *Moysis fratre* (inquit) *percutiente virga fluuium, ... totus in sanguinem vertitur*; Iosephus etiam libro 2. antiquitatum, *Primo* (ait) *amnis sanguineis fluentis prolabens, ad potus inopiam eos redegit, cum præter aquam fluminis nullum fontem habeant*. Quas in speciem oppositas, & contradicentes sententias componimus indifficulter, duo si statuamus: Vnum, de Nilo Ægypti amne hic esse sermonem, de quo nullus Interpretum dubitauit; Alterum, hunc amplissimum fluuium septem ostia habuisse, ex quibus totidem emittebat flumina;

Nilus septem ostia habens. inde Maro Georgicorum libro 4.

Virgil.

Namque Pellæi gens fortunata Canopi
Accolit effuso stagnantem flumine Nilum,
Et circum pictis vehitur sua rura phaselis,
Et viridem Ægyptum nigra fœcundat arena,
Et diuersa ruens septem discurrit in ora,
Vsque coloratis amnis deuexus ab Indis.

Tradunt Plinius libro 5. cap. 9. Mela lib. 1. de situ

Plin. Mela. Strabo. orbis, capite itidem 9. Non silebo tamen Strabonis verba ex lib. 17. qui & breuius loquutus libro 1. *Duo itaque sunt* (ait) *Nili ostia, alterum Pelusiacum: alterum Canopicum, & Heracleoticum: inter quæ alia quinque ostia sunt mentione digna: alia verò tenuiora permulta.*

His confirmatis, dicimus quidem, aut Dauidem, aut Moysem, cùm plura memorarunt flumina,

53. loquutos de septem Niliacis ostiis, a quibus multi deriuantur amnes: cùm autem unum extitisse fluuium solùm indicare videantur, non de partialibus fluminibus quasi diuersis, & seorsim acceptis sermonem instituere; sed de eodem ut habente compositi rationem, & unum constante amnem, quoniam unius ipsa membra sunt fluminis: atque in hunc modum & explanatur Ezechiel,

Ezechielis verba explanata c. 29. cap 29. vers. 3 *Ecce ego ad te Pharao Rex Ægypti, draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum, & dicis. Meus est fluuius, & ego feci memetipsum*: Vides, ut uno, eodemque versu, & flumina in plurali, & fluuium in singulari appellat? At eodem modo conciliandа hæc dictio, quo altera de Exodo expromptа; scilicet, & quod fuerint plures particulares, & omnes ex uno magno prodierint flumine, eiúsque partes, atque membra sint: ergo, cùm in Salomonis Epithalamio multa inueniantur Cantica, quæ aut numericè, aut specificè differant incompletè, atque partialiter; poterit metrum propriè, & absque violentia, quandoque nuncupari singulari numero *Canticum Canticorum*: quandoque plurali *Cantica Canticorum*: ut ob similem causam Nilus in Scripturis nonnunquam singulari voce dicitur *fluuius*: nonnunquam & plurali *flumina*.

54. Sabbati, & Sabbatorum, qua significatio Scripturæ? Alterum exemplum est, quod à voce *Sabbatum*, vel *Sabbata* desumi valeat; significat enim utraque dictio promiscuè, idque non raro, totam hebdomadam: ut Luc cap. 18. *Ieiuno bis in Sabbato*, id est, per septimanam. & Marci cap. 16. *Et*

Luc. 18. *valdè mane una Sabbatorum veniunt ad monumentum*, id est, prima hebdomadis die. Hoc dif-

Marc. 16. fusè monstrat Pater Ribera libro 5 de templo,

Ribera. cap 1. Maldonatus ad versum 1. cap. 28. Matthæi,

Maldon. & ad versum 21. cap. 1. Marci, Lorinus ad ver-

Lorin. sum 14. cap. 13 Actorum; & in idem caput Gaspar Sanctius num. 14. Sicut igitur hebdomas

Sanct. tam plurali nomine dicitur Sabbata, nunc singulari verbo nuncupatur Sabbatum, & sensus utrobique idem est, atque inuariatus: sic poterit Epithalamium Salomonis duobus modis exprimi, nimirum, ut & Canticum in singulari, & Cantica in plurali vocetur. Tertium denique exemplum subministrant Pauli verba, cap 9 ad

Hebr. 9. Hebræos comparata aliena cum his ex libro 1. Machabæorum cap. 1. vers. 23 *Et intrauit ad sanctificationem cum superbia, & accepit altare aureum, & candelabrum luminis, & vasa eius*, &c.

1 Mach 1. Apostolus autem loco assignato, vers 2 *Tabernaculum enim factum est primum, in quo erant candelabra, & mensa, & propositio panum*, &c. Perspicis, ut Machabæus unam fuisse lucernam innuit, cùm Paulus multas fuisse lampades significet? Atque aliquis diceret, nullum illic mysterium quoad significata, sed solùm ut alias in Scripturis contingit unum numerum pro altero substitui, quo pacto simili oblata occasione respondet Tostatus quæstione 37 in cap. 1. 2. Paralipom. aut dicere, quæ alia candelabra, excepto Mosaico, alludi, ut putat Iosephus Stephanus Episcopus Oriolanus, ad cap 1. lib 1. Machabæorum; At meminisse necessarium est, candelabrum Mosaicum sic compactum, ut ex hastili eius procederent sex calami cum scyphis, seu lychnuchis suis, constat de Exod. c. 25 vers. 32. Erant igitur septem lampades una basi, & trunco innixæ, Hinc igitur est, quod Paulus multitudinis numero candelabra appellat, videlicet, ob particulares lucernas: quia verò omnes istæ coniungebantur velut totius alicuius partes solum, proptereà Machabæorum liber singulari verbo *candelabrum* dixit; Hanc deosculantur explanationem Ribera in c 9. Epistolæ ad Hebræos, & ibidem Tena difficultate 2. Pari igitur more, consideratione particularium Canticorum metrum Salomonis plurali voce appellabitur *Cantica Canticorum*: respectu autem eorundem, quatenus tantùm sunt membra, ex quibus totum aliquod resultat, prout sub toto comprehensa, exprimentur singulari dictione *Cantici Canticorum*; quando igitur tot suppeditent exempla Scripturæ, quibus idem nomen nunc cum singulari articulatione, nunc cum plurali accipiatur inuariato sensu; non est, quòd quisquam superciliosè contemnat, quos audiant

Candelabrũ in templo, an vnum, an multa?

Abul.

Ioseph Step.

Exod 25.

Ribera. Tena.

nunca

nuncupantes numero multitudinis *Cantica Canticorum.*

55. *Canticum Canticorum quàm aptè in sex partes distribuimus?* Sed quot fuerint Cantica particularia, quisquam scire desideret? At horum vna aliqua cáque fixa & communis regula tribui nequeat; cùm enim Auctor Epithalamii scriptis declaratum non reliquit, coniecturis duci Interpretes necessarium fuit, atque ita pro cuiusque ingenio, atque intelligentia, aut plura, aut pauciora euaserò membra Hymenæi: Nos Anteloquio 3. Sectione 1. diuisimus in sex partes, in quibus duas Epilogus, atque procemium, altera portio complectebatur, ante nuptiale conuiuium; tribus reliquis membris delineatæ epulæ, quæ celebratæ post inceptam connubiorum pompam; Hanc autem sectionem nos amauimus, propterea quòd analogiam habere arbitraremur cum hexamero, & primo mundi opificio; analogiam sanè quoad partitionem dierum, non quoad sibi facta: Atque iam sæpè ostendi, designatum hunc codicem singulariter ad reparationis humanæ mysterium cum suis omnibus coloribus perfectissimè delineandum; *Analogia Canticorum, mundo cum opificio.* Quemadmodum igitur Deus in creando orbe sex dies consumpsit ob arcanas procul dubio, & latentes causas, cùm possit breuissimo interuallo vniuersa condere; septimam autem lucem dicauit feriationi, in qua tanquam lassata Diuinitas requiesceret, & triumphatori opifici applauderent elementa, humana & angelica creatura eucharisticum modularetur hymnum; sic idem per Salomonis eruditam linguam omnem admirandæ redemptionis œconomiam graphicè depicturus, voluit vt in totidem metra diuideretur redemptionis opus, in quot distributa est creatio dies: & velut septimo diei, quod excellentius erat, reseruauit, nempe ipsam Diuinitatis pacem, & gaudiosam iucunditatem; sic & in septimum reposuit Canticum Salomon, quod præ *Cãtica prisci Fœderis septem.* cæteris luculentum, alacre, pompolum fuerat, scilicet, sponsæ traductionem in domum sponsi, Ecclesiæ vtique post generalia Comitia in valle Iosaphat, ex militia, & puluere, ad ouationem & voluptatem sine termino parasceuem; quod tamen postremum carmen, an mente solùm, an ore quoque, & calamo modulatus fuerit Salomon, dubium esse indicauimus alibi, certè ad posteros non venisse, At taceo sanè, quòd si benè numerentur, non inueniantur Cantica prisci Fœderis plura esse, quàm septem, vti monet *Origen.* Origenes Prologo quatuor Homiliarum; Wol- *Vvolbero.* bero Abbas sancti Pantaleonis intra coloniam *Septenarius numerus sacer apud antiquos.* Ordinis Benedictini prologo in Cantica; Quamobrem vnus hic Hymenæus id assequutus sit, vt tot solus ipse Cantica haberet, quot omnis Scriptura antiqua: Cæterùm omittere non debeo septenarium numerum, quo insignitus est, ex illis fuisse numeris, quos vetustas potissima religione coluit; quo de argumento legendus noster Pererius lib. 1. in Genesim ad vers. 3. cap. 2. *Pererius.* Geneseos, pag. 176.

56. Dices, huiusmodi partitionem, & computum, qua quicquid orbi aliquando, aut euenerit, aut in posterum continget, in certas temporum classes distribuitur, exosam esse doctis: nam, quid grauius si Patronos consideremus opinione mille- *Millenariorum opinio, & eius error.* nariorum mundi durationem in sex ætates secantium, quarum quælibet mille annorum spatium clauderet quibus exactis, orbis finiendus esset; Sanè eam cogitationem non illibenter hauserunt ex Patribus antiquis multi, ob quam tamen nullam consequuti sunt laudem apud nepotes; quin potiùs eruditi quique contempsêre sententiam vtpote nullis adiutam præsidiis, quæ aut ratio, aut Scriptura suppeditaret; Docebit Bellarminus *Bellarm.* lib. 3. de Romano Pontifice, cap. 3. §. *Denique fuit semper*, &c. Suarius tom. 2. in tertiam partem, di- *Suarez.* sputatione 53. Sectione 4. conclus. 3. Thomas de Maluenda libro 1. de Antichristo, cap. 30. Igitur *Maluenda.* etiam suspecta erit nostra distributio, cùm sub Canticis, aut sex, aut septem, comprehendamus omnes Ecclesiæ euentus, etiam ipsum Iudicij vniuersalis tempus. Respondeo, propterea laceratam eam millenariorum opinionem, quoniam absque fundamento doceret, exacto certo & determinato annorum spatio, mundo exitium imminere, cùm magis illud interuallum lateat, & incertum sit, quippe in Diuinitatis arbitrio, quæ adhuc de fixa, & constanti periodo nihil reuelauit; quin & eorum, qui sic iudicabant, aliquos deceptos fuisse, experientia probauit; nam iuxta eam, quam sequebantur Chronologiam expleti fuêre anni sex mille, vti allegati Auctores benè annotarunt; At ex diuisione Salomonici nuptialis carminis in sex, aut septem minores hymnos, quamuis hi claudant in confuso tempus omne, quo stabit orbis; nihil tamen definitum sequitur, aut quod in stabilem cognitionem venire faciat, quando orbi ruina immineat; non enim certam præfigunt metam: sed temporum illorum gesta, de quibus notitia est, ex Bibliorum, Ecclesiæ, Patrum effatis, secundùm se delineant, abstrahendo à statuto, & certo termino, quo illa euenient.

At saltem, inquies, deforme erit Epithalamium, si in eiusmodi Cantica diuidatur: nam 57.
aliud est Canticum enanum, & pusillæ staturæ; aliud vastæ molis, & propè giganteæ: nempe, qualia vnumquodque de Canticis claudat, tale ipsum euaserit; at hæc improportionata sunt: nam initiale Canticum breue spatium complectitur, videlicet ab anastasi Saluatoris tantùm vsque in Spiritus sancti descensum: huic alter succedit hymnus trecentorum annorum materiam continens: alia oda octingentos per annos vagatur: aliqua etiam à nostro æuo in diem Iudicij protenditur, quod quàm longum sit futurum tempus, quis nouit? Sic ergo, cùm inæqualia sint subiecta Canticorum, & ipsa quoque deformia esse necessum est: quæ enim maior in composito deformitas, quàm partium inæqualitas ipsis adinuicem inter se comparatis? inde enim monstruosa prodeunt: Respondeo, quidem in corpore, aut humano, aut bellvino absurdum futurum, vt *Entis per se, & per accidens differentia.* manus cùm essent ad cubitum longæ, pedes quatuor, aut sex cubitos longi essent: at verò in artificiis compositis, iis in primis, ex quibus non resultat ens aliquod per se, & physicum: sed magis totum artificiale & per accidens, non solùm posse vnam partem esse multò maiorem: sed hoc ad pulchritudinem velut lege quadam exigi: at videmus in naui, & domibus quædam spatia esse laxa, atque amplissima alia coangustata, & deducta: sic in scientiis, siue quæ de natura, seu quæ de Creatore tractant, alia disputatio concisa est, & circumscripta, alia protenditur & euagatur: Certè in Genesi Moyses titulo plus annorum, temporúmque absumit, quàm in reliquis Pentateuchi quatuor libris: nihil igitur distortum in Salomonis Epithalamio, propterea quòd in varia Cantica diuidatur, quorum aliud alio longiora

spatia

spatia complectatur; quid quòd Salomonis diuinum ingenium ita omnia commensurat, & ordinat, vt paria videantur omnia Cantica: nouit enim longus esse in breuibus cum gratia & iucunditate; in longis, & protensis materiis breuis esse, absque confusione tamen, & sine vllis tenebris propter compendium.

SECTIO VI.

Num Salomonici Epithalamij titulus canonica pollere auctoritate censendus sit? Biblicarum inscriptionum quinam Auctores censendi? & quæ illarum vtilitas? Estheris septem vltima capita num authentica? chronologicorum numerorum partitio in sacro instrumento an de fide? ex Regum. 3. celebris versatus locus.

58. NOn satis clarum, atque expeditū esse videatur, inscriptionem sacri Hymenæi canonica dignam esse reuerentia, & quòd Spiritus sanctus effuderit verbum; Primò, Salomonis ingenium eam non peperit: si verò alius, excepto Cantici Auctore, titulum fabricauit, vnde manifestū, Prophetam illum fuisse, qui ita operatus sit? Sin autem Vates non fuit & cuius linguam calamúmque acuerit Spiritus cælestis Scripturarum Doctor, sermo Dei non fuerit, ac proinde nec canonica oratio; At videamus (quod cæterorum cardo est) num Salomnn fuerit qui volumen suum intitulauerit: Non fuisse autem, plurima innuunt; pater enim illius Dauid, cùm multas composuerit odas; tamen inter omnes conuenire, vel ab Esdra, vel ab alio quopiam appositos esse Psalmis titulos, affirmat Rutilius Benzonius libro 1. in *Magnificat*, cap. 29. Igitur ad eundem morem, nec filius Salomon inscriptionem suorum voluminum confecerit; Insuper docuimus Anteloquio 3. Sect. 3. Subsect. 3. & versiculorum, & capitum partitionem in Scripturis introductam longo post eas conditas tempore: ergo, quemadmodum absque his extitêre ab initio; sic & tituli carêre, qui posteà adiecti fuerint; Propterea de Salomonis voluminibus peculiaris ratio est: nam, si inscriptionum Auctor ipse, eodem modo intitulasset omnes à se scriptos libros; Loquor de parte inscriptionis, quæ codicis editorem innuit; quemadmodum, etsi alia sit Epistola ad Romanos, alia ad Hebræos, alia ad Corinthios; tamen idem Paulus in fronte & vestibulo omnium; At non ita apud Salomonem: exordio enim Parabolarum vocat se *filium David, Regem Israel*; initio Ecclesiastæ appellat se *filium David, Regem Ierusalem*; Canticorum ingressu neque Dauide satum, neque aut Israëlis, aut Hierosolymæ se Monarcham nominat, sed tantùm Salomonem; Igitur, cùm tam varia trium librorum feratur intitulatio, cogitare valeamus, ab alio, quàm Salomone, ascriptas fuisse inscriptiones illas; Denique, cùm magnificum Cantici Canticorum vocabulum eam indicet Scripturam, quæ & difficultate, & gloria, vetustatis: & imprimis materiæ & carminis præstantia vincat omnes prisci Fœderis codices; non est credibile,

Salomon nō inscriptionis Canticorum Auctor?

Benzon.

Sherlogi Anteloq. in Cant.

voluisse Salomonem tam arrogans, & superbum nomen suo affigere Epithalamio; esset enim hoc præter modestiā tanti Principis sapientiæ debitā. Igitur illud posuêre Synagogæ Salomonem subsequuti Magistri, eò quòd metri illius introspecta natura, arbitrarentur, nihil ei comparandum in veterum Prophetarum serie reperiri.

At, quid mirum si quisquam Canticorum titulum ad Scripturam canonicam pertinere inficietur? nam & vir doctus Sixtus Senensis, etiam post Tridentinam de authenticis Scripturis declarationem non veretur ex albo sacrorum codicum septem postrema Estheris capita delere & inter apocrypha referre: ita quidem libro octauo, hæresi vndecima, lib. 1. sect. 2. & attento animo sectione 3. Quippe, inquit, Tridentini Patres sessione 4. cùm dicunt, recipiendos omnes libros integros cum suis partibus prout in Ecclesia Catholica legi consueuerunt, & in veteri vulgata editione habentur, intelligendi sunt, *de veris, ac germanis partibus, quæ ad librorum integritatem spectant: non autem de laceris quibusdam appendicibus, & panniosis additamentis, à quouis incognito Auctore temerè appositis, & vtcunque insutis, qualia sunt huiusmodi vltima capitula*: Quòd si equidem tot versus ex libro Estheris Scripturæ partem non constant; sed inter analecta & fragmenta annumeranda sint: quod fuerit piaculum idem asseruisse de Canticorum titulo, & consequenter etiam hunc de canone Bibliorum extrudere? Accedit, quòd Melchior Canus in difficillimum nodum incidens de elapsis annis ab egressu Hebræorum ex Ægypto ad Salomonici templi vsque iacta fundamenta, cùm pauca fuisse tempora existimaret, quæ regnorum liber tertius recenset c. 6. vers. 1. nempe quadringentos & octoginta annos, & qui ad hoc reducere interuallum tentant, eos Scripturæ violentiam manifestam afferre cogitaret, asseruit tandem lib. 11. de locis, c. 5. §. *Primum autem*, existimare se, *neque aut fidei, aut religionis quæstionem esse, num quadringentorum octoginta iste annorum numerus, qui in codicibus peruulgatus reperitur. Librariorum vitio scriptus sit; an potius idem ab Auctore sacro in suo exemplari positus*: *Ostendimus*, (inquit) *multas causas esse, cur hunc de quo agimus quadringentorum octoginta annorum numerus, corruptè esse inductus videatur: non igitur, si quispiam dicat, ab egressione filiorum Israel de Ægypto ad templum susceptum, quingentos annos, & eo amplius interfluxisse, protinus refellendus est, quasi cares ad fidem religionémve pertineat*: Igitur, si ad fidem non spectat, an in Bibliorum Chronologia hic magis, quàm ille numerus amplexandus, cùm tamen à certa annorum distributione pendere videatur Scripturarum, & ordo, & concentus; neque etiam ad fidei quæstionem spectauerit, an Canticorum liber hoc, aut illo modo intitulandus sit. Alia etiam præsidia idem subministrat Canus lib. 2. de locis, c. 11. §. *Quod si obiicias* Vbi affirmat, de interpretatione Hebræorum nominum, quam non rarò apponit Latinus Bibliorum Translator, non esse perhorrescendum, si aliquis tueatur Scripturæ particulas non esse: igitur nec erit pertimescendum, tria vocabula, quæ Epithalamij inscriptionem conficiunt, dixisse quidem ad verbum Dei non spectare, neque à Flamine diuino inspirata fuisse: sed à perito aliquo adiuncta ex humani ingenij solo labore, atque industria.

59.

Estheris vltima septem capita num canonica? Sixt. Sen.

Canus. Numeri annorum in Scripturis, an de fide?

3. Reg. 6.

Canus Interpretationes Hebræorū nominū in Biblijs, an Scripturæ partes?

60. Resoluo de his primò: titulos, siue Psalmorum, seu huius Cantici, seu alterius Scripturarum membri, quamuis à particularibus, & immediatis Scriptoribus, puta Dauide, Salomone, & eius generis, compositi non fuissent, potuisse Canonica infallibilitate donari: Clarum hoc est: nam Deus, qui princeps Auctor Scripturarum est, potuit alium excitare Prophetam, qui prætermissos titulos à primo voluminis artifice suppleret; atque per huius os cum loqueretur Deus in earum inscriptionum conditione, sicut loquutus est per os, qui à sæculo extiterunt Prophetarum eius, esset istud quoque Dei sermo, & inconcussi roboris, atque auctoritatis canonicæ: Confirmo; nam septuaginta Seniores in translatione sua primitiua illa, & à næuis libera multa adiecerunt, non pauca variarunt ab his, quæ in Hebræa cernebantur origine: Consule Leonem de Castro disputatione de translationibus sacræ Scripturæ, cap. 16. Tenam lib. 1. Isagogæ sacræ Scripturæ, difficultate 5. sectione 5. & tamen hoc, quod ab illis annexum est, sacrum atque authenticum fuit, nempe, ex Spiritus sancti impulsu, vt docet egregiè Augustinus libro 18. de Ciuitate Dei, ad finem capitis 43. *Igitur, vt oportet, nihil aliud intueamur in Scripturis illis, nisi quid per homines dixerit Dei Spiritus; quicquid est in Hebræis codicibus, & non est apud Interpretes Septuaginta, noluit hoc per istos, sed per illos Prophetas Dei Spiritus dicere: quicquid verò est apud Septuaginta, in Hebræis autem codicibus non est, per istos maluit, quàm per illos idem Spiritus dicere, sic ostendens vtrosque fuisse Prophetas: isto enim modo alia per Isaiam, alia per Hieremiam, alia per alium, atque alium Prophetam, vel aliter eadem per hunc, atque illum dixit, vt voluit; quicquid porrò apud vtrosque inuenitur, per vtrosque dicere voluit vnus, atque idem Spiritus; sed ita, vt illi præcederent prophetando; isti sequerentur prophetice illos interpretando: quia, sicut in illis vera, & concordantia dicentibus vnus pacis Spiritus fuit; sic & in istis non secum conferentibus, & tamen tanquam vno ore cuncta interpretantibus, idem Spiritus vnus apparuit*: Sic Augustinus commonstrans, etsi Septuaginta ad Hebræo comprehensa Textu nonnulla adiecerint; illa tamen Canonica fuisse, & Dei loquelam: igitur, quamuis iidem, aut alius iunior Interpres titulos operum à primis Auctoribus derelictos apponerent; eiusmodi tituli Canonicam, & inuiolabilem auctoritatem haberent: Confirmo iterum: nam probauimus Anteloquio 3. Sectione 3. num. 84. ipsos Bibliorum primæuos conditores non omnia retulisse, sed ex Dauide, exempli causa, didicisse nos quidpiam, aut de Ægypti plagis, aut de iis, quæ in eremo contigerunt, quorum Moyses in Exodo non meminit; & tamen eiusdem fidei sunt, quæ Psalmista addidit cum iis, quæ Moyses recensuit: igitur etiam tituli à quibusdam omissi, ab aliis appositi, Canonici, & authentici extitissent.

Septuaginta ex Spiritus sancti auctoritate nonnulla in translatione sua addiderunt.

Leo Castr.

Tena.

August.

61. Resoluo secundò, nobis verisimile apparere sacrorum voluminum inscriptiones ab Auctoribus libris affixas: putamus enim generaliter verum esse, quòd de Psalmis scribens procœmio in in hos edisserit Hieronymus: *Nam per titulum* (inquit) *intelligitur vniuscuiusque Psalmi intellectus: Quid est titulus, nisi clauis vt ita dixerim? in domum non ingreditur nisi per clauim: ita & vniuscuiusque Psalmi intellectus per clauem, hoc est, per titulum intelligitur, in cuius persona cantatur:* Atque Augustinus exordio enarrationis Psal. 58. *Sicut solet Scriptura* (inquit) *Psalmorum mysteria in titulis ponere, & frontem Psalmi sublimitate sacramentis decorare, vt sciamus, quis intraturi sumus, cum, tanquam super postem, quid intus agatur, legerimus, vel cuius domus sit, vel cuiusnam sit illius prædij possessor. ita & in hoc Psalmo scriptus est titulus de titulo*, &c. Habemus ex horum Patrum effatis, in titulo, quasi in epitoma claudi Psalmi, aut alterius sacri tractatus medullam: quare oportebat certè inscriptionis structorem prius exactè comprehendisse scopum, aut Cantici, aut Odæ: deinde vocabulum idoneum imponere naturæ hymni; At quis, ad hoc ita sufficiens, atque Operis artifex? Quis enim eum in modum lustrauit penetrauitque Prophetiam, atque vaticinij ipsius parens? Hos igitur nomina, & titulos imposuisse conueniens est affirmare: nam, cur obsecro non inscripserint editos à se libros diuini Auctores? Quæ lex, quod præceptum? quis vsus prohibuit? Vnde haustum cum fundamento non ita ab eis peractum; Esto quidem temporum malitia, & iniuriis contigerit amissos penitùs fuisse titulos, & ab Esdra, aut septuaginta viris resuscitatos: verùm nunquam ab Auctoribus mediatos, quonam modo persuaserint? Equidem Theodoretus præfatione in Psalmos, & initio explanationis in Psalmum 1. cum spiritu & vehementia defendit, à Dauide cócinnatos titulos, & septuaginta senes eos vertisse, quos in Hebræo repererint, neque illis debitum, excepta interpretatione, aliud

Auctores sacrorũ voluminũ titulos conscripserunt.

Hieron.

Tituli sacrorum librorũ, ad quod deseruiant?

Hieron.

August.

Theodor.

62. Resoluo tertiò: siue ipsi primi Bibliorum molitores inscriptiones adinuenerint, seu aliorum conatus, & laboris fuerit, quocunque acciderit more, censendum diuina & canonica auctoritate præcellere & Spiritum sanctum fuisse, eos qui dictauerit: Fauet nuperrimè allegatus Theodoretus prologo in Psalmos inquiens: *Rem quidem nimiæ temeritatis, & confidentia plenam arbitror, falsas illas existimare* (inquitur de inscriptionibus) *& nostras rationes vi Spiritus sancti sapientiores iudicare*: Fauet Leontius Byzantinus lib. 3. contra Nestorianos, & Eutychianos, vbi resumens Theodori Mopsuastensis errores, inter eos scribit, quoniam delendos existimauerit Canticorum, Hymnorum, atque Psalmorum titulos: Duxit in hanc cogitationem Patrum consensio in dissoluendis titulorum latebramentis: non enim vnus, alterve, sed omnes hanc exercuere prouinciam sedulò; & nemo sanè, qui Salomonis Epithalamium explanauit, non idem diligenter inscriptionem excussit, & multis quibusdam arcanis ... quid autem conati sunt tam exacta inu... one? Equidem intus latentem Spiritus sancti diuiniorem sensum, tanquam nucleum ... fractis inuolucris: Intellexerunt igitur, à Spiritu sancto dictatum fuisse, alioquin Viri, ... prudentes, quorsum in his ventilandis eandem ... operam ponerent, quàm in ipso Dei certissim... aperiendo verbo? Duxit cogitationem præcipue nuper a Bibliorum correptio; ait enim præfatio ad Lectorem: *Porrò in hac editione nihil non canonicum, nihil adscititium, nihil extraneum apponere, visum est: atque ea causa fuit, cur liber ... us, & quartus Esdræ inscripti, quos inter canonicos libros sacra Tridentina Synodus non annumerauit, ipsa*

Tituli Bibliorũ eodẽ sacra auctoritate.

Theodor.

Leont.

etiam

etiam Manasse Regis oratio, quæ neque Hebraicè, neque Græcè quidem extat, neque in manuscriptis antiquioribus inuenitur,neque pars est vllius canonici libri. extra canonica scriptura seriem posita sint. Cùm igitur etiam castigatissima Biblia explosis vniuersis,de quibus dubium esse possit,an verbum Dei censeretur, (*nihil enim non canonicum, nihil extraneum apponere visum est,*) adhuc retinuerint sacrorum codicum inscriptiones, & titulos,fit, vt hi non possent non esse canonici,& authenticæ Scripturæ membra. At dicet quispiam,epistolam illam non esse Romani Pontificis nomine editam,proinde firmum non præstare argumentum;esto quidem vetum hoc sit; tamen earum litterarum testimonium grauissimum est.cùm proculdubio illæ apostolicæ Sedis iussu prodierint, & in ea contenta ad Papam relata fuerint, antequàm typis subijcerentur, monent autem conuocatos ex amplissimo Cardinalium ordine, adiunctis viris doctissimis, & ab his *veterem, ac vulgatam sacræ Scripturæ Editionem, quanta fieri potuit diligentia castigatam*: At quis solertiæ in corrigendo scopus? Equidem vt prodiret omnino authentica, & nihil quoad eius fieri possit, non canonicum habens: ad hæc ab illis codila & manuscripta,& exemplaria propriè infinita, & euoluti Patres & Theologorum classici, tandémque his omnibus expensis statuerunt & purissimo Textui voluminum inscriptiones associare, scilicet, quòd intelligerent,omnem vetustatem existimasse, eos canonicos esse, atque hoc commune esse Ecclesiæ iudicium:Quare absque temeritate dici nequeat, Bibliorum titulos haud esse canonicos, de quo aliquid Delrius ad initium Commentariorum in Threnos Ieremiæ.

Quæ authoritas Præfationis ad Sixti & Clementin Biblia.

Delrius.

63. Exiſtimo etiam & Tridentinum sess.4.suppeditare efficax argumentum: *Si quis autem libros ipsos integros cum omnibus suis partibus,prout in Ecclesia catholica legi consueuerunt*, &c. Atqui tituli & inscriptiones de integritate sunt librorum, quippe claues, vt inquiebat Hieronymus suprà num. 6t. & frontes voluminum, vt ibidem sermocinabatur Augustinus: absque fronte autem, & clauibus, quid non mancum. Igitur, cùm ad integritatem spectent sacrorum codicum, & authentica esse, quæ integrant reddunt Scripturam Tridentinum dicat; fit, vt tituli canonici,atque authentici sint; sed & partes etiam sunt Scripturæ: quid enim vetat esto an quia breues sunt & subitò absoluuntur? Verum hoc non demit, quominus aliquid canonicum esse valeat: nam assumamus de primo capite Isaiæ solùm tria verba, quibus non plura in titulo Canticorum; Equidem nullus inficias ierit, ea canonica esse, cùm sacræ Scripturæ laciniam; ac sane coniectot Tridentinum non fine causa dixisse *Cum omnibus suis partibus*, Voluisse, nempe indicare, inter ipsas partes varietatem elocere alias esse partes grandiores, & maiusculas, quales capita voluminum, quæ semper fere plurimis constant versibus; alias partes minores & contractas,quales tituli & inscriptiones qui vno constant versu frequentet: vtrunque igitur partium genus comprehendit Tridentinum, quando *cum omnibus partibus*,recipiendos libros monuit:profectò à partus nomenclatura nequaquam ob exiguam molem(sic dicamus) excludendi tituli, modò arcanis grauidi sint, & sacramenta habeant multa, vt habere ostendimus num.61.

Tridenr.

Sherlegi Anteloq. in Cant.

quemadmodum oculi in homine,licèt quantitate pusilli, pars nobilissima sunt ob excellentiam operationum:Quòd si velint cauillare, & asserere partem eam existimandam tantùm, sine qua sensus tractatus, aut voluminis cōstare nequeat, & quoniam absque titulis integra manerent sensa diuinorum librorum,ideò eos non esse partes; infirmo [illegible] nitum [illegible];nam parentheses Scripturarum tales sunt, quibus demptis maneret integra significatio:est enim parenthesis natura, vt neque sensum principalem vel auferat vel ponat;at parentheses in Biblijs, Dei loquutio sunt, & ad Scripturam attinent: Deinde & in Genesi, & in Euangelijs, & in multis alijs voluminibus canonicis alia ab alijs capitibus non dependent: ergo etiamsi absque inscriptionibus constaret sensus, quod tamen difficillimum esse monstrauimus citato sæpè numero 61. non inde sequeretur,non esse partes Scripturæ:quòd si quidem partes sunt, necessum est ad authenticam Scripturam pertinere ex Tridentini regula.

Nunc ad opposita exordio disputationis. Habeant quidem ab initio non extitisse eam Bibliorum partitionem, quæ modo apparet per capitula, & in diuisiones: at non inde deducitur, & absque titulis,nam modo ... vt legimus amare quod ... in suis Annalibus con... vnius anni narrationem absque intermissis capitibus; alios capita, sectiones, aut articulos interserere, prout cuique voluptas est; Equidem id imprimis in Scripturis animaduertendum, vt punctationes... sint, quæ finem sensum generent, in... gationis nota, conuenienti loco & tempore adhibeatur item commata, parentheses, & eius formæ alia ex hoc enim inaccuratione, & negligentia in ... & perniciosi errores pullulare valeant; Atque istud ab Hieronymo allusum,epist. 107. ad Paulinam. *Quod in Demosthene in ex Tullio solet fieri, vt per cola scribantur,& commata, qui vtique prosa, non versibus scripserunt;nos quoque interpretationem nouam,nouo scribendi genere definximus*: Atque hoc sanè, quod in veta, ordinatáque Scriptura tantoperè desideratur, haudquaquam omissum fuit ab aliquo diuino Auctore Cæterùm diuisio per capitula,articulos, quæstiones adinuenta est non vt scribenda incorrupta euaderet;nam ad hoc sufficiebant punctationes, quam vt ne legentes nimia versuum non ... ptorum longitudine fatigarentur, atque vt memoria aliquantùm iuuaretur, prout citat num.58. loco præfatis numis, & innuit Hieronymus epistola ad Damasum; *Quos iam pridem mihi dederas*(inquit) *Lactantij libros, ideo non libenter lego; quia & plurimæ Epistolæ in eis vsque ad mille versuum spatia tenduntur*:Igitur, cùm ex prætermissis capitibus nullum sequeretur mendum in textu,& aliunde illorum temporum vsus, sectiones partitionesque ignoraret, quibus iunior ætas assueuit, æculo suo Vates se accommodarunt: verùm nullius æui,nisi admodum crassi & hebetis mos erat, librorum titulos subticere,cùm illi mirum in modum conducunt ad sensus volumine contenti inuestigationem; sunt enim & lucerna, & clauis dicendorum: Quare æquum non est cogitasse sacros Auctores obliuioni tradidisse inscriptiones Bibliorum: & videmus quidem Patres cum Theologis, vt monebam antea, eadem diligentia titulos enodare, quo ipsum Scripturarum corpus: cùm tamen parum considerent capitum, aut numerum, aut

64.

Capitum, & sectionū vsus quare introductus.

Hieron.

Punctationes diuersæ ad scriptura veritatem omninò necessariæ.

Hieron.

R 2 distri

distributionem: vt facilè appareat, longè aliam fuisse de titulis, quàm de capitibus existimationem.

65. Quod verò afferebatur specialè comparatione librorum Salomonis, meo iudicio confirmat omninò, quæ à nobis tradita fuêre: nam, quòd non simpliciter tres eius præcipuè codices, Paræmiæ, Concionator, & Hymenæus Salomonis vocabulum præferunt cum voluminis nomenclatura, sed alia adiunguntur, quorum fortasse non simile aliquod exemplum, vt quod nonnunquam Rex Israël, nonnunquam Hierusalem vocetur, aliquando Dauidis soboles, aliquando Salomon tantùm, arcanum indicare videtur, & multo cum Sacramento excogitatos fuisse eius generis titulos; nec sanè ab alio, quàm à Scriptionis parente, qui particulari impulsu motus fuerit à Spiritu Sancto, vt modò regium nomen extraheret in apertum, modò potius celaret: neque enim in his leue aliquod abscondi mysterium, aut quod perfunctoriè diligentia eruì possit, arbitratus est Origenes prolo go quatuor Homiliarum, aiens: *Et quamuis difficile mihi videatur, aut perscrutari, aut pertingere poste horum differentias, aut vtcunque inuestigatas palam proferre, & chartulæ credere. tamen in quantum capere, vel sensus noster, vel auditus legentium potest paucis aperire tentabimus.* Iam quòd Salomon velut modestiæ limites prætergredi visus, dum Epithalamium magnificis titulis affi cit, *Canticum* vocans *Canticorum*, non hoc superbiæ est, aut tumentis animi fastus; sed iusta quadam, & pene necessaria laps. ea quidem, ob quam similiter, vt ingressu Prouerbiorum, & Ecclesiastæ te Regem Israëlis, & Solymorum diceret, se filium Dauidis nominaret: Audi nunc ista considerantem Basilium hom 12. in principium Prouerbiorum: *Appositum autem & Auctoris nomen (inquit) vt personæ splendor, & amplitudine auditorem facilius traheret ante, & se res attentiores redde t.* Verùm dilucidiùs Olympiodorus nunc enarrat in Prouerbia: *Postea quam autem Salomon Scripturæ huius qualitatem, & scopum, Auctoris que nomen & ortum exposuit: nunc eximiam eius Auctoris præeminentiam, & dignitatē proponit. facit hoc autem non vt arrogans aut superbus quispiam ostentator; verum qui Operi huic fidem, & auctoritatem compararet: nam, vt aliàs dicitantur, conferet hoc non parum ad submouendam omnem de germano huius Scriptu re parente dubitationem. Denique ad demonstrandum & persuadendum doctrinam quæ hic traditur, grauem, veram & solidam esse, plurimi valet Auctorem illius regia auctoritate, & dignitate excelluisse:* Atque hinc sanè deflueret cum abundantia Salomon, quamuis ex genio suo, aut opus, aut scribentem encomiis euexisset: sed tamen in primis considerantem Spiritum, vti fuit cæterorum Doctor; ita & titulum inspirasse, ille Vatis animum tetigit, vt Hymenæum speciosò Cantici Canticorum vocabulo afficeret: quamobrem verò Spiritus diuinissimus ille sic nuncupare voluerit, docuimus prolixè in antecedentibus pertres Sectiones.

66. Transeamus ad illa septem posteriora Esther is capita, quæ, si Deo placet, inter apocrypha referenda sint: Sed palàm, Sixtum refutet Bellarminus, vide lib. 1. de Verbo Dei, cap. 7. §. *Accedit postremò*, & quidem omne eius fulcrum, quoniam septem illa capita non tam sunt germanæ Bibliorum partes, quàm additamenta quædam, & assuta: at si tantùm detur licentiæ spectato Estheris volumine, nonne promptum fuerit expungere in aliis codicibus non pauca, & asserere fragmenta esse, non partes, maximè in his de quibus aliquando dubitatio extitit, an de genuinis essent Scripturis? quid aliud Tridentinum mouit, vt ordinem sacrorum librorum distinctè proponeret, quàm vt petulantia ingenia coërceret? quæ nisi in meridiana claritate offendere vellent, errore abduci, & caligare aliter non poterant: certè impegisse in multo lumine Sixtum nostrum vide rum Gretsero tom. 1. defensionis Bellarmini, Appendice 1. ad librum 1. Illustrissimi Cardinalis, §. *De hoc tamen*, &c. §. altero, *Nam quod Sixtus*. Bonfrerius prologis in Scripturam cap. 4. sect. 5. nullo modo videri tutum in fide post Tridentinum affirmat: Consulendi Serarius prolegom. 4. in Estherem, & in idem volumen Sanctius prolegomeno quoque quarto, à quo notatus, quod liberè nimium pronunciauerit.

Margin notes: Orig. — Basil. — *Auctoris nomen plurimis intersit, in scriptis perferens* — Olympiod. — *Sixtus Senēsis perstrictus quòd septem vltima capita Estheris reiecerit.* — Bellarm. — Gretser. — Bonfrer. — Serarius. — Sanct.

67. Grauis admodum est difficultas ex Regum c. 6. libri tertij de elapsis annis ab egressione Israëlitica ex Ægypto vsque ad cœptū constitui templū Salomonis: m: Verùm, cùm Iudicum 3. vers. 11. asseritur: *Quieuitque terra quadraginta annis, & mortuus est Othoniel filius Cenez.* non sic enumerandi sunt anni, de quibus eo loco memoria, vt præter aliquos interuallum, quo fortasse malè agentes ex peccatis Dominus ad pœnitentiā, antequàm excitaret Chusan Rasathaim Regem vt vindictam de perfidis sumeret, illosque vexaret, pleréque octo annos, quibus non inutio tyranno seruierint, tempus quo conficiendæ pugnæ, adhoc superfint quadraginta anni quos in pace sub Othoniele emensus erit populus: At constructio est à Iosue ad Othonielem fluxisse tantùm quadraginta annos, quo tempore quò maior portio cum tranquillitate acta sit, à maiori parte datum nomen toti spatio ex consuetudine Scripturæ, cui mos, vt aduertit Eucherius, siue Beda, aut alius eius Operis artifex, lib. 1. in Genesin: nomine totius maximam partem interrogu significare: sic denso, nobilique testimonio instructus Salianus, vt putamus, l[illegible] tom. 2. anno mundi [illegible]. Aliter quoque adhibita regula eius m[illegible] tapreteniis hypotyposeon libr. ex. [illegible] *H b[illegible] veniunt*, &c. nim[illegible] Cardinales numero pon[illegible] nis, vt Genesis c. 1. *Factùmque est ve[illegible] m[illegible] dies vnus*, id est, primus. Leu[illegible] *annum quinqua[illegible]*. ex Hebræo: *Annum quinquagesima*. Et i[illegible] Instrumento [illegible] nunquam, Matthæi [illegible] vers. 23 *Qui vero in terram bonam seminatus est, hic est, qui audit verbum, & intelligit, & fructum [illegible] & facit aliud quidem centesimum, aliud [illegible] xagesimum, aliud vero trigesimum.* [illegible] bent, [illegible] apud nos; id est, *hoc quidem centum, hoc autem [illegible] xaginta, hoc vero triginta*: Ad h[illegible] dicitur terra quieuisse quadraginta annis [illegible], asseuerasse, terræ concessam pacem quad[illegible] anno, quo, scilicet ad æternitatem abu[illegible] Othoniel; non quòd anteà tranquillitate caruisse, sed quia tunc plena malacia potita fuerit, quam subsequuti citò tumultus: [illegible] Riberam apertè videas libro 1. de templo, [illegible] 1. n. 11. neque subobscurè Tursellinum epitoma Historiarum, c. 4. quæst. 6 & vtrunque probè existimasse à Saliano admissum tomo 3. anno mundi

Margin notes: *Locus ex 3. Reg. c. 6 de num annorū vsque ad inceptum fabricam templi cum illustr. Iudic. 3.* — *Regula: A maiori parte datum nomen in æ[illegible] cōparatione* — Salian. — *Regula: Cardinales numeros pone ser[illegible] pro ordinalibus.* — Cantap. — Gen. 1 — Leu. 25. — Matth 13. — Ribera. — Tursellin. — Salian.

mundi 3023 omn. 8. istôque adhibito Adriadnæo filo non erit difficile labyrintho emergere, ut non sit necesse audacter pronunciare, vitiatos esse Bibliorum Textus; neque prætereundum illud, quod Maldonatus adducit ad c. 10. Lucæ prope initium, ex Augustino libro 2. quæstionum in Exodum, quæstione 47 in sacra pagina cardinalem, quem appellant, numerum exprimi, etiamsi aliquid desit, aut superfit: ut filij Isrāël quadringintos annos in Ægypto versari referuntur, cùm longiori aliquantum spatio demorati sint, Exodo probante c. 12. vers. 5. & ob hoc Septuaginta Seniores dicti vulgariter Bibliorum Interpretes, cùm duo amplius extitetint: Exemplorum uberiorem copiam suppeditauit Cantapetrensis loco nuper monstrato, ex quo canone discere oporteat, etiamsi supra quadringentos & octuaginta annos aliqui conticerentur, benè à scriptore positam eam unionam annorum, ut qui attenderit ad numeros cardinales.

Regula: Numerus cardinalis exprimitur, etiāsi aliquid desit, aut superfit. Maldon. August. Exod. 12. Cantap.

Quanquam, licèt his viis expediri non [illegible] Regum Textus, satius suisset [illegible] quæ ampernitæ agnoscere vulnus, quam Bib[illegible] sententiis vitium adscribere; quod [illegible] est noster Sanctius ad cap. 6. libri [illegible] num. 2. At verò Canus [illegible] assentit numerum eum annorum [illegible] quadringentos, & octaginta annos pertice, *in [illegible] omnibus exemplaribus, sed universis Auct[illegible], Latinis, Græcis, Hebræis conspicantibus [illegible].* Quæ sanè ut vera sunt ipsum plurimum [illegible] guimenulum dicere, non esse [illegible] pertinentibus ad fidem, an [illegible] meros ille, & qui Auctorem [illegible] Spiritum sanctum, necne; sunque eo[illegible] quòd post Tridentini de sacris libris [illegible] que partibus omnibus declarationem, ita statui [illegible] non sit veritus [illegible] nam [illegible] bis ad sacra[illegible] numerationis posse esse, quando [illegible] nam omnia exemplaria in[illegible] Auctores Latini, Græci, Hebræi annotant: A certe[illegible] ad præfata [illegible] quæ [illegible] per Sixtum, & Clementem castiga[illegible] lectionem numeri annorum quadringentorum, & octoginta retinuerit, de quibus [illegible] superius numero 61. pronun[illegible] Canonicum nihil adscit[illegible] aut ex[illegible] habere. Canonicum itaque aliquid [illegible] numeri illa, ac proinde ad fidem spectans, quam vere [illegible] persistingendum arbitrer [illegible] Bibliis [illegible] qui per Clementem correcta Bi[illegible] vitio aliquo scatere, audeat affirmare, videat Lector apud ipsum, in parte variarum, [illegible] 4. exp[illegible] c. 12. adeat quoque Textum [illegible] Scripturæ, difficul[illegible] 4. §. *Canis tamen [illegible]*, &c. Sed & idem [illegible] Legionensis memorato opere dis[illegible] de Agno typ[illegible] pag. 4 col. 1. in relatum annorum [illegible] in [illegible] post examinatam cani [illegible] adscit Reg[illegible] textum corruptum [illegible] posse absque temeritatis nota, [illegible] effatum Eugubinus Cano vehementer [illegible] lib. 2. de locis, cap. 18. §. *ad illud* [illegible] &c.

Melchior Canus tacitus, quòd numeris chronolog[illegible] Scriptura ad fidem spectare non arbitretur. Basil. Leg. Textus.

68\. Superest ex eodem Cano, quod asseruerit non esse perstringendum, si quidquam existimasset, & docuisset interpretationes Hebraicorum nominum, quæ in sacra occurrunt pagina, non esse particulas Scripturæ: At putamus & hoc satis falsum esse: militant enim harum comparatione omnia penè, quæ de titulis Bibliorum in antecedentibus disputauimus nom. 62. habent & peculiare fulcimentum eiusmodi interpretationes: nam suffragante Hieronymo lib. 2. in Epistolas ad Galatas, in illud cap. 4 *Quoniam autem estis filij Dei*, &c. *Et hanc consuetudinem* (inquit) *in plurimis locis Scriptura conservat, ut Hebræum verbum cum interpretatione sua ponat: Bartimæus, Filius Timei, Aser, diuitiæ; Tabitha, Dorcas; & in Genesi Mesech, tabernaculus, & cætera his similia:* Vbi consistasse operæpretium est dicere ab ipsa Scriptura [illegible] fieri, id est, à primo, præcipuóque eius Auctore, non autem ab Interprete aliquo: quod vero à Scriptura sit ad Scripturam sane attinet, & est Scripturæ portio: neque solus usus communes interpretationem cum [illegible] originis; sed [illegible] non tantum [illegible] nuda ab [illegible] vocabulo propri[illegible], quandoque & n[illegible] propter [illegible] interpretationis, & verbi appellatio [illegible] significationis [illegible] ta[illegible] uberem exemplorum [illegible] Ribera in c. [illegible] Cant. [illegible] lib. 2. [illegible] &c. P[illegible] Cornelius [illegible] 31 Sanctius [illegible] Canticorum [illegible] 8 & [illegible] num. 36. quis verò credat [illegible] modi, & t.m [illegible] Numine [illegible] & Hieronym[illegible] de Iebusbus quibusda[illegible] lib. 2. in Epistolam ad [illegible] in illud cap. 5 [illegible]: *Et alibi [illegible] &c. Sed quia ita habent in Græco [illegible] fuerit plena sunt sensibus, propterea [illegible] in compositione, [illegible] perire [illegible]*: Et de nominibus, de quibus [illegible] tractat [illegible] idemmet quæstionibus Hebraicis in Paral[illegible] menon: *Scientiam [illegible] crebra appellationes personarum, [illegible] nominum, & repetitiones ad [illegible] in [illegible] fiant* quæstiones [illegible] explicationes [illegible] libro quarto in Hieremiam: *Ex verbis autem & interpretatione nominum, sæpe res ostenduntur; ut Abraham, Sara, Petri, & filiorum Zebedæi vocabula commutata [illegible] rerum mutationem; & in hoc eodem Propheta. Phashur dicitur pauor, siue [illegible], & colonus, siue peregrinus.* Can[illegible] habet n[illegible] Rib[illegible] ubi [illegible] Denique & ip[illegible] eo [illegible] loco [illegible] interpretationes S[illegible] esse Hieronymi testimonio conuictus fatetur, & addit petitè ex suo ingenio; *Nam particula, quæ ad seruandam vel congruitatem, vel intelligentiam sacrarum litterarum interpretatione additur, non est [illegible] & sacris litteris aliena.* Quid igitur in eo in[illegible]pamus, si nobiscum sentit, & Scripturam esse asseuerat? nimirum, quòd & oppositum etiam sustineri dixerit: scilicet non esse Scripturam. quod existimasse absurdum arbitramur, & penitùs respuendum.

Sixtus Siverlegi Antelog. in Cant.

Hieron. Regula. Hebraicum verbū cū interpretatione ponere. *Regula. Nomen proprium absque significatione, & è diuerso posuntur sæpè.* Ribera. Cantap. Pineda. Cornel. Sanct. *Interpretationes nominū in Scriptura partes sunt, & quamobrē ponantur.* Hieron. Ribera. Canus.

SECTIO VII.

Cur in hac Epithalamij inscriptione Salomon nudè positus, cùm alibi & filius Dauid, & Rex nuncupetur? Verbis initialibus Prouerbiorum & Ecclesiastis lux data; Tributa num antè lapsum exegerit Salomon? An inter tribum Iudæ & alias tribus ciuilia quædam fuêre odia?

69. Orig. EXcitauit quæstionem non inconcinnam vetustissimus Interpres Origenes Prologo quatuor Homiliarum, ad finem: *Adhuc autem possumus & hæc inquirere, priusquàm ad ipsum corpus libelli veniamus, cur Salomon, qui videtur obtemperare in his tribus libellis voluntati Spiritus sancti, in Prouerbiis quidem dicatur Salomon, filius David, qui regnauit in Israel; in secundo verò libello non Salomon scribitur, sed Verba, inquit, Ecclesiastæ, filij David, Regis Israel in Hierusalem, & filium quidem se esse David, similiter vt in primo, & Regem Israel scribit, sed ibi Prouerbia, hic verba ponit; & se ipsum, quem ibi Salomonem, hic Ecclesiasten nominat: & cùm ibi gentem solam, in qua regnauerat, posuisset: hic gentem posuit & locum regni Hierusalem designat: In Cantico Canticorum verò, neque gentis nomen, neque locum, in quo regnet, neque omninò quod Rex sit, neque quod David Patrem habeat, scribit; sed tantummodo Canticum (ait) Canticorum, quod est ipsi Salomoni.* Erit igitur disquisitio circa tituli partem, quæ nomen Auctoris comprehendit, quamobrem aliter in his, aliter in illis disceptationibus legatur? consueuêre enim Scriptores non suum mutare vocabulum, sed codicis, quoniam diuersa materia ita exigebat: quòd si præclara quidem [illegible] ta adiungenda erant, vindicabat [illegible] magis tantum honorem Canticorum liber, vt qui aliorum præstantia longè superet. S[illegible] quidem nostrum

Honorifici tituli an librorum initiis ponendi?

Verba initialia Prouerbiorum & Ecclesiastæ, an tituli an pars commixtus? Pineda.

iudicare Pinedam Commentario in Ecclesiasten ad versum 1. cap. 1. num. 1 non esse titulos dicendos exordialia Prouerbiorum, & Koeleth verba, sed existimanda partem Operis: at quemadmodum ipse ibidem fatetur, opposita sententia vulgata est: & nobis lis est, siue inscriptio prima verba nuncupentur, seu alio modo: quamobrem Auctor in quorundam vestibulo Operum Regem se affirmat, atque Dauidis filium: in aliorum ianua subticet maiestatem, & tantùm appellatur Salomon?

70. Primum igitur dici valeat id, quod ex Magno Basilio adiuncto Olympiodoro deprompsimus elapso articulo, numero 65. nempe, ad cohonestandum splendorem, atque pretium apud mortales Operi, vti & nunc fieri videmus à multis; nam librorum valuis affigunt pomposa nomina ad voluminis grauitatem & pondus: sunt enim quidam ad personæ dignitatem magis attendentes, quàm ad ingenium; opus est etiam & vulgi considerationem aliquam habere: Sed, cus non istud etiam in Canticis perpetratum? nimirum, quia Epithalamij tanta fuerit gloria, quæ externis adminiculis non egeret, ac proinde superuacaneum ibi regiæ potestatis meminisse, cùm hoc ipso quod Hymenæum talem composuisset, quisquis extitisset, non possit non eximiè inclytus censeri: Non displicet hæc enodatio, neque historico sensu indigna apparet; quemadmodum, neque alia, quam tradit Hieronymus ad versum 1.c.1. Ecclesiastis, & habet Alcuini Commentarius: *Sicut enim Prouerbia* (inquit) *quasi rudis institutio ad duodecim tribus, & ad totum pertinens Israel, & quomodo contemptus mundi, non nisi metropolitis conuenit, hoc est habitatoribus Hierusalem: ita Canticum Canticorum ad eos propriè facit mentionem, qui tantùm superna desiderant:* Igitur, quoniam in Parabolis ea tradebatur doctrina, quæ pertineret tam ad vrbanos, & oppidis habitantes, quàm ruri dispersos; ideò totius Prouinciæ incolas eius complectitur inscriptio; quia autem Concionator de aula, & voluptatibus differtat multa ex parte, oportebat sermonem dirigere ad proximos aulæ, & Regum deliciis, quales erant Metropolis ciues: sed quòd Epithalamij ob perpetuum, spissúmque hieroglyphycum tanta obscuritas esset, quam, excepto eius conditore, alius non penetraret integrè, etiam de Regum numero qui vetustis temporibus ob sapientiæ laudem ad Reipublicæ gubernaculum vocabantur; ideò ante Hymenæi ingressum neque Monarchatus, nec subditorum memoria aliqua; & ob similem causam cùm in Concionibus, & Parœmiis se filium Dauid nominasset, id est, non tantùm natiuitate sobolem, sed etiam doctrina; (nam filius in arcano idiomate nonnunquam pro discipulo sumitur, quo pacto intelligunt aliqui, cùm dicuntur in Regum voluminibus filij Prophetarum, hoc est, discipuli, & ex schola prophetica) innuit Prouerbiorum, & Ecclesiastæ tam simplicem e[illegible] stylum, [illegible] si ea opera cum lucubrationibus [illegible] Dauidicis comparentur, discipuli partus videatur Salomonis labor, cùm Magni [illegible] dignæ [illegible] Dauidis Odæ: Verùm, cum ad [illegible] [illegible] peruentum est, iam fastiditur discipuli nomen, cùm [illegible] apud Dauid in abstrusissima [illegible] Cod[illegible] nebulæ igitur in Cantico [illegible] non discipulus alicuius Salomon [illegible] orum [illegible].

Canticì Canticorú nobilitas ab inscriptione illius. Hieron. Alcuin.

Regula: Filius pro discipulo ex usu Scripturæ.

[illegible] alia viam (nec enim impigrè [illegible] [illegible] Pin[illegible] verba illa capitis primi [illegible] [illegible], *Re[illegible] Hie[illegible]alem*, &c. num. 59. V[illegible] Salomon [illegible] in iuuentute comp[illegible] pleno [illegible] ueretur, & dominatum exerceret in vniuersis [illegible], neque esset di[illegible] Iudæ adhuc per[illegible] ussionem, & Israel, pro[illegible] nes ordines complexus inscriptioni afhait [illegible] Regem esse Israe: at verò Ecclesiasten compo[illegible] postquam accepit nuncium de impe[illegible] do, Reg.3. cap 11. vers.13. fuit namque pœnitentia [illegible], quæ subsequuta est prolatam à Deo sententiam de Monarchiæ imminutione [illegible] regni discerptionem quasi iam præsent[illegible] in ob prædictionis certitudinem habens, Ecclesi[illegible] ad eos, qui cum posteris eius permansuri erant, nempe Metropolis habitatores, dixerit. Sic ille non inuenustè: sed quibus nec ex parte obtemperare in superioribus præiacta fundamenta vetant; docuimus enim haudquaquam ab adolescente Salomone elaboratas fuisse parabolas, verùm post exactos quadraginta, & ex amplius, annos aliquos: monstrauimus pariter, in quê lamentum Salomonis existimandum Ecclesiasten: sed

• 71. *Ex libris Salomonis quádo qui (quæ) compositus?* Pineda.

3. Reg 11.

sed tamen ita meditari valeamus: equidem notum est Salomonem vectigalia imposuisse populis, quæ modum excederent, propterea eo defuncto ad Roboamum successorem eius Israëlitæ, *Pater tuus durissimum iugum imposuit nobis* Reg. 3. cap. 12. vers. 4. Cùm igitur nimiam tributorum molem ferre non valerent, fortasse etiamnum viuente Salomone, tam oppidani, quàm agricolationibus dediti, turbas ciere, & coniurationem intentare cœperant; quorum vt sedaret mentes Rex, exhortationes, & monita dedit seorsim; Alia ad dispersos per omnem Iudæam variis in locis, qui nomine Israelis intelliguntur, vocauitque Parabolas, quoniam eiusmodi sermonum visus fuisset apud promiscuam turbam; nam, vti adnotat Hieron. lib. 3. in Matthæum, ad illud c. 18. *Ideò assimilatum est regnum*, &c. *Familiare est Syris, & maximè Palæstinis ad omnem sermonem suum Parabolas iungere: vt quod per simplex præceptum teneri ab auditoribus non potest, per similitudinem, exemplaque teneatur*; Alia ad politiorem multitudinem, quæ ante ora Imperatoris quotidie principe in vrbe versabatur: vocat autem se vtrobique Dauidis filium, vt saltem optimi parentis fidissimæ memoriæ con[illegible], ne ab eo translatos fasces contemnerent; ne tantum iniuriæ, libertatisque qua fruebantur, vindici facerent, vt ab eius familia regiam maiestatem abducerent.

An per seditionis occasionem compositi parœmia, & Ecclesiastes 3. Reg. 12.

Regula: Palæstinorum vsus ad omnem sermonem Parabolas addere. Hieron.

72\. At in hoc discursu illud arduum est, quoniam à nobis priemonstratum hos editos à Salomone codices quo tempore sanctus & moderatus Princeps erat; imò quis non hoc fateatur, eoque cum inter libidines maiestate cum eo prophetia, & quæ tam enthea promeret facundiæ spiritalis vis potens atque cœlestis: vectigalium autem vltra mensuram excessus tum quidem, postquàm Deo, & religioni terga vertit, quæ est iudicatio Abulensis quæst. 3. in cap. 12. lib. 3. Regum, & Sanctij in idem caput, num. 3. Pinedæ libro octauo de rebus Salomonis, cap. vl. Saliani tom. 3. anno mundi 3052. num. [illegible] igitur ad sopiendo[s] tumultus ob tributorum nimia pondera Salomon, aut Prouerbia, aut Ecclesiasten composuit: verùm Glossæ vulgaris Auctor, & Nicolaus in alia sunt opinione, vt hæc opera illa fuerint, de quibus Reg. 3. cap. 4. vers. 7. *Habebat autem Salomon duodecim Præfectos super omnem Israël, qui præbebant annonam Regi, & domui eius; per singulos enim menses in anno singuli necessaria ministrabant.* Apponam Lyrenus verba ad vers. 4. cap. 12. libri 3. Regum, quoniam [illegible] *Pater tuus durissimum*, &c. *Hoc videtur esse contra illud, quod supra dictum est de filiis autem Israel non constituit Salomon seruire quenquam 9. capite. Ad quod dicendum, quod verum est in operibus vilibus: tamen muni[illegible] abant expensas Salomonis singulis mensibus per duodecim Præ[fectos] super populum positos, & hoc reputabat populus iugum graue; quia expensa Salomonis erant valdè magna.* Puto autem, vt hæc vera sit Nicolai sententia: non tamen accidisse, vt initio regnatus Salomonici rebellionis imaginem aliquam meditati subditi fuerint: nam tunc cùm thesauros omnes in ædificanda Deo Basilica profunderet excellens Monarcha, iustitia[illegible] erat, populos regiæ mensæ necessaria subministrare; verum, cùm perfectis operibus diuinæ suæque domus, postquàm ex Ophirina, Tharsicáque regionibus classes infinitam auri, argentique vim attulissent; cùm adhuc auari

Tributa non ante impositum exegeris Salomone.

Abulens. Pined. Salian.

Glossa. Nicolaus. 3. Reg. 4.

ministri, inscio Monarcha, non desinerent populo graues esse, & de pristinis oneribus nihil relaxarent, commota est plebs, & in furorem versa; Salomon te explorata, vt quam excitauerat scintillam discordiarum ministrorum inhiantia cupiditas, extingueret antequàm incendium parturiret, habuit ad conuocatos grauissimas exhortationes; hæc autem sic distributa, cum inciderent in vnum, alterumve annum post absoluta omnia ædificia ad vigesimum sextum, aut te[rti]um dominatus Salomonici; contigerint eidem, & quandiu ille probus, religiosusque Monarcha; & quando in superioribus à nobis asseueratum est, ab eo concinnata eius quæ habemus volumina.

73\. Dicamus & ex Hebræorum traditione nonnihil; eius meminère Agathius Guiddacerius ad exordium in Cantica explanationis: Cosmas Damianus Hortulanus initio Isagogæ in eadem Cantica: Dicunt hi, nomine Israëlis intelligendas decem tribus; nomine Hierusalem alias duas, Iudam, & Beniamin; & hoc non malè postquàm discissio facta est: Aiunt itaque, inter decem tribus, & duas significatas, inueteratas iratum causas, & [illegible] antiqua, siue ob gloriæ inuidentiam, [illegible] præceptas iniurias, siue ob alios fines Salomonem igitur de fide Beniamin, & Iudæ erga se [illegible] conatum quibus [illegible] blandi[illegible] [illegible] adulationibus conciliare gratulab[illegible] benevolam [illegible] ceterarum tribuum [illegible] sub Imi[illegible] habuisse eos, qui in Prou[illegible] codi[illegible] sermones, atqueve be[illegible] meretentur de tribus decem nuncupasse se tantùm Regem [illegible] temporis; progrediente autem regnorum ordine, cum vndique vallatus esset, neque ab externis, neque à domesticis hoste quidpiam metueret, tum satis abiecta ostendisse, cui factioni potiùs adhæreret, & in tota concione in metropolitana vrbe, omissi[s] [illegible], nuncupatione Regis Hierusalem se [illegible] gloriari infinuasse: in Epithalamio autem, quoniam *Salomonis & Pacifici* vocabulum non terrenum aliquem Monarcham indicabat; sed eum, in cuius femore scriptum, Rex Regum, & Dominus dominantium; propterea omisisse ibi quicquid humanam redoleret pompam, nudo Salomonis adscripto nomine; equidem considerata Iudæorum natura prona ad liuorem, & æmulationem, cùm alicui potiora defe[rri] bantur (nam & Iosepho etiam germani ob hoc inuidebant Genesis cap. 37. scilicet, eò quòd à patre plus cunctis filiis amaretur), credi[bile] [illegible] potuisse reliquas tribus odium diuersis sudum concipere (excipio Beniamin saltem posteriori temporibus cum qua arctum vinculum, adeò vt vna cadémque tribus nonnunquam censeretur cum Iuda; nam multis præferebatur tribus Iudæ ceteris tribubus, de quibus videri possit Tostatus quæst. 18. in cap. 18. libri primi Regum, & quæst. 19. in caput 21. libri primi Paralipomenon, atque in 2. libri cap. vndecimum, quæst. 1. Verùm, dissili et multùm in hac opinione, quòd propter ciuilia tribuum odia defectionem ab Imperatoris obedientia insinuat; quorsum enim Monarcha luat pro domestica atque priuata subditorum inter se ira? Si ipse vexasset, si tyrannus, si inexorabilis, hoc quidem; at non solet priuatus liuor imperio ruinam, atque exitium parere: Omitto & nostras non pati cogitationes, quòd aut in adolescentia composuerit Salomon Prouerbia, aut Pacifici

Animus decem tribuum Iudam nunc ratam odia ante diuisionem.

Agathius. Hortulan.

Genes. 37.

Iuda tribus cæteris prælata: vna cum Beniamitica vinculata. Tostat.

nomen mystiçè solùm interpretandum sit in Cantico Canticorum.

74. *Ciuiles familiarum discordia Republicà exitiosa.* Sabell.

Sed quidem, in Republica contingere aliquando, vt nobilissimæ familiæ odiis distrahantur acerbissimis cum incredibili prouinciarum dispendio, qualis fuit illa nobilissima factio virinque Guelphorum, & Gibellinorum, de qua libet mutuare pauca aliqua verba ex Sabellico, tom. 2. Æne[illegible].9 libri sexto: *Erat per id tempus* (inquit) *Federicus Imperator* [illegible]*, qui, cum non satis exploratum haberet, qui homines suis fauerent partibus, omnes Italiæ ciuitates velut in* [illegible] *diuisit factiones, vt qui Pontifici fauerent, Guelphi nuncuparentur; qui Imperatoris partibus, Gibellini nomina ad Italiæ exitium reperta: quanquam* [illegible] *gemina illa partes attigerint; apud Pistorienses in Hetruria primum res orta est;* [illegible] *Cancellarij P*[illegible] *cos ex ea vrbe d*[illegible] *factum est, vt duo germani* [illegible] *quorum* [illegible] *Guelphi nomen sortiretur, alter* [illegible] *Gibellini* [illegible] *diuersas factiones suum* [illegible] *nomenque vterque suum dederit his* [illegible] *partiuus, Lynzani Gibell*[illegible] *diuersæ factionis Guelphi: inuasit id malum velut ex proximo Florentinorum ciuitatem* [illegible] *quia Gibellinorum esse* [illegible] *contra Guelphi a Sexto* [illegible]*, & aretinis extorres factis sepsit inde latius pestis, breui* [illegible] *vniuersam corripuit Italiam:* [illegible] *tamen inter ciues orta;* [illegible] *inter propinquos &* [illegible] *fratres.* Ita Pius II.

Guelphorũ & Gibellinorum factio.

Si igitur inter Israeliticas tribus huiusmodi monstrum aliquod exortum [illegible] Salomonis ab alta [illegible] commendationem summam accepisset, putauit gloriosissimum sibi [illegible] futurum, si & inueteratas odia extingu[illegible] ciuitas inter tribus faceret. Cùm [illegible] occasione dedicationis [illegible] constructi confluxissent ex omni Iudæa gentes in immæ, enim videret con[illegible] ob noui templi religionem popul[illegible] rationem deponendi antiquas iras, [illegible] ad decem tribus sermones Prouerbiorum libro contentos, ad Iudam, quæ Ecclesiastes hortatoria includit, Ac sanè in hunc modum adaptata Hebræorum sententia verisimilitudinis aliquem colorem habere quispiam opinabi[illegible].

75. *Salomon ob Iudæorũ gratiã prælegebat in Scholis.*

D[illegible]camus, & quod nostrum concepit ingenium. Puto igitur, cùm Salomon post b[illegible] ædificiorum fabricas, Scholas Hierosolymis aperuerit, in quibus ante[illegible] ipse [illegible] fulgens munere non dedi[illegible] fungi, quemadmodum indicauimus huius [illegible] Sectione [illegible] 26. eum auditoribus prælectos ab eo, quos habemus illius libros, Prouerbiorum, Concionatorem, & Hymenæum; Conuolabant autem in L[illegible] & de Ethnicis plurimi: nam ve[illegible]bant à finibus terrarum ad audiendam sapientiam eius, ne autem Hebræi existimarent in gratiam Paganorum docendi munus ab eo assumptum, & ob hoc aut mœrore, aut inuidia læderentur, nuncupat se Regem Israël in Parabolis, Hierosolymæ in Ecclesiaste, velut innuens; ob horum commodum & vtile Academiam instituisse hos apud se in pretio & honore esse discipulos solùm, iis satis beatum futurum etiamsi exterorum nemo gymnasij limina tereret; quare, vti Seruator quondam Matth. 15. cap. 15 vers. 24. Syrophœnissæ respondit, *Non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel;* id est, ad Hebræos tantùm, quasi ex instituto & principaliter destinatus, vti declarat Abulensis Abul. variis modis quæst. 70. in nominatum Euangelistæ caput: ita & nunc Salomon, verba se facere, & prælegere in Scholis ob amorem in Israëlitas, & Metropolitanos, hos sibi charos auditores, ex occasione solùm, & Gentilibus propinare doctrinarum latices, enodare, quæ proponant ænigmata; soluere quæstiones; Sed animaduertendum est, sub nuncupatione Israëlis omnes tribus comprehendi, omnémque statum Iudaici populi, quoniam, sicut per omnem vitam Salomonis nullum extitit schisma, & diuisio inter tribus [illegible] opus non fuit, vt nomen Israëlis ad partem illarum solùm restringeretur; Igitur Prouerbiorum liber vniuerso dicatus est [illegible], & comprehendit æquè intra Sionis muros viuentes, atque positos extra, & diffusos per omnem Palæstinam; non sic autem liber Ecclesiastes; nam fuit consecratus tantùm habitatoribus Hierusalem [illegible] hinc oboritur statim cupido sciendi, qu[illegible] Salomon non contentus Metropolitas cum [illegible] qua subditorum multitudine confudisse, dum Parabolas inchoaret, voluit posteà distinctè & separatim nuncupare aliquid Solymitan[illegible] duplici honore affecerit: altero, cùm in partem [illegible] sub regni generali vocabulo comprehendit. altero, cùm in Ecclesiaste à reliquis [illegible].

Sub Israëlis vocabulo omnes tribus comprehensæ.

76. *Salomonis a Hiero-* [illegible]

At[illegible], quòd Salomon duplicia in Hierosolymitanos contul[illegible], fuit primum eò quòd esset ciuitas [illegible] ita, & caput inter omnes alias vrbes [illegible] legem primogenitorum, quibus debebitur [illegible] fratres secunda portio [illegible] ex Deut. [illegible] 21. vers. 17. *Sed filium* [illegible] *primogenitum, dabitque ei* [illegible] *fuerit* [illegible] *cti: iste est enim pri*[illegible] *berorum eius*, E[illegible] Iacob de R[illegible] Genes. cap. 49. vers. [illegible] *Ruben primogenitus meus tu fortitudo mea* [illegible] *in donis maior* [illegible] Tostatus inimirum, ad Genesis cap. [illegible] quæst. 9. in Leuitic. cap. 21 quæst. [illegible] cap. 11 [illegible] 3. R[illegible], quæst. [illegible] & hoc ipsum aliquo [illegible] ingentium: ita Ioseph in conuiuio [illegible] fratribus Beniamin [illegible] Gen. 43. cap. 43. vers. 34 caeterο incomparabiliter Salomon [illegible] que Hierosolymitanorum [illegible] qui totius [illegible] eam possideret [illegible] gloriæ [illegible] causa [illegible] cap. [illegible] Ecclesiastes [illegible] in Palæstina [illegible] que ad [illegible] dominab[illegible] Hierusalem [illegible] stat reliquorum [illegible] ratio [illegible] Hierosolymæ [illegible] consueuit [illegible] di, docuimus Anteloqui 5. Sect[illegible]. Porrò huic tribui [illegible] ob eius [illegible] tiam, vt in numerati[illegible] Hebraicarum [illegible] seorsim ipsa propter honorem poneretur & non confunderetur cum multis, perspicuè Tostatus ad cap. 21. lib. 1 Paralipomenon quæst 19. *Dicendum est, quòd tribus Iudâ pars erat populi Israel,* [illegible] *cœpit tamen per se computari tanquam alius* [illegible]*ael, & hoc fuit propter duo: primò, propter multitudinem; secundò, propter dignitatem*, Quæ [illegible] deinde probare Abulensis; Iure igitur Salomon distinxit Hierusalem, id est, Iudæ [illegible] possessionem à reliquis tribubus, & dicauit ei separatim librum.

Deut. 21. Genes. 49. Tostat. Gen. 43. Eccles. 1.

Tribus Iuda sem enumerabatur ob excellentiam eius. Abul.

Quòd

77. Quòd autem in Cantico Canticorum, neque Israelis, neque Solymorum meminit, ideo est, vel quia Epithalamij integra materia est Ecclesia Catholica, vt docuimus Præludio 3. Sectione 3. Subsectione 1. ac proinde eum Synagogæ acta non pertractet, superuacaneum erat aut Israelem, aut Solymos nominasse: vel quoniam Ecclesiastis, & Prouerbiorum scopus fuit docere populum: at in Canticis singulariter instruebatur Salomon ipse, & quasi in tabula depictam contemplabatur omnem vitam suam, & quid in posterum fugere debuisset, ostendebatur: monstrauimus nos istud in superioribus Anteloquio 1. Sectione 8. numero 63. Quales igitur personæ, quarum in gratiam scribuntur libri; tales siue præfatiuncula, seu titulus reuelare solet: cùm ergo ad omnem populum Prouerbia dirigantur, omnes indicat sub Israëlis vocabulo: quia autem Ecclesiastes spectat ad Metropolitas, hos eius initium aperit: quia verò in Hymenæo [illegible] batur peculiariter Monarcha, præter [illegible] Israelis & Hierosolymorum recordatio[illegible] Sa[illegible] nudos, incomitatus profertur. Sed [illegible] in Cantico *filium David* se appellauit [illegible] aliis duobus codicibus? Nimirum, [illegible] vt finxit Ribera præludio 4. in Prophetas minores, vel patrum, à quibus geniti sunt [illegible] tent, aut subticent; & vtrunque ob splendorem & gloriam: nempe, si producunt, vt [illegible] vaticinationis limine; commendari ob hoc librum volunt, & cuius artifex etiam a maioribus famam habeat, quorum non degener [illegible] si occultant, velut Daniel agit, & hoc [illegible] magnum encomium est, quoniam [illegible] Propheta, qui maiorum recensione non eget ad famæ præconia; Salomon itaque primi duobus ingenij partubus patris, nimirum, Dauidis affixit verbum, ad conciliandam scriptis auctoritatem, & pondus, vt vidimus in anteri[illegible] ex Basilio, & Olympiodoro: sed cùm per vulg[illegible] horum librorum iam suis cognitus esset, & [illegible] tatet in omnium ore de eo grandior [illegible] omisit in tertia lucubratione Canticorum tanquam non necessarium aliquo pacto: [illegible] displicet annotatum aliis, cùm in Parabolis, & Concionibus filium Dauidis se vocat, innuere conatum se legere parentis vestigia in eorum compositione tractatuum, assequutum solùm imperfectam imitationem, vt si discipulus comparetur Magistro: in Cantico autem Canticorum longe supergressum Dauidis penicillum, proinde ibi à sermonibus abstinere, quæ genitore inferiorem significare valeant, [illegible] nihil genitor dulcissimo plectro modulatus sit, quod ad laudem tanti carminis accederet de quo huius Prolusioni Sectione 5. nos disputauimus ex deliberato.

Ribera. Propheta, cur exordio vatis meminit, Maiorū aut nomina reticeant, aut silent.

78. Aliæ afferuntur explicationes; nimirum, quoniam Canticorum liber perfectorum statum repræsentat; quare ibi nihil de regio terrore, aut maiestate, nihil de imperij viribus, quæ ad eu[illegible] dum portarat; quoniam sponte, & absque coactione ad leuissimum Prælati nutum qui verè spirituales sunt, obsecundant: quod innuere vsus Hieronymus ad ver[illegible] cap. 1. E[illegible] lesiastæ: *Ad [illegible] vero, vbi non timore eruditur discipulus, [illegible] amo[illegible] filius, proprium nomen suffi[illegible] & æqualis Magister est, [illegible]*; Ita planè euenit in loco sancto; boni subditi cum Pastore conuersantur non ve[illegible] cum domino, & metuendo; sed quasi cum amico familiari, atque intimo; Quibusdam placet, nobilissimos amoris actus in hoc describi carmine, & eorum qui dilectionis summus gradus est; quoniam verò si amor purissimus est, & ad syncerum pertingens, amicorum omnia communia sunt, & [illegible] tur quidquid aut maiestatem, aut seueritatem redolet; [illegible] opt[illegible] eâ suppressis titulis, quæ aut maiorem nobilitatem, aut offic[illegible] ationem innuant, tantùm Sal[illegible] mon pronunciatur; scilicet, priuata omninò pe[illegible] na, & nihil supra [illegible] om gerens, istud fortasse Origenes ad finem Pr[illegible] logi quatuor Homiliarum. *At adhuc, quod in Cantico Canticorum, vbi iam p[illegible] fe[illegible] ia ostenditur, neque filius Dauid, neque [illegible] f[illegible] itur, potest etiam hoc di[illegible] quia, cum [illegible] us f[illegible] erit seruus, sicut dominus, & discipulus, [illegible] Magister, videtur iam neque seruus esse seruus, [illegible] videlicet sicut dominus, neque discipulus [illegible] discipulus quippe qui sicut Magister [illegible] est; sed [illegible] qui [illegible] aliquando discipulus; nunc [illegible] esse [illegible] Magister, & fuisse quidem seruus [illegible] aliquando [illegible] vero esse sicut dominus*; Ex q[illegible] bus Origenis verbis, & illud colligi potest, [illegible] dicebamus in calce præcedentis [illegible] in aliis duobus operibus se [illegible] Dauidis fi[illegible] discipulum, in hoc C[illegible] patrem Ma[illegible] at etiam num [illegible] em, ac proinde on[illegible] se vocabu[illegible] [illegible] & P[illegible] uer[illegible] iorum [illegible] præ[illegible] [illegible] cogitationes, nempe, quòd amor & [illegible] omnia tegant, & virga atque terror [illegible] antur, quod [illegible] præceptor suj ra discente[illegible] fferatur, quid[illegible] ad Euangelium referunt, in quo iubentur discipuli Seruatoris absque [illegible] accedere, & datur monitum, vt cui [illegible] tanquam is, qui ministrat; rectè autem [illegible] per hoc exprimi C[illegible] um, eò quòd euange[illegible] tempora in eo [illegible] præsententur, [illegible] Christum plen[illegible] respiciat rel[illegible] a Synagogæ memoria alijs voluminibus; sunt q[illegible] bus arridet in Cant[illegible] Canticorum religiosæ vitæ ideam proponi; [illegible] Hieronymus [illegible] iam in Ecclesiaste [illegible]; *Ad extremum (ait iam consummatum virum, [illegible] calcato sæculo preparatum in Cantico Canticorum sponsi iungit amplexibus*; Propterhoc igitur arbitrantur ad ingr[illegible] um eius Poematis, neque regnorum, neque populi, neque [illegible] genitoris Dauidis fieri mentionem; quoniam eum decet qui sæculo vale dixit, omni pompæ, mortibúsque voluptatibus renunciasse, & n[illegible] que aut cognatorum, aut parentum m[illegible] minisse, vt qui iam sols D[illegible] cuiat, & ob ei[illegible] amorem vniuersa lætus deserue[illegible] it[illegible] que quidquid [illegible] arnem & sanguinem sapiat, qua[illegible] ocyus exuere debeat; vnde Origenes nominato iam proœmio; *Competenter ergo in hoc libello, qui de amore sponsi & sponsæ [illegible] scribendus, etiam pro hoc neque filius Dauid neque Rex, neque aliud horum, quod ad corpo[illegible] um pertinere possit intellectum, scribitur, vt meritò de eo perf[illegible] iam [illegible] dicat; quia, etsi aliquando cognouimus Christum secundum carnem, sed nunc iam non nouimus. ne quis putet, eam corporeum aliquid amare, aut in carne positum, & macula aliqua amoris eius credatur induci: propterea Canticum Canticorum Salomonis tantummodo est, & neque filio Dauid, neque Regi Israel neque aliqua iis hu prorsus miscetur carnalis nominis intelligentia.*

Amor mancipium inaequalitatem excludit.

Orig.

Viri perfecti spirituales ob terrorem non mouentur.

Hieron.

Hieron. Orig. Religiosus omne carnis, & sanguinis memoriam exuere debet.

79. Verùm huius generis explanationes nos magni non fecimus, quoniam mysticæ sunt, & tropologicæ

pologicæ inueniontur: inuestigabamus enim, quæ secundùm historiam indicaret inscriptionum varietas in Salomonis voluminibus; Quare & cum ethicis his considerationibus arbitramur connectendum, quod ab aliquibus tractatum, quamobrem hoc loco in principio Adagiorum, & Ecclesiastæ Regem se nominat Salomon; Matthæus autem cap. 1. in Seruatoris genealogia regiam ei dare auctoritatem respuerit? Nimirum ipse cùm Parabolas conderet, & Concionaretur, sanctus erat, & operans, religiosus Princeps, quare & Monarchæ titulo dignissimus: is enim demum verus Rex, atque Monarcha, non qui auro, & purpura splendet, & fertur per medios populos sublimis in curribus, & equis, cuiúsque nutui Prouinciæ obediunt; sed, qui & iram frenare, luxuriam coercere, passiones omnes moderare: eiusdem normæ & quod aduertunt, Regem se dicere initio concionis, Pastores monens, vt & ipsi non infrequenter, verba habeant ad creditum gregem, neque vniuersos sermones committant vitiis, alienísque labiis, quæ sæpè palpant, & perfunctoriè agunt; omnium, ad quos non attinet cura; imprimuntur aliàs, quæ ab animarum vigilia ducuntur, cuius sunt oues; Verùm, ethologiarum satis fuerint ista; neque enim hæc genuina sedes, quando litteram sedulò inuestigare tota mens est.

Rex solum, qui virtutum celsit.

Episcopi ipsi per se debent verba habere ad gregem suum.

Sectio VIII.

An liber Canticorum respondeat nominibus Ididæ, *atque* Pacifici, *quibus Salomon vocatus est? Num Auctor libri Sapientiæ?*

80\. VIdeo celebrasse multùm antiquos interpretes, quòd Salomon trinomius fuerit, & iuxta vocabulorum numerum libros quoque ediderit tres; Audiamus Hieronymum vetustissimom huius pronunciati Fabrum, ad versum primum Ecclesiastæ, *Tribus nominibus vocatum fuisse Salomonem Scriptura manifestissimè docent: Pacificum, id est, Salomonem Ididam, hoc est, dilectum Domini: & quod nunc dicitur, Koeleth, id est, Ecclesiasten, quem nos nuncupare possumus Concionatorem:* Sequuti sunt, quin aliud adderent, Salonius Vienensis Episcopus ad initium mysticæ expositionis in Ecclesiasten, Alcuinus in eundem librum, qui integras clausulas transcripsit, Theodulphus Aurelianensis Pontifex, cuius hæc distichon;

Salomoni tria (amplius) ea nomina

Hieron.

Protinus Idida resident tria nomina libri,
Cui nomen Salomon, cuique Koeleth fuerit.

Salon. Alcuin. Theodul.

Strabus Glossæ ordinariæ Auctor præfatione in Cantica; Hugo de sancto Victore homil. 1. in Ecclesiasten; Honorius Augustodunensis in Prouerbia; Abulensis volumine in Genesim, commentario in epistolam Hieronymi ad Paulinum, cap. 7. quæstione 16. Iacobus de Valentia præfatione in Cantica; Atque id sanè tantùm referunt nomina, quibus intitulatus fuerit Salomon, adiuguntque, vt fuit appellatio triplex, ita fuisse triplicem ingenij fœtum; sed quibus quæque conueniant, nimirum, cui libro adaptetur hoc, aut illud nomen, omiserunt declarare.

Strab. Hug. Vict.

Honor. Augusta. Abul. Valentia.

At hunc laborem alii suppleuerunt: verùm non fuit eadem cunctorum sententia, nam Prologus expositionis in Cantica Anselmi, siue Cantuariensis, seu Laudunensis; *Dicitur* (ait) *Salomon secundum hos tres libros, quos fecit, tria habuisse vocabula secundum Parabolas vocatur Ididia, id est, dilectus; Ecclesiastes nomen est libri, & Auctoris, & interpretatur Concionator; secundum hunc librum* (nempe, Canticorum, quem declarabat) *dicitur Salomon, id est, Pacificus.* Diuo autem Thomæ ad scripta Commentatio proœmio in Cantica, *Salomon (ait) secundum quod Glossa tangit, fuit trinomius, & secundum numerum nominum tres edidit libros; dictus enim fuit Salomon, id est, Pacificus secundum quod edidit librum Prouerbiorum: Idida, id est, dilectus, secundum quod edidit librum Canticorum. Ecclesiastes, id est, Concionator, secundum quod edidit librum Ecclesiasten*; Itaque in Ecclesiastis vocabulo consentientes differunt in reliquis Anselmus, & Sanctus Thomas: nam, quod vnus accommodat Prouerbiorum Codici, hoc alter Canticorum libro, Angelico Doctori adhærent Hugo Cardinalis, & Carthusianus Richelius, vterque Prologo in Parabolas Salomonis: Sed antequàm ad horum examen veniamus, adnotandum, omnes loqui de Salomonis, quæ nunc extant monumentis; nam alia concepisse multa, quæ exciderint, caput 4. libri 3. Regum manifestè innuit; docebitque & quas ob causas posteris denegatum ea videre Abulensis Commentario in prologum Scripturæ ex Hieronymi ad Paulinum epistola, cap. quæst. 13. ad finem, & ad cap. 4. lib. 3. Reg. quæst. 8.

81\. Anselm.

S.Thom.

Hug. Card. Carthus.

Abul.

3 Reg. 4.

Iam prima emergit difficultas, an constans id sit quod asseueratur a nominatis Doctoribus; nimirum, Salomonem tribus solùm præditum vocabulis? At verò & octo appellatum modis noster commonstrat Pineda libro 1. de rebus Salomonis cap. 10. iterúmque ad versum 1. cap. 1. Ecclesiastæ § 5 numero 17. fi autem octo fuerunt nomina, quamobrem dicitur secundùm tria specialia tres composuisse libros? Et dicet fortasse aliquis, ea de quibus facta est memoratio voces solas, propria nomina fuisse; reliquas appellatiua tantùm, ac iuxta digniora nomina editos à Rege tractatus; Id quidem de vocibus Ididæ, & Salomonis concedit Salianus tom. 3. anno mundi 30.. num. 6. cætera, quæ tribuuntur Salomoni nomina, appellatiua esse, nec tam conuenientia personis, quàm significationes rerum personis conuenientium; quin & nomen Ididæ, quod a Nathan Propheta impositum fuerat, Reg 2. c. 12. non fuisse proprium, insinuare visus Abulensis, quæstione 27. in dictum nunc ex Regi us locum; *Sciendum autem*, (asserit,) *quod Nathan non venit propriè ad ponendum nomen Salomoni, sed ad reuelandum aliquid futurum de eo, scilicet, quod Deus diligeret eum, & ad hoc imposuit nomen: quia tamen istud non fuit impositum directè vt nomen suum esset: non vocatus fuit postea Ididah, id est, amabilis Domino: sed Salomon*, At fuerint nomina illa seu propria siue vulgaria & appellatiua, id fixum est maximè nota fuisse, & inter omnia Salomonis vocabula, celebratissima vel quidem ob imponentium variam differentiam: nam mater *Salomonis* nomen imposuit, Nathan Propheta *Idida*, Salomon ipse *Ecclesiasten*, vt animaduertit scitè Iacobus de Valentia præfatione in Cantica: quod igitur Patres significare voluerunt

82\. *An tria sola nomina Salomonis?* Pineda.

Salian.

Quæ Salomonis nomina propria, quæ appellatiua? 2 Reg. 12. Abul.

Salomonis quinam nominis dederunt nomina?

Valent.

runt id est; Salomonem nimirum secundùm potissima nomina sua, tres egregios compofuisse codices; & sicut inter appellationes illa excelluerint, sic inter ingenij partus ista.

Secunda dubitatio est, quamobrem affirmétur, tria volumina compofuisse? nônne etiam & conlicem fabricauit, cui titulus Sapientia? Ego sanè teor & prædictos & omoes ad vnum antiquos, qui in Salomonem scripserunt, in ea fuisse opinione, vt arbitrarentur de his, quæ extant sapientialibus, vt vocant, tria solum peperisse Salomonis mentem, nempe Prouerbia Ecclesiastem, & Canticum Canticorum; nihil enim tam frequens apud eos, quàm asseuerare, Salomonem tribus Operibus complexum Ethicam scilicet, io Prouerbiis; Physicam in Ecclesiaste; Theoriam io Canticis; itidem in Parabolis efformari incipientes; in Concionatore proficientes: in Hymenæo perfectorum depingi mores, denique in parœmiis Salomonem nominari, in exhortationibus Koeleth, in nuptiali Musa Ididam: at verò quid in Prouerbiis, aut Ecclesiastica, quod non resplendeat quoque in Sapientia? Nónne ibi pulcherrimæ gnomiæ, quibus omne genus hominum vitam & studia componere valeat? Nónne quæ ad proficientium, inchoantiumque de eruditæ instructionem? Nonne, quæ aut in *Ididam* aut *Pacificum* quadrent? Cur igitur eo de volumine profundissima obliuio, vt neque de nomi ibus Salomonis, et aliquid ad sapientia; neque Ethicam, aut naturalem scientiam complecti asserant, neque iuuare, aut nonnos in ius, aut conualescentes? His autem cum associentur multi, qui expressè denegant Salomoni, quos enumerat Pineda præfatione in Ecclesiastem, cap. 2. num. 20. cuius placiti ex vetustioribus fuerint Hugo Cardinalis, Abulensis io Prologum galeatum, quæstione 15. de nuperis Driedo lib. 1. de Catalogo Scripturarum, capite 3. parte 2. Canus lib. 2. de locis, cap. 11. in solutione quinti argumenti: Pamelius annotationibus ad librum Cypriani de mortalitate, numero 41. Michael de Medina lib. 6. de recta in Deum fide, cap. 12. Iansenius Proœmio in Prouerbia; Couarruuias lib. 4. variarum, cap. 14. volgatam appellans sententiam; Curiel controuersia 8. in librum Sapientiæ conclusione 1. Pineda ipsemet allegato loco; & antea in præfatione ad Salomonem præuium; Lorinus proœmio in Sapientiam, cap. 2. Bonfrerius præloquiis in Scripturam, cap. 7. sectione 3. mirum est, quod arripuerit œstrum Consaluum Zeruantes, quæst. 1. Isagogæ in Sapientiam, assertione 4. vt quasi actis vindex, & zelator antiquæ doctrinæ, serio protestatetur, se non audere absque formidine temeritaris errori proximæ in oppositam sententiam inclinare: nullem quisquam opinaretur de his hominibus esse qui cùm tumultuaria diligentia coaceruauerint hinc inde raptata aliquot Patrum dicta, & confusa eruditione paginas in præiudicium rudis Lectoris oppleuerint: qui scere non possunt, nisi censor in sibi potestatem assump erint; sed ident, atque contemnunt docti imperita eorum vocabula. An non animaduertere oportebat, hoc esse, quod tam præstantes viri fatentur, nimirum Ecclesiæ Magistros asserere à Salomone esse compositum codicem? Verùm, inquies, crebrò citant cum nomine Salomonis: Sed, quid mirum? Nunquid maior pars? Esto ita sit: altera tamen pars, quamuis minor fortasse melioti suffulcitur robore; qui vt careat, sequitur solùm probabiliorem eam esse sententiam, pro qua & firmior ratio, & grandior numerus stat: At ne bis quidem gaudere licet nam tot ferè de Patribus etiam Iesum Sirach, eiusque Ecclesiastici versus sub titulo allegant Salomonis: & tamen idemmet Auctor, §. *Appendices autem est*, &c. dicit ita exponendos Patres, vt innuerint Siracidem imitari vbique ferè Salomonis stylum, quin & ex illo transcripsisse aliqua: Quorum non de Sapientiæ Auctore eadem asserere liceat:

Verùm, fuerit ita vt Salomon tribus solùm 84.
nominibus insignitus iuxta vocabulorum multitudinem tria quoque volumina publicauerit, adhuc nomina ad codices adaptatio impropria videatur: siue enim ei adhærentius ... quæ *Salomonis* vocem Prouerbiis adscribit: siue, quæ *Ідида*, hoc est adamati à Numine, vtrunque illegitime accommodatum, certè secundùm ab iisdem Doctoribus præiacta fundamenta; nam hoc solenne ipsis est, vt in Parabolis dicant effingi paruulum, & qui recens à malorum vorigine extractus sit, qui purgatiuæ vitæ tristibus la... is incumbat, & totus sit in horrore, atque metu diuinorum iudiciorum: sed huiusmodi nondum pacem acquisierunt, quæ non inueniatur nisi post longum eum malignitate concertationem post edomitas egregii cum victoria passiones neque amant nisi formidolosè, qui ... vti sancti timoris adhuc versantur, & si quando mens ad altiora consurgit, atque supponuntur motus rebelles, exigua est mora illa: Dicebat Augustinus de se nuperè conuerso lib. 7. Confessionum, cap. 17. affirmante: *Et mirabar quòd iam te amabam, & non subsistebam frui Deo meo; sed rapiebar à decore tuo, moxque diripiebar abs te pondere meo, & ruebam in ista cum gemitu, & pondus hoc consuetudo carnalis:* Et infra: *Aciem figere non valui, & repercussa infirmitate redditus solitis, non mecum ferebam nisi amantem memoriam, & quasi olfacta desiderantem, quæ comedere nondum possem.* Operæpretium quoque est & referre, quæ Bernard. scripsit sermone 10. in Cant. *Est vnguentum contritionis, & est vnguentum deuotionis, & est vnguentum pietatis; primum pungitiuum, dolorem faciens: secundum temperatiuum, dolorem leniens: tertium sanatiuum, etiam morbum expellens. Nunc de singulis latius differamus. Est ergo vnguentum, quod sibi conficit anima multis irretita criminibus, si cum incipit cogitare vias suas, colligat, conferet, conteratque in mortariolo multas, ac varias species peccatorum suorum, & intra æstuantis pectoris ollam simul omnia coquat igne quodam pœnitentiæ & doloris: ecce hoc est vnum vnguentum, quo anima peccatrix suæ conuersionis primordia condire debet, plagis que suis recentibus adhibere;* Deinde prosequitur ostendere, non esse nouitiæ mentis gustare quàm suauis sit Dominus: ... ad modicum atque ratenter, *Quorum non potest sui) videre lucem, donec tenebras ... tueatur; nempe, vt amaritudine est, occupatque memoriam tristis recordatio peccatorum; nec libet latum quippiam simul admittere.* Huiusmodi igitur cùm sint, exercitamenta animæ ... us, quæ à P... mis ille nutritur, in qua neque pax, neque amoris iucundissimæ delicia, sit sanè, vt eiusmodi codici neque *Salomonis*, hoc est, *Pacifici*, neque *Ідида*, id est, singulariter dilecti inscriptio

Sapientia liber num Salomonis partus

Hugo.
Abul.
Driedo.
Canus.
Pamel.
Medina.
Iansenius.
Couarr.
Curiel.
Pineda.
Lorin.
Bonfrer.

Consalui Zeruantes censura de libri Sapientia Auctore, reprehensio.

Ecclesiasticus Siracidis Opus.

Pacifici vocabulum non quadrat in volumine Prouerbiorum, neque Ідида.

August.

Pax anima non acquiritur, nisi post longam mortificationem.

Bernard.

inſcriptio cum proprietate aliqua adaptari valeat.

87. E diuerſo autem vtrunque epitheton Canticorum tractatui mirificè quadrat; nam de Salomonis voce Bernard. ſerm. 1. in Cantica; *Titulus talis eſt Incipiunt Cantica Canticorum Salomonis; Obſerua in primis Pacifici nomen, quod eſt Salomon, conuenire principio libri, qui incipit à ſigno pacis, id eſt, ab oſculo; ſimúlque aduerte, huiuſcemodi principijs ſolas ad hanc intelligendam Scripturam mentes inuitari pacificas; quæ ſeſe iam à vitiorum vindicare perturbationibus, & curarum tumultibus præualent;* Atque de hoc argumento, nimirum, eſſe debere animum, in quo caro & ſanguis dominatum non habent quoad ex humana fragilitate accidere poſſit, nos multa in præteritis Anteloquio 7. Sectione 5. Porrò, quod ad *Ididæ* nomen, quod amorem ſpirat, attinet, ſatis illa confirmant, quibus oſtendimus huius Proluſionis Sectione 1 num 7. vocari ſpeciali nomine Epithalamium illud à Patribus *Canticum Amoris*, quoniam eius ſcopus ſit de charitate diſſerere; Iam & ratio manifeſta eſt: nam, vt Doctores eccleſiaſtici perhibent, Canticorum volumen ad contemplatiuam vitam ſpectat; *Ad extremum* inquit Hieronymus ad initium Eccleſiaſtis, *iam conſummatum virum, & calcato ſæculo præparatum, in Cantico Canticorum ſponſi iungit amplexibus*, Et Caſſianus collatione 1. cap. 6. *Canticum Canticorum, in quo mens viſibilia cuncta tranſcendens, verbo iam Dei cæleſtium rerum contemplatione coniungitur*; At verò contemplatio ſecum duo affert; nempe, pacem ex ſubiugatis paſſionibus, & continuam, feruidamque animi ad Numen anhelantis dilectionem; nam cùm certè vehementia paſſionum ſpeculationi impedimento ſit, vt perhibet S. Thom 2.2. quæſtione 180. art. 2. oportet has ſopiri, & in modum redigi; Vnde Bernard. ſermone 52. in Cantica: *Moriatur anima mea morte etiam, ſi dici poteſt, Angelorum. vt præſentium memoria excedens rerum ſe inferiorum, corporeárúmque non modo cupiditatibus; ſed & ſimilitudinibus exuat atque ei pura cum illis conuerſatio, cum quibus eſt puritatis ſimilitudo; talis, vt opinor, exceſſus aut tantùm, aut maximè contemplatio dicitur*; In tantum verò contemplantium proprium eſt amare, vt ecſtaſim patiat: atque, vt loquitur Dionyſius libro de diuinis nominibus, c. 4. *Amatores ſui iuris eſſe non ſinat: ſed in ea, quæ amant penitùs transfert: idcirco & Paulus ille Magnus, cùm diuino amore flagraret, exceſſiua illius virtutis particeps factus: Viuo, inquit, iam non ego. viuit verò in me Chriſtus, tanquam verus amator mentis exceſſum patiens*: Legendus Richardus de ſancto Victore tractatu de quatuor gradibus violentæ charitatis: reperiet ſic à ilabris altiſſimæ contemplationis accendi fornacem animæ, *Vt quicquid agat, quicquid ſibi fiat, deſiderium ardentis animæ non ſatiet: ſitit & bibit: bibendo tamen ſitim ſuam non extinguit. ſed quò amplius bibit, eo amplius & ſitit: hic eſt ille gradus, qui deſe lum adducit, qui de remedio iam deſperare facit. & ſic deſperatus æger, qui quaſi præmortuus membris iacet vltimum iam ſpiritum tradit. & quid circa ſe agatur, vel quid ſibi fiat, nec attendit, nec aduertit in hoc gradu verum eſt illud fortis. vt mors dilectio* &c. Vides igitur, à Caortco Canticorum ob materiam in qua verſatur pertractandam expleri perfectè nomina Ididæ, atque Salomonis.

Salomonis, & dilecti vocabula conueniunt libro Canticorum Bernard.

Canticorum ſine vitæ contemplatiua. Hieron.

Caſſian.

Contemplationi neceſſaria pax animi & dilectio S Thom. Bernard.

Contemplatio vt ecſtaſim patiat & amantem transferat in amatum. Areop.

Rich. Vict.

88. Quare affirmamus quidem, inſpectis quibuſcunque ſynceris conſtructionibus nominum Salomonis, hoc eſt, *Pacifici*, vt interpretatur Hieron. epiſt. ad Marcellam & ſanè Pacificum vocandum clarè expreſſum 1. Paral. cap. 28. verſ. 9. atque Ididæ, ſeu ex norma Hebræorum ידידיה *Iedidjah*, ſcilicet, amabilis Deo, ſeu dilecti, vt omnes explanant; conuenire eiuſcemodi dictiones plenè, abundanter, legitimè Canticorum Hymenæo: Prouerbiorum ſimilitudinibus diminutè ſolùm, atque anguſtè; Nam quidem ei conuenit nomen, aut ſplendidè, aut imperfectè, cui vocis ſignificatio, aut coarctè, aut cum amplitudine quadrat: At, quod iſtæ voces denotant ad librum Parabularum cum violentia detorquentur: ſponte ſua & natiua inclinatione in Canticum Canticorum incidunt, quemadmodum duobus proximè elapſis numeris oſtenſum eſt: igitur eiuſmodi nomina ſimpliciter & abſolutè volumini Canticorum adaptanda, Prouerbijs cum addito ſolùm: huiuſmodi additum eſſe poſſit comparatione nominis, *Ididah*, id eſt, amabilis Domino, ſi intelligamus Numinis dilectionem ferri in animam ratione gratiæ iuſtificantis, vt ſubindicat Toſtat. ad c. 12. lib 2. Reg q. 26 nam, quamuis Prouerbiorum liber de vitæ purgatiuæ ſtudioſis ſolùm tractet; at hi iam ſarcinam peccatorum abiecerunt, & ſancti ſunt, quamuis in ſanctitate adhuc puſilli, & teneri: ſed quidem *amabilis* dictionem donorum affluentiam, & dulcem quandam, atque recreantem familiaritatem ſubo ere eidem viſum Abulenſi, & optimis quibuſque Interpretibus magis placuit: talis verò animorum prouectorum conſueuit eſſe, non inchoantium; Suſtinere etiam fortaſſe illud poſſit, de quo monet noſter Salazar. ad verſ. 1. cap. 1. Prouerb. num. 53. *amabilem* vocari, quòd in Parabolis, capite præſertim 4. matris indulgentior erga eum affectus præmonſtretur: Sed notabile oporteat *Ididæ* explicari *amabilem* Domino, quod fuit à Nathan impoſitum vocabulum recèns edito Reg. 2. cap 12. verſ 25. quin & cauſa, ob quam ita fuerit appellatus, ſubditur continuò: *Eo quod diligeret eum Dominus*. Non igitur ad rem pertinet, quòd à matre ſuauiùs adamatus, quoniam *Idida* non is eſt, qui à genitrice diligitur. ſed quem Dominus amat: Atque hoc quidem in fauorem vocis *Idida*: Cæterùm, qui alterum nomen *Salomonis*, hoc eſt, *Pacifici*, Prouerbiorum adagiis adaptare cupiat: fatebitur quidem ab iis d quibus liber tractat, nempe noua militia ſpiritali, non eſſe adeptam eam pacem, quæ in paſſionum edomatione conſiſtit, qua animos velut ad antiquam Paradiſi felicitatem reuocatus in malacia qu m beata eſt: nihilominùs illud eſt initium pacis, ſiue quia prima gratia tum infuſa: ſeu quo iam tum primùm ſtabilem benè, inculpatéque viuendi telam orditur. Poſſit autem prima illa pax ſimpliciter, & abſolutè pax vocari. quemadmodum in Matthæi genealogia, cùm multi recenſeantur, qui purpuram & coronam induerint, ſolus tamen Dauid Rex nuncupatur, quia primus Rex fuit, cui perpetuitatis in imperio facta eſt fixa pollicitatio, & euentibus maior. ita quidem vtcunque Salomonis, & Ididæ vocabula conueniant Prouerbiorum libro. at germana adaptatio ea eſt, quæ Canticorum volumini maritat.

Salomon pacificum, Idida amabilem ſonant. Hieron. 1. Paral. 28.

Idida, hoc eſt, amabilis nomen, quod propriè adſignificat Abul. Prou. 1. Salazar. 1. Reg. 12.

Dauid cur ſolus Rex nuncupatus in genealogia Seruatoris.

SECT. IX.

SECTIO IX.

Hebræa, & Græca tranſlatio tituli Canticorum explanata, & eius cum vulgato Interprete conciliatio. Stilus Canticorum an Dramaticus? De quo Salomone tanquam ſponſo agatur?

89. *Salomon in dando caſu, cur Canticorum inſcriptione poſitum? Sotom.*

SAlomonis nomen, quod in Epithalamij inſcriptione Latinus Interpres genitiuo expreſſit, qui Hebræis, & Græcis fontibus tenacius adhærent in datiuum vertêre: expendunt ſatis Ludouicus de Sotomaior primis verbis Præfatorum: Giſlerius ad titulum Canticorum, numero 9. eâque eſt & Vatabli, & Sanctis tranſlatio, quòdque ampliorem reuerentiam patit, ita ſeptuaginta legunt Seniores etiam correcti, ᾆσμα, ᾀσμάτων, ὅ ἐστι τῷ Σαλωμών, id eſt, *Canticum Canticorum, quod eſt Salomoni*; eiuſdemque eſſe vtrobique ſenſum benè aduertit Giſlerius *Giſler.* quòd Hebræis in more ſit datiuum pro genitiuo apponere; id quod optimè aduertit Genebrardus *Genebr.* ad initium Pſalmi tertij; *Nempe*, inquit, *datiuus caſus lamed quidem apud Hebræos cum nominibus proprijs, & in poſſeſſionibus indicat genitiuum caſum*; Vbi notat Septuaginta ſemper Dauidis nomen in titulis Pſalmorum gignendi caſu locare; certè & iidem maſculino articulo pro feminino nonnunquam vtuntur, vt probat Ribera *Ribera. Regula: Articulus maſculinus pro feminino.* in Oſeæ cap. 10. num. 14. & Imperatiuum loco futuri ſubſtituunt temporis, vt demonſtrat ibidem numero 36. Quidni & vnum pro altero caſum tranſuertant? Atque in præſentem quod vnicè facit ſcopum, vtuntur, *Regula. Tertia perſona pro ſecunda, aut prima.* vice primæ aut ſecundæ perſonæ non rarò tertia; Idem ſubminiſtrat exempla Sophoniæ cap. 2. num. 47 Neque inuenuſtum eſt de Pſalmo 131. *Pſalm. 131.* verſu 1. *Memento, Domine, Dauid, & omnis manſuetudinis eius*, de ſe loquutus Vates quaſi tertia fuiſſet perſona: In eundem igitur modum *Regula: Datiuus pro genitiuo, honoris cauſa.* Hebræi, & Septuaginta *Canticum Salomoni* tanquam alteri à ſapientiſſimo Monarcha diſtinctæ perſonæ, & ab eo tertiæ, cùm ipſe tamen ſit: niſi placeat honoris gratia perpetratum, & variatum titulum aliter quàm Auctor in egregiam tamen eius commendationem; ſic enim & ferebat vſus idiomatis apud Iudæos, vt honoris & cultus gratiâ datiuo vterentur pro genitiuis; declarat allegatus Ribera *Ribera.* in cap. 6. Amos, num. 5. quibus ſanè conſtat eundem eſſe omnium tranſlationum ſcopum.

90. *Verſiones, quæ æſtimandæ & proficuæ.* Præbeamus tamen non ſolùm in verbis differentiam, ſed etiam in ſignificatis; quia tamen poſt delatum potiſſimum locum vulgato quoties huic non contrariantur aliæ verſiones, aut rationi, vel fidei, ipſæ quoque æſtimandæ ſunt, de quo Tena *Tena.* libro 1. Iſagogæ ſacræ Scripturæ, difficultate 6. ſectione 3. éſtque eruditorum omnium placitum; ſingulariter verò ſacra Septuaginta Seniorum tranſlatio in pretio habenda; Age, experiamur aliquos conuenientes ſenſus eruere ex datiuo illo, Ac ſanè Agathius *Agathius. Salomon nomen appellatiuum in Cantico Canticorum.* Guidacerius ad exordium Commentariorum in hunc codicem ex Hebræorum doctrina profert, Salomonis vocabulum neque in titulo,

Sheilogi Anteloq. in Cant.

neque in corpore voluminis indicare Hieroſolymorum Regem, filium Dauidis; quare appellatiuum, non proprium nomen, videlicet ex communibus multis, quæ habuerit Meſſias; dictus namque eſt ab Iſaia cap. 9 verſ. 6. *Princeps* *Iſaiæ 9.* *pacis*; hoc & ipſum quoque Canticum Canticorum *Salomoni* inſcriptum, id eſt, *Pacifico*, videlicet Meſſiæ, qui *Princeps pacis* dicendus erat; At certè hanc Rabbinorum traditionem, qui Meſſiam ſub vocabulo Salomonis intelligebant, non illibenter ſequutos fuiſſe optimos etiam Catholicos, affirmat Genebrardus *Genebr.* ad principium explanationis in Cantica, & nimbus teſtium à nobis productus Anteloquio 1. Sect. 2. atque 10. quoniam Meſſiæ inſcribebatur excellens metrum; ideircò Salomonis in datiuo nomen; Verùm non ſic iſta concipienda, vt ſenſus ſit, dicatam tantùm Meſſiæ fuiſſe muſam nuptialem, velut ſi Auguſto, aut Tiberio Imperatoribus dicaretur Æneis Maroniana (nam ſic præter nuncupationem, cætera codicis in aliud dirigi poterant;) at ſenſum eſſe de Meſſiæ geſtis vniuerſam tractationem; itaque idem eſt, *Canticum Salomonis*; ac Canticum de Salomone, hoc eſt, de eo agens: quemadmodum cùm Pſalmodus ait Oda 44. *Dico ego opera mea Regi*; Hebræi, recenſente Genebrardo, exponunt, id eſt, *Dico opera de Rege*; & illud Pſalmi tertij, in *Regula Datiuus pro ablatiuo cū propoſitione.* verſ. 2. *Multi dicunt animæ meæ, Non eſt ſalus illi in Deo eius*, Ianſenius in annotationibus *Genebr. Pſal 44. Pſal. 3. Ianſen.* Hebraiſmum eſſe pronunciat, cùm ſcribi oporteret: *Dicunt de anima mea*: Equidem & nos libenter amplexamur expoſitionem, quæ adſtruit, de Meſſiæ immortali laude, & geſtis integrè compoſitum Epithalamium, modò eius opinionis non ſit finis alium ablegaſſe ſenſum de humano connubio ſponſorum honeſtiſſimorum: deoſculanda vtraque interpretatio, & literalis atque iuxta Hiſtoriam æſtimanda, vt docuimus 4. Iſagoga, Sect. 5. ſed inter duas, nobiliſſima, & plurimùm excedens illa, quæ de Meſſia eſt expoſitio.

Si autem à Meſſia tranſire libeat ad alium ſponſum, qui humanus atque terreſtris eſt: tum 91. quidem Poëtæ animus fuerit ſignificaſſe, conſumptum omne carmen in nubentis encomio, *Poëta & Auctor nihil loquitur in Cantico Canticorum* Auctorem Metrorum nihil in tota fabula ſibi vindicare: & obſeruandum quidem eſt, in Prouerbiis, & Eccleſiaſte Salomonem aliorum nomine ſæpè loqui: ſanè in Parœmiis multùm, itidémque frequenter: ſed ita alios introducit ſermocinantes, vt ipſe pariter in ſcenam multoties prodeat, & ſuas referat cogitationes: in Cantico autem Canticorum ne verbum aliquod Artifex Poematis, ſed totum loquuntur, aut ſponſus, aut ſponſa, vel iſtius amicæ, illius ſodales: Rectè igitur in titulo *Salomonem*, non vtique ſcriptorem, ſed maritum nouæ nuptæ in datiuo poſuit, quaſi innuens, quicquid eſſet in Hymenæo, hoc rapere ſponſum, & parentem Epithalamij nihil profari: non quòd ſponſus ſolus omnia loquatur, ſed illi tribuit velut nobiliori ſacri luſus materiæ: Seruius *Seruius.* ad tertiam Virgilianam Eclogam tria dicendi obſeruauit apud Vates genera, δραματικὸν, ἐξηγητικὸν, μικτὸν, in quibus exegeticum omnia ad Poëtam transfert, vt *Tria apud Poetas dicendi genera.* ſit vnus ipſe qui loquatur: dramaticum omnem confabulationem relinquit perſonis, quæ aut veræ, aut effictæ: mixtum, aliquando Poëtam, aliquando alias perſonas differentes exhibet:

Monstrauimus autem 1. Disceptatione, Sectione 5 numero 50 Patres vocare Epithalamium Salomonis vitato nomine drama: quando igitur ex dramatis natura sit, totum concedere personis, quæ in theatrum exeunt, id in hoc versu, qui dramaticus est, religiose obseruari decebat: quod vt significet inscriptio fuisse peractum, Salomonem in datiuo vsurpauit, innuens, alterum à Poëta esse, qui vinucita dicat, atque proloquatur.

92. Hæc autem constare non posse dixeris; ideò, quòd is, qui Carminis huius artifex est, idem sit & sponsus: nam sponsus proculdubio Salomon est, quem autem nouimus alium Salomonem, excepto Dauidis filio? Cùm igitur de Salomone omnis penè sit sermo, & ille metrum composuerit, necesse est adstruamus Poëtam crebrò loqui, atque propterea exegeticum potiùs, quàm dramaticum esse versus nndum; Respondeo à nobis satis probatum Anteloquio 1. Sect. 10. imò toto ferè deinceps volumine Salomonem quidem esse sponsum nuptiarum; sed alius hic Salomon longè diuersus à Dauidis sobole ob causas suis exhibitas locis; Certè Nyssenus hom. 1. in Cantica; *Num me putas (ait) dicere Salomonem, qui natus est ex Bersabee, qui in monte obtulit mille bones, qui Sidonia mulieris consilio vsus est ad peccatum?* Atque Hebræorum Magistri quibus vsus omnia secundùm literæ superficiem intellexisse, & transferre ad Salomonis, Dauidis, & aliorum Regum acta in Christi inuidiam, vt de eo pronunciasse nihil Vates appareat; tamen in hoc connubiali metro Pacifici, seu Salomonis vocabulum, non ad eum, qui in Hierosolymis regnauerit, sed ad Messiam retulère; Verum quidem est ex nostro iudicio, qui propter spiritalem de Christo intelligentiam, aliam asseueramus, qua humanum matrimonium depingitur; intromitti fortasse aliquando sermones (quanquam non omninò necessarium sit istud) de Salomone Dauide prognato, qui & diuitiarum & sapientiæ gloria, omnibus excelluit, vti cap. 2. cùm & lectica, & pompæ destinatum ferculum exprimuntur, & cap 6. quando enumerantur Principis vxores sexaginta Reginæ, & octoginta concubinæ, & iuuencularum absque lege & numero multitudo, capite etiam octauo, vers. 13. cùm vineæ comparantur vtriusque Salomonis; sed, quia hæc fiunt obiter solùm ex compendio; non quia gerat personam interloquutorum; verùm similitudinis gratia tantùm, quo pacto & adducitur in medium Carmelus, & Galaad, & Libanus, & Hierosolyma, & castrorum acies ordinata; ideò dramatis naturam non perturbant quæ de Salomone metri Architecto narrantur; præsertim cùm sic introductus Salomon verbum nullum loquatur, quod potissimùm requirebatur: & vt loqueretur sanè, tamen sermones funderet, non quoniam Poëta; sed, quia Rex, & Monarcha: dramati autem tantùm officit, vt quispiam propterea verba ingerat, quia Poëta, & Auctor sit ipsius dramatis.

Cantic: Canticorum stylus. an exegeticus an dramaticus?

Nyssen.

De Rege Salomone aliqua in Canticorum volumine.

Contendes, apud Ecclesiæ Patres non alium reperiri Salomonem, qui Christi extiterit figu-
93. ra, quem ipsi passim celebrent, & in ore ferant ad omnem pene dictionem, quam Dauide satum; quòd sit quidem & extitisset, præsertim qualem nos effigiamus in hoc Epithalamio, regia augustum potentia, iuuentæ pulchritudine rara, opibus florentem, robore strenuum, pacis clarum artibus, eloquio suauem, animi conspicuum ornamentis, denique qualem nominat Hymenæographus, totum desiderabilem, electum ex millibus, cur ei hunc tot admirandum dotibus inter præcipuas Christi imagines retulerint? quæ immemoriæ causa apud homines planè lynceos, in Scripturis versatissimos, vt qui dies, noctesque in Dei meditanda lege consumpserint? Ab hoc nodo facilè liberabunt nos multi huius codicis clarissimi Interpretes, quorum iudicia transcripsimus Prolegomeno 1. Sect. 5 nam absque tergiuersatione aliqua adstruunt veteres Canticorum Explanatores, litteralem & historicum omisisse sensum: siue quòd æstimarent non esse historice explicandum; seu quòd eum reiecerint laborem, quasi spiritui insipidum, & ad mysticam intelligentiam conuolarint, quo animos reficerent: seu ex Numinis secreta quadam prouidentia, quæ, vti posterioribus istis sæculis reseruauit tractus terrarum immensos, qua latè patet America, & apud Eoum Solem regna amplissima cognoscenda à nobis, quæ auorum industriam latuerant, cùm tamen fidei distendendæ studiosissimi essent; ita reseruasse, quæ in Scripturis arcana detegerent, grauia etiam illa, & multiplici sylua impedita; quòd si quidem antiquos latuit historicus Epithalamij sensus, & ignorarunt, qualis fuisset sponsus secundùm literam, quod illi genus: quæ officia: qualis nomenclatura? non est quòd stuporem generet talia nescientibus, vt sponsum in Christi melioribus typis non numerauerint. Hanc ego temperaui opinionem allegato nuper Anteloquio: non enim patienter audire potui literalem intelligentiam omninò neglectam à Patribus; sed cùm duplicem sensum cogitarem vtrumque historicum: dixi tamen alterum merè historicum esse, quia humana solùm tractat, nimirum agit de nubentium forma, ætate, blanditiis, sodalibus, omni nuptiali apparatu, neque ad celsiora ascendit: alterum verò litteralem quoque sed de mysticis participantem; quia ea, de quibus agit, cuncta spiritalia, & diuiniora sunt: scilicet, repræsentat Christum, & sponsam eius Ecclesiam Catholicam cum omnibus memorandis euentibus à Seruatoris morte vsque ad Comitia generalia, in quibus filij Adæ reddituri sunt rationem, prout benè, aut malè gesserunt in corpore, dum super terram viuerent: Ex his asserebam, posteriorem hunc Patres assequutos; sed, cùm prior ille sit, qui ad typos efformandos idoneus est, (fundatur enim supra merè historicum optimè typus) cùm in eo non fuissent versati Deo ita disponente; propterea secundùm historiam vnum solùm cognouerunt Salomonem, eum, de quibus Regnorum codices: atque in hunc effusi omnes, vt qui frequentissimè occurreret, in quo multa obiiciebantur consideranda, quæ in Messiam ferrent, de eo tantùm loquuti sunt, eum celebrauère secundo quoque verbo.

Cur Patres de sponso Canticorum humano non meminerunt?

Quamprimùm verò tempus adfuit, vt à Spiritu Scripturarum conditore recentiora ingenia excitarentur, quæ inuestigarent sensum eum, qui merè historicus est; tam citò ab eis inchoatum separare vnum ab altero Salomonem, & distinguere à Poëta & Artifice huius carminis sponsum, de quo agit Hymenæus, Horum catalogum exhibuimus Anteloquio 1. Sectione 7. n. 52. Neque ex veteribus omnes penitùs latuit, quemadmodum eodem loco demonstrauimus: 94.

Salomonis nomen extrà Prouerbiorum quare positum?

Puto

Prouerb. 1.

Regula: cùm pater, vel auus refertur initio Prophetiæ signum ipsos fuisse Prophetam, an verè?

Ribera. Pineda. Cornel. Aluarez.

Puto & aliqualem huiusce materiæ probationem desumi posse ab inscriptione Prouerbiorum; *Parabolæ* (inquit) *Salomonis, filij Dauid* v. 1. cap. 1. Vt quid necesse erat, filium Dauidis se nominare? Anne vt significet, & genitorem quoque vaticinationis dono claruisse? sic enim fert Hebraica traditio, cùm pater, aut auus recensetur exordio Prophetiæ, aut in librorum titulis, indicari & ipsos à Deo illuminatos futura prænunciasse; sed reiectant quasi commentum, eò quòd nulla sint pronunciati fulcra, Ribera Præludio 4. in Prophetas minores, num. 1. Pineda ad vers. 1. cap. 1. Ecclesiastæ, num. 40. Cornelius ad vers. 1. cap. 1. Isaiæ, Gabriel Aluarez tom. 1. in Isaiam, in Vita eius, num. 2. Arbitror melius esse, quæ insinuat Ribera vbi iam iam, num. 7. adiungere parentum nomina vaticinantes, velut cognomenti loco: sanè vt distinguantur ab aliis, quibuscum appellatio communis, Ita Machabæorum lib. 1. cap. 1. vers. 1. appellatur Alexander Philippi; siue, vt ex Græco transferunt aliqui, Alexander Philippi filius, vt distingueretur ab aliis ducibus, qui & Alexandri vocabulo insigniti fuerant; Sic igitur Salomon vestibulo Parabolarum Dauidis prolem se nuncupat, vt esset, quo discriminaretur ab aliis Dynastis, qui & *Pacifici* dicti, & in primis ab huius Epithalamij sponso, cuius cùm esset celeberrima ob multas caussas fama; oportebat, ne eius atque supremi Monarchæ nomina, cùm vterque Salomon diceretur, confunderentur.

Regula. Loco cognomenti Patrum nomina ponuntur.

1. Mach. 1.

95.

Salomoni dicatum à Spiritu sancto Canticum Canticorum.

Etsi tamen Salomon qui scripsit volumen, is non sit, de quo tractat Epithalamium cuiúsque thoros celebrat; tamen huic dicatum fuisse librum concipere valeamus, ac proinde eius positum in dante casu nomen; Canticum igitur Canticorum Salomoni, subaudi, consecratum; Verùm à quonam? Ab ipsóne Salomone? At, quis sibi etiam in scripturientibus ille est tàm audax, qui lucubrationes dicet? Anne omnium Rector Deus, qui hac velut missa parænesi salutat principalis Scriptor instrumentum suum, calamum suum, secundum atque minorem Scriptorem? Proh! quanta dignatio? De hoc egimus iam semel, atque iterum; Cum retrouerti incepisset Salomon, & Dei, qui ad fastigium opum, voluptatis, gloriæ sublimauit, obliuisci; monisse eum Numen ad hoc pangendum Epithalamium, in quo tanquam in limpidissimo speculo intueri posset, quid recepisset beneficiorum, ad quantam fuisset pompam euectus; quid optare, quid sperare, quid timere deberet: Ob hoc itaque Salomoni dicatus Hymenæus, ne cùm eum repentina occupasset calamitas, & desperatus malorum aceruus, saltem obtendere posset se non fuisse admonitum; At cùm omnes penè mortales ab hoc Cantico erudiri possent, scilicet ne quando benefacientis Dei memoriam deponant, quamobrem Salomoni speciatim dicatus est liber? Sanè dici in primis valeat, idem esse, quod Salomoni nuncupetur volumen, ac si ad vniuersos dirigatur; quemadmodum Apocalypsis cap. 1. quamuis missa à Ioanne epistola solas Asiaticas Ecclesias exprimat, cùm dicat vers. 4. *Ioannes septem Ecclesiis, quæ sunt in Asia; gratia vobis, & pax,* &c. tamen sub illa Ecclesiarum velut specie, aut parte contineri mundi cunctas Ecclesias affirmant ex veteribus multi apud Viegas Commentario 1. in cap. 1. Apocalypsis, sect. 5. Ribera autem num. 16. atque Pererius disput. 6. in cap. 1. num. 23. existimant, quamuis ex occasione scriptæ quouis modo epistolæ, doceri possent omnes Christianæ Ecclesiæ; tamen ex mittentis scopo, animoque singulariter directam ad Asiæ Ecclesias; eò quod aut fundasset, aut curam illarum gessisset Euangelista; pari modo, quamuis à Cantico Canticorum omnes instrui valeant, & secundùm hunc titulum ad vniuersos spectet; tamen peculiariter dicatum Salomoni, vel quoniam Auctor eius extiterit, vel quia supra reliquos mortales donis locupletatus, aut quòd in eum potiùs quadrarent sub hoc ænigmate latentes ethologiæ.

Regula: Nomen specificũ pro generico.

Apoc. 1.

Viegas. Ribera. Pererius.

96.

Salomonis nomen cur Græca editio non inflectat Canticorum titulo?

Illud denique adnotandum, quamuis rectè illi faciant, qui Septuaginta Interpretes sequuti, Salomonis nomen inflectunt, & ex Latinorum vsu datiuum efformantes *Salomoni* legunt, & significatio perpetuò datiuum sapiat iuxta quam transtulêre Biblium Complutense, & Regium; tamen eadem Biblia cum Vaticano codice, nomen absque inflexione ostendere: neque enim scribunt, τῷ Σαλωμῶνι, vel Σαλωμῶντι, sed Σαλωμών. Et Latina Septuaginta Seniorum editio ex imperio Sixti V. *Canticum Canticorum, quod est Salomon*; Quo more etiam Pagninus, atque Vatablus. At, cur non inflectunt hoc in loco, frangúntque Septuaginta, cùm alibi non infrequenter agant? Vincentius Ricchardus Notis ad Commentarium Matthæi Cantacuzeni in Cantica, ad vers. 1. cap. 1. opinatur, quoties non inflectitur nomen *Salomonis*, aut *Pacifici*, vocabulum non esse referendum ad Dauidis filium, sed ad Christum; Sed cùm nihil speciosum afferat, quo probet, credere non possumus; ostendat significatum per Salomón inflexum non conuenire Salomoni, humano solùm Regi: fiet, vt nec vox quadret eidem quoad litteram nihil mysterij: nam, quoniam dictio vtrumque sufferret, nimirum, vt absque orationis næuo, & cum inflexione, & sine illa pronuntiari valeat, scribique: ideò modò inflexum legitur, modò absque inflexione: poterit tamen deseruire tropologiæ: nempe, vt ij, quibus hoc canitur Epithalamium, qui sunt fideles animæ, cogitent, debere se fortitudinem induere, & neque vel ad blanditias, vel ad territamenta vlla inflecti, vt ab incepta probitatis semita declinent.

Septuag. Cõplutense. Regium.

Pagnin. Vatabl. Vinc. Ricc.

A virtutis tramite nullatenus declinandum.

ANTELOQVIVM X.

Tituli, & inscriptionis Canticorum moralis sensus declaratus.

BREVEM esse titulum Canticorum, & non vltra tria verba monuimus, cùm historicam explanationem aggressi sumus: sed multis tumentem mysteriis: & coacti sumus vela dissertationis expandere: Quòd si tanta vbertas eius, qui strictior est sensus, & diffundi non soleat, litteræ nempe: quid arbitramur de tropologia, quæ laxior est, & facilè excrescit? Vniuersa persequi impossibile fuerit: seligemus aptiora: auspicemur à Deipara.

SECTIO I.

Virgineis legionibus, quæ prima fuerit Ductrix?

1. NON fuit Salomon primus, qui cecinit carmen, ante illum Moyses ad Erythrea vada, & posteà oloris instar suauissimè cùm ascenderet in montem Nebo, vt moreretur; ante illum Debbora, & Anna Samuëlis mater; Sed, licèt illi priùs Canticum aliquod, hic tamen primus, quia Canticum Canticorum modulatus est; & ideò primus absolutè in Canticis pangendis, Princépsque canentium omnium: meruit superbum titulum felicior Musa supra omnem antiquam Poëtarum venam; Cui symbolum accommodabimus? Nec difficile hoc tamen; Vidésne cultores virginitatis ante MARIAM, Iosuë, Eliam, Eliseum, Danielem, Præcursorem Domini? Et tamen illa sola Virgo Virginum: quia etsi alij virginitatem dilexerunt anteà; sed nemo talem, qualem ista, scilicet cum voto perpetuùm duraturo; Sic igitur responsant sibi, & Canticorum Canticum, & Virgo Virginum, gloriosum vtrunque nomen: illud de potissimis Salomonis encomiis; hoc de singularibus MARIÆ laudibus; Inspiciamus, olfaciamus; nam flores sunt, flores certè vbicunque virginitas; Sed, quoniam de primis floribus tam gratiosam coronam Reginæ nostræ vertici, est qui demere tentet; armemur in defensionem; oune floridè; erit, cùm neruosè ipsa suggerente: & quò eniteat magis Sectionis argumentum, subdiuidamus illam in membra aliqua pauca tom. 2. Vestigatione 20. explanatione Mystica, Sect. 2.

Nemo ante MARIAM votum perpetuæ virginitatis emisit.

§. I.

MARIA *castitatis perpetuæ vexillum extulit.*

2. LEgo quidem, nec stupere desino Abraham Patriarcharum Verticem, vxoris subdi imperiis, Genes. cap. 21. vers. 12. *Omnia quæcunque dixerit tibi Sara, audi vocem eius*; Amplissima mandati lex est, quæ præcipienti nullos circumscribit terminos; Quid si veterano iam homini, & post innumeras peregrinationes lasso rursum noua imponat exilia Sara, & ad terrarum vltimas nationes mittat? Quid, si domestica mancipiorum indigna & abiecta ministeria præcipiat summæ auctoritatis viro? Quid, si probare tentet, & audeat insinuare, vt aduersùs dilectissimum non appareat genitor? Erit, vt obtemperet sine exceptione, & vniuersa per[illegible] Quidni? nam in omnibus vt audiat vocem illius, iussio est Creatoris: Sed nónne maritus familiæ, atque mulieris caput, & gentium vsu, & Pauli instructione priori ad Corinthios cap. 11. vers. 3. Quænam est ergo hæc rerum inuersio & histeron proteron, vt Sara dominetur? Scilicet, Abrahamus iam propè centenarius est, delirat senex venerandus, domui regendæ non est: At, nónne etiam Sara nonaginta annos superans? Citiùs in femina, quàm in viro marcescit & corporis, & mentis vigor; sed tamen ideò prælata est sponso, quoniam nonagenaria; hoc autem qua acciderit fortuna docebit nos Auctor de mirabilibus sacræ Scripturæ, lib. 1. c. 22. *Sara sterilis vxor filium Isaac nomine iam nonagenaria peperit; sed hoc valdè conueniebat, vt quoniam filius, quem parturiebat, ipsam figuram Christi, qui ex sola Virgine sine aliqua humana voluptatis cupiditate nasceretur, pertulit; illum non ætate, qua solent feminæ parere, id est, à duodecimo anno vsque ad quadragesimumnonum annum sed contra illius consuetudinis metas parturiret: vt scilicet, ille infans non solum vltra quinquagesimum annum desinente scilicet partus officio, sed etiam nonagesimo anno nasceretur, desinente voluptatis desiderio*; Itaque Isaacum, non multò antequàm eius nutibus subiiceretur Abrahamus enixa fuerat Sara, quemadmodum ex memorato Genèseos loco colligitur; filius autem in lucem editus vti Christi typum sustinuit, quoniam eo maternæ vitæ curriculo in auras prodiit, quo natura partubus finem posuerat, imò & voluptati ipsi, Venerisque irritigini; sic genitrix Virginis immaculatæ imaginem portauit, quando & ipsa in pariendo aduersùs naturam dimicauit, delicias coniugiorum non experta; Erat quoque

Gen. 21.

1. Cor. 11.

Auct. de mirab. sac. Scr.

quoque & Abrahamus ob pares causas virginitatis repræsentatio: nam genuerat, qua ætate jam viris deficit potestas, & putà Iosephi vmbram tulisse, qui & ipse castissimus; ergo, cùm ad eos peruenissent annos vterque coniux, vt in virginum quasi transirent classem, potiora fuerunt Saræ referenda: quia, etsi vmbratilis tantùm esset virginitas; sed in his vmbris referebat Virginum Caput & Ductricem MARIAM Sara; Hæc itaque ratio, quamobrem sub extremis potissimùm temporibus Sara præesse cœperat, quoniam in Virginum contubernia tum transiret, in hoc autem contubernio feminæ, id est, MARIÆ principatus adscribendus sit, quod ipsa viam colendæ perpetuæ virginitatis præmonstrauerit; Fauet Hieronymi exquisito interpretamento epistola 140. ad Principium; *Defecerunt Saræ muliebria, & ideò Abraham ei subijcitur, & dicitur ad eum; Omnia, quæ dicit tibi Sara, audi vocem eius: Sexus deuoratur à Virgine; Christum portat in corpore*; Venustè illud, *Sexus deuoratur à Virgine*; Vt propterea quasi deglutitam à Sara mariti dominationem intelligeremus; quoniam ex quo muliebria defecerant, in Virginem id est in MARIAM transformata est. (Hieron.)

3. Veniat, & nobiscum accinat præstantissimus Musicus Isaias, *Egredietur* (ait cap. 11. vers. 1.) *virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet*; Sequamur mysticam interpretationem, ac concedamus Bernardo sermone 2. de Annunciatione, radice adumbratam Virginem immaculatam; bellè continuò insinuat mellitus Abbas: *Illud sanè diligenter attende* (inquit) *quod florem hunc de radice, non de virga dixerit assurgere*; Verùm hæc stuporem ingerunt: nam, esto quidem in radicem demum referantur vniuersa, quoniam inde reliqua succum attrahunt; sed quæ tamen regio arbores producit, quarum frondes, stolonésque floribus destituantur? truncus, & non rami, florem emittat? Horrida, & incultior pars caudex esse consueuit, amant conuexa, & editiora loca lasciuientes surculi, & erecti in sublime cùm vere nouo Phœbus lætiores ostendit vultus, expandunt primùm foliorum aulæa, deinde flores explicant; hæc naturæ disciplina, hic syluarum ordo; Cur rerum statuta Isaiæ inuertit sermo? quam incompertam hactenus fabricat plantationem? Asseras hæc transcendere corporea, & spiritaliter solùm esse intelligenda; nempè vt sit MARIA radix, Christus Virga, flos virginitas: nam de eodem loquutus Seruatore Bernardus alibi, & quantùm amaret virginitatem delineans sermone 2. de Aduentu inquit; *Vnde & ad ciuitatem Nazareth, quod interpretatur flos, aduolauit; & ad suaueolentem perpetuæ virginitatis florem aduenit, illi insedit, illi adhæsit*; Hanc quidem expositionem non inuiti recipimus; vulgatissimum quippe est floribus castitatem significatam: sed quo pacto adueniemus non quidem è virga qui IESVS est prodire florem, virginitatem nempe? sed ex radice, Deipara scilicet, cùm potissimum caput virginei honoris Christus sit, MARIA secundas post eum obtineat partes? sequitur enim & ipsa Agnum, quocunque ierit, cæteros omnes quamuis præcedat: Verum quidem est MARIÆ pudicitiam longissimo superari interuallo à Filij virginitate: quoniam illa solùm pura creatura: hic & Deus, & homo pariter: at non primus fuit Christus, qui virginitatis signa extulit, qui inuitauit ad (Isaiæ 11.) (Bernard.)

cœlibes choros innuptas legiones; hoc, antequàm nasceretur qui orbem redempturus fuerat, MARIA præstitit: ipsa namque Angelo progeniem spondenti retulit: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* Quippe à multis diebus, fortasse quidem cum primo rationis vsu, antequàm materno egrederetur carcere, statuit in corde suo maritales nunquam admittere amplexus: Quoniam igitur hoc ab illa perpetratum antequàm Verbum in carne appareret, vt ducem Virginitatis indicaret Isaias, dixit luculenter, florem, id est, virginitatem non à virga, sed à radice deriuatam; *Dixisse poterat* (ait idem Bernardus libro 5. ad Eugenium) *& flos de virga, sed maluit de radice; vt vnde virgam, inde florem dixisse originem demonstraret*; id est, quemadmodum ex radice MARIA videlicet, virga, nimirum Christus exortus: sic ab eadem radice non tantùm Christus, sed etiam flos virginitas vtpote, initium duxit. (Bernard.)

Christi igitur virginitas dignitate prior est; MARIÆ tempore: præit Filio Bellatrix insignis: Vultisne egregium specimen contemplari? Pugnatum contra Sisaram pro Israële à Debbora, atque Barac Iudicum 4. Ductor quidem exercituum Barac, nempe cui præcepit Dominus Deus Israel cum decem millibus pugnatorum de filiis Nephtali, & de filiis Zabulon Thaboris conscendere cacumina: Sic ille Legionum Princeps instructor: at quæ vocauit ad prælium, quæ inuitauit, Debbora fuit: Audiamus mulieris laudes ab Ambrosij stilo libro de viduis: *Hæc enim docuit non solùm viri auxilio viduas non egere, verùm etiam viris posse esse subsidio, quæ nec sexus infirmitate reuocata, munia virorum obeundi suscepit & suscepta cumulauit*, Ex parte dignior cura in Baracum translata: sed ad bellum prius excitauit Debbora: ille potestate antecessit, ista tempore: Scribunt nouos milites Christus atque MARIA, vocant prædica agmina, itur in certamen laboriosum: nec tamen est tam trepidat secura sub tanto Imperatore: dixitque ad eam Barac, *Si venis mecum, vadam; si nolueris venire mecum, non pergam*. Quid est, quòd triumphi socium velit Debhoram Baracus, si vincat? discriminis, si pereat? Si timor est Martis dubiam experiri aleam, & comite solatur metus, eligat de virorum turbis Scipionem aliquem, aut Annibalem: mulierum est domos custodire, prædam famulis, & cibaria ancillis distribuere, lana operari, atque lino consilio manuum suarum: maritus belli, pacisque negotia tractet: Sed agnosco Christi artes! non vult sine Genitrice tantis potiri laudibus: iuuat quidem orbi copiis ostendisse virgineas, iuuat castitatis vexillum in excelsum erigere; Verùm cum matre tanta partitur munia: ille dignitate præstantior, eius nobilior virginitas; hæc tempore præcessit: ille primus inter viros casta vota exhibuit; hæc prima & inter viros, & inter feminas; Igitur cùm & ille primus, & illa prima; venustè Filius ad Genitricem; *Si veneris mecum, vadam; si nolueris venire mecum, non pergam*. (4.) (Iudic. 4.) (Ambr.)

Virginitatis Marianæ delineatio excellens Salomonis thronus, quem de ebore fecit grandem, & vestiuit auro fuluo nimis, Regum 3. cap. 10. vers. 18. Verùm à Damiano sermone 1. de Virginis natiuitate, scitè quæsitum; *Quid est, quod aurum, & argentum, & lapides pretiosi, & omnis denique pretiosioris materia prætermittitur, gloria?* (5.) (3. Reg 10.) (Petr. Dam.)

Sola eboris substantia capax est tanta compositionis, & fabricatur in ea, quod omnibus operibus praeferatur? Nam, si operi prodigioso æternitatem conciliare cupido fuit Principi, cedrus aptior fuerat; sin verò exquisita rerum pretia commendare debuerant, cur omiserat argenti puriores vænas? aut quas Oriens abscondit gemmas, seu maris profundo, siue in telluris gremio, seu bestiarum nonnunquam visceribus? Anne eam prudens delegit materiam, quæ syncerius MARIÆ declaret virginitatem? Vel Numen ad hoc impulerat magis [illegible] futurorum? Sic visum B. Damiano loco memorato; *Ebur enim* (inquit) *& mirabili candore relucet, & multa praeminet fortitudine, frigidiori, ut natura sortitur auspicium: & quid candidius illa virginitate, qua singularis aspectus sui gratia supercælestem Curiam allicit ad videndum? Quid fortius illa fortitudine, per quam Dominus fortitudo vasa diripuit fortioris? Quid frigidius illa substantia, quam obumbrauit virtus Altissimi?* Quid verò mirabilius in hoc throno? Certè illud. *Quoniam non est factum tale opus in vniuersis regnis?* quippe & alij Dynastæ diuitias multas congregauerunt, aurum, purpuram, lapillos, vt & sibi thronos regia dignos amplitudine facerent, sed vniuersa opera Salomonis supergressa est industria: Attamen, cùm & Deo fanum insigne, & sibi magnificas domos construxerit Salomon, atque in his extiterint plurima singulari arte composita; quamobrem inter exquisitas fabricas tot, tantasque, de nulla prolatum; *Quoniam non est factum tale opus in vniuersis regnis?* Est etiam, quod notemus, comparationem fieri cum superioribus solùm temporibus, non cum venturis neporibus: quippe præteriti verbum, *factum est*: à MARIA virginitatis ducei initia hæc omnia distinctè exprimunt: Nam certè alias eius virtutes si contemplemur, qui similitudinem earum habuerint, inueniemus: nimirum & præcedentia tulerunt sæcula qui ieiunarent, qui misericordes fuissent, qui silentij, modestiæ, orationis studiis florerent; virginitatem perpetuam cum voto, qui amarent, & MARIAM referent nemo visus ante ipsam; post illam pudicarum examina prodierunt; Egregiè igitur de throno MARIÆ castitatem adumbraturo dictum. *Quoniam non est factum tale opus in vniuersis regnis.*

---

§. II.

MARIA, *quia prima Virginum, Virgo antonomasticè dicta.*

6. SIc nanque salutat Christianus Orbis Dei Matrem, VIRGINEM excellenter appellans; cuius & iucundi, & magnifici encomij elegans similitudo, certè quæ aptè exprimit narratio Exodi cap. 3. Moysem nanque cùm destinaret in Ægyptum Creator: *Si dixerint mihi*, ait, *quod est nomen eius* qui miserit; *quid dicam eis? Dixit Deus ad Moysem: Ego sum qui sum; Sic dicet filijs Israel: Qui est, misit me ad vos:* Verùm, quales hæ notæ, quæve nomina, quibus innotescat Deus, & Moysis legationi concilietur auctori-

Exod. 3.

tas? Quippe Hieronymus concinnè addubitauit in cap. 3 ad Galatas, *Nunquid solus Deus erat* (inquit, *& cætera non erant? Vtique cælum, & terra, vel maria, & ipse Moyses, cui Dominus loquebatur; & Israel, & Ægyptij, ad quos mittebatur, erant?* Tot igitur cùm extarent, viuerent, haberent vt essent, cuiusnam arbitrabimur vices gerere Moysem putabunt Hebræi? nam, si illius se tantum fungi asserat, qui est; equidem & Indus est, & Armenus, & Geta, & Ponti Euxini habitator, & Nomades sunt, & Asiæ populi, & omnis [illegible] facies: Attamen [illegible] Numen cum Moyse sermocinatur; Habent quidem, vt sint creaturæ; habétque Omnipotens, & incomprehensa Diuinitas. Creator autem existit, quin hoc cuipiam debeat; at receperunt à Creatore reliqua, vt essent: Ergo ipse fons, cætera scaturigines: ipse inuentor, & princeps, ob hoc quamuis cætera habeant, vt sint, viuántque & moueantur: Deo tamen, vtpote auctori, vocabula singulariter accommodantur. Quamobrem, *qui est*, absolutè pronunciatum, Deum indicare intelligimus, *illa*, [illegible] *diximus, causa* (subdit Hieronymus) *quia cætera, vt sint, Dei sunt, vero beneficio*; Iam igitur, quòd virgineum honorem intactum, illibatúmque seruent in omne æuum tot pueri, tot puellarum incontaminati greges, à quo hauserunt exempla? Certè ob illa, quæ prima inter mortale statuit æterno proposito virum non cognoscere: nam, vt fuerint apud nationes infidelium ante ipsam Vestales fœminæ, verùm audiemus ab Ambrosio lib. 1. de Virginibus: *Quis mihi prætendit Vestæ virgines, & Palladis Sacerdotes? Qualis ista est, non morum pudicitia: sed annorum, quæ non perpetuitate, sed ætate præscribitur? Petulantior est talis integritas, cuius corruptela senioris seruatur ætati; ipsi docent virgines suas non debere perseuerare, nec posse, qui virginitati finem dederunt: qualis autem est illa religio, vbi pudicæ adolescentes iubentur esse, impudicæ anus?* Nulla itaque ante Deiparam syncera, duraturaque virginitas: & quoniam ipsa tanti, támque difficilis, & impediti operis prima artifex à qua desumpserunt aliæ: quemadmodum Deus, *qui est* absolutè nominatur, quamnis creaturis etiam, vt sint, non denegatum: sic illa Virgo excellenter nuncupatur, etsi præter ipsam innumeræ quoque sint virgines.

Galat. 3. Hieron.

Ambr.

7. Verùm experiamur, an aptiora nobis fortasse suppeditet Matthæi Euangelium exempla c. 23. *Et veniat super vos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram, à sanguine Abel iusti, vsque ad sanguinem Zachariæ, filij Barachiæ, quem occidistis inter templum & altare*; Quorsum non & Zachariam *iusti* condecorauit titulo, quemadmodum Abelem? Nam, si magnum est sacerdotio insignitum fuisse: si hoc etiam amplius, sanguinem profudisse, & victrici Martyrum lauro cinxisse triumphalem verticem: neque his destitutus ornamentis Zacharias: *Iustum* igitur cur nominare tardat? Sanè *iustus* vterque, Zacharias, & Abel, quippe purpureo latice dealbauerant stolas suas, candidiores redditi à cruento flumine: Verùm Abel pulcherrimi sacrificij prima victima: ipse duri certaminis Antesignanus: primus ipse vocauit ad castrenses aquilas tubicinandam cohortem: quoniam igitur ille Dux & Antecessor, singulari donatur gloria, vt cùm iustum absolutè pronunciari audimus, non Zachariam,

Matth. 23.

chariam, non alium quempiam fortissimorum Athletarum intelligamus, sed Abelem; *iusti* quippe vocabulum sic vendicat solus, quasi nullus extiterit excepto eo qui iustitiæ fulserit laude: Sed auscultemus Auctorem de mirabilibus sacræ Scripturæ, inter Augustini Opera, tom. 3. Capite igitur tertio; *In eo enim* (inquit) *quod dicit:*
Auct. mirab. sac. Script. *A sanguine Abel iusti, vsque ad sanguinem Zachariæ, & non addit iusti, ostendit, quia Abel in iustitia hominum primatum tenuit, eo quod primus Martyrum iustus fieri meruit:* Ergo, si Abel in iustitia hominum primatum obtinuit, quoniam viam Martyribus aperuit, quoniam ante eum nemo per vulnera meliorem quæsiuit salutem; non dicemus MARIÆ inter Virgines primatum debitum, cùm prima cælibes annos duxerit, prima Veneris gaudia contempserit? Quòd si eandem ob causam Abel promeruit, *iustus* vt diceretur absolutè, excellentérque MARIAM ob parta virginitatis decora, non tantùm Virginum Virginem; sed Virginem quoque absolutè, & absque addito, quasi ipsa sola sit Virgo, quæ socijs careat, nuncupabimus.

8. Matth. 1. Anne illud venustius, idem quod Matthæus libro generationis IESV Christi insinuat namque Dauidem cùm allegaret bis. *Regem* perpetuò nominauit, Salumonis eùm faceret mentionem, *Regem* dicere omisit. vti animaduersum citato nuperrimè capite tertio ab Auctore Scripturæ de mirabilibus arcani sermonis; *Cui non additur, Regem.* (ait) *cum patris regio teneret maximum imperium.* Sed Monarcham eum vocare dubitet Euangelista, quem Epithalamium hoc cum
Rex tantùm, qui virtute præditus. diademate pingit, cap. 3. *In die desponsationis, & lætitiæ cordis eius?* Fortasse regnatorem appellare noluit, quoniam libidinibus quondam seruierat, ex libero & dominatore vitiorum mancipium? Verùm & Dauidis adulterium publicum fuit: Dicam, quod ad institutum nostrum conducat;
Auct. mirab. sac. Script. Dauid primus inter Hebræos imperij rexit habenas, idcircò honoris quodam velut priuilegio Rex specialiter nuncupatus, & appropriatum illi nomen plurimis commune; Sed hæc stare non posse affirmes: nanque Saulem purpura indutum priusquàm solio Dauid sederet, notissimum est; falsò igitur supponimus, Dauidem primum inter Monarchas extitisse, qui Iudæorum Rempublicā gubernauerint; Verùm opus est, inter duos regnatus distinguamus; quippe Saul Rex quidem fuit, sed breui quasi interuallo; non enim ad posteros eius deriuatus est principatus; At verò Dauid imperio duraturo in longa sæcula, & dominationi quasi non defecturæ vnquam, exordium dedit; quippe Paralip. 1. c. 28 vers 4 ipsemet testimo-
1. Paral. 28. nium perhibet: *Sed elegit Dominus Deus Israel me de vniuersa domo patris mei, vt essem Rex super Israel in sempiternum;* Alibi etiam legimus: *Quoniam non auferetur sceptrum de Iuda, & Dux de femore eius*, &c. Quoniam itaque Dauid primus fuit, qui perseueraturo, & stabili sedit throno: idcircò Matthæus, cùm plures referret, qui Hebræorum populis iura dedissent, neminem excepto vno Dauide Regem appellauit: debetur enim Regis nomen per excellentiam, & appropriationem primo indeficientis, & permansuri regni auctori: Ergo ante Puellam intactam Verbi Genitricem extitêre quidem virgines; sed quæ ad tempus castitatem sponderent solùm, quemadmodum ex Ambrosio ostendimus num. 2. Deipara autem MARIA non ad certam aliquam annorum periodum Deo promisit illibatam, puràmque se exhibere virginem: sed donec halitus superesset, donec vita comes fuisset: Perpetuæ itaque inuentrix castimoniæ cùm extiterit meritò Virgo nuncupata est singulariter, quasi nulla præter ipsam virgo.

---

§. III.

MARIA, eò quòd sit prima Virgo, æternam Verbi quasi generationem æmulata, dum concipit, ac parit.

NEc tantùm Dei progenitrici concessum Virgo vt dicatur absolutè: maiora supersunt, 9.
& quibus vix humana par sit mortalitas: proferamus difficillimam, siue Augustini, seu Fulgentij, vel, vt nonnullus maluerit, Seueriani sententiam: Sermone igitur inter Augustini homil. 15. de
tempore, & in Appendice 24 *Angelus* (inquit) August.
sermonem misit, Virgo concepit: coniunctio hæc sine sordibus facta est, in qua & maritus fuit sermo, & vxor auricula Rursusque in eadem Appendice, serm. 22. qui fuit de tempore decimus: *Expauit in partu suo Mater: Deus per Angelum loquebatur; & Virgo auribus impragnabatur.* Nonne de Spiritu sancto conceptus est Christus? Nónne Puellæ intacta formatus aluo? Quid hic partus, cuius auctoris verbum atque auricula? Nescio, quid hæc olent arcani grandioris, & ad Triados ineffabile prouncant Sacramentum Sanè
Nazianzenus Gregorius *Virginem* non dubitauit Trinitas, prima Virgo. Nazianz.
appellare sacro sanctam Trinitatem: quin & *primam Virginem* ipsius enim genus sunt quæ virgines; Sed audiamus ex carmine de virginitate:

Prima Trias Virgo est, siquidē Patre natus anarche
Filius est; nec enim Pater ortum traxit ab vllo,
Ipsote principium rerum, & vitalis origo.
More nec humano generauit sanguine Natum.

Est verò hæc prima virgo fœcunda: At quibus modis? Nempe spiritalis est vtraque processio: nihil ibi corporeum, nihil humanum, & fragile: intellectus dominatur, voluntas agit, subtilissima est omnis operatio, & intentionalis. Sic decebat primam Virginem fœcondari: sic Filium genuisse: sic Spiritum gratiarum datorem produxisse: éstque ibi, qui sermocinetur: est, qui audiat: nam de tertia inter eas Personas Ioannes cap. 16 *Non* Ioan. 16.
enim loquetur a semetipso: sed quæcunque audiet, loquetur: id est, quæ à Patre, Filióque accipiat. Cùm igitur Augustinus sciret, quæ à prima Virgine procederent, immortales esse emanationes, in quibus Genito Pater intellectionem infinitam communicaret, Spiritus ab vtroque audiret: videns MARIAM *Virginem primam* esse, subintulit discretè, eam quoque per sermonem, per auriculam genuisse, ac proinde scripsit: *Coniunctio hæc sine sordibus facta est, in qua & maritus fuit sermo, & vxor auricula:* Huic fauent cogitationi Patrum multæ sententiæ ad illud Luc. cap. 11. *Quinimò beati, qui audiunt verbum Dei:* Quibus frequenter innuunt MARIAM spiritu atque mente priùs genuisse Christum, quàm corpore.

Iam & alterum Augustini effatum expendamus 10.

Ioannis supra alios Euangelistas praecellentia. August.

mus lib. 1. de consensu Euangelistarum, cap. 4. *Tres* (inquit) *Euangelistæ in his rebus maximè diuersati sunt, quas Christus per humanam carnem temporaliter gessit: porro autem Ioannes ipsam maximè Diuinitatem Domini, qua Patri est æqualis, intendit, eamque præcipuè suo Euangelio quantum inter homines sufficere credidit, commendare curauit; Itaque longè à tribus istis superius fertur, ita vt hos videas quodammodo in terra cum Christo homine conuersari, illum autem transcendisse nebulam, & peruenisse ad liquidū cœlum, vnde acie mentis acutissima, atque firmissima videret, in principio Verbum Deum apud Deum:* Sic Augustinus, & veterum maior factio; Sed, quamobrem non alium partum edidit nobis Ioannis calamus, quàm de increato Verbo notitiam? Nam si à Virgine beata discere oportebat, potuerunt ex eodem haurire fonte commilitones: sin autem caro, & sanguis non reuelauit, id est, à mortali non excepère creatura; sed pater, qui in cœlis est, reuelauit paruulis suis; de hoc inquisitio est, cur non & cæteros impulit, ineffabilem declarare generationem? Sciamus, quid Petri Damiani oratio de Ioanne prodat sermone primo eius de laudibus; *Quamuis enim in omnibus Sanctis* (inquit) *semper sit angelicæ munditia contubernalis, & cognata virginitas: beatus tamen Ioannes tanto reliquas virgines superat, quanto virginitatis B.* MARIÆ *per sedulitatis ac perpetuæ custodia meritum appropinquat, à qua sola præceditur:* Ioannis igitur castitas Marianæ pudicitiæ simillima fuit, & ad eam proximè accessit, assertore Damiano; Quemadmodum itaque MARIÆ concessum ob castitatis singularem gratiam, vt æternam Verbi generationem imitaretur, & maritus fuisset sermo, vxor auricula: sic cùm Ioannis virginitas Marianam referret pudicitiam eique appropinquaret & quam germana esset decebat, vt de inexhausta Vnigeniti, qui est in sinu Patris, tractaret generatione, & de eius fluentis biberet Ecclesia magnorum arcanorum latices.

Virginitatis Ioannis Euangelistæ, encomium.

11. Notum autem, Induperatricem nostram sæpiùs hoc Epithalamio sororem sponsi nuncupatam: & quidem Nyssenus hom. 4. hoc præstate aliis nominibus vocabulum docuit ad illud cap. 2. *Sicut rosa inter spinas, sic soror mea inter filias. Quantum videmus* (ait) *ascensum in altum, tantum videmus esse animæ profectum: primus ascensus est assimilari equis, qui copias perdiderunt, ac destruxerunt: secundus ascensus est, quòd ea facta sit propinqua, & quod fecerit oculos columbæ. tertius est ascensus, quòd non amplius propinqua, sed soror sit nominata:* Sed, cùm sponsi, id est, ipsius Dei sororem dicamus MARIAM, experiamur huius germanitatis causas, eodem interprete Gregorio: *Postquam ergo facta est flos,* (subiungit) *neque à spinosis læsa fuit tentationibus, quominus esset lilium; oblita populi, & domus patris, & matris suæ, aspexit ad verum Patrem: & ideò vocatur soror Domini;* Igitur hæc nobis manifestant dicta, propterea Dei sororem appellatam, quòd populum, larésque paternos obliuioni commiserit; At, nónne hæc potiùs Sponsi iustam promeruissent iram? ipse nanque in progenitores pietatem, obseruantiámque omnem commendat; feret verò, vt immemores simus? Sanè patriæ gentis tunc mores, puellas viris tradere, connubia amare, prolem optasse, hoc eam & genitoris aula docebat: ergo istos si velit vsus contempsisse, nouásque tentare semitas, Domini fore vt euadat soror, spondent: Verùm, vt hæc operetur, quo pacto continuò Deo germana? Equidem fiet, vt prima virginitatem colat, cùm cæteræ feminæ in eum vsque diem viros ambirent, & aliquando septem mulieres virum vnum apprehenderent (Isaiæ cap. 4.) obnixè rogantes opprobrium eis auferret: Prima igitur Virgo euadet: quid inde sequatur? Profectò, vt sacrosanctæ Triados, quæ prima Virgo, Deique ad instar spiritaliter Verbum producat, fructus absque floris laceramento ostendat: hoc post Deum MARIÆ tantùm concessum, vt Verbi consubstantialiter infiniti Mater vocetur: hoc solum prima Virgo Trinitas: hoc solùm prima Virgo MARIA; proinde aptissimè soror Dei Regina intemerata: nempe, tanta naturarum, officiorúmque similitudo; non nisi inter fratrem, sororémque reperiri valeat: quamobrem æqualiter nobiles vtranque Verbi generationem non dubitauit Ambrosius affirmare sermone 16. de Natali Domini: *Vt cuius prior natiuitas gloriosa extitit,* (inquit,) *eius secunda contumeliosa non fieret: hoc est, vt quemadmodum Virgo Diuinitas ediderat, ita cum Virgo, & Virgo* MARIA *generaret:* Quid nisi enim par vbique quodammodo nobilitas, cùm ex sorore altera natiuitas, ex fratre altera?

MARIA specialiter Dei soror. Nyssen.

Ambr.

12. Vultisne à Propheta discere? *Generationem* (ait) *eius quis enarrabit?* Quo loco, vt doctè colligit noster Gabriel Aluarez, ex antecedentibus claritudinem generis describere Vatis mens est: Porrò, quemadmodum idem, cæterique ferè adnotant Explanatores, nunc de sempiterna, nunc de temporanea, aliquando & de vtraque simul generatione declarant prisci, recentésque Interpretes: Citat ille multos primæ classis: Verùm vnde claritudo tam immanis, cuius præstantiam verbis significare impossibile sit? *Quia* (inquit) *abscissus est de terra viuentium:* At nonne filij omnes abscissi de terra viuentium? quid enim filius, nisi *origo viuentis à viuente coniuncto in similitudinem naturæ?* Non tamen omnes filij natiuitate eximij; sed qui auos, genitorésque sortiuntur illustres: quòd si indicata verbis illis emanatio per intellectum, vitalem nempe, potentiam, sed hoc tam arduum non est, vt capi non valeat, cùm & Philosophi, & Theologi passim reuelent: Libet Ruperti Abbatis super hac re audire sententiam, qui libro 2. in Isaiam, cap. 19. inquit: *Sed vtramlibet generationem quis enarrabit? nam vtraque mirabilis, & vtraque ineffabilis est: nam ineffabile est, quod de diuina generatione Pater in Psalmo: Eructauit, inquit, cor meum Verbum bonum: Ineffabile idem est, quod de carnis generatione rectè hic dictum intelligitur; quia abscissus est de terra viuentium; de terra, inquam, non morientium, siue mortuorum morte peccati, qua omnes in Adam mortui sunt; sed de terra viuentium; id est, de terra virginea per sanctum viuificata Spiritum, abscissus est:* Duæ igitur fuerunt glebæ; altera viuens, & benedicta, Paradisi scilicet spatia, antequàm offenderet protoplastus; altera Creatoris anathemate percussa, ob delictum, ac proinde tribulos solùm cum spinis, mortis opera, cultori restituens: anterior illa gleba duobus prætereà nominibus memoranda; nam & virgo erat, cùm vomere non indigeret. Erat etiam prima virgo: hanc enim nulla antecessit: ergo abscindi de terra viuentium, est ab-

Isai 53. Aluarez.

Rupert.

Christus abscissus est de terra viuentium, idest de terra virginea per Sanctum Spiritum viuificata.

scindi

ſcindi de terra, quæ fit prima virgo: Hinc itaque generatio clariſſima, hinc ineffabilis; quia eius Auctores, & æternus in Cœlo Genitor, & in terris cum tempore Mater, primæ virgines fuerunt.

SECTIO II.

Ne in mortalia labamur, à venialibus cauendum: quò præcepta tutò adimpleamus, conſilia etiam ſeruanda.

13. ADuertimus ex principio Commentariorum Hieronymi in Eccleſiaſten, Epithalamij huius ſtructorem nominis affectaſſe paupertatem huius in libri fronte: neque enim, vti aliis in codicibus, aut generis claritatem nunciat, vt qui ſit prognatus ex nobiliſſima tribu Iudæ, Dauidem Auctorem habens Regem in paucis & ſanctitate & doctrina & belli ornamentis illuſtrem; aut ſcepti & opum potentiam, vt qui dominetur in Iſraël; habitet autem in Sion vrbe perfecti decoris, de qua glorioſa dicta ſunt: quam Deus cœli præ aliis ciuitatibus ſingulariter diligit. Quæ hæc deſpicientia vniuerſæ pompæ, atque in eo quidem metro, quod totum gaudioſum eſt, & lætificans? Nimirum, optabat ſignificaſſe nobis Verbi diuini amplexibus hoc iungi Hymenæo animam, quæ ſæculo valedixit, &, vt loquitur ſanctus Doctor: *Virum conſummatum, & calcato ſæculo preparatum:* Sed quorſum iſtiuſmodi philoſophantium genus, diuitias, honores, voluptates contemnant? Nunquid non & his pollentes Sancti fuêre, æternam adepti ſunt repromiſſionem, quibus dignus non erat mundus? An ſoli pauperes, aut qui deliciis terga verterunt, in Olympum transferendi? Nônne & iuſtus ſepties in die, id eſt multoties venialiter cadit: nec tamen ideò Tartaro deuotum caput, beatæ patriæ ciuis potiùs futurus? Subſcribimus illis: ſed tamen locupletes ægrè cœli limen intrant, quoniam anguſtæ ſunt valuæ, & illi, quia Crœſi, craſſi nimis: Venialiter offendens quoque ſub Numinis amicitia eſt: at ſi leuia iſta deſpiciat, modica ſupinè ſpernens, facilè in magna decidet, & mittetur in gehennam ignis: ergo tantum carpere iter volens, adiungat præceptorum amoti conſiliorum obſeruantiam, tanquam vallum; & ne lethali cedat noxæ, à venialibus temperet: hoc faciens viuet.

Verbi diuini amplexibus iungitur anima quæ ſæculo valedixit.

14. Vocauit ad ſe in montem Sina Creator Moyſem, cui legum tabulas eſſet daturus, vetuit autem conſcendere quempiam de populo vna: Sed non faceſſunt hæc ſtuporem: demiror tamen, quòd tantus ſit, tam ſedulus, ne quiſquam vel fimbriam montis tangat: *Ne tangatis (inquit) fines illius: omnis, qui tetigerit montem, morte morietur*, Exod. c. 19. verſ. 12. Vt quid tanta religio erga montem? Iuſſit quidem, ne aſcenderent: quo verò de aſcenſione nullum eſſet periculum, præcepit, ne tangerent: At huius mandati quænam vtilitas? licèt enim populus tetigiſſet montem, quænam inde irreuerentia? Animaduerte, vt tum de condendis legibus, quas Hebræi obſeruarent, tractatum à Creatore: nam digito ſuo Exod. 19.

Decalogum ſcripſit, quem Moyſi vulgo intimandum tradidit: Voluit igitur, intelligerent, quo pacto præcepta, quæ obligant, ſeruari poſſint? nempe, per eorum, quæ remotiora ſunt, & quorum non eſt obligatio, cultum: vt, quemadmodum is à monte viocendo plurimum diſtat, qui ne tangere radices, & baſim audeat: ita, qui timidus eſt in eorum tranſgreſſione, quæ animæ mortem non afferunt; diffi illinè mandata violabit, per quorum conſtactionem Dei amicitia, quæ animæ ſalus eſt, deperditur; Nihil ad legum conſeruationem magè idoneum præſcribi potuit: Notauit prudenter Oleaſter in præfati capitis tropologia: *Etiam hic pulchram (inquit) habent admonitionem Prælati, vt cùm velint præcepta ſua à ſubditis ſeruari, prohibeant initia tranſgreſſionum, ob hanc cauſam fortè Dominus Euæ prohibuit (ea teſte) arboris interdictæ contactum, ne contingeret eam venire ad eſum: quare & hic Dominus non ſolum prohibet montis aſcenſum, ſed contactum: ideò enim prohibet tangi, ne contingeret aſcendere: Optimum eſt, ſi quid præcepto prohibes, ſepem, aut murum addere; quoniam, vt apud Prouerbium eſt, in arca aperta etiam iuſtus peccat. Vbi ſimul dicte, quàm ſit cauendum, peccati ad terminos accedere, ſi vis non peccare.* Oleaſt.

15. Profectus ad Eliſeum Naaman Princeps militiæ Regis Syriæ, ægrè tulit quòd eum neque tetigiſſet, neque vidiſſet Propheta: *Putabam*, inquit, *quod egrederetur ad me, & ſtans inuocaret nomen Domini Dei ſui, & tangeret manu ſua locum lepræ & curaret me.* Reg. 4. cap. 5. verſ. 11. Sanè rectè, quod legis exactus fidiſſimúſque cuſtos Eliſeus leproſum minimè tangit: nam id Hebræis illicitum, Leuit. c. 13. & 14. Verùm, cur non obuiam procedit, non ſalutat, quando id non prohibitum, & officij atque humanitatis extitiſſet? Sanè viri ſancti, & timorati, vt ea, quæ per legem tenentur facere, indifficulter præſtent, ab iis abſtinent, ad quæ lex & prohibitio non extenduntur: fuit enim virorum ſpiritu talium talis perpetuus, & ſalutaris vſus: Vt igitur Eliſeus, quod per legem facere iuſſus eſſet, nempe ne leproſum contingeret, ſine onere, aut faſtidio obſeruaret; id etiam exequutus eſt, ad quæ lex non adigebat, ſcilicet vt nè videret quidem lepra infectum: Quis enim nouit, ſi fortè colloquia cum Principe miſcuiſſet Vates, non aut eius precibus, aut blanditiis, aut muneribus ſuperandum? Bonum eſt cellæ parietibus muniri, ne intuearis, quod illicitè concupiſcas: Sed nunc, vbi Eliſeus quiſquam? Etiam non vocati Principes adeunt, intrudunt ſe Optimatum aulis, cùm tamen Propheta ſpondeat, quoniam, *qui portauerit iugum ab adoleſcentia ſua, ſedebit ſolitarius, & tacebit: quia leuauit ſe ſupra ſe; ponet in puluere os ſuum:* At iſti cineris obliti in purpuram os poſuerunt: Vereor, vt vnquam lepræ mederi poſſint: *Putabam* (inquit fatuus Dynaſta) *quòd egrederetur ad me, & tangeret manu ſua*: Erras Naaman: Monachi non diſcurrendo per Regum atria, lepram auertunt; ſed orantes in cubili ianuis clauſis coram Patre, qui in cœlis eſt: Verùm pro capitali noſtro ſcopo benè ex Sodalibus Nicolaus Serarius in allegatum caput: *Itne ergo ſeſe ad Prophetam accingit Naaman: ſed ad eum ille domo egreſſus non eſt: cauſam cenſent Procopius, & Theodoretus quæſt. 19. quòd legis adeò ſtudioſus eſſet Eliſeus, vt ne immundi quidem*

4. Reg. 5. · Leuit. 13. · Thren. 3. · Serar.

dem hominis aspectum, multò minus contactum ferre vellet: vt, scilicet intelligeremus, quam eorum mores, & consuetudinem defugere oporteat, quos grauiorum scelerum, infidelitatis, ac hæreseos lepra inquinat.
Tostat. Tostatus breuiter tom. 3 in Matth quæst. 12. in c. 8. *Elisæus autem obseruans legis diligentiam, non exiuit, & tetigit Naaman; sed misit nuncium ad eum, quod iret in Iordanem, & lauaretur.*

16. Isaiæ 6. Eleuatus in spiritu Isaïas vidit solium gloriæ magnificæ, & circum adstantis Seraphim: *Sex alæ vni, (inquit,) & sex alæ alteri.* cap. 6: vers. 2
Bernard. Præclarè Bernardus serm. 5. de verbis exordialibus huius capitis: *At quid multiplicitas ista pennarum?* An non duæ sufficiebant, præsertim Spiritibus, qui pondere carent? Num forsan ob pompam & maiestatem? nam & Principes huius mundi propter gloriæ splendorem, magna eos stipante caterua incedunt. cùm ad seruitia centesima abundaret pars? Ita arbitremur, cum aliis repræsentari multis, vt principem in Hierarchia locum obtinere credamus, qui tantis affluunt pennis: aut fortasse Luciferi casu perculsi de pennis tam diligens prouidentia est, eò quòd ille propter alarum inopiam ceciderit: tentauit enim vna tantùm cum ala volitare, eodem assertore mellifluo Abbate: *Superbus ille Lucifer lucem præferens, non ignem habens, altera tantum innixus ala, casum facere potuit, non volatum*: Sed Angeli fastuosi ruina vt duabus armarentur pennis, suadere potuit: quando istæ sufficientes in altum attollere à præcipitio seruare; quorsum etiam sex alæ? Sane id, quod ad volitandum per se necessarium est, & sine quo non, duæ sunt alæ, vt docet natura auium penè omnium exemplo: itaque sine his volucres quocunque optent se librare nequeant: Vt igitur hoc, quod per se requisitum est, sartum tectum maneat, addunt insuper de non necessariis: nam certè habentes duas alas, à lapsu tuti sunt quoad his præstant: sed tamen in periculo versantur; quia, si vna deficiat ala, in sublime ferri nequeant: Iam verò sex habentes pennas, impossibile est, vt aliquando pennarum inopia laborent: O Angelorum diligentiam! ô nostram amentiam! illi, qui præ amoris Ætna euomunt flammas cubitorum quadraginta nouem; in quibus, non dicam aliquid tepidum, aut obscurum existat, sed nihil non summè ardens & lucidum, pennas multiplicari vehementiùs optant, & nobis duæ, non tres, non quatuor alæ sufficiunt: nobis satis mandatorum custodia, à lethalibus iniuriis abstinere, & præclarè cum nostra salute actum putamus! Sed heu, quoniam antemurale despeximus, & murus noster dissipatur: quidni enim in præcipitia laberemur vna solùm contenti ala, quasi nos Lucifero robustiores futuri, quem vna innitentem ala casus irreparabilis excepit, æternùm relegatus, ne videat gloriam Domini? si vis mandata seruare, & vltrà etiam cole, alioquin decipietur spes vna tua. nemo mergitur, quo ad fluminis ripa cubat: sed pauci ita dormientes non in gurgitem ceciderunt, qui & eos velut plumbum absorpsit.

Proinde Dauid sapienter rogabat Psalmo 63.
17. Psal. 63. vers. 1. *Exaudi, Deus orationem meam, cùm deprecor: à timore inimici eripe animam meam*: Quid opus est, ô Rex, vt etiam ab hostium formidine libereris? Absint, qui nocere cupiunt, timor malum afferre nequeat: imò verò vtilis fuerit metus aliquis: nam cautum reddet, & vigilare faciet, ne quando aduersarius, velut fur dormienti, & securo obrepat: At sanè, cùm hostis aduentat, præcursor eius formido est, quæ aut oppida, aut nationes terret; tunc pauent vrbes, omnis tabescit & mœret sexus, clamant cum senibus & virgines & pueri: quis nos liberabit à timore superuenientis iræ? Quid vociferamini, ciues? Petite ab hostili liberari gladio: panicus iste metus quodnam damnum allaturus sit? Sed tamen non aliud ingeminant, nisi à formidine, & furoris expectatione eximi: Pulchrè quidem: nam benè norunt, si timendi nullum sit fundamentum, securos esse posse de inimicorum aduentu: Noli, anima, expectare hostis congressum: dubia est salus, quæ pugnæ exitu stat: propelle, quæ hostem antecedunt: præclude tentationum vias: sic præcauendo remotiora, incolumis eris: illa imprimis detestanda sunt, quę metuere, & vacillare faciunt; illa, quæ scrupulosam conscientiam generant; quando anxius hæres num legis terminos prætergrediaris, an non: auerte lumina quantocyùs ab istis, alioquin vide quoniam hostis timores istos proximus subsequitur, & non remorabitur ingredi vrbem, quam desolatam faciet: Concinnè Hilarius in Hilar.
eum Psalmi versum: *Ait enim: A timore inimici eripe animam meam: Deus enim non tantùm orandus est, cùm, quæ timentur, ingruerint; sed timenda ea sunt, quæ, cum cœperint adesse, dominantur. & semper, atque indefessis precibus orandus est, vt nos à timore eorum, quorum dominatum timemus, eripiat: Propheta ergo ad omnem timorem trepidus sollicitus, Deum orat.*

Sed, quemadmodum essent præcepta Dei colenda sollicitè Parœmiastes eleganter repræsen- 18.
tauit Prouerb. cap. 7. vers. 2. *Fili, serua mandata* Prou. 7.
mea, & viues, & legem meam quasi pupillam oculi tui: Quare singulariter pupillæ ad instar, & non sicut, aut manum, aut pedem, aut frontem, aut genas seruamus? Sanè inter corporis partes luminibus natura munimen prouidit, quo proteguntur quasi aggeribus & muro: Disce ex Ambrosio lib. 6. Hexameri, c. 9. *In quorum medio* (de Ambros.
oculis est sermo) *pupillæ sunt, quæ videndi munus operantur; hæ, ne qua incidentis iniuria offensione ne lædantur, pilis hinc inde consertis, velut quodam vallo, per circuitum muniuntur*: Non hoc in facie, non in manibus, non in plantis, quæ nuda destituit natiuitas, si non ars de vestium generibus propugnacula attulisset: Quando igitur velut pupillam oculi custodienda mandata ordinat, vallo & obsidione cingenda insinuat: At quodnam erit vallum præceptis? Equidem consiliorum, quæ non obligant, reuerentia; sollicitum studium vitandi leues noxas, Nónne ita quidem? Nam, vt quid putas datæ sunt luminibus palpebræ, quæ occultent? pili, qui defendant? Certè ad puluerem, ad festucam arcendam: neque enim contra fortiores hostes iuuantur: Sed percipiamus ab eodem Ambrosio: *Vnde tutum auxilium postulans* Ambros.
Propheta ait: Custodi me Domine vt pupillam ocu- Psal. 16.
li: vt protectionis diuinæ fieret ei tam sollicita & tuta custodia, quam pupillam oculi tutissimo quodam natura vallo munire dignatus est: simul, quia innocentia, & integritas leui sorde adspersa violatur, & gratia sua munus amittit; & ideò prospiciendum, ne quis eam puluis erroris oblimet, aut vlla vexet festuca peccati: Itaque pro puluere & festuca defensio est oculis ab Auctore rerum; ac proinde

quando

quando idem Auctor legem ſeruandam monet quaſi pupillam oculi, ab iis cauendum innuit quæ myſticè ſunt puluis, atque feſtuca; quid autem iſta niſi venialia delicta? Vita leuia iſta, & ſecurè mandata cuſtodies, legem adimplebis.

19. Sed culpæ iſtæ quarum non eſt pondus, dices, haudquaquam mortem animæ afferunt, proinde neque præiudicare eidem poterunt: quare de tam minutis non eſt, quòd anxij ſimus, facile namque eluuntur, facilis eſt medicina, quando per illa ſpiritus non ægrotat vſque ad mortem: robur aliquantùm imminuunt, ſed reſtaurantur abſque vexamento: At tu, qui hæc affirmas, conſidera mihi, vitam hanc ſtadij, & agonis inſtar eſſe. Scis Paulum ita monere Corinth. priori cap. 9. verſ. 25. *Sed qui in agone contendit* (inquit,) *ab omnibus ſe abſtinet*, id eſt, amictum vniuerſum proiicit, vt non inuenuſtè expoſuit noſter Pineda ad verſ. 20. cap. 1. Iob, num. 9. & illud ritum de Gregorianis ex hom. Euangeliorum 82. affert: *Nudi ergo cum nudo luctare debemus: nam ſi veſtitus quiſquam cum nudo luctatur, citiùs ad terram deiicitur, quia habet, vnde teneatur*: Certè in gymnaſiis ethnicorum, vbi variæ exercitationes, & imprimis colluctatio, etiam & virgines ſine indumento aliquo priſcorum temporū barbara impuritate: quare Propertij Muſa lib. 3. de ludis Lacon.

1. Cor. 9. — *Pineda.* — *Ad luctam nudi procedebant: pugiles. & oleo delibuti.* — *Propert.*

Multa tua, Sparte, miramur iura palæſtræ;
Sed magè virginei tot bona gymnaſij,
Quod non infames exercet corpore ludos
Inter luctantes nuda puella viros.

Itaque, vti innuebat Gregorius, ne haberet, quod prehenderet aduerſarius, palæſtrita veſtem euectam exuebat: inſuper & oleo corpus vngebat, quo tenentis manibus elabi poſſet, & eludere ſpem aggreſſoris: Chryſoſtomus enaratione 2. in Pſalm. 40. *Quemadmodum enim oleum efficit, vt athleta elabatur è manibus aduerſariorum*, &c. Taléque nonnihil Dionyſius de eccleſiaſtica Hierarchia, cap. 7 p. 3. Ambroſius præfatione in Lucam: Nónne certè his præmunitum ſubſidiis gymnicum, ſatis arduum vir proſternat athleta, nudum ſcilicet & proper vnguenta è brachiis, & amplexibus fluentem, ceu limoſus piſcis è manibus capientis abſque ſenſu labitur? Quid faciat coronandus? Equidem ſumit ex pulueribus, & proiicit in hoſtem: non fugit ab oleo cinis, indurratur magis & concreſcit, talique ſtratagemate adiutus qui colluctatur, reperit vnde ſtare cogat deinceps quoad in terram deiiciat, & ſuperet, acclamantibus victori inſpectoribus: Proh & exigui pulueris iactu confuſum pugilem valentiſſimum! Et erit, qui puluerum nocumenta contemnat? Attendite, robuſtiſſimi, & videte, quoniam ſæuior hoſtis eſt, quam vt vos arbitramini, qui à vento rapitur puluis! minutæ illæ culpæ, quæ puluis ſunt, afferent excidium ſtrenuiſſimis ducibus, quoniam ſilenter fortitudinem eius comederit quaſi vermiculus tenerrimus trabes demolitur, quæ æternùm duraturæ videbantur: Sed quoniam ad terrendum audaces iſtos, qui ob leue pondus, ob corpus breue puluerem deſpiciunt, venialia ſicut aquam bibunt, oratio noſtra frigida, & ineloquens eſt, proferamus nonnulla, quæ Nili Abbatis ſuppeditauit Aſceticum: *Nudum* (inquit,) *imò verò vnctum oportet certare: nuditas enim facit, vt ab aduerſario luctator apprehendi non poſſit: vnctio autem, vt ſi quando fuerit apprehenſus, elabatur: proptereà luctatores puluerem aduerſariis conantur aſpergere, vt olei lenitatem imectu*

Dion. Areop. — *Ambroſ.* — *Chryſoſt.* — *Puluis cur à luctantibus aſpergeretur aduerſario?* — *Nil. Abb.*

pulueris exaſperent, atque ita faciliùs eos apprehendere valeant: iam quod illic eſt puluis, id in noſtro certamine eſt in terrenis rebus occupatio; & quod illic eſt oleum, hic eſt quietis ſtudium ab omni ſollicitudine vacuum: & quemadmodum illic, qui vnctus eſt, facile vitat, quas ipſi vocant apprehenſiones: ſin puluerem admiſerit, ægre colluctantis declinat manum, ita hic qui nulla de re ſollicitus eſt, difficilè capitur à Diabolo: quod ſi occupatus eſt, & ſollicitudine tanquam puluere in mentis exaſperat tranquillitatem, ex illius manu haud facile effugit.

At, vt noueritis, quo pacto inanes iſtæ arenæ grandes demergunt onerarias, cinis gigantes proſternit, depromam ex Auguſtino, quonam more Catholicus in Manichæorum prolapſus ſit: is tractat. 1. in Ioannem, ad illa cap. 1. *Omnia per ipſum facta ſunt*, ita enarrat: *Nam, neſcio quis tædium patiebatur a muſcis: inuenit illum Manichæus tædio affectum; & cum diceret, ſe non poſſe pati muſcas & odiſſe vehementer illas, ſtatim ille: Quis fecit has, inquit? Et quia tædio affectus eſt, & quia oderat illas, nō auſus eſt dicere: Deus illas fecit: Erat autem Catholicus: Ille ſtatim ſubiecit: Si Deus illas non fecit, quis illas fecit? Planè, ait ille, ego credo, quia Diabolus fecit muſcas: Et ille ſtatim: Si muſcas Diabolus fecit, ſicut te video confiteri, quia prudenter intelligis, apem quis fecit, quæ paulo amplior eſt muſca? Non auſus ille eſt dicere, quia Deus fecit apē, & muſcam non fecit, quia res erat proxima: ab ape duxit ad locuſtam, à locuſta ad lacertum, a lacerta ad auem, ab aue ad pecus, inde ad bouem, inde ad elephantem, poſtremo ad hominem, & perſuaſit homini, quia non a Deo factus eſt homo: Ita ille miſer, cum tædium paſſus eſt a muſcis, muſca factus eſt, quē Diabolus poſſideret: Beelzebub quippe interpretatum dicitur Princeps muſcarum: de quibus ſcriptum eſt: Muſcæ morientes exterminant oleum ſuauitatis*: Videtíne, vt propter muſcam, hominem negauit, quem Deus creaſſet? Quid magè obſcurū muſca? Quid homine clarius? A muſcæ negatione ventum eſt, vt homo negaretur manibus Dei plaſmatus fuiſſe, quem apertè Scriptura teſtatur à Deo conditum ad imaginem & ſimilitudinem ipſius? Leue tædium eſt, ob quod eorum recitationem pertranſis, quæ ſine onere, ex deuotione tantùm piæ mentis, quotidie ad Virginem beatam, aut de Cœli incolis tutelarem aliquam pronuncias: ab hoc faſtidio pergitur ad quidpiam ominendum, quod conſcientiæ & noxarum Iudex plurimùm commendauit; ſed tamen alligare noluit: itur ab iſtis ad tertium, fit veniale piaculum eccleſiaſtici penſi aliquid relinquendo ob materiæ paruitatem: tandem aut Officium integrum, aut magna eius pars contemnitur, lethale perpetratur crimen; ſic eius, quæ videbatur ſcintilla, incendium eſt exitus. 20.

Auguſt.

Nónne vides, quàm immanes ſordes pulueres neglecti aluot? Egrediebatur de Ægypto phalanx Hebræa per deſerti abitura viam, & iuſta eſt veſtigiis integumenta quærere: *Renes* (inquit) *veſtros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus*. Exodi cap. 12. verſ. 11. At, cur non faciem magis, non caput, non manus vel pectus abſcondi imperat? Volebat profectò cauendum eſſe à puluere: pedes autem ſunt, quibus maximum à luto, & puluere imminet diſcrimen, quoniam totius corporis à pedum venuſtate dependet pulchritudo: idcircò apud Hieremiam de vrbium formoſiſſima mœrens conqueritur: *Et egreſſus eſt à filia Sion omnis decor eius*. Thren. cap. 1. verſ. 6. 21.

Exod. 12. — *Thren. 1.*

Quo

Quomodo amissus, atque deturpatus omnis vniuersim decor? *Sordes* (inquit) *eius in pedibus eius:* Nihilne de fronte, nihil de oculis, nihil de genis candidis & rubicundis olim, nihil de lactea ceruice, nihil de vberibus, nihil de manu? de pedibus tantùm, *Sordes in pedibus eius*, & tamen omnem speciem defunctam, & emortuam asserit? Odiram à pulueribus, & neglecto luto plagam? Benè igitur, quod de Ægypto exituros, calceatos procedere iubeat, Verùm, quamobrem non legimus, dum sub Pharaone populus habitator esset apud iniquam gentem, à Numine imperatum, vti calceamenta portarent; sed nunc, cùm abire tentant: Intellige medius fidius, Ægyptus mundi typus est, ibi quoniam frequentes occasiones labendi in mortales, grauioresque noxas, populus fidelis & sanctus sua sponte ab istis caueret, neque opus monitore, cùm serpentes, & vepres crebrò occurrerent, quæ lacerarent pedes: itaque peccatum letiferum pius quisque facilè deuitat, ingerente horrorem sceleris immanitate: desertum autem Religiosorum vita atque status est; hîc rarò aliquid de serpentibus, de spinetis, aut aculeatis silicibus, quæ plantas vulnerent; quare locus iste quidem inuitabat ad deponenda calceamenta: quid enim istis opus, quando nihil in via, quod graue nocumentum afferat? Ergo, vt & hic calceos non abiiciant, Creator admunet: quoniam, etsi non à morsibus serpentum, non ab aculeis metus sit ob soli reuerentiam: tamen à puluere egregium periculum est, ne fortè quasi minutos aduersarios Israëlitæ despiciant viles cinerum atomos; contingat autem ex horum contemptu serpenti & vepribus locum dari, & pungant sanè vsque ad mortem.

22. Thren. 1. Sanct. At & locum Hieremiæ ex Thren. cap. 1 vers. 8. expendamus magis: *Sordes eius* (ait) *in pedibus eius:* Adnotat verò doctè noster Sanctius, Hebræam voculam בְּשׁוּלֶיהָ *besuleh*, pro qua vulgatus transtulit *in pedibus*, significare prætereà partes illas vestimentorum, quæ extremæ sunt, atque pedes lambunt, quas fimbrias appellamus, igitur querela est idcircò, quòd hæ vestis partes sordidæ appareant; Sed, vt ego concedam, istud sua dignum esse reprehensione: nam certè in tam speciosa virgine, qualis erat Sion, cui nulla similis tum sub cœlo omnia & polita, & nitida debeant conspici tamen quantum est hoc, vt dicatur, *Egressus est à filia Sion omnis decor eius?* quasi verò cum deformi limbo non possint alia affabrè venusta coniungi? Nisi fortè contendas ex Psal. 44. vers. 14. in ora cycladis positum omnem splendorem; nam ibi de extima parte, *Omnis* Psal. 44. *gloria eius, filiæ Regis ab intus, in fimbriis aureis circumamicta varietatibus*; Cùm igitur vestis totus honor in limbo, non mirum, si hoc deturpato affirmet, amissam firmitatem vniuersam; Quis credat à fimbria pendere totam amictus gratiam? Illa, quæ tibi nouissima apparent, & contemptibiliora, caue, ne puluere infici sinas: vallum reliquæ telæ, fimbria est, circundat & protegit illam; hoc amisso Palladio ruet Ilium, & ingens gloria Dardanidum; exteriorem hominem fateor repræsentat limbus, qui deforis est: agnosco etiam virtutem præcipuè ab intus manare; sed crede, nisi externi gestus cum omni modestia, cura habeatur, deficiet interiùs vigor: denique meminisse semper oportet Sioni inclytæ vrbi obiectas in vestigiis sordes, vtque formidandæ stragis causa extiterint.

Quantis à Deo locupletatos donis primus homo? Quàm fœlici in statu creatus? Sed miror, cui deliciosam vitam, & locum voluptatis præparauerat, cur agriculturam exercere velit, *Tulit ergo Dominus Deus hominem, & posuit eum in Paradiso voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum.* 23. Genes. cap. 2. vers. 15. Ad quidnam vtilis labor iste? nam neque ciborum exigit necessitas, non morbus aliquis sobriam exercitationem postulat, non lucri causa suscipitur; Basilius Seleuciensis orat. 2. *Exundans bonitatis diuinæ opulentia mox vt creatæ res fuerunt, mouit ad operationem, fecitque creaturam suæ bonitatis instrumentum, proptereà hominum manibus terram excoli fecit*: Expendo, vt *exundantem* appellet diuinam bonitatem, & subiungat, fecisse creaturam instrumentum huiusce suæ bonitatis: Quid patrauit? Nimirum, impulit hominem, vt quanquam satis tutos videbatur cum adminiculis cœlestium donorum; tamen ad abundantiam præsidiorum, ostium præcluderet socordiæ, terram colendo; hoc fuit exundans bonitas: Sed quid opus fuit tanta munitione, vtque adderetur nouum sepimentum? Multa sanè necessitas: Nam, quoniam maritum Eua non imitabatur, otiosis vacauit colloquiis non solers femina, & ab hoste callido decepta est; Auctor Rupertus lib. 3. de Trinitate, & operibus eius, c. 2 *Mulier corpore, & oculis vaga dum incontinenter deambulat, fortè prospectans, qualis extra Paradisum mundus esset: & dum serpens, tempore astutus, dulcedini terræ illius propius, & ambitiosius inhiat, locus Diabolo datus est, & occasio breuiter porrecta, vnde tentaret Euam*; Cernis, vt non frustrà Numen monuerit, ab otio cauere: glebam aperire, & tundere! Nihil tam securum, ne etiam ipse Paradisus, cui non sit opus munimine, quando adhuc relictus sit homo, qui aut delinquere possit, aut in bono permanere: nunquam obfuit antemurus.

Gen. 2. Basil. Seleu. Rupert.

Sectio III.

Contemplationis deliciis frui cupientem, oportet omnibus seculi curis valedicere.

Mirati sumus, quamobrem Salomon, qui in vestibulo aliorum librorum se, & filium Dauidis, & Regem Israël nuncuparit, huius in limine Cantici titulos externos omiserit, nuda Salomonis contentus nuncupatione: Ac placuit cum cæteris causis illa: nempe, quòd codex iste mentem castis sponsi sui amplexibus per sacrum contemplationis fœdus iungat: Quoniam igitur metri finis sit, diuinarum cogitatio rerum, Salomon indicaturus expeditam debere esse animam, & terrenis purgatam affectibus, quæ supergressa sit mundum, & strepitum compescuerit tumultuantium curarum: omisit, quicquid, aut ad carnis molestam procurationem, aut ad negotia ex iniuncta Monarchia, spectare poterat: proinde non Dauidis soboles, non regnator in Sione potentissima vrbe: sed nudè Salomon! O certè regnorum pondus! nisi enim sarcina fuisset imperium, & corona, nequaquam prudens Rex, mox vt volare instituit, contemplationis adiutus alis, & empy- 24.

tea

rea transcendere, sceptri memoriam deposuisset, Salomon tantum, postquàm euasit contemplans, ne si etiam Rex, præpediretur à volando. Non stupeo, imperante Salomone florentissimam visam Monarchiæ ideam, si quæ vnquam sub Principe aliquo visa est; quando ille nouerit contemplationi interdum vacare, consopita ad interuallum regnorum memoria: Verùm assumpto insistamus themati.

25. M... nimum pusioné nobis describit Isaias, qui ... inanimans audeat cum draconibus pugnare, *Et delectabitur infans (ait) ab vbere super foramine aspidis & in cauerna reguli, qui ablactatus fuerit, manum suam mittet*, Isaiæ c. 11. vers. 8. Porrò hic aduertendum est, ex specubus, atque antris olim data oracula. Lucan. lib. 5

Isaia cap. 11. verba de Bapt. ... Lucan.

——Sacris se condidit antris,

Incubuitque adytis Vatesibi ... A...

Oracula ex specubus emissa olim. Strabo.

De omnium celeberrimo Delph... ...aculo Strabo libro 9 *Oraculum ipsum (aiunt) ... specum alti... mè depressum, aditu non admodum lato:* Quo ex specu draconem responsa dedisse Lucianus de Astrolog. significat, ... ; *loquitur draco sub tripode.* Igitur putarim hæc verba de Ioanne, Christi Prodromo, non inscitè construi posse: vix enim fasciis solutum, in eremum profectum, vbi in spelunca prope Iordanis fluenta delituerit, nobis tradidêre Historici, quos nominat Suarius tom. 2. in 3. partem, disp. 23. sect. 2. §. *Quarto paulò post*, &c. Hunc igitur a mammis derelictis in deserta cuntem draconem, nempe Satanam, ex specubus, & cauernis eiecisse, quo loca in quibus dominabatur Inferni Rector, & dubiis vaticinationibus imponebat generi humano, deinceps conuerterentur in Sanctorum Anachoretarum habitationem, vbi sequestres à rerum humanarum tumultibus iugiter contemplationi vocarent. Sed, quid miror de Ioanne explicasse Prophetæ sententiam, cùm Hieronymus inciter, qui aduersùs Luciferianos non longè ab initio de Baptista? *Planè Angelum, (inquit,) qui post materni ventris hospitium eremi deserta se latens paruulus de serpentibus lusit.* Sed cur paruulo creditum aduersùs serpentem certamen? Nam serpens quidem astutum animal est, quin & omnibus callidior animantibus: pueri, ex diuerso simplices nimium, & faciles decipi; debebat igitur crescere in eam vsque ætatem, quæ sapientes reddit homines, vt paribus videlicet armis dimicaret, id est, sapientia contra prudentem: Verùm erat contentio super specus possessione: Volebat eiicere draconem Præcursor: At, quem in finem? Nempe, quò contemplationi insisteret; Sed contemplationem diligentem, puerum esse oportebat; quippe ætas illa omnium curarum vacua est, non de vestitu, non de cibo, non de calceamentis prouidet, nihil in ... stinum coaceruat, nec tristia deprimunt, neque læta erigunt, in hoc mundo tanquam si non esset de mundo. Cùm igitur contemplatio studiosos suos eiusmodi optet, quos terrena nulla vexet, aut perturbet sollicitudo, gregiè pro spelunca, id est, contemplationis sede pugnaturus cum aspide Ioannes, ea potissimùm ætate certamen iniit, in qua contemplationi singulariter idoneus, liber sanè à negotiis, & omni huius vitæ affectu.

Hieron.

Diuitiæ & sæculum contemplationi impedimento sunt.

Ioannes lita pisa ex cauernis Dæmonem eiecit.

Suarez.

26. Formauerat Adamum Creator, visúmque adiutorium est addere sociam feminam, ex qua propagarentur orbis incolæ, vixque his recensitis Moyses continuò addit, immisisse soporem in Adam, Genes. cap. 2. vers. 21. Cur tam properè dormit? Sanè, quanquam Rupertus Abbas lib. 2. explanationum in Genes. c. 19 hominem summæ ingratitudinis arguat, quòd simul ac conditus est, in Numinis benefacientis laudes non proruperit; difficile tamen est, vt id credam, neque enim satis validum argumentum est, quòd Geneseos Textus sileat, quin indicauerim, à Iob declaratum cap. 38. vers. 7. *Cùm me laudarent simul astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei.* Porrò astrorum vocabulo irrationalia indicata, filiorum Dei nominibus intellectualem vtranque creaturam, angelicam, & humanam: Adamus igitur considerandæ diuinæ munificentiæ altissimè intentus, ferebatur extra se à grandiori contemplatione; sed mulier... formaturus Deus, noluit, vt sensus vigilarent: Quamobrem? Nempe, si intueretur se vxori alligandum, cùm qui vxori alligatus sit, de iis sollicitetur, quæ ad vxorem, & familiam pertinent, horum cogitatione aliquo aliter Adami distraheretur mens, ne tota se colligeret, & tota effunderetur in diuina: ergo, vt contemplationis interna ... dulcedine frueretur, sopiantur potentiæ, verum oculis corporis succumbentibus quiescit, cor tamen vigilet, & ... ... obtinuerit: nam ecstasim ... & à Spiritu sancto illustratum prophetice Patrum vox, quos promit Saltarius tom. 1. anno mundi 1. die 6. num. 105 Ad... mus ex Ambrosio: quemadmodum feminæ consociatio impedimento esse potuerit, ne satis tranquilla, atque stabilis esset contemplatio Libro de Paradiso, cap. 11. *Quæ est iste sopor, (ait) nisi quia pauli per ad coniugium copulandum cum intendimus animum, velutis intentos oculos ad Dei regnum, inclinare, atque inflectere videmur ad quendam somnum istius mundi, & paulatim obdormire diuinis, dum in secularibus, mundanis que requiescimus?*

Gen. 2. Rupert.

Iob. 38. 7.

Saltan. Ambr.

27. Statuit Seruator Thaboris in apicibus gloriosus apparere in conspectu charorum specialiter Discentium; & inquit Euangelista: *Post dies sex assumpsit* IESVS *Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos.* Matth. cap. 17. vers. 1. At, quamobrem post sex dies? aut qui sint isti sex dies? Sanè Exodi cap. 20. vers. 9. præceptum accepit Israel: *Sex diebus (inquit) operaberis & facies omnia opera tua: septimo autem die Sabbatum Domini Dei tui est; non facies omne opus in eo, tu, & filius tuus, & filia tua, seruus tuus, & ancilla tua, iumentum tuum & aduena, qui est intra portas tuas.* Igitur, si post dies sex assumpsit, Sabbatho quidem tulit eos: Verùm, quare hæc lux arrisit magis? Sanè propterea in montem subduxit, vt stillicidiis quibusdam perennis Beatorum gloriæ recrearet, vt discerent quàm magna esset dulcedo inexhaustæ cõtemplationis Deum facie ad faciem intuentis ex splendoribus transmutati vultus: ipsi verò & mente quoque excesserunt in profundissimam raptì theoriam: ergo vt nossent, speculationi vacaturos, debere omnem sæculi memoriam deponere, curas obliuisci vniuersas: noluit iis diebus, quibus genus humanum operibus incumbit, ad gloriam videndam transferre, sed feriandi luce, Sabbatho, nempe, quando negotiorum omnis cessat tumultus. Aut certè dicemus, sex diebus condi-

Matth. 17. Exod. 20.

tam omnem creaturam, in quorum singulos ius aliquod habeant; septimum extra potestatem creaturarum esse, quem sibi Numen integrè vindicet; itaque volentem contemplari sic vniuersam creaturam transcendere debere, vt nihil in otio eius sibi vindicet, ibi solùm moretur Deus, cætera abeant cuncta, quoad fas humanæ imbecillitati: Nunc locum suum Origenis accipiat oratio tract. 3. in c. 17. Matthæi: *Quoniam enim in sex diebus perfectè numeri totus factus est visibilis mundus, ideo arbitror eum, qui transcendit omnes mundi res, considerans iam non quę videntur, temporalia enim sunt: sed quæ non videntur, quoniam sunt æterna, ille potest ascendere super montem excelsum Christo se præcedente: ille potest & gloriam aspicere Verbi Dei: Si ergo quis nostrûm cupit Christo se assumente ascendere super montem excelsum, & videre secretò transfigurationem ipsius, transcendat opera sex dierum, non aspiciens quæ videntur, neque diligens mundum, nec ea quæ sunt in mundo, nec concupiscat aliquam concupiscentiam mundialem, quæ est concupiscentia corporum, & corporalium diuitiarum, & gloriæ corporalis; nec omnia, quæcunque solent auellere, & trahere à melioribus, & diuinis, & ad inferiora deponere: cùm autem transcenderit sex (secundùm quod diximus) dies, nouum Sabbathum sabbathizat, exultans in monte excelso, in eo quod videt transfiguratum* I E S V M *ante oculos cordis sui.*

Orig.

18. Duas classes notam nuptam colentium describit Psaltes hymno 44. primùm filias Tyri, & omnes diuites plebis, de quibus asserit, muneribus esse deprecaturas vultum eius: Deinde virgines & proximas, adolescentulas, videlicet intra puellarum quidem numerum, quanquam non tanti splendoris: de his pronunciat, adducendas esse in templum Regis: Quid in his præstantius, aut faciem Reginæ contueri, aut in eius sacrarium introgredi? Sanè postremum istud: nam liberum est omni vulgo Principum ora intueri, cùm illi in publicum vt ab omnibus conspiciantur nonnunquam prodeant: paucorum est ad penetrale admitti; hoc enim est templo intromitti: quamobrem & alij vertunt: *Penetrabunt vsque in internum palatium*, nam vox originalis, היכל *hechal*, & delubrum, & regiam denotat: Quid est verò: in penitiora loca intrare, nisi familiarem ad Reginam habere recursum & sublimiori orationis dono excellere? denique & in domum orationis, quod templum est, recipi? quam non esse modicam prærogatiuam, qua virgines filiabus Tyri antecellunt, magnus velit Basilius ad finem homiliæ in Psalmum 44. *Hæ demum* (inquit) *adducentur Regi, & adducentur, non in vnum plebeium locum, & vulgarem; sed in templum Regis: vasaque sacerdotalia, quæ humanus vsus non commaculauit in Sancta Sanctorum adducentur: Quanta sit prærogatiua in templum Regis adduci, Propheta pro seipso orans ostendit: Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt habitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ, & visitem templum sanctum eius:* Sed, quænam est hæc Regina tam noua & insolita quæ ab intima regia filias Tyri, quarum tanta fuit potentia terra, marique, quarum opes in immensum creuêre, quæ locupletes arceat? Non sic equidem Reges mundi huius; imò, qui mollibus vestiuntur in domibus Regum sunt; pauperes despiciunt; ad familiaritatem & colloquium Optimates, & viros diuitiarum tantùm admittunt: Ecce viro se creti; Profectò sponsæ nostræ familiaritas cum amicis per dona orationis, & sacræ theoriæ diuinarum rerum est: petunt autem huiusmodi sermocinationes quietem, atque silentium maximum: filiæ Tyri, cùm ex mercatura viuunt, in negotiis & tumultibus perpetuò sunt; diuites quinque nunquam feriantur, quos augendæ substantiæ labor, de vxore, de filiis cura, dies noctésque sollicitat: ab his vniuersis vacua est Virgo, quæ Deo, sibique attendit solùm: ob hoc igitur virgines, & proximæ, quæ sunt etiam puellæ, tantùm adducuntur in templum Regis.

Psalm. 4.
Basil.

Cur aduersùs Ananiam, & Sapphiram tam seuerus vindex Apostolorum Caput Petrus? Scilicet, negarunt de agri venditi pretio, quando mutilarunt illud: At, nónne & Simon Præceptorem suum negauit & ad vocem quidem ancillæ? Quamobrem igitur in similis naturæ condonanda noxa non mitior; quin verò & superauit multùm Petri delictum: Certè quondam homo Rex cùm poneret rationem cum seruis suis, oblato ei vno, qui debebat ei decem millia talenta, ad supplicationem dimisit ei debitum: sed, cùm hic idem inhumanior extitisset aduersùs conseruum, & tenens suffocaret eum ob centum denarios, stomachatus Rex quod misericordiam non didicisset, atque veniam consequutus, in simili non fuisset benignus, *tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet vniuersum debitum.* Matth. c. 18. à versu 23. Quare igitur Petrus, quem se negantem I E S V S sustinuit clemens, & expectauit ad pœnitentiam, non etiam erga negantes Ananiam, & Sapphiram lenior existat? Vide stupescentem, & penè increpantem Cæsarium, Nazianzeni fratrem, Dialog. 3. *Quamobrem ergo tam enormiter lapsus sanctus ille vir Petrus, & veniam consequutus, ipse quoque veniam non dedit Ananiæ, & Sapphiræ, sed in vna hora vtrosque occidit verbo? Licet nullus esset lapsus respectu illius abnegationis, aurum absconderat proprium, non alienum: vel etiamsi alienum fuisset, non est par peccatum priuatarum rerum parū quid abscondisse, & abnegasse* I E S V M. *Non dementia est, primarij illius aduersùs sontes terror; sed præscia disciplina, plurima mortalium sanantis vitia*. Sanè Christianitatis exordia in Eucharistiæ, & orationis pabulo, *Erant namque perseuerantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis Panis, & oratio* [illegible] Actor. c. 2. vers. 4: quò autem liber[illegible] oni vacarent, exonerabant se diui[illegible] quæ curas afferunt animum angentes: quæ quoquot erant possessores agrorum, aut domorum, vendentes afferebant pretia eorum, quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apostolorum, Actor. cap. 4. vers. 35. volebat autem Ananias & substantiæ partem retinere: & tamen orantibus se adiungere: arbitratus rem difficilem Apostolorum Coryphæus, & quòd in perniciem nouellæ, sed florentis tamen, vineæ cederet, putauit acriori medicamine esse vtendum, vt supplicij immanitate compesceret pullulantem licentiam, & contineret in officio recèns conuersos; proptereà quamuis ipsi pepercisset Christus, quem vehementer negauit; non iudicauit parcendum esse cogitantibus diuitias contemplationis studio impedimenta non afferre: ne si lenior fuisset, crepundialis àdhuc Ecclesia de vigore remitteret: & antè penè tepida, quàm nata fuisset: nihil dissimulandum sub initiis rerum, quæ fortia esse necesse est. 29.

Matth. 18.

Cæsar.

Act. 2. & 4.

Sub initio disciplina seuera esse debet custodia.

Obtulit

30. Obtulêre [illegible] ſacrificium duo primi fratres Caïn, & Abel: *Re[ſp]exit vero Dominus ad Abel, & ad munera eius, ad Cain vero & ad munera illius non*
Gen. 4. *reſpexit.* Gen. cap. 4. verſ. 4. Quo[d] [illegible] ad [illegible] ob[illegible] potiùs reſpexerit Abelem,
Cyrill. quia melior [illegible] ille. Percipiatur [illegible] Cyrillo lib. 3. in Geneſim: [illegible] *ſacer, ac ſapientiſſimus Abel, quæ in [illegible] primò [illegible] erant, quæque [illegible] animo delectabiliore, Deo optimo offerebat, mundúmque ſacrificium haud ignorans adipes quoque apponebat: At Cain non eo modo, ſed contrà magna cum negligentia offerebat: quæ enim ex tempeſtiuis frugibus, excellentiores eſſent, ſuis delicijs reſervabat: quæ vero deteriores haberentur, Deo maximo offerre non erubeſcebat:* Denique Paulus vndecimo ad Hebr[æos]
Hebr. 11. capite aſſerit v[erſ]. 4. *[illegible] plurimam hoſtiam Abel, quàm [illegible] obtulit D[eo], id* eſt, vberiorem præſtantiorémque: vt Græcum [illegible] denotat: nempe viuax fide [illegible], vti per orationis ſtudium de æternis ſeduló cogitaret: ab oratione autem inflammatus animus, quod optimum erat, meditabatur: Sed, quæ fuerunt adiumenta Abeli, vt per contemplationis ſtudium, [illegible] acuerer? quæve C[ai]no obſtacula ad ipſum [illegible]? Ne[illegible], fuit quidem Abel paſtor ouium, & Cain [illegible] Geneſ. c. 4. verſ. 2. quamobrem C[ain] [illegible] terrenæ diſtrahebant curæ: nam opibus [illegible] hiabat, quà amplam familiam, quò vxorem [illegible] filios ſuſtentaret: Abel, quem [illegible] ſe ioccrtum eſt, in montibus & [illegible] paſtor vtique verſabatur, vbi quietus animus ab omni tumultu liber, faciè in diuina [illegible] ergo ipſas viuendi artes [illegible] contemplationi operosè vacaret [illegible] idoneum ſolitariæ vitæ theoriæ a[illegible] rum quò remiſ[illegible] ageret, occ[illegible] me, æſtat[e], ver[e], autumno, nunquam [illegible] [illegible], ſiue arandi, ſiue ſementem colligendi, ſeu aliæ [illegible] occupationes: orandi verò ſtudio, conſ[illegible] pto, non eſt mirandum a C[ai]no repulſ[um] & indecore ſacrificatum eſſe Deo. Fauet cogitationi n[o]
Ioſeph. ſtræ Ioſephus Flauius lib. 1. Antiq. cap. 3. *Illi a[u]tem ſuis quiſque ſtudiis intenti erant: Abel [illegible] colebat, [illegible] omnibus actionibus ſuis Deum p[illegible] ratus virtuti operam dabat, paſtoralis autem [illegible] erat [illegible] ero, cùm alioquin [illegible] eſſet, lucrúmque [illegible] ſpectaret, terram quoque arare primus ex[c]ogitauit:* O[ratio] ſignificat Abelem iugi fruentem Dei [illegible], quæ iuſſimæ orationis effectus, id tamen con[illegible] eò quod eius [illegible] paſtoritia eſſet [illegible] gratia fratrem [illegible] quòd vitio [illegible] maximè, quod lucro, [illegible] occupatetur: Neque d[eſt] [ſ]ententia Rup[erti]
Rupert. Tuitienſis Abbatis lib 4. in Geneſim, cap. 2. *A[t]iam Cain, cùm Deo offerret ſua, ſeipſum ibi retinuerit, repoſitum habens in cupiditate terrena huiuſmodi portionem Deus non accipit: ſed, Prabe, inquit fili, cor tuum mihi. At Cain cor ſuum retinuit ſibi, & fructus terra obtulit Deo: Abel autem p[r]imo ſuum deinde rem ſuam offerendo plurimam [illegible] per fidem obtulit:* Igitur ad ſacrificia, orationem, aliósque reli[g]ionis actus aptiora Abelis ſtudia, quæ libera à cupiditatibus, & à tumultibus, quos ſecum aduehunt terrena lucra.

31. Benedixit tribubus Iſrael Moyſes, & Benja-
Deut. 33. min alloquutus: *Amantiſſimus [illegible] habitabit confidenter in eo [illegible] quaſi [illegible] tota die morabitur, & inter humeros illius requieſcet:*

Quæ quidem verba ſecundùm communem explanationem indicant, cecidiſſe in ſortem tribui Benjaminitæ locum, in quo exædificatum ſit templum Hieroſolymitanum: hic amor Numinis, hic ſuauiter requieſcit, proinde & poſſeſſor amantiſſimus eius, & ſedes ipſi quaſi thalamus i[ll]i: Verùm, quamobrem in hanc tribum collata tam grandia? [illegible] ob fundatoris præſtantiam. Sed melior Ioſeph, d[ign]ior Iudas. Sanè deſcendente in Ægyptum [illegible] Iacob ſobole, vnus Benjamin manſit apud genitorem: ibi domi reſidens conſolabatur [illegible] parentis ætatem, & tranquill[illegible] ſenebat in pace, Geneſ. cap. 4[illegible] ver. 4. At quid Ægyptus [illegible] aliter? Mun- Gen 41.
dus [illegible] cum [illegible] S. Da- *Ægyptus. mundus typus.*
mian. ſerm. 61. in Vig[ilia] Natiuitatis Domini:
Per Ægyptum figuraliter exprimi mundum ipſum, Pet. Dam.
diuinorum eloquiorum ſcrutatores affirmant. Ergo certè Benjaminus [illegible] mundi tumultibus liber, qui Ægypto a[b]ſens eſt, vnice dignus, cui templum [illegible] locus, nempe, orationis quis [illegible] talis [illegible] loci, [illegible] qui [illegible], & otium ſanctum [illegible], quale nullum in Ægypto, mundo ſcilicet? Dices, & Benjamin perlatum in Ægyptum, ex Geneſ. cap. 43. fateor! verum poſt [illegible] in [illegible] deſcendit [illegible], ſe[illegible] quadam [illegible] alteriuſque [illegible] periculum [illegible] autem in mundo [illegible] dunt fraternæ ſalutis [illegible], quos hi ſolum co[illegible], neque [illegible] ſed [illegible] ingrediuntur, & [illegible] quin & [illegible] nonunquam [illegible] dulcedinum potat eos
[illegible] Gloſſa apud Lippomanum Græca ad Gloſſ. Græc
[illegible] 42. [illegible] *[illegible] affirmat [illegible] Benjamin [illegible] quod Ioſephum cum de [illegible] tribus non adorauit [illegible] mores idem [illegible]* Verum ad [illegible] quod à nobis [illegible] nam proptereà Ioſephum non adorauit, quia in comitatu [illegible] fratrum non erat, domi [illegible] relictus: A[c] Gloſſæ verba ſunt. *Notandum vero, quod Benjamin neque Ioſeph, quemadmodum reliqui fratres adorauit, ideo in partes Benjamin [illegible] templi.*

[illegible] Moyſ[es], Exod. cap. 33. ver. 7. [illegible] tu- 32.
[illegible] tabernaculum [illegible] extra caſtra procul, Exod. 33.
[illegible] nomen eius, tabernaculum fœderis: At [illegible] è, cùm populum numeroſum regeret, ni[illegible], quòd non eò loci tabernaculum con[illegible] quo facilè multitudo recurrere poſſit: neque [illegible] Magiſtratus ſolitudinem petere debeat, vt quem grex frequenter deſideret, atque vt caſtris [illegible] placuerit [illegible] procul non erat eundum: ver[um] [illegible] dem Textus paulò inferius, verſ. 11. loqui ſolitum Dominum ad Moyſem, affirmat, ſ[ic]ut ſolet loqui homo ad amicum ſuum: innuit autem oraſſe Moyſem, & excelſiori contemplatione donatum: Præclarè itaque tabernaculum, in quo preces fundebat, vbi mente excedere conſueuerat, procul à caſtris, in quibus à multitudine ſtrepitus, collocarat, quando ſanè oportet eum, qui orationis ſtudio emineere [illegible], negotioſa, & inquieta omnia declinare: Ambroſ. Ambr.
epiſt. 82. ad Vercellenſem Eccleſiam: *Moyſes ſolus, qui Deum videbat, extra caſtra habebat tabernaculum, quando loquebatur cum Deo.* Nilus Ab- Nil. Abb.
bas in A[ſc]et[ic]o: *Moyſes item extra caſtra [fig]ens tabernaculum, oſtendit à tumultu bellico quàm longiſſimè abeſſe Magiſtrum oportere, & qui ad pacificum & quietum ducit vitæ genus, debere a caſtris*

cruentis esse remotissimum. Ibi & aliud non despiciendæ considerationis tangit Nilus; nempe, disquirit, quamobrem a Salomone potiùs, quàm ab eius genitore Dauide voluerit Numen, templum ædificari, cùm certè Dauidis menti cogitationem iniecisset de fano moliendo, atque is materiam plurimam, aurique, & argenti pondera eum in finem coaceruasset? Verùm Dauid omnem vitam inter strepitus strepitus consumpsit; vix nouit, quid otium fuisset, semper in procinctu aduersùs hostes: Salomon autem tranquillos annos duxit, & recessu fruebatur inturbido. Voluit igitur Numen, vt cùm fundatorem operis sacrificiis, & orationibus destinati pulsset, quem curæ perpetuum sollicitarent, de certe aduentantes precum gratia, quietam afferendam esse mentem, & in qua nulli bullirent tumultus: *Quod si quis nondum cupiditates superauit*, (prosequitur Nilus) *sed adhuc in pugna, & sanguine versatur, & tamen Dei templum ex animis humanis molitur, is, nimirum, audiet a Deo: Tu mihi templum non ædificabis, quoniam vir sanguinum es*: (1. Paralip. cap. 22. vers. 8. *pacificum enim requirit statum diuinæ templi constructio.*

Nil. Abb.

1. Paral. 22.

33. Sunamitis luctu compunctus pius hospes Eliseus, desertum tantisper reliquit, & oppido receptus, domumque plorabundæ matris ingressus, clausit puerum suscitaturus ostium cubiculi, quo iacebat defunctus super se, Reg. 4. cap. 4. vers. 34. Sed, quare domus secretò non contentus, etiam voluit cubiculum obserari? An non melius in platea ciuitatis orationi multitudine vniuersa, puerum suscitare, quò [illegible] gloriam Deo populus? Sed considera, quoniam per orationem vita restituenda fuerat: *Ingressusque clausit ostium super se, & super puerum, & orauit ad Dominum.* Quòd si quidem Eliseo orandum sit; necesse est, vt procul à turbis puerum viuificet: neque enim precatio tumultum sustinet. O bonum præceptorem Antistites! Vtinam in congregatione Antistites imitentur, si quando infirmatur, & dormitat aliquis languens Lazarus, imitant in cubile, & claudant à foris ianuam per dies non paucos, hoc est, exercitiis mentalibus vacare faciant; videbunt, quàm propè matteri, quæ in Christo genuit, consolaturus sit, nouæ vitæ incensò ardore: Non meum est consilium istud: didici à Gilleberto serm. 16. *Mortuus [illegible] quit est, qui vel tædij, vel desperationis mole obruitur in quo nihil est viuida deuotionis [illegible] spirans? bonus huius lectuli vsus, qui breui hora [illegible] tempora sequentia vitalem alacritatem transfundit; bonus lectulus, in quo nullus languor est, nisi forte languor amoris qui non versatur in infirmitate, sed in iucunditate.* Ac sanè, cùm tam cautus extiterit Eliseus, ne quam sedato menti statui vrbi tumultus distractionem peperissent, atque domus intimis se penetralibus occultauerit, ob tam iustas causas, Carmeli secessum ad breue reliquerit interuallum, eius tamen facinus eremi cultoribus admirabile potius quàm imitandum censuit Petrus Cardinalis Damianus, adeò si quæ vita est contemplationi per integrum addicta, ne ob sancta etiam negotia ad vrbes conuolare debeat: *Quod autem Eliseus* (loquitur Apol c. 28. *ad resuscitandum Sunamitis filium de montana remotione descendit, huius temporis Monachis potiùs est venerationi habendum, quàm imitandum: liceat sanè Monacho ad sæculum ex voluntate recurrere, quoties mortuum hominem ad vitam poterit suscitare*: Quasi dubinnuens, non nisi tam grandis prodigij occasione deserendam esse speluncam: atque erit sane ita, vt paucissimi eremo pedem extrahant, cùm rarissimis concessum mortuos ad vitam reuocare. Benè igitur Salomon, eo, quem de vita contemplatiua [illegible] sit libro, omnem sæculi, atque curarum memoriam aboleuit; neque Dauidis filium se nuncupans, nec Hierosolymorum Regem: sed nudo Salomonis vsus vocabulo codicis fronte.

4. Reg. 4.

Gillebert.

Petr. Dam.

SECTIO IV.

Scientiæ, spiritus feruorem [illegible] maritandum, quo sapientiæ [illegible] suadet.

DVo nomina præstantissimi [illegible] Epithalamium [illegible] tribuendum [illegible]; a rerum ob [illegible] & ingenium, & summam elegantiam, nempe Cantici Canticorum, quod inter metra vniuersa excelleret; alterum, propter affectus ob [illegible], nimirum Canticum [illegible] vocatum, quòd hic amori omnem suum [illegible] effunderet. O singulare vinculum [illegible] verè Hymenæus, cuius lampades tam igneæ [illegible] tam splendentes! Equidem [illegible] ardore [illegible]. Deo stultitia est: charit[illegible] genito [illegible] est verùm, vt Paulino [illegible] Hieronymus effatur: *Sancta rusticitas [illegible] quantum [illegible] destruunt [illegible]* [illegible] que [illegible] *Damasc[illegible]* [illegible] eadem [illegible] [illegible] c. 12. vers. [illegible] *firmamentum [illegible] quæ non inter se dissi[illegible] rusticitas & doct[illegible] iustitia [illegible] separantur.* Et luculentè quidem docta [illegible] firma [illegible] appellauit; nam verè in h[illegible] [illegible] [illegible] & hæc potenti [illegible] forma [illegible] ratam [illegible], vit fulgent [illegible] [illegible] aut [illegible] atque [illegible] edomandus [illegible] quasi [illegible] de thesauro [illegible] vetera. 34.

Hieron.

Tale [illegible] esse Aa onicum illud [illegible] nam ad [illegible] veste [illegible] pedibus, ma[illegible] [illegible] *vermiculo, ac [illegible] de auro puri, imo inter mal[illegible]* Exod. 39 vers. 24. A[illegible] facile [illegible] sapientiæ [illegible] [illegible] semitis, [illegible] indicans [illegible] Leuitæ [illegible] portare eum, in quo non sit cognitio [illegible] sacerdos [illegible] egregie [illegible] Aa[illegible] dependentia [illegible] Sed, [illegible] fructus [illegible] ex vniuersa [illegible] legerit [illegible] ornata [illegible] fructus [illegible] essent [illegible] Ante, vt regiam in [illegible] testatur [illegible] prodit. Sane [illegible] sunt [illegible] & quæ in Palæ[illegible] singulariter rubent: ergo euomit ignes fructus ardoris 35.

Exod. 39.

ardoris proculdubio inſigne hieroglyphicum eſt; Docet igitur veſtis inferior limbus, vocalem & ſapientem oportere eſſe Sacerdotem: at & à charitatis incendio ardentem eundem; non ſeorſim tintinnabula, ſed inter malogranata, vt amicitiam innuat inter ſapientiam & charitatem, quas ligari, vtráque ferri conueniens ſit; iſta verò cùm in omni ſacro Myſta deſiderentur, ſed in primis in iis, qui euangelizant, quorum idcircò ſpecioſi noſcantur pedes, & proptereà ad [illegible] Aaronis illa ſymbola: niſi enim ardeat Orator Chriſtianus atque Æthiani [illegible] contra peccatores, compta poterit eſſe eius eloquentia, ſed animabus [illegible] vtilis: Eluxit [illegible] vltima Saluatoris concione, qua [illegible] hoc mundo habuit ad Apoſtolos.

Rupert. [illegible] id à Ruperto Abbate [illegible] 13. in [illegible]; *Q[illegible] fines tunica ſacerdotalis, in extremis de [illegible] loquimur, ita Domini [illegible] que ſunt mala punica valde [illegible], niſi [illegible] qua maiora nemo habet charitatis [illegible]? [illegible] clar[illegible] eius verb[illegible] in [illegible] cœna [illegible], & mix[illegible] operam [illegible] pu[illegible] auditu dulcia [illegible] lius.*

36. P[illegible] ex Ægypto educeret Numen, [illegible] duces, Moyſem, & Aaron, al[illegible] [illegible]ſtratum, alterum [illegible]

Pſal. 76. dein *D[illegible] ſicut oues [illegible]* Dei [illegible] Pſalm. 76. verſ. 21. *[illegible] tuum, in manu Moyſi, & Aaron*; [illegible] ſingulo [illegible] in-

Orig. [illegible] Origenes homil. 27. in Numeros [illegible], operæpretium eſt, vide [illegible] *E[illegible]runt autem [illegible] manu Moyſi, & Aaron: ad excedendum de Ægypto non ſufficit vna manus Moyſi, quæritur & manus Aaron*; Moyſes indicat [illegible] le[illegible], [illegible] ſanctificandi Deo & immolandi pe[illegible]. Sanè ad Moyſem liber, & volumen legis pertinebit, proinde & ſapientiæ [illegible], atque con[illegible]; ad Aaron ſpectabant ignes, quibus victimæ & holocauſta cremabantur; idcircò & ad eum ardor, qui charitas eſt, referendus: Gr[illegible] ſub ta[illegible] Imperatoribus [illegible], coh[illegible] Hebræi: nam, quanquam [illegible] in mo[illegible] pro[illegible], ac proinde in medio luporum, qui la[illegible] ibis in lætitia, nec erit in tribubus tuis [illegible]mus: nam pro te fœderantur ſcientia, & ardor; quando verò duo iſti amicitias ineunt, omnia in tuto ſunt: S[illegible], quantum fœderantur? S[illegible], quaſi vnum ſint; neque enim in manibus Moyſi, & Aaron [illegible] plebem aſſerit; ſed *in manu*, tanquam ſit vna [illegible] manus; iterùm Adamantius: *In manu [illegible] Moyſi, & Aaron eduxit eos Dominus [illegible] non in manibus Moyſi, & Aaron: vnum enim opus vt [illegible] eſt, atque vna perfectionis exſpectatio.*

37. Per coniunctas ſcientiam, & charitatis inflammationem, in terram Chanaan [illegible] Iſraëlitis; per has in Paradiſum [illegible] Chriſtianus: ſi[illegible] collocatus eſt ante Paradiſum voluptatis Cherub, [illegible] flammeus gladius, atque verſatilis ad [illegible] viam

Gen. 3. ligni vitæ, Geneſ. c. 3. verſ. 24. Sed [illegible] mucronis forma; quis talis machæræ vſus? qu[illegible] pa[illegible] & compr[illegible] flammas [illegible] bellat[illegible] atque [illegible] fa[illegible] At non in P[illegible] ſſus, niſi talem per[illegible]: Sanè Paulus gladio adumbrari verbum, ex quo ſermo ſapientiæ eſt, innuit c. 4 ad Hebræos, verſ. 12. *Viuus eſt enim* Hebræos. *ſermo Dei*, inquit, *& efficax, & penetrabilior omni gladio*. Sed inutilis ad Paradiſum ſcala abſente ardore charitatis, ſcientia; igitur ardentem eſſe neceſſarium eſt gladium, qui verbum eſt: quomodo autem poſſit ardere niſi [illegible] flammis. Benè itaque flammeus enſis, qui lignum vitæ defendit, vt ſimul & ardeat, & illuminet: Bruno apud Tilmannum in Allegoriis. *Cherubim plenitudo ſcientiæ interpretatur, Eccleſiæque Doctores ſignificat, in quibus [illegible] & ſapientiæ theſauri ſunt reconditi: cum autem quis de Paradiſo, id eſt, de ſancta Eccleſia propter peccatum ſuum eiicitur ne ad lignum vitæ, id eſt, ad carnem Chriſti participandam accedere præſumat, ab his [illegible]itur: eſt autem iſte gladius lucens, & flammeus, ſplendidus, & ſine rubigine: quo quis percuſſus fuerit, aut illuminatur, aut exuritur*. Benè coniunxit in gladio illuminationem, atque exuſtionem, vt ſcientiæ illuſtratio reſponderet ardori combuſtio. Bruno.

38. Ibant, poſt ſuſcitatum è mortuis Chriſtum in caſtellum Emmaus ex diſcipulis duo: *Et factum eſt, dum fabularentur, & ſecum quærerent, & ipſe I[illegible] appropinquans ibat cum illis*. Luc. c. 24. Luc. 24. verſ. 15. *nec cog[illegible]cebant eum*: Ergo incipiens à Moyſe & [illegible] Prophetis, interpretabatur illis in omnibus [illegible], quæ de ipſo erant; nec ſic ap[illegible]ebantur oculi eorum: o rudes nimium auditores, quando nec Chriſto præcep[illegible] peccant! Venitur in caſtellum, diſcumbitur, panis [illegible]ditur, & vt fractus eſt, a[illegible] oculi eorum, & cognouerunt eum; [illegible] genus colyrij illud. Panis cæcitatem d[illegible], quam Chriſti magiſterium tol[illegible] non valuit? Verùm perpende ſcientiam à Chriſto communicandam nolle abſque ſodali charitate [illegible]; tum autem diſcipulorum enituit charitas, quando coëgerunt peregrinum vt maneret apud eos, eo quod nox properaret, & timerent, ne ſub dio manendum fuiſſet illi; tum eidem adoleuit charitas, cùm ad menſam ſedere fecerunt: Ignis ſcientiæ, quæ docente Chriſto, vim ſuam efficaciter non exercuit, vt vidit charitatem, exiliit, & tenebras diſpulit potenti robore: Gregorius Romanus homil. 23. in Euangelia: Greg. *Sed eſſe extranei à charitate non poterant hi, cum quibus Veritas gradiebatur, cùm ad hoſpitium quaſi peregrinum vocant: Menſam igitur ponunt, panes, cibóſque offerunt & Deum, quem in Scriptura ſacra expoſitione non cognouerant, in panis fractione cognoſcunt* Nempe, quia panem eſurienti frangentes, charitatis exercebant opus, qua viſa, lux ſapientiæ, quæ frigidi recuſat ſinum pectoris, oborta eſt caligine tectis: ſic nanque vt [illegible] videret, vaticinatus eſt Iſaias c. 58 verſ. Iſaïæ. 58. 7. & 8 *Frange eſurienti* (inquit) *panem tuum, & egenos, vagóſque duc in domum tuam*. quod vtrunque E[illegible] perfecère diſcipuli; *Tunc erumpet quaſi mane lumen tuum*: Laurentius Iuſtinianus ad normam Gregorianæ expoſitionis, de Lau. Iuſt. triumphali Chriſti agone, c. 25 *In panis* (inquit) *fractione potius, quàm in prædicatione agnoſcere meruerunt: quatenus ſicut egenis miſerti ſunt, ita miſericordiam reperirent.*

39. Transfigurato Chriſto vox de cœlo intonuit, dicens: *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui: ipſum audite*: Matth. c. 17 verſ. 5. Te- Matth. 17. ſtatus & pro Gnato Pater, cùm baptizatus de aqua aſcendit: verùm tunc ſolùm proclamatum ab eo, filium eius eſſe dilectum, in quo ſibi com-

placuerit; sed non præceptum spectantibus absolutionem, vti audirent, Matth c. 3. vers. 17. Cur non vtrobique, vt exaudirentur, imperatum? Sanè ibi de regeneratione agitur, qua peccatum ab Adamo deriuatum delletur: conuenit autem & hoc iis, qui obaudire nequeunt, etiam infante vnius noctis: in Thabore verò præscribebatur Apostolis, ex quibus aderant tantùm, forma doctrinæ euangelicæ, & vt esset seminandum vtiliter in cordibus mortalium verbum Dei: Aduertit Caietanus ad c. 17. Matthæi: *In Baptismo*, inquit, *paterna vox non dixit: Ipsum audite. Sed modò hoc addidit propter mysterium: tunc enim regeneratio, modò doctrina significatur: & propterea tunc satis fuit testificari, quod est filius: modo oportuit testificari etiam, quod est Doctor audiendus à mundo:* At certè, quando vocis paternæ scopus, vt à Filio normam prædicandi nationibus, acciperent: quamobrem non eis Seruator Christianæ Rhethoricæ leges aliquas dederat absoluta transfigurationis gloria? Aliquid de Elia quidem aduentu; sed excepto hoc non aliud arbitror tamen documenta præbuisse, signis ædepol, non voce, nempe, ad hoc attulerat Moysem, atque Eliam delectos ex omni Patriarcharum cœtu: *Potest & aliaa de causa* inquit Euthymius *) quod hos propter discipulos adduxit, vt ad eorum imitationem excitarentur:* Igitur per hos, quos ideò socios voluit, loquutus Apostolis, tacitè indicauit, quales verbi prædicatores, eos cuperet: quæ autem ex Moyse, & Eliæ coniunctione instructio? Sanè per eos, eà vocatos, alterum ex loco, in quem translatus fit, alterum ex mortis suu, numinatus modò Auctor putauit, vt mortis, viræque Dominus cognosceretur Christus: Moyses enim mortuus erat, Elias viuus; nempe, intelligerent animarum venatores, duo eis ex muneris ratione incumbere; alterum, vt peccati morte defunctos gratiæ vitæ restituerent; alterum vt per gratiam viuentes, à morte per grauem noxam, præseruarent: Verùm, præter ista, aliud insuper: Moyses sanè doctissimus fuerat, vtique à Martyrum corona Stephano laudatus, *quod eruditus esset omni sapientia Ægyptiorum, & potens in verbis.* Actor. cap. 7. vers. 22. Tantus autem Eliæ Volcanos, vt quasi *ignem surrexisse*, & *verbum eius quasi faculam arsisse* Siracides affirmet. Ecclesiastici cap. 48 vers. 1. Optabat itaque, discerent Apostoli, quando eos Ecclesiarum Principes designaturus esset, qualem deceret esse euangelicum Antistitem; nempe, cuius exculta eruditio Moysis enucleatam, vberèmque sapientiam imitaretur; cuius ardor in exhortando Eliæ scintillas, atque flammam referret: Non miror, IESV bone, quod talibus cinctus athletis gloriosus, & splendescens appareas! O Petre, ne dicas, quoniam in monte tres figere tabernacula expedit, non ad hoc Moyses, non ad hoc Elias spiritalis, vt eremum inhabitent, & propriæ saluti incumbant; docti, ardentesque sunt: operæpretium est itaque in omnem terram exire sonum eorum, & in fines orbis terræ verba eorum; fine, inde profi ... cantur mandatum habent, *Vt doceant omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii & Spiritus sancti*: Certè mandatum tu atque commilitones simul atque Moysi & Eliæ similes fueritis, postquam resurrexerit à mortuis Filius hominis, in quod tempus, hanc manifestare visionem non liceat.

Vehebatur stupenda illa Ezechielis quadriga similitudinem quasi aspectus hominis habens: eius quæ supra lumbos corporis lineamenta, electri imaginem referebant; quæ à lumbis deorsum erant, ignita apparebant: Ezechielis cap. 1. vers. 27. Quis tam densi ænigmatis sensus? Sanè, quadriga illa quatuor Euangelia sunt. Gregorius homil. 2. in Ezechielem: *Quatuor hæc animalia, sancti scilicet, Euangelistas.* Res est præter controuersiam, & in omnium ore. & quidem aurigator idoneè interpretari valeat diuini sermonis quisque Præco: eorum enim est, hoc vectari curru, & circuire omnes mundi plagas Christum annunciando: Puto igitur in sedentis in throno qui rbedæ intra ambitum species denotatur, qualem deceat esse Euangelij huc inatorem; nam quidem electrum ex auri, argentique admixtione nascitur Plinio Auctore lib. 33. c. 4. Gregorius nuper memoratæ homil. *Electrum quippe ex auro, & argento est. in electro, dum aurum, argentumque miscetur, argentum ad claritatem crescit; aurum verò a fulgore pallescit:* Itm verò notum est secundùm mysticam significationem, argento eloquium, atque scientiam repræsentari, auro charitatem figurare ... dorem, tantùmque profectò, vt fornace ... tatum probetur, splendet atque magis ... Euangelij Legatum oportet ingenio ... eruditione lucere: verùm enim qua ardet inflammatæ mentis, charitatisque succes ... confunctus sit; hoc est de electro componi. Vt quid igitur, dicas, si electru ista sussi ... tantur, adiuncti sunt ig... ? *Et à lumbis eius vsque deorsum* ait Vates, *vidi, quasi speciem ignis splendentis in circuitu*: An, quoniam electri tu ... muris est? quamuis enim splendeat, non comburit: Oporteat autem Viros apostolicos non tantùm lenes esse, sed frequenter & seueros? An quia ad alia domanda vitia sufficiant ... camina suauia, ad luxuriam, quæ in lumbis ... gnat, incendio & vastatione opus sit, ad ... max malum? Subinnuit Hieronymus: *A lumbis ... rò, & deorsum, ignis erat splendens ... vt ostenderet ea, quæ sup a lum os sunt ... sus versatur, & ratio non indiget igne, nec flammis, sed pretiosi ... metallo, ac purissimo: ea verò, qua a lumbis deorsum, vbi coitus, vbi generatio ... succensa vitiorum, purgatione indigere flammarum.* Supra lumbos rationis & iudicij sedes, atque vt labi incitat aliquando; tamen, quæ rationi cedunt, iisdum blandè agendum: si quis ratione gubernari contemnat, vt nolunt Hæretici, flammis tradatur: Sed iuxta institutam à nobis ... tionem: quidem ... undissimus est splendor electri; & hæc eius præcipua dos: at frigidus est: non enim ... urit, aut calefacit: Ne igitur quisquam opinaretur, sufficere euangelico Concionatori lucere tantùm, apponuntur in ... ndia, ideò associantur electrum, atque ignis: *Quid verò, e ignis* (proloquitur iam nominatus Gregorius Papa hom. 9. in Ezechielem) *designat, nisi ardorem sancti Spiritus, qui corda quæ ... plen... incendit? de quo ip... Veritas dicit: Ignem veni mittere in terram:* Hic igitur sacri Spiritus ardor, lucentiarum fulgentissimo iubari copulandus erat, vt euangelicæ quadrigæ dignus Auriga throno veheretur.

41. Plorabat apocalypti us Euangelista, quoniam librum quem videat in dextera sedentis in throno, scriptum intus, & foris, signatum sigillis septem, *Nemo neque in cælo, neque in terra, neque subtus terram, qui aperiret, dignus inueniebatur.* Apoc. cap 5.

Marginalia: Caiet. — Euthym. — Operarij euangelici sa... pos & pariter — Act. 7. — Eccli 48. — Ezech. 1. — Greg. Pap. — Electrum ex auri & argenti mixtura. — Plin. — Greg. — Euangelicus minister quibus excellere dotibus debeat? — Luxuria vitium difficile vincitur. — Hieron. — Hæreticis flammis tradenda. — Gregor.

Apoc. 5.

cap. 5. verſ. 1. Non fuit diuturnus mœror; nam acceſſit, & volumen reſerauit Agnus, cui ſubitò victoriale carmen quatuor animalia, & viginti quatuor ſeniores panxerunt. *Dignus es, Domine,* cantabant, *accipere librum, & aperire ſignacula eius, quoniam occiſus es, & redemiſti nos Deo in Sanguine tuo:* Perpende cauſalis vim; *Quoniam occiſus es*, Nam etſi mortuus non fuiſſet, an non poſſet talis egregiis facinoribus promereri, vt librum aperiret? Atque occumbens, an non poterat alio, præter libri intelligentiam, præmio donari? Quare itaque librum ideò reuelans, eò quòd iugulatus ſit? Sanè meritis ardor nullo potiori teſtimonio probari valeat, quàm ſanguinis effuſione; ſatis enim, eximiéque ardens pectus eſt, quod vſque ad ſanguinem reſiſtit; Tritum quoque illud eſt de Saluatoris ore, maiorem charitatem neminem habere, quam vt etiam pro amicis animam ponat; ergo in occiſo manſuetudinis Agno & ardor ſummus, & charitas ſuperexcedens. Iam fortaſſe mirabere, quòd librum aperuerit? Nam, cui danda clauis ſcientiæ, niſi illi, cuius tam inſignis ardor, cuius tam vehemens charitas? Erat liber ille ſignatus, ſermo vtique Dei labiis prolatus per ora Prophetarum, hunc ſi quiſpiam penetrare cupit, charitate in feruore ſpiritus ardeat, alioquin pulſantibus ad oſtium, *Neſcio vos*, reſpondebitur. O tanti ardoris poteſtatem magnam! Quod nemo, neque in cœlo, nec in terra, nec ſubtus terram agere potuit, vicit fluuina hauriens; Rupertus libro 4. in Apocalypſim, *Ergo, quod dicunt es, qui non aperuerat; Dignus es accipere; idem eſt, ac ſi dicant, Dignus es, & potens ſe ipſum legentibus aperire, & intelligentiam Scripturarum dare; Vnde hæc, Domine, dignitas tibi? Quoniam occiſus es, inquiunt, & redemiſti nos Deo in Sanguine tuo; niſi occiſus fuiſſes, nequaquam liber aperiri potuiſſet; quoniam ergo occiſus es, in eo ipſo aperuiſti librum, & impleſti veritatem Scripturarum.*

Scientia feruore ſpiritus acquiritur.

Rupert.

42. Sed & in hac Ioannis narratione aduertere æquum eſt, mortales ex omnibus orbis partibus Agno volumen reſeranti applaudere, *Et redemiſti nos Deo* (inquiunt) *in Sanguine tuo, ex omni tribu, & lingua, & populo & natione, & feciſti nos Deo noſtro regnum, & Sacerdotes*, allegato cap. 5. verſ. 9. Verùm, quo pacto tot cultores nactus Agnus? Nam in Iudæa ſolùm notus Deus; & ſi quid de gentibus, tanquam nihilum illud; quid enim tres Reges, & ij in regionem ſuam per aliam viam ſtatim reuertentes? Proh! quantùm eſt librum aperiri, quia occiſus eſt Agnus! Antequàm duceretur ad victimam, liber etiam apertus fuerat; nam, *Traditus eſt illi liber Iſaiæ Prophetæ, & vt reuoluit librum, inuenit locum, vbi ſcriptum erat; Spiritus Domini ſuper me*, &c. Luc. cap. 4. verſ. 17. Et tamen tunc ex Iſraël etiam non magna pars ſequebatur eum: de Gentibus non quaſi erat vir cum illo, ſimul ac dedit cruorem in pretium pro populo contradicente ei tota die, ac ſic oſtendit charitatem ſuam erga genus humanum, omnis ſtatim natio ſupplex adorauit: O quàm efficax eſt ſermo cum charitate non fictá! Sanè vſque ad animi compages pertingens, & plures conuertens vna hora, quàm linguæ diſertiſſimorum abſque ſpiritus incendio felici per multos annos: Præclarè Rupertus dicto iam lib. 4. in Apoc. *Antequàm aperuiſſet Agnus librum, antequàm per paſſionem ſuam adimpleſſet veritatem Scripturarum, præter pauciſſimos, præter tres Magos ab Oriente venientes, & præter illum illuminatum à natiuitate cæcum, ferè nullus inuenitur procidendo adoraſſe Agnum, Chriſtum, Dei Filium, ſed, poſtquam aperuit, poſtquam obedientiam conſummauit, omne genu curuatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum; Nec verò ſolummodo genuflectitur; ſed adoratio plena procidendo perſicitur, ſicut & in Pſalmo ſcriptum eſt: Coram illo procident Æthiopes, & adorabunt eum omnes Reges terræ.*

Luc. 4.

Feruor ad peccatores conuertendos eloquentia potior.

Rupert.

Quantùm deperibat Iacob formoſam Rachelem pro qua ſeptem annis duram ſeruiuit ſeruitutem, & videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine? Quantum horrebat idem Liæ nuptias? contempſerat enim illam, & ſocero conqueſtus eſt, *Nonne pro Rachel ſeruiui tibi? quare impoſuiſti mihi?* Geneſ. cap. 29. verſ. 25. Liam, videlicet, ſupponens ſororis loco? *Quærendum itaque eſt* (ait Richardus de S. Victore libro 1. de præparatione animi ad contemplationem. cap. 2.) *cur ferè omnes coniugia Liæ tantopere abhorreant, qui in amplexus Rachelis tantum ſuſpirant?* Sed idem cum reliquis Patribus ſentiens, Rachele ſtudium ſapientiæ, & contemplationem deſignari; Liam, operoſam virtutis, iuſtitiæque ſtudii exercitamenta; *Quid* (inquit) *dulcius, quid iucundius eſſe poteſt, quam oculum mentis ad ſummæ ſapientiæ contemplationem erigere? per ſtudia iuſtitiæ et inimicos diligere, illata mala patienter ferre, oblatam gloriam vbique declinare. quæ ab multis mundi amatoribus quid ſtultius, quid laborioſius reputatur?* Inde igitur eſt, vt Liæ connubium deſpiciatur, Rachel ardenter ametur: atque ob hoc Gentilium Philoſophi multi erant in rerum ſpeculatione aſſidui; erat enim res gloriam & iucunditatem afferens: ſed iuſtitiæ operationem, & animi mortem, & quæ ordinata charitas præſcribit, vtpote laborioſa fugiebant: Nunquid & Iacob, qui Chriſtianum ſapientem præfigurat, idipſum permittetur, vt ſola Rachele delectetur, Liæ conſortium horreat? Nequaquam profectò: Audite à prudenti ſocero; *Non eſt in loco noſtro conſuetudo,* (apud Chriſtianam nimirum Philoſophiam,) *vt minores antè tradamus ad nuptias:* Non dabitur vllo modo Rachel niſi Lia etiam admittatur; & ſi quæ præferenda, ſi quæ primo loco nubenda, Lia erit, quæ virtutem, ſpiritúſque deuotam feruorem; non Rachel, quæ ſapientiam, & cognitionem deſignat, Periculoſa res eſt, velle in ſolius Rachelis amplexus ire. 43.

Gen. 29.

Rich. Vict.

Cupiſne hoc intueri? Diſce à Ioanne Apocalypſis cap. 1. verſ. 16. nempe, ille, quem, in medio ſeptem candelabrorum aureorum ſimilem Filio hominis vidit, *habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem*; Sed, cur non potiùs Solem aſtrorum decus? Nempe, Sol qui & lucet, & ardens calefacit, eos adumbrat, qui cum ſcientiarum ſtudio charitatem, ardorémque piæ mentis coniungunt: hi per ſe ſtare poſſunt, vtpote validi athletæ, non egent fulcris quaſi imbecilles; ſtellæ autem fulgorem emittentes, qui non comburit, qui flammas non excitat, doctos adumbrat frigidi cordis, in quibus ignis ſalutaris non ebullit, vitia & imperfectum omne conſumens, proximorum quoque mentes accendens; his non ſatis læua manu ſuſtentari: exiguum eſt firmamentum tanto periculo; extendatur dextera, in qua robur & fortitudo eſt, & 44.

Apoc. 1.

vtinam vel sic à præcipitio, & ruina securi: Audiamus Rupertum pulchre exaggerantem dis[cri]minis magnitudinem in lib. 2. in Apocalypsim; *Septem stellæ Angeli sunt septem Ecclesiarum, vt prædictum est; ann isto duo stellas eiusmodi salubris timor constringit; quia, videlicet sic stellæ ista in cælo sunt, vt eas timere oporteat, ne cadant in terram ... de cælo stella plurimæ ceciderunt, & de stellis facti sunt Principes tenebrarum.* Dicendo itaque; *Qui tenet septem stellas in dextera sua simul terribiliter annuit vt qui se existimat ... videat ne cadat; non enim stat sua virtute, sed dextera Domini continetur.*

45\. Statim ipso creationis exordio Spiritum sanctum introducit Moyses, qui superferebatur aquis. Genes. cap. 1. vers. 2. ... illius de ipsus Tostatus suggerit; *Spiritus Dei (scilicet sua voluntas, & intellectus) ferebantur scilicet, indicando quid fieret illis aquis:* Sed quare de hoc elemento singulariter diuinum sollicitetur Flamen? ... Verbo relinquit, quæ aut æther, aut terra producti fa sint? Saltem cur non ignem sui ch[ar]acterem visitat, & de eius motione cum filio consilium init? Profectò ex aquis non solùm pisces, sed etiam volucrum species exortæ; ea communis Patrum sententia; Vnum promemus Claudium Marium Victorem ligato pede 1. in Genesim libro, effantem;

Genes. 1. Tostat.

Volucres de aqua exortæ. Claud. Mar.

> *Hinc volucres quoque molle genus traxere vigorem:*
> *Nam liquidas dum format aquas, ... ique pontum*
> *Vita subit, feruent multo tumida æquora partu;*
> *Nec satis est piscis, genus vnum, exurgere, quodque*
> *Squamea turba salo summas euadit in vndas;*
> *Nec volitans in aquis sensim nasci æthere puro,*
> *Æthereos volucris contingere docta recessus:*
> *Ergo materies ambisque, & piscibus vna est.*

Sed, qui volantes isti, & aligeri, nisi sapientes, qui ingenij pennis ad conuexa in sublime feruntur? ergo ... elementum, vnde prodibunt Doctores, necessum est Spiritus sanctus suis imbuat affectibus prius? Præclarè Tertullianus de Baptismo; *Ab eo qui superferebatur, id, quod ferebat, sanctitatem mutuabat: ... quo natum subiecta quæque materia eius quæ de super imminet, qualitatem rapiat, necessum est;* Vndis igitur imprimebatur Flaminis conditio; ardor, scilicet, atque inflammatio; Quamobrem & Hieronymus in Hebraicis quæstionibus de Genesi, Hebræam vocem *Merachepheth* מרחפת, pro qua Latinus Interpres *ferebatur*, propriè significare ait, velut calore vitali fouentem in similitudinem volucris calore oua animantis, quibus incubat? At quæ tanta cutæ latices calefaciendi? nimirum, vt gignenda soboles originis saperet natiuam, & volucres vnà cum acumine doctrinæ, ardorem ferrent etiam; Denique ab eo, *qui superferebatur, id quod ferebat, sanctitatem mutuabat* vt Tertullianus dicebat; igitur scopus, vti Doctores vnà cum eruditione, mentis excellenti & feruore, & munditie, alioquin si tamum luce intellectus contenti, metus ne sicut Angelus, qui mane oriebatur, & ipsi caderent.

Tertull.

* *

Sectio V.

Amanti animæ, si dilectus absit, omnia sordent; eius illi præsentia rebus omnibus charior.

Repetamus iterum ad ... Salomonis vocabulum, quod Epith... vestibulo præfixum asseruimus al..., quàm in al... codicum frontibus; nihil igitur hic de regio ... fastigio, nihil de imperio in Israël, quemadmodum Prouerbiorum initio; nihil de potentia ... Sionis arce, velut exordio Ecclesiastæ; tantùm Salomon. Et veruntamen quidem; ... namque ... in quo aman... semper aderant; si quæ est absentia, per somnia ... abit, dilectus; Quando igitur amantibus conceditur, ... trum gaudiosa frui præsentia, nulla de b... bus, nulla de voluptatibus, nulla de regno ... sufficit diligenti, eum, quem amat coram ... bere; pro isto vno solatio, vale... ceteris, siue oblectamentis, seu commodis; ... apud eum charum, dummodo, que... redimendus sit: Lucta... tur Iacob tota n..., & puto, luctabatur, ne abiret quem brachijs constrinxerat, dilectus vtrique; nam Angelus ... magni consilij; *Dimitte me* (inquit) ... *ascendit aurora*, Gen. 3. cap. 32. vers. 26 ... ... Iacob. Equidem pro benedictione ... O tepidum amatorem! An non bene... potior dilectus? Laudo, quòd non pro d... pro voluptatibus, pro honore dimiserit ... etiam pro benedictione, quamquam illa ... bona, dimittere oportebat; Iure neruum ... eius tetigit, & in posterum claudus apparuit nam sanè vno amoris pede ambulabat, qui ... pro re quauis etsi etiam benedicta, ... bittor, qui integrè dilectum amet, ... tur, nisi in hoc nostro Salomonis Hymno ... *Tenui eum* (inquit Sponsa Cant. cap. 3. vers. 4.) *nec dimittam*; Etiamsi ... gna offerantur, ... deliciæ filiorum hominum, atque auri, & ... pondera multa? Nec sic profectò: quid ... sunt amanti, animæ desideranti? Si dederit ... mo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam: At benedi... Sponsæ benedictionibus cœli desu... benedictionibus abyssi iacentis deorsum, bene... bus vberis & vuluæ? Nec ita tamen d... eum, quem deperit cor eius; Dil... ctus ... donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ; non erit, quòd ab eo separare valeat; Certè neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque creatura ... poterit separare à charitate Dei, quæ est in Christo IESV Domino nostro: O vere amantem Sponsam, quæ nec ad horam dilectum, ... ob ... res, neque propter blandimenta ... velit! Iure metrum, quod de tali sponsa pang... Canticum Amoris cum excellentia dictum ...; neque enim vltra tendere amor potest: Bernard. sermone 79. in Cantica: *Tenui eum, nec dimittam, Et sanctus Patriarcha. Non, inquit, dimittam, nisi benedixeris mihi. Ista non vult eum dimittere, & fortè magis, quàm Patriarcha id non vult;*

46\.

Gen. 32.

Deus super omnia amandus.

Cant. 3.

Bernard.

vult; quia nec pro benedictione quidem: siquidem ille benedictione accepta dimisit eum; hæc autem non sic; Nolo, inquit, benedictionem tuam, sed te: Quid enim mihi est in cælo? & à te quid volui super terram? Non dimittam te nisi benedixeris mihi.

47. Reuersurus ad genitorem prodigus adolescens, orabat supplex inter mercenarios admitti; tenuit pater, & stolam primam citiùs educi iubet, dari annulum in manum eius, & calceamenta in pedes eius, Luc. cap. 15. vers. 22. Cur non consolatur gnatum, & primæ orationis vota exaudit? nam audiuit Pater cœlestis, cùm ita oraret, quanquam à longè esset: Quamobrem non permittit ad tempus saltem cum mercenariorum abiecta turba habitare, quò plùs æstimet filiorum, quàm amiserat nobilissimam sortem? Sane ille, quo donatus est iuuenis, cultus, nobilium seruorum erat: Porrò eiusmodi pueri, Optimatum nimirum, [illegible] ante ora Dynastæ (qualis & fuit iste pater) semper assistebant, cùm mercenarij vix vnquam ad eius familiaritatem, ne etiam conspectum, admitterentur. Hi sunt illi ministrantes, quorum ornatum demirata est Sabæorum Regina vestesque [illegible], de quibus ad Salomonem, *Beati viri tui, & beati serui tui, qui stant coram te semper, & audiunt sapientiam tuam.* 3. Reg. 10. 3. Reg. cap. 10. vers. 8. Hi de quibus Daniel is cap. 1. vers. 3 & 4. *De semine regio & tyrannorum pueri, in quibus nulla esset macula, decori forma, & eruditi [illegible], vt starent in conspectu Regis.* Daniel 1. Hunc vero genitor iste ardenter amabat reuertentem adolescentem; Annon amabat, qui, cùm adhuc à longè esset, accurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum? Verè, nisi amor validus fuisset, non ita recepisset eum, qui dissipauit substantiam suam viuendo luxuriosè; Cùm itaque diligeret supra modum, charitatis autem omne solatium est dilecti præsentia, sineret ille mercenariis adiungi, quem ibi [illegible] aut rarò, aut nunquam cerneret? Mandauit igitur, aut ad filiorum normam cooperiri, aut e [illegible] eorum de more famulorum, qui semper coram Principe assistunt, ac proinde illorum præsentia semper fruuntur; Atque eandem ob causam fortasse annulum dedit in manum eius: fuit enim veteris æui mos, vt quem quisque impensius amaret, eius iconem annuli pala insculptum ferret, quò semper præsentem haberet; Eius ritus crebra in Biblijs memoratio; docebit noster Sanchez ad cap. 44. Isaiæ, num. 17. ad Ierem. cap. 22. num. 39. Nouarin. lib. 3. sacrorum Electorum, capite 17. num 1.3. Hinc nimirum, vt mittentibus cognatis, atque amicis ad nouam nuptam muneribus variis, soli sponso permissum, annulum dare, & iure bono, cùm sponsa nullius præter mariti effigiem, deinceps contueri deberet, verum & huius iugem recordationem habere, vt qui esset omnis eius amor; quia de pronubis [illegible] uetudine nostra Bulling. [illegible] tom. 2. opus cu. lib. 1. de vestib. pont. [illegible] cap. [illegible] Isidor. cap. 33. sed aptè Hector [illegible] in vers. 1. [illegible] cap. 49. Isaiæ, *In manibus meis [illegible] psi te, &c. Qui domi* ait, *alicuius personam dil[illegible] habet in tabula imaginem pictam, memor est eius, quandiu eam videt. Sed, cùm discedit ab eo, [illegible] obliuiscitur: At si eam habeat in manibus d[illegible]am, nunquam illi excidet [illegible] memoria [illegible]*, quoniam reuertens iuuenis [illegible] ndebat charitatem, & dilectionem genitori in futurum, sciens pater, quoniam qui amat, nihil vehementiùs optat, quàm habere semper præsentem eum, quem diligit; ne quando nouus iste amator mœrore tabesceret, ob genitoris quem diligebat, absentiam, annulum tradidit, in quo ferret cælatum illum, in quem tam sapienter exarserat. Igitur pater filio stolam primam dedit, ne quando à patris conspectu filius discederet; gnatus annulum admisit, quò genitor semper adesset, quem digito portabat, sic vterque, dum incensè diligit, alter alterius præsentiam [illegible] procurat.

Amatorum imagines insculptas ferebant veteres annulis.

Sanchez. Nouarin.

Spōsus solùm annulum ad sponsam mittebat.

Bulling.

Hect. Pint.

48. Video chariores quosque, quales Martha & Maria, & in [illegible] nis sacrum Apostolorum chorum, cùm Seruatorem alloquuntur, Domini eum nominibus appelantes potiùs quàm Magistri, aut Institutoris, quòd si quando & Præceptorem nominant, cura est & tum quoque Domini vocabulum annectere; *Vos* (inquit) *vocatis me, Magister, & Domine & benè dicitis sum etenim.* Ioan. cap. 13. vers. 13. Scio quidem Apostolos adhortatum fuisse, ne Pharisaico more cuperent ab hominibus vocari Rabbi, quod interpretatur Magister, Matth. cap. 23. vers. 9. at se ita dici non prohibuit vnò si [illegible] solùm conuenire nomen innuit: *Quia Magister vester, vnus est Christus.* [illegible] b[illegible]o pronunciatum: nam certè ille [illegible] in hunc mundum, v[illegible]ti [illegible] cap. 55. versu 4. nullus: *Ecce testem populis [illegible] ducem, ac præceptorem [illegible]*. & alibi cap. 30. vers. 20. *Et erunt oculi tui videntes præceptorem tuum & aures tuæ audient [illegible] verbum [illegible] monentis: Hæc est via*, [illegible] Ioan. 13. Is. 55. & 30 R[illegible] con[illegible] non [illegible] omissum à discipulis Magistri nomen, quod male [illegible] nuncupatio, sed Domini vo[illegible] quin frequentiùs vsurp[illegible] um ob amorem erga Seruatorem: nam [illegible] vi d[illegible] eb[illegible] [illegible] ad admittit vnum, nempe v[illegible] ctus, qu[illegible] ad [illegible] valeat, præsens existat: est [illegible] discrimen inter eos, qui dominum potius, quàm Magistrum habent, quòd qui [illegible] sunt, apud eum semper maneant, eius nanque possessio sunt: itaque, non die, non nocte ab eius atrio [illegible] edunt: discipuli coram præceptore ad tempus solùm, dum è cathedra prælegit, sed nec hæc ipsa qualiscunque ad longum coniunctio, abeunt post menses aliquot non rarò haud vnquam reuersuri iterum: quoniam igitur plus absentiæ est in Magistri vocabulo relato ad discentes, nolunt qui amant, & propterea dilecti quoad valeant præsentiam modis omnibus intendunt, dictione vti alia quàm illa, quæ præsentiam magis denotat: hoc autem est domini verbum: Festiuè Rupertus in cap. 7. Matth. ad illa verba: *Magister sequar te, quocunque ieris, &c. Primum, ipsa appellatio insuauis est, cum dicit, Magister, & non dicit, Domine. Insuauis, inquam, & sine dilectione: nam, si rite recolis, eorum appellatio, qui cum dilectione appellauerunt, talis erat, vt dicerent, Domine, exempli gratia, vt appellatio Petri dicentis: Domine, si tu es, iube me venire ad te. Talis appellatio Magister, siue Rabbi, Pharisaica extitit, quibus delectabile erat vocare, & vocari ab hominibus Rabbi. Et quidem bonum est, & suaue veruntamen dicere simul, Magister & Domine; vnde [illegible] dicit ipse: Vos vocatis me, Magister & Domine: & bene dicitis, sum etenim. Sed solum hoc dicere, Magister siue Rabbi, & non dicere, Domine, cordis est [illegible] inquit, idest longe remoti a familiaritate dilectionis.*

Domini vocabulum nomen amoris.

Rupert.

Amauit

Amauit impatienter Dinam Sichem [illegible] Hemor Heuæi, eiúmque timeret, ne [illegible]
49. netur pignore à fratribus puellæ [illegible] genitorem suum amicitias obtestatum & connubia, Genes. cap. 34. vers. 8. Sed [illegible] bat æstuaos adolescentis animus, & [illegible], negligens oratur extitisset pater [illegible], ipse sit causæ suæ Aduocatus, atque Iacob & filios alloquutus; *Inueniam* (inquit) *gratiam coram vobis, & quæ cunque statueritis dabo*. Quid dicis, [illegible] ceps? etiamsi dimidium regnorum petant: Etiamsi omnia; Quid igitur tum tu sceptro viduatus, pauper, & inglorius? Satis illi modò fruatur præsentia sponsæ, quam diligebat, cui ob excessum amoris conglutinata est anima eius; Oleastri moralis expositio in illud; *Dixit Sichem ad patrem eius*, &c. *Commune est, vt ille cuius negotium proprium est, diligentius, & ardentius curet illud; Vbi simul aduerte hominis aliquid vehementer cupientis animum, vt nihil neget, nihil differat, vt consequatur quod aliquando improbè cupit*; Pude me considerantem huius principis vehementiam, & ob amorem prodigam munificentiam; *Quæcunque statueritis*, ait, *dabo: tantùm date mihi puellam hanc vxorem*. Heu! heu! promptiores sunt in generatione sua filij sæculi, quam [illegible] lucis, quasi stercora arbitratus vniuersa demens ille Princeps, quo votorum suorum desideriis potiatur; & nos pro fruendo æternitatis dilecto, illo formoso super Sole, & Luna, illo, in quo thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei; illo, in cuius femore [illegible], Dominus dominantium; qui beare potest sine fine; vix calicem aquæ frigidæ por[illegible] Christ, quemadmodum Sabæorum Regina surget in iudicio cum generatione ista, & [illegible] eam; quia venit a finibus terræ audire [illegible] tiam Salomonis; [illegible] generatio [illegible] noller audire illum, qui plusquàm Salomon esset, quem in plateis & ad ianuas quotidie habebat: [illegible] coniector, & adducendum hunc, siue alium similem insensatum Principem in iudicio cum eadem generatione, vt accuset, quoniam ille vnius puellæ gratia, eiúsque peregrinæ, & incognitæ, à qua nulla recepisset beneficia, totam substantiam velut pro nihilo reputauerit, cùm tamen illi pro eius dilectione, qui posuit animam suam pro eis, & ductus est ad crucifigendum, non cibum esurienti, non vestem in[illegible], non arido potum [illegible] dederint. O quale erit spectaculum illud! quanti pudoris, & verecundiæ!

Absit tamen, vt non Deus iste sanctus aliquos
50. seruos fideles habeat, quorum amor castus obscœnæ dilectionis quæcunque ostentamenta, quascunque affectus probationes longo superet interuallo. vbi sub vexillo Cypridi tali amator, qualis Dauid Rex? *Ne auertas faciem tuam: ne declines in ira à seruo tuo*; Psalm. 26 vers. 9. Quid dixisti, Propheta? cernis iratum Numen omnipotens, in cuius manus tremendum sit incidere, & rogas, *ne declinet a te*? Ergo vis, vt appropinquet? Sed ignis comburens est, & conuertet in cineres, atque fauillas; [illegible] mò post[illegible] sapienter, vt paululùm recedat, donec [illegible] transeat indignatio eius? Nónne intueris, quando paterfamilias excandescit, vt fugam meditetur vxor, & abscondantur filij charissima [illegible]? nam, quanquam aduersùs e[illegible] non [illegible] furor; metuunt [illegible] vel ab aliena ira. O magnum amorem [illegible] Dauid [illegible] ne dilecti præsentia vel ad momentum

Amor Sanctorum erga Deum quàm insignis.

careat [illegible] etiam ab irato discedere placet. Amor ex eius, que[illegible] præsentia visit: tolerabilius ei est [illegible] perferre tormenta, quam sine amato esse [illegible], laceret, vexet iratus amor, [illegible] non abscedat: *Ne declines* (inquit) *etiam vel in ira a seruo tuo*; Nemo vnquam amatorum sæculi tam [illegible], tam robustè loquutus, Com[illegible] sunt [illegible] fortunæ. [illegible] dilectis irascatur continuò in tempore tentationis recedunt. Solus Iesvs meus amatores habet, qui cum eo in tentationibus permanserunt, nihil est quod eos à charitate, quæ est in Christo Iesv diuellere possit, Pro me Augustinus enarratione 2. in Psalmum 26. ad citata verba; *Magnifice; nihil dici diuinius potest; sentiunt hoc, qui verè amant; Domine, ne declines etiam in ira à seruo tuo? Posset [illegible] forte responderi hoc modo: Quid times, ne declinet à te in ira? magis si a te declinauerit in ira, non in te vindicabit; si acurras [illegible] iratum, vindicabit in te; opta ergo po[illegible] declinet à te in ira, non accedat*. Verùm [illegible] amante anima egregie respondet idem Beatus Pater Augustinus [illegible] *Nolo. quicquid mihi præter illum est, dul[illegible] quicquid mihi vult dare Dominus meus au[illegible] tum, & se mihi det.*

51. Expendamus eiusdem Augustini de Magdalena ad [illegible] monumenti plorante di[illegible] mo 9. tract. 21. in cap. 20. *Maria autem ad monumentum foris plorans, & oculi [illegible] num quæ [illegible] non inuenerant, [illegible] vacabat [illegible] dolentes, quod fue[illegible] mento sublatus, quam quod [illegible] erat in l[illegible]*. Atqui [illegible] rat vt plus de ablat[illegible] pore, quam de eodem extincto Ma[illegible]. Nónne potior luctus in morte causa [illegible] enim & ab hominibus restitui corpus abl[illegible] non po[illegible] nisi a Deo reuocari vita. [illegible] cur plorat super ablato corpore? Nonn[illegible] coguare poterat per discipulos [illegible] manus [illegible] dientium veniret hostium, pro[illegible] tuto iacere, de quo magis gaudere pa[illegible] S[illegible] quam vel [illegible] amanti [illegible] quæ omnibus modis [illegible] Vulneratu[illegible] Mariæ [illegible] quàm [illegible] eum vidit inclinato capite mitt[illegible] [illegible] lum, pro cuius desider[illegible] æstuabat [illegible] amoris flammis, sed delibabat hunc amorem [illegible] tiqui hominis lineamentis conspectis, ex [illegible] veteris [illegible] memoriam [illegible] & tandem vt [illegible] unque præsentem habebat, nunc [illegible] tem & viui, & defuncti societate destituta [illegible] faciat nisi vt plorans ploret [illegible] & [illegible] etiam, Non habet, quo se vertat amor eius: si lignum inspiciat, ibi non est: si bustum lu[illegible], non apparet; si Angelos interroget, non res[illegible] den[illegible] hoc igitur est, quamobrem ampliùs dolet, quia fuerat de monumento sublatus, quàm quòd fuerat in ligno occisus; quoniam si omnibus modis eo carere cogatur: quare & subiungit [illegible] vobis Augustinus; *Quoniam*, inquit, *Magistri tanti, cuius ei vita sublata fuerat, nec memoria remanebat.*

52. Iussus Abraham sacrificare Deo vaccam triennem, & [illegible] triennem, & arietem annorum trium, turturem quoque & columbam. Genes. cap. 15. vers. 9. *[illegible] vniuersa hæc, diuisit ea per medium, & vtrasque partes contra se altrinsecus posuit. aues autem non [illegible]*. Quamobrem? Num, quia columba, & turtur [illegible] volucres? Ita coniector quidem. Sed, quid portenderit

Gen. 34. *Oleast.* *August.* *August.* *Gen. 15.*

tenderit actio? Equidem hæc duo pennatæ aues
sunt amoris hieroglyphicæ; tum, quòd Veneri
sacræ: tum, quod ad concubitum ardent; tum,
quod fidem sibi maximam seruant, & turtur
amisso compare viduos annos transit: nam de
turture idem quod de columba, cùm esse co-
Columba amoris sacri, & profani symbolum. lumbarum speciem multi arbitrentur, de quo
noster Sanchez ad versum 10. cap. 2. Canticor.
Surge, propera, amica mea, columba mea, &c. vbi
Sanch. eam esse amoris symbolum docet, ibidem &
Delrius. Delrius, Pineda lib. 5. de rebus Salomonis,
Pineda. cap 5. ad versum 17. Psalm. 44 num. 1. & in pri-
Pier. Valer. mis Valerianus Pierius Hieroglyphicorum li-
Rupert. bro 22. prope initium, qui duo Propertiana illa
adducunt ea lib 2. elegiarum, vbi de voluptatibus
suis actitat;

Exemplo iunctæ sic sint in honore columbæ,
Masculus, & totum femina coniugium.

Sed his quæ satis vulgata sunt, iungamus aliquid
Christianæ eruditionis. Fuit igitur antiquus fide-
Super Cruce cur antiquitus columba depicta? lium mos, vt crucibus Seruatoris columbas insi-
dentes adpingerent; Meminit prisci vsus sanctus
Paulin. Paulinus Nolanus epistola duodecima ad Seue-
rum, post mediom aliquantò:

Ardua florifera Crux cingitur orbe corona,
Et Domini fuso tincta cruore rubet.
Quæque super signum resident cæleste columbæ,
Simplicibus produnt regna patere Dei.

Video sanè Paulinianos versus indicare adiun-
ctam columbam simplicitatis, atque innocentiæ
fuisse emblema; sed æstimo & significasse amo-
rem Christi erga genus humanum, quem tam
acerba morte excellentissimè restatus, certè Ioan-
Ioan. 3. nes cap. 3. Euangelij, vers. 16. cùm Numinis sem-
piterni erga mortales inexhaustam dilectionem
innueret; *Sic enim Deus dilexit mundum* (inquit)
vt Filium suum vnigenitum daret; Quæ in verba
Chrysost. Chrysostom homil. 26. *Etenim singula verba ma-*
gnam vim habent: nam illud; Sic dilexit. & illud;
Deus mundum. immensam amoris significat vehe-
mentiam: Et sanè, quandoque coronam Crucis
circundabant columbæ, quandoque ipsas corona
Rosvvid. ambiebat, vti probat noster Rosvveidus Notis ad
citatam Paulini epistolam, in illa verba: *Quorum*
figura est, &c. Siue, quia vehiculi huius superio-
rem locum charitas triumphans occupat, seu
quòd eadem charitas genitria fuerit, quæ Pacifi-
cum nostrum in die desponsationis, & lætitiæ
cordis sui diademate tanto honoris cinxit, cùm
Ecclesiam sibi coniunxit; Sed mouet me vetus
Longobardorum ritus, de quo Paulus Diacon.
Paul. Diac. lib. 5. eorum Historiæ, cap. 34. Ad *perticas* autem
locus ipse dicitur; quia ibi olim, perticæ, id est,
trabes erectæ erant, quæ ob hanc causam iuxta
Colūba perticæ suspensa super defunctorū sepulcris. morem Longobardorum poni solebant: *Si quis*
enim in aliquam partem, aut in bello, aut quomodo-
cunque extinctus fuisset, consanguinei eius intra se-
pulcra sua perticam figebant, in cuius summitate
columbam ex ligno factam ponebant, vbi eorum
dilectus obijsset; faciebant scilicet, vt sciri possit in
qua parte is, qui defunctus fuerat, quiesceret; Sci-
tissimè illud: *Vbi eorum dilectus obijsset*: nam ideò
sanè speciatim inter volucres omnes columba
suspendebatur, vt dilecti esse tumulum innue-
ret, eò quòd sit amoris index ales, alioquin ad de-
monstrandam busti sedem, quæcunque [illegible] suffi-
ceretatis. Denique hoc etiam, quod Spiritus san-
ctus sub columbæ specie a Christianis repræsen-
tabatur, qua de re idem Rosvveidus in eandem
epistolam ad illa; *Et per columbam*, &c. nempe,
quia amor sit cælestis spiritus; Sed iam tandem in
viam reuertamur, vnde digressi sumus, constánsque
que maneat columba, atque tu[illegible]ibus amorem
figuratum: quòd si illis amor præmonstratus, pul-
chrè sanè, quòd non diuidantur: namque vti dis-
serit Ambrosius sermone 11. in Psalm. 118. in illa: Ambr.
Defecit in salutari tuo, &c. *Sanctus, & timens*
Deum, nescit aliud desiderare, nisi salutare Dei,
quod est Christus IESVS; *illum concupiscit, illum*
desiderat, in illum totis intendit viribus, illum gre-
mio mentis fouet, illi se aperit, & effundit; & hoc
solum veretur, ne illum possit amittere: Quòd si
igitur omnis amantis timor est, ne à dilecto sepa-
retur, ne eius suauissima careat præsentia, vt quid
diuideret Abraham amoris aues turturem, atque
columbam? Tostatus ad contemplatiuam refert Tostat.
vitam: *Alia* (inquit) *ratio est mystica, quia anima-*
lia quadrupedia designant vitam actiuam, quia in
plura necessariò diuiditur, iuxta sententiam Salua-
toris. Luc. cap. 10. *Martha, Martha, sollicita es, &*
turbaris erga plurima; porro vnum est necessa-
rium: Vita autem contemplatiua, quæ per aues
designatur, non diuiditur; quia in se collecta, in
Deum tota mente consurgit; Verùm hæc à no-
stro scopo non dissentiunt; vita enim contem-
platiua, est vita ardenter sanctè amantium, qui in
conspectu dilecti iugiter ambulant [illegible] omnisque
eorum conatus est, ne quando elabatur: Venu-
stè igitur, quòd aues quæ hanc, quæ in amore est,
vitam innuunt, non diuiduntur, quia diuelli à
suo dilecto contemplatio, quoad fieri valeat, non
patitur: & in patria, vbi perfectissima sum-
mi boni contemplatio est, nunquam erit diuisio
aliqua.

Hominem quendam peregrè profectum, qui 53.
cùm discederet, tradidit seruis bona sua, narrat
Matthæus cap. 25. vers. 14. Quisnam homo ille? Matth. 25.
Christus sanè Et quando peregrinatus? Cùm ex
hac vita ad Patrem transijt, ascendens in altum,
captiuam ducens captiuitatem: Ita Hieronymus, Hieron.
Beda, Adamantius, & in primis citandus festinè Beda.
incertus Chrysostomus: Verùm, quo pacto istud Orig.
peregrinationis, & quasi exilij genus? Nunquid
non mundus iste ploratus, & lacrymarum vallis
est? nunquid non absentiæ & peregrinationis
mœstissimus locus? Certè ita nominauit prudens
senex Iacob: *Dies peregrinationis meæ* (inquit)
centum triginta annorum parui & mali. Genes.
cap. 47. vers. 9 Nunquid non mater nostra Hie- Genes. 47.
rusalem beata sursum est, terra lacte & melle
fluens, vbi non est mors, neque luctus, neque cla-
mor, neque dolor erit vltrà? Ad hanc igitur
amœnam stationem iturus Christus, & præser-
tim ad dulcissimum Genitorem post triginta tres
annos reuertens, quo pacto asserit, peregrè se
proficisci, & velut exilia sibi indici? Sed considera,
habuisse Christum in terris pusillum quanquam *Christi erga homines*
gregem, ac quem blandissimè amabat, & deliciæ *amor in ascensione exi-*
eius esse cum istis filiis hominum; cùm itaque *miè demonstratus.*
nullum sincero amori maius tormentum, quàm
diuelli ab eo, quem vehementer deperit, eius de-
spoliari præsentia, alloquio, conuictu, significatu-
rus IESVS quàm impensè diligeret Apostolos,
ad Olympum quanquam pergat: cariturus ta-
men eorum consortio, peregrè se proficisci affir-
mat: Nunc, quem promisimus, Imperfectus Imperf.
hom. 53. in Matthæum: *Commendat autem Chri-* Chrysost.
stus dilectionem suam, quam habet in Sanctis; ad
regna enim cælestia ascensurus, & ad Patrem
suum iturus, vnde descenderat, peregrè se iturum
dicit.

dicit, propter charitatem Sanctorum, quos relinquebat in terris; cùm magis peregre esset in mundo, sicut ipse testatur dicens: Incola ego sum in terra apud te.

54. Hinc fortè colligere valeamus cur dignatus sit Creator, hominem impium, tyrannúmque sæuum Nabuchodonosor in omnibus alloqui; Monet Danielis Textus in visione bis, capite nimirum, 4. & 2. & non prodiisse à naturalibus causis ostendit Pereira, libro 2. in Danielem, ad illud; *Tu, Rex, cogitare cœpisti, &c.* Sanè amator hominum Deus, quibuscunque modis adesse creaturæ suæ tentat, diligit enim ea, quæ fecit, & vult omnes homines saluos fieri: Itaque tum etiam, cùm aduersùs eum mortales iniquitatibus pugnant à benefaciendo non desistit, cogitationes sanctas immittit, & ad sui memoriam excitat; sed gens peruersa, atque ingratissima natio propellit à se dulce Numen, quantùmque ipsum studet, vt se oculis hominum ingerat, tantùm illi laborant, ne quando illius meminisse possint? quare sanè dum vigilant, & sui compotes sunt, sic distrahuntur nunc curis, nunc voluptatibus, vt ne ad instans de cœlestibus de Deo cogitent, Videns igitur Creator intercludi vias sibi intercludi ob malitiam hominum, noctè aggreditur; quasi furtiuè, & in occulto se immittit creaturæ sensibus, quando palàm nolit illa; Sic egregius amator coniungi nititur iis, quos tantoperè dilexerit, vt dederit pretiosam vitam suam pro illis. Tertullianus de anima, titulo de somniis; *A Deo autem pollicito, scilicet, & gratiam Spiritus sancti in omnem carnem, & sicut prophetaturos, ita & somniaturos seruos suos, & ancillas suas; ea deputabuntur, quæ ipsi gratiæ comparabuntur, si qua honesta, sancta, prophetica, reuelatoria, ædificatoria, vocatoria, quorum liberalitas soleat & in profanos distillare imbres etiam & Soles suos peræquante Deo iustis & iniustis; siquidem & Nabuchodonosor diuinitùs somniat, & maior penè vis hominum ex visionibus Deum discunt; Sicut ergo dignatio Dei & in ethnicos ita & tentatio Mali in Sanctos, à quibus nec interdiu absistit, vt vel dormientibus obrepat, qua potest, si vigilantibus non potest*: O Numinis diligentiam! Tota die stat per fenestras nostrorum sensuum prospiciens si quam videat aperiri rimam, vt se intromittat; sed nec tam longa statione lassatus, non imprimis nostra duritie; de nocte etiam clamat: *Aperi, soror mea sponsa mea*; & interim perferebat æthereis fastidia aperto vertice; certè caput eius plenum rore, & cincinni eius guttis noctium; non tamen illi tædiosa, aut nox, aut dies, præ magnitudine amoris: *O amor præceps vehemens*, (Bernardus sermone 79. in Cantica,) *flagrans, impetuosè, qui præter te aliud cogitare non sinis, fastidis cætera, contemnis omnia præter te, te contentus*; Ita quidem Salomon in hoc amoris Cantico, reliqua despiciens, quæ vel flumina, vel opes, aut potentuam commendant, nudum Salomoni titulum præfixit.

Dan. 2. & 4.
Pereira.
Tertull.
Bernard.

* *
*

SECTIO VI.

Grati animi esse, beneficij se splendoribus abdicare, eosque in doni auctorem refundere.

Ivxta translationem septuaginta Seniorum ostendimus Canticorum inscriptione Salomonis vocabulum dandi casu efferri, sic vt titulus legeretur; *Canticum Canticorum Salomoni*; Qua dictione innui iudicauimus dedicatoriam phrasim Auctoris Epithalamij offerentis, illud vero Salomoni Christo, cuius meritis acceperat inter alia supernaturalia dona, & prophetiam, & sapientiam per se infusam; itaque in mare vnde [illegible] reuertuntur flumina, & quod acceperat [illegible] Metricus, Deo cum gratiarum actione [illegible] O animum summè fidelem! ô pulchrum Dei, & creaturæ certamen! Ille effundit, hæc te[illegible] & non citiùs ab eius manibus in creaturæ [illegible] quàm ab hac excussum mutuus ad Numen reuertens; Lusúsne iste, & fortasse pilæ similis lusus aliquis? Sanè lusisse Verbum, dum terrena ordinaret, cùm ad extra Diuinitas beneficentia [illegible] omni enti progressa est, Parœmiastes asserit Prouerb. cap. 8. vers. 30. *Cum eo eram, cuncta componens & delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore ludens in orbe terrarum*; Neque absimilem pilæ lusum extitisse putauit Lyranus, Sed quanquam ille ad volubilem fortunæ rotatum transfert, quæ modò ad hos modò ad illos transit, & quò ditet quosdam alios depauperat; nos tamen ad reciprocam beneficiorum pugnam; Nam sicut pilam recipiens non detinet; sed in eundem, qua potest, festinatione retorquet, à quo euolauerit; ita gratus animus iteratò, quæ admiserit post[illegible] restituit: nouit enim à Philosopho dictum, (Seneca libro 4. de beneficiis, *Ingratum est beneficium, quod diu inter manus dantis hæsit* Et eundem asserere epistol. 83. *Errat, si quis beneficium accipit libentius quàm reddit: hilarior esse debet qui soluit, quam qui mutuat; & lætior esse debet, qui ære alieno accepti beneficij exoneratur, quam qui obligatur.* Sed desetamus trita ista ne vulgari affectum se beneficiis cultior, legens c[illegible]

Prouerb. 8.
Lyran.
Senec.

56. Clausit apud Ægyptum diem Iacob, & antequàm fato cederet extremo, adiurauit filium suum Ioseph, vti cadauer defuncti in Chanaan sepeliendum transferret. Genes. cap. 47. vers. 3. Verùm cur tam sollicitus de extincti animæ exuuiis Patriarcha? Quid referat viro præstanti sapienti quacunque orbis parte cineres taceant? Habeat in pretio superstitiosa Gentilitas, cui nulla restat spes, & fabulas putat Auernum, atque Paradisum, altior debet esse Iacob cogitatio, vt qui Deum facie ad faciem viderit, & salua facta sit anima eius: Equidem patriæ amore allectum Caietan. & Oleast. arbitrati sunt pusilli in ea verba; *Dulcis patriæ amor est vt non solùm viui eam desideremus, dum ab vnius, sed non nisi in ea mortui nos requiescere putemus.* Ego sic interpretor, Nimirum terra Chanaan, quæ eduxit in lucem Iacob, quæ natiua ei gleba, hæc alit, hæc enutriuit, hæc succum, & medullam præ[illegible] de[illegible]

Genes. 47.
Caiet.
Oleast.
Patriæ amor intimus hominibus.

debuit igitur corpus terræ Chanaan, quando hæc subministrauit escas, quæ in sanguinem, in carnem, in solidiores quoque partes conuersæ sunt; Quando ergo ab hac terra acceperit, per quæ materia sustentata est, quò gratum se ostenderet, oportebat benefacienti suo iterum restituisse, ab illa quæ mutuatus esset; accepit autem corpus; hoc ergo ferri in terram Chanaan præcepit, quo ad hanc tellurem, quod eius fuisset, beneficium reuerteretur; Aliquid de hac grati animi testificatione innuere visus Rupertus lib. 9. in Genesim, cap. 11. *Quid autem*, (dicit) *Patriarcha tantus, ciuis cæli, cui viuenti totus mundus exilium fuit, tantoperè de corpore suo curauit, & serio scire voluit, quo loco puluis in puluerem, & cinis reuerteretur in cinerem? Videlicet, quia terra repromissionis Domini Dei erat dicentis; Terram, in qua dormis, dabo tibi, & semini tuo, & his similia, quæ promisit: Donum autem Dei, qualecunque est, siue magnum, siue paruum, cæleste, siue terrenum pro honore, vel charitate datum, pretiosum est, & esse debet in oculis sapientis.* Rupert.

57\. Aliud quoque meditatus sum, singulare illud fortasse, Cùm ex Labanis domo in patriam reuerteretur Iacob, misit Verbum administratorios Spiritus suos, qui obuiam procederent, & quasi victorem lætis plausibus cum triumpho in natales deducerent sedes; Adstitère magno pugili tanquam præsidiaria cohors Pæana canentes, quos cùm vidisset cum militiæ forma, ait; *Castra Dei sunt hæc: Et appellauit nomen loci illius, Mahanaim id est, Castra,* Genes. cap 32. vers. 2. Sed lubet splendidam Ruperti orationem adtexere lib. 8. in Genesim, cap. 2. *Non dictum est*, (inquit) *quia apparuit Angelus, vel apparuerunt Angeli ei, quod & multis accidit: sed dictum est, quia fuerunt ei obuiã Angeli Dei, quod insigne sonat victoris & emeriti, cui pro gloria triumphi pompa cælestis obuiam procedens, festina exceptione lætum obsequium præbuerit:* Sic itaque ob Verbi imperia Iacob famulati sunt angelici Spiritus, & eius condecorarunt triumphum; Cupiebat Patriarcha par referre benefactori, & donum transferre in Auctorem; sed quis modus exæquandi illa? Vidit prophetico lumine Verbum hominem factum; sciuit in Chanaan nasciturum, ibidémque & morti, & sepulcro tradendum; At vlteriùs contemplatus est tertia die resuscitandum cum gloria immarcessibili, quò verò speciosior esset anastasis, & resurgentis dignior pompa, consurrectura & alia multa corpora Sanctorum, quæ dormiebant in monumentis: affulsit illicò spes obsequendi Verbo eiúsque augendi triumphum: Igitur, quò famulari resurgenti cum carne Verbo possit, atque ita compensare famulitium Angelorum, cùm ex Verbi iussione ouantem cum castrensi more deduxerunt, mandauit deferri corpus suum in terram Chanaan: ergo quod impendit Iacob beneficium per ministeria cœlestium spirituum Verbum, hoc rursum eidem Verbo carne circũdato restituit obsequium Patriarcha, dum resurgeret ministrans per seipsum, & comitatus splendorem augens: Abulensis ad cap 47. Genesis. *Causa autem, quare volebat in sepulcro illo sepeliri, erat: quia Iacob in spiritu videbat, quòd Messias in terra illa conuersari debebat, & mori, & resurgere: Credidit ergo, quod sicut multa corpora Sanctorum cum ipso Christo resurrectura erant, vt patet Matthæi cap. 27. ita ipse possit cum eo resurgere: & sic tenetur ab omnibus Catholicis factum fuisse*, scilicet, quòd Iacob cum Christo surrexit: quanquam hoc postremum non ita certum, vt apud omnes Orthodoxos fixum sit, vt benè adnotauit Salianus tom. 1. anno mundi 2345. num 3. Gen. 32. Abul. Salian.

58\. Proficiscens in Mesopotamiam Iacob simul atque sopor irruit, *Vidit in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens cælũ: Angelos quoque Dei ascendentes, & descendentes per eã.* Gen. c. 28. v. 12. Sed cuius scala ista symbolũ, declarat egregiè Theodoretus quæst. 82. in Genesim: *Prouidentia* (inquit) *diuina manifestius declaratur in rebus, quæ videntur aduersa: idcirco Iacob fugit, & solus peregrinatur, vt locupletissimus rediens experiatur, quanta sit Dei omnium prouidẽtia, & alios doceat hanc Dei sollicitudinem: id, quod apparitione sua confestim Deus declarauit, ostendẽs ei scalam ad cælum vsque pertingentem & sanctos Angelos ascendentes, & descendentes, ipse vero Dominus sursum consistens confirmabat eum, ac metum expellebat: quorum vnumquodque poterat securum reddere Patriarcham docerur enim nihil negligenter a Deo administrari: sed ipsum omnia dispensare sanctorum Angelorum ministerio*: Igitur, quando scala illa diuina prouidentia: hæc autem sit, per quam beneficia tot, tantáque ad homines deriuentur: boni autem Genij instrumenta sunt, quibus mortales beans prouidentia variis donis, vtitur: optimè quidem scribuntur descendere pennigeri Spiritus, in auxilium, nempe, rationalis creaturæ: Sed, quorsum iidem sine mora ascendere dicantur? Nunquid & Deum etiam filij hominum locupletare valeant? Sanè Dauid, cùm satis potens extitisset: tamen bonorum illius non egere Numen fassus est apertè: quid igitur remeant in cœlum continuò Deo non profuturi: Puto, nomine proborum hominum reuertuntur, eorum sanè, apud quos grata cœlestium beneficiorum memoria viget: Hi igitur, vti animi synceritatem erga benefacientem significent, restituunt per manus Angelorum, quæ per easdem receperunt: sed & Numen gratitudine hominibus non cessurum, quàm subitò dona ab ipso missa remiserе, tam citò vt ad homines maiora iterum deferant, præcipit: Hoc est igitur illa Dei scalæ incumbentis, & hominum bonorum altercatio contendentium, apud quem mansura sint beneficia, hæc irrequieti motus Angelorum occasio. Hoc ostentu stimulabatur Iacob, nempe, modò ille gratus extitisset, nullam timendam aduersæ fortunæ iram; daret Numini libenter, quæ ab eodem recepisset: sic enim contingeret, inexhausta emanatione à supernis ditandum, quando nunquam cessarent Angeli à descensu: descenderent autem munera ferentes, ex quibus secundùm Diuinitatis morem posteriora meliora essent prioribus, in iis præsertim, qui beneficiis vti probè sciuissent. Chrysostomus homil. 54. in Genesim: *Statim in ipso initio volens confirmare alacritatem eius, apparet, ac dicit; Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac patris tui: ego & Patriarcham, & patrem tuum in tantam gloriam crescere feci: Ne igitur timeat: sed crede, quod ego, qui impleui illis suas promissiones, & te mea cura, & prouidentia dignabor: Ne timeas, sed confide, & etiam timore depulso, crede his, quæ à me dicuntur.* Gen. 28. Theodor. Chrysost.

59\. Loquebatur cum Samaritide puella Seruator; atque, vt melioris laticis desiderium inserat, inquit: *Qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed aqua, quam ego dabo ei,*

Ioan. 4. *fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Ioan. cap. 4. vers. 14. Satiè aquæ vocabolo Spiritus sancti dona intelligit Christus, explanatore Chrysost. Chrysostomo homil. 31. in Ioannem: *Spiritus sancti gratiam nunc aquam Scriptura appellat, vt non substantia, sed & operationis has intelligentias esse demonstret.* Verùm, quam ob causam asserat, hunc fontem missurum aquas suas in vitam æternam, hoc est, in cœlestia? Cur non potiùs irriget humana, vbi maior necessitas, imò in patria illa serena, & beata nihil deest? Cur non saltem mare aliquid participet, quando omnia flumina eunt in mare? Ad hæc, aquarũ naturæ contrariũ est, in sublime ascendere; grauior nanque est, atque propterea subsidit: Sed vide, vt diximus, hos latices dona esse sancti Spiritus: eiusmodi autem gratiæ è supernis veniunt, quemadmodum Iacobi canonica monet cap. 1. vers. Iacob. 1. 17. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descendens a Patre luminum:* Quando igitur ex Olympo ea munera delapsa fuerint, iustus, qui accepit, animi gratitudinem monstraturus, vnde exorta sunt, illuc secundò restituit, ac proinde in sedes empyreas, vbi, qui beati, & felices sunt, vitam habent, habéntque abundantem, & æternam: O putam iustorum amicitiam! In Deo requiescunt solùm: Deus illis omnia; & quò ostendant charitatem non esse mercenariam, dona non spernunt quidem; ablegant tamen piè à se: saltem id testatum cupiunt, Deo, non sibi cupere munera: Huiusmodi fortis amator Ignatius meus, Pater & Dux tesseræ meæ, nihil sibi adscribi permisit, I E S V vocari Sodalitium, à I E S V nominari vniuersa, & concupiuit & obtinuit: Verùm de loco Ioannis allegatum Ruricij, Episcopi Lemouicensis, expositio- Ruric. nem prætermisisse non iuuat. lib. 2. epist. 33. *Hanc aquam* (inquit) *si quis fidelis, non gustu tantum summo tenus ore libauerit; sed totis animæ visceribus appetens continua sorbuerit: protinus in laudem Domini omnipotentis erumpet, & hoc incipet eructare, quod biberit:* Satis propriè Ruricius dixit: *Hoc incipit eructare*, nam Hebræa, pro quibus vulgatus *eructare* transfert, erumpere etiam tanquam ex viuente vena, & manare velut ex scaturiente fonte denotant, quemadmodum Lorinus probat Lorin. ad versum 1. Psalm. 44. *Eructauit cor meum*, &c. Ructos etiam secundùm Æsculapianam Scholam denotat ciborum quidpiam, quod ex debili pectoris calore à stomacho in os iterum reuertatur: nempe, ad eundem beneficia regrediantur, à quo deriuata sint, hoc est ructus, hoc fons aquæ salientis in vitam æternam.

Sed aliquid de ructu ex Psalm. 18. versu 3.
60. *Dies diei* (inquit) *eructat verbum, & nox nocti in-*
Psal. 18. *dicat scientiam:* quæ sic explano, vt quidem vnus dies alteri quasi monitor; & pædagogus sit; nox quoque alteri nocti magistra sit: Sed quid aut dies, aut nox docturi sint? Nempe, dies, vt nocti gratus sit; nox, vt diei grata sit: In quibus? Sanè post vernale æquinoctium dies longiores fiunt: nox contrahitur, vt illi crescant; augentur, sed ob tenebrarum diminutionem, sic benefacit diei nox: verùm ille recompensat iterum autumni transacto æquinoctio; tum enim lux exinanitur, vmbræ productiores fiunt, scilicet quas commodauit nox horas diei per æstatem, restituit ille bruma ineunte, & accepta dona retribuit: Theophilus Alexandrinus epist. 3. Theoph. Alex. paschali: *Dies (ait) ordine, & circulo suo de noctis temporibus mutuatur & rursum nox recipit, quod largita est: dúmque vicissim & tribuunt, accipiant, & orbe quodam, quod paulatim amiserant decrescentes, se rursum crescentes recipiunt: Creatoris Dei interpretantur sapientiam:* His Vltimis Theophili verbis fortasse allusum ad Psalmi, quem nominauimus, decimioctaui exordium: *Cæli enarrant gloriam Dei*: est enim tanti Gubernatoris incredibilis honor, talibus vti famulantibus, qui nihil recipiant; aut, si; vt admittant quidpiam, iterum possessoribus restituunt: O Regum familiares, ô Iudices Prouinciarum, discite à nocte, discite à luce nihil recipere! Hinc Moyses Deuteronomij cap. 32. vers. 1. ingratos allocuturus, cœlum & terram testes aduersùs illos citat, idémque Isaias cap. 1. vers. 2. *Audite* (inquit) *cæli, & auribus percipe, terra*: Olympum quidem allegat, quoniam dies, & nox tam gratæ sint: terram autem, quòd & granum frumenti sulco consepultum agricolæ cum fœnore multiplicatum nempe, restituat; Israël autem Dominum non cognouit, cui prætulit idolum in similitudinem vituli comedentis fœnum.

Ministri Principum non debent munera admittere.

Deut. 32.

Isaiæ 1.

61. Math. 4. Modum, quo ad Apostolatum assumpti sunt Iacobus, & Ioannes, fratres, describens Matthæus cap. 4. vers. 21. *Et procedens inde* (Christus, videlicet) *vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius, in naui cum Zebedæo patre eorum, reficientes retia sua, & vocauit eos:* Cur memorat in genitoris comitatu fuisse, cùm Seruatoris voci auscultarunt: Num, vt commendet obedientiæ nobilitatem, quæ I E S V M parenti antehabuit? Nam certè & alius ab eodem vocatus rogauit, vti sineret priùs genitorem defunctum terræ commendare: Sed cur tunc potissimùm alloquutus, quando magis debuerit in solatium grandeuæ ætatis ei, qui procreauit, qui aluerat, reliquisse? Animaduertit sanè hominum Redemptor, germanos istos paternæ educationis apprimè memores: quippe donec pueri fuerant, & victum sibi conquirere ignnrarent, genitor prouidebat: nunc quando via parens laborando sit, alienóque egeat ministerio, quo & panem, & vestem adipiscatur, filij beneficio pari afficiunt; atque vt ille cum otio viuat, ipsi sudant: Arbitratus est igitur Christus, homines in quibus tanta animi gratitudo vigeret, discipulatui suo opprimè aptos, proinde tum singulariter vocauit, quando genitori succurrentes viderat, & patri similia obsequia restituentes, nec enim hæc vulgaria probatæ indolis documenta fuerant erga genitorem nempe, tam piè gratos fuisse, vt loquitur Chrysostomus Chrysost. homil. 14 in Matthæum: *Nec sanè parua hæc sunt documenta virtutis, facile omnem tolerare paupertatem; de iustis laboribus viuere, mutua sibi charitate connecti, secum habere inopem patrem, atque in eius obsequio laborare.*

62. Cùm Ægypti fluuium in sanguinem conuertere ob Pharaonis duritiem vellet Numen, Moysi præcepit: *Dic* (inquit) *ad Aaron: tolle virgam tuam, & extende manum tuam super aquas Ægypti, & super fluuios eorum, vt vertantur in sanguinem.* Exod. Exod. 7 cap. 7. vers. 19. Verùm, nónne Moyses ipse hoc facere posset? Imò debebat quidem: primùm, quoniam Aarone natu minor erat, & seniorem germanũ adolescentiori imperare decentius erat: secundò, idque præcipuè, eò quòd Moyses ex infantibus Hebræis extitisset, quos sub aquis perire Pharao iussisset, quem exitio proximum,

de

de alueo tyranni gnata extraxit: Quemadmodum igitur Numen aquas in sanguinem verti idcircò permiserit, vt quibus offenderant impij, iisdem torquerentur: nam benè Oleaster ad citatum à nobis septimum caput: *Aduerte etiam, quomodo* Per quæ quis peccat, punitur. *per ea, quæ quis peccat, torquetur: peccauerant Ægyptij, aquis fluminis suffocando & submergendo filios piorum; & ideò voluit Dominus, quòd ab aquis punirentur bibendo sanguinem pro aqua:* sic idem sineret, vt supplicij instrumentum is esset, quem extingnere cupiebant: est enim malis pœna cruenta nimis, ab iis opprimi, quos aliquando odêre, quos contempsêre: est & Sanctis gaudij non modica occasio: lætabitur enim iustus, cùm viderit vindictam, & lauabit manus suas in sanguine peccatorum: Ob has itaque causas Moysem potiùs, quàm Aaronem virgam sumere conueniens erat: Ita quidem, ni alia fuissent obstacula: Debebat Moyses flumini incolumitatem quodammodo, debebat vitam, quòd tunc placidior cucurrisset, quòd fluctibus non intumesceret, quòd non excreuisset more suo, & infantem diluuia præcipitassent in vada scopulosa, aut cautibus allisissent: Igitur, quando ad Pharaonis domandam superbiam expediens sit in cruorem vndas conuerti, saltem hoc concedatur, ne Moyses id faciendo mortalium ingratissimus habeatur: nam, quanquam apud Sapientes iussa superna excusarent (Deo nanque præcipiente & per calcatum patrem, & per calcatam matrem pergendum) sed vulgus indoctum crudelem, beneficiorúmque immemorem appellaret, vt qui inuisas reddidisset vndas, & immani affecisset plaga, à quibus olim crepundialis & mammans adhuc tam blandè, tam humanè exceptus fuisset: Famæ igitur Legislatoris prospiciens Deus, iussit virgam Aaroni tradi, quando flumina in sanguinem vertenda

Abul. erant: Secundùm hæc Abulensis quæst. 7 in c. 7. Exodi: *Alia causa est* (inquit) *quia Moyses fuerat liberatus de aquis, vt patet supra cap. 2. adeò non erat rationabile quod percuteret aquas.*

Duo somnia viderat Ioseph: alterum de ma-

63. nipulis, qui consurgentem vnum manipulum colebant, quibus significabatur adorandum à fratribus, quod & ipsos non delituit: *Nunquid* (inquiunt) *Rex noster eris? aut subiiciemur ditioni tuæ?* Genes. cap. 37. vers. 8. Alterum, quo & So-

Gen. 37. lem, & Lunam, & stellas vndecim supplices venerari intuitus sit: quo adumbratum, & genitorem, & matrem adoraturos eum fuisse: Sed hac audita visione, ait Textus eodem capite, vers. 10. *Increpauit eum pater suus, & dixit: Quid sibi vult hoc somnium, quod vidisti? Nam ego, & mater tua, & fratres tui adorabimus te super terram?* Sed, quare non & primo narrato somnio genitor in eum inuectus est? Nam peruenisse de eo rumorem ad aures parentis verosimile est, quando fratres sciuerint, & indignè tulerint, & patri nunciarent, vt quàm procax esset puerulus, quem adeò diligebat, nosset, minúsque amaret in posterum: Sed rescito vtroque somnio, quamobrem exardescit homo maturus? neque enim fieri posset, vt gnatum pater adoraret, nisi hoc ad Reipublicæ gubernacula subuecto: quòd si Magistratum filius gessisset, non absonum tunc, vt definit ex

Parentē meliorē filio locum cedere, qua occasione decorum. Gell. Tauri Philosophi opinatione Gellius Atticarum noctium lib. 2. cap. 2. *In publicis locis, atque muneribus, atque actionibus, patrum iura, cum filiorum, qui in Magistratu sunt, potestatibus collata interquiescere paululùm, & conniuere:* Atque, vt leges

Sherlogi Anteloq. in Cant.

aliquæ infringendæ essent; sed facilis dispensatio, cùm genitor ob filij principatum cederet; quis autem non gnato imperium comparasset, si tam facili acquirendum pretio, tantùm vt pater ante filium procumberet? Sed animaduerte, quoniam aliud sit, patrem velle ob Magistratus, aut publicæ functionis honorem filio cedere; aliud, filium hanc genitoris subiectionem admittere: in patre virtus atque laus est; filius, si potuit declinare genitoris adorationem, nec fecit, superbus atque ingratus est, quippe gnatus post Deum parenti acceptum referre debet, quod est, & cùm à patre acceperit esse, in eundem referre velus in caput & radicem oportet omnem præcellentiam: Vno verbo, cùm caput in membra fluat, membra vt capiti grata sint, capiti restituere debêt, si quid in eis, aut gloriæ, aut vigoris est: pater verò filij caput est, cuius ille ramus, pars, membrum: Igitur Iosephum cùm pater impensè diligeret, & de puero grandia sibi spoponderet: videns, adorationem sibi à capite præstari velle, cùm è diuerso parentem gnatus adorare debuisset, timuit, ne ingratus euaderet, ingratum autem sciebat pectus nunquam ad sublimia anhelare, proinde increpuit vt quem ab ineunte ætate gratitudine in primis addictum optaret, vt quæ sit virtus facilè reliquas virtutes in anima generans:

Philo Hebræus libro de Ioseph. prope initium: Phil Heb. *Grauiter autem obiurgabat filium, timens, ne quid ille peccaret: Potéstne, inquit, fieri, vt ego, matérque, & fratres adoremus te? Nam per Solem, patrem, per Lunam, matrem: per vndecim stellas fratres significare videris: quod caue vnquam in mentem tibi, mi puer, veniat: trade potiùs obliuioni visiones istas nefarias:* Appellat autem visiones nefarias, eò quòd ingratitudinis species sit, caput subiici membris, patrem adorare filium

Absalon ille parricidalis, neque pugna interem- 64.

ptus, neque à saltu absorptus, cùm plures ille consumeret, quàm quos gladius vorauerat, neque à Dauidis, qui occurrerunt, satellitibus confossus, non scopulo illisus, non mulo deiectus: omnia pepercerant: Num, quia pius genitor sic optauerat? eius enim vnicum votum: *Seruate mihi puerum Absalonem.* Reg. 2. cap 18. num. 5. 2. Reg. 18

Verùm conniuentibus reliquis, non arbor, non Ioab pepercit: Dicamus primùm de quercu, quæ bellatoris crines implicuit; cur huius rami speciatim vindicant, & vlciscuntur? Equidem nonnunquam accidit, ex nobilitate quempiam dedecoroso facinore turpari: tristatur familia quoniam vnius noxa in omnes redundat, vniuersos grauat: Tandem; siue ob amicitias, siue ob pecunias condonat Magistratus, placantur ciues: sed nunquam consanguinei conquiescunt: manet alto corde affixa labes, non aliter quàm morte pianda, atque vltimò necem inferunt: Ecce, qui præ cunctis parcere debuissent, præ reliquis sæuiunt? Ne stupescite: vehemens eos dolor incitat: & nisi sublato impio capite haud putant inustum stigma deleri posse: Iam quò tendat oratio, suspicamini: Erat Absalon ramus, truncus Dauid: vicit immanitate barbariem omnem iniquissima soboles: delicias, splendorem, vitam eripere conabatur ei, à quo progenitus, à quo enutritus in pompa & voluptate multa; dolebant rami super infami germine, & quoniam genus suum macula horrenda asperserat, vltionem pollicentur: Infelix Absalon, dira nimis ramorum est ira, parcant Dauidis serui, conniueat saltus,

indulgeant scopuli, mulus adiuuet, Olympus fulmina contineat, non mare excipiat, non terra dehiscat: postquàm omnia quieuerint, frondes armabuntur, & quàm inauditæ ingratitudinis forma ramis attulisti iniuriam, vindicabunt vertice illaqueato; lictores erunt, qui Ioabo interfectori illitant; sic iustè non nisi à ramis patitur, qui rami nomine abusus, aduersùs radicem ingratus extitit; Sic non pede non manibus; sed capite irretitur, qui non contemnere caput, non destruere veritus: Chrysost. tom. 1. coarrat. in Psal. 3. *In arbore sublimi suspensus est, qui aduersùs patrē erigebatur; & à planta detinebatur, qui cum radice pugnabat; & vinctus erat à ramo ramus, qui erat à paterna affectione abruptus; & capite tenebatur, qui genitoris caput auferre contendebat; & tanquā fructus pendebat ab arbore, qui natiuā agricolam volebat exscindere;* Et similia multa eodem tom. 1. hom. de Absalon persequente patrem Dauid, vbi illud; *Te non contempserunt exercitus,* (cū Dauide sermo est,) *non duces, quibus parci scelesto, mandasti: sed illa arbor, illa te primùm vlta est, illa læsi patris iniuriam, quā te nō audierat, vindicauit:* Ad Ioabum feramur; Cur iste singulariter iugulat, cùm abstineret totus exercitus, Dauidici memor imperij, qui puerum liberandum præceperat enixè; Equidem, si quis alius in Dauidis militia gratissimi cordis, Ioab in primis; Testatus planè, cùm obsessa vrbe Rabbath, cùm caperetur, Regem aduocari iussit, vti honos victoriæ potiùs Monarchæ, quàm sibi adscriberetur, Reg. 2. cap. 12. vers. 28. Quanta fidi cordis sinceritas, quæ magis cuperet Regi, quàm sibi gloriam, & à se lucem triumphi alienaret, vt in eum, à quo beneficia recepisset, transferret? Quoniam igitur bonus ordo postulabat, vt de ingratitudine supplicium gratitudo sumeret, (huius enim virtutis est, sibi oppositum vitium extinguere,) de ingratissimo Absalone æquum erat, vt non alius magis quàm is, qui gratitudine eximiè fulgeret, vindictam caperet; hic autem erat Ioab, ac proinde ab huius dextera periit viperina proles: Dissimilis Absaloni germanus eius, Canticorum Scriptor; memor beneficiorum, quæ à Deo accepit, Deo reddidit; atque vt significaret, titulum præfixit dedicationem, quæ innueret, inquiens; *Canticum Canticorum Salomonis.*

In quibus quis peccat, in iisdem plectitur. Chrysost.

2. Reg 12.

SECTIO VII.

Verus obediens, neque præcipientis conditionem, neque mandatorum qualitatem (tantùm honesta sint) discernere debet; Deus solus attendendus.

65. Statuimus, nihil interesse, siue Canticorum inscriptio Salomonici imperij partus extitisset, seu eam septuaginta Seniores adinuenerint, siue Esdras, aut alius quispiam, dummodo afflatu Dei; decreuimus nanque in vaticiniis, simpliciter loquendo, haud anxiè esse disquirendum de immediato loquutore, quando prophetantes instrumentum solùm sint Dei effantis, qui certè, quemadmodum per Moysem doctissimum virum, vtpote omni Ægyptiorum sapientia eruditum, loquutus sit; ita & per rusticum Amos etiam prophetauit: Itaque Deus est, quem in prædicente attendere debeamus, cùm eius sermo ille sit, & materialiter se habeat, quòd per huius os, scilicet, aut Regis, qualis Dauid; aut docti, qualis Salomon: aut pastoris, & abiecti, qualis Amos, profatus sit; Quo symbolo egregiè delineari obedientiæ naturam existimem, nam, qui huius scopum virtutis attingere desiderat, personam imperantis respicere non debet: sed, siue Angelus de cœlo: seu homo super terram, atque inter homines; siue Pharisæus à cathedra doceat, cuius vita sermonibus discors: seu Moyses ipse sanctissimus Legislator: seu Consul, siue plebeius imperet, æquè obtemperare oporteat: Neque etiam disquirendum, an hæc, an illa potiùs præcipere iustum fuisset, modò Dei legibus non aduersentur, similiter vniuersa amplexanda sunt, & pari mentis alacritate: Verùm percipiamus ex diuina B. Parentis nostri Ignatij epistola hac de virtute documentum admirabile: *Siquidem superiori* (inquit) *nec si prudentia, bonitate, cæterisve quibuslibet donis ornatus, instructúsque sit, propterea obtemperandum est: sed ob id solum, quod vices gerat Dei, eiusdémque auctoritate fungatur, qui dicit: Qui vos audit, me audit; qui vos spernit, me spernit: Nec è contra sine consilio, aut prudentia minùs valeat, quidquam idcirco de obedientia remittendum, quatenus ille Superior est: quandò illius personam refert, cuius sapientia falli non potest, supplebitque ipse, quicquid ministro defuerit, siue probitate, aliísque ornamentis careat.* Sic beatus Pater! probemus ista.

S. Ignat. de Loyola.

Restituit vitæ Seruator defunctum Lazarum: sed ecce qualis prodeat? nempe, ligatus pedes, & manus institis, & facies illius sudario erat ligata, Ioan. cap. 11. vers. 44. Vt quid in hunc modum; neque enim taliter alij, quos vita donauit, cùm tamen iidem sepeliendi ritus fuissent: & debuit sanè hospitibus eam gratiam fecisse, sororibus dico, quas summoperè diligebat, vt fraternos vultus nimiùm optatos quamprimùm intuerentur: Equidem Lazarus eos homines repræsentabat, qui cùm diu in peccatis iacuissent: & penè in his computruissent, tandem benignioris Numinis clementia ex peccatorum cœno emerserunt: hi autem pristinis vitiis renunciantes, dum spiritalis vitæ structuram meditantur, de basi in primis cogitant, quæ est obedientia: *Est enim hæc vna virtus* (vt loquitur Gregorius in Moralibus lib. 35. capitis decimi initio,) *quæ cæteras virtutes menti inserit, insertásq; custodit.* Igitur, vti eiusmodi, quorum typum sustinebat, obedientiæ genuinam formam præmonstraret Lazarus, sic irretitus prodit: nam certè oculi propterea obuelati, ne sciret, quisnam ille fuisset qui de morte suscitaret, num obscurus, an nobilis: diues, an pauper: illiteratus an doctus: si enim Christum vocantem conspexisset, amicitiæ antiquæ quòd obsecundaret, detulisse existimari posset, vel personæ, quæ maiestate, scientia, pulchritudine, morum integritate excelleret: cùm tamen alterum etiam his carentem dotibus, Dei tamen Legatum, auscultare debuisset: pedes vinctos habet, vt qui propria virtute in hunc potiùs, quàm illum, digredi non valeret locum, nec optaret fixas aliquas sedes: tantùm vellet superiorum ductu ferri: O felix impedimentum! Nunquam liberior Marthæ frater, atque Mariæ, quàm dum sic implicitus, vt nihil aliud caperet, quàm quod Prælatus desiderasset: Eleganter Ambrosius libro de fide 66.

Ioan. 11.

Obedientia, basis virtutum.

Gregor. Pap.

Ambros.

fide resurrectionis, prope medium: *Audiuit ergo defunctus, & exiuit foras de monumento, ligatus pedes & manus institis, ac facies eius orario ligata erat: Comprehende, si potes quemadmodum clausis oculis iter carpit, vinctis pedibus gradum dirigit. manebant vincula, nec tenebant; tegebantur oculi sed videbant: virtute enim diuinæ præceptionis operante natura suum non requirebat officium: Si miraris hoc, disce, qui imperauerit; tum mirari desines*: Quàm speciosum est illud, quod Ambrosius asserit! *Tegebantur oculi, sed videbant*: Nunquam enim melius cernimus, quàm cum non intuemur: cæco, nimirum quodam impetu voluntatis parendi cupidæ, ducti, nec metus est, vt labatur pes, quanquam illaqueatus; gradietur inoffensè vsque ad ciuitatem sanctam Sion.

67. Contemplor etiam Lazari vinculis simile quidpiam in supernis, & prope ipsum Deum; quippe eius throno adstantes Seraphim, *Sex alæ vni, & sex alæ alteri, duabus velabant faciem eius,* Isaiæ 6. *& duabus velabant pedes eius*. Isaiæ cap. 6. vers. 2. Sed, cuius & vultum, atque vestigia? an Dei, an ipsorum spirituum? Equidem suos Patronos vtraque habet opinatio: sed veterum recentiorumque maior pars, Angelorum ora, plantasque velatas arbitratur: Quare & Symmachum vertisse? Procop. *Velabant faciem suam*. Procopius asseuerat: vide Sanct. nostros Sanctium, & Aluarez: Ergo & aliud in Aluarez. his Lazari mysterium: nam lumina absconduntur, pedésque alarum innectuntur pennis: Num ob patem causam? Planè: quippe administratorij Spiritus sunt, in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis; atque, vt effatur Bernard. Bernardus serm. 2 in vigilia Natalis Domini, *Discurrunt medij inter nos, & Deum, fidelissimè portantes ad eū gemitus nostros, & ipsius nobis gratiam deuotissimè reportantes*; Quādo itaque Creatoris imperia obseruant, & exequuntur; benè si faciem tegant, vt, quod ad eos attinet, nolint scire, quisnam ille sit, qui præcipiat; num Deus in sua maiestate, an alius nomine ipsius etiam, quāquam minor Angelis, & neque id paulò quidem, promptissimè obsequerentur, ac si immediatè Numen intimasset: pedes quoque irretitos ostendunt, vt nullam sibi propensionem esse, ad hæc itinera potiùs quàm illa, significent; verùm id placere solùm, quod Superiori visum fuerit imperare, neque alacres magis ad Regum aulas, quàm ad pauperum tabernas: sola voluptas, paruisse: Fauet huic explanationi non obscurè noSanct. ster Sanctius num. 14. *At religiosa* (inquit) *obedientia habes hic, si vnquam, præclarum symbolum, quam humilem esse debere, alacrem, & cæcam, docet spiritualium Patrum, & omnium penè Ordinum religiosorum disciplina: ecce hic habes excussas alas, & ad volandum expeditas, cum oculis tamen, si non cæcis, certè velatis: habes pedes tectos, in quibus affectus significari constat: vt discas, non tam tuis affectibus, atque voluntati seruiendum, quàm parendum alienæ.*

68. Volebat Creator Moysem in Ægyptum destinare ad Pharaonem, vt educeret populum eius de captiuitate, & iugo ferreo: at Propheta semel, iterúmque supplicat, ne mittatur: nunc quidem velut imbecillitatis suæ conscius: *Quis sum ego* (inquit) *vt vadam ad Pharaonem*, &c. Exod. Exod. 3. & 4 cap. 3. vers. 11. nunc linguæ infantiam proponit: *Obsecro, Domine, non sum eloquens ab heri & nudiustertius*. Exod. cap. 4. vers. 10. Nuper idem Numen Isaiæ 6. apud Isaïam deliberabat eo, quod citatur Isaiæ cap. 6. vers. 8. *Quem mittam, & quis ibit nobis?* Statimque prosilit Vates & amoto omni impedimento: *Ecce ego, (inquit,) mitte me*: Quamobrem, aut non promptum se Moyses continuò exhibet aut non etiam tergiuersatur Isaias? Num, quia ad liberandos conciues mittebatur Legislator, quod illi optatissimum erat? & arbitrabatur vix obedientiæ nomine dignam patentiam, cùm ea quispiam ex Superioris iussu exequitur, quæ ab eo præcipi maximè cuperet? Non dissentit Magnus Basilius in cap. 6. Isaiæ. *Quia illic quidem mittebatur Moyses pro bono ac beneficio in populum conferendo: & nos homines sic natura comparati sumus, vt quæ semel volentes exequendæ proposito elegerimus, quamlibet molesta fuerint, tamen eam operosam molestiam deuoramus, ac perpetimur.* An ideò Moyses detrectat, quoniam ambitiosa erat legatio, & plurimi honoris, & quanquam Superiori parere opus perfectum quidem; sed tamen cùm ad pompam quisquam vocatur, humilitatis est cum sobrietate reniti, sitàmque habet laudem? Ita Basilius eodem loco, & multò clariùs Gregorius Romanus lib. 35. Moralium, cap. 10. *Moyses namque (ait) cum in deserto oues pasceret, Domino per Angelum in igne loquente vocatus est, vt eripiendæ omni Israelitarum multitudini præesset: sed, quia apud semetipsum humilis extitit oblatum protinus tanti regiminis gloriam expauit, moxque ad infirmitatis patrocinium recurrit, dicens: Obsecro, Domine, non sum eloquens*, &c. Fateor quidem, commendabilem esse affectum renitentis cum indifferentia, quando Prælatus ad sublimia euehit; sed tamen obedientiæ purissima lex est, nihil proprij velle retinere; æquis vlnis amplecti, siue quod excelsum est, seu quod abiectum: Cùm igitur vidisset Isaïas Seraphim vultum, pedésque alarum vmbraculo protegentes, didicit ab eis, obedientiæ præclarissimam normam esse, cùm iudicium voluntásque subditi cum iudicio, voluntatéque Antistitis, siue in grandibus, seu in paruis consentit; hoc enim illo ostento diximus, numero elapso repræsentatum; Itaque Isaïas totus à Superioris dependens placito, *Ecce ego*, inquit, *mitte me*. Nec dicit sanè: *Ego ibo*, cùm tamen quæsitum fuisset, *Quis ibit?* quoniam eiusmodi asseueratio quidpiam propriæ voluntatis adsonare videatur: sed, *Mitte me*: penes te sint vniuersa: tu impelle, siue ad magna, seu ad exilia: Basilius vbi suprà: *Quare Moyses quidem propter splendidum & illustre genus, accitus est ad tanti populi præfecturam, quam deprecatus est: Quis sum, vt pergam ad Pharaonem Regem? Rursus: Obsecro, Domine insufficiens, nec satis idoneus sum! Isaias autem tale aliquid cùm nihil audisset, sed solùm edoctus necessitatem mittendæ legationis, nihil cunctatus seipsum permisit Deo, pérque exuperantem charitatem se iniecit medium subeundis periculis, nihil secum reputans eorum, quæ sibi irroganda essent à populo mala.*

Vix obedientia, quæ de rebus est nobis placentibus.

Basil.

Superiori proponere quando liceat.

Greg. Pap.

Basil.

69. Expendamus Zenonis Veronensis ex tertio de Abraham sermone, gnomen: *Lætatus est puer* (inquit) *patre fideli, ipse quoque fidelior; nec recusabat mortem, quam Deus, qui vitam dederat, imperabat.* Quo in axiomate, illud peregrinum, quod *patre fideli* puerum *fideliorem* nominet: Verùm, nónne Abraham, pater credentium? Quo more igitur eo *fidelior* Isaac? An, quoniam in adolescente virtutem plùs demiramur, quàm in senibus? vel, quia filius ibi orditur, vbi desinit parens, quando vltima penè Abrahæ tentatio fit primus

Zen. Ver.

Virtus in adolescente rara.

filiiIsaac? Equidem Abrahamo, quemadmodum
Gen 22. Genesis caput 22. in... tat, ... immediatè edoctus est, vti ... holocaustum offerret super ... montium, quem ostenderet ... Isaac autem non à D... ipso immediatè sed ab homine, genitore nimirum, percepit, velle Numen quam illi connubio dauerat ... tam, repetere ab eo: maioris autem obedientiæ est parere Deo, cuius voluntas non nisi per hominem innotescit, qui vanitati & mendacio subiectus est, quàm Deo se palam manifestanti. Vt igitur innuat, quàm alia virtus sit, Deum in Prælato agnoscere, eidémque non secùs parere pe alios loquenti. quàm si ipse vultum aperiret: puerum genitore *fideliorem* appellare non est veritus; Sed progrediamur cum Zenone: *O qui seruum Domini ita se esse meminerat, vt patrem se esse nesciret: Quid est, pater? Ecce sub oculis iacet filius vinculis adstrictus vbi sunt lacrymæ? vbi dolor, qui in humanis sensibus versari consueuit? In tantæ*
Petri exaltatio quanta meritis ... *filij casibus lætatur, & gaudet:* Sed, quare se patrem esse ignorabat? Nimirum, quia sic ad ... iam victimam offerendam accesserat, quasi filium non sacrificaret: itaque mentis tam alta erat pax, vt idem fuerit illi natum mactare, ac si aliud quidpiam occidere iussus esset: non enim, quid sacrificaret, considerabat; sed cum sacrificando pareret: Idem illi, siue filius, siue aries procumberet: non enim rem, sed mandatum intuebatur: Idem rursus beatus Martyr: *A filio ad agnum transtulit dexteram, semper lætatus, & gaudens ... commutatus est vultus eius, cum esset victima mutata, cum tanta lætitia arietem obtulit, cum quanta obtulerat & filium: vbi enim fides fuit, non erat dolor:* Verùm quamobrem in vtroque euentu sibi semper æqualis sacrificans? Scilicet, *Seruum Domini* (vti aiebat Zeno) *ita se esse meminerat, vt patrem se esse nesciret:* ideò oblitus paterni nominis, quoniam oculis obuersabatur, seruum se esse: quod si seruus. certè id omnibus modis considerare debet, quid herus exoptet: si agrum colere iubeat, hoc eadem animi alacritate aggredi oportet, ac si in aula viuere, in deliciis imperet: non, quid faciat, expe... ere præstat; sed, quid possessor illius magis desideret: Verùm, vbinam inueniendus seruus tam bonus, & fidelis, qui non magis velit in Regum domibus habitare, quàm in rustica casa? Quis ille Cœnobita, qui non magi. amet cathedram, & vocari Magister, quàm culinæ occupari sordido & ignoto ministerio? Quid dixi de culina? Vtinam vel ad confessiones audiendas, vel psallendum cum Fratribus, vel rudem plebem instruendam descendant nonnulli! Veniet hora, cùm nouissimum obtinuisse locum eupetent; sanè cùm prement nouissima, O ... brahain, quomodo sic potuisti obliuisci te esse parentem, & tanta lætitia filium iugulare, quanta & arietem!

70. Quæsitum à nobis aliàs, Auctore Cæsario,
Cæsar. Nazianzeni fratre Dialogo quinto, quamobrem Princeps Apostolorum Simon, sic exarserit aduersùs Ananiam, & ... m, vt vita despoliauerit
Act. 5. Actorum cap. 5. Diximus ... piaculum e ... fuisse, qu... celauerint de ... agri venditi: quæ absco... tionis quoddam fuerit genus, cùm ... Petro magis ad ... ... corporatum, vt quarum ... n ... quamur, ... iūs. eandem: Simon autem negauerat semel atque iterum ... neminémque Præceptorem, & ... vocem inficiatus est: cur ... non leni ... e ... simile delictum? Equidem erat illa E ... familia, quam obedientia egregiè fundari oportebat: erat verò Petrus non solum re ... sed etiam omnium Christianorum Hierarcha Aduersitium obedientiam seniori debiti esse Prælato.
Christi vice fungens in terris: Ananias autem, & Sapphira non considerabant in Petro, nisi hominem, proinde de ... posse, & fraudari agri pretio ... ex parte ... gitabant. sic cum ... nuere vid... ea verba: *Non es mentitus hominibus, sed Deo:* ac affirmet: Non me contempsisti: quid enim ego sum, nisi piscator, & idiota? ... Deum: Igitur, ne quis deinceps auderet Superiorem quasi hominem infirmitatibus obnoxium considerare, sed velle Deum intelligeret quod ... petior iubeat, cuius nomine imperat, diminutè obedientes morte abripi subitanea pariùs est.

Nec mirentur, Petrum tam seuerum ... inobedientes: di... it à Magistro suo Christo 71.
Iesv; nam certè vt surrexit de cœna, mittit aquam in peluem, & cœpit lauare pedes discipulorum, vt autem venit ad Simonem Petrum, cùm se indignum æstimaret, cui Dominus pedum sordes ablueret, & amore, & hum... te percitus inquit: *Non lauabis mihi pedes in æternum.* Ioan. cap. 13. vers. 8. Tulit acerbè Redemptor hominum, comminatúsque subiunxit: *Si non lauero te, non habebis partem mecum:* Quid est, non habebis partem mecum? Quasi verò à Christo ... Ioan 13.
sit aut amicitia, aut regno excludendus. Sed, nónne potiùs gratiam promereri debuit? quandoquam enim & renititur; sed pietas, quæ operit delicta, est in contumacia: sed tamen Redemptori non placet indiscreta pietas; vtique, si aut minoris auctoritatis persona, Apostolorum Coryphæo pedes abluisset, haud tulisset grauatè. verùm sustinere non potest, vti eius ad vestigia procumbat Christus: hoc autem est, quod Saluatori displicet: vult enim subditum inco... curiosum esse, & alieno regimine penitùs ... nudu... ... ... nullatenus esse par... s, di... qualis sit person... imperans: num aut ..., vel med... ocris, aut plebeia: tantùm nouerit D... fungi legatione; & cùm ob eius amorem alienæ se voluntati subiecerit, ad diuinam spectare ... uidentiam Apostolus insinuare, quæ auscultatur ... conuenitant: Et puto tam minaciter Simonem alloquutum, vt quoniam cæterorum Caput futurus esset, qual... m ab ... exigeret obedientiam, nosset scilicet, nihil perniciosius ... dito, quàm ... spreto Maiorum iudicio ... antefert sensum, quanquam certè in rebus ... ritalibus & ... pius, in qu... us sanè maius pe... est: Verùm de hoc Christi facto vt opinetur Basil. Basilius Magnus in Regulis Breuioribus, & ponsione 233. inte... amus: *Petrus, cùm et tali... ac tantorum recid... ... rum testimonium à Domino fuisset datum, atque eo modo appellatus, & ... laudatus: vbi vna tantùm in re ab obedientia ... est discedere, atque hoc ipsum non ex negligentia ... perbiave, sed ex reuerentia ... Dominum suum, propter hoc ip... tantùm ... Nisi lauero te, non habebis par... um.*

Creator ... potentiam & gl... m ... 72.
tus Dauid Psalmo 118 v... 9. *Ordi... ...* Psal. 118
(inquit) *perseuerat dies, quoniam om... tibi* ... ... Nu... ... domin...
lucis obed...

Bab... e

habere [illegible] mulos, qui alacriter, ad nutum, constanter obtemperent; Verum, cur non ab alia creatura potius desumpsit encomij materiam? Nam, vt teneantur omnia opera manuum Dei factori suo parere; specialius tamen lux, vt quæ potiora dona receperit: ipsa nanque est prima inter condita à verbo, quæ ab eodem approbata est, Genes. cap. 1. vers. 4. *Et vidit Deus lucem, quod esset bona*; ipsa, cuius genitor, Sol nempe eum imperio creatus: *Fecitque Deus luminare maius, vt praeesset diei.* eodem cap. 1. vers. 16. Quis verò non in æternum, si posset, certè ad longissimum æuum, non permanere Monarchiam vellet? Itaque mirum non est, quòd lux per tot sæcula indefessa obedientia perseueret; Sed perpende, lucis, aliarumque rerum a Deo factarum discrimen; Coguntur quidem & maria, & tellus, & ignis, etiam ingratis nationibus ministrare; Fateor, *ingemiscit creatura*, vt Paulus monet; vtique videns se ad hoc obligatam; nam vellet Numinis iniuriam aduersùs impios mortales vl[illegible]sci; Itaque, cùm onus sit, sub quo suspirat, quòd per tam multas ætates non succumbat, nec renitatur iniquæ seruitute nationi hominum, obedientiæ specimen est omnem vincens eloquentiam, Ast sanè istiusmodi elementis qu[a]le quale nonnunquam solamen: quippe non rarò arua cultori fructus denegant suos, & eludunt agricolæ spem; mare nauigantes absorbet; ignis vrbes aliquando integras depopulatur; Creator permittit; & quoniam iusta est retributio, lætantur cernentes peccatorum vindictam, neque semper prosperari viam impiorum; Cæterùm luci nulla talis consolatio; *Oritur enim Sol, & occidit quotidie, & ad locum suum reuertitur, ibique renascens gyrat per meridiem, & flectitur ad Aquilonem, lustrans vniuersa.* Ecclesiastæ cap. 1. vers. 3. Bene quidem, *lustrans vniuersa*; id est, barbaris simul, & cultis gentibus lucis vsuram præbens, Ethnicum, Mahometanum, Hæreticum non minori benignitate iubaris, quàm Catholicum perfundens; atque inter hos, & peccatorem, & iustum illustrans: vnde filius ille dissipator; *Pater, peccaui in cœlum, & coram te*, non autem, peccaui in terram, dixit Luc. cap. 15. vers. 18. quoniam quid[e]m à terra genitæ arbores esurienti, neque de siliquis, quantùm sat fuisset, subministrabant, cùm Olympus splendores nunquam occultasset: O auricomi syderis deprædicandam obedientiam! Meritò Psalmodus obstupescit, & euehit: si enim iustis fulgere, si templa, si Regum basilicas, si montes aromatum, si conclusos hortos, si reuerberare peccatores ad modicum interuallum Creator iussisset, toleranda fuisset seruitus; at pari alacritate, immundissimis splendescere, oriri super iustos pariter & iniustos, nunquam vacare à benefaciendo ingrati[illegible]; sanè mirabilis famulatus est, & vix inter irrationalia, quod plus enarret Dei gloriam, quam quòd ordinatione eius perseuerer dies: O homo! & non erubescis, nec confu[nd]eris, quoties planetam istum [illegible]! quoties [illegible] vniuersum per[illegible] obse[qu]entem il[l]i, à quo condita est, etia[m] [illegible]m, quando tibi nouer[illegible] vi[illegible] cùm ab ea vapulas, & fame, incendio, illuuione castigat; neque enim vel ista, nisi iussa perficit, adeò nunquam nisi ex alieno optatu re[g]i velit, quod scitè perpendit Aurelius Prudentius libro posteriori contra Symmachum;

[illegible] capax [illegible] andus

Obedientia honorata ves[illegible] faciunda.

Gen. 1.

Rom. 8.

Eccles. 1.

Luc. 15. Terra auara & liberalis, fecit cœlum.

Prudent.

Se prebet populis, nec habet discernere dispar
Viuentum meritum, quos tantum pascere iussa est;
Seruit enim mundus, non iudicat: ibi[illegible] summus
Naturæ Dominus [illegible] ipsa [illegible] seruat.

E[illegible] pronun[illegible] *Seruit enim mundus, non iudicat.* Nam, si mundus iudicandi potestate fungeretur, secerneret [illegible] à [illegible], & [illegible] colligatum ign[i]b[u]s [tr]aderet, quoniam autem [illegible] uit, [t]antùm impe[rata] [illegible] obseruat: sic ille iussit, vt fructus submi[nis]tret bonis, [illegible] nalis producat, ad eum non spectat nisi pa[re]r[e] iussionibus. & ho[c] [illegible] memorato Psalmi, *Ordinatione [illegible]* quoniam omnia seruiunt [illegible], propterea & ingratis, & benè meritis obsecundant, quoniam seruitute sibi obstricta.

Sed ex eodem Psalmographo Oda 104. v. [illegible] 2. vbi memoratur Iosephus à Pharaone [illegible] nonibus affectus: *Vt erudiret (inquit) [illegible] eius sicut semetipsum, & [sen]es eius prudentiam [do]ceret*: nimirum, vt ad eam normam in[illegible] ad quam formatus est ipse Ioseph: Sed [illegible] de Principibus ita dictum, & senibus, non verò de adolescentibus. Arbitror sanè iun[i]or[es] [illegible] eos, qui posteà capessituri erant Reipublicæ habenas, Principum vocabulo signi[fi]cari: suuat n[illegible] cogitationem Brunonis Carthusiani Commentarius: *Et non [illegible] iuuenes Principes, [illegible] qui non erant [illegible] sapientes [illegible] sed & senes eius, qui [illegible] sapientes, maiorem prudentiam doceret: quod quidem mirabile fuit [illegible] senes à iuuene:* Ho[illegible] qui futuri erant Magistratus, & Præfecti prouin[cia]rum, oportebat Iosephum non aliter, quàm sui ad si[mi]litudinem effingere: Quid hæc commonefaciant? Equidem is optimus Antistes euadit, qui nouit optimus esse subditus; optimus verò subditus is est, qui Prælato cuiuis indifferenter paret, siue is nobilis sit & diues, seu pauper & obscurus: indicat enim hæc agens, se non ad personam mandantis attendere, sed ad illum, cuius vicarius sit: Quid verò contigit? Profectò Iacob parenti obsequens fuit, donec apud eum permansit: se[d] pari etiam alacritate Putiphari seruitute oppressus obtemperauerit: quin & carceris vigili, dum clausus [d]etinetur: vbique Ioseph humilis, & obediens: quoniam non hominem perpendebat, sed Deu[m], à q[u]o omnis di[m]anat potestas: & quoniam [illegible] bonus subditus nouerat esse, Magistratuum [ta]men euasit, cui non dubitauit Pharao vniuersam regnorum administrationem [illegible]dere: Qu[illegible]ur iunior nobilitas sufficiens cum tempore ext[it]isset, quæ regere ad imitationem Ioseph posset, & floreret imperium sub tal[i] præfectura, voluit vt eos velut semetipsum erudiret: hoc est, dum in minoribus essent, [f]aceret, vt cuiuis Magistratui obedi[re]n[t], neque eam sibi licentiam vendi[ca]rent, quam nonnulli Optimates ad perniciem Reipublicæ assumunt, qui indignum putant inferioribus obedir[e] Prætoribus: Pagnini habet translatio *Vt alligaret Principes:* Et omnes vulgariter consentiu[n]t Interpretes, Hebræa per[mi]ttere, vti aut *vinciret*, aut *alligaret*, ex bona versione promatur, neque inuenustè pro scopo nostro: Na[m] [a]sserimus v[illegible] primùm bono[s] [su]bditos f[a]cere nobilitatis iuuentutem, qui dign[i] in Magistratum posteà crescerent: ad ho[c] aut[e]m vinciebat, eosque alligabat, id est, propria [vol]untate, & iudicio despo[lia]bat, vt nihil [s]uperent, nihil sentirent aliter, quam Prælatus vel optasset, vel sensisset, qui tales [illegible]

73.

Psal. 104.

Bruno

Optimus Prælatus qui bonus fuit subditus.

Pag.

aliena extitissent ferula, posse summo cum regnorum commodo ad capessenda prouinciarum gubernacula assumi; Atque nos, vt hanc in subditis indifferentiam significaremus, comparauimus propheticali obedientiæ: nam Vates de suo non loquitur, non dicit: verùm ea solùm pandit, quæ alloquens Numen inspirat; ad eius nutum omnes animi affectus componit, ipse instrumentum tanti operis.

SECTIO VIII.

Post Christi Incarnationem, & Natiuitatem, Deum quasi mitem factum; qui sub lege vlciscens, qui seuerus habebatur.

74. TAntùm *Salomon*, id est, *Pacificus* nominatur Auctor huius libri vestibulo; non filius *Dauid*, quemadmodum alibi; quia Dauid vir sanguinum, & bellator, à iuuentute sua; non Rex *Ierusalem*, quia ibi turris Dauid, ex qua pendent mille clypei, omnis armatura fortium; Igitur ablegatum ab hoc volumine, quidquid ad pugnam, aut fundendum cruorem spectat; Quamobrem? Sane huius libri scopus est de Incarnatione Filij Dei agere, quemadmodum non semel docuimus ex Athanasiana Synopsi, siue ex Opere Eusebij Pamphili in hunc Codicem, qui notant, in aliis veteris Instrumenti voluminibus sermones iræ, atque indignationis reperiri; in Cantico Canticorum lætitiæ, & gaudij sola verba; *Propterea*, inquiunt, *quòd liber præsens nihil aliud, quam Verbi aduentum significat*; Ac sanè à diebus aduentus eius cessauit omnis pauor, atque trepidatio; misericordia, & veritas obuiauerunt sibi, iustitia, & pax in oscula, ioque amplexus ruerunt; non iam vlterà meruentis vulgi funesta vox; *Non loquatur nobis Dominus*; imò verò, sonet vox tua in auribus meis: nam vox tua dulcis est, equidem & super mel & fauom; verba enim vitæ habes: Loquere, Domine, quia audit seruus tuus; clama, ne cesses, non fugiemus ampliùs à voce tua, quemadmodum se abscondit præuaricator Adam; paruulus datus est nobis; & quem terrere poterit sonus vagientis? Benè igitur, quò l carminis, in quo allata humano generi Numinis placari benignitas demonstratur, inscriptio de pace tota sit; nam exinde pacificum Verbum, ex quo carnem assumpsit. Athanas.

75. Ingressus est Israël mare rubrum, timuere gurgites, & retrogressi, quasi mutuum à dextra, leuáque fecerunt: Quid miramini Audinit vocem increpantis Numinis, & fugit à vultu iræ furoris eius, nam quidem obiurgantis fermo ille, de quo Psalmorum Cantor Hymno 105. verf. 9. *Et increpuit mare rubrum, & exsiccatum est*. Percipiamus ampliùs à Cæsario Arelatensi homilia 4. de Pasch. *Nec immeritò eos hostis non attigit dux præcessit, fluctus expauit; Sic Propheta testatur; Et increpuit mare rubrum, & recessit & iterum. Mare vidit, & fugit; Quid vidit? Sine dubio illud terribile profundum assistentis horrorem maiestatem, & ad præsentiam sui cessit Auctoris*. Puto his fecùdi maris procellis iodi iauerit Iordanis vndas, quæ defecerunt ante Arcam fœderis Domini, Psal. 105. Cæs. Arelat.

cùm transiret eum Iosuè, cap. 4. verf. . de qua trepidatione Psalm. 113. verf. 5. *Quid est tibi, mare, quod fugisti: & tu, Iordanis quia conuersus es retrorsum*. Elapsis multis sæculis descendit in Iordanem baptizandus à Ioanne Præcursore Auctor humanæ salutis; astitit tota Trinitas, Pater enim la voce asserente; *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui*. Matth. cap 3. verf. 17. Spiritus sanctus sub columbæ forma; Verbum in homine neque tamen absidur, neque retrocedit Iordanis; quæ hæc est anima fortitudo sustinentis totam Triadem? Illa fluenta, quæ à conspectu Arcæ trepidabant, nunc omnes diuinas Personas perferunt! Ergóne Arcæ vehementior Maiestas, quàm Domini exercituum? Verùm, quid tergiuersamur enodare? Tunc sanè, quando fugiebant vndæ, Patres sub lege erant, quæ nihil ad perfectum duxit tunc Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, nondum humanum amictum induerat; Igitur ante Incarnationem vel muta pauebant elementa, & à conspectu Dei fugère vel audaces vndæ; post hominem assumptum, vniuersa in pace sunt, non est quòd Iordanis timeat, etiamsi tota delabatur Trinitas; atque ob hoc amor eum comitatur, Spiritus sub pacatæ volucris imagine; Genitor, qui timeri poterat, in tra nubes latitat; O mitem Incarnationis œconomiam! Meritò à cœlesti militia cantatum! *Et pax hominibus bona voluntatis*; Accinat & nobis Chrysologus; nam eius Musicæ instar vbicunque oratio; *Hodie Deus mansuetè intonuit* (ait sermone 160) *etsi Pater de cœlo intonat, si fi ius Iordanis insistit fluentis, si Spiritus sanctus corporaliter apparet de supernis: quid est, quòd Iordanis, qui fugit ad præsentiam legalis Arcæ, nd totius Trinitatis præsentiam non refugit? Quid est? Quia pietati obsequitur, incipit non esse timori; Hic Trinitas exercet gratiam totam, totam secum loquitur charitatem, ibi elementa corripit, vt famulos instituat ad timorem*. Iosue 4. Matth. 3. Chrysol.

76. Duos filios sustulit Abraham, Ismaëlem, & Isaac: sed, quàm diuersa vtriusque exordia! Ilin vix conceptus, & mater in exilium propellitur: sed & genitrix ex seruili genere: & Ipse prænunciatus, qui ferus homo euaderet. Genes. cap. 16. verf. 12. Quid non in tanta serie horridum & exasperans? Nascitur Isaac, & tota domus in lætitia est: agnouit mater, dixitque: *Risum fecit mihi Dominus: quicunque audierit, corridebit mihi*. Geo. cap. 21. verf. 6. Nec multi processerant dies, quantum enim est ablactationis tempus? & lætatus genitor, mactauit allatum de armento vitulum saginatum, tauros quoque, & altilia occidit, & insuffatis amicorum plurimis, fecit grande conuiuium in die ablactationis eius: Sed, cur tam di par vitatis vtriusque conditio, & non magis ò ngaudet in filij maiotis natu, seu natalitio, seu ablactatione Abrahamt? Nimirum, senior ex du bus Ismaël populum Hebræorum denotat, Expositoribus Rabbanu, & Tutiensi Abbate, Ruperto: ibi verò seruitus, ibi ignobilitas, ibi exilium, & planctus: denique ibi homo plane ferus, cuius manus contra omnes, atque omnium contra eum, bella & inimicitiæ perpetuæ: At nato Isaac, qui Christum præmonstrabat, abiit mœror, abiere pugnæ: epulari tunc oportebat, & gaudere: q natus erat Saluator in ciuitate Dauid: O diu optatos Isaac natales! Sed multitudine pacis compensauit desiderium orum tædi . si tamen quenquàm tædebat expectantem desiderium collium æternorum. Gen. 16. Gen. 21. Rabban. Rupert.

æternorum, pro quo nullaram longa vota, quæ non breuis viderentur moræ; *Sara*, inquit Rupertus) *vxor tua pariet tibi filium; & quia tu risisti, Isaac vocabitur nomen eius; quia reuera ridebis in nouissimo generosis ae tua; que nomine recte seminis Abrahe, quod est Christus, felix natiuitas significatur, qua vniuersis Sanctis, quorum ex carne vera caro, & verus homo est ipse, sempiternus risus, & interminabilis gaudij causa est.*

77. Sed huius pacis admirandum; idémque dulcissimum carmen apud Isaiam cap. 11. vers. 6. *Habitabit* (inquit) *lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit; vitulus, & leo, & ouis simul morabuntur*; Sanè ante hoc tempus ne frater à germano tutus; nam Abelem impius occidit Cain, Iosephum fratres vendiderunt, Absalon ex eodem patre natum interemit; nunc verò habitabit lupus cum agno; Nec dixit sanè, vti non inscitè animaduersum ab Hugone Carensi; *Agnus cum lupo habitabit*, Sed è diuerso; debuerat enim imbellis agniculus quibuscunque possit modis, lupi voracis gratiam ambire; sed tanta est concordiæ post natum Emmanuelem cupido, vt non agnus lupum; sed ex opposito lupus agnum pro fœdere sollicitet; Consueuit esse indomitorum animantium pro speiæo & cauerna crudelis pugna, vindicante sibi tutiora loca quicunque robore præstat, & nolentes socium antri admittere; nunc autem sub iisdem penatibus, eodémque thalamo, & vitulus, & leo, & ouis simul morabuntur; Bellè Tertullianus in Hermogenem, cap. 11. *Cum restituta innocentia, & integritate conditionis pecora condixerint bestiis, & paruuli de serpentibus luserint*; Condictura pecora floridè pronunciauit; nam verbum est indicans diem conuiuio præscribi, nam, quid restat, nisi vt simul epulentur, & comedant feræ: quando simul morantur, & accubant? Visne & de symposio audire? *Benjamin* (ait) *lupus rapax, mane comedet prædam, & vespere diuidet spolia.* Genes. cap. 49. vers. 27 Sed, cur vespere capta distribuat? Num, quia à prandio matutino satur? Verùm luporum maior consueuit esse fames ad occasum: *Leuiores pardis equi eius* (inquit Habacuc cap. 1. vers. 8.) *& velociores lupis vespertinis*: Videndus Gueuara in nominatum caput num. 86. Ribera num. 19. Sanchez num. 12. & certè mirum est, quòd ab animanti, si quod aliud est, inexplebilis auiditatis, escas abiiciendas esse, quas donet commilitonibus, affirmet: Sed considera, vt non hæc mane, sed ad vesperam agat; Cur non mane? Nempe, quia fuit tempus legis, atque Synagogæ illud; cum rapere, dilaniare, vastare omnia: quantum tormentum sub tam duro iugo, necessarium tamen tam graue onus indomitis ceruicibus contumacis, & ingratæ nationis: sed vt inclinata est dies, & gratiæ vmbra refrigerauit, tantùm non rapere famelicum lupum, vt de acquisitis diuidat, humanus, & placabilis factus. Eucherius apud Veronensem Episcopum in catena allegati capitis Geneseos construens de populo Hebræorum: *Mane* (ait) *illud tempus creditur intelligi, quo legem accepit; tunc enim primò quædam illuminatio scientia mundo data est: vespere erit illud tempus nouissimum, quo conuertetur: quia ergo iam per gratiam Domini illuminatus incipit legis spiritalia a carnalibus diuidere: ideo dicitur, ad vesperam diuidet spolia, siue escam: id, quod tota die in lege meditans antè non fecit*: O intuere, Christiane, quoniam vel luporum feritas mane tantùm est, & sub lucis infantia! Sufficiant tibi delicta iuuentutis tuæ: vt quid etiam vsque in senium protrahis delicta? Saltem nunc sub vitæ occasu benè operare, & diuide spolia! Etiamne post Christum incarnatum, post noui Testamenti concordiam, audes sæuire, rapere, plagiari: & non metuis bestiarum immanissimis crudelior videri? Túque, pusillanimis, homo, inquam boni desiderij, quanquam imperfectus adhuc, cur non de Numinis vberi clementia meliora concipis? Vt quid contristatus luges tota die? fortasse tu commiseris atrociora, quàm quæ aut lupus, aut pardus, & leo patrauerint in syluis & montibus? & tamen isti, qui inter peccatores Antesignani, simul cum agno atque oue, quæ innocentia claruerunt inoffensæ vitæ, accubant?

Isai. 11. — *Hug. Carẽs.* — *Natiuitas Christi omnia pacificauit.* — *Tertull.* — *Gen. 49.* — *Luporum sub vesperam fames maior.* — *Gueuara. Ribera. Sanch.* — *Eucher. in Lipp. cat.* — *Post Christi Incarnationẽ turpe valde esse deditum.*

78. Dum in Synagoga Iudæorum doceret Christus, Spiritus immundus concitauit ad loquendum quem possederat hominem: *Quid nobis, & tibi*, IESV *Nazarene? venisti perdere nos: Scio, qui sis, Sanctus Dei*; Pulchra sanè confessio, nisi fortè illaudata: quia ab ore impuro: At non placuère Seruatori encomia; quamobrem comminatus est ei IESVS, dicens: *Obmutesce, & exi de homine.* Marci cap. 1. vers. 25. Sed, cur aduersùs hunc laudes proclamantem tam seuerus, qui aliàs erga blasphemantes etiam satis mansuetus? Verùm contrarius erat: sed potiora, quæ ab aduersariis testimonia: An, quia Dæmones, vel cùm dicunt, quæ probata sunt, tum maximè cauendi sunt, quoniam aliquid de synceris propinant, vt venenum latens faciliùs hauriatur: quæ solennis est Hæreticorum consuetudo, quorum Satan principium, & caput? Euthymius cum hac sententia: *Deinde docuit nos*, (ait,) *ne Dæmonibus vnquam credamus, etiam vera dicentibus: cùm enim ament mendacium, simque nobis inimicissimi, nunquam vera loquuntur, nisi ad fallendum: veritate quasi esca quadam vtuntur*: Tertulliani tamen modò antefero iudicium: ita enim meditatur ille, quasi pessimus Spiritus insinuauerit, finem aduentus Christi, & in terras delapsus fuisse, vti Dæmones torqueret, & ignibus addiceret tartareis: nam quod Marcus hic, & Lucas cap 4. vers. 34. ἀπολέσαι, nempe, *perdere*: Matthæus cap. 8. vers. 9. βασανίσαι, id est, torquere effert: Christi autem hic primus per Incarnationem aduentus non fuit nisi propter salutem hominum: iterum venturus est iudicare viuos & mortuos, cum & Dæmones, & scelestos de mortalibus in stagnum & puteum abyssi mittet æternùm cruciandos? Quamobrem nec patienter omninò modò sustinet, vt Apostoli de conculcato Dæmone glorientur: *Verumtamen* (inquit) *in hoc nolite gaudere, quia Spiritus vobis subiiciuntur: gaudete autem, quòd nomina vestra scripta sunt in cælis.* Luc. cap. 10. vers. 20. Adeò nunc & in fauorem Dæmonum aliquatenus: nam vult omnia ad pacem, & iucunditatem esse quoniam nuptiæ sunt Agni, per Incarnationem nempe, & hominem subassumptum: Igitur aduersùs Spiritum immundum commotus, propterea quòd torturæ, & vexationi destinasset primi aduentus pacatissima tempora: Tertullianus lib. 4. contra Marcionem: *Adeò Iudicis, & vltoris, &, vt ita dixerim, sæui Dei Filium agnouerat:* IESVM, *non optimi illius, & perdere, & punire nescientis: Atque increpuit eum Iesus, planè vt inuidiosum, & in ipsa confessione petulantem, vt malè adulantem: quasi hæc esset summa gloria*

Marc. 1. — *Dæmoni, vti nec Hæretico in nulla re credendum.* — *Euthym.* — *Luc. 10.* — *Tertull.*

gloria Christi, si ad perditionem Dæmonum venisset, & non potius ad hominum salutem; qui nec discipulos de subiectione Spirituum sed de candida salutis gloriari volebat.

79. Totus ignifer, & comburens Deus, apud naturam, & legem; Ascendit clamor Sodomorum ad cœlum; & descendit ignis, atque sulphur ab alto; quod in fauillas conuertit vrbes pulcherrimas; Peccant Aaronis filij, ignem alienum offerentes coram Domino; & ab ignibus vorantur. Eliæ precibus ignis ab æthere delabitur, & duos Pentecontarchos quinquaginta militum tectores absumit; Denique, siue legem daturus in Sinaï apparet, seu liberaturus populum, Legatos ad Pharaonem mittens, rubo insidet; nunquam tamen sine ignibus, & fumariolo: talis, támque formidabilis, antequàm butyrum & mel comederet; vir factus Samaritanorum vrbem ingressurus, admittere respuerunt: & irati duo fratres filij Boanerges; *Domine* (inquiunt,) *vis, dicimus, vt ignis descendat de cœlo, & consumat illos?* Luc. cap. 9. vers. 54. Fortasse annuit postulatis? Imò

Luc 9

increpauit magis; Verùm iniustáne futura vltio? Nequaquam sanè; nam promeriti fuerant talia viri impij & inhospitales; quin & in his specialis noxæ forma: nam, quos Elias Regum 4. cap. 1. vers. 10. igni flagrandos addixerat. Samaritæ quoque fuerant vti benè à Maldonato ad citatum Lucæ caput animaduersum: præstabat autem ab antiquo exemplo didicisse, & cautos reddi, atque solet Numen inexorabile quodammodo esse erga illos, qui aliorum supplicio non coërcentur: tot igitur exigentibus causis debitam vindictam, cur discipulorum votis non acquiescit? Nempe, postquàm Deus homo apparuit natus ex muliere, cuius impolluta viscera; aurea, quæ diu à terris pulsa fuêre sæcula, iterum redière; quemadmodum summa cum eloquentiæ copia declarat Firmianus Lactantius diuinarum Institutionum libri quinti cap. 4. 5. 6. *Sed Deus,* (ait,) *vt parens diligentissimus, appropinquante vltimo tempore, nuncium misit; qui vetus illud sæculum, fugatámque iustitiam reduceret, ne genus humanum maximis & perpetuis agitaretur erroribus, Redijt ergo species illius aurei temporis,* &c. Quando igitur sub Deo incarnato aurea renascitur postliminio ætas, nunquid ille ad vindictam processurus sit? Ferreo illa permissa fuerint sæculo, & trepidauerint homines, & occultauerint se in fissuris petrarum donec pertransires tu Domine; donec pertransiret furor tuus: nunc in amore, in gaudio, in pace viuendum est; *Nescitis,* (respondet Discentibus,) *cuius spiritus estis, Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare:* Ecce nunc tempus acceptabile, ô homo peccator; tantùm ingemisce ex toto corde, & auferet à te omne inquinamentum IESVS, quia aurei sæculi dies sunt, quoniam non venit animas perdere, sed saluare: Nónne vides, vt lacrymatur Magdala, & continuò mundatur! flet Petrus amarè, & condonatur illi, latro Paradisum rapit? denique Samaritæ offendunt, & ignis prohibetur è cœlo dimitti ob gratiam Euangelij, & melioris æui sub Deo cum carne inter homines viso? Nimiùm fortasse alicui videbor his immorari, & magis conceptus dici, quàm affectibus indulsisse oportet; sed pareat maturus Lector; nam planè locus deliciarum est iste, quando ab vberibus Matris IESVS pendeat balbutiens & lusitans; atque non in spem, & solatium erigetur peccator, cui pro venia cum infantulo certamen futurum sit? Cæterùm, qui ab ore Hieronymi luculentissimi Doctoris, quæ à nobis prolata sunt, confirmari desideret, legat quæstionem eius epistolæ, quam ad Algasiam scripsit, quintam: Non tamen floridum Tertulliani stylum patiemur latere, qui 4. aduersùs Marcionem libro: *Repræsentat* (inquit) *Creator ignium plagam, Elia postulante in illo Pseudopropheta; è contrario Christi eandem animaduersionem destinantes discipulos super illum viculum Samaritanorum; agnoscat & Hæreticus ab eodem seuerissimo Iudice promitti hanc Christi lenitatem; Non contendet,* (inquit,) *nec vox eius in platea audietur, arundinem quassatam non comminuet, & linum fumigans non extinguet: talis vtique multò magis homines non erat crematurus:* Et inferiùs eodem libro; *Qui Sodomam, & Gomorrham nimbo igneo excussit: cui cantatum est, Ignis ante ipsum præcedet, & cremabit inimicos eius, Qui de rubo quoque ardens vocem suam emisit; Discipulos, ne ignem postulauerint inhumanissimo viculo, coërcuerat.*

Maldon.

Aurea sæcula, Christi redauxit Natiuitas.

Lactant.

Hieron.

Tertull.

80. Dedit Numen primò legem in monte Sinaï: & ecce quantus terror: nam *cœperunt audiri tonitrua, & micare fulgura, & nubes densissima operire montem, clangórque buccinæ vehementiùs perstrepebat* Exodi cap. 19. vers. 16 Fractæ tabulæ istæ à Moyse propter vehementiam doloris ob populi idololatriam: Renouantur iterum canones antiqui, sed absque metu & horrorem incutientibus, Exodi cap. 34 cur in principio terribilis Creator, deinceps blandus? Vide: Primæ tabulæ solius Dei adiutorio confectæ: nam & dictauit tantùm ipse & scripsit pariter Exodi c. 31. v. 18. Secundæ tabulæ à Numine quidem dictatæ, sed à Moyse scriptæ, Exodi cap. 34. vers. 28. Igitur ibi Deus solus: hic & Deus simul & homo: Quid est Deus pariter, & homo, nisi Dei incarnati symbolum? Ergo, donec Creator & habitu inuentus est vt homo, omnia terrifica, aspera, formidanda, tonitru & fulgur: postquam factus est quasi vnus ex nobis, cessit tempestas & horror: proinde, quia primæ tabulæ veteris Instrumenti significabant tempora, benè quod pauorem incutiant, trepidare faciant: quia autem posteriori Decalogo Euangelium & gratia adumbratur, tranquillitas est, & malacia: Sic Augustinus quæst. 66. in Exodum: *Certè ergo repetitio legis nouum Testamentum significat: illud autem vetus significabat, vnde confractum, & abolitum est: maximè quia cùm secundò lex datur, nullo terrore datur, sicut illa in tanto strepitu ignium, nubium, & tubarum vnde tremefactus populus dixit: Non loquatur Deus ad nos ne moriamur: vnde significatur timor esse in veteri Testamento: in nouo dilectio.*

Exod. 19. & 34.

August.

81. De luce vera quæ in hunc mundum venit omnem illuminatura hominem, Ioannes Euangelij limine affirmat, à quibusdam admissam, ab aliis non receptam: *Quotquot autem receperunt eum,* (inquit,) *dedit eis potestatem filios Dei fieri* cap. 1 vers. 12. Egregium proculdubio hospitij stipendium! At quibus affecti suppliciis, qui abiecerunt? Nihil de pœnis, quas luerunt sed tantùm: *In propria* (ait) *venit, & sui eum non receperunt:* Sed cur non è regione collocat & vindictam, & præmia? Eo nimirum pacto, quo alius Euangelista, postquàm ostendit, vti ad regnum euecti sunt, qui esurientem refocillarunt, narrat etiam flammis addictos, qui famelico panem negarunt, sitienti potum, Matth. cap. 25. vers 34.

Ioan. 1.

Matth. 25.

Num

Num silentio innuit, sufficienti vltione castigatos, eò quòd sancti, & filij Dei esse noluerint; ipsorum enim vitium miseria est infinita, & calamitas insuperabilis, vt desint aliæ torturæ, In
Peccatū per seipsum magna tortura est. hanc mentem proclinior Chrysostomus homilia 9. in Ioannem; *Cur non dicis nobis, Ioannes,*
Chrysost. *eorum etiam supplicium, qui eum non receperunt? Sed tantum, quod sui erant, & in propria veniens minimè receptus est? Quānam igitur gratia id subticuisti? & quodnam maius supplicium esse posset, quam si in eorum ponatur arbitrio, filios Dei fieri, & nolunt? Sed sponte sua tanta se nobilitate, tanto honore indignos efficiant?* Ego
Iudicē æquo decet, & præmia dare, & castigare. aliud paulò diuersum autumem; Equidem Matthæus loco memorato Iudicem pingebat; huius autem munus, bonis mercedem dare, prauis tormentum; idcircò vtrunque proponi debuerat; Ioannis autem eò potissimùm tendebat oratio; vt monstraret de cœlo in virginis vterum, ex aluo in mundum prosiliisse Dei Filium; denique apertè inclamat, *Et Verbum caro factum est*; Quoniam itaque Incarnationis meminerat, abscindendus erat omnis sermo insuauis, quo vel minæ, vel supplicia intentantur; quoniam, ex quo Deus homo factus est, apparuit etiam humanitas & benignitas Saluatoris nostri; vbi autem totum possidet humanitas, vltioni nequit esse locus; propterea abstinuit à pœna, quam promeriti fuerant non recipientes lucem veram.

82. Orabat in Gethsemani pomœrio factus in agonia Seruator; *Et factus est sudor eius* (inquit
Luc. 22. Luc. cap. 22. vers. 44.) *sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram*; Quamobrem aduertit vsque in terram defluxisse cruorem? Sanè vt clamaret, vt vociferaretur; Aduersùs quos? Num contra crucifigentes se? Equidem pro illis magis tale, quale aridæ posteà fauces pendentis à stipite; *Pater, ignosce illis*. Vis nosse, an talis fuerit loquentis clamor? Disce ab Apostolo Gentium; *Et Testamenti noui Mediatorem IESVM, & sanguinis aspersionem melius loquentem quàm Abel.*
Hebr. 12. Hebr. cap. 12. vers. 24. *Et ideò melius* inquit
Anselm. Anselmus) *loquitur, quam sanguis Abel; quia sanguis Abel mortem parricidæ fratris petijt; sanguis autem Christi vitam persecutoribus impetrauit; sanguis Abel expetijt vindictam; sanguis Christi misericordiam*; Quæ & Patrum, & Expositorum vulgata interpretatio; Sed, cur non sanguis Abel, quod melius est, postulauerat? Quoniam tempora ante Christum in furore, atque vindicta, sufficit illis modò bonam vltionem petant; at retribuere bonum pro malo, & auferenti pallium, & tunicam dare aureo Incarnationis sæculo reseruatum; hoc Emmanuël, hoc Christus attulit: Ideò igitur vsque ad terram decurrebat riuus sacer, vt terram erudiret, deinceps meliora loqui, quàm à Magistro Abele didicerat; & sciat, ad plenitudinem, quæ facta est per Incarnationem reconciliationis, & pacis, non sufficere à mala vindicta abstinere, nisi & bona imprecentur ho-
Drog. Host. stibus: Drogo Cardinalis venustè libello de Sacramento dominicæ Passionis; *Sed vtinam gutta sanguinis, qui de agone tuo sudat, vsque ad terram decurrat, & aperiat terra os suum, & bibat illum, & clamet ad te, & tecum ad Patrem, melius quam sanguis Abel*; Quando igitur per Incarnationem pax abundans reddita est orbi, & omnis terror relegatus, speciosè quidem metri Poëta titulum appositurus erat, qui cecinit Salomonis, id est, Pacifici vocabulum affixit, quando Epithalamium de alia re non agat, quàm de Verbi in hunc orbem aduentu, déque subsequutis inde varijs Ecclesiæ casibus.

SECTIO IX.

Eucharistiam reliquis eminere Sacramentis: esse, in quo & diuina largitas, & potentia magis resplendeant.

SEd experiamur, quid iterum nobis insinuet, 83.
Hymenæum dictum esse Canticum Canticorum? At non operosum est intelligere, quid innuat; velatum tempe Christi Corpus inter septem data Ecclesiæ à Sponso sacratissima pignora, excellere, & apicem tenere; quid enim tam ad viuum exprimat Epithalamij hieroglyphicum, quàm huius mysterij præstantiam? Nam si proptereà istud metrum nominetur Canticum Canticorum, eò quòd omne genus carminis longè vincat, & superet, & hoc etiam reliquis præeminet Sacramentis, quamobrem & Areopagita Dio- Areop.
nysius cap. 3. de ecclesiastica Hierarchia, *consummationem, ac perfectionem Sacramentorum omnium* vocat; & Zacharias retrò à sæculis cum ad Zach 9.
mirationē proclamauit cap. 9. vers. 17. *Quid enim bonum eius est, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* Vis intelligere, quamobrem maius omnibus alijs Sacramentis? Subeat inter Salomonis fabricas memoria Templi; fuère stupendi operis, & ingenij quicquid ædificauit, siue in Hierusalem, seu in Libano, atque in omni ditione sua; verùm Deo sacratæ ædes laborum apex fuère, cur itai scilicet, proptereà opus tam grande; *Neque enim homini præparatur habitatio, sed Deo.* Paralip. 1. cap. 29. 1. Paral 19.
versic. 1. In eandémque sententiam Iosephus
Antiquit lib 8. cap 5. *Regia vero tametsi multum* Ioseph.
magnificentia templi cederet, quod neque materia eius tantò antè præparata fuisset, & Regi, non Deo strueretur domicilium, eò tardius ad finem est perducta: Alia Sacramenta velut homini solùm præparata sunt; nam, quamuis & Deum auctorem habeant, & homines in Deum referant, quatenus aut mundant à peccato, vel iustitiam augent; tamen cùm hominis vtilitas in istis consideratur, pro homine sunt; At verò Eucharistiæ Sacramentum Deo singulariter præparatum est, quandoquidem ibi sit Corpus & Sanguis Christi vnà
cum anima, & Diuinitate, vt docet Trident. ses- Conc. Trid
sione 13. cap. 8. canone 1. cùm igitur in Eucharistia Diuinitas speciali more existat, & ob id Sacramentum sit Deo præparatum specialiter, hinc est, quòd cætera vincat Sacramenta: Sed, quo id pacto, examinemus.

Sanè ille centum, & viginti Prouinciarum Re- 84.
ctor potentissimus Assuerus, vt ostenderet diuitias gloriæ regni sui, ac magnitudinem, atque iactantiam potentiæ suæ, *tertio anno imperij sui fecit grande conuiuium cunctis Principibus, & pueris*
suis. Estheris cap. 1. Atque interpretantur ter- Esth. 1.
tium annum de lege gratiæ, quæ successit legi
naturæ & scriptæ, Strabus atque Nicolaüs; appo- Strab.
nam Lyræ verba, quoniam clariora; *Per tertium* Lyran.
annum

annum (inquit) *conuenienter intelligitur tempus tertium, quod est tempus gratiæ; quia successit tempori naturæ, & tempore legis Mosaicæ; fecerat grande conuiuium, quia tunc instituit Eucharistiæ Sacramentum cunctis Principibus, id est, Apostolis, de quibus dicitur Psalm. 44 Constitues eos Principes super omnem terram, & fidelibus alys in diuersis Ecclesiæ gradibus constitutis;* Quibus verbis fieri satis arbitror disquirentibus quamobrem epulas solennes Imperator parauit Dynastis regni tertio potius, quàm aut secundo, aut primo anno Nempe, præsignificabatur donum singulariter excellens dominici Corporis, atq; Sanguinis; oportebat autem in legem gratiæ conferri munus pulcherrimum; hanc autem excepimus à Nicolao tertium interpretari, & secundum constituere legem Moysis, primùm naturæ initam regulam; At me non ista stimulant; monet autem, quod cùm Monarchæ scopus fuerit, diuersarum prouinciarum hominibus ostendere, quanta fuisset diuitiarum pompa, & quàm sublimis, quantæ potentiæ magnitudo, in hunc finem delegerit præ aliis sympolium? Quamobrem non aut turrim aliquam ædificauit, cuius vsque ad Olympum cacumen pertingeret, aut Mausolea, aut obeliscos, aut colossum extruit, aut templum, aut vrbem fabricauit, quorum tanta essent miracula, vt humanas propè excedere vires putarentur, & delati ab vltimis terrarum finibus mortales, cùm intuiti fuissent, præ stuporis granditate, neque animum, neque verba haberent? aut certè vt architecturam despiceret à mistua famam deriuaret, & repplesset tanto instructu faciem orbis, quorum neque sitis flumina plenissima responderent, neque voracitati sufficerent oues, & boues, & vniuersa pecora campi? Sanè ex mysterio faciebat Assuerus, licet ipse ignoraret quantùm lateret arcanum; Quamuis igitur Rectores mundi huius, cuius omnis caro fœnum, quò aut diuitiarum, aut potentiæ experimentum edant; aliis vti possent, quæ magis deseruirent, quàm epularum apparatur, luxúsque magnificus; non ita tamen apud Regem cœli Christum I E S V M: in conuiuio diuitiæ eius vniuersæ, quando & ipse totus; in conuiuio deliciæ; quin &, quod mirere, robur, atque fortitudo illius; ibi enim & sacra Diuinitas, ad cuius nutum contremiscunt cœli columnæ. Bene itaque, quatenus hæc repræsentaturus Assuerus, vt diuitias gloriæ regni sui patefaceret, atque magnitudinem potentiæ suæ, symposium & Optimatibus, & mediis, infimisque adornauit.

Eucharistia tertium legis gratia.

85. Amissum iuniorem filium cùm Pater recuperat, & effunditur in lætitiam tota domus, indoluit, quem ante omnem familiam gaudere oportebat, antiquior germanus, Sed audi liuoris causas; *Postquam* (inquit Lucæ cap. 15. vers. 30.) *filius tuus hic, qui deuorauerat substantiam suam cum meretricibus, venit, occidisti illi vitulum saginatum;* Ergo certè vitulus ad inuidendum concitauit. Verùm, quæ tam stulta inuidia ista? Ecce profertur stola prima, ex bysso vtique, forsitan ex auro intexta, aptantur pedibus calcei, & ingenio & diuitiis nobiles; onerantur digiti annulo; ille sordidatus & squallens iam totus in vestitu circumamicto varietatibus, tacétque liuor pretiosa, & omnis conquestus de armentis, de vitulo solùm est? Certè æmulatio inuidens sublimiora quæque tangere & venenato dente lacerare consueuit; quæ nunc est rerum inuersio excelsa deserens?

Luc. 15.

Inuidia meliora lacessit.

Sed credo quidem, & modò in optima ferri etiam liuoris infandam rabiem; Mecum autem supponite primùm, quod præmonstrauêre Augustinus lib. 2. quæstionum euangelicarum, c. 33. Isidorus Hispalensis libro allegoriarum: Hieronymus epist. 146. ad Damasum de filio infrugi: Ambrosius lib 7. in Lucam, duobus fratribus adumbratas nationes duas; alteram Iudæorum, penes quam Synagoga, & omnes à Moyse præscripti ritus; alteram Gentilium; sed, quæ derelictis vanis Numinibus Christi iugum admisit, & vocata est Ecclesia noua atque catholica, quæ vt tempore posterior extitit, sic adolescentiori filio significata est; Deinde adsentite, vitulo illo saginato expressam eucharisticam mensam, Hieronymus paulò anteà citatus; *Vitulus saginatus, qui ad pœnitentiæ immolatur salutem, ipse Saluator est, cuius quotidie carne pascimur, cruore potamur:* Chrysostomus homil. de patre & duobus filiis; *Quem vitulum nominat, propter hostiam Corporis immaculati; saginatum autem verè dixit, quia pinguis, & opimus in tantum est, vt pro totius mundi salute sufficiens sit ad odorem suauitatis;* Itaque Parabolæ reuelatio est, populum Iudæorum inuidisse Christianæ Ecclesiæ epulas dominicas; At quorsum istud singulariter, & non tot alia decora eiusdem Ecclesiæ, sine reliquis consideratis Sacramentis, seu aliis donis, inuidit populus Hebræorum? Nimirum inuidia perpetuum, quæ meliora sunt, acriùs insectatur; tonitrui in morem excelsa & resistentia quassat, & in fauillas redigit: Quia igitur inter omnia dona, quibus Ecclesia catholica locupletata est, supremum fastigium Eucharistia occupauit: ideò non furiis agitatur ob stolam primam, id est, Baptismum, non ob calceamenta, id est, prædicationis gratiam, non denique ob annulum, hoc est, propter ipsam fidem; sed ob conuiuium omne delectamentum in se continens.

August.

Isid. Hisp.
Hieron.
Ambros.

Chrysost.

Iudæi Eucharistiam inuident: præcipuè Ecclesiæ catholicæ.

Vocati ad nuptias I E S V S, & discipuli eius; & erat etiam ibi Mater I E S V, Ioannis cap. 2. Vt sensit Genitrix falerna deficere, dicit ad Filium: *Vinum non habent: Et dicit ei* I E S V S; *Quid mihi & tibi est, mulier? nondum venit hora mea;* Quamobrem Nato quasi ingrata Matris postulatio? An, quoniam nimiùm præpropera & festina? ste enim verba Redemptoris indicare videantur: nam, cùm nondum præstitutam adesse horam innuat, ante tempus rogasse docet: Ita visum Irenæo libro 3. aduersùs hæreses, cap. 18. *Nihil enim incomptum, atque intempestiuum ad eum, quomodo nec incongruens est apud Patrem; præcognita enim sunt hæc omnia à Patre; perficiuntur autem à Filio, sicut congruum, & consequens est apto tempore; Propter hoc, properante* M A R I A *ad admirabile vini signum, & ante tempus volente participare compendij poculo, Dominus repellens eius intempestiuam festinationem, dixit, Quid mihi, & tibi est, mulier? nondum venit hora mea expectans eam horã quæ est à Patre præcognita:* Verùm, quænam hic elucet properantia? nam, si aliquando conuertendi aquarum latices in vinis suecum, certè tum, cùm epulantibus deficeret Bacchus: at Mater deficiente iam vino, suggessit Filio: non igitur fuit in orando festina nimiùm: Sed animaduerte: inter Eucharistiæ plurima miracula, ipsa vnius substantiæ in aliam conuersio, ex primis stupescendis: quòd si in nuptiis apud Canam Galilææ adigebatur Christus, vt vnam substantiam in alteram conuerteret, iam, antequàm in limine esset, vt ex hoc mundo ad

86.
Ioan. 2.

Postulatio temporis accommodata.
Iren.

Patrem

Patrem tranſiret, cogebatur præmittere aliquid magni eius Sacramenti, & typum ſaltem futuræ in Eucharistia conuerſionis exhibere; hoc verò renuebat, atque propterea ab Irenæo pronunciatum: *Properante* MARIA *ad admirabile vini ſignum, & ante tempus volente participare compendij poculo*, id eſt, quaſi volente dominici Sanguinis myſterium in figura porrigi. Sed cur Redemptor exhorreat vel rudimenta prælibare eucharistici doni, antequàm patiendo proximus videatur? Nempe, vſus amicorum eſt, in ſibi charos munera diſpertiri, agúntque frequenter; ſed tamen, quæ pretioſiora ſunt, in finem reſeruant, quando

Amor ſub finem magis elucet ſemper. aut longam peregrinationem meditantur, aut vocantur ex hac communi luce ad diem fine occaſu æternitatis; tum nobiliſſima dona congerunt in fidos ſodales, & vltimùm valedicunt: Hunc morem obſeruaturus Dei Filius, quoniam ex ſpolijs ab eo conferendis Euchariſtia ditiſſimum erat; noluit, antequàm diſceſſui vicinus eſſet, ſignum patrare, quod Euchariſtiæ æmulum eſſet; ne fortè cùm non integrè reſeruaret fini dierum omnia, quæ eo in Sacramento admirabilia eſſent, ſuſpicio aliquem occuparet, non eſſe inter dona à Chriſto diſtributa, Euchariſtiam nobiliſſimum munus, cùm vſus ſit, quæ meliora exiſtunt, ea non niſi ſub diſceſſum promere.

87. Quid tam frequens in omnium ore, quàm, vt per manna deſignetur Euchariſtia? Et dicent quidem ob grauem fieri cauſam; quippe nuncupatur miſſus de cœlo Panis; panis autem, & in primis cœleſtis, ſi quidquam, Euchariſtiam bellè repræſentat; Sed nunquid ſolùm panis, manna?

Manna in plura condimenta deſeruient. *Sap. 16.* nónne etiam & piſcis, & volatile, & de quadrupedibus? poſtremò omnia, quæ comedentibus placuêre; nempe, *deſeruiens vniuſcuiuſque voluntati, ad quod quiſque volebat?* Sapientiæ cap. 16. verſ. 21 Nec refert, an malis, æquè ac bonis, omnibus omnia eſſet: ſatis eſt probis, & Deum ritè obſeruantibus inſtar omnium eduliorum fuiſſe: Cùm igitur manna in eiuſmodi nutriméta transformaretur, quæ non dicam Euchariſtiæ valeant accommodari, ſed ei apertè repugnent; cur talis, tantúſque Sacramenti euaſit typus, quo alius ſolennior nullus? Conſulamus Dauidem Pſalmo 110. forſitan ab eo diſcemus nominis aptas cau-

Pſal. 110. ſas: *Memoriam* (ait verſ. 4.) *fecit mirabilium ſuorum miſericors, & miſerator Dominus: eſcam dedit timentibus ſe.* Quænam eſt hæc eſca, quam Numen ſigillatim timentibus ſe præparauit: Nam ſanè, quemadmodum Solem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos: ſic & iiſdem indifferenter diſtribuit alimenta, quæcunque aut maria, aut tellus, aut aër ſuppeditant: cæterùm, quamuis & manna etiam quorundam opinione improbis Iſraëlitis conceſſit; tamen, vt multi clari Scriptores autumant, & hoc Dauidicum perſuadet carmen, iuſtis ſolùm indulſit, vt deſeruiret vniuſcuiuſque voluntati, ad quod quiſque volebat, vt paulò anteà ex ſapientiæ volumine docebamus: Manna igitur cùm cibus fuerit, quem timentibus ſe largitus eſt in hunc modum, fuit certè & eſca, in qua fecit memoriam mirabilium ſuorum, in qua & virtutem operum ſuorum, id eſt, medullam prodigiorum annunciauit populo ſuo; Iam enucat, quorſum manna tam celebris Euchariſtiæ typus habeatur: nempe, quemadmodum illud in veteri lege, epitoma quædam fuit ſtupendorum operũ diuinæ potentiæ, in quo & diuiniæ; & fortitudo pariter, viſque excelſi brachij reſplenduit: ſic &

in noua, iuniorique Eccleſia. Euchariſtiæ Sacramentum illud eſt, in quo & diuoræ largitatis theſauri, & poteſtas infinitæ virtutis maximè relucet: Quare venuſtè Lyranus ad citata ex Pſalmo verba; *Hic ponitur* (inquit) *ratio diuinæ laudis ex beneficio Euchariſtiæ ſpecialiter; Memoriã fecit mirabilium ſuorum: eſcam dedit timentibus ſe: Scilicet, Corpus ſuum in Sacramento Euchariſtiæ, per quod reducuntur ad memoriam mirabilia Dei, quæ fecit filiis Iſrael in manna;* Verè Euchariſtia noſtra & ſuper ipſum manna, mirabilium diuinorum mnemoſynon: nam & ipſum manna tandem vſu, & frequentia inoleuit: nauſeam, & faſtidium peperit Hebræis: cætera quoque portenta conſuetudine viluêre apud homines; tantùm iſtud Sacramentum ſemper nouum eſt: & quò plus conſiderant mortales, ſtupeſcunt magis: illi conceſſum, vt neque tempora, neque vſus admirationem imminuant; propterea & apicem inter ſtupeſcenda vendicat: Dicat Auguſtinus in memoratam Dauidicam Odam: *Tot per vniuerſam terram creat arbores, & nemo miratur: areſecit verbo vnam, & ſtupefacta ſunt corda mortalium: ſed memoriam fecit mirabilium ſuorum: hoc enim miraculum maximè attentis cordibus inhærebit, quod aſſiduitas non vileſecerit.*

Lyran.

Euchariſtia miraculum ſemper nouũ.

Chriſti atauos cùm recenſeret Matthæus veſtibulo euangelicæ narrationis, quamobrem 88.
Phares, & Zaram germanos cùm nominauerit, non etiam Iſaaco Iſmaëlem, & alios fratres coniunxit, Iacobo etiam Eſau, quin & ex Iudæ natos, alios præter Pharem, & Zaram recenſuit? Vetus quæſtio eſt, quæ & Ambroſium non latuit lib. 3. in Lucam, non longè ab initio: *Generauit enim mulier Phares, & Zaram filios, generauit geminos: vnde non otiosè Matthæus vtrunque ſignauit, cum Phares tantummodo commemorationẽ cauſa depoſceret. Cur autem, cum Iſaac duos generauerit, Iacob plures. ſingulorum tantummodo, quos ſucceſſionis dominica cauſa poſcebat, fecit Scriptura ſeriei mentionem? horum autem vtrunque memorauit, niſi quia hic in vtroque myſterium eſt?* Et planè, vt inſinuat Ambroſius, myſterium aliquod eſſe oporteat, cùm genealogiæ ratio deſideraret ſolùm, vti maiores nuncuparentur; de Chriſti autem Maioribus vnus Phares cuius lineam traxit; Sed, quod iſtud arcanum? Nunquid Euangeliſtæ innuere placitum, coram Deo optimos conatus eandem laudem mereri, quàm euentus, & facta ipſa promereantur? Quare eò quòd Zaram manum produxerit, & ante Phares vulua progredi tentarit, animus egregius, quo Chriſti progenitorem eſſe, ſummoperè enixus eſt, pro facto, inſtárque illius reputatus, ac ideò eandem cum Phare memoriam conſequutus, vt inſereretur Chriſti atauis; His dixerim fauere Maldonatum, cùm aſſerit: *Contendere enim iam tum in vtero gemelli infantes videbantur, vter primogenitus, & Chriſti parens futurus eſſet, vt dubium fuiſſe videatur, vter primogenitus habendus eſſet: itaque voluit Euangeliſta honorem illis quodammodo partiri, ita Phares in Chriſti genealogia numerans, vt Zaram non penitùs excluderet; ſed ſuum illi, quod habuiſſe videbatur ius, quo vno poterat modo, declarando reſeruaret: magna enim laus fuit, quam parens eſſet Chriſti, tam parum abfuiſſe.* Ingenioſa quidem hęc conſideratio; ſed ſcopo præſenti non plurimùm deſeruiens.

Ambroſ.

Voluntas & egregius conatus pro facto reputatur.

Dico igitur ipſe: Sanè apud Hebræos feminarum genealogia non ſcribebatur, ſed virorum 89.

Vita Religiosa propositum non ab omnibus eadem mente seruatur: vnde ne omnes de sua salute securos reddat.

omnibus eadem mente, ac voluntate; Vide igitur ne hos omnes tutos esse, ò attendite qui laboratis & oneratis estis! quid tam lachrymabile quàm molentes à pistrino ad infernum transire! ita nihil ex omni parte securum in hoc mortalitatis stadio nisi cauti & diligentes fuerimus, & benè vtamur concessis à Deo muneribus: atque hoc quidem loco (vt obiter insinuemus) mihi præstantium quorundam Theologorum opinio confirmari videtur arbitrantium cum iisdem excitatiuè auxiliis alterum conuerti, alterum dissentire; quin & fortasse ex molentibus illis nonnulli qui reprobati, excitatiuè robustioribus donati auxiliis ab aliis, qui cum remissiori vocatione salui facti sunt.

95. Gloriosus Iacob, qui etiam cum Angelo luctari non timuit, sed beatior multò quòd & superauit; at ille quòd vincere non possit cernens, *tetigit neruum femoris eius, & statim emarcuit* Gen. c. 32. v. 26. igitur Victoriæ pensio vt claudicaret deinceps, altero rectus pede, altero infirmus: Quamobrem istud? erat futurum tamen Iacob populus benedictus à Domino, origo ille tribuum, & nationis sanctæ. Ne igitur remissè agerent satis propterea securos se arbitrantes, quod Iacob ducem haberent, & de gente essent specialiter à Deo adamata, ex parte claudus ex parte validus Iacob; scilicet eò quòd tantis donis abusuri multi fuissent, & idcircò in tenebras æternas cum damnatorum colluuie eiciendi, claudus penes hos describitur; quia autem & plurimi beneficia Dei æstimantes saluandi fuissent, ob istos potens & fortis narratur; Iacob igitur solùm progenitum esse, illiusque connumerari in sobole ad felicitatem non sufficit, nisi tanto muneri bonus accedat vsus; Augustinus ex quæstionibus in Genes. quæstione 104. *Vnus ergo atque idem Iacob & claudus, & benedictus; claudus in latitudine femoris tanquam in multitudine generis, de quibus dictum est; & claudicauerunt a semitis suis; benedictus autem in eis de quibus dictum est, reliquiæ per electionem gratiæ saluæ factæ sunt.*

Genes. 32. v. 26.

Quare Iacob ex parte fuerit claudus, & ex parte validus?

August.

96. Lectum eum Iacob; vidit in somnis scalam, cuius summitas Olympum tangebat, *Angelos quoque Dei ascendentes, & descendentes per eam* Gen. cap. 28. vers. 12. Quid scala hæc mysticè? nimirum persecutio; & quoniam sub hac alij labuntur, alij vincunt, idcircò ex Angelis quidam descendere, quidem ascendere perhibentur; ò certè quid horribilius sæuientis persecutionis rabie esse valeat? & tamen ne tum desperandum, nam scalæ apicem multi occupant; quò tamen Christianè timidè simus, & de nostris non præsumamus viribus, neque temerè aggrediamur tam forte certamen, opus est meminisse & Angelos describi, qui cadant, ruinámque patiantur; Tertullianus de persequutione, cap. 1. *Hæc pala illa, quæ & nunc Dominicam aream purgat Ecclesiam scilicet, confusum aceruum fidelium euentilans, & discernens frumentum Martyrum, & paleas negatorum; hæc enim, scala quas somniat Iacob alijs ascensum in superiora aliis descensum ad inferiora demonstrantes;* Ad Genealogiam Saluatoris sunt qui referant scalam Iacob, nam & diuersæ generationes gradus referunt, & à Matthæo descenditur, Lucas ascendit: sed quid æstimabilius, quid pretiosius, quàm de Christi esse progenitoribus? ò nobilitatis honorem maximum! ò suprà terrenam omnem felicitatem! Sed heû & ibi numerantur qui ceciderunt Reges impij, Monarchæ detestandi; itaque de linea Christi auorum fuisse non profuit illis, qui virtutem & æquitatem contempserunt; nihil tam sacrosanctum & excelsum, quod abutendo damnationem non pariat; Anselmus enarrationibus in Euangelium ad cap. 3. Lucæ; *Hæc enim Genealogia, quæ à Iesu baptizato ad Deum tendit, videtur nobis esse scala illa de qua legimus, quia Iacob lapidem supposuit capiti suo, dormiuit, & vidit in somnis scalam stantem super terram, & cacumen eius tangens cœlum, Angelos quoque Dei ascendentes, & descendentes per eam, & Dominum innixum scalæ; lapis enim capiti suppositus, & velut fundamentum scalæ factus Christus: & per hanc genealogiæ scalam alij ascendunt, & alij descendunt; ascendunt qui proficiunt, descendunt qui deficiunt.*

Genes. 28. v. 12

Scala Iacob mysticè Persecutionem designat.

Tertull.

Christi Genealogia est scala in qua Reges impij ceciderunt.

Anselm.

Interrogatus Christus à Pharisæis vbi regnum Dei quærendum esset, atque inueniendum? respondit; *Ecce enim regnum Dei intra vos est.* Luc cap. 17. vers. 21. torquentur sæpè mortalium non pauci, quod peregrina & inaccessa sit Regi cœlorum consectatio, quamobrem Anachoretis sortem inuident, & officio vitæ subindignantur quasi distractionum omnium causæ iniquiori! ò vtinam saperent & intelligerent? Nam viderent quanquàm in abstracto sæculi curis stato potiora adiumenta incomparandè ad pacem adipiscendam internam, sed posse & hanc ipsos quoque cum Dei gratia consequi modò pauluùm vigilent, & soliciti sint: Nam si lucra iniusta omitterent, si Deo paululùm vacarent, si filios & seruos probè instruerent, si quam possint miseris opem ferrent, si concordiæ studiosi fuissent, visitaret eos Pater luminum in benedictionibus, & experirentur inter negotiosa sæculi Deum reperiri posse ab hominibus bonæ voluntatis: Quare desinant friuolas accusationes variorum graduum & officiorum in Republica, quæ ad politiam, & orbis terrarum aptam gubernationem Dei instinctu inuenta sunt: Regnum Dei intrà ipsos est, procul vestigasse superuacaneum est; vtantur benè rebus, illæ non remorabuntur, sed propellant & incitabunt, vt Deo appropient: Gregorius Nyssenus de Virginitate, c. 12. *Eiusmodi igitur præceptum docère Dominum arbitror, cum dicit ad eos, qui sapientiam in mysterio loquentem audire possunt, Regnum Dei intrà vos est: Significat enim, non esse diuinum bonum à natura nostra remotum, neque ab iis, qui id quærere instituunt procul dissitum, sed semper in singulis inesse, ignotum tamen atque obscurum, cum quidem vita curis atque voluptatibus suffocatur:* Beatus quoque Athanasius in vita sancti Antonij: *Nolite itaque virtutis tanquam impossibile nomen pauere, nec peregrinum vobis, aut procul positum videatur hoc studium, quod ex nostro Dei gratia præcedente pendet arbitrio: huius operis homini inserta natura est, & eiusmodi res est, quæ nostram tantummodò expectat voluntatem: Græci studia transmarina sectentur, & in altero orbe constitutos inanium litterarum quærant Magistros: nobis verò nulla proficiscendi, nulla transfretandi fluctus necessitas imminet: in omni sede terrarum constituta sunt regna cœlorum: vnde Dominus in Euangelio ait: Regnum Dei intra vos est.* 97.

Luc. 17. v. 21.

Inter negotia sæculi Deus reperiri potest ab hominibus bonæ voluntatis.

Athanas.

SECT. XI.

SECTIO XI.

Quæ sola ætate absque rerum gestarum gloria comite fundatur auctoritas, inanis reputanda.

98. ANtiquiora fuisse Moysis & aliorum Cantica hoc Salomonis Epithalamio concessimus, quod verum omninò sit; & tamen non delatus eis sublimior titulus Cantici Canticorũ, hoc est inter omnia præstantissimi, sed huic: quã obrem? nimirum illa quanquam ætate præcesserint, sed mentis inferiora, quippe & materia & stylus ignobilior: licèt igitur consentaneum sit annis deferre, seniùmque venerari, & canis aspersa capita honore prosequi, at non in præiudicium virtutis, vt eo solum nomine quispiam colatur, quòd plura numeret transacta quanquam inutiliter lustra: accipiat à præclarè gestis vetustas per quod ornetur, & tum cedant vniuersa emeritis diebus: verùm si de æuo solùm gloriano est, vana habeatur; de iuuene flore annorum morte quasi intempestiua sublato Auctor sapientiæ c. 4. vers. 13. *consummatus in breui expleuit tempora multa, placita enim erat Deo anima illius:* igitur apud Deum annorum æstimatio, & preciũ singulare: cùm quod ex abrupto, & breue sit multi arbitretur temporis: sed quomodo si pauci anni longitudo dierum sunt Creatori, de eo Psalmus testetur. 89 vers. 4. *Quoniam mille anni ante oculos tuos tanquam dies hesterna quæ præterijt:* & quasi pœniteret Vatem diei vnius spatium concessisse mille annorum curriculo, vt egregiè à Hieronymo obseruatum tanquam se corrigit adiungens, non esse nisi nocturnæ vigiliæ trium scilicet horarum spatium: *& custodia in nocte:* verùm & hoc indulgens nimium tribuit: quamobrem annectit, *quæ pro nihilo habentur, eorũ anni erunt*, id est, vt ea Hebræo quidam iufetunt, *quasi somnium*, momentaneum videlicet & puncti instar: Quomodo igitur qui mille annis vixerat, iãquam non ocius iudicatur, vt qui desiuerit penè eum apparuisse? nempe hic tanto reuerendus senio, & antiquitate grauissimus nihil præterea admiratione dignum præmonstrabat, non bello, nõ litteratura, non moribus, quorum apud Deum potissima commendatio, aliisue clarus ornamentis: solam vetustatem crepabat tumidus: quo igitur huius vnius futilem esse iactantiam Propheta denunciat, affirmat annorum miriadem somniorum letissimis gaudiis quorum breuissimum solatium, Deo iudice, comparari.

Sap 4.v.13.

Psal 89 v.4.

Qui nihil admiratione dignum in vita præstitit, apud Deũ non censetur vixisse.

99. Creata à Deo luce, formosissimo quidem opere, & radiante tanquam deliciantem in pulcherrimo fœtu Artificem velut introducit Moyses nam subiungit, *vidit Deus lucem quòd esset bona*. Genes. c. 1. vers. 4. Sed numquid non ante lucẽ producti cæli, terra quoque formata est? testatur siquidẽ idem met asserens, *in principio creauit Deus cælum & terram?* quam ob causam his procreatis nõ subiecit de diuina approbatione, & bonitatis encomio? Ecce, nondum prodierant Firmamentũ, non Phæbus, non soror eius, non astrorum faces cælũ adornabant, inhonorus illi adhuc vultus; nec melior glebę sors, absque floribus, sine gramine, plantis & arboribus vacua, deerãt & animantium turmæ, deerat homo, omnia eremus & vastitas occupabant: Quid infelicius? in quibus ergo sub tanta rerum iucundissimarum orbitate gloriari poterant cælum & terra? sanè in natiuitatis, ortùsque antiquitate, ante lucem enim, & ante cætera visibilia prognata sunt: igitur non habentia ornatum & cultum aliquem omni pulchritudine viduata ob senectutis titulum solum laudanda putasset Numen? Haudquaquam: propterea itaque etsi luce maiora natu commendare omisit, ne sine ornamentis antiquitatem approbasse iudicaretur etiam antè solis auricomum globum ligna & fænum edita: numquid ideò cum sole de principatu fænum contenderit? scitè Ambrosius lib. 4. in Hexameron. c. 1. *Ergò cùm vides solem, attende terram quæ ante fundata est, attende herba fæni, quæ præstat ordinis priuilegio, attende ligna, quæ plaudunt quod priora luminibus cæli esse cœperunt: Nunquid merita fæni maiora quam Solis? aut nunquid prior ligni prærogatiua? absit vt insensibilia tanti muneris præferamus ministra.*

Gen. c. 1 v 4

Ambros.

Qui ad vineam conducti primo mane cum sub vesperam intuerentur pari mercede cumulatos 100.
qui hora vndecima laborare cœperunt, quorum proinde breuis intercu illi sudores, animi impatientia demonstrata conquesti tanquam de iniuria aientes: *Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus põdus diei & æstus?* Matth cap. 20. vers. 12. An non iustus illorum dolor, siquidem & verum fuit miseros sole tota die fatigatos, quamobrem itaque non & Pater familias illorum causæ fauerit: sanè qui hora vndecima vineam introgressi tanta alacritate vineã excolere adorsi, tantàque constantia & tam indefessa eam hilaritatem continuarunt, vt nobilior eorum fuerit industria, quàm antecedentium omnium, quare & his adumbratum Apostolorũ Domini præclarissimam manum Patrum nonnulli existimarunt, singulariter de Paulo Apostolo quidam interpretati: quamobrem venustè admodum sanctus Gregorius Papa hom. 29. in Euangelia de hac Parabola: *plerunque & qui post nos venire cernitur, per agilitatem nos boni operis antecedit, & vix eum cras sequimur, quem hodiè præire videbamur: Ecce cum Stephanus pro fide moreretur Saulus lapidantium vestimenta seruabat: ammum ergo lapidantium manibus ipse lapidabat, qui ad lapidandum omnes expeditas reddebat: & tamen eundem ipsum in sancta Ecclesia laboribus antecessit, quem persequendo Martyrem fecit:* Non igitur mentis, & rerum gestarum honore sub diei exordium iouitati illos superauerunt quos hora vndecima subministrauit: quonam igitur titulo præferri cæteris optabant? Nónne eo solum nomine, quod antiquiores essent? quid enim aliud suggerere poterant? ergóne tam bonus Pater familias ob solius antiquitatis iactantiam ampliorem contulisset mercedem? noluit in vinea sua eiusmodi ob titulos præmia distribui, proinde & murmura & quærimonias despexit.

Mat c. 20. v 12.

Tardius ad Deum conuersi nonnũquàm alios in virtute præcedunt.
Gregor.

Matthæus dum Christi lineam enumeratis Ge- 101.
nitoribus, & auorum serie proponere statueret, inscripsit, librũ appellas Generationis Iesu Christi, *filij Dauid, filij Abraham*, c. 1. vers. 1. admirati communiter interpretes nominatum antea Dauidem quã Abraham, cum multis sæculis illo posterior fuerit: verùm & primo eminẽte loco honor est: quare hic Dauidi potiùs quàm Abrahæ concessus? equidem Chrysostomus, quem de more abbreuiant Theophil. & Euthymius celebriori

Math 1.v.1

Ioan. 4. *fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Ioan. cap. 4. vers. 14. Sanè aquæ vocabulo Spiritus sancti dona intelligit Christus, explanatore

Chrysost. Chrysostomo homil. 31. in Ioannem: *Spiritus sancti gratiam nunc aquam Scriptura appellat, vt non substantia, sed & operationis has intelligentias esse demonstret.* Verùm, quam ob causam asserat, hunc fontem missurum aquas suas in vitam æternam, hoc est, in cœlestia? Cur non potiùs irriget humana, vbi maior necessitas, imò in patria illa serena, & beata nihil deest? Cur non saltem mare aliquid participet, quando omnia flumina eunt in mare? Ad hæc, aquarũ naturæ contrariũ est, in sublime ascendere; grauior nanque est, atque propterea subsidit: Sed vide, vt diximus, hos latices dona esse sancti Spiritus: eiusmodi autem gratiæ è supernis veniunt, quemadmodum Iacobi canonica monet cap. 1. vers.

Iacob. 1. 17. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descendens à Patre luminum:* Quando igitur ex Olympo ea munera delapsa fuerint, iustus, qui accepit, animi gratitudinem monstraturus, vnde exorta sunt, illuc secundò restituit, ac proinde in sedes empyreas, vbi, qui beati, & felices sunt, vitam habent, habéntque abundantem, & æternam: O putam iustorum amicitiam! in Deo requiescunt solùm: Deus illis omnia; & quò ostendant charitatem non esse mercenariam, dona non spernunt quidem; ablegant tamen piè à se: saltem id testatum cupiunt, Deo, non sibi cupere munera: Huiusmodi fortis amator Ignatius meus, Pater & Dux tesseræ meæ, nihil sibi adscribi permisit, IESV vocari Sodalitium, à IESV nominari vniuersa, & concupiuit & obtinuit: Verùm de loco Ioannis al-

Ruric. legato Ruricij, Episcopi Lemouiceni, expositionem præterisse non iuuat. lib. 2. epist. 33. *Hanc aquam* (inquit) *si quis fidelis, non gustu tantùm summo tenus ore libauerit; sed totis animæ visceribus appetens conuiua sorbuerit: protinus in laudem Dominum omnipotentis erumpit, & hoc incipit eructare, quod biberit:* Satis propriè Ruricius dixit: *Hoc incipit eructare*, nam Hebræa, pro quibus vulgatus *eructare* transfert, erumpere etiam tanquam ex viuente vena, & manare velut ex scatutiente fonte denotant, quemadmodum Lorinus probat

Lorin. ad versum 1. Psalm. 44. *Eructauit cor meum*, &c. Ructus etiam secundùm Æsculapianam Scholam denotat ciborum quidpiam, quod ex debili pectoris calore à stomacho in os iterum reuertatur: nempe, ad eundem beneficia regrediantur, à quo deriuata sint, hoc est ructus, hoc fons aquæ salientis in vitam æternam.

Sed aliquid de ructu ex Psalm. 18. versu 3.

60. *Dies diei* (inquit) *eructat verbum, & nox nocti in-*

Psal. 18. *dicat scientiam:* quæ sic explano, vt quidem vnus dies alteri quasi monitor; & pædagogus sit; nox quoque alteri nocti magistra sit: Sed quid aut dies, aut nox docturi sint? Nempe, dies, vt nocti gratus sit; nox, vt diei grata sit: In quibus? Sanè post vernale æquinoctium dies longiores fiunt: nox contrahitur, vt illi crescant; angetur, sed ob tenebrarum diminutionem, sic beneficit diei nox: verùm ille recompensat iterum autumni transacto æquinoctio; tum enim lux exinanitur, vmbræ productiores fiunt, scilicet quas commodauit nox horas diei per æstatem, restituit ille bruma ineunte, & accepta dona retribuit: Theophilus Alexandrinus epist. 3.

Theophil. Alex. paschali: *Dies* (ait) *ordine, & circulo suo de noctis temporibus minuatur & rursum nox recipit, quod largita est: dúmque vicissim & tribuunt, accipiant, & orbe quodam, quod paulatim amiserant decrescentes, se ipsi crescentes recipiunt: Creatoris Deo interpretantur sapientiam:* His Vltimis Theophili verbis fortasse alludit ad Psalmi, quem nominauimus, decimioctaui exordium: *Cœli enarrant gloriam Dei*: est enim tanti Gubernatoris incredibilis honor, talibus vti famulantibus, qui nihil recipiant; aut, si vt admittant quidpiam, iterum possessoribus restituunt: O Regum familiares, ò Iudices Prouinciarum, discite à nocte, discite à luce nihil recipere! Hinc Moyses *Ministri Principum non debent munera admittere.*

Deuteronomij cap. 32. vers. 1. ingratos allocuturus, cœlum & terram testes aduersùs illos ci- Deut. 32.

tat, idémque Isaias cap. 1. vers. 2. *Audite* (inquit) Isaiæ 1.

cæli, & auribus percipe, terra: Olympum quidem allegat, quoniam dies, & nox tam gratæ sint: terram autem, quòd & granum frumenti sulco consepultum agricolæ cum fœnore multiplicatum nempe, restituat; Israël autem Dominum non cognouit, cui prætulit idolum in similitudinem vituli comedentis fœnum.

Modum, quo ad Apostolatum assumpti sunt 61.

Iacobus, & Ioannes, fratres, describens Mat- Matth. 4.

thæus cap. 4. vers. 21. *Et procedens inde* (Christus, videlicet) *vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius, in naui cum Zebedæo patre eorum, reficientes retia sua. & vocauit eos:* Cur memorat in genitoris comitatu fuisse, cùm Seruatoris voci auscultarunt: Num, vt commendet obedientiæ nobilitatem, quæ IESVM parenti antehabuit? Nam certè & alius ab eodem vocatus rogauit, vti sineret priùs genitorem defunctum terræ commendare: Sed cur tunc potissimùm alloquutus, quando magis debuerit in solatium grandeuæ ætatis ei, qui procreauit, qui aluerat, reliquisse? Animaduertit sanè hominum Redemptor, germanos istos paternæ educationis apprimè memores: quippe donec pueri fuerant, & victum sibi conquirere ignorarent, genitor prouidebat: nunc quando vix parens laborando sit, alienóque egeat ministerio, quo & panem, & vestem adipiscatur filij beneficio pari afficiunt; atque vt ille cum otio viuat, ipsi sudant: Arbitratus est igitur Christus, homines in quibus tanta animi gratitudo vigeret, discipulatui suo opprimè aptos, proinde tum singulariter vocauit, quando genitori succurrentes videat, & patri similia obsequia restituentes, nec enim hæc vulgaria probatæ indolis documenta fuerant erga genitorem nempe, tam piè gratos fuisse, vt loquitur Chrysostomus Chrysost.

homil. 14 in Matthæum: *Nec sanè parua hæc sunt documenta virtutis, facilè etenim tolerare paupertatem; de iustis laboribus viuere, mutua sibi charitate connecti, secum habere inopem patrem, atque in eius obsequio laborare.*

Cùm Ægypti fluuium in sanguinem conuertere ob Pharaonis duritiem vellet Numen, Moysi 62.

præcepit: *Dic* (inquit) *ad Aaron: tolle virgam tuam, & extende manum tuam super aquas Ægypti, & super fluuios eorum, vt vertantur in sanguinem.* Exod. Exod. 7.

cap. 7. vers. 19. Verùm, nonne Moyses ipse hoc facere posset? Imò debebat quidem: primùm, quoniam Aarone natu minor erat, & seniorem germanû adolescentiori imperare decentius erat: secundò, idque præcipuè, eò quòd Moyses ex infantibus Hebræis extitisset, quos sub aquis perire Pharao iussisset, quem exitio proximum,

de

de alueo tyranni gnata extraxit: Quemadmodum igitur Numen aquas in sanguinem verti idcircò permiserit, vt quibus offenderant impij, iisdem torquerentur: nam benè Oleaster ad citatum à nobis septimum caput: *Aduerte etiam, quomodo per ea, quæ quis peccat, torquetur: peccauerat Ægypty, aquis fluminis suffocando & submergendo filios puerorum; & ideò voluit Dominus, quòd ab aquis punirentur bibendo sanguinem pro aqua:* sic idem finieret, vt supplicij instrumentum is esset, quem extinguere cupiebant: est enim malis pœna cruenta nimis, ab iis opprimi, quos aliquando odêre, quos contempsêre: est & Sanctis gaudij non modica occasio: lætabitur enim iustus, cùm viderit vindictam, & lauabit manus suas in sanguine peccatorum: Ob has itaque causas Moysem potiùs, quàm Aaronem virgam sumere conueniens erat: Ita quidem, ni alia fuissent obstacula: Debebat Moyses flumini incolumitatem quodammodo, debebat vitam, quòd tunc placidior cucurrisset, quòd fluctibus non intumesceret, quòd non excreuisset more suo, & infantem diluuia præcipitassent in vada scopulosa, aut cautibus allisissent: Igitur, quando ad Pharaonis domandam superbiam expediens sit in cruorem vndas conuerti, saltem hoc concedatur, ne Moyses id faciendo mortalium ingratissimus habeatur: nam, quanquam apud Sapientes iussa superna excusarent (Deo namque præcipiente & per calcatum patrem, & per calcatam matrem pergendum) sed vulgus indoctum crudelem, beneficiorúmque immemorem appellaret, vt qui inuisas reddidisset vndas, & immani affecisset plaga, à quibus olim crepundialis & mammans adhuc iam blandè, iam humanè exceptus fuisset: Famæ igitur Legislatoris prospiciens Deus, iussit virgam Aaroni tradi, quando flumina in sanguinem vertenda erant: Secundùm hæc Abulensis quæst. 7 in c. 7. Exodi: *Alia causa est* (inquit) *quia Moyses fuerat liberatus de aquis, vt patet suprà cap. 2. ideò non erat rationabile quod percuteret aquas.*

Per quæ quis peccat, punitur.

Abul.

63. Duo somnia viderat Ioseph: alterum de manipulis, qui consurgentem vnum manipulum colebant, quibus significabatur adorandum à fratribus, quod & ipsos non delituit: *Nunquid* (inquiunt) *Rex noster eris? aut subiiciemur ditioni tuæ?* Genes. cap. 37. vers. 8. Alterum, quo & Solem, & Lunam, & stellas vndecim supplices venerari intuitus sit: quo adumbratum, & genitorem, & matrem adoraturos eum fuisse: Sed hac audita visione, ait Textus eodem capite, vers. 10. *Increpauit eum pater suus, & dixit: Quid sibi vult hoc somnium, quod vidisti? Num ego, & mater tua, & fratres tui adorabimus te super terram?* Sed, quare non & primo narrato somnio genitor in eum inuectus est? Nam peruenisse de eo rumorem ad aures parentis verosimile est, quando fratres sciuerint, & indignè tulerint, & patri nunciarent, vt quàm procax esset puerulus, quem adeò diligebat, nosset, minúsque amaret in posterum: Sed rescito vtroque somnio, quamobrem exardescit homo maturus? neque enim fieri posset, vt gnatum pater adoraret, nisi hunc ad Reipublicæ gubernacula subuecto: quòd si Magistratum filius gessisset, non absonum tunc, vt definit ex Tauri Philosophi opinatione Gellius Atticarum noctium lib. 2. cap. 2. *In publicis locis, atque muneribus, atque actionibus, patrum iura, cum filiorum, qui in Magistratu sunt, potestatibus collata interquiescere paululùm, & conniuere:* Atque, vt leges

Gen. 37.

Parentem honori filio locum cedere, qua occasione decorum. Gell.

Sherlogi Anteloq. in Cant.

aliquæ instingendæ essent; sed facilis dispensatio, cùm genitor ob filii principatum cederet; quis autem non gnato imperium comparasset, si tam facili acquirendum pretio, tantùm vt pater ante filium procumberet? Sed animaduerte, quoniam aliud sit, patrem velle ob Magistratus, aut publicæ functionis honorem filio cedere; aliud, filium hanc genitoris subiectionem admittere: in patre virtus atque laus est; filius, si potuit declinare genitoris adorationem, nec fecit, superbus atque ingratus est, quippe gnatus post Deum parenti acceptum referre debet, quod est, & cùm à patre acceperit esse, in eundem referre velut in caput & radicem oportet omnem præcellentiam: Vno verbo, cùm caput in membra fluat, membra vt capiti grata sint, capiti restituere debēt, si quid in eis, aut gloriæ, aut vigoris est: pater verò filij caput est, cuius ille ramus, pars, membrum: Igitur Iosephum cùm pater impensè diligeret, & de puero grandia sibi spondêret: videns, adorationem sibi à capite præstari velle, cùm è diuerso parentem gnatus adorare debuisset, timuit, ne ingratus euaderet, ingratum autem sciebat pectus nunquam ad sublimia anhelare, proinde increpuit. vt quem ab ineunte ætate gratitudine in primis addictum optaret, vt quæ sit virtus facilè reliquas virtutes in anima generans: Philo Hebræus libro de Ioseph, prope initium: *Grauiter autem obiurgabat filium, timens, ne quid ille peccaret: Potéstne, inquit, fieri, vt ego, matérque, & fratres adoremus te? Nam per Solem, patrem per Lunam, matrem: per vndecim stellas, fratres significare videris: quod caue vnquam in mentem tibi, mi puer, veniat: trade potius obliuioni visiones istas nefarias:* Appellat autem visiones nefarias, eò quòd ingratitudinis species sit, caput subiici membris, patrem adorare filium.

Phil. Hebr.

64. Absalon ille parricidalis, neque pugna interemptus, neque à saltu absorptus, cùm plures ille consumeret, quàm quos gladius vorauerat, neque à Dauidis, qui occurrerunt, satellitibus confossus, non scopulo illisus, non mulo deiectus; omnia pepercerant: Num, quia pius genitor sic optauerat? eius enim vnicum votum: *Seruate mihi puerum Absalonem.* Reg. 2. cap. 18. num. 5. Verùm conniuentibus reliquis, non arbor, non Ioab pepercit: Dicamus primùm de quercu, quæ bellatoris crines implicuit; cur huius rami speciatim vindicant, & vlciscuntur? Equidem nonnunquam accidit, ex nobilitate quempiam dedecoroso facinore turpari: tristatur familia quoniam vnius noxa in omnes redundat, vniuersos grauat: Tandem; siue ob amicitias, siue ob pecunias condonat Magistratus, placantur ciues: sed nunquam consanguinei conquiescunt: manet alto corde affixa labes, non aliter quàm morte pianda, atque vltimò necem inferunt: Ecce, qui præ cunctis parcere debuissent, præ reliquis sæuiunt? Ne stupescite: vehemens eos dolor incitat: & nisi sublato impio capite haud putant inustum stigma deleri posse: Iam quò tendat oratio, suspicamini: Erat Absalon ramus, truncus Dauid: vicit immanitate barbariem omnem iniquissima soboles: delicias, splendorem, vitam eripere conabatur ei, à quo progenitus, à quo enutritus in pompa & voluptate multa; dolebant rami super infami germine, & quoniam genus suum macula horrenda asperserat, vltionem pollicentur: Infelix Absalon, dira nimis ramorum est ira, parcant Dauidis serui, conniueat saltus,

2. Reg. 18

indulgeant scopuli, mulus adiuuet, Olympus fulmina contineat, non mare excipiat, non terra debiscat; postquàm omnia quieuerint, frondes armabuntur, & quàm inauditæ ingratitudinis forma ramis attulisti iniuriam, vindicabunt vertice illaqueato; lictores erunt, qui Ioabo interfectori astant; sic iustè non nisi à ramis patitur, qui rami nomine abusus, aduersùs radicem ingratus extitit; Sic non pede non manibus; sed capite interimitur, qui non contemnere caput, non destruere veritus: Chrysost. tom. 1. coarrat. in Psal. 3. *In arbore sublimis suspensus est, qui aduersus patrē erigebatur; & à planta detinebatur, qui cum radice pugnabat; & vinctus erat à ramo ramus. qui erat à paterna affectione abruptus; & capite tenebatur, qui genitoris caput auferre contendebat; & tanquā fructus pendebat ab arbore, qui naturæ agricolam volebat exscindere;* Et similia multa eodem tom. 1. hom. de Absalon persequente patrem Dauid, vbi illud; *Te non contempserunt exercitus, (cū Daoide sermo est,) non duces, quibus parci scelesto, mandasti: sed illa arbor, illa te primùm vlta est, illa læsi patris iniuriam, quā te nō audierat, vindicauit:* Ad Ioabum feramur; Cur iste singulariter iugulat, cùm abstineret totus exercitus, Dauidici memor imperij, qui puerum liberandum præceperat enixè? Equidem, si quis alius in Dauidis militia gratissimi cordis, Ioab in primis; Testatus planè, cùm obsessa vrbe Rabbath, cùm caperetur, Regem aduocari iussit, vti honos victoriæ potiùs Monarchæ, quàm sibi adscriberetur, Reg. 2. cap. 12. vers. 28. Quanta fidi cordis sinceritas, quæ magis cuperet Regi, quàm sibi gloriam, & à se lucem triumphi alienaret, vt in eum, à quo beneficia recepisset, transferret? Quoniam igitur bonus ordo postulabat, vt de ingratitudine supplicium gratitudo sumeret, (huius enim virtutis est, sibi oppositum vitium extinguere,) de ingratissimo Absalone æquum erat, vt non alius magis quàm is, qui gratitudine eximiè fulgeret, vindictam caperet, hic autem erat Ioab, ac proinde ab huius dextera periit viperina proles: Dissimilis Absaloni germanus eius, Canticorum Scriptor; memor beneficiorum, quæ à Deo accepit, Deo reddidit; atque vt significaret, titulum præfixit dedicationem, quæ innueret, inquiens; *Canticum Canticorum Salomoni.*

In quibus quis peccat, in iisdem plectitur. Chrysost.

2. Reg 12.

SECTIO VII.

Verus obediens, neque præcipientis conditionem, neque mandatorum qualitatem (tantùm honesta sint) discernere debet; Deus solus attendendus.

65. STatuimus, nihil interesse, siue Canticorum inscriptio Salomonici imperij partus extitisset, seu eam septuaginta Seniores adinuenerint, siue Esdras, aut alius quispiam, dummodo afflatu Dei; decreuimus nanque in vaticiniis, simpliciter loquendo, haud anxiè esse disquirendum de immediato loquutore, quando prophetantes instrumentum solùm sint Dei effantis, qui certè, quemadmodum per Moysem doctissimum virum, vtpote omni Ægyptiorum sapientia eruditum, loquutus sit; ita & per rusticum Amos etiam prophetauit: Itaque Deus est, quem in prædicente attendere debeamus, cùm eius sermo ille sit, & materialiter se habeat, quòd per huius os, scilicet, aut Regis, qualis Dauid; aut docti, qualis Salomon; aut pastoris, & abiecti, qualis Amos, profatus sit; Quo symbolo egregiè delineari obedientiæ naturam existimem, nam, qui huius scopum virtutis attingere desiderat, personam imperantis respicere non debet, sed, siue Angelus de cœlo: seu homo super terram, atque inter homines; siue Pharisæus à cathedra doceat, cuius vita sermonibus discors, seu Moyses ipse sanctissimus Legislator: seu Consul, siue plebeius imperet, æquè obtemperare oporteat: Neque etiam disquirendum, an hæc, an illa potiùs præcipere iussum fuisset, modo Dei legibus non aduersentur, similiter vniuersa amplexanda sunt, & pari mentis alacritate: Verùm percipiamus ex diuina B. Parentis nostri Ignatij epistola hac de virtute documentum admirabile: *Siquidem superiori (inquit) nec si prudentia, bonitate, cæterisve quibuslibet donis ornatus, instructúsque sit, propterea obtemperandum est; sed ob id solum, quod vices gerat Dei, eiusdémque auctoritate fungatur, qui dicit: Qui vos audit, me audit; qui vos spernit, me spernit: Nec è contra, siue consilio, aut prudentia minùs valeat, quidquam idcirco de obedientia remittendum, quatenus ille Superior est: quandò illius personam refert, cuius sapientia falli non potest, supplebitque ipse, quicquid ministro defuerit, siue probitate, aliísque ornamentis careat.* Sic beatus Pater! probemus ista.

S. Ignat. de Loyola.

Restituit vitæ Seruator defunctum Lazarum: 66.
sed ecce qualis prodeat? nempe, ligatus pedes, & manus institis, & facies illius sudario erat ligata, Ioan. cap. 11. vers. 44. Vt quid in hunc modum; neque enim taliter alij, quos vita donauit, cùm tamen iidem sepeliendi ritus fuissent: & debuit sanè hospitibus eam gratiam fecisse, sororibus dico, quas summoperè diligebat, vt fraternos vultus nimiùm optatos quamprimùm intuerentur: Equidem Lazarus eos homines repræsentabat, qui cùm diu in peccatis iacuissent: & penè in his computruissent, tandem benignioris Numinis clementia ex peccatorum cœno emersetuor: hi autem pristinis vitiis renunciantes, dum spiritalis vitæ structuram meditantur, de basi in primis cogitant, quæ est obedientia: *Est enim hæc vna virtus* (vt loquitur Gregorius in Moralibus lib. 35. capitis decimi initio,) *quæ cæteras virtutes mentis inserit; insertásque custodit.* Igitur, vti eiusmodi, quorum typum sustinebat, obedientiæ genuinam formam præmonstraret Lazarus, sic irretitus prodit: nam certè oculi propterea obuelati, ne sciret, quisnam ille fuisset qui de morte suscitaret, num obscurus, an nobilis: diues, an pauper: illiteratus an doctus: si enim Christum vocantem conspexisset, amicitiæ antiquæ quòd obsecundaret, detulisse existimari posset, vel personæ, quæ maiestate, scientia, pulchritudine, morum integritate excelleret: cùm tamen alterum etiam his carentem dotibus, Dei tamen Legatum, auscultare debuisset: pedes vinctos habet, vt qui propria virtute in hunc potiùs, quàm illum, digredi non valeret locum, nec optaret fixas aliquas sedes: tantùm vellet superiorum ductu ferri: O felix impedimentum! Nunquam liberior Marthæ frater, atque Mariæ, quàm dum sic implicitus, vt nihil aliud caperet, quàm quod Prælatus desiderasset: Eleganter Ambrosius libro de. fide

Ioan. 11.

Obedientia, basis virtutum. Greg. Pap.

Ambros.

fide resurrectionis, prope medium. *Audiuit ergo defunctus, & exiuit foras de monumento, ligatus pedes & manus institis, ac facies eius orario ligata erat: Comprehende, si potes quemadmodum clausis oculis iter carpit, vinctis pedibus gradum dirigit. manebant vincula, nec tenebant; tegebantur oculi sed videbant: virtute enim diuina præceptionis operante natura suum non requirebat officium: Si miraris hoc, disce, quis imperauerit; tum mirari desines*: Quàm speciosum est illud, quod Ambrosius asserit! *Tegebantur oculi, sed videbant.* Nunquam enim melius cernimus, quàm cum non intuemur: cæco, nimirum quodam impetu voluntatis parendi cupidæ, ducti, nec metus est, vt labatur pes, quanquam illaqueatus; gradietur inoffensè vsque ad ciuitatem sanctam Sion.

67. Contemplor etiam Lazari vinculis simile quidpiam in supernis, & prope ipsum Deum; quippe eius throno adstantes Seraphim, *Sex alæ vni, & sex alæ alteri, duabus velabant faciem eius,*
Isaiæ 6. *& duabus velabant pedes eius.* Isaiæ cap. 6. vers. 2. Sed, cuius & vultum, atque vestigia? an Dei, an ipsorum spirituum? Equidem suos Patronos vtraque habet opinatio: sed veterum recentiumque maior pars, Angelorum ora, plantásque velatas arbitratur. Quare & Symmachum vertisse?
Procop. Sanct. Aluarez. *Velabant faciem suam.* Procopius asseuerat: vide nostros Sanctium, & Aluarez: Ergo & aliud in his Lazari mysterium: nam lumina absconduntur, pedésque alarum innectuntur pennis: Num ob parem causam? Planè: quippe administratorij Spiritus sunt, in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis; atque, vt effa-
Bernard. tur Bernardus serm. 2 in vigilia Natalis Domini, *Discurrunt medij inter nos, & Deum, fidelissimè portantes ad eũ gemitus nostros, & ipsius nobis gratiam deuotissimè reportantes;* Quãdo itaque Creatoris imperia obseruant, & exequuntur; benè si faciem tegunt, vt, quod ad eos attinet, nolint scire, quisnam ille sit, qui præcipiat; num Deus in sua maiestate, an alius nomine ipsius etiam, quãquam minor Angelis, & neque id paulò quidem, promptissimè obsequerentur, ac si immediatè Numen intimasset: pedes quoque irretitos ostendunt, vt nullam sibi propensionem esse, ad hæc itinera potiùs quàm illa, significent; verùm id placere solùm, quod Superiori visum fuerit imperare, neque alacres magis ad Regum aulas, quàm ad pauperum tabernas: sola voluptas, paruisse: Fauet huic explanationi non obscurè no-
Sanct. ster Sanctius num. 14. *At religiosa* (inquit) *obedientia habes hic, si vnquam, præclarum symbolum; quam humilem esse debere, alacrem, & cæcam, docet spiritualium Patrum, & omnium penè Ordinum religiosorum disciplina: ecce hic habes excussas alas, & ad volandum expeditas, cum oculis tamen, si non cæcis, certè velatis: habes pedes tectos, in quibus affectus significari constat: vt discas, non tam tuis affectibus, atque voluntati seruiendum, quam parendum alienæ.*

68. Volebat Creator Moysem in Ægyptum destinare ad Pharaonem, vt educeret populum eius de captiuitate, & iugo ferreo: at Propheta semel, iterúmque supplicat, ne mittatur: hunc quidem velut imbecillitatis suæ conscius: *Quis sum ego* (inquit) *vt vadam ad Pharaonem*, &c. Exod.
Exod. 3. & 4. cap. 3. vers. 11. nunc linguæ infantiam proponit: *Obsecro, Domine, non sum eloquens ab heri, & nudiustertius.* Exod. cap. 4. vers. 10. Nuper idem Nu-
Isaiæ 6. men apud Isaiam deliberabat eo, quod effabatur, cap. 6. vers. 8. *Quem mittam, & quis ibit nobis?* Statimque prosilit Vates, & amoto omni impedimento: *Ecce ego*, ait, *mitte me*: Quamobrem, aut non promptum se Moyses continuò exhibet, aut non etiam tergiuersatur Isaias? Num, quia ad liberandos conciues mittebatur Legislator, quod illi optatissimum erat? & arbitrabatur vix obedientiæ nomine dignam parentiam, cùm ea quispiam ex Superioris iussu exequitur, quæ ab eo præcipi maximè cuperet? Non dissentit Magnus Basilius in cap. 6. Isaiæ. *Quia illic quidem mittebatur Moyses pro bono, ac beneficio in populum conferendo: & nos homines sic natura comparati sumus, vt quæ semel volentes exequenda proposito elegerimus, quamlibet molesta fuerint, tamen eam operosam molestiam deuoramus, ac perpetimur.* An ideò Moyses detrectat, quoniam ambitiosa erat legatio, & plurimi honoris, & quanquam Superiori parere opus perfectum quidem; sed tamen cùm ad pompam quisquam vocatur, humilitatis est cum sobrietate tenui, suàmque habet laudem? Ita Basilius eodem loco, & multò clarius Gregorius Romanus lib. 35. Moralium, cap. 10 *Moyses namque* (ait) *cum in deserto oues pasceret, Domino per Angelum in igne loquente vocatus est, vt cripienda omni Israelitarum multitudini præesset: sed, quia apud semetipsum humilis extitit oblatam protinus ta[n]ti regiminis gloriam expauit, móxque ad infirmitatis patrocinium recurrit, dicens: Obsecro, Domine, non sum eloquens*, &c. Fateor quidem, commendabilem esse affectum renitentis cum indifferentia, quando Prælatus ad sublimis euehit; sed tamen obedientiæ purissima lex est, nihil proprij velle retinere; æquis vlnis amplecti, siue quod excelsum est, seu quod abiectum: Cùm igitur vidisset Isaias Seraphim vultum, pedésque alarum vmbraculo protegentes, didicit ab eis, obedientiæ præclarissimam normam esse, cùm iudicium voluntásque subditi cum iudicio, voluntatéque Antistitis, siue in grandibus, seu in paruis consentit; hoc enim illo ostento diximus, numero elapso repræsentatum; Itaque Isaias totus à Superioris dependens placito, *Ecce ego*, inquit, *mitte me*: Nec dicit sanè: *Ego ibo*, cùm tamen quæsitum fuisset, *Quis ibit?* quoniam eiusmodi asseueratio quidpiam propriæ voluntatis adsonare videatur: sed, *Mitte me*: penes te sint vniuersa: tu impelle, siue ad magna, seu ad exilia: Basilius vbi suprà: *Quare Moyses quidem propter splendidum & illustre genus, accitus est ad tanti populi præfecturam, quam deprecatus est: Quis sum, vt pergam ad Pharaonem Regem? Rursus: Obsecro, Domine insufficiens, nec satis idoneus sum! Isaias autem tale aliquid cùm nihil audisset, sed solùm edoctus necessitatem mittendæ legationis, nihil inuitus seipsum permisit Deo, pérque exuperantem charitatem se iniecit medium subeundis periculis, nihil secum reputans eorum, quæ sibi irroganda essent à populo mala.*

Vox obedientia, quæ de nobis est nobis placentibus.

Basil.

Superiori proponere quando liceat.

Greg. Pap.

Basil.

Expendamus Zenonis Veronensis ex tertio de Abraham sermone, gnomen: *Lætatus est puer* (inquit) *patre fideli, ipse quoque fidelior; nec recusabat mortem, quam Deus, qui vitam dederat, imperabat.* Quo in axiomate, illud peregrinum, quod *patre fideli* puerum *fideliorem* nominet: Verùm, nónne Abraham, pater credentium? Quo more igitur eo *fidelior* Isaac: An, quoniam in adolescente virtutem plùs demiramur, quàm in senibus? vel, quia filius ibi orditur, vbi desinit parens, quando vltima penè Abrahæ tentatio sit primus 69.

Zen. Ver.

Virtus in adolescente rara.

[illegible] Isaac? Equidem Abraham, quemadmodum Genesis caput 22. ins[illegible] ab ipso Deo immediate edoctus est, vt filium [illegible] holocaustum offerret super vno montium, quem ostenderet illi: Isaac autem non à Deo ipso immediatè, sed ab homine genitore nimirum, percepit, velle Numen quam illi commodauerat vitam, repetere ab eo: tantoris autem obedientiæ est parere Deo, cuius voluntas non nisi per hominem innotescit, qui vanitati & mendacio subiectus est, quàm Deo se palam manifestanti: Vt igitur innoat, quàm alta virtus sit, Deum in Pixlaro agnoscere, eidémque non secùs parere per alios loquenti, quàm si ipse vultum aperiret: puerum genitore *fideliorem* appellare non est vetitus; Sed progrediamur cum Zenone: *O qui seruum Domini ita se esse meminerat, vt patrem se esse nesciret: Quid est, pater? Ecce sub oculis iacet filius vinculis adstrictus: vbi sunt lacrymæ? vbi dolor, qui in humanis sensibus versari consueuit. In tantis filij casibus lætatur, & gaudet:* Sed, quare se patrem esse ignorabat? Nimirum, quia si ad illam victimam offerendam accesserat, quasi filiom non sacrificaret: itaque mentis tam alta erat pax, vt idem fuerit illi natom mactare, ac si aliud quidpiam occidere iussus esset: non enim, quid sacrificaret, considerabat; sed num sacrificando pareret: Idem illi, siue filius, siue aries procumberet: non enim rem, sed mandatum intuebatur: Idem rursus beatus Martyr: *A filio ad agnum transtulit dexteram, semper lætatus, & gaudens: eo virtutis est vultus eius, cùm esset victima mutata: cum tanta lætitia arietem obtulit, cum quanta obtulerat & filium: vbi enim fides fuit, non erat dolor:* Verùm quamobrem in vtroque euentu sibi semper æqualis sacrificans? Scilicet, *Seruum Domini* (vt aiebat Zeno) *ita se esse meminerat, vt patrem se esse nesciret:* ideò oblitus paterni nominis, quoniam oculis obuersabatur, seruum se esse: quod si seruus, certè id omnibus modis considerare debet, quid herus exoptet: si agrum colere iubeat, hoc eadem animi alacritate aggredi oportet, ac si in aula viuere, in deliciis imperet: non, quid faciat, expendere præstat; sed, quid possessor illius magi desideret: Verùm, vbinam inueniendus seruus tam bonos, & fideles, qui non magis velit in Regum domibus habitare, quàm in rustica casa? Quis ille Cœnobita, qui non magis amet cathedram, & vocari Magister, quàm culinæ occupari sordido & ignoto ministerio? Quid dixi de culina? Vtinam vel ad confessiones audiendas, vel psallendum cum Fratribus, vel rudem plebem instruendam descendant nonnulli! Veniet hora, cùm nouissimum obtinuisse locum euperent; sanè cùm prement nouissima, O Abraham, quomodo sic potuisti obliuisci te esse parentem, & tanta lætitia filium iugulare, quanta & arietem!

70. Quæsitum à nobis aliàs, Auctore Cæsario, Nazianzeni fratre Dialogo quinto, quamobrem Princeps Apostolorum Simon, sic exarserit aduersùs Ananiam, & Sapphiram, vt vita despoliauerit, Actorum cap. 5. Diximus horum piaculum extitisse, quòd celauerint d[illegible] o agri venditi: quæ absc[illegible] fio n[illegible] quidda[illegible] fuerit genus, cùm [illegible] tacuerit, fa[illegible] tamen. At i[illegible] Petr[illegible] magi ad [illegible] entiam mo[illegible] paratu[illegible], vt quarum [illegible] um, si venim conf[illegible] quamur, [illegible] mur [illegible] rundem: Simon autem negauerat se el[illegible] iterum, [illegible] que Præceptorem, & ad pue[illegible] vocem inficiatus est. cur itur non leni erga simile delictum? Equidem erat illa Ecclesiæ [illegible] sancta, quam obedientia egregiè funda[illegible] oporteb[illegible]: erat vero Petrus non solum [illegible] m, sed etiam omnium Christianorum Hierarcha Christi vice fungens in terris: Ananias autem, & Sapphira non considerabant in Petro, nisi hominem, proinde decipi posse, & fraudari agri pretio a[illegible] ex parte cogitabant. sic enim [illegible] nuere videntur ea verba: *Non es mentitus hominibus, sed Deo*; ac si firmet: Non me contempsi[illegible]: quid enim ego sum, nisi piscator, & idiot[illegible] d Deum: Igitur, ne quis deinceps auderet Superiorem quasi hominem infirmitatibus obnoxium consideraret, sed vere Deum intelligeret quod pterior iubeat, cuius nomine imperat, dimmur obedientes morte abripi subitanea passus est.

Nec miretis, Petrum tam seuerum aduersus inobedientes: didi[illegible] à Magistro suo C[illegible] IESV; nam certè vt surrexit de cœna, mi[illegible] aquam in peluem, & cœpit lauare pedes discipulorum, vt autem venit ad Simonem Petrum, cùm se indignum æstimaret, cui Dominus pedum sordes ablueret, & amore, & humi[illegible] perculsus inquit: *Non lauabis mihi pedes in æternum.* Ioan. cap. 13. vers. 8. Tulit aceebè Red[illegible] ptor hominum, continuóque subiunxit: *Si non lauero te, non habebis partem mecum:* Quid est, non habebis partem mecum? Quasi verò à Christi aut amicitia, aut regno excludendus: Sed, nónne potiùs gratiam promereri debuit? quan[illegible] quam enim & tenitiur; sed pietas, quæ operit delicta, est in contumacia: sed tamen Redemptori non placet indiscreta pietas, vtique, [illegible] minoris auctoritatis persona, Apostolorum Coryphæo pedes abluisset, haud tulisset grauatè, verùm sustinere non potest, vti eius ad vestigia procumbat Christus; hoc autem est, quod Saluatori di[illegible] licet: vult enim subditum inconten[illegible] iosum esse & aheno[illegible] ine penitùs [illegible] udu[illegible] ci; [illegible] que eius nullateous[illegible] e partes, di[illegible] ete[illegible] qualis sit person[illegible] imperans: num aut [illegible] ma[illegible] vel mediocris; aut plebeia: tantùm nouerit D[illegible] fungi legatione; & [illegible] ob eius amorem alienæ se voluntati subiecerit, ad diuinam spectare prouidentiam Antistitu insinuare, quæ aut cultrati conueni[illegible]: Et puto tam ininaciter ab nonem alloqoutum, vt quoniam cæterorum Caput futurus esset, qual[illegible] m ab i[illegible] exigeret obed[illegible] tiam, nosse, scilicet, nihil perniciosius esse[illegible] duo, quàm[illegible] pietio Maiorum iud[illegible] antesert sensim, quanquam certè in te[illegible] ritalibus & pus, in quibus sanè maius pe[illegible] est: Verùm de hoc Christi facto vt op[illegible] Basilius Magnus in Regulis Breuioribus, responsione 233. tel[illegible] amus: *Petrus, cùm ei talium, ac tantorum re[illegible] sallorum testimonium à Domino fuisset datum, atque eo modo appellatus, & Beatus laudatus: vbi vna tantùm in re ab obedientia [illegible] est discedere, atque hoc ipsum non ex negligentia superbiâve, sed ex reuerentia hono[illegible] que [illegible] Domini suum, propter hoc ipsum tantum e[illegible] Nisi lauero te, non habebis partem mecum.*

Creato[illegible] potentiam & g[illegible] m [illegible] tus Dauid Psalmo 118. ve[illegible] 91. *Or[illegible] perseuerat dies quo iam o[illegible] tibi* Co[illegible] Num[illegible] ob [illegible] lucis obed[illegible] omin[illegible] 72.

Gen. 22. — Petri obedientia in quantis mentis indifferentia. — Cæsar. — Act. 5. — Adumbrans obedientiam fuisse debitam esse Prælatis. — Ioan. 13. — Basil. — Psal. 118.

habere famulos, qui alacriter, ad nutum, constanter obtemperent; Verùm, cur non ab alia creatura potiùs desumpsit encomij materiam? Nam, vt recensentur omnia opera manuum Dei factori suo parere; specialiùs tamen lux, vt quae potiora donata recepetit: ipsa quoque est prima inter condita à verbo, quae abeodem approbata est, Genes. cap. 1. vers. 4. *Et vidit Deus lucem, quod esset bona*, ipsa, cuius genitor. Sol nempe eum imperio creatus: *Fecitque Deus luminare maius, vt praeesset diei.* eodem cap. 1. vers. 16. Quis verò non in aeternum, si posset, certè ad longissimum aeuum, non permanere Monarchiam vellet? Itaque mirum non est, quòd lux per tot secula indefessam obedientiam perseueret; Sed perpende, lucis, aliarumque rerum à Deo factarum discrimen; Coguntur quidem & maria, & tellus, & ignis, etiam ingratis nationibus ministrare; Fateor, *ingemiscit creatura*, vt Paulus monet; vtique videns se ad hoc obligatam; nam veller Numinis iniuriam aduersùs impios mortales vlcisci; Itaque, cùm nnus sit, sub quo suspirat, quòd per tam multas aetates non succumbat, nec tenitatur iniquae seruite nationi hominum, obedientiae specimen est omnem vincens eloquentiam, Ast fané istiusmodi elementis quale quale nonnunquam solamen: quippe non rarò arua cultori fructus denegant suos, & eludunt agricolae spem; mare nauigantes absorbet; ignis vrbes aliquando integras depopulatur; Creator permittit; & quoniam iusta est retributio, laetantur cernentes peccatorum vindictam, neque semper prosperari viam impiorum; Caeterùm luci nulla talis consolatio; *Oritur enim Sol, & occidit quotidie, & ad locum suum reuertitur, ibique renascens gyrat per meridiem, & flectitur ad Aquilonem, lustrans vniuersa.* Ecclesiastae cap. 1. vers. 5. Bene quidem, *lustrans vniuersa*; id est, barbaris simul, & cultis gentibus lucis vsuram praebens, Ethnicum, Mahometanum, Haereticum non minori benignitate iubaris, quàm Catholicum perfundens, atque inter hos, & peccatorem, & iustum illustrans: vnde filius ille dissipator; *Pater, peccaui in caelum, & coram te*, non autem, peccaui in terram, dixit Luc. cap. 15. vers. 18. quoniam quidem à terra genitae arbores esurienti, neque de siliquis, quantùm sat fuisset, subministrabant, cùm Olympus splendores nunquam occultasset: O auricomi sideris depraedicandam obedientiam! Merito Psalmodus obstupescit, & euehit: si enim iustis fulgere, si templa, si Regum basilicas, si montes aromatum, si conclusos hortos, si reuerberare peccatores ad modicum interuallum Creator iussisset, tolerand a fuisset seruitus; at pari alacritate immundissimis splendescere, o[illegible] per iustos pariter & iniustos, nun[illegible]am vacare a benefaciendo ingrat[illegible]is p[illegible]ou[illegible]s; sanè mirabilis famulatus est, & vix [illegible]onalia, quod plus enarret De[illegible] gloriam, quam quòd ordinatione eius per[illegible]ueret dies: O homo! & non erubescis, n[illegible]h confun[illegible]deri, quoties planetam istum intu[illegible]ris! quoties & [illegible]atu[illegible]m vniuersam pe[illegible]etuo obse[illegible]mentem il[illegible]li, à quo condita est, etiam [illegible]m, quando tibi [illegible]uere videtur cùm ab ea vapulas, & fame, ince[illegible]io, illuuione castigat! neque enim vel ista, nisi iussa perficit, adeo nunquam nisi ex alieno optatu tetri velit, quod scitè perpendit Aurelius Prudentius libro posteriori contra Symmachum:

[illegible] capax [illegible] eandem

Obedientia honorata vos tanti faciunda. (margin)

Gen. 1. (margin)

Rom. 8. (margin)

Eccles. 1. (margin)

Luc. 15. *Terra auara & liberalis, sicut caelum.* (margin)

Pruden. (margin)

Se praebet populis, nec habet discernere dispar
Viuentum meritum, quos tantum pascere iussa est,
Seruit enim mundus, non iudicat: hoc sibi summus
Naturae Dominus pra[illegible]cipit[illegible] semper [illegible] seruat.

Exi[illegible]lè pronun[illegible] *Seruit enim mundus, non iudicat*: Nam si mundus iudi[illegible] mancipiate [illegible]ret, secerneret [illegible]m à [illegible], & in [illegible] colligatum, ignibus [illegible]aderet, quoniam aut[illegible]uit, tantùm [illegible] lata obiectat: sic ille iusserit, vt fru[illegible] subministret bonis: si[illegible] malis producat, a[illegible] eam non spectat nisi par[illegible] iussionibus: & h[illegible] [illegible]altes [illegible] memorato Psalmi, *Ordinatione [illegible] dies, quoniam omnia seruiunt tibi* [illegible], projectà, & ingratis, & benè mo[illegible]s obsecundant, quoniam seruitute tibi obstricta.

Sed ex eodem Psalmographo Oda 104. v. 22. vbi memoratur Iosephus à Pharaone tantis honoribus affectus: *Vt erudiret* (inquit) *[illegible]iper eius sicut semetipsum, & senes eius prudentiam doceret*: nimirum, vt ad eam normam in[illegible]et ad quam formatus est ipse Ioseph: Sed cur de Principibus ita dictum, & senibus, non verò de adolescentibus? Arbitror sanè iuniores [illegible]os, qui posteà capessituri erant Reipublicae habenas, Principum vocabulo significari: iuuat[illegible] gitationem Brunonis Carthusiani Cummentarius: *Et no[illegible] [illegible]lum iuniores Principes, [illegible] qui [illegible] erant [illegible] sapie[illegible] sed & senes eius, qui [illegible] sapientes, maiorem prudentiam doceret: quod quidem mirabile fuit, doc[illegible] scilicet, senes à iuuene.* H[illegible]tur, qui futuri erant Magistratus, & Praefecti prouinciarum, oportebat Iosephum non aliter, quàm sui ad similitudinem effingere: Quid haec commonefaciant? Equidem is optimus Antistes euadit, qui nouit optimus esse subditus; optimus verò subditus is est, qui Praelato cuiuis indifferenter paret, siue is nobilis sit & diues, seu pauper & obscurus: indicat enim haec agens, se non ad personam mandantis attendere, sed ad illum, cuius vicarius sit: Quid verò contigit? Profectò Iacob parenti obsequens fuit, donec apud eum pe[illegible]mansit: sed pari etiam alacritate Putiphari serui[illegible]te oppressus obtemperauerit: quin & carceris vigili, dum clausus teneretur: vbique Ioseph humilis, & obediens: quoniam non hominem per pendebat, sed Deum, à quo omnis dimanat potestas; & quoniam [illegible] bonus subditus nouerat esse, Magistratuum [illegible]men euasit, cui non dubitauit Pharau vniuersam tegnorum administrationem [illegible]edere: Quo[illegible] iunior nobilitas sufficiens cum tempore ext[illegible]isset, quae regere ad imitationem Ioseph post[illegible], & floreret imperium sub tal[illegible] praef[illegible]ura, volu[illegible] vti eos velut semet ipsum erudiret: hoc est, dum in minoribus essent, faceret, vt cuiuis Magistratui obed[illegible], neque eam sibi li[illegible]en iam vendi[illegible]arent, quàm nonnulli Optimates ad [illegible]iem Reipublicae assumunt, qui indignum putant inferioribus obedire Praetoribus: Pagnini habet translatio: *Vt alligaret Principes*: Et omnes vulgauter consentiunt Interpretes, Hebraea per[illegible]te, vti aut *vinciret*, aut *alligaret*, ex bona versione pron[illegible]atus neque inuenustè pro scopo nostro: Nam asserunt [illegible] primùm bono [illegible]bditus [illegible]ere nobilitatis iuuentutem, qu[illegible] in Magistratum posteà cresceret: ac hoc autem vinciebat, eósque alligabat, id est, propria & voluntate, & iudicio despol[illegible]bat, vt nihil [illegible]uperent, nihil sentirent aliter, quàm Praelatus vel optasset, vel sensisset; qui tales [illegible]

73 *Psal. 104.* (margin)

Bruno (margin)

Optimus Praelatus qui bonus fu[it] subditus. (margin)

Pag. (margin)

aliena extitissent ferula, posse summo cum regnorum commodo ad capessenda prouinciarum gubernacula assumi; Atque nos, vt hanc in subditis indifferentiam significaremus, comparauimus prophetali obedientiæ: nam Vates de suo non loquitur, non diiudicat: verùm ea solùm pandit, quæ alloquens Numen inspirat; ad eius nutum omnes animi affectus componit, ipse instrumentum tanti operis.

SECTIO VIII.

Post Christi Incarnationem, & Natiuitatem, Deum quasi mitem factum; qui sub lege vlciscens, qui seuerus habebatur.

74. TAntùm *Salomon*, id est, *Pacificus* nominatur Auctor huius libri vestibulo; non filius *Dauid*, quemadmodum alibi; quia Dauid vir sanguinum, & bellator, a iuuentute sua; non Rex *Ierusalem*, quia ibi turris Dauid, ex qua pendent mille clypei, omnis armatura fortium; Igitur ablegatum ab hoc volumine, quidquid ad pugnam, aut fundendum cruorem spectat; Quamobrem? Sane huius libri scopus est de Incarnatione Filij Dei agere, quemadmodum non semel docuimus ex Athanasiana Synopsi, siue ex Opere Eusebij Pamphili in hunc Codicem, qui notant, in aliis veteris Instrumenti voluminibus sermones iræ, atque indignationis reperiri; in Cantico Canticorum lætitiæ, & gaudij sola verba; *Propterea*, inquiunt, *quòd liber præsens nihil aliud, quàm Verbi aduentum significat*; Ac sanè à diebus aduentus eius cessauit omnis pauor, atque trepidatio; misericordia, & veritas obuiauerunt sibi, iustitia, & pax in oscula, inque amplexus ruerunt; non iam vltrà metuentis vulgi funesta vox; *Non loquatur nobis Dominus*, imò verò, sonet vox tua in auribus meis: nam vox tua dulcis est, equidem & super mel & fauum; verba enim vitæ habes: Loquere, Domine, quia audit seruus tuus; clama, ne cesses, non fugiemus ampliùs à voce tua, quemadmodum se abscondit præuari[illegible] Adam; paruulus datus est nobis; & quem terrere poterit sonus vagientis? Benè igitur, quòd carminis, in quo allata humano generi Numinis placati benignitas demonstratur, inscriptio de pace tota sit; nam exinde pacificum Verbum, ex quo carnem assumpsit.

Athanas.

75. Ingressus est Israël mare rubrum, timuêre gurgites, & retrogressi, quasi murum à dextra, leuâque fecerunt: Quid miramini? Audiuit vocem increpantis Numinis, & fugit à vultu iræ furoris eius, nam quidem obiurgantis sermo ille, de quo Psalmorum Cantor Hymno 105. vers. 9. *Et increpuit mare rubrum, & exsiccatum est*. Percipiamus ampliùs à Cæsario Arelatensi homilia 4. de Pasch. *Nec immeritò eos hostis non attigit, lux præcessit, fluctus expauit; Sic Propheta testatur; Et increpuit mare rubrum; & recessit, & iterum, Mare vidit, & fugit; Quid vidit? Sine dubio illud terribile profundum assistentis inhorruit maiestatem & ad præsentiam su[illegible] Auctoris*. Puto his secudi maris procellis in[illegible] Iordanis vndas, quæ defecerunt ante Arcam fœderis Domini, cùm transiret eum Iosuë, cap. 4. vers. 7. de qua trepidatione Psalm. 113. vers. 5. *Quid est tibi, mare, quod fugisti: & tu, Iordanis, quia conuersus es retrorsum*. Elapsis multis sæculis descendit in Iordanem baptizandus à Ioanne Præcursore Auctor humanæ salutis; astitit tota Trinitas, Pater emissa voce asserente; *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui*. Matth. cap 3. vers. 17. Spiritus sanctus sub columbæ forma; Verbum in homine neque tamen abditur, neque retrocedit Iordanis; quæ hæc est animi fortitudo sustinentis totam Triadem? Illa fluenta, quæ à conspectu Arcæ trepidabant, nunc omnes diuinas Personas perferunt! Ergóne Arcæ vehementior Maiestas, quàm Domini exercituum? Verùm, quid tergiuersamur enodare? Tunc sanè, quando fugiebant vndæ, Patres sub lege erant, quæ nihil ad perfectum duxit; tunc Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, nondum humanum amictum induerat; Igitur ante Incarnationem vel muta pauebant elementa, & à conspectu Dei fugêre vel audaces vndæ, post hominem assumptum, vniuersa in pace sunt, non est quòd Iordanis timeat, etiamsi tota delabatur Trinitas; atque ob hoc amor eum comitatur, Spiritus sub pacatæ volucris imagine; Genitor, qui timeri poterat, intra nubes latitat; O mitem Incarnationis [illegible]! Meritò à cœlesti militia cantatum! *Et pax hominibus bonæ voluntatis*; Accinat & nobis Chrysologus; nam eius Musicæ instar vbicunque oratio; *Hodie Deus maiestate intonuit* (ait sermone 160) *etsi Pater de cœlo intonat, si filius Iordanis insistit fluentis, si Spiritus sanctus corporaliter apparet de supernis: quid est, quòd Iordanis, qui fugit ad præsentiam legalis Arcæ, ad totius Trinitatis præsentiam non refugit? Quid est? Quia pietati obsequitur, incipit non esse timori; Hic Trinitas exercet gratiam totam, totam secum loquitur charitatem; ibi elementa corripit, vt seruulos instituat ad timorem.*

Psal. 105.

Cæs. Arelat.

Iosu. 4.

Matth. 3.

Chrysol.

76. Duos filios sustulit Abraham, Ismaëlem & Isaac: sed, quàm diuersa vtriusque exordia? Ille vix conceptus, & mater in exilium propellitur: [illegible] & genitrix ex seruili genere: & ipse prænunc[illegible]tus, qui ferus homo euaderet. Genes. cap. 16. vers. 12. Quid non in tanta serie horridum & exasperans? Nascitur Isaac, & tota domus in lætitia est: agnouit mater, dixitque: *Risum fecit mihi Dominus quicunque audierit, corridebit mihi*. Gen. cap. 21. vers. 6. Nec multi processerant dies, quantùm enim est ablactationis tempus? & lætatus genitor, mactauit allatum de armento vitulum saginatum, tauros quoque, & altilia occidit, & [illegible]tatis amicorum plurimis, fecit grande conuiuium in die ablactationis eius: Sed, cur tam dispar natiuitatis vtriusque conditio, & non magis c[illegible]ngaudet in filij maioris natu, seu natalitio, seu ablactatione Abraham? Nimirum, senior ex duobus Ismaël populum Hebræorum denotat, Expositoribus Rabbano, & Tuitiensi Abbate, Ruperto? ibi verò seruitus, ibi ignobilitas, ibi exilium, & planctus: denique ibi homo [illegible] sanè ferus, cuius manus contra omnes, atque omnium contra eum, bella & inimicitiæ perpetuæ: At nato Isaac qui Christum præmonstrabat, abiit mœror, abiêre pugnæ: epulari tunc oportebat, & gaudere: quia natus erat Saluator in ciuitate Dauid: O diu optatos Isaac natales! Sed multitudine pacis [illegible] compensauit desideriorum tædia. si tam [illegible] quenquàm tædeb[illegible] expect[illegible] m desiderium collium æternorum,

Gen. 16.

Gen. 21.

Rabban.

Rupert.

æternorum, pro quo nulla tam longa vota, quæ non breuis viderentur moræ; *Sara*, (inquit Rupertus) *uxor tua pariet tibi filium; & quia tu risisti, Isaac vocabitur nomen eius; quia reuera ridebit in nouissimo generositas tua; quo nomine rectè seminis Abrahæ, quod est Christus, felix natiuitas significatur, quia vniuersis Sanctis, quorum ex carne vera caro, & verus homo est ipse, sempiterni risus, & interminabilis gaudij causa est.*

77. Isai. 11.

Sed huius pacis admirandum, idémque dulcissimum carmen apud Isaiam cap. 11. vers. 6. *Habitabit* (inquit) *lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit; vitulus, & leo, & ouis simul morabuntur.* Sane ante hoc tempus ne frater à germano tutus; nam Abelem impius occidit Cain, Iosephum fratres vendiderunt, Absalon ex eodem patre natum interemit; nunc verò habitabit lupus cum agno; Nec dixit sanè, vti non inscitè animaduersum ab Hugone Carensi, *Agnus cum lupo habitabit*, Sed è diuerso; debuerat enim imbellis agniculus quibuscunque possit modis, lupi voracis gratiam ambire; sed tanta est concordiæ post natum Emmanuëlem cupido, vt non agnus lupum; sed ex opposito lupus agnum pro fœdere sollicitet; Consueuit esse indomitorum animantium pro specu & caverna crudelis pugna, vindicante sibi tutiora loca quicunque robore præstat, & nolentes socium antri admittere; nunc autem sub iisdem penatibus, eodémque thalamo, & vitulus, & leo, & ouis simul morabuntur; Bellè Tertullianus in Hermogenem, cap. 11. *Cum restituta innocentia, & integritate conditionis pecora condixerint bestiis, & paruuli de serpentibus lusérint;* Condictura pecora floridè pronunciauit; nam verbum est indicans diem conuiuio præscribi, nam, quid restat, nisi vt simul epulentur, & concedant feræ: quando simul morantur, & accubant? Visne & de symposio audire? *Beniamin* (ait) *lupus rapax, mane comedet prædam, & vespere diuidet spolia.* Genes. cap. 49. vers. 27 Sed, cur vespere capta distribuat? Num, quia à prandio matutino satur? Verùm luporum maior consueuit esse fames ad occasum: *Leuiores pardis equi eius* (inquit Habacuc cap. 1. vers. 8.) *& velociores lupis vespertinis*: Videndus Gueuara in nomioatum caput num. 86. Ribera num. 19. Sanchez num. 22. & certè mirum est, quòd ab animanti, si quod aliud est, inexplebilis auiditatis, escas abiiciendas esse, quas donet commilitonibus, affirmet: Sed considera, vt non hæc mane, sed ad vesperam agat; Cur non mane? Nempe, quia fuit tempus legis, atque Synagogæ illud; tum rapere, dilaniare, vastare omnia: quantum tormentum sub tam duro iugo, necessarium tamen tam graue onus indomitis ceruicibus contumacis, & ingratæ nationis: sed vt inclinata est dies, & gratiæ vmbra refrigerauit, tantùm non rapere famelicum lupum, vt de acquisitis diuidat, humanus, & placabilis factus Eucherius apud Veronensem Episcopum in catena allegati capitis Geneseos construens de populo Hebræorum: *Mane (ait) illud tempus creditur intellige, quo legem accepit; tunc enim primò quædam illuminatio scientiæ mundo data est: vespere erit illud tempus nouissimum, quo conuertetur: quia ergo iam per gratiam Domini illuminatus incipit legis spiritalia à carnalibus diuidere: ideo dicitur, ad vesperam diuidet spolia, siue escam: id, quod tota die in lege meditans antè non fecit.* O intuere, Christiane, quoniam vel luporum feritas mane tantùm est, & sub lucis infantia! Sufficiant tibi delicta iuuentutis tuæ: vt quid etiam vsque in senium protrahis delicta? Saltem nunc sub vitæ occasu benè operare, & diuide spolia! Etiámne post Christum incarnatum, post noui Testamenti concordiam, audes sæuire, rapere, plagiari; & non metuis bestiarum immanissimis crudelior videri? Túque, pusillanimis, homo, inquam boni desiderij, quanquam imperfectus adhuc, cur non de Numinis vberi clementia meliora concipis? Vt quid contristatus luges tota die; fortasse tu commisisti atrociora, quàm quæ aut lupus, aut pardus, & leo patrauerint in syluis & montibus? & tamen isti, qui inter peccatores Antesignani, simul cum agno atque oue, quæ innocentia claruerunt inoffensæ vitæ, accubant?

Hug. Carēs.

Natiuitas Christi omnia pacificauit.

Tertull.

Gen. 49.

Luporum sub vesperam fames maior.

Gueuara. Ribera. Sanch.

Eucher. in Lipp. cat.

Post Christi Incarnationem turpe vitiis esse deditum.

Dum in Synagoga Iudæorum doceret Christus, Spiritus immundus concitauit ad loquendum quem possederat hominem: *Quid nobis, & tibi, IESV Nazarene? venisti perdere nos? Scio, qui sis, Sanctus Dei*; Pulchra sanè confessio, nisi fortè illaudata: quia ab ore impuro: At non placuêre Seruatori encomia; quamobrem comminatus est ei IESVS, dicens: *Obmutesce, & exi de homine.* Marci cap. 1. vers. 25. Sed, cur aduersùs hunc laudes proclamantem tam seuerus, qui aliàs erga blasphemantes etiam satis mansuetus? Verùm contrarius erat: sed potiora, quæ ab aduersariis testimonia: An, quia Dæmones, vel cùm dicunt, quæ probata sunt, tum maximè cauendi sunt, quoniam aliquid de syncero propinant, vt venenum latens faciliùs hauriatur: quæ solennis est Hæreticorum consuetudo, quorum Satan principium, & caput? Euthymius cum hac sententia: *Deinde docuit nos, (ait,) ne Dæmonibus vnquam credamus, etiam vera dicentibus: cùm enim ament mendacium, sintque nobis inimicissimi, nunquam vera loquuntur, nisi ad fallendum: veritate quasi esca quadam vtuntur:* Tertulliani tamen modò antefero iudicium: ita enim meditatur ille, quasi pessimus Spiritus insinuauerit, finem aduentus Christi, & in terras delapsus fuisse, vti Dæmones torqueret, & ignibus addiceret tartareis: nam quod Marcus hic, & Lucas cap. 4. vers. 34. ἀπολέσαι, nempe, *perdere*: Matthæus cap. 8. vers. 9. βασανίσαι, id est, torquere effert: Christi autem hic primus per Incarnationem aduentus non fuit nisi propter salutem hominum: iterum venturus est iudicare viuos & mortuos, tum & Dæmones, & scelestos de mortalibus in stagnum & puteum abyssi mittet æternùm cruciandos? Quamobrem nec patienter omninò modò sustinet, vt Apostoli de conculcato Dæmone glorientur: *Veruntamen* (inquit) *in hoc nolite gaudere, quia Spiritus vobis subiiciuntur: gaudete autem, quòd nomina vestra scripta sunt in cælis.* Luc. cap. 10. vers. 20. Adeò nunc & in fauorem Dæmonum aliquatenus: nam vult omnia ad pacem, & iucunditatem esse quoniam nuptiæ sunt Agni, per Incarnationem nempe, & hominem subassumptum: Igitur aduersùs Spiritum immundum commotus, propterea quòd torturæ, & vexationi destinasset primi aduentus pacatissima tempora: Tertullianus lib. 4. contra Marcionem: *Adeò Iudicis, & vltoris, &, vt ita dixerim, sæui Dei Filium agnouerat: IESVM, non optimi illius, & perdere, & punire nescientis: Atqui increpuit eum Iesus, planè vt inuidiosum, & in ipsa confessione petulantem, vt malè adulantem: quasi hæc esset summa gloria*

78.

Marc. 1.

Dæmoni, vt nec Hæretico in nulla re credendum.

Euthym.

Luc. 10.

Tertull.

gloria Christi, si ad perditionem Dæmonum venisset, & non potius ad hominum salutem; qui nec discipulos de subiectione Spirituum sed de candida salutis gloriari volebat.

79. Totus ignifer, & comburens Deus, apud naturam, & legem; Ascendit clamor Sodomorum ad cœlum; & descendit ignis, atque sulphur ab alto; quod in fauillas conuertit vrbes pulcherrimas; Peccant Aaronis filij, ignem alienum offerentes coram Domino; & ab ignibus vorantur. Eliæ precibus ignis ab æthere delabitur, & duos Pentecontarchos quinquaginta miluum rectores absumit; Denique, siue legem daturus in Sinai apparet, seu liberaturus populum, Legatos ad Pharaonem mittens, rubo insidet; nunquam tamen sine ignibus, & fumariolo: talis, támque formidabilis, antequàm butyrum & mel comederet; vir factus Samaritanorum vrbem ingressurus, admittere respuerunt: & irati duo fratres filij Boanerges; *Domine* (inquiunt,) *vis dicimus, vt ignis descendat de cœlo, & consumat illos?* Luc. cap. 9. vers. 54. Forrasse annuit postulatis? Imò

Luc 9. increpauit magis; Verùm iniustáne futura vltio? Nequaquam sanè; nam promeriti fuerant talia viri impij & inhospitales; quin & in his specialis noxæ forma: nam, quos Elias Regum 4. cap. 1. vers. 10. igni flagrandos addixerat, Samaritæ

Maldon. quoque fuerant vti benè à Maldonato ad citatum Lucæ caput animaduersum: præstabat autem ab antiquo exemplo didicisse, & cautos reddi, atque solei Numen inexorabile quodammodo esse erga illos, qui aliorum supplicio non coërcentur: tot igitur exigentibus causis debitam vindictam, cur discipulorum votis non ac-

Aurea sæcula, Christo redeunte, Natiuitate. quiescit? Nempe, postquàm Deus homo apparuit natus ex muliere, cuius impolluta viscera; aurea, quæ diu à terris pulsa fuêre sæcula, iterum redière; quemadmodum summa cum eloquentiæ copia declarat Firmianus Lactantius diuinarum

Lactant. Institutionum libri quinti cap. 4. 5. 6. *Sed Deus,* (ait,) *vt parens diligentissimus, appropinquante vltimo tempore, nuncium misit; qui vetus illud sæculum, fugatámque iustitiam reduceret; ne genus humanum maximis & perpetuis agitaretur erroribus; Rediit ergo species illius aurei temporis,* &c. Quando igitur sub Deo incarnato aurea renascitur postliminio ætas, nunquid ille ad vindictam processurus sit? Ferreo illa permissa fuerint sæculo, & trepidauerint homines, & occultauerint se in fissuris petrarum donec pertransiret tu Domine, donec pertransiret furor tuus: nunc in amore, in gaudio, in pace viuendum est; *Nescitis,* (respondet Discentibus,) *cuius spiritus estis, Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare.* Ecce nunc tempus acceptabile, ô homo peccator; tantùm ingemisce ex toto corde, & auferet à te omne inquinamentum IESVS, quia aurei sæculi dies sunt, quoniam non venit animas perdere, sed saluare: Nónne vides, vt lacrymatur Magdala, & continuò mundatur! flet Petrus amarè, & condonatur illi; latro Paradisum rapit? denique Samaritæ offendunt, & ignis prohibetur è cœlo dimitti ob gratiam Euangelij, & melioris æui sub Deo cum carne inter homines viso? Nimiùm fortasse alicui videbor his immorari, & magis conceptus dici, quàm affectibus indulsisse oportet; sed parcat maturus Lector; nam planè locus deliciarum est iste, quando ab vberibus Matris IESVS pendeat balbutiens & lusitans, atque non in spem, & solatium erigetur peccator, cui pro venia cum infantulo certamen

futurum sit? Cæterùm, qui ab ore Hieronymi Hieron.

luculentissimi Doctoris, quæ à nobis prolata sunt, confirmari desideret, legat quæstionem eius epistolæ, quam ad Algasiam scripsit, quintam: Non tamen floridum Tertulliani sty- Tertull.

lum patiemur latere, qui 4. aduersùs Marcionem libro: *Repræsentat* (inquit) *Creator ignium plagam, Elia postulante in illo Pseudopropheta; è contrario Christi eandem animaduersionem destinantes discipulos super illum viculum Samaritanorum; agnoscat & Hæreticus ab eodem seuerissimo Iudice promitti hanc Christi lenitatem; Non contendet,* (inquit,) *nec vox eius in platea audietur; arundinem quassatam non comminuet, & linum fumigans non extinguet: talis vtique multò magis homines non erat crematurus:* Et inferiùs eodem libro; *Qui Sodomam, & Gomorrham nimbo igneo excussit: cui cantatum est; Ignis ante ipsum præcedet, & cremabit inimicos eius, Qui de rubo quoque ardens vocem suam emisit; Discipulos, ne ignem postulauerint inhumanissimo viculo, coercuerat.*

Dedit Numen primò legem in monte Sinai: 80.

Et ecce quantus terror: nam *cæperunt audiri tonitrua, & micare fulgura, & nubes densissima operire montem, clangórque buccinæ vehementius perstrepebat* Exodi cap. 19. vers. 16. Fractæ tabulæ Exod. 19. & 34.

istæ à Moyse propter vehementiam doloris ob populi idololatriam: Renouantur iterum canones antiqui, sed absque metu & horrorem incutientibus, Exodi cap. 34. cur in principio terribilis Creator, deinceps blandus? Vide: Primæ tabulæ solius Dei adiutorio confectæ: nam & dictauit tantùm ipse & scripsit pariter Exodi c. 31. v. 18. Secundæ tabulæ à Numine quidem dictatæ, sed à Moyse scriptæ, Exodi cap. 34. vers. 28. Igitur ibi Deus solus: hîc & Deus simul & homo: Quid est Deus pariter, & homo, nisi Dei incarnati symbolum? Ergo, donec Creator & habitu inuentus est vt homo, omnia terrifica, aspera, formidanda, tonitru & fulgur: postquam factus est quasi vnus ex nobis, cessit tempestas & horror: proinde, quia primæ tabulæ veteris Instrumenti significabant tempora, benè quod pauorem incutiant, trepidare faciant: quia autem posteriori Decalogo Euangelium & gratia adumbratur, tranquillitas est, & malacia: Sic Augustinus quæst. 166. in Exodum: August.

Certè ergo repetitio legis nouum Testamentum significat: illud autem vetus significabat, vnde confractum, & abolitum est: maximè quia cùm secundò lex datur, nullo terrore datur, sicut illa in tanto strepitu ignium, nubium, & tubarum vnde tremefactus populus dixit: Non loquatur Deus ad nos ne moriamur: vnde significatur timor esse in veteri Testamento: in nouo dilectio.

De luce vera quæ in hunc mundum venit 81.

omnem illuminatura hominem, Ioannes Euan- Ioan. 1.

gelij lumine affirmat, à quibusdam admissam, ab aliis non receptam: *Quotquot autem receperunt eum,* (inquit,) *dedit eis potestatem filios Dei fieri* cap. 1. vers. 12. Egregium proculdubio hospitij stipendium! At quibus affecti suppliciis, qui abiecerunt? Nihil de pœnis, quas luerunt sed tantùm: *In propria* (ait) *venit, & sui eum non receperunt:* Sed cur non è regione collocat & vindictam, & præmia? Eo nimirum pacto, quo alius Euangelista, postquàm ostendit, vti ad regnum euecti sunt, qui esurientem refocillarunt, narrat etiam flammis addictos, qui famelico panem negarunt, sitienti potum, Matth. cap. 25. vers. 34. Matth. 25.

Num

Num silentio inpuit, sufficienti vltione castigatos, eò quòd sancti, & filij Dei esse noluerint; ipsum enim virum miseria est infinita, & calamitas insuperabilis, vt desint aliæ torturæ; In

Peccatū per seipsum magna tortura est.

hanc mentem procliuior Chrysostomus homilia 9. in Ioannem; *Cur non dicis nobis, Ioannes, eorum etiam supplicium, qui eum non receperunt? Sed tantum, quod sui erant, & ea propria veniens minimè receptus est? Quanam igitur gratia id subticuisti? & quodnam maius supplicium esse posset, quàm si in eorum ponatur arbitrio, filios Dei fieri, & nolint? Sed sponte sua tanta se nobilitate, tanto honore indignos efficiant?* Ego aliud paulò diuersum autumem; Equidem Matthæus luco memorato Iudicem pingebat; huius autem munus, bonis mercedem dare, prauis tormentum; idcircò vtrunque proponi debuerat; Ioannis autem eò potissimum tendebat oratio; vt monstraret de cœlo in virginis vterum, ex aluo in mundum prosiluisse Dei Filium; denique apertè inclamat; *Et Verbum caro factum est*; Quoniam itaque Incarnationis meminerat, abscindendus erat omnis sermo insuauis, quo vel minæ, vel supplicia intentantur; quoniam, ex quo Deus homo factus est, apparuit etiam humanitas & benignitas Saluatoris nostri; vbi autem totum possidet humanitas, vltioni nequit esse locus; propterea abstinuit à pœna, quam promeriti fuerant non recipientes lucem veram.

Chrysost.

Iudicē æquè decet, & præmia dare, & castigare.

82. Orabat in Gethsemani pomœrio factus in agonia Seruator; *Et factus est sudor eius* (inquit Luc. cap. 22. vers. 44.) *sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram*; Quamobrem aduertit vsque in terram defluxisse cruorem? Sanè vt clamaret, vt vociferaretur; Aduersùs quos? Num contra crucifigentes se? Equidem pro illis magis tale, quale aridæ posteà fauces pendentis à stipite; *Pater, ignosce illis.* Vis nosse, an talis fuerit loquentis clamor? Disce ab Apostolo Gentium; *Et Testamenti noui Mediatorem* IESVM, *& sanguinis aspersionem meliùs loquentem quàm Abel.* Hebr. cap. 12. vers. 24. *Et ideò meliùs* (inquit Anselmus) *loquitur, quam sanguis Abel; quia sanguis Abel mortem parricidæ fratris petijt; sanguis autem Christi vitam persecutoribus impetrauit; sanguis Abel expetijt vindictam; sanguis Christi misericordiam*; Quæ & Patrum, & Expositorum vulgata interpretatio; Sed, cur non sanguis Abel, quod melius est, postulauerat? Quoniam tempora ante Christum in furore, atque vindicta, sufficit illis modò bonam vltionem petant; at retribuere bonum pro malo, & auferenti pallium, & tunicam dare aureo Incarnationis sæculo reseruatum; hoc Emmanuël, hoc Christus attulit: Ideò igitur vsque ad terram decurrebat siuus sacer, vt terram erudiret, deinceps meliora loqui, quàm à Magistro Abele didicerat, & sciat, ad plenitudinem, quæ facta est per Incarnationem reconciliationis, & pacis, non sufficere à mala vindicta abstinere, nisi & bona imprecentur hostibus: Drogo Cardinalis venustè libello de Sacramento dominicæ Passionis; *Sed vtinam gutta sanguinis, qui de agone tuo sudas, vsque ad terram decurrat, & aperiat terra os suum, & bibat illum & clamet ad te, & tecum ad Patrem, melius quam sanguis Abel*; Quando igitur per Incarnationem pax abundans reddita est orbi, & omnis ira rot relegatus, speciosè quidem metri Poëta titulum appositurus eius, qui cecinit Salomonis, id est, Pacifici vocabulum affixit, quando Epithalamium de alia re non agat, quàm de Verbi in hunc orbem aduentu, déque subsequutis inde variis Ecclesiæ casibus.

Luc. 22.

Hebr. 12.
Anselm.

D.og. Host.

SECTIO IX.

Eucharistiam reliquis eminere Sacramentis: esse, in quo & diuina largitas, & potentia magis resplendeant.

SEd experiamur, quid iterum nobis insinuet, Hymenæum dictum esse Canticum Canticorum? At non operosum est intelligere, quid innuat; velatum nempe Christi Corpus inter septem data Ecclesiæ à Sponso sacratissima pignora, excellere, & apicem tenere; quid enim tam ad viuum exprimat Epithalamij hieroglyphicum, quàm huius mysterij præstantiam? Nam si propterea istud metrum nominetur Canticum Canticorum, eò quòd omne genus carminis longè vincat, & superet, & hoc etiam reliquis præeminet Sacramentis, quamobrem & Areopagita Dionysius cap. 3. de ecclesiastica Hierarchia, *consummationem, ac perfectionem Sacramentorum omnium* vocat; & Zacharias verò à sæculis cum admiratione proclamauit cap. 9. vers. 17. *Quid enim bonum eius est, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* Vis intelligere, quamobrem maius omnibus aliis Sacramentis? Subeat inter Salomonis fabricas memoria Templi; fuêre stupendi operis, & ingenij quicquid ædificauit, siue in Hierusalem, seu in Libano, atque in omni ditione sua; verùm Deo sacratæ ædes laborum apex fuêre, cur ita? scilicet, propterea opus tam grande; *Neque enim homini præparatur habitatio, sed Deo*, Paralip. 1. cap. 29. versic. 1. In eandémque sententiam Iosephus Antiquit lib 8. cap 5. *Regia verò tametsi multùm magnificentia templi cederet, quod neque materia eius tantò antè præparata fuisset, & Regi, non Deo strueretur domicilium, eò tardiùs ad finem est perducta*: Alia Sacramenta velut homini solùm præparata sont: nam, quamuis & Deum auctorem habeant, & homines in Deum referant, quatenus aut mundant à peccato, vel iustitiam augent; tamen cùm hominis vtilitas in istis consideratur, pro homine sunt; At verò Eucharistiæ Sacramentum Deo singulariter præparatum est, quandoquidem ibi sit Corpus & Sanguis Christi vnà cum anima, & Diuinitate, vt docent Trident. sessione 13. cap. 8. canone 1. cùm igitur in Eucharistia Diuinitas speciali more existat, & ob id Sacramentum sit Deo præparatum specialiter, hinc est, quòd cætera vincat Sacramenta: Sed, quo id pacto, examinemus. 83.

Areop.

Zach 9.

1. Paral 29

Ioseph.

Conc. Trid

Sanè ille centum, & viginti Prouinciarum Rector potentissimus Asuerus, vt ostenderet diuitias gloriæ regni sui, ac magnitudinem, atque iactantiam potentiæ suæ, *tertio anno imperij sui fecit grande conuiuium cunctis Principibus, & pueris suis.* Estheris cap. 1. Atque interpretantur tertium annum de lege gratiæ, quæ successit legi naturæ & scriptæ, Strabus atque Nicolaüs; appono Lyræ verba, quoniam clariora; *Per tertium annum* 84.

Esth. 1.

Strab, Lyran.

annum (inquit) *conuenienter intelligitur tempus tertium, quod est tempus gratiæ; quia successit temporibus naturæ, & tempore legis Mosaicæ; fecerat grande conuiuium, quia tunc instituit Eucharistiæ Sacramentum cunctis Principibus, id est, Apostolis, de quibus dicitur Psalm. 44. Constitues eos Principes super omnem terram, & fidelibus alijs in diuersis Ecclesiæ gradibus constitutis;* Quibus verbis fieri satis arbitror disquirentibus quamobrem epulas solennes Imperator parauit Dynastis regni tertio potiùs, quàm aut secundo, aut primo anno. Nempe, præsignificabatur donum singulariter excellens dominici Corporis, atq; Sanguinis; oportebat autem in legem gratiæ conferri munus pulcherrimum; hanc autem excepimus à Nicolao tertium interpretari, & secundum constituere legem Moysis, primùm naturæ insitam regulam; At me non ista stimulant; mouet autem, quod cùm Monarchæ scopus fuerit, diuersarum prouinciarum hominibus ostendere, quanta fuisset diuitiarum pompa, & quàm sublimis, quantæ potentiæ magnitudo, in hunc finem delegerit præ aliis symposium? Quamobrem non aut turrim aliquam ædificauit, cuius vsque ad Olympum cacumen pertingeret, aut Mausolea, aut obeliscos, aut colossum extruit, aut templum, aut vrbem fabricauit, quorum tanta essent miracula, vt humanas propè excedere vires putarentur, & delati ab vltimis terrarum finibus mortales, cùm intuiti fuissent, præ stuporis granditate, neque animum, neque verba haberent? aut certè vt architectuтam despiceret, à minutâ famam deriuaret, & oppleret tamen istius faciem orbis, quorum neque sitis flumina plenissima responderent, neque voracitati sufficerent oues, & boues, & vniuersa pecora campi? Sanè ex mysterio faciebat Assuerus, licet ipse ignoraret quantùm lateret arcanum; Quamuis igitur Rectores mundi huius, cuius omnis caro fœnum, quò aut diuitiarum, aut potentiæ experimentum edant; aliis vti possent, quæ magis deseruirent, quàm epularum apparatus, luxúsque magnificus; non ita tamen apud Regem cœli Christum IESVM: in conuiuio diuitiæ eius vniuersæ, quando & ipse totus; in conuiuio deliciæ; quin &, quod mirère, robur, atque fortitudo illius; ibi enim & sacra Diuinitas, ad cuius nutum contremiscunt cœli columnæ. Bene itaque, quatenus hæc repræsentaturus Assuerus, vt diuitias gloriæ regni sui patefaceret, atque magnitudinem potentiæ suæ, symposium & Optimatibus, & mediis, infimísque adornauit.

Eucharistia donum legis gratiæ.

Amissum iuniorem filium cùm Pater recupe-
85. rat, & effunditur in lætitiam tota domus, indoluit, quem ante omnem familiam gaudere oportebat, antiquior germanus; Sed audi liuoris causas; *Postquam* (inquit Lucæ cap. 15. vers. 30.) *filius tuus hic, qui deuorauerat substantiam suam cum meretricibus, venit, occidisti illi vitulum saginatum;* Ergo certè vitulus ad inuidendum concitauit. Verùm, quæ tam stulta inuidia ista? Ecce profertur stola prima, ex bysso vtique, fortitan ex auro intexta, aptantur pedibus calcei, & ingenio & diuitiis nubiles; onerantur digiti annulo; ille sordidatus & squallens iam totus in vestitu circumamicto varietatibus: tacétque liuor pretiosa, & omnis cunquestus de armentis, de vitulo solùm est? Certè æmulatio inuidens sublimiora quæque tangere & venenato dente lacerare consueuit; quæ nunc est rerum inuersio excelsa deserens?

Luc. 15.

Inuidia meliora lacessit.

Sed credo quidem, & modò in optima ferri etiam liuoris infandam rabiem; Mecum autem supponite primùm, quod præmonstrauère Augustinus lib. 2. quæstionum euangelicarum, c. 33. Isidorus Hispalensis libro allegoriarum. Hieronymus epist. 146. ad Damasum de filio infrugi: Ambrosius lib. 7. in Lucam, duobus fratribus adumbratas nationes duas; alteram Iudæorum, penes quam Synagoga, & omnes à Moyse præscripti ritus; alteram Gentilium; sed, quæ derelictis vanis Numinibus Christi iugum admisit, & vocata est Ecclesia noua atque catholica, quæ vt tempore posterior extitit, sic adolescentiori filio significata est; Deinde adsentite, vitulo illo saginato expressam eucharisticam mensam; Hieronymos paulò anteà citatus; *Vitulus saginatus, qui ad pœnitentiam immolatur salutem, ipse Saluator est, cuius quotidie carne pascimur, cruore potamur:* Chrysostomus homil. de patre & duobus filiis; *Quem vitulum nominat, propter hostiam Corporis immaculati; saginatum autem verè dixit, quia pinguis, & opimus in tantum est, vt pro totius mundi salute sufficiens sit ad odorem suauitatis;* Itaque Parabolæ reuelatio est, populum Iudæorum inuidisse Christianæ Ecclesiæ epulas dominicas; At quorsum istud singulariter, & non tot alia decora eiusdem Ecclesiæ, sine reliquis consideratis Sacramentis, seu alias dotibus, inuidit populus Hebræorum? Nimirum inuidia perpetuum, quæ meliora sunt, acriùs insectatur; tonitrui in morem excelsa & resistentia quassat, & in fauillas redigit: Quia igitur inter omnia dona, quibus Ecclesia catholica locupletata est, supremum fastigium Eucharistia occupauit: ideò non furiis agitatur ob stolam primam, id est, Baptismum, non ob calceamenta, id est, prædicationis gratiam, non denique ob annulum, hoc est, propter ipsam fidem; sed ob conuiuium omne delectamentum in se continens.

August.
Isid. Hisp.
Hieron.
Ambros.
Chrysost.

Iudæi Eucharistiam inuidet præcipuè Ecclesiæ catholicæ.

Vocati ad nuptias IESVS, & discipuli eius; & 86.
erat etiam ibi Mater IESV, Ioannis cap. 2. Vt sensit Genitrix falerna deficere, dicit ad Filium: *Vinum non habent: Et dicit ei IESVS; Quid mihi, & tibi est, mulier? nondum venit hora mea;* Quamobrem Nato quasi ingrata Matris postulatio? An, quoniam nimiùm præpropera & festina? sic enim verba Redemptoris indicare videantur: nam, cùm nondum præstitutam adesse horam innuat, ante tempus rogasse docet: Ita visum Irenæo libro 3. aduersus hæreses, cap. 18. *Nihil enim incomptum, atque intempestiuum ad eum, quomodo nec incongruens est apud Patrem; præcognita enim sunt hæc omnia à Patre; perficiuntur autem à Filio, sicut congruum, & consequens est apto tempore; Propter hoc, properante* MARIA *ad admirabile vini signum, & ante tempus volente participare compendij poculo, Dominus repellens eius intempestiuam festinationem, dixit; Quid mihi, & tibi est, mulier? nondum venit hora mea expectans eam horã quæ est à Patre præcognita:* Verùm, quænam hîc elucet properantia? nam, si aliquando conuertendi aquarum latices in vinis succum, certè tum, cùm epulantibus deficeret Bacchus: at Mater deficiente iam vino, suggessit Filio: non igitur fuit in orando festina nimiùm: Sed animaduerte: Inter Eucharistiæ plurima miracula, ipsa vnius substantiæ in aliam cõuersio, ex primis stupescendis: quòd si in nuptiis apud Canam Galilææ adigebatur Christus, vt vnam substantiam in alteram conuerteret, iam, antequàm in limine esset, vt ex hoc mundo ad

Ioan. 2.

Postulatio tempori accommodãda.
Iren.

Patrem

Patrem transiret, cogebatur præmittere aliquid magni eius Sacramenti, & typum saltem futuræ in Eucharistia conuersionis exhibere; hoc verò tenuebat, atque propterea ab Irenæo pronunciatum: *Properante* MARIA *ad admirabile vini signum, & ante tempus volente participare compendÿ poculo*, id est, quasi volente dominici Sanguinis mysterium in figura porrigi. Sed cur Redemptor exhorreat vel rudimenta prælibare eucharistici doni, antequàm patiendo proximus videatur? Nempe, vsus amicorum est, in sibi charos munera dispertiri, agúntque frequenter; sed tamen, quæ pretiosiora sunt, in finem reseruant, quando aut longam peregrinationem meditantur, aut vocantur ex hac communi luce ad diem sine occasu æternitatis; tum nobilissima dona congerunt in fidos sodales, & vltimùm valedicunt: Hunc morem obseruaturus Dei Filius, quoniam ex spolijs ab eo conferendis Eucharistia ditissimum erat, noluit, antequàm discessui vicinus esset, signum patrare, quod Eucharistiæ æmulum esset; ne fortè cùm non integrè reseruaret fini dierum omnia, quæ eo in Sacramento admirabilia essent, suspicio aliquem occuparet, non esse inter dona à Christo distributa, Eucharistiam nobilissimum munus, cùm vsus sit, quæ meliora existunt, ea non nisi sub discessum promere.

Amor sub finem magis elucet semper.

87. Quid tam frequens in omnium ore, quàm, vt per manna designetur Eucharistia? Et dicent quidem ob grauem fieri causam; quippe nuncupatur missus de cœlo Panis; panis autem, & in primis cœlestis, si quidquam, Eucharistiam bellè repræsentat; Sed nunquid solùm panis, manna? nonne etiam & piscis, & volatile, & de quadrupedibus? postremò omnia, quæ comedentibus placuêre; nempe, *deseruiens vniuscuiusque voluntati, ad quod quisque volebat?* Sapientiæ cap. 16. vers. 21. Nec refert, an malis, æquè ac bonis, omnibus omnia esset: satis est probis, & Deum ritè obseruantibus instar omnium eduliorum fuisse: Cùm igitur manna in eiusmodi nutrimēta transformaretur, quæ non dicam Eucharistiæ valeant accommodari, sed ei apertè repugnent; cur talis, tantúsque Sacramenti euasit typus, quo alius solennior nullus? Consulamus Dauidem Psalmo 110. forsitan ab eo discemus nominis aptas causas: *Memoriam* (ait vers. 4.) *fecit mirabilium suorum misericors, & miserator Dominus: escam dedit timentibus se.* Quænam est hæc esca, quam Numen sigillatim timentibus se præparauit: Nam sanè, quemadmodum Solem suum oriri facit super bonos, & malos: sic & iisdem indifferenter distribuit alimenta, quæcunque aut maria, aut tellus, aut aër suppeditant: cæterùm, quamuis & manna etiam quorundam opinione improbis Israëlitis concessit; tamen, vt multi clari Scriptores autumant, & hoc Dauidicum persuadet carmen, iustis solùm indulsit, vt deseruiret vniuscuiusque voluntati, ad quod quisque volebat, vt paulò anteà ex sapientiæ volumine docebamus: Manna igitur cùm cibus fuerit, quem timentibus se largitus est in hunc modum, fuit certè & esca, in qua fecit memoriam mirabilium suorum, in qua & virtutem operum suorum, id est, medullam prodigiorum annunciauit populo suo; Iam enucat, quorsum manna tam celebris Eucharistiæ typus habeatur: nempe, quemadmodum illud in veteri lege, epitoma quædam fuit stupendorum operū diuinæ potentiæ, in quo & diuitiæ & fortitudo pariter, vísque excelsi brachij resplenduit: sic & in noua, iuniorique Ecclesia, Eucharistiæ Sacramentum illud est, in quo & diuinæ largitatis thesauri, & potestas infinitæ virtutis maximè relucet: Quare venustè Lyranus ad citata ex Psalmo verba; *Hic ponitur* (inquit) *ratio diuinæ laudis ex beneficio Eucharistiæ specialiter, Memoriam fecit mirabilium suorum: escam dedit timentibus se: Scilicet, Corpus suum in Sacramento Eucharistiæ, per quod reducuntur ad memoriam mirabilia Dei, quæ fecit filiis Israel in manna;* Verè Eucharistia nostra & super ipsum manna, mirabilium diuinorum mnemosynon: nam & ipsum manna tandem vsu, & frequentia molestiam nauseam, & fastidium peperit Hebræis: cætera quoque portenta consuetudine viluêre apud homines; tantùm istud Sacramentum semper nouum est: & quò plus considerant mortales, stupescunt magis: illi concessum, vt neque tempora, neque vsus admirationem imminuant; propterea & apicem inter stupescenda vendicat: Dicat Augustinus in memoratam Dauidicam Odam: *Tot per vniuersam terram creat arbores, & nemo miratur: arefecit verbo vnam, & stupefacta sunt corda mortalium: sed memoriam fecit mirabilium suorum: hoc enim miraculum maximè attentis cordibus inhærebit, quod assiduitas non vilefecerit.*

Manna in plura condimenta deseruient.
Sap. 16.

Psal. 110.

Lyran.

Eucharistia miraculum semper nouū.

Christi atauos cùm recenseret Matthæus vestibulo euangelicæ narrationis, quamobrem Phares, & Zaram germanos cùm nominauerit, non etiam Isaaco Ismaëlem, & alios fratres coniunxit, Iacobo etiam Esau, quin & ex Iudæ natos, alios præter Pharem, & Zaram recensuit? Vetus quæstio est, quæ & Ambrosium non latuit lib. 3. in Lucam, non longè ab initio: *Generauit enim mulier Phares, & Zaram filios, generauit geminos: vnde non otiosè Matthæus vtrunque signauit, cùm Phares tantummodo commemorationē causa deposceret. Cur autem, cum Isaac duos generauerit, Iacob plures, singulorum tantummodo, quos successionis dominicæ causa poscebat, fecit Scriptura fortes mentionem? horum autem vtrunque memorauit, nisi quia hic in vtroque mysterium est?* Et planè, vt insinuat Ambrosius, mysterium aliquod esse oporteat, cùm genealogiæ ratio desideraret solùm, vti maiores nuncuparentur; de Christi autem Maioribus vnus Phares cuius lineam traxit; Sed, quod istud arcanum? Nunquid Euangelistæ innuere placitum, coram Deo optimos conatus eandem laudem mereri, quàm euentus, & facta ipsa promereantur? Quare eò quòd Zaram manum produxerit, & ante Phares vulua progredi tentarit, animus egregius, quo Christi progenitorem esse, summoperè enixus est, pro facto, instárque illius reputatus, ac ideò eandem cum Phare memoriam consequutus, vt insereretur Christi atauis; His dixerim fauere Maldonatum, cùm asserit: *Contendere enim iam tum in vtero gemelli infantes videbantur, vter primogenitus, & Christi parens futurus esset, vt dubium fuisse videatur, vter primogenitus habendus esset: itaque voluit Euangelista honorem illis quodammodo partiri, ita Phares in Christi genealogia numerans, vt Zaram non penitus excluderet; sed suum illi, quod habuisse videbatur ius, quo vno poterat modo, declarando reseruaret: magna enim laus fuit, quin parens esset Christi, tam parum abfuisse.* Ingeniosa quidem hæc consideratio; sed scopo præsenti non plurimùm deseruiens.

88.

Ambros.

Voluntas & egregius conatus pro facto reputatur.

Dico igitur ipse: Sanè apud Hebræos feminarum genealogia non scribebatur, sed virorum 89.

Regula: Fæminarũ genealogia non scribebatur apud Iudæos.

tarũm, vt monet Tostatus quæst. 28. in cap. 1 Matthæi excipiebatur tamen communi hoc vsu, si quæ mulier ratum aliquod facinus, & omnium ætatum stupore dignum perpetrasset, qualis sancta, strenuáque Iuditha, cuius proinde genealogia texitur Iudith capite octauo: quin nec interserebantur virorum genealogiis feminæ Ruth tamen Matthæi catalogo recensetur ob singulare erga eam Dei beneficium, qui & ab idololatria vocauit, & fecit, vt pareret filium, à quo Christus descenderet, vti expendit Abulensis quæst. 13. in c. 1. Matthæi: Quemadmodum igitur feminæ aliquando intexuntur ob singulares, ratásque, causas; ita & viri, quamuis non de eorum numero, qui lineam generationis conficiunt: Sed, quæ tam magna fuit illa occasio Zaram immiscendi quippe mox vt manum extrà porrexit, obstetrix ligauit coccino, Genes. cap. 38. vers. 27. Ille tanto lætus munere, subintrauit continuò, & primogenituram fratri concessit: At quorsum despexit Hebræis charum primogeniti honorem? nimirum accepit in coccino rubeo de Sãguinis dominici thesauro: *Quid sibi vult*, (effatur Ambrosius libro nominato tertio in Lucam,) *quod coccum in manu eius ligatur, nisi quia typus eius erat, qui Crucis indicio sua, & sanguinis fusione actum illustrauit humanum?* Diues igitur supra modum à tanto pignore redditus, contempsit quasi vulgaria primogenituram: vt, si quis ad principatum euehatur, subitò vilipenderet, quæ magni ducebat cùm in priuata versaretur fortuna, & locum inter ciues honestum occuparet: Habe tibi, ô Phares, primogenita; succede Iudæ: possidè agros, lares, pecora, seruos, ancillas, & quicquid à parente in natu maiorem filium deriuatur: vno coccino donatus Zaram, quoniam & istud dominici Cruoris pignus, desinet tibi inuidere, beatum se reputabit & affluentem supra omnes mortales, quando in Sanguinis sui poculum Seruator contulit, quicquid apud illum, aut opulentum, aut pulchrum, quin & robustum, strenuúmque est: Non igitur absque præclarissima causa Redemptoris genealogiæ insertus est Zaram.

Gen. 38.

Ambr.

90. Cùm ad Paradisi ornamentum Creator de humo produxisset omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue, arborem vitæ in medio horti voluptatis constituit, Genes. cap. 2. vers. 9. Cur non secus decursus aquarum tam felicem stipitem? Certè decebat saltem loco aliquo patenti, & manifesto eaurgere vnde statim intuentium oculos ad se raperet, & non abscondi opaco spatio, vbi à condensis frondibus tegeretur: ánne propterea occultauit Numen nemoris fortunati abditissimo tramite, ne aut vsu vilesceret, aut cùm supra modum formosum esset arbustum, si crebrò videretur, tentamento esset Protoplastis; & haberent malitiæ defensionem quãpiam? Non alienus ab hac coniectura Procopius: *Hoc lignum vitæ (ait) posuit in medio Paradisi, ne dum frequenter eam arborem in conspectu cernerent, quasi quibusdam irritamentis allecti, in datam legem committerent*: Verùm nunc arridet magis nostri Pererij existimatio lib. 3. in Genesim, exordio disputationis de arbore vitæ, opinantis in medio Paradisi locatum arbustum, vt significet Moyses eo genere dicendi, *illius arboris dignitatem, & excellentiam, inter omnes Paradisi arbores principatum obtinentis*: Sanè, quicquid ea

Gen. 2.

Vsu nobilissima quæque vilescunt

Tentamenti occasio vitãda sedulò.

Procop.

Pereira.

Medium locus nobilior.

de controuersia sit, de qua ad illud Cantic. 2. vers. 6. *Læua eius sub capite*, &c. non, num, scilicet, ad dexteram stare, aut considere potioris honoris sit, quàm ad sinistram: id tamen apud omnes in confesso est, medium locum semper fuisse digniorem, quin & medium cor possidet, quod nobilissima hominis portio est, vitæque depositarium: in meditullio igitur posita arbor, necesse est, vt reliqua sylua præstantior habeatur: Sed, quæ hæc tam clara arbos, quæ vniuerso beato supereminet luco? Equidem Christus sub accidentibus coopertus in Eucharistia: ita ad longum Paschasius Abbas tom. 6. Bibliothecæ tertiæ editionis, libro de Corpore, & Sanguine Domini, cap. 7. tandémque subinfert: *Vnde & lignum vitæ vere dicitur quia, sicut illud immortalitatem corporis sumptum præstitisset; ita istud, multò solidiùs vitam præstat cum obseruatione mandatorum Dei in æternum*: Quoniam igitur hoc est, quod antecellit inter omnia Sacramenta, quoniam inter dona Ecclesiæ concessa potissimum est; ideò & arbor, per quam significabatur, meliores Paradisi sedes occupabat; in medio, nimirum, perpetuò virentis nemoris plantata.

Pasch. Abb.

Intuere, qualem regulam Pascha celebrantis 91.
Legislator intimat Deuteronom. cap. 16. vers. 5. *Non poteris immolare Phase in qualibet vrbium tuarum, quas Dominus Deus tuus daturus est tibi: sed in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus, vt inhabitet nomen eius ibi*: At quis locus ille, in quo nomen Domini inhabitet? nempe, metropolis, Solymorum præclarissima ciuitas, & nulli terrarum concessura, vbi & Sanctuarium, & templum, ad quod ascendere Palestinæ incolas oportebat ad Pascha celebrandum: Verùm, cùm Iudæa multas numeraret ciuitates, easque amplissimas: quamobrem nulla earum idonea reperta celebrando Paschæ, excepta imperij arce? Lyranus ad citatum Deuteronomij caput: *Hoc præcipiebatur, vt cum maiori reuerentia fieret ista immolatio in ciuitate electa ad diuinum cultum, & hoc est, quod dicitur: Sed in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus, &c. & accipitur hic locus pro tota ciuitate Hierusalem, quæ fuit electa à Deo ad cultum diuinum*: Esto quidem, alij ritus quibusvis in ciuitatibus, & oppidis perfici valeant; sed Phase non nisi in aula Regis, in Palæstinæ emporio, Hierosolymorum vrbe: Quamobrem ita? Scilicet, quemadmodum ipsa Sionis ciuitas caput erat imperij, & reliquis antecellebat vrbibus ob multas causas: ita & Phase, cùm Eucharistiæ symbolum esset, reliquas vincebat plurimo interuallo legis obseruantias: Decebat igitur, figuram principis inter Sacramenta Eucharistiæ, principem Monarchiæ locum sibi vendicare; ita vt non nisi apud metropolim Phase celebrare liceret: Quando igitur & inter Sacramenta, & inter Ecclesiæ à Deo distributas gratias, præstantissimum honorem Eucharistia vendicet, rectè quidem Epithalamio eo adumbratam putauimus, quod inter carmina omnia, siue diuinæ Musæ, seu humanæ excellit, atque vincit.

Deut. 16.

Pascha celebrabatur. Hierosolymis.

***

SECT.

SECTIO X.

Earundem rerum bonus vsus Salutem operatur aeternam, malus condemnationem perpetuam.

92. CArmina non abnuere sacram Scripturam probauimus, neque metrorum varia genera: sed dices Musas bonos corrumpere mores, cedo, si ad mores impuros & Venerem lasciuam referantur: At si in Dei laudem componantur, quid ad mentem eleuandam aptius sacratis Hymnis? quid Psalmis & Canticis spiritalibus; quæ pangenda Paulus suadet ad colloss. c. 3. vers. 16. laborat hoc errore generis humani condensa portio vt statum vitæ, & occupationem crebrò incusent, & modò nuptias detestantur, modò nauticam, modò nundinationem, interdùm & ipsa litterarum studia, nec intuentur aut coniugium aut Philosophiam in culpa non esse, sed quòd ipsi se regere ignorent, neque vitam iuxta Christiana Documenta instituere, & ad honestaté, rectúmque formare: quod tamen alij non pauci agentes sanctitatis eximiam famam consequuti sunt neque matrimonijs derelictis, neque Academia exosa: officia & status obsunt: Nos damni tota origo, qui cupiditates nō frænamus: accepto Calice benedicto inquit Apostolis Christus: *Hic est enim sanguis meus noui Testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum* Matth c. 26. v. 28.

Matth. 26. v. 28. Quidnam est *pro multis* effundetur? an non pro vniuersis quidē? nā pro omnibus hominibus vulneratus est Iesus: equidē pro omnibus mortalibus sanguinē Christus profudit, sed non fuit omniū idem vsus preciosi thesauri: converterunt in bonū qui pœnitentiam habuerunt scelerum, qui noxas suas defleuerunt; iudicium & condemnatio fuit illis, qui vitam in iniquitatibus clauserunt: Quoniam itaque ob ipsorum malitiā aliquibus non profuit: non distillasse pro vniuersis Christus asseritur: sanctus Thomas lect. 6. in c. 11. ep ad Cor. prioris *effusus est sanguis in remissionē peccatorū non solum pro multis, sed etiam pro omnibus secundùm illud. 1. Ioh. 2. ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantùm, sed pro totius mundi: sed quia quidam se reddunt indignos ad recipiendum talem effectum, quantùm ad efficaciam dicitur esse effusus pro multis, in quibus habet effectum Passio Christi.*

Effusus est sanguis Christi non solùm pro multis, sed etiam pro omnibus S. Thom.

Quæ nobilior virtutis schola domo Genitoris
93. duorum filiorum: *quanti mercenarij* (inquit) *in*
Luc. 15. v. 17 *domo patris mei abundant panibus?* Luc. cap. 15. vers. 17. quisnam panis nisi doctrinæ spiritalis pabulum ad saturandam animam? tales itáque penates in quibus & vltima sors rudiū & imperfectorum instructione & præceptionibus affluunt ad benè, beatéque agendum: quòd si famulorū nouissimi sic replentur panibus quid de charissimis gnatorū pignoribus, in quibus stirpis spes arbitrabimur? santa igitur cōpia salutarium dogmatū malè vtendo adolescētior filius pessimus euasit, adeò vt porcorum, hoc est luxuriosorū custos & dux factus sit; senior verò rectè vsus paternæ disciplinæ admonitionibus, in tantam processit modestiæ indolem, vt non veritus sit pronunciasse Genitoris nunquam se mandata transgressum: Anepigraphus in catena Græca super Lucā: *vnus* *Sherlogi Anteloq. in Cant.* *est Pater duorum fratrum iustorum scilicet & peccatorum*: certè nónne vnus Pater amborū filiorum? nónne vna eadémque educatio? nónne paria ad iustitiam subsidia? nihilominus alius iustus: alius præuaricator: *Et diuisit illis substantiam*: quamnā substantiam? nisi creaturam huius mundi, vt inuisibilia Dei per ea quę facta sunt intellecta conspiciantur? quid fecit senior ex fratribus? laudauit Creatoré ob pulchritudinem Solis, ob Lunæ speciē gratiosam ob astrorū lucidos ignes, ob æquoris vastitaté, ob terrarum ambitum, facta est igitur ei creatura scala vt pertingeret ad altissimū, & ad cæli cælorum culmen: quid autem iunior: Solem & Latonam Deos constituit, & ad veræ diuinitatis iniuriam superstitionibus repleuit orbem: ecce eiusdem substantiæ quàm differens modus! alteri Dei fauorem conciliauit, alteri exitium peperit, pulchrè Chrysostomus eadem catena: *Vna quidem erat possessio, atque eadem paterna substantia, sed ille quidem benè illa vtebatur, ex pulchritudine creatura Creatorem cognoscens, & illam quidem admirabatur, sed adorationem Creatoris reseruabat: impius verò creaturas vidit, visisque adhæsit, & illas pro dijs habuit: Solem accepit in suum vsum, & donum vt Deum adorauit: accepit fontes ad delicias, & muneris Deum reputauit: ipsemet munerarius ignorabatur, atque eius dona colebantur.*

Iusti vtuntur creatura in laudem Creatoris,

Chrysost.

Fiduciæ æquè ac metus plena Christi senten- 94.
tia Luc. c. 17. vers. 34 *Dico vobis, in illa nocte erunt* Luc. 17. v. 34.
duo in lecto vno, vnus assumetur, & alter relinquetur, & duæ erunt molentes in vnum, vna assumetur, & altera relinquetur: Quoniam lecti fruentes delicijs, & placido sopore? Opulenti nimirum significantur, quibus in solatio & requie vita: ecce igitur fiduciæ spem: non omnis diues excluditur Olympo, sed luxuriando partam substantiam dilapidauerit, is relinquetur, vt infernus eum deuoret: qui miserorum compatiens fuerit, atque dispersit, & dederit egentibus is assumetur in aëra vt obuiam procedat Christo, & sit in gloria: qui autem pistrino laborant, pauperes & viles intelliguntur: ecce metus occasionem! licet enim destituti & infelices, nisi tamen in paupertate Religiosos se gesserint & deuotos, & à furto, alijsque malis abstineant, relinquentur & ipsi, vt in sempiternam vadant gehennam, assumptis iis tantùm qui in paupertate castis vixerunt mentibus: Theophilactus ea communi Patrum expositione: *Dicit igitur, quòd ex diuitibus qui in lecto quiescent alij quidem saluabuntur, alij autem non: Nam quia dixit, quod difficilè diuites saluantur, ostendit nunc quòd neque hi pereunt, neque pauperes omnes saluantur, sed ex diuitibus vnus assumitur in occursum Domini: & alius relinquetur infrà vt condemnatus: & ex pauperibus similiter, quos per molentes significauit (quoniam per pistrinum laboriosam pauperum vitam insinuat) vnus quidem saluabitur, alius autem non*: At certè molentium figura non ordinarios tantùm significatos pauperes, qui ex necessitate tales & vellent si quomodo possint diuites fieri, sed qui sponte sua renunciarunt sæculo, & vitæ seueras quasdam profitentur rationes, carnique & sanguini comprimis arduas, putauit Isidorus Pelusiota lib. 1. ep. 283. & 285. *Per duas autem molentes vitarum in vna re, ac classe discrimina puta in Religiosa exercitatione, aut virginitate, aut continentia, aut pudicitia, à multis quidem culta & præstita, at non ab*

Non omnis diues cælo excluditur.

Theophyl.

Pellus.

omnibus eadem mente, ac voluntate; Vide igitur ne hos omnes tutos esse. ò attendite qui laboratis & oneratì estis! quid tam lachrymabile quàm molentes à pistrino ad infernum transire? ita nihil ex omni parte securum in hoc mortalitatis stadio nisi canti & diligentes fuerimus, & benè vtamur concessis à Deo muneribus: atque hoc quidem loco (vt obiter insinuemus) mihi præstantium quorundam Theologorum opinio confirmari videatur arbitrantium eum iisdem ennatiuè auxiliis alterum conuerti, alterum dissentire; quin & fortasse ex molentibus illis nonnulli qui reprobati, excitatiuè robustioribus donari auxiliis ab aliis, qui cum remissiori vocatione salui facti sunt.

Vita Religiosa perpetuum non ab omnibus eadem mente seruatur: vnde nemo de sua salute securus reddatur.

95. Gloriosus Iacob, qui etiam cum Angelo luctari non timuit, sed beati n multò quòd & superauit, at ille quòd vincere non posset cernens, *tetigit neruum femoris eius, & statim emarcuit* Gen. c. 32. v. 26. igitur Victoriæ pensio vt claudicaret deinceps, altero rectus pede, altero infirmus: Quamobrem illud? erat futurum semen Iacob populus benedictus à Domino, origo ille tribuum, & nationis sanctæ, Ne igitur remissè agerent satis proptereà securos se arbitrantes, quod Iacob ducem haberent, & de gente essent specialiter à Deo adamata, ex parte claudus ex parte validus Iacob; scilicet eò quòd tantis donis abusuri multi fuissent, & idcircò in tenebras æternas eum damnatorum colluuie eiiciendi, claudus penes hos describitur; quia autem & plurimi beneficia Dei æstimantes saluandi fuissent, ob istos potens & fortis narratur; Iacob igitur solùm prognatum esse, illiusque connumerati in sobole ad felicitatem non sufficit, nisi tanto muneri bonus accedat vsus; Augustinus ex quæstionibus in Genes. quæstione 104. *Vnus ergo atque idem Iacob & claudus, & benedictus; claudus in latitudine femoris tanquam in multitudine generis, de quibus dictum est; & claudicauerunt a semitis suis; benedictus autem in eis de quibus dictum est, reliquiæ per electionem gratiæ saluæ factæ sunt.*

Genes. 32. v. 26.

Quare Iacob ex parte fuerit claudus, & ex parte validus?

August.

96. Iterum cum Iacob; vidit in somnis scalam, cuius summitas Olympum tangebat, *Angelos quoque Dei ascendentes, & descendentes per eam* Gen. cap. 28. vers. 12. Quid scala hæc mysticè? nimirum persecutio; & quoniam sub hac alij labuntur, alij vincunt, idcircò ex Angelis quidam descendere, quidam ascendere perhibentur; ò certè quid horribilius sæuientis persequutionis rabie esse valeat? & tamen ne tum desperandum, nam scalæ apicem multi occupant; quò tamen Christianè timidè simus, & de nostris non præsumamus viribus, neque temerè aggrediamur tam forte certamen, opus est meminisse & Angelos describi, qui cadant, ruinàmque patiantur; Tertullianus de persequutione, cap. 1. *Hæc pala illa, quæ & nunc Dominicam aream purgat Ecclesiam scilicet, confusum aceruum fidelium euentilans, & discernens frumentum Martyrum, & paleas negatorum; hæc enim, scala quas somniat Iacob aliis ascensum in superiora aliis descensum ad inferiora demonstrantes;* Ad Genealogiam Saluatoris sunt qui referant scalam Iacob, nam & diuersæ generationes gradus referunt, & à Matthæo descenditur. Lucas ascendit: sed quid æstimabilius, quid pretiosius, quàm de Christi esse progenitoribus? ò nobilitatis honorem maximum! ò suprà terrenam omnem felicitatem! Sed heu & ibi numerantur qui ceciderunt Reges impij, Monarchæ detestandi; itaque de linea Christi ortum fuisse non profuit illis, qui virtutem & æquitatem contempserunt; nihil tam sacrosanctum & excelsum, quod abutendo damnationem non pariat; Anselmus enarrationibus in Euangelium ad cap. 3. Lucæ; *Hæc enim Genealogia, quæ à Iesu baptizato ad Deum tendit, videtur nobis esse scala illa de qua legimus, quia Iacob lapidem supposuit capiti suo, dormiuit, & vidit in somnis scalam stantem super terram, & cacumen eius tangens cœlum, Angelos quoque Dei ascendentes, & descendentes per eam, & Dominum innixum scalæ; lapis enim capiti suppositus, & velut fundamentum scalæ factus Christus: & per hanc genealogia scalam alij ascendunt, & alij descendunt, ascendunt qui proficiunt, descendunt qui deficiunt.*

Genes. 28. v. 12.

Scala Iacob mysticè persecutionem designat.

Tertull.

Christi Genealogia est scala in qua Reges impij ceciderunt.

Anselm.

Interrogatus Christus à Pharisæis vbi regnum Dei quærendum esset, atque inueniendum? respondit; *Ecce enim regnum Dei intra vos est:* Luc. cap. 17. vers. 21. torquentur sæpè mortalium non pauci, quod peregrina & inaccessa sit Regi cœlorum consectatio, quamobrem Anachoretis sortem inuidentes, & officio vitæ subindignantur quasi distractionum omnium causæ iniquiori! ò vtinam saperent & intelligerent? Nam viderent quanquàm in abstracto sæculi curis statu potiora adiumenta incomparandè ad pacem adipiscendam internam, sed posse & hanc ipsos quoque cum Dei gratia consequi modò paululùm vigilent, & solliciti sint: Nam si lucra iniusta omitterent, si Deo paululùm vacarent, si filios & seruos probè instruerent, si quam possint miseris opem ferrent, si concordiæ studiosi fuissent, visitaret eos Pater luminum in benedictionibus, & experirentur inter negotiosa sæculi Deum reperiri posse ab hominibus bonæ voluntatis: Quare desinant friuolas accusationes variorum graduum & officiorum in Republica, quæ ad politiam, & orbis terrarum aptam gubernationem Dei instinctu inuenta sunt: Regnum Dei intrà ipsos est, procul vestigasse superuacaneum est; vtantur benè rebus, illæ non remorabuntur, sed propellant & incitabunt, vt Deo appropient: Gregorius Nyssenus de Virginitate, c. 12. *Eiusmodi igitur præceptum docere Dominum arbitror, cum dicit ad eos, qui sapientiam in mysterio loquentem audire possunt, Regnum Dei intrà vos est: Significat enim, non esse diuinum bonum à natura nostra remotum, neque ab iis, qui id quærere instituunt procul dissitum, sed semper in singulis inesse, ignotum tamen atque obscurum, cum quidem vita curis atque voluptatibus suffocatur:* Beatus quoque Athanasius in vita sancti Antonij: *Nolite itaque virtutis tanquam impossibile nomen pauere, nec peregrinum vobis, aut procul positum videatur hoc studium, quod ex nostro Dei gratia præcedente pendet arbitrio: huius operis homini inserta natura est, & eiusmodi res est, quæ nostram tantummodò expectat voluntatem: Græci studia transmarina sectentur, & in altero orbe constitutos inanium litterarum quærant Magistros: nobis verò nulla proficiscendi, nulla transfretandi fluctus necessitas imminet: in omni sedo terrarum constituta sunt regna cælorum: vnde Dominus in Euangelio ait: Regnum Dei intra vos est.*

97.

Luc. 17. v. 21.

Inter negotia sæculi Deus reperiri potest ab hominibus bonæ voluntatis.

Athanas.

SECT. XI.

SECTIO XI.

Quæ sola ætate absque rerum gestarum gloria comite fundatur auctoritas, inanis reputanda.

98. ANtiquiora fuisse Moysis & aliorum Cantica hoc Salomonis Epithalamio concessimus, quod verum omninò sit; & tamen non delatus eis sublimior titulus Cantici Canticorú, hoc est inter omnia præstantissimi, sed huic: quá obrem? nimirum illa quanquam ætate præcellerint, sed mentis inferiora, quippe & materia & stylus ignobilior: licèt igitur consentaneum sit annis deferre, senium que venerari, & canis aspersa capita honore prosequi, at non in præiudicium virtutis, vt eo solum nomine quispiam colatur, quód plura numeret transacti quanquam inutiliter lustra: accipiat à præclarè gestis vetustas per quod ornetur, & tum cedant vniuersa emeritis diebus: verùm si de æuo solùm gloriatio est, vana habeatur; de iuuene flore annorum morte quasi intempestiua sublatu Auctor sapientiæ c. 4. vers. 13. *consummatus in breui expleuit tempora multa, placita enim erat Deo anima illius:* igitur apud Deum annorum æstimatio, & preciú singulare: cùm quod ex abrupto, & breue sit multi arbitretur temporis: sed quomodo sit pauci anni longitudo dierum sunt Creatori, de eo Psalmus testetur. 89 vers. 4. *Quoniam mille anni ante oculos tuos tanquam dies hesterna quæ præteriit:* & quasi pœniteret Vatem diei vnius spatium concessisse mille annorum curriculo, vt egregiè à Hieronymo obseruatum tanquam se corrigit adiungens, non esse nisi nocturnæ vigiliæ trium scilicet horarum spatium: *& custodia in nocte:* verùm & hoc indulgens nimium tribuit: quamobrem annectit, *quæ pro nihilo habentur, eorū anni erunt*, id est, vt ea Hebræo quidam inferunt, *quasi somnium*, momentaneum videlicet & puncti instar: Quomodo igitur qui mille annis vixerat, tāquam non ortus iudicatur, vt qui desiuerit penè cum apparuisset? nempe hic tanto reuerendus senio, & antiquitate grauissimus nihil prętereà admiratione dignum præmonstrabat, non bello, nō litteratura, non moribus, quorum apud Deum potissima commendatio, aliisue clarus ornamentis: solam vetustatem crepabat tumidus: quo igitur huius vnius similem esse iactantiam Propheta denunciat, affirmat annorum miriadem somniorum leuissimis gaudiis quorum breuissimum solatium, Deo iudice, comparari.

Sap 4. v. 13.

Psal 89 v. 4.

Qui nihil admiratione dignum in vita præstitit, apud Deū non censetur vixisse.

99. Creata à Deo luce, formosissimo quidem opere, & radiante tanquam delicianrem in pulcherrimo fœtu Artificem velut introducit Moyses nam subiungit, *vidit Deus lucem quòd esset bona*, Genes. c. 1. vers. 4. Sed numquid non ante lucē producti cæli, terra quoque formata est? testatur siquidē idemmet asserens, *in principio creauit Deus cælum, & terram?* quam ob causam his procreatis nō subiecit de diuina approbatione, & bonitatis encomio? Ecce, nondum prodierant Firmamentū, non Phæbus, non soror eius, non astrorum faces cælū adornabant, inhonorus illi adhuc vultus; nec melior glebę sors, absque floribus, sine gramine, plantis & arboribus vacua, deerāt & animantium turmæ, deerat homo, omnia eremus & vastitas occupabant: Quid infelicius? in quibus ergo sub tanta rerum iucundissimarum orbitate gloriari poterant cælum & terra? sanè in natiuitatis, ortúsque antiquitate, ante lucem enim, & ante cætera visibilia prognata sunt: igitur non habentia ornatum & cultum aliquem omni pulchritudine viduata ob senectutis titulum solum laudanda putasset Numen? Haudquaquam: propterea itaque etsi luce maiora natu commendare omisit, ne sine ornamentis antiquitatem approbasse iudicaretur etiam antè solis auricomum globum ligna & fœnum edita: numquid ideò cum sole de principatu fænum contenderit? scitè Ambrosius lib. 4 in Hexameron. c. 1. *Ergò cùm vides solem, attende terram quæ ante fundata est, attende herba fœni, quæ prestat ordinis priuilegio, attende ligna, quæ plaudunt quòd priora luminibus cæli esse cœperunt: Nunquid merita fœni maiora quam Solis? aut nunquid prior ligni prærogatiua? absit vt insensibilia tanti muneris præferamus ministro.*

Gen. c. 1 v. 4

Ambros.

Qui ad vineam conducti primo mane cum sub vesperam inuenerentur pari mercede cumulatos qui hora vndecima laborare cœperunt, quorum proinde breuis interuilli sudores, animi impatientia demonstrata conquesti tanquam de iniuria aientes: *Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pōdus diei & æstus?* Matth cap. 20. vers. 12. An non iustus illorum dolor, siquidem & verum fuit miseros sole tota die fatigatos, quamobrem itaque non & Pater familias illorum causæ fauerit? sanè qui hora vndecima vineam introgressi tanta alacritate vineā excolere adorsi, tantâque constantia & tam indefessa eam hilaritatem continuarunt, vt nobilior eorum fuerit industria, quàm antecedentium omnium, quarè & his adumbratum Apostolorū Domini præclarissimam manum Patrum nonnulli existimarunt, singulariter de Paulo Apostulo quidam interpretati: quamobrem venustè admodum sanctus Gregorius Papa hom. 29. in Euangelia de hac Parabola: *plerunque & qui post nos venire cernitur, per agilitatem nos boni operis antecedit, & vix eum cras sequimur, quem hodiè præire videbamur: Ecce cùm Stephanus pro fide moreretur Saulus lapidantium vestimenta seruabat: omnium ergò lapidantium manibus ipse lapidabat, qui ad lapidandum omnes expeditos reddebat: & tamen eundem, ipsum in sancta Ecclesia laboribus antecessit, quem persequendo Martyrem fecit:* Non igitur mentis, & rerum gestarum honore sub diei exordium inuitati illos superauerunt quos hora vndecima subministrauit: quonam igitur titulo præferri cæteris optabant? Nónne eo solum nomine, quod antiquiores essent? quid enim aliud suggerere poterant? ergóne tam bonus Pater familias ob solius antiquitatis iactantiam ampliorem contulisset mercedem? noluit in vinea sua eiusmodi ob titulos præmia distribui, proinde & murmura & querimonias despexit. 100.

Mat c. 20. v. 12.

Tardius ad Deum conuersi nonnūquàm alios in virtute præcedunt. Gregor.

Matthæus dum Christi lineam enumeratis Genitoribus, & auorum serie proponere statueret, inscripsit, librū appellās Generationis Iesu Christi, *filij Dauid, filij Abraham*, c. 1. vers. 1. admirati communiter interpretes nominatum antea Dauidem quā Abraham, cum multis sæculis illo posterior fuerit: verùm & primo eminêre loco honor est: quare hic Dauidi potiùs quàm Abrahæ concessus? equidem Chrysostomus, quem de more abbreuiant Theophil. & Euthymius celebriori 101.

Math 1. v. 1

Sberlogi Anteloq. in Cant.

prædirum fama inter Iudæos Dauidem memorant, proinde tanquam insigniorem Genealogiæ inscriptione melioribus donatum: Theophylacti sententia est; *Quia apud Iudaos* (inquit) *celebrior erat Dauid, regnòque clarior: Nam inter Reges ipse primus Deo placens, & promissionem accepit à Deo, quòd ex semine sue surrecturus esset Christus, eà propter omnes Christum filium Dauid dicebant:* Si igitur Dauid celebrior Abraham, quam ob causam potiora conferenda essent in Patriarcham? nónne ob solam vetustatis reuerentiam, quoniam plurimis antiquior annis extiterit? At si paria vtriusque merita, rectè quòd longinquioris ætatis haberetur ratio: cùm verò famosior putatus sit, digniora eius facta obscurari & vinci ab annorum copiosiori numero æquum non erat; præpositus est itaque Dauid, nè si anteponeretur Abraham, nudæ antiquitati delatum esse suspicaremur.

Theophyl.

102. Adolescentes ad virtutis studium Ieremias hortatur spe celsioris laudis Threnor. cap 4. vers. 27. *Bonum est viro, cùm portauerit iugum ab adolescentia sua:* At quam bonum hoc illi ô Vates! quid consequetur honoris? qualem compensationem? *sedebit* (inquit) *solitarius & tacebit, quia leuauit super se?* vbi sedebit? & quando? & quibus cum sociis? Bernardus interpretabatur de nouissimi iudicij magno & formidabili apparatu, tunc igitur huiusmodi Adolescentem, qui sub iuuentute vixerit modestè & beatè ex iudicibus futurum, per quos mortalium examinentur causæ: ingens dignitas, sed quam Theologi spondent Religiosis, de quibus speciatim Ieremiam plerique exponunt: *Non dixit sedes* (ait Bernardus serm. 1. de sancto Petro & Paulo) *sed sedebit solitarius cùm habuerit honorem singularitatis illius, videlicet iudiciariæ potestatis insigne, quod sancti in terra sua possidebunt cum lætitia sempiterna: sed quare hoc, quia leuauit se super se, idest cum adolescens erat, & ætate adhuc lubrica sentiret ardores, senem induit, relinquens quod erat, & assumens quod non erat:* Sed obsecro, quales futuri sint ij, quos ad iudicandum socios assumere Christus dignatus fuerit? nónne prouectæ ætatis atque ideireò seniores nominantur? *nam in circuitu sedis sedilia viginti quatuor, Seniores sedentes circumamicti vestimentis albis,* Apoc. 4 vers. 4 de quibus, eorúmque officio audiendus Richardus de sancto Victore lib. 2. in Apoc. cap. 1. *Viginti quatuor seniores sunt omnes veteris & noui Testamenti sancti & perfecti Doctores, qui pariter rectè sub tali numero comprehenduntur propter duodecim Patriarcharum prærogatiuam, & propter auctoritatem Apostolicam: qui nimirum perfecti singulariter sedere dicuntur: quia & in præsenti Ecclesia quamdiu præsens vita agitur, & vltimo iudicio secundùm sua merita sedem iudicandi cum ipso Iudice sortiuntur:* Si igitur senes, & ob canitiem venerandos esse oporteat iudices orbis terrarum sub fine temporum, quomodo è iudicibus vnum statuerimus, quem Adolescentem, & in exordio ætatis Ieremias nobis depinxerit? Verùm est alia Senectus morum, iustitiæ nimirum & sanctitatis plenitudo: alia temporis, per quam capilli immutantur: Quò igitur insinuet morum vniçam & præstantissimam habendam considerationem, iudicibus fidenter Adolescentem adlegit: nihil veritus annorum multa deesse lustra, cui suppetebat Christi gratia, & quem maturum virtutes fecerant.

Thren. 4 v. 27.

Adolescentes modestè habebunt honorem iudiciariæ potestatis in extremo Iudicio.

Bernard.

Adolescentes virtute præditi computantur inter 24. seniores.

Apoc 4. v 4

Rich. Vict.

Alia senectus morum est iustitia, alia temporis.

103. Et vt noueris hanc esse veram senecturem, & non alteram eam longeuitatis mensium atque annorum, cerne qua phrasi Abrahæ exitum vltimum Scriptura delineet! *Tu autem ibis ad patres tuos in pace, sepultus in senectute bona.* Genes. c. 15. vers. 15. Quidnam est in *senectute bona?* num post liberos & nepotes multos? an post diuitias & voluptates maximas? an certè id quod in senectutem magis quadrat post vegetam & robustam extremam ætatem, quam tristitiæ, quam morbi, quam sensuum defectus non lassauerint? sed nihil horum *senectus bona*, cùm & talibus impij sæpè fruantur: ast *bona* reputatur, quam virtutes perfectissimæ adornant; Ambros. lib. 2. de Abraham, cap. 9. *Nam insipiens in bello moritur, & in discordia: iustus in senectute bona: Non dixit longa, sed bona, quia iustus benè senescit, iniustorū autē nemo quamuis cornicibus diuturniore vita vixerit: nam diu viuere cōmune sapientibus, atque insipientibus est: benè autem viuere speciale sapientis est, cuius senectus venerabilis. & ætas senectutis vita immaculata: non diuturnitate inquit, neque numero annorum computata, nec capillis capitis in carne, sed sensibus: ille ergo bene senescit, qui benè senserit;* quare ab Origene obseruatum est peccatores ex Bibliorum idiomate senes non appellatos, neque eis plenitudinem adscribi dierum, quod mysticè temporalis succedentia annorum exiguo in precio sit absente honestate & præclaris facinoribus: *Presbyteri* (inquit hom. 16. in Iosue) *& Seniores non pro longæua vita dicuntur sed pro maturitate sensus, & grauitate vitæ veneranda: Vnde Abraham, qui minus vixit quam prædecessores patres, primus in Scriptura Presbyter & senior appellatur: obserua autem sicubi inueniens peccatorem ad quem vocari seniorem & plenum dierum, quia peccator non est prouectus dierum, sed deficiens, non enim se extendit ad anteriora, sed semper retro conuertitur.*

Senectus morum sola vera senectus.

Gen. 15. v. 15.

Quid sit viuere longo in senectute bona.

Ambros.

Origen.

SECTIO XII.

Quò quisque proximior Deo, aut Christo, eò felicior & dignior.

104. SAlomonis hoc carmen eam ob rationem aliis omnibus Scripturarum metris prælatum tanquam nobilius & mage Beatum statuimus, siue quia Deum propiùs attingeret, quod subtilissimæ Theologiæ in modū profundiora diuinitatis arcana perlustraret siue quoniam incarnati Verbi in mysteriis versaretur familiarius, & Christo proximiùs accederet: iure ob hos titulos reputatum Canticorum omnium excellentissimum: quid enim præstantissius? quid optatius coniunctione intima cum Deo & Christo eius: arduum illud Seruatoris pronunciatum Lucæ cap. 15. vers. 7. *Dico vobis, quod ita gaudium erit in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agēte, quàm super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia:* igitúrne potior iustitia, quæ semper stetit, illa, quæ contrita est, & lapsum passa? Animaduerte, quomodo hoc intelligitur acutè: Solent iusti ordinarium prosequentes cursum vitæ, quæ cū Dei timore est, interdū remissè agere: Quamuis enim mortales noxas declinent, sed leuiū vitandarū culparum neglectio apud eos, quamobrē tepidè

Luc. 15. v. 7.

In pœnâ sua fœcunditatis in crimine labuntur vt celeriùs & animosiùs reloncantur, & propiùs ad Deum accedant.

tepidè sane cõuersantur in domo Domini;in pœnā tantæ focorDiæ Numē aliquando permittit fœdis deturpari criminibus, quorum ex confusione talis enascitur pudor, qui in delictorum pœnitentiam stimulat ad seueræ disciplinæ arctissimas leges; quare deinceps celeritate feruntur admirabili, vt breui nonaginta nouem iustorum cœtum qui primam gratiam non amiserat, spatiose tamen ob teporem spiritus ambulant, currendo vincant; itaque peccator iste conuersus quoniam incredibiliter in horas proficit, gratia post lapsum parta omnium illorum nonaginta nouem iustorum sanctitatem prætergressus, Deo, Christóque propior fit, nam quò sanctior quisquam est, quantaque maiori gratia ditior, eo fit propinquior Deo & Christo; sed Angeli plus gaudent, quò ad Deum quis propiùs accedat;benè igitur quod vberior sit lætitia de illo, qui pœnitendo affinior Deo & Christo euaserit, quam de nonaginta nouem iustis, qui à longiùs stant: S. Gregorius homilia 34. in Euangelia; *Plus autem de conuersis peccatoribus, quàm de stantibus iustis in cœlo gaudium esse fatetur, quia plerumque hi, qui nullis se oppressos peccatorum molibus sciunt, stant quidem in via iustitiæ; sed tamen ad cælestem patriam anxiè non anhelant, & plerumque pigri remanent ad exercenda bona præcipua, quia securi sibi sunt, quod nulla commiserint mala grauiora. At contra nonnunquam hi, qui se aliqua illicita egisse meminerunt, ex ipso suo dolore compuncti ad amorem Dei inardescunt; & quia errasse se à Deo considerant, damna præcedentia lucris sequentibus compensant; maius ergo gaudium fit in cælo,* &c.

Greg.

Hoc Angelorum gaudium super vno pecca-
105. tore pœnitentiam agente domestica parabola Christus bellissimè expressit, drachmæ nimirum, quam mulier amisit, & diligenter perquisitam tandem inuenit; nec se continère valuit, quin sociabus & vicinis conuocatis postularit, vt congratularentur ob recuperatam drachmam Luc. c.15. v.9.& quoniam monetæ genus drachma, monetæ verò Regis insculpitur imago, vulgata sententia rationalem intelligi animam, quæ ad Dei similitudinem formata est; peccando autem nobilissimam hanc sculpturā miserrimè fœdauit, adcò vt iumentis insipientibus similem factam Vates affirmauerit! ô mutationē enormem & plangendā nimis! similē Deo comparatam esse iumentis stolidissimis, Tandem abstersis peccatorum sordibus quæ formosam inquinauerunt imaginem, redditus est nummus antiquo honori, aduocauitque continuò Anima vicinas, & amicas suas, hoc est potentias, vt diem festum agerent, & tripudiarent insigni cum hilaritate, vt exponit S. Gregorius Nyssenus de Virginitate, cap. 12. *Reuera enim (ait) omnes contubernales animi potentia, quas nunc vicinas nominat, vbi detecta fuerit, ac reluxerit imago hæc magni Regis (quam inde ab exordio drachma nostra inseruit. qui corda nostra ad vnum finxit) se ad sacrum illud gaudium, lætitiámque conuertent in inexplicabilem res inuenta pulchritudinem intentæ.* Sed quæ huius tam inauditæ iubilationis occasio? magna prorsus & ineffabilis; creatura quippe appropinquādo Creatori suo fit omninò beata, fit nobilissima, & quò propius accedit, eo fit sublimior & fortunatior. Quidnam autem ex inuentione drachmæ consequutum? nempè vt à statu iumentorum, quibus assimilatus erat Homo per peccatum transierit ad statum filiorum Dei per gratiam, per quam & proximus Deo redditus est, quid enim propinquius Deo filiis ipsius? nam si filij & hæredes quoque; cernentes igitur potentiæ Animam cui famulantur Deo, Christóque propinquam, atque ob hoc omni alia sublunari creatura præstantiorem, non possunt aliquo modo lætitiam dissimulare.

Luc c 15. v.9.

Nyssen.

Imago magni Regis relucet in anima inexplicabili pulchritudine.

Motiebatur Iacob, & filium adiurabat charissimum Ioseph, ne in terra Ægyptiorum ossa eius relinqueret, sed faceret vt in Chanaan asportarentur Genes c.47. v.30. eodem pacto:& ipse Iosephus discessurus ex hoc mundo suos obstrinxit Genes.c.50.v.23. Quid referebat ossa consepulta esse magis in regione promissa, quam Ægyptiorum in glebis? nonne è resuscitare possit Deus iacentia in Ægypto cadauera? perspice; Sancti illi à Deo illuminati nouerant sequuturis temporibus ex Virgine Hebræa in terra Chanaan proditurum in lucem Christum; & quoniam in vita frui non poterant; optabant post fatum illi proximos esse, quoniam intelligebant nihil sublimius, nihil mage desiderandum contingere posse quam Christo coniungi, ei appropinquare; ob hanc igitur causam, ne longiùs à Christo distaret quod superesset cadauerum, anxiè flagitabant baiulari ex Ægypto in Palestinam ossa ipsorum. P. Damianus sermone do translatione sancti Hilarij: *Quid est ergo quod sancti Patriarcha, qui se puluerem, & cinerem esse professione perhibent? qui certe corpora, & corporalia quæque cælestium contemplatione despiciunt in Chananæorum terra corpora sua quiescere tanto desiderio concupiscunt? illius ergo terræ finibus beati viri iam medullitus agglutinebant, quam per Spiritum sanctum cernebant Saluatoris vestigijs atteri, quam interioribus oculis iam videbant pretioso Dominici corporis sanguine purificari, vt illic eorum corpora suam expectarent resurrectionem. vbi resurrecturum esse cognoscebant ipsum beatæ Resurrectionis Auctorem.* 106.

Gen c 47. v 30.

Cur Iacob voluerit post mortem asportari ex Ægypto in terram Chanaan?

Damian.

Dum paulatim mundi omnes Numen partes 107.
ornabat, & modo gramine, herbis, ligno fructifero amiciebatur tellus, modo luminaribus magnis, & stellarum candentibus radiis fulgebat cælum, modo æquora piscibus replebantur, adiungit quoque consummato opere molitionis primordialis narrator Moyses, *& vidit Deus quod esset bonum*; deerat vltimum munus, nimirum rationalis humana quæ concederetur Creatura, editus est tandem Adam, & hoc effigiato, de quibus toties seorsim pronunciauit Historia, subiecit de collectione vniuersorum, *viditque Deus cuncta quæ fecerat, & erant valdè bona.* Gen.cap 1. v.31. Quam ob rationem post visum in terris Protoplastum crescit encomium, & eximiè *bona* reputantur quæ antea quasi mediocriter solùm *bona* indicabantur? Scilicet, antequàm homo fabricaretur non erat in mundo istomet inferiori creatura aliqua Deo affinis & tanquam cognata, in nulla enim relucebat ipsius Dei effigies & similitudo, sed nec quæ Christo olim venturo ad redimendum compararetur creatura aliqua, eiusdémque cum ipso naturæ & speciei; Homine itaque procreato iam redditus est orbis propter habitatorem suum, imò propter compendiatum in homine ipsomet orbem, qui proinde microcosmus, Deo, Christóque affinis, & cognatus: At verò probauimus, quo quispiam Deo, Christóque propinquior euadit, eo & nobiliorem, beatiorémque simul euadere: auctus est igitur post conditum hominem ob nouam eum Deo, Christóque cognationē, mundo honor, aucta felicitas, ideóque

Creato homine, orbis terrarū redditus est affinis Deo, & velut seipso melior effectus.

velut

velut se ipso melior redditus; Si igitur incrementum orbis accepit post formatum Adamum, benè quod & maior sit laus posteà melioris vtrique; atque idcircò quamuis ante hominem emolium non dicebatur de mondi partibus, nisi quod boni essent qui producebantur fœtus, deinceps tamen idem *valdè boni* referantur Augustinus lib. 3. de Genes. ad litteram, cap. 24. *Non sigillatim vt in cæteris etiam de humana creatura dixit. & vidit Deus quia bonum est, sed post hominem factum subintulit de omnibus, & vidit Deus omnia quæ fecit, & ecce valde bona; prætermisit hoc dicere vt illud potiùs diceret quod futurum aliquid prænunciaret, moderatum est vtique vt diceretur & quod in præsenti verum esset, & præsentiam significaret futuri nempe humanum per peccatum lapsus, eiú que per Christum reparationis; Quod igitur dictum est, vidit Deus cuncta quæ fecerat, &c. tum ad præsentem bonitatem referatur, quia vniuersum adeò conditum sapienter, ac pulchrè dispositum, seu ordinatum, & in vno homine microcosmo eleganti summa collectum est; tamen etiam ad futuram, quæ sexta similiter die erant omnia in homine quasi collecta per Christum Deum, & hominem instauranda.*

Augustinus.

108. Absolutis mundi operibus requieuit Creator in die septimo, *& benedixit diei septimo, & sanctificauit illum.* Genes. cap. 2 vers. 3. nobilissimus planè dies iste, & cæterorum vincens honorem, de cuius laudibus melliflué Rupertus Abbas lib 2. in Genes. cap. 16. & 17. De hoc die in typum Resurrectionis Christi Dauid Psalm. 117. vers. 23. *Hæc dies, quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea*; Quidnam est quod de luce ista quasi in mysterium prædicat, diem extitisse quem *fecerit* Dominus? Nónne Auctor sex dierum qui præcesserunt, in quibus editæ creaturæ sunt, Deus? nónne ipse, & non alius extrà eum Deus procreauit? qua igitur de causa de Sabbatho putemus singulariter scriptum, diem esse quem *fecerit* Dominus, nisi quia dies dierum iste, atque eminens inter dies vniuersos: At vndenam huic diei tanta celsitudo? nam potiùs videatur aliis ignobilior diebus, cùm habeant illi de quorum natiuitate glorientur aut fruges terræ, aut animantia, vel planetas, vel aquatilia, aut denique hominem? dies autem iste vacuus sit, proinde ex otio illaudabilis? Respondeo feriationem extitisse in hac quidem luce Sabbathi, sed ab operibus sæculi, non ab operibus Dei; vnde Origenes benè tract. 29. in Matthæum; *requieuit ab operibus mundi, quæ facere cœpit, opera autem iustitiæ semper & sine initio operabatur, & operabitur sine fine, vt sicut ille requieuit in Sabbatho ab operibus mundi, non autem requieuit ab operibus iustitiæ; sic & nos per ipsum Sabbathisemus ab operibus mundialibus & carnalibus, & vocium, opera autem iustitiæ semper exerceamus*; hinc igitur meritò nobilissima huius lucis dignitas super omnem alium dierum cursum; Nam vt demonstrabamus hactenus, illud in vnoquoque genere sublimius, quod propiùs ad Deum accedit, eique affinius sit; cæteri itaque dies cùm in illis mundi intexantur opera, distrahunt, & mentem sollicitudinibus & curis à Deo separant; Sabbathum autem ad vacandum Deo integrè destinatum est, proinde Sponsi diuini amplexibus mentem arctè coniungit, quò fit vt longè proximior Deo sit dies ista met quam cæteri omnes, ac proinde nobilior & celsior lux hæc, quàm reliquæ.

Gen. 2. v. 3.

Nobilissimus dies septimus.

Psal. 117. v. 23.

Habent sex hebdomadæ dies quòd de aliquarum rerum natiuitate lauentur

Origen.

Septimus dies Sponsi diuini amplexibus mentem arctè coniungit.

Quid illustrius olim, quàm de populo Circumcisionis fuisse ex semine Abrahæ, de stirpe Hebræa? cæteræ nationes tanquam viles habebantur, quoniam populus ille erat populus segregatus & electus; iam verò extrà Iudæam inter aliarum Prouinciarum multitudinem, quid honoratius Ciue Romano? vtroque potitus Doctor Gentium; perspice tamen quid dicat; *Verumtamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi Domini mei; propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam*, ad Philip. cap. 3. vers. 8. qua in sententia premendum verbum illud, *vt lucrifaciam*; igitur lucrum & prouentus fuit antiquæ nobilitatis perdidisse ob Christum tanquam in ipso restaurata sit cum fœnore; sed quonam pacto aucta sub Christo nobilitas, cuius discipuli vilis plebs reputata? nempe Paulus idcircò renunciabat titulis seu Iudaicæ, seu Romanæ ingenuitatis, vt Christo propiùs adlegeretur; Cùm igitur licèt id humana consideratio non intelligat, spiritaliter tamen & verè, eò generosior & nobilior, vnusquisque, quò magis Christo appropinquat; rectè Apostolus detrimentum faciens mundani honoris, vt Christo familiariùs vniretur; lucrum se fecisse memorat; Tertullianus lib. 5. contrà Marcionem; *Quæ autem retrò lucri duxerat gloriam carnis, notam Circumcisionis, generis Hebræi ex Hebræo censum, pharisææ candidæ dignitatem: Hæc ac si stercora deputat præ comparatione agnitionis Christi.* 109.

Phil. 3. v. 8.

Tertull.

ANTELO

ANTELOQVIVM XI.

De meliori sacras Scripturas interpretandi genere.

SOLEBAM in præfatione ad benignum Lectorem occurrere his, qui displicere poterant in nostro Commentariorum more, quoniam autem vna, alteráve pagina coërcere dicenda impossibile videbatur; malui in has potius sedes transferre, quàm longa prolusione remorari, quem statim remittere necessarium fuerit, non ad aliud quidem, quàm ad Prolegomena, & librorum salutationes: nam in his totus hic primus lucubrationum nostrarum fœtus conteritur: Verùm stadium ingrediamur.

SECTIO I.

Num illaudati frequentes excursus in variarum disciplinarum materias? & quæ vituperanda longitudo Commentariorum?

1. VARIVM, atque difficile est humanum ingenium; nec puto, aliquem vnquam tantùm aut beneuolentiæ, aut laudis consequutum, vt placeret singulis; quin & infelicem iudicarunt multi, quem liuor intactum abire permisit, quippe magnorum conatuum semper hostis; Quem dicendi characterem amaueris? Longus videri cupias? ibis in offensionem breuiaria diligentium: Compendio gaudes? despicient qui pleno flumine natare optant: Medium tenes? neque apud hos, neque apud illos gratiam consequeris: Eruditus, atque copiosus es? odêre tantas diuitias: ieiunus, & macer? hoc quoque vitio adscripsêre; Ita per omnes semitas fastidium dominatur, & vetus equidem morbus, de quo Lyricus in Arte poëtica ante plurima sæcula conquestus;

Nemo omniū gratiam concilians.

Horat.

Maxima pars Vatum, pater, & iuuenes patre digni,
Decipimur specie recti; breuis esse laboro,
Obscurus fio; sectantem leuia, nerui
Deficiunt, animique; professus grandia turget:
Serpit humi, tutus nimiùm timidúsque procellæ;

Sed quid demiramur in Scriptoribus omnia contemni à nauseantibus animis; quando & in sacratissimis, maximéque necessariis mysteriis cuncta exhorruêre? *Venit enim Ioannes Baptista* (Luc. cap. 7. vers. 33.) *neque manducans panem, neque bibens vinum, & dicitis, Dæmonium habet: Venit Filius hominis manducans, & bibens, & dicitis: Ecce homo deuorator, & bibens vinum, & amicus publicanorum, & peccatorum.* Plerique suo indulgent genio, & quem ab hoc alieniorem sentiunt, subitò condemnant: *Nostis,* (inquit Philippus, Bonæ-Spei Abbas, epistola 10 ad Bernardum.) *quantum veteres Monachi, qui nigro habitu vestiuntur, qui iuxta præcedentium Patrum institutatritam Religionis semitam gradiuntur, de austera nouitate Cisterciensium conqueruntur: augmento quorum, ipsi vt æstimant, & fama, & numero minuuntur: Nostis, quantùm ipsi Cisterc[ienses Cl]ericorum teneritudinem, & molles delicias reprehendunt, & ad Monachos nullatenus pertinere contendunt: qui, quoniam parcioris victus, & habitus fastigium apprehendunt, non satis, vt dicitur, aliorum infirmitatibus condescendunt: Ab vtrisque autem Clerici regulares nonnullas, (vt aiunt) molestias patiuntur: qui tamen Deo vtcunque seruire moliuntur: & qui vellent, & deberent à Monachis collaborantibus adiuuari, conqueruntur plurimùm ab eis resistentibus se grauari:* Ita igitur quocunque te vertas, quodcunque eligas, arduum est, sanè propè impossibile, vt, qui vexent, & reprehendant, effugias; Cùm ergo omnia impedita sint, & rhamnis, vepribúsque circumsepta, atque esset propugnandum, quodcunque eligeretur; nobis arrisit spatiosior, vberiórque methodus eorum, qui oblata occasione varias, grauésque quæstiones dissitarum causarum mouent, eásque non strictim, & quasi in transcursu ventilant, at multa cum eruditione, cum succo, & viribus, vt Lectori sit, vnde ad satietatem hauriat; & Scriptores, qui ob angustias mortalis vitæ de omnibus scientiis tractare nequeant, dum ex vnius Operis ansa per multa vagantur argumenta, specimen exhibeant, quid in vniuersis labore, & industria consequuti sunt; à quibus illustrandis non ignoratio, aut deterruit, aut reuocauit; sed properantis Lachesis nimia festinatio, quando & in Potentatibus octoginta anni, & si quid ampliùs, hoc tantùm labor, & dolor: Quæramus patrocinia optioni huic nostræ.

Vnusquisque pater sua vota studia, contemnit cætera.

Luc 7.

Philip. Abb

Longa Commentaria encomio & honore digna.

2. Verùm, quis nobis iure valeat succensere, quando habuisse contigit fulgentissimum tutelarem Gregorium Romanum epistola ad Leandrum Hispalensem ante Commentarios in beatum Iobum, cap. 2. *Sacri enim Tractator eloquij* (ait) *morem fluminis debet imitari: fluuius quippe, dum per alueum defluit, si valles concauas ex latere contingit, in eas protinus sui impetus cursum diuertit: cùmque illas sufficienter impleuerit, repentè se in alueum refundit: sic nimirum sic diuini verbi esse Tractator debet: vt, cùm de qualibet re disserit, si fortè iuxtà positam occasionem co[ngruæ] ng[...] adificati[...]*

Digressiones licita scriptoribus.

Gregor.

ædificationis inuenerit, quasi ad vicinam vallem linguæ vndas intorqueat; & cùm subiecta instructionis campum sufficienter infuderit, ad sermonis propositi alueum recurrat: Atque hanc certè, quam aliis colendam regulam Magnus iotimauit Pontifex, ipse diligentissimè obseruauit: Sed quali tandem in opere? Certè explanatione in Iobum, de quo propè diuino volumine noster Ribera procœmio in Malachiam, num. 10. *Equidem ita iudico, cum de libris moralis expositionis in Iob sermo incidit; nullum habere librum Ecclesiam præter eos, qui diuinitus inspirati sunt, illis doctiores, aut vtiliores; per eius libros inoffenso pede currere licet, nihil timendum, nihil habet non catholicum, nihil non eruditum: quid relinquit in Scripturis, quod non verset, quod non elucidet? quid excogitari summo ingenio potest, quod non inueniat? quid vtile esse potest ad probandum, quod illum fugiat?* Si igitur post Bibliorum religiosissima effata, nullus sit codex, neque vtilior, neque doctior Gregorij in Iobum elucubrationibus, certè hunc potissimùm librum imitari iuuat præstantissimos quosque sacrarum litterarum Interpretes; atqui Gregorianum volumen totum vtilissimis, iucundissimisque abundat digressionibus, quibus seu historicum, seu mysticum sensum discutiat, excurrit per vniuersa Scripturarum prata, & in horrea sua coaceruat vnus, quæ plurimos locupletare valeant; Exhibeamus abundantissimum testem Sixtum Senensem; & quoniam in argumento versamur, cui delicati breuitatis amatores difficilem sunt adhibituri fidem, operæpretium est integram Senensis periodum etsi longiorem transcribere; nam & animum nostrum plenè declarat, & excepto Gregorio, aliorum quoque subministrat exempla aliqua

Gregorij opus Morale in Iob quàm eximium.

Ribera.

3\. Iraque lib 3. Bibliothecæ, Methodo 21. *Secundus coaceruationis modus in testimoniorum aggregatione positus est qui ad enodationem, & confirmationem propositi loci varia Scripturarum testimonia, auctoritates, & locos ex diuinis litteris similes in vnum contractos adducit, & hos rursum, præsertim, si obscuri fuerint, & implicati, superaddita noua expositionis interpositione, particulariter edisserit: quo fit, vt, dum Expositor per singula prolata Scripturæ testimonia exponendo progreditur, explanationis corpus quodammodo in immensum excrescat, vixque finem inueniat: Desudarunt in hoc exponendi genere inter Scholasticos Henricus Langesteinius, qui consumptis multis annis in publica enarratione Geneseos, vix ad quartum eius libri caput post quatuor integros annos peruenire potuit, editis super his quatuor magnis voluminibus, in quibus omnes ferè vtriusque testamenti libros interpretatus est; Hunc longè prolixiore Opere superauit Thomas Hasselbachius, qui cùm vno & viginti annorum spatio nondum peruenisset ad finem primi capitis Isaiæ, quem continuè enarrauerat, demum reliquit enarrationis suæ in primum Isaiæ caput libros viginti quatuor. Ex Patribus verò maiori cum laude in hoc labore versatus est D. Gregorius, qui in omnibus scriptis suis, præcipuè autem in quinque, ac triginta libris Commentariorum in Iob, tot diuinorum eloquiorum sententias, fragmentáque congessit, & congesta exposuit, vt ex his velut ex ditissimo promptuario, multi non ignobiles Expositores integras omnium ferè Scripturæ sanctæ voluminum expositiones acceperint; quales sunt Patherius D. Gregorij Notarius; Claudius Classitanus Abbas; Beda, Presbyter: Alulpus Monachus; Guernerus Parisiensis; ac plerique alij Gregorianæ lectionis studiosi, qui ex Gregorij sententijs in vtrumque Testamentum explanationes hauserunt;* Ac sanè, quod de Gregorio Sixtus asseruit, ex eius collegisse voluminibus Bedam vtriusque ferè Instrumenti explanationem, idem pari iure de Augustini vigiliis affirmare valeat, quemadmodum vbique testantur Commentaria non solius Bedæ, sed etiam Eucherij, atque Rabani, & Hispalensis Isidori, aliorúmque multorum; Quanta igitur vtilitas est, in vnum, alterúmve Bibliorum codicem eiusmodi interpretationem congessisse, ex qua eruditus, diligénsque Lector facem accipere possit ad vniuersas Scripturas intelligendas? Quantùm eminet arcani sermonis vinculum cum reliquis partibus, quando absque illis non leuiter, neque perfunctoriè enucleatis, ne vnius alicuius tractatus membrum pro sufficientia, & dignitate enarrari valeat à Bibliorum Interprete consummato.

Longos, qui perpolire Commentarios amauerint.

Sixt. Senens.

Henric. Langest.

Hasselbach.

Greg. Pap.

Ex Gregorij labore in Iob Scripturæ Commentarius integer constitit.

Ex Augustino Beda totã Scripturam ferè declarauit.

Quòd si grandium virorum exempla sint, quæ corroborare valeant, & multùm persuadere, quæ in commentando optima sit æstimanda forma, profectò non vnus aliquis ex Patrum Senatu, eum, quem diximus in scribendo ordinem sequutus est, sed omnes; vt nemo sit, quem excipere debeamus; Etenim id exploratum est apud doctos Theologiam in veterum Ecclesiæ Præceptorum monumentis dispersam, primùm colligi cœptam in Oriente ante octingentos annos à Ioanne Damasceno; deinde & subsequutis aliquot sæculis post mille, & centum annos à reparato genere humano excellenti compendio distributam à Petro Lombardo, qui id conatus est vt ipse testatur prologo ad librum 1. *Vt breui volumine complicaret Patrum sententias;* Quamobrem & Magister Sententiarum audiri meruit; Quid igitur eos, qui antecesserunt, facere soliti Doctores? Sanè, cùm vtriusque explanarent Instrumenti volumina, subinde oblata occasione varias inserebant quæstiones; & nunc de prædestinatione Sanctorum; nunc de gratiæ viribus, & præstantia; nunc de incarnato Verbo; nunc de vno, & trino Deo sermonem instituebant; sed vix quidpiam deducto, & continuato filo; at sparsim, & in totis modum, qui hac illac diffundatur; alioquin sanè apud ipsos si controuersiæ Scholarum separatis locis, & tractatibus inuenirentur, vt quid fuisset opus laborare, aut Damascenum, aut Petrum Lombardum in Summis theologicis conficiendis? & qui ad fastigium scientiarum Reginam euexêre duo Principes scholastici certaminis, sanctus Aquinas, & Ioannes Dunsius Scotus; omnes illi in hoc vnum incubuêre, vt diu, noctúque Patres terendo, & in primis perscrutando Dionysium Areopagitam; & beati Augustini lucubrationes, apud eos seiuncta, & diuisa in locos communes cogerent, & sibi inuicem comparatis, quæ apud voluminum diuersas regiones, aut de Creatore, aut de Angelis, aut de vitiis, atque virtutibus, plenum de quaque materia, & suis absolutum numeris formarent tractatum; Neque æstimet aliquis diuagatos Patres, cùm ita à præcipuo scopo diuerterent, & velut ad peregrina excurrerent, per sacra tantùm, & de Bibliorum penu hausta, quippe, *Omnes* (vt præclarè adnotatum ab Hieronymo epistola ad Magnum Oratorem Romanum) *in tantum Philosophorum doctrinis, atque sententijs suos resarciunt libros, vt nescias quid in illis primùm admirari*

4\.

Patres omnes digressoria scriptionis amatores.

Theologiam scholastico more, qui disposuerint primi.

Damasc.

Petr. Lomb.

Patres in Philosophorum, Oratorúmque lectione plurimùm versati.

Hieron.

admirari debeat, eruditionem sæculi, an scientiam Scripturarum.

5\. *Ordo & dispositio melior iuniorũ Doctorũ, quàm fuerit antiquorum.* Canus.

Sed Melchior Canus procemio ad locos theologicos velit antiquos inuentione excelluisse; *Ordinem verò* (inquit) *dispositionem, perspicuitatem sibi si affirmant iuniores, videntur ea iure suo quodam vendicare; Quapropter vtrisque legendis efficiet Theologus scholasticam disputationem suæ auditorem plenioreem, nam ex illis, quasi materiam; ex his tanquam formam differendi mutuatus, potens erit nimirum exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt, arguere:* Sic Canus, quæ an comperta sint? aliorum crisis esto; difficile est enim putasse, rectiorem methodum in commentando à Patribus nullam esse; Sed modò præbeamus, certè & iuniorum exempla abondè confirmant à nobis hactenus præiacta fundamenta, Quòd si sanè inter recentiores lubeat numerare quosdam ante nos aliquot sæculis florescentes, erit plurimorum instar vnus Alphonsus Tostatus, de quo noster Ribera præfatione in Zachariam, num. 10. *Vbicunque Commentarij eius exstiterint* (ait) *auidè legendus est; suppeditat enim rerum copiam mirabilem, quærit plura quam vllus vnquam quæsierit, colligit dicta multorum, optimè eligit, copiosè tam aliena confutat, quam sua confirmat, grauis, pius, & capacissimi iudicij, vt mirer vehementer eum tam mirabilem, támque raram eruditionem comparare potuisse, cum eius ætate tanta esset in Hispania paucitas eruditorum, tam rara bonarum cognitio litterarum;* Quem alter ex nostris nunquam satis laudatus Annalista, Alphonso in his, quibus præcipuè excellit, simillimus; stylo, linguarum peritia, & temporum exacta edonatione superior, *Magistrum* appellat quemadmodum à Martyre Cypriano vocari solitus Tertullianus, atque is est optimus Pater Iacobus Salianus tomo 4. anno mundi 2963. num. 17. Iam verò Abulensis quantùm ingenij, & memoriæ vela diffundit? Septem nobis in Matthæum iusta volumina reliquit, nec Euangelistam absoluit; ad caput illius vigesimumquintum ferè octoginta dubia mouet; in vnius breui capituli enucleatione, vt aduertit Sixtus lib. 4. Bibliothecæ, centum & septuaginta scholasticas excitat quæstiones; & meruit ob tantam exuberantiam, quódque per omnia disciplinarum genera feratur, nihilque indiscussum prætermittat, *Stupor Mundi* appellari; planè Miraculum orbis homo tantus; Ioannes Hagen. dictus de Indagine, Teutonicus, ex Carthusiensi Familia, cùm omnem Scripturam quadruplici expositione declarasset; Canticum tamen Salomonis octo interpretationibus illustrauit; vigebat ad annum 1460. Amauit & multa explanationum genera Dionysius Richelius ex eodem Cœtu; & quidem geminauit Commentarium super his nuptiis; Quid mirum, cùm & Origenes, qui facem cæteris Enarratoribus prætulit, vt recenset Hieronymus scribens Damaso, *decem voluminibus explicuit, quæ ad viginti vsque versuum millia penè perueniunt, primùm septuaginta Interpretes; deinde Aquilam, & Symmachum, & Theodotionem: & ad extremum quintam editionem, quam in Actio littore inuenisse se scribit, ita apertè, magnificéque disseruit, vt inde mihi videatur, in eo completum esse, quod dicitur; Introduxit me Rex in cubiculum suum:* Bernardus verò Claravallensis Abbas, cùm in eruendo Canticorum sensu sibi excesserit ipsi, in vnius verbi examine sæpè multas homilias absumit: sanè vix septem tractatibus absoluit illa solùm, *Osculetur me osculo oris sui:* Quem Gillebertus, vt in reliquis, sic in hoc etiam feliciter imitatur: atque Thomas quoque Cisterciensis Monachus duodecim libris suam Commentationem in Epithalamium clausit: quos & nuperi, & in his doctissimi sequuti Interpretes magnis voluminibus Ludouicus de Sotomaior, & Michaël Gislerius Prosper Rosettus Ludouicus de la Puente.

Ribera Alphōsi Tostati laus. — Saliani commendatio. — Abul. — Sixt. Sen. — Canticum Canticorum quinam ad longum explanauère. — Ioan. Hag. Carthus. — Orig. — Bernard. — Gillebert. — Sotom. — Gisler. — De la Puēte. — Thom Cist.

6\. *Recentiores Scriptores, qui vberes Cōmentarios produxerunt.*

Age verò: hæc omnia quæ antiquiora fuêre, vitio non caruêre aliquo, & emendauit senioris ætatis naeuos postremum hoc nasutum sæculum; sed vbi ditior seges illorū, quibus voluptas fuit infinita disquirere, in omnes disciplinas crebrò excurrere, immorari, vniuersa plenè discutere? Alphonsi Tostati longitudinem in nouo Instrumento superauit noster Alphonsus Salmeron: quid autem in eo viro diuinæ, humanæque eruditionis non elucet? Certè succincta illa, & compendiaria respuit, cùm tamen otio nequaquam frueretur, sed præter diurna tempora noctem etiam surriperet animarum cura: at qui Deo, Ecclesiæque laborant, quid non possunt? Sebastianus Barradas non nisi quatuor voluminibus Euangelia absoluit: Alcazarius ne vno vastóque eo libro Apocalypsim clausit; nuper accepimus & alterum fœtum: in Acta Apostolorum diffusus satis, insigniterque eruditus Ioannes Lorinus: Iustinianus nequaquam breuis est, siue Paulum, seu canonicas declaret Epistolas; & nuper Ioannes Antonius Velazquez in vnam ad Philippenses Epistolam duo exarauit volumina eminentis lucubrationis: Didacus de Baëza, cùm moralem Euangeliorum explanationem solam complexus esset, quatuor edidit tomos, quibus in eo tractationis genere non aliquid vidit præsens ætas magè splendidum: Viegas super Ioannis Apocalypsi quantis abundat nouis quæstionibus? quàm elegans vbique? Iam & in veteri illustrando Fœdere, quanta affluunt & maiestate, & copia, quàm multa in apricum referunt? In Genesim vterque Benedictus Pererius, atque Fernandez? in Exodum Barradas, atque Pereira? in reliquum Pentateuchum Lorinus? in Iudices, & Iosuë Serarius, atque Magallanius? In Regum librum 1. Franciscus de Mendoça? ille nimiùm citò raptus, qui non tam libros, quàm Bibliothecam moliebatur in Historiam Samuëlis; & potuit omnibus ad amussim instructus præsidiis, quæ in Scripturarum perfecto Interprete desiderantur: In Iobum, & Salomonis Ecclesiasten, & vitam Pineda? in Parabolas Salazarius? in Ezechielem Prado, atque Villalpandus, homines exquisitæ eloquentiæ, incomparandæ lectionis? Quid referam de Saliano, quem Historiæ leges etsi coërcerent: tamen nihil intentatum in omni veteri Fœdere reliquit, vt necesse fuerit Annales in sex volumina distribuere: atque certè hoc illi maximam laudem peperit.

Salmeron — Barradas. — Alcazar. — Lorin — Iustin. — Velazq. — Baëza. — Viegas. — Pereira. — Fernand. — Serar. — Magallan. — Mendoça. — Pineda. — Salazar. — Prado. — Villalpand.

7\. Præter hos nostri Sodalitij homines, multi prætereà sunt ex huius æui optimis Scriptoribus, quibus similis Commentariorum modus placuit: Ascanius Martinengus in duo, triáve Geneseos capita duos magnos tomos edidit: Rutilius Benzonius, Lauretanus Antistes, in Canticum, *Magnificat*, volumen vnum iustum: Claudius Rangolius ex Minimorum Ordine, in librum 1. Regum duos amplos libros: vnum in pauca quædam Geneseos capita ex eodem Cœtu Marinus Mersennus: Fabianus Iustinianus, Episcopus Adriacensis,

Martineng. — Benzon. — Rangol — Mersen. — Iustinian.

Fernand. Nodin. Brond.

Adiacensis, in librum Tobiæ: Ioannes Fernando ex Prædicatorum Cœtu in Ecclesiasten: Ioannes Nodin Minorita in Exodum, Ioannes de la Hay in Genesim, Antiochus Brondus ex ordine Mercenariorum in Apocalypsim; Atque in Theologicis elucidandis id ipsum obseruarunt in controuersiis Cardinalis Bellarminus, Canisius, Valentia, Gretserus: in scholastica palæstra Suarius, Vasquezius, Salas, Albertinus, Bubalus, Didacus Ruizius, Fassolus; Præceptor noster Petrus Hurtado de Mendoça nuperrimè edita secunda secundæ; in morali Theosophia Ludouicus de Molina, & Thomas Sanctius: in mystica Iacobus Aluarez de Paz; in Philosophicis Conimbricenses, & Paulus Vallius; in Humanioribus Zerda Raderus, atque Pontanus; Scripsit etiam satis affluenter, paritérque eruditè Thomas de Maluenda ex Ordine Prædicatorum, de Paradiso & Antichristo; Illustrissimus Baronius in Ecclesiæ præclarissimis Annalibus non solùm casus, variósque rerum euentus patefacit; sed de Conciliis, de omni antiquitatis vsu digressiones vtilissimas inserit, multáque noui Instrumenti loca primo tomo summo cum iudicio explanat; prolixum esset de vniuersis memorationem facere, & non nimiùm necessarium, cùm præ oculis, præque manibus docti passim habeant; Igitur siue ad anteriora tempora, seu ad proxima conuertamur, in vtroque qui scientiarum maiorem famam consequuti sunt, amarunt genus Commentariorum, quod multa esset refertum varietate, & data occasione, aut eruditionis, aut ingenij demonstrandi, per omnes quæstiones & honestas, & vtiles iret.

Bellarm. Canis. Valentia. Gretser. Suarius. Vasquez. Salas. Albert. Bubal. Ruiz. Fassol. Hurtado. Molina. Sanch. Aluarez. Conimbr. Vallius. Zerda. Rader. Pontan. Maluend. Baron.

8. Verùm, quidni facerent, edocti ab optimo Magistro, Spiritu gratiarum, qui per Siracidis os cap. 39. *Sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens, narrationem virorum nominatorum conseruabit, & in versutias parabolarum simul introibit, in terram alienigenarum gentium pertransiet; bona enim, & mala in hominibus tentabit;* Vt quid verò tantùm industriæ, vt necesse sit, eum, qui sapientiæ nomine florere cupiat, in omnem vetustatem ingredi, classicos quosque Auctores deuorare, abditissima, & recondita vniuersa penetrare, & insuper longa sibi exilia, peregrinationem in vltimas terrarum oras indicere, vt memorat Hieronymus epistola ad Paulinum? *Legimus in veteribus Historys,* (ait.) *quosdam lustrasse prouincias, nouos adysse populos, maria transisse, vt eos, quos ex libris nouerant, coram quoque viderent.* Quem in sensum illud; *In terram alienigenarum gentium transiet* exponunt Nicolaus, Dionysius, Palacios; Quid hoc tanto sumptu opus, nisi vt doctus Scriba proferat de thesauro suo noua & vetera, & conquisitis diuitiis edenda à se monumenta illustret, ex grano sinapis arborem erectans pulcherrimam, in qua & aues cœli nidulentur? Equidem plurima opus esse supellectili Commentatori, nec posse stricto sermone muneri satisfecisse Hieronymus non semel intimauit; nam lib. 1. Apologetici aduersùs Ruffinum, *Commentary* (ait) *quid operis habent? Alterius dicta edisserunt, quæ obscurè scripta sunt plano sermone manifestant, multorum sententias replicant, & dicunt: hunc locum quidam sic edisserunt: aly sic interpretantur; illi sensum suum, & intelligentiam his testimonys, & hac nituntur ratione firmare, vt prudens Lector, cùm diuersas explanationes legerit, & multorum vel probanda, vel improbanda didicerit, iudicet, quid verius sit, & quasi bonus trapezita, adulterina monetæ peccatum reprobet;* Et procœmio in libro 2. epist. ad Galatas; *Officy mei est obscura disserere, manifesta perstringere, in dubys immorari; vnde & à plerisque Commentariorum Opus explanatio nominatur:* Similiáque prologo ad librum 1. interpretationis Hieremiæ; Facile autem est colligere, haudquaquam ista perfici posse, nisi se distendat, qui explanationem aggressus sit: At verò quantam amplificationem, qualésve excursus id requirat, de quo idem monet præludio in Danielem? *Ad intelligendas autem extremas partes Danielis, multiplex Græcorum historia necessaria est: Sutorij videlicet, Callinici, Diodori, Hieronymi, Polybij, Possidony, Claudy Theonis, & Andronici cognomento Alypij, quos & Porphyrius esse sequutum se dicit: Iosephi quoque & eorum, quos ponit Iosephus, præcipuéque nostri Liuy, & Pompeij Trogi, atque Iustini, qui omnem extremæ visionis narrant Historiam: & post Alexandrum vsque ad Cæsarem Augustum Syriæ, & Ægypti, id est, Seleuci, & Antiochi, & Ptolomæi bella describunt:* Verùm sanè hac de re tractat doctè Ioan. Maior, quæstione 1. in prologum libri 4. Sententiarum conclusione 2. *Non illaudabile est* (inquit) *extraneas scientias ad Theologiam nullo modo necessarias, sed ad decorem Theologiæ conducentes introducere: Probatur: facta venerabilium Patrum, & bassium Theologiæ sunt imitanda: sed sic est, quod B. Hieronymus, Augustinus, & aly Doctores, Platonis, Marci Tully, Virgily, & aliorum Philosophorum, Oratorum, & Poetarum introduxerunt scripta, vt patet legenti: ergo illud nobis licet, &c.*

Quanta verò supellectili opus perfectò Scripturarum interpreti. Eccli 39.

Nicol. Dion. Palacios.

Hieron. Commentary scopus.

9. At hinc continuò ingens enasci malum inclamitant; nempe ex tanta rerum coaceruatione scripta in immensum crescere, confundi, atque onerari Lectoris animum, & desperatione fractum valedicere sapientiæ, atque Musis; quapropter de emendatione styli cogitans Hieronymus allegato nuper in Danielem procœmio; *Verùm iam tempus est,* (inquit,) *vt ipsius Prophetæ verba texamus, non iuxta consuetudinem nostram, proponentes omnia, & omnia disserentes, vt in duodecim Prophetas fecimus; sed breuiter, & per interualla, ea tantùm quæ obscura sunt, explanantes, ne librorum innumerabilium magnitudo Lectori fastidium faciat:* Et prologo in Ionam quid in aliis Commentatoribus displicuerit, enarrans; *Scio* (ait) *veteres Ecclesiasticos, tam Græcos, quàm Latinos super hoc libro multa dixisse, & tantis quæstionibus non tam aperuisse, quam obscurasse sententias, vt ipsa interpretatio eorum opus habeat interpretatione, & multo incertior Lector recedat, quam fuerat, antequam legeret: Nec hoc dico, quò magnis ingenys detraham, & alios mea laude sugillem: sed, quod Commentatoris officium sit, vt quæ obscura sunt, breuiter, apertéque dilucidet: & non tam disertitudinem ostentet suam, quam sensum eius, quem exponit, edisserat:* Respondeo, longitudinem duplici ex radice posse consurgere; primùm, quòd in verbis sit inepta quædam repetitio, & per ambages, multúmque circumeundo ea proferantur, quæ exigua periodo comprehendi poterant; deinde in rebus ipsis, quoniam aut eadem sæpiùs ingerantur auribus, aut non necessaria scribantur, aut vulgaria pro raris producantur: vel denique, vt non sint contemnenda, quæ dicantur; ad rem tamen nihil spectent: Huiusmodi in commentando amplificationes nos libenter damnamus,

Hieron. Longitudo in commentando quæ vituperanda, quæ approbanda?

atque

Quintil.

atque horum partem reprehendit Quintilianus lib. 8 Instit. cap. 2. *Est etiam in quibusdam turba inanium verborum, qui dum communem loquendi morem reformidant, ducti specie nitoris, circumeunt omnia copiosa loquacitate, qua dicere volunt: ipsam deinde illam seriem cum alia simili iungentes, miscentésque, vltra quam vllus spiritus durare possit, extendunt:* Neque sanè minus onerosum hoc, quàm quod idem contingere compendium affectantibus statim subinnuit: *Alij breuitatis amuli, necessaria quoque orationi subtrahunt verba; & velut satis sit scire ipsos, qua dicere velint, quantum ad alios pertineat, nihil putant:* Erit igitur quoad sermonis aut breuitatem, aut longitudinem id sedulò aduertendum, de quo idem monet lib. 4. c. 2. *Nec autem breuitatem in hoc ponimus, non vt minùs, sed ne plus dicatur, quàm oporteat: non minus autem cauenda erit, qua nimium corripientes omnia, sequitur obscuritas, satiúsq; est aliquid narrationi superesse, quàm deesse: nam superuacanea cum tadio dicuntur, necessaria cum periculo subtrahuntur:* Secundò, oritur longitudo non causa alicuius ex prænotatis vitiis; sed quoniam ingenij ager felix est, & magno lumine præditus intellectus intuetur multa, quæ alios eum vsque in diem latuerant: Itaque cùm & verbis circumcisio adhibeatur, & in rebus ipsis nequidquam superuacuum afferatur: tamen arcanorum tam cumulata est seges, quàm necesse sit glebæ magnam occupare partem: Quotū igitur volumina ob huiuscemodi rationes crescunt, nequaquam ob longitudinem vituperanda sunt: verùm gratiæ illis habendæ maximæ, quòd abstrusas à mortalium cognitione veritates publici iuris fecerint: non enim aut longum, aut fastidiosum id esse valeat, quod ignotasse pœniteat, sciuisse delectet.

Breuitas qua vitiosa.

10. Quanquam autem secundùm morem hactenus declaratum, in quocunque scribendi genere commendabile appareat digredi non rarò, & in varias materias excurrere; tamen hanc qualencunque licentiam potiori sibi iure vendicat Tropologia: quippe cùm Hieronymus adnotet in illud Habacuc c. 1. *Quia ecce ego suscitabo Chaldaos,* &c. inquiens: *Historia stricta est, & euagandi non habet facultatem: Tropologia libera, & his tantùm legibus circumscripta, vt pietatem sequatur intelligentia, sermonisque contextum; nec in rebus multum inter se contrariis violēta sit copulandis:* Cuius memoriam canonis cùm nos haberemus, in anterioribus conati sumus, dum Historiam pertractaremus, ferri ad diuersa parcè solùm, atque timidè: quamobrem longiores peregrinatum materiarum discursus reiecimus in prælodia ethica, quæ ad Tropologiam spectant: Sed nec ibi nimium exspatiati sumus, quando in iustæ molis opere vix tres excursus: Neque sanè hoc ipsum perpetrauimus, quin allegoria fundamentum ab Historia mutuaretur: Et quidem ita vt fiat, conueniens, opportunúmque sit: nam quidem disciplinatum Principi Theosophiæ reliquas ancillari scientias, artésque omnes in confesso est: quo autem pacto ministerium suum impleant, & heræ obsecundent, nisi peritus artifex occasionem venetur aperiendæ rimæ vniuersis, vel saltem decentibus, vtiliotibúsque? Hoc autem coortigit, diuertendo sobriè nunc ad has, nunc ad illas notitias.

Regula: Tropologia euagandi facultatem habet: secus Historia. Hieron.

***

Sherlogi Anteloq. in Cant.

SECTIO II.

Quantum vitium in Scriptore quasi sua facere velle, quæ ab aliis adinuenta, elaborata sunt?

11. HOmines otiosi, qui à limine tantùm Musas salutarunt, qui voluptatibus & inertia fracti, in vmbra continuò sedent, nunquam ausi in apertum se effundere, & bono communi insudare: hi statim vt doctorum virorum lucubrationes prælum destituēre, & venales fiunt, peruolutant sedulò vniuersa; & si quid repperēre consimile his, quæ priores ediderunt actum esse de genere humano arbitrantur, nempe quod patienter sustineat audaces plagiarios: Neque ego sanè negauerim aliquos esse tam proiectæ temeritatis, aduersùs quos omnis ira, & excandescentia lenis sit: nam, cùm ingenio, & literatura eguēre, inuerecundè suffurantur: quo verò & ipsorum credatur alienus partus, deformant miserè pulcherrimas eruditorum vigilias, inuertunt ordinem, mutant vocabula, adimunt perfecta, súsque déque vertentes omnia, monstrum tandem educunt: eum sanè in modum, quo olim Gentium Philosophi, & Vates, cùm in Hebræorum arcana inciderent, aut quòd sibi attribui inuentionis gloriam cuperent, aut quòd non satis perciperent, fabulas pro veris narrationibus emiserunt: id, quod à Tatiano Assyrio tom. 4. Bibliothecæ 3 editionis annotatum est oratione contra Græcos: *Multi namque Gracorum (inquit) Sophista curiositate quadam inducti, quacunque a Moyse, & similibus ei sapientibus viris didicerunt, deprauatè, & secus efferre conantur; partim vt ipsi proprium aliquid promere videantur, partim, vt ea, qua intelligunt, facta quadam sermonis compositione velantes, veritatem suis commentis velent:* Ita que huiusmodi fucos, qui mella deuorant, & alienis laboribus insidiantur, cùm ipsi egregium nihil præstare valeant, & odisse iuuat, & ab humano cœtu exterminare, quoad fieri possit. Verùm non horum persequutores nos insectamur; sed genus quoddam virorum delicatum, loquacitate potens solùm, quod nunquam aut sudauit, aut alsit in doctrinarum acquisitione: vt reperit autem istiusmodi fex easdem ex Patribus sententias aliquot, eadem vel Scripturarum, vel Conciliorum loca in diuersis Auctoribus statim blatterant, & crambem bis coctam apponi vociferantur, ex rapina, & spoliis præcedentium Doctorū conflati volumina, non esse dignos aut Bibliotheca, aut nummis labores; agunt verò hæc omnia, vt inertiæ suæ patrocinium aliquod inueniant; nempe, intelligatur à scribendo propterea abstinere, quòd nisi iterent eadem, nihil relictum sit à veteribus indiscussum; se autem adeò ingenuos, vt malint inglorios annos traducere, quàm in aliena monumenta irruere, & pinponere rursus cum fastidio, quæ anteà dicta fuerint. At certe prudentiam ista desiderant, scientiamque arguunt felix censura: nam oporteat cogitasse, quem optimi quique Præceptores vsum obseruarint.

Doctorū hominū aliqui impiè suffurantes, quibus, imitatores.

Ethnici sacra Scriptura arcana fabulis accōmodabāt. Tatian. Assy.

Quinam in libros, qui prodiēt, immeritò blatterare soleant.

12. Nam, quotusquisque inter doctissimos est, qui si eas materias pertractet, quæ eruditionem postulent, & auctoritate, siue Bibliorum, seu

Conciliorum, vel Patrum fulciendæ sunt, non eadem repetat quæ alij transcripserint? ne ab hac immunes, quæ nulla tamen culpa est, illi, quos appellant Criticos, qui omnia ad libram vocant, nihilque ipsorum vana opinatione nō selectum, & nouum afferunt; Comparet Lector vel Coryphæos inter se, vix ex cardinalibus vnam reperiat quæstionem; agatur de quocunque verorum ritu atque obseruantia, in qua non aliqua reluceant, & frequenter multa quidem à singulis coaceruata; quæ tamen ab aliis non sunt mutuati, sed propria diligentia inuenerunt; quidni sanè, cùm eosdem Auctores peruoluerint, atque eundem in scopum? Verùm ad Criticos alij attenderint, nunc de Theologis oboritur lis: Apponam egregium Cardinalis Bellarmini effatum tom. 1. controuersiarum præfat. ad Lectorem; *Ariana hæresi quondam grassante scripserunt accuratè, & copiosè tum Græci, tum Latini propemodum infiniti, Athanasius, Basilius, Epiphanius, Didymus, vterque Gregorius, vterque Cyrillus, Hilarius, Ambrosius, Augustinus, Gregorius Bæticus, Idacius, Clarius, Phagadius, Fulgentius, & alij: ita verò conueniunt inter se, & quasi conspirant, siue testimonia Scripturæ pro Catholica fide adducant, siue ad Hæreticorum argumenta respondeant: vt eadem omnes repetere, atque inculcare, & omnes etiam ab vno aliquo accepisse videantur: neque id illis vitio verti solet, aut potest; nam, quòd multi scriberent, causa erat ardor fidei, & zelus religionis, quem in eorum pectoribus Spiritus sanctus accenderat: quod eadem scriberent, inde fiebat, quod antidotum veneni eiusdem ex eodem fonte, eodem spiritu hauserant: & ex iisdem præsidiis aduersus hostes eosdem, de possessione eadem, eodem Auctore, ac duce Deo, pugnabant.*

Bellarm.

Eadē autoritates sæpè transcribunt eximij quiq; Doctores.

13. Sed non in hæresi tantùm profliganda iisdem vsos armis operæ pretium est, ostendamus: at & in sacrorum voluminum expositione, & planè mutuatos fuisse a prioribus non pauca aliqua, neque obscuri nominis Magistros, verùm fulgentissima Ecclesiæ lumina, & omniū disciplinarum genere instructos viros: Proferamus autem eiusmodi testem, quem ne inuidia ipsa contemnere audeat: & sanè ille est Hieronymus, qui exordio libri 1. contra Ruffinum, *Si auctoritatem suo Operi præstruebat, volens quos sequeretur, ostendere, habuit in promptu Hilarium Confessorem, qui quadraginta fermè millia versuū Origenis in Iob, & Psalmos transtulit, habuit Ambrosium, cuius penè omnes libri huius sermonibus pleni sunt, & Marium Victorinum.* Atque ad Augustinū scribens de seipso; *Præsertim, cùm liberè in præfatione confessus sim, Origenis Cōmentarios me esse sequutum & vel mea, vel aliena dictasse:* Meminit autem Prologi lib. 1. Commentar. ad Galatas: sed apertè loquutus secundo in Michæam, procemio: *Nam, quod dicunt Origenis me volumina compilare, & cōtaminari non decere veterum scripta, quod illi maledictum vehemens esse existimant, eandem laudem ego maximam duco, cum illum imitari volo, quem cunctis prudentibus, & vobis placere non dubito: si enim criminis est Græcorum benè dicta transferre, accusetur Ennius, & Maro, Plautus, Cæcilius, & Terentius, Tullius quoque, & cæteri eloquentes viri, qui non solùm versus ad multa capita, & longissimos libros, ac fabulas integras transtulerunt; sed & Hilarius noster furti reus sit, qui in Psalmos quadraginta fermè millia versuum supradicti Origenis ad sensum verterit: quorum omnium æmulari exopto negligentiam potiùs, quam istorum obscuram diligentiam:* Tantorum virorum abundè vestigia legerunt Cassiodorus in explanatione Psalmorum Augustinum abbreuians, in omnibus sacrorum voluminum Commentariis Beda eundem: cum aliis Patribus siue Græcis seu Latinis, Eucherius, Haymo, Strabus, Rabanus, Sedulius, Euthymius, Petrus Lombardus, Isidorus Hispal. Victor Antioch. Titus Bostrensis: Chrysostomum Theophylactus decurtat: Theodoretus deflorat. Theodoretum Procopius: Lyra ex Hieronymo desumpsit non pauca, ex vtroque vniuersa penè Dionysius Carthusianus: suntque de horum classe Oecumenius, atque Incognitus in Psalmos, & plures, quos & Auctorū inter se collatio suppeditabit, & docebunt frequenter Sixtus Senensis lib. 4. Bibliothecæ, Possevinus in apparatu sacro: Ribera prologo in Malachiam: Cantapetrensis procemio in librum sextum hypotyposeon: Sanè de sui Ordinis præclarissimis duabus facibus, S. Antonino, Florentinorum Archiepiscopo, & Vincentio, Bellouacensi Præsule, Melchior Canus lib. 11. de locis, cap. 6. §. *Lex vero secunda,* &c. *De Vincentio (ait) Valuacensi, & D. Antonino liberiùs iudico, quorum vterque non tam dedit operam, vt res veras, certásque describeret, quàm ne, nihil omnino præteriret, quod scriptum in schedulis quibusque reperiret.*

Aliorū scripta abbreuiantes

Beda. Euchei. Haymo. Strabus. Raban. Sedul. Euthym. Lombard. Isid. Vict. Ant. Titus Theophy. Theodor. Procop. Lyran. Carthus. Sixt. Senens. Incognit. Posseuin. Ribera

Canus de scriptis S. Antonini, & Valuacensis iudicium.

Iam & Scholastici Theologi, inquit Martinez allegato nuper procemio in sextum hypotyposeon: *Thomas siquidē, Bonauentura, Alensis & eius generis cæteri: quorum voluntas fuit, quæ sancti Patres sparsim tradiderunt, in locos cōmunes conijcere quid aliud fecerūt, nisi Augustini, Dionysij Areopagitæ, & Aristotelis pulcherrimum vomitum vno vase concludere?* Profectò stupendū id est, vt animaduertit Bellarminus de ecclesiasticis Scriptoribus ab anno Domini 1200. *quod magna pars primæ secundæ, & secundæ secūdæ S. Thomæ inueniatur iisdē verbis in primo, & tertio libro Speculi Moralis Vincentij Bellouacensis.* Ac quanquam sane ex Prædicatorū Ordine vnus qui correxit Angelici Doctoris Opera, Frater Franciscus Garcia, in Vniuersitate Tarraconēsi publicus Professor, ad finē partium, asseueret, *apertissimum esse, S. Thomam mutuasse ex Vincentio fermè ōnia, quæ in duobus codicibus de vitiis, & virtutibus scripta reliquit: præcessit enim (inquid) iste Vincentius D. Thomam 34. annis, cū Thomas obierit anno Domini 1274. & Vincentius anno 1240. ac proinde, cùm eadē ab vtroque prorsus scripta reperiuntur, quamuis multo elegantiori methodo disponantur à S. Thoma, quam a Vincentio fuerint tradita: verosimilius, Thomam a Vincentio hausisse doctrinam, non contrà Vincentium à Thoma.* Tamē Bellarmino Cardinali (quanquam eū non lateret, quod ex Hieronymo ostendimus, egregios fuisse Scriptores, qui ab aliis longos tractatus mutuati sunt, durum, nouisúmque apparuit, vt Angelicus Præceptor hauriret Summæ suæ nobilissimū mēbrum ex peregrina lucubratione: quare nescio quē alium iuniorē Vincentium meditari coactus, quē planè obscuri fuisse nominis oporteat, de quo vtpote omnes tacuerint Auctores, quē ne ipse, qualis fuerit, dicere potuit: Equidem, si in extrema ætate B. Thomas Summam Theologicam elaborauit, satis arduum est capessere, vt non deriuarit ex fontibus Vincentianis: Quamobrē in nupera editione Operū Bellouacēsis, quæ studio Theologorū Vedastini Collegij Duacensis S. Benedicti prodiit, itū est, in eā sententiā, quæ à iuuene B. Aquinate

14. *Martin.*

Bellarm.

Num Summa Doctoris Angelici partes translata ex Vincentio Valuacensi.

Garcia.

Bellarm.

Summam Theologiæ S. Thomas adolescens perscripsit.

nate cōpositam esse Summā autumat: cuius opinationis aliquod esse valeat fulcimentū, quòd B. Doctor, quam in tertia parte, qu. 27. art. 2. sustinuit cogitationē de læsa Dei G[enitrice] à peccato originali maturiori iudicio sessior retractauit in 1. Sententiarum, qu. 1. dist. 44. art. 3. ad 3. *Et talis* (inquit) *fuit puritas beatæ Virginis, quæ peccato originali, & actuali immunis fuit*: Quod amplexatur ex animo Catherinus lib. 2. pro immaculata conceptione § *Quàm variè*, &c. vbi ait. *Etiam qui insignes Thomistæ habentur, Capreolus, & Caietanus, fatentur ingenuè in nonnullis eum variè scripsisse, & posteriùs, quæ anteà scripserat retractasse.*

Opinionem [de] Deiparam, originalis labi maculatam, retractauit S. Thomas.

15. At, siue B. Thomas ex Vincentio desumpserit, id, quod egregiis Viris nonnunquam contigisse monstrauimus; seu, quod certius nonnullis visum est, Vincentius à B. Thoma mutuatus sit, quando in studiorū exordio Summam confecerit; id etiā atque etiam attendendum est, nihil ab exemplis tantorum Virorum patrocinij conciliari adulterinis fœtibus rudium, malorúmque ingeniorum: etenim in Scriptore, qui aliorum diuitiis sua locupletat monumenta, considerandum quid ipse marte suo polleat cùm telam de ingenij venis absque externis adminiculis orditur; si enim illi, quæ sibi relictus fabricat, talia existūt, quæ exquisitum acumen, eruditionem singularem, venustatem, nitelam, ordinem sapiant, atque in his aliquando longus sit; inde etiam manifestum fit, quòd de aliorum voluminibus transcripserit quædam, ob reuerentiam erga Maiores fecisse, ob animi demissionem, quòd suis non crederet laboribus propter multam humilitatem: Quam in normam credo Sanctum Bonauenturam de Magistro Sententiarum loquutum; id, quod multis accommodari valeat quæst. 4 in Prologum lib. 1. Sententiarum: ad secundum respondens inquit. *Et quòd sunt ibi multa dicta aliorum, hoc non tollit Magistri auctoritatem; sed potius eius auctoritatem, & humilitatem commendat*: Aut equidem eò quòd inornata essent, quæ prisci tradiderint, stylo nempe, atque methodo incompta, res autem ipsæ pretiosæ essent, & iudicauerint in bonum commune plùs cedere, si ingenium exercent in iis excolendis, & splendori restituendis; quàm si ex propriæ inuentionis quidpiam visceribus in lucem darent; atque de hoc amplissimo Senatu omnes illi quorum in antecedentibus syllabum texuimus: sin verò vbi suis volitare pennis Scriptores cœperint, monstra pariant, humi repant, nihil scintillans & viuidum, nihil animatum proferant; suspicio incidit vehemens continuò gloriæ popularis aura captos voluisse corniculārum more in lucem Academiarum alienis coloribus vestitos prodire: Sed luunt meritas pœnas: nam, vt paulùlum ex rudibus aliquos decipiant: & per ora currant ineptorum, vt in eruditorum se conspectum dedêre sibilis & cachinnis explodūntur cœtu Doctorum; mox & ad horum exempla ipsi semiscientes despiciunt, & vt cum blattis & tineis longùm contendant, amandant.

Quando viris aliquando [re]pertum, & mutuare ex [al]ius?

16. Illud nonnullos vexat, quòd videantur dicentibus è suggesto. Patrum aliquando verba detruncari omitti medium sermonem, & colligi orationis extrema solùm: Verùm hæc adhibitu antidoto sufferri possunt. duæ autem cautelæ obseruandæ: Prima, vt integer maneat sensus; & ne ex verborum transpositione, noua oriatur rerum figura: aliter si contingat, cogitur Au-

Patrum verba detruncata vt sustineri debeant.

Regula: Apostoli, in citatis de veteri In[strumento], media intermittent, & ex locis diuersis vnum faciunt.

Sherlogi Anteloq. in Cant.

ctor pro iis testimonium ferre, quæ nunquam fortasse in mentem venerunt. S[atius] ducit, vt fiat cum moderatione & iu[xta] Auditorum gr[adu]m ratio, ne longa non intellecti idiomatis periodo grauentur: nam & Apostoli in citando veteri Instrumento aliquando media intersecant; & quod amplius est, ex duobus, plu[r]ibusve diuersis locis, vnum conflant: pro quibus videri poterunt Leo Castrensis in illud [c]. 8. Isaiæ: *Et erit vobis in satisfactionem*, &c. & ad illa c. 9. *Primo tempore alleuiata est terra Zabulon*, &c. Ribera in cap. 13. Oseæ, num. 13. Aliqui verò audaci allegatione citant ex Patribus multos versus, quos nullo pacto diuidunt, & intersecant; sed examinati nihil eorum claudunt, pro quibus adhibentur: scilicet, vt tempori magis deseruiant, quàm quòd priscos Doctores honoratos cupiant, nihil absque Patrum fulcimento ore cadere gloriantur; & cùm non semper in promptu habeantur genina loca, adulterant & distorquent: Sanissimum profectò consilium est, & Christiano Ecclesiastæ dignissimum, vt quoad eius fieri valeat, nihil de Scripturis proferat, quod non Patres corroborent. sonat enim dulcissimè piis in auribus Maiorum; in quibus præter doctrinam sanctitudo effulsit, auctoritas: sed non omnia, quæ Patres dixêre, vt nos latè monstrauimus Anteloquio 4. Sect. 13. Qui propter cura debeat esse perito Oratori, vt Ethologiæ graues sint historico fundatæ sensui, vtilitati animarum accommodæ, hæ vbi conditiones, quamuis de Patribus nemo sit qui suffragetur, satis erit, vt contrarios eo non habeat proferendus sensus, & excipietur cum plausu à docto & maturo Auditore: quem certè morem in concionibus Patres ipsi obseruarunt, & optimi decentiorum numero Interpretes.

Leo Castr.

Ribera.

An semper loca [Scriptu]ra[rum] [in concionibus Pa]tru[m] fulc[imento] [indigeant?]

SECTIO III.

Explanatio Bibliorum mixta ex historica & ethologica, omnium & præstantissima, & vtilissima; Historicus Scripturarum sensus quanti faciendus? mystici sensus quam magna E[cclesiæ] Patribus æstimatio? conceptuum studium optimis ingeniis dignum: loci communes morales non spernendi.

17. QVi in eruendo literali Scripturarum sensu operam & oleum vniuersum consumpserunt dum incidunt in longos morales excursus, quibus sacri idiomatis sententiæ aliquæ moribus accommodantur, Annaliis repleri volumina affirmant, locis communibus resarciri in detrimentum, & temporis. Scholasticis: itaque fastidiunt multùm genus tractationis; quoniam & ingenij parum requirit, & Bibliorum intelligentiæ modicum deseruit: quippe in Psalmos congestæ Tropologiæ, & Iobo, & Prophetis, & historialibus eædem facilè adaptari valeant: Rursùm, qui spreto literæ difficiliori studio per allegoriarum iucunda prata diuagantes ætatem contriuerunt, literæ enucleationem despiciunt, vt quæ sit arida, insipida, animum

[Lit]era ni[mium] [stu]dentes [al]ios [de]spi[ciunt] & [contra].

nequaquam reficiens Ego sinè arbitror vlque pati dignos esse reprehensione : cùm enim sapientes esse non desinant , vtpote in Patrum aut lectione versati , aut bonorum Interpretum,dissimulant tamen scientiam , & vituperat id sanè, quo possit esse Scripturarum integra aliqua explanatio: Quidenim tam peruagatum,frequénsque apud Doctores veteres , nouúmque , quàm mysticam considerationem animam appellare granum, ædificij tectum , & coronam litteram vocare corpus, paleam , basim substruendorum? At quemadmodum nulla possit esse suis absoluta numeris Philosophia de anima solùm tractans , & ruitutam subitò ædificationem conuenit esse fundamento carentem :ita certè manca fuerit omninò expositio , quæ ex duobus sensibus, quibus innititur Scriptura , alterum amplexatur , alterum reiectat : Verùm ita contingit ; vt , cùm illi,qui literæ tantùm incubitetunt, parum fortunati sint in disponenda Tropologia , ignorantiæ suæ patrocinium à mysticorum sensuum dedecoratione petunt : itidémque rursum euenit illis , qui contempserunt Historiam Bibliorum colere : Sed qualem mereatur censuram vna , atque alia pars , volo ab aliis percipiatis.

Germana Scriptura interpreta tio,qua mixta est.

18. Sixtus igitur lib. 3. Bibliothecæ sanctæ,titulo, De vsu , & vtilitate historicæ , & mysticæ expositionis: *Nam sicut minimè* (inquit) *probandi sunt quidam nostri seculi Expositores, qui spretu mysticis sensibus tanquam fortuitis cogitationibus,& ad arbitrium excogitatis , dormitantis literæ perpetuo assident , & solum morosis syllabis , & dictionibus incumbunt , frigidi, sine spiritu , exangues. & exammes : ita grauiter damnandi sunt inepti quidam nostrorum temporum Expositores, qui recesta prorsus literali expositione tanquam re leuissimi momenti , & Grammaticis , vt aiunt , potius,quam Theologis digna, in singulis Scriptura locis coactas quasdam , & insulsas allegorias protrahunt , vim inferentes diuina Scripturæ , & distructa Historia veritate , ridiculas cogitationes suas venditant , tanquam magna , & arcana Ecclesiæ Sacramenta:hos ego amantissimè obsecro , & obtestor, vt considerent literalem expositionem non esse rem vsque adeo vulgatam, sed esse expositionem omnium difficillimam, ac maximè operosam , propter inusitatas & abstrusas sanctæ linguæ proprietates , & propter copiam rerum difficillimarum artium videlicet , scientiarum , & disciplinarum omnium , quæ sub historico sensu comprehenduntur* : Et Sixto vetustior ex eadem Familia Sanctes Pagninus epist. dedicatoria Isagogæ : *Alij farina non dissimilis Scripturarum duntaxat historiis oblectantur,mysticos verò sensus, vt arbitrarios aut flocci faciunt , aut fastidiunt;nec apostolica recordantur sententia,qua ait : Omnia in figuris contingebant illis :Historia tanquam palea est : mysticus vero sensus triticum: illa iumenta , hoc est simplices homines ; hic doctos alit, historia est tanquam folium ; mysticus verò sensus tanquam fructus*:Inuehitur & Cantapretensis acriter lib. 7. hypotyposeon primùm quidem in illos,qui prætet sensus mysticos , cætera spernunt , ac Iudaïsmum sapere vociferantur : deinde & in eos , qui literæ solùm addicti sunt, & extra huius inuestigationem,reliquum omnem laborem inutilem esse deprædicant : *Atque hi* (suggerit) *stupidius errarunt , vt sunt ferè omnes ætatis nostræ Scriptores, præcipue Caietanus , qui cum post Euangelij prædicationem, & ablationem velaminis,quod tegebat faciem Moysis,ceperrunt Deo per Spiritum adhærere, nisi* [illegible] *carne consummantur ; & cum liceat illis , post quam frugis reperta sunt, panem cælum de cælo descendentem comedere , malunt cum grillo illo Homerico, glande vesci* : Sed de hoc initio huius voluminis commonere instituimus , & Anteloquio 1. & 9. à num. 3. non pauca attulimus ex Patribus,& optimis Scriptoribus , quæ hic repetere minimè necessarium fui.

Sixt. Sen.

Pagnin.

Cantep.

19. Ad propriùm : historicam Bibliorum considerationem dignissimam esse materiam , quam viri summatissimi , & præstantissima excolunt ingenia : Nam certè,quid post Apostolos,& Euangelistas sublimius vidit Ecclesia Catholica Augustino , & Hieronymo, quorum alter Phœnix scholasticæ palæstræ , alter positiuæ : at Hipponensis retractationum primo lib. c. 18. *Cum de Genesi ait duos libros contra Manichæos condidissem,quoniam secundum allegoricam significationem Scripturæ verba tractaueram, non ausus naturalium rerum tanta secreta ad litteram exponere hoc est,quemadmodum possent secundum historicam proprietatem quæ ibi dicta sunt,accipi,volui experiri in hoc quoque negotiosissimo,ac difficillimo opere quid valerem ; sed in Scripturis exponendis tyrocinium meum sub tanta sarcina mole succubuit: & nondum perfecto vno libro,ab eo,quem sustinere non poteram labore conquieui* Vides vt Atlas Augustinus [illegible] tam graui pondere gemat , quin & cedat [illegible] vno absoluto Commentario præ lassitudine quiescendo spatia optet : Verùm Hieronymus , etsi non fatigatus quidem , sed quam ad [illegible] explanationem formauit allegoricam super vaticinio Abdiæ , senectutis historico partui comparatam , leuidensem opus vocat , & de paruulorum rudi fetinio : *Infans eram,* (inquit prooemio in Abdiam ad Pammachium,) *nec dum scribere noueram, tremebat manus , tremebant articuli : nunc vt nihil aliud profecerim saltem Socraticum illud habeo: Scio quod nescio: Dicit & Tullius tuus ,adolescentulo sibi inchoata quadam , & rudia excidisse : si hoc ille tam de libris ad Herennium , quàm de Rhetoricis , quos ego vel perfectissimos puto ad comparationem senilis pueritiæ dicere potuit;quantò magis ego liberè profitebor, & illud fuisse puerilis ingenij,& hoc maturæ senectutis* : Et Hieronymi in exponendis Bibliis spiritum egregiè consequutus Alphonsus Tostatus cùm plùs quàm vnquam aliquis se distenderet in veteri enucleando Instrumento , tamen vix vnquam ad tropologiã digreditur: *Quoniam* (ait quæst. 1. in cap. Exodi 28.) *moraliter exponere cuilibet literæ veritatem cognoscenti facile est* : Quòd sit quidem & Historiæ interpretationem planam ille, atque apertam diiudicaret, aut certè non multùm necessariam; nequaquam sanè vir insigniter prudens inter negotiorum plurimos tumultus in non longa ætate , tantùm sibi oneris imposuisset ; cùm vix non furco legendis eius voluminibus vita nobis breuis sufficere videatur.

Historica Scriptura studiosi magnorum ingeniorum sunt.

August.

Hieronym. quanti æstimarit.

Abul.

20. Sed quid moramur historici sensus commendare emolumenta, cùm qui eius subsidijs indigeat, maximè vna sit allegoria : quid enim firmum in ea valeat esse , nisi literæ præiactis robustis fundamentis? Nonne hoc commune documentum , & quod omnes deosculantur Optime & stabilire ? August. tom 3. lib. 8. de Genesi ad literam, c. 7. *At nunc cùm primitus propriè res ipsas intelligere ratio nulla prohibeat , cur non potius auctoritatem Scripturæ simpliciter sequimur in narratione rerum gestarum,res verè gestas prius intelligentes ,*

Historia fundamentum esse omnis bona allegoria.

August.

gentes, tum demum quicquid aliud significant, perscrutantes? Hieronymus, è quo Scripturarum Canones haurire præstat sæpissimè, præfatione nempe ante librum 1. in Isaïam: *Vnde post Historiæ veritatem spiritaliter accipienda sunt omnia.* Et lib. 5. in Isaïam ad illud cap. 13. *Sed sagittis paruulos, &c. Hæc dicimus, non quod tropologicam intelligentiam condemnemus: sed quod spiritualis interpretatio sequi debeat ordinem Historiæ, quod plerique ignorantes lymphatico in Scripturis vagantur errore:* Similiáque lib. 13. in Ezechielem ad illud cap. 42. *Et dixit ad me: Gazophylacia, &c.* Atque in Abdiam ad illud: *Ecce paruulum dedi te, &c. Interpretatione prophetica debemus morem nostrum sequi: vt primum Historiæ fundamenta iaciamus: deinde, si possimus, excelsas turres, & tectorum culmina suberigamus:* S. Gregorius prologo 1. in Iobum, cap. 3. *Nam primum quidem fundamenta Historiæ ponimus: deinde per significationem typicam, in arcem fidei fabricam mentis erigimus:* Anastasius Sinaita lib. 7. Hexameron: *Quamobrem iure quoque Origenem synodica deponens sententia reiecit: oportebat enim primum admittere Historiam, quæ conuenit literæ, deinde procedere ad anagogias.* Moyses Barcepha parte 1. Commentariorum de Paradiso, c. 4. comparat historicum sensum ædium fundamentis; mysticum parietibus, & tecto domus, cæteróque ornatui: Paulus Burgensis additionibus ad prologum 1. Lyræ in sacrum Instrumentum: *Nam spiritualis expositio semper debet habere fulcimentum ab aliqua literali expositione:* Abulensis tomo 4. in Matth. quæst. 29. in cap. 16. *Ratio differentiæ est: quia sensus mysticus semper supponit sensum literalem: necesse est enim, quod qualibet Scriptura habeat vnum sensum literalem, qui est verus sensus illius, & super illum possunt fundari mystici:* Sequuti hos Sixtus Senensis lib. 3. Bibliothecæ, titulo, *De vtilitate mystica, & historica expositionis:* Iansenius præfatione in Psalmos: Hieronymus Lauretus Proœmio in Syluam allegoriarum: Martinez lib. 1. hypotyposeon: Ribera præludio 1. in omnes Prophetas minores, & speciali prologo in Zachariam; & ex Scholasticis quosdam allegans Christophorus Gillius tom. 1. in 1. p. lib. 1. tract. 7. cap. 3. n. 2.

[Margin: Hieron. — Greg. Pap. — Anast. Sin. — Moyses Barcepha. — Burgens. — Tostat. — Sixt. Senens. — Iansenius. — Lauret. — Ribera. — Gill.]

21\. *Historicus sensus deseruiens singulariter ad argumentandum.*

Insuper & historicæ significationis non leue encomium est, quòd ipsa suppeditet robur ad probandas theologicas conclusiones, & fidei articulos stabiliendos aduersùs Paganos quosque, & Hæreticos: vnde S. Aquinas 1. partis, quæst. 1. art. 10. ad 1. *Et ita etiam* (inquit) *nulla confusio sequitur in sacra Scriptura, cum omnes sensus fundentur supra vnum literalem, ex quo solo potest trahi argumentum: non autem ex iis, quæ secundùm allegoriam dicuntur, vt dicit Augustinus in epistola contra Vicentium Donatistam:* Ac quanquam hoc Angelici Præceptoris effatum non ita intelligendum sit, vt significet nullum prorsus ex mysticis sensibus suppeditare disputaturis efficax argumentum; (nam, cùm à Spiritu sancto & ipse sit, commodus quoque est ad arguendum, cùm de eo, qui legitimus sit, constat) attamen id verum est, plùs multò vtilem esse literalem sensum ad contumaces debellandos: imò & de mysticis ille maximè potens est, qui Historiæ coniungitur, ab eiúsque visceribus manat, de quibus paritè noster Gillius loco paulò antè præmonstrato: quamobrem à viro erudito longissimè abesse debeat, vt historicum Bibliorum sensum quoquo modo despiciat, vt qui vel intellectu facilis sit, vel parum afferat emolumenti.

22\. *Mysticorum sensuum inuestigatio summis Interpretibus digna.*

Assero deinceps; mysticorum sensuum disquisitionem opus esse grauissimum, & summo Scripturarum Interprete dignum: nam certè eiusmodi in arcano esse sermone, qui per se, & propriè ad eum spectet, certissimum est, & sanè fide sanctum, vt docet Molina in 1. p. quæst. 1. art. 10. disp. 4. Valentia tom. 1. disp. 1. quæst. 1. punct. 5. §. 3. & reliqui vulgariter: quòd si equidem is *per se* Scripturæ sensus sit; & eundem à Spiritu sancto intentum fuisse operæpretium est, asseramus: nam sicut ille Bibliorum, & diuinæ sermocinationis Auctor est: ita eius sensus principium, qui Scripturam perficit, in ipsáque includitur ex vi institutionis eius; à Spiritu sancto autem originem cùm ducat, vbi de eo constiterit, aut ex Apostolorum reuelatione, aut ex Conciliorum definitionibus, aut ex Patrum & Theologorum consensu; non erit minùs efficax ad argumentandum, quàm sit historicus sensus: siquidem & inde illi robur vniuersum, quòd à Spiritu sancto intentus; Atque sanè in hoc dogma conspirant florentissimi Theologi, artisque plurimùm iuniori in primis Scholæ: eius tutelares modò nominati duo, & cum eis P. Vasquez tomo 1. in 1. p. disput. 16. cap. 4. num. 13. & cap. 5. P. Gillius in eadem 1. p. tomo 1. lib. 1. tract. 7. cap. 5. num. 4. P. Fassolus tom. item 1. in 1. part. dubitat. 6. ad artic. 10. quæst. 1. Ribera in Epistolam ad Hebræos in illud cap. 1. *Et ego ero illi in Patrem, &c.* &. præludio 1. in omnes Prophetas minores, à n. 18. Pereira tomo 4. in Genesim, disput. 7. P. Augustinus Quiros Commentariis exegeticis disput. de sensibus sacræ Scripturæ, sect. 5. & extra nostram Familiam Alphonsus de Castro aduersùs hæreses, lib. 1. cap. 3. Ludouicus de Tena præludio 4. in Epist. ad Hebræos: Antonius Perez in Pentateucho fidei, volum. 3. dub. 12. cap. 5. num. 56. Cùm igitur ex duobus sensibus, ex quibus omnis consurgit Scriptura, & quos Spiritus sanctus sibi præfixit, alter sit, qui spiritalis, & mysticus nominatur; atque hic non solùm conducat ad morum instructionem, ad animam componendam; sed etiam vtilis, qui in aciem proferatur ad debellandas hæreses, ad confundendos paganos: quomodo non mancus censendus sit Bibliorum Explanator, qui in vno tantùm enucleando sensu vires omnes, & ingenium consumit; alio vel derelicto penitùs, vel leuiter examinato?

[Margin: Molina. — Valent. — Mysticus sensus à Spiritu sancto intentus, & efficax ad argumentandum. — Vasquez. — Gill. — Fassolus. — Ribera. — Pereira. — Quiros. — Castro. — Tena. — Perez.]

23\. *Mysticus sensus præstantior sæpissimè historico.*

Accedit his, quòd vbi Christus, & cœlestia Ecclesiæ Catholicæ decora, sensu historico non exprimuntur; sed Iudæorum aut bella, aut captiuitates, aut regna & nuptiæ, quibus refertum est vetus Instrumentum; tum mysticus sensus cui hæc obiiciuntur, ad quæ ille perpetuò fertur, (nam legis finis Christus est, & quæ ad eum spectant,) nobilior longè est, atque præstantior: itaque excellit è duobus: propterea & animæ comparatur à priscis Magistris, Historia corpori, vt quantùm materiam forma dignitate vincat, tantùm excedat mystica intelligentia literali: quo exemplo vsos primos Christianorum Monachos narrator est Philo Hebræus de vita contemplatiua: Eusebius Cæsariensis lib. 2. Historiæ ecclesiasticæ, cap. 16. Andreas, Archiepiscopus Cæsareæ in Cappadocia initio Commentarij in Apocalypsim: Prologus sancti Gregorij, & Richardi Victorini in Cantica, gra-

[Margin: Philo. — Euseb. Cæs. — Andr. Cæs. — Gregor.]

num, atque frumentum vocat mysterium, Historiam paleas, illud rationalium escam esse, hanc iumentorum: alios non paucos superiùs audiuimus comparantes spiritalem sensum pulchriori domus parti, litteram deformiori: Porrò digniorem esse mysticam explanationem Historia ij omnes sentiunt, quos allegauimus numero antecedenti: quibus iungendus Gueuara præfatione in Habacuc; Pineda ad versum 6. cap. 11. Ecclesiastæ, numero trigesimo: Non celabo Pereij verba tom. 4. in Genesim, disp 7. num. 52. *Sed enim* (inquit) *nobilitate, atque vtilitate sensus mysticus vsque eo præstat Historiæ, vt præ huius dignitate perexiguum ille momentum habeat: quin etiam quasi pro nihilo æstimari videatur: equidem cunctanter hoc, & timidè dicerem, nisi haberem Auctorem huius sententiæ, Doctorémque Paulum capite 9. Epistolæ prioris ad Corinthios.* Atque post discussam Apostoli sententiam subiungit: *Non igitur abs re sancti Patres in exponendo sacras Scripturas, atque in erudiendis fidelibus, tam diligentes, tam accurati, quàm copiosi in peruestigandis, eruendis, explicandisque sensibus mysticis fuêre, vt quos scirent à Spiritu sancto principaliter intentos, & ad illustrandam noui Testamenti doctrinam, spiritualésque fidelium vtilitates promouendas maximè accommodatos:* Si igitur mystica significatio illa est, quæ principatum, & imperium vendicat, apparet, quàm egregiè muneri Scripturarum Interpretis is satisfacturus sit, qui dignissimum inter Bibliorum sensus omittit.

Margin: Gueuara. Pined. — Pereira. — *Sancti Patres diligentes in tractādo mystico sensu.*

24. Sed parum est, vt tantis euehant encomiis arcana, atque mystica: stupendum magis, quod literam spiritu vacuam despiciant, neque leuibus quidem mitterent conuitiis: Augustinus tomo 10. serm. 65. de tempore: *Denique infelices Iudæi, & plus infelices Hæretici, dum solum literæ respiciunt sonum, quasi corpus sine anima, ita sine viuificante spiritu remanserunt: nos audiamus Apostolum dicentem: Quia hæc omnia in figura contingebant illis: scripta sunt autem propter nos:* Hieronymus lib. 7. in Isaïam, ad illud cap. 22. *Hæc dicit Dominus*, &c. indignam asserit, quæ domus, aut tabernaculi vocetur nomine, sepulchrum potiùs esse appellandam. Et libro 1. in Oseam, ad illud cap. 3. *Dies multos expectabitis me*, &c. *Et quia virum non habet, non vescitur cibo hominum, frumento, & legumine; sed hordeo irrationabilium iumentorum, ruminans vilitatem literæ, quæ interficit, & non habet spiritum viuificantem:* Atque epistola ad Nepotianum, post relatam Historiam de Abisac Sunamite, quæ Dauidem calefaciebat: *Nónne tibi videtur* (ait) *si occidentem sequaris literam, vel figmentum esse de Mimo, vel Attellanarum ludicro?* Beda prologo in librum 1. Samuëlis: *Nam, si vetera tantummodo de thesauro Scripturarum proferre, hoc est, solas literæ figuras sequi Iudaico more curamus: quid inter quotidiana peccata correptionis, inter crebrescentes ærumnas sæculi consolationis, inter innumeros vitæ huius errores spiritalis doctrinæ legentes, vel audientes requirimus: dum aperto libro, verbi gratia beati Samuelis, Elcanam virum vnum, duas vxores habere reperimus? nos maximè, quibus ecclesiasticæ vitæ consuetudine longè fieri ab vxoris complexu, & cælibes manere propositum est: si nón etiam de his, & huiusmodi dictis allegoricum nouerimus exculpere sensum, qui vi-*

Margin: *Litera nuda sensum, Patres despicere visi.* — August. — Hieron. — Beda.

naciter interiùs castigando, erudiendo, consolando reficit? Ioachimus Abbas lib 1. concordiæ noui, ac veteris Testamenti, c. 1. *Quatenus primò secundùm literam pia instruatur infantia: ac deinde, quod senum est, sequatur mysticus intellectus:* Cassianus collat. 3. cap. 3. *Quædam autem si allegorica explanatione extenuata non fuerint, & spiritalis ignis examinatione mollita, nullo modo ad salutarem hominis cibum sine corruptionis labe peruenient:* Sanctus Damianus lib. 2. epist. 12. ad Desiderium Cardinalem: *Hinc est, quòd in Genesi legitur: Ille est, inquit, Ona, qui inuenit aquas calidas, dum pasceret asinas patris sui Sebeon; Hoc planè, quantum ad literam, vanum videtur, ac friuolum: quid enim ad sacram Scripturam pertinet, vt referat quia custos asinarum aquas reperit in deserto?*

Margin: Ioach. Abb. — Damian.

Atque mehercle, si corticem non transcendamus, nihil aut bellorum, aut aliorum ciuilium euentuum elucidatio distare iudicetur à Liuij, aut Salustij, aut aliorum de profanis, vel Scholiis, vel Annotationibus: Sed producamus iterum præcedentibus vehementiores testes. Nyssenus homil. 1. in Ecclesiasten: *Quid enim curæ est Ecclesiæ exactè, & accuratè discere bellorum calamitates, aut quinam fuerunt gentium Principes & vrbium conditores, & quinam à quibusdam deducti sunt in colonias, & quænam regna deinceps sunt exoritura, & quæcunque matrimonia, liberorúmque procreationes sunt literarum monumentis diligenter mandata: & quæcunque doceri possunt in qualibet Scriptura, quid ad scopum pietatis Ecclesiæ magnoperè contulerint?* Et idem proœmio in Cantica: *Quid enim ad virtutem audituro profuerit, quòd Propheta sit procreatus ex fornicatione? & Isaias ingrediatur ad Prophetissam, si non vltra literæ dictionem procedas id, quod dicitur? Aut quid ad vitam ex virtute degendam conferunt, quæ de Dauide fiunt narrationes, cùm adulterium, & cædes in vnum concurrerint nefarium facinus?* Anastasius Sinaïta libro 4 Hexameron, loquens de luminaribus diei, ac noctis, de quibus Genesis cap. 1. versicul. 14. *Quid autem etiam iuuatur creatura, quod attinet ad literam, ex instauratione, & defectu Lunæ? Quid autem lucri facıat Ecclesia videns eam, quæ dicitur vrsa? Quid etiam Pleiadem vnanimiter ducentem chorum sex stellarum? Alia quoque sunt innumerabiles figuræ, & nomina in astris Firmamenti, ex quibus Ecclesia nihil docetur spiritale ex corporali eorum positura, & motu: si quis autem vim rectè cognoscendi, ac diiudicandi habeat*, &c. Annectamus tantæ vetustatis Patribus vnum de nuperis Sixtum Senensem memorato aliàs libro 3. Bibliothecæ sanctæ, titulo, De mystica, & historica expositione: *Paucula quoque inueniemus* (ait) *in veteribus Historiis, quæ animum oblectent spiritualiter, & mentem pascant, si mysticas expositiones negligimus: sed videbuntur nobis omnia insipida, agrestia, insana, & prorsus diuina maiestate indigna esse, quæ Deus præcipit de agro, de ariete, boue, de vacca rufa, de hirco, adipe, armo dextro, iecore, pectore ventre, cæterisque brutorum intestinis: nihilque grande, nihil sublime, nihil dignum Deo Deus ipse iubere videbitur, nisi huiusmodi sacrificia, quæ vilia, humilia, & à sapientibus huius mundi contemnenda videntur, ad sacrificium Christi retuleris: in carnalibus ergo huiusmodi sacrificiis, nisi mysticum sensum, &* explana

Margin: 25. *Commentationes in Historiā veterum Instrumēti, quæ mystica deserunt, quales censendæ.* Nyssen. — Anast. Sin. — Sixt. Senens.

explanationem recipiamus, videbuntur magis rationabiles Gentilium leges, vel Atheniensium, vel Lacedamoniorum: sed neque ad mores formandos in vniuersum prodesse poterunt veteres Historia, si eas iuxta nudam literam consideremus; quid enim ad salutem iuuat scire antiquorum Iudaeorum bella, & seditiones, si in eis nihil aliud, quam strages, & effusiones sanguinis intelligamus? Quid refert ad pietatem consequendam nosse iuxta literam, quòd Abraham duas vxores, & filios habuit, Ismael, & Isaac? quòd a lacte depulsus sit puer Isaac, quod luserit cum Ismaele? Considerent ergo, qui vetus præsertim Instrumentum exponendum sumpsêre, quàm insigniter de re Christiana promereantur, eò quòd se ab omni allegoriarum genere subtrahant, & in solius Historiæ enodationem incumbant.

26. Verùm fortasse hoc genus exponendi sacrosanctam Paginam ex summis ducibus paucos, vel nullos habuit fautores? Imò certè & ipsum sæculorum Redemptorem, & Ecclesiæ fundamenta Apostolos, qui eo frequenter vsi sunt, vti monstrant Sixtus ad initium lib. 3. Bibliothecæ sanctæ, Ribera præludio 1. ex communibus in Prophetas, num. 18 & 22. Sanè illi, qui primitias spiritus ebiberunt, quos Marcus Euangelista Monasticen docuit, qui à discipulis Christi hauserant, quid optimum esset, quos denique Philo de vita contemplatiua sub Essenorum vocabulo depingit, hi equidem allegoriis inueniendis omninò vacarunt, nempe, quas & animam legis, & medullam appellarent; *Apud illos* (inquit Eusebius lib. 2. Historiæ ecclesiasticæ, cap. 6.) *sacrarum literarum interpretationes sublimi quodam, & allegorico sensu fiunt; nam vniuersam legis Mosaica descriptionem viri illi similem arbitrantur animali, cuius corpus verba nuda, & clara extrinsecùs continere; animam verò diuinum quendam sensum ipsis verbis inclusum (qui sub oculorum aspectum minimè cadit) in se complecti dicunt;* Quantùm autem Doctores Ecclesiæ allegoricos adamauerint sensus, facilè perspiciet qui vel primis labris de eorum fontibus hauserit, & prosequuntur fusè Godefridus Tilmannus Carthusiensis præfatione ad collectas ab eo ex triginta Patribus allegorias; Leo Castrensis disputatione de translationibus sacræ Scripturæ. à cap 46. in tantúmque ab aliquibus processum ex Catholicorum numero Auctoribus, vt non dubitarent affirmare, omissam ferè à veteribus historici sensus enudationem, eò quòd se penitùs spiritali, & mystico sensui addicerent, vt qui animum suauiter recrearet. Sed eo de pronunciato quidnam sentiremus, aperuimus Anteloquio 1. Sectione 6. num. 34.

Christus, Apostoli, eorúmque discipuli mystico vsi sensu. Sixt. Sen. Ribera. Philo. Euseb. Tilman. Leo Castr.

27. Noster Ribera his quidem non aduersabitur, quæ magis ab eo probari neque vno loco demonstrauimus; suggerit tamen aliquid proœmio in Ioëlem, cui respondere necessarium sit; *Ne ergo quærant in hoc libro* (inquit) *quos iam vulgato nomine conceptus vocant, ex verbis singulis sparsim extractos, & secum mutuo non cohærentes, nec vllam verborum propheticorum connexionem, consequentiámque seruantes, prout se se, crebentibus offerunt, & populi auribus plausibiles fore existimantur; etenim hoc scribendi genus nouum planè, & Patribus nostris inusitatum fuisse arbitror, qui vel historicum sensum persequuntur: vel si ille apertior sit, modò ad allegoricum, modò ad moralem excurrunt; sed ita vt locos communes conficere negligant: ea dicant, qua illo Historia velo contecta, siue de Christi mysterijs, siue de morum confirmatione Spiritum sanctum reliquisse iudicant: seruata tamen rerum omnium inter se, & similitudine, & connexione: Hoc Origenem in homilijs in vetus Testamentum, Hieronymum in Commentarijs Prophetarum, Ambrosium in omnibus qua scripsit, Gregorium in pulcherrimis illis libris moralis expositionis: hoc cæteros Patres, Scripturæque tractatores fecisse planè animaduertimus:* Præfatione autem in Habacuc; *Nemo itaque populares conciones à me requirat in Prophetarum enarratione, nemo locos communes.* Prologo demum in Zachariam, cap. 7. *Multi librum aliquem Scriptura exponendum assumunt, non tam vt exponant, nihil enim fere dicunt, nisi quod vbique inuenias: quam vt Conciones sine nomine Concionum venditent:* Hæc optimus Pater, in cuius animaduersionibus duo arrident; Primum, quòd illos vexent, qui quas per multa tempora ad plebem Christianam habuerunt Conciones, cùm seorsim multa & cum laude, & cum audientium fructu edere possint, malunt assuere alicui ex sacris voluminibus. vbi, cùm nihil afferant, quod ad historicum aperiendum sensum conducat, post breuissimum literæ examen, illúdque ipsum mutuatum ab aliis, & in compendia indiligenti cura redactum, ei omnium longissimas exhortationes; vt quid enim Bibliorum se declarationi ingerunt, si laborare non est animus, & parem in literæ eruendis arcanis industriam ponere cum mysticorum sensuum studio? Operæpretium est, assimiletur vtraque expositio, & sibi mutuò respondeat, quò Lector intelligat, scribentem vtranque suggerere explanationem, non vt apud populares laudem captet; sed vt placeat eruditis, qui mancum norunt interpretationis genus, quòd non vtrunque sensum æquali cum honore, certè adhibita ab Auctore omni diligentia, tractet: Secundò, quòd taxet eos, qui & ordinem rerum, & cohærentiam negligunt, & œstro quodam impatienti paginas adimplendi coaceruant vulgaria quæque absque delectu, & methodo; Cæterùm his amputatis vitiis, aut Conciones, aut locos communes (quando ita placeat nominare) disponere; neque consuetudini, quam Patres Ecclesiæ obseruarunt repugnat; neque labor est aliquo modo triuialis, sed qui egregiam supellectilem omnifariæ doctrinæ postulet, insuper & acumen ingenij plurimum.

An conceptus, & locos communes formare liceat Scripturarii interpreti. Ribera.

Historica & mystica expositio debet esse pari conatu elaborata.

Ordinis, & methodi cura habenda multa.

Nam certè nos locos communes, aut homilias vocamus, iuxta quod prosequimur institutum, cùm post impigrè discussum Historiæ sensum, ex mysticis sensibus iis, qui de literæ trunco pullulant, assumitur thesis aliqua, atque hæc multo cum vinculo, atque ordine, probatur aliis consimilibus Scripturarum locis aggregatis, vocatis & in testimonium Patribus, sumpto argumento à versionum diuersitate, allatis nonnunquam, quæ apud Ethnicos grauiora sunt: denique producta expositione viuida, spiranti, à vulgi conceptibus remotissima: quem non eruditorum hæc deceant? Sanè hominem esse plurimæ, atque exquisitæ lectionis oportet, in omni Scriptorum genere non mediocriter versatum, qui hæc pro sufficientia præstat; atque tantas post comparatas diuitias, & memoria polleat valenti necesse est, & discursu acri: Quare opus esse infinitæ penè molestiæ, & quòd etiam, virtúque desideret, ingenuè idem admisit Ribera præfatione in Haba- 28.

Conceptuum studium decet eruditissimos quosque. Ribera.

euc, & experientia satis quotidiana edocet; nam & præclarissima torquentur ingenia, si modò ad eas, quas significauimus, attendant conditiones; Sed, quæ hæc est nostra amentia despicientium Christianas disciplinas? Nam, vt taceam incredibilem vtilitatem, quam huiusmodi lucubrationes Ecclesiæ afferunt (suppeditant enim Oratoribus catholicis materiam, vt è loco publico, de vitiis, & virtutibus, de æternaturis suppliciis, de gaudio perenni, de Christi maiestate, de Sanctorum triumphis disserant) quamobrem tanti facimus, si Criticorum aliquis notas ad Liuium, Salustium, Tacitum, edat? vel Maronem, Senecam Tragœdum, Statium, Martialem animaduersionibus locupletet? & aliquando fusiùs excurrat in veterum ritus, siue de ludis agat, aut Græcorum, vel Romanorum, aut de militia, vel Reipublicæ forma? & non tantis saltem encomiis afficimus, qui varia themata ex Bibliorum visceribus deprompta omni etiam eruditione illustrant? Nam, quid aliud priores illi faciunt, quàm si de victoria exempli causa agant, hinc inde conglomerare ex veteri historia, quibus id, quod confirmandum assumpserunt, stabiliant? Et quoniam apud Polybium, Xenophontem, Thucydidem dispersa in vnum collegerunt, laudibus vsque in cœlum euehuntur; At paria, & in suo genere ecclesiastici, siue Oratores, seu Interpretes præstant quoque; nam & deuotio toto Bibliorum corpore, exhaustis summo cum labore Patribus, euolutis ipsis illis Gentium, & Philosophis, & Historiæ conditoribus, & Poëtis, ex vniuersis demum probationem conflant, qua nihil iucundius, si rerum varietas consideretur; nihil difficilius, si multitudo lectionis perpendatur; nihil sublimius, si quorum gesta celebrentur, examinemus; nihil denique vtilius, aut humine dignius, si quem in finem suscepta diligentia tendat, auscultemus.

Conceptuum vtilitas magna.

29. *Loci communes morales, an à Patribus vsitati?*

Tantùm illud superest de scrupulis; Ecclesiæ priscos Doctores, à quibus æquum est hauriri, qualis esse debeat germana Scripturarum explanatio, huiusmodi locis communibus non fuisse vsos; Concedo quidem istud; nihil tamen fecisse primos eorum locorum Auctores affirmo, quod vel Patribus aduersaretur aliquo modo, vel displicere eorum amantibus vsquequaquam possit: Nam certe, vt dicebamus Sectione 1. Theologicas difficultates non seorsim discusserunt Patres, sed oblata occasione interserebant, aut de incarnatione, aut de Trinitate, aut de gratia, vel Angelis sermones, & multoties breuiter solùm; Verùm hæc apud illos dissita, & incompaginata subsequentes Doctores Petrus Lombardus, Alensis, Bonauentura, Scotus, Aquinas in locos communes redegerunt, in ordinem, formámque stabilem, vt cuique deinceps expeditum fuerit, quæ ad vnam materiam spectabant, ea collecta reperire; At num ista agendo à Patribus recesserunt? Imò verò pergratum aliquid ipsis Ecclesiæ luminaribus fecisse, nepotibus perutile cuncti iudicarunt; In similem igitur modum quamuis Patres, aut Alphabetis non vterentur, aut non vnum aliquod Theorema sibi proponerent, quod vndique accersitis variis probationibus locupletarent; iuniores, si quod ab eis omissum fuerat peragant, haudquaquam existimandi sint Doctoribus antiquis contradicere, quin potiùs id præstare, quod ex mente Doctorum esse facilè præsumatur; Quamobrem encomio digni sunt, eam qui prouinciam susceperunt, ex quibus plerique de nostris; Viegas, Barradas, Magallanius, Salazarius, Mendoça, Ioannes Antonius Velasquez, Benedictus Fernandez; nam hi post absolutam affabrè historicam explanationem, diffundunt se non minori cum eruditione ad tropologicas considerationes.

30. *Conceptuum qualis debet esse vsus Oratori Christiano?*

At eiusmodi subtiles discursus animas non mouent; gloriam scopum habent, non lacrymas deflentium peccata; Et quî possit vulgus percipere, quæ non rarò bona quoque ingenia fugêre? Respôdeo, periti Ecclesiastę munus esse, ex duris, solidisque cibis mollem escam facere; certe arduis plana intermiscere, vt omnis auditor habeat, vnde pascatur; nam, quorsum audeant asserere conceptibus non esse vtendum, nec reuelanda mystica Bibliorum arcana? Vt quid enim illa Spiritus sanctus Scripturis incluserit, nisi in commoda fidelium? quo autem pacto fidelibus salutaria esse valeant, nisi exponantur ab Oratore Christiano? Studeat, laboret, meditetur Ecclesiastes, & inueniet ditissimam sacrarum rerum supellectilem, quæ cùm sapiant acumen; ab Auctore tamen vtpote gnauo Architecto eam receperint lucem, vt valeant & qui non lyncei sunt; In primis verò curam adhibeat maximam, vti post roborata ethica documenta duobus tribúsve Scripturæ exemplis ad suadendum pergat, & exclamet validè aduersùs iniquitatem, atque malitiam; hîc totus inardescat zelans pro Domino exercituum; terreantur ad sonitum vocis eius muti quodammodo parietes, arescentibus hominibus præ timore iræ, quæ ventura est, & quam tam feruidè denunciat; Ita certè Concionatorum decus, & speculum egregium Chrysostomus, nam primùm orditur ab explanatione diuinæ paginæ; hanc postquàm iuxta historicum, & mysticum sensum, & nouiter, & ingeniosè illustrauit; tum more rapidissimi fluminis cum impetu decurrit, atque æstuat in peccatores; Sic in homiliis ad populum Antiochensem, atque singulariter dum Paulum interpretatur; vt non sit operosum, credere de Apostoli spiritu epotasse; neque ab eo discrepant cæteri Patres, quorum exhortationes semper acutæ sunt.

SECTIO IV.

Exaggerationes Concionatorum; distortæ, & impropriæ expositiones; nonnihil de accommodatio sensu Scripturarum; à Spiritu sancto?

DIcturi sunt, qui mysticorum sensuum videntur osores, stomachari se, non contra 31.
eos, qui aut tropologiam, vel allegoriam sectantur moderatam, & grauem, & in primis Historia fulcitam; sed aduersùs temerariam quorundam licentiam, qui pro arcano, & mystico sensu venditant imposturas, & ignoranti imponunt turbæ, nescio quibusnam vanissimis exaggerationibus, aut violenta, contemptáque locorum interpretatione, plané in despectum sacræ nostræ religionis, Bibliorum ludibrium, vt cogantur viri solidè docti,

docti [illegible] zelo maiestatis diuinæ p[illegible] inc[illegible] ut, [illegible] cere [illegible] au-di[illegible] in tactionem, nisi perpend[illegible] vita est [illegible] natum, nihilque esse ta[illegible] qu[illegible]d non sordibus mali adsp[illegible]. Huius libri ergo, qui'd illotis manibus ad S[illegible] pergant, quoniam aut Theologiæ m[illegible] l. vel libarum sane, aut vt in scholasti[illegible] [illegible] quandiu, extrua tamen cum laude vertu [illegible] iam in discutiendo Bibliorum [illegible] sensa diligentiam posuerunt, & [illegible] fundam[illegible]to careat allegoria, fit, vt elumbis, v[illegible] , difficilè prodeat. Vtinam non & cum hac tam enormi in[illegible] [illegible] incedi[illegible] copularent! Certè i[illegible], quoties volumen quodcumque in publi[illegible] exit, primi Aristarchi; illi, a quibus oracula expectantur; quorum iudicio aut stat, aut labitur eruditorum nomen: At cui vnquam peperit virulenta lingua? quem omiserunt proscribere & damnare? Omnis apud eos in corrupt[illegible] liber. Dicam certè ob hoc felices clarorum virorum lucubrationes quæ si talibus non [illegible] eruditæ haud esse possi[illegible]; Denique [illegible] de quib[illegible] Hieronymus ad Paulinum [illegible] *adde[illegible] sint eccliographia* [illegible] *circuli de sacris literis philosophantur, &* [illegible] *dicunt, proh pudor* [illegible] *feminis, quod* [illegible] *& ne parum hoc sit, quadam facilitate verborum,* [illegible] *edisserunt aliis, quod ipsi non intelligunt, Taceo, qui si forte ad Scripturas* [illegible] *post seculares literas venerint, & sermone compo[sito] aures populi mulserint; quicquid dixerint, hoc legem Dei putant, nec scire dignantur, quid Prophetæ, quid Apostoli senserint; sed ad sensum suum inco[n]grua aptant testimonia, quasi grande* [illegible] *& non vitiosissimum docendi genus, deprauare sententias, & ad voluntatem suam Scripturam trahere repugnantem;* Sanè, quoniam & istiusmodi hominum genus, quod gloriæ, qua indignissi[m]um est, supra modum auidum, nonnunquam scribendo memoriam sui, & ad longinquas nationes, & ad posteros transmittere audet; iuuaret [illegible], vt quibus id incumbit oneris, diligentissimè examinarent publicanda; eoque magis, quod raro Latino charactere donant cogitationes; nam hoc vel [illegible] saltem à vulgi absconderentur oculis, neque essent tanto offendiculo, cùm paucorum tererentur manibus.

32. Verùm, sicut nimia licentia iustè reprehendenda est, cùm aut exaggerationes sobrietatis, & temperantiæ prætergrediuntur limites, aut expositiones sacrorum verborum ridiculæ, i[illegible] prtæ, extortæ apparent; sic n[illegible] nis libertas taxanda est in Concionatoribus, Id ægrum fuerit persuadere viris, qui omnem æ[illegible] tem in Scholarum pressis disputationibus con[illegible] runt; vellent enim singula rigidè, & ad vnguem discuti, & odere laxam doctrinam; Sed in hoc labuntur vitium illi tantùm, qui non [illegible] is in Patrum lectione versati sunt; nam si hos euoluer[illegible] cum delectu, animaduerterent facilè alio, eoque diuerso vti stylo, quando vel cum Iudæis, vel cum Hæreticis, aut Gentium Philosophis manus con[ser]unt, atque cùm ad plebem catholicam verba faciunt, vel in detestationem vitiorum, aut in virtutis fauorem; nam apud fidei inimicos vtuntur semper vel historico sensu, vel mystico eo, qui ad arguendum commodus est, atque literam sapit, senten-

Exaggerationes quæ permittendæ.

Hieron.

[illegible] s, atque verbis cancellos adhibent [illegible] agunt; apud Christi autem alumnos ardor[illegible] ho-[illegible] extendunt se, & [illegible], hyperbolis quandoque admit[illegible], vt sit quàm maxima germ[illegible] Historia; verum [illegible] dulge[illegible] & sibi, & auditoribus, quos volunt propitios habere. Hanc Patrum consuetudinem in[illegible] aiunt Rib[era] in proœmio in omnes Prophetas 1. num. 18. Acosta de Christo reuelato, libro 1. cap. 8. Possevinus selectæ Bibliothecæ lib. 2. cap. 4. Gabriel Aluarez in cap. 1. Isaiæ, num 94. Sixtus Senensis suæ Bibliothecæ lib. 6. annotat. 152. cuius non gr[auab]or verba referre; *Aduersus huiusmodi r[atio]n[e]s meminisse oportet, quod & alibi sæpè monuimus; non esse Concionatorum verba semper eo rigore accipienda, quo primum ad aures auditorum perueniunt, multa etiam de[c]lamatores, per hyperbolem crebro enunciant, & inculcant; vel occasione locorum, temporum, & personarum adducti, vel affectuum impetu, & orationis cursu rapti; Hoc interdum Chrysostomo con-*[illegible] *pot*[illegible] *argumento loquenti, si*[illegible], *cum animaduerteret,* &c. Atque eundem [illegible] vetustus Auctor Moyses Barcepha opi[illegible] quandam de ligno scientiæ boni, & [illegible] excusauit; is inter Scriptores Bibliothecæ [illegible] tertiæ editionis, tom. 1. Comment[illegible] suorum de Paradiso, part. 1. cap. 1. *Sed obiiciat fortasse aliquis, hunc ipsum Gregorium, qui in oratione de Christi Natali, eam arborem cognitionis boni* [illegible] *mali mysticè interpretatur, meditationemque* [illegible] *dicit: atque ille duplicis conditionis Paradisum esse non ignorauit, & proinde arborem illam interdum pro re ipsa, interdum mystico sensu interpretatum est; quod præ*[illegible] *eo sermone, quo Natales Christi celebrabat, sibi putabat faciendum, nam cum enim sibi illic scopum proposuisset, vt populum doceret; non corporum sed animorum rationem in sacris concionibus, atque pompis habendam esse putauit.*

Sed & illud animaduertere præstat summoperè, Tropologiam Historia liberiorem esse, diffluentem esse, laxisque habenis, & aperto campo gaudere; ac quanquam id communissimum est, vt vera atque legitima ea sit allegoria, quæ literæ consociatur, ad eamque approximat, vt si Historia luctuosa sit: & mysterium subtristes vultus inducat; si læta & gaudens, hæc alacris quoque appareat; sed contingere tamen aliquando, vt germana etiam Tropologia Historiæ contraria euadat; quapropter multo lumine, & accurata opus sit consideratione ad dignoscendam g[er]manam Tropologiam; Sed percipiamus etiam vtrunque articulum ab Hieronymo, quanuis & in superioribus alterum tetigimus membrum; ille quidem ad cap. 1. Habacuc, cùm secundum Historiæ naturam, quæ terrorem incutiebat, debuisset asperam, & formidabilem Tropologiam formare literæ aduersantem, mitem nempe, atque benignam effinxit: *Cernitis* (inquit ad illa: *Quia ecce ego suscitabo Chaldaeos*, &c.) *quam confragosa loca sint, & aduersa Historia veritati! & quomodo ea, quæ secundum literam super Chaldæis interpretati sumus, nunc iuxta Tropologiam videantur sonare clementiam, & libertatem eorum, qui de Chaldaeorum manibus euaserint? Historia stricta est, & euagandi non habet libertatem, Tropologia libera est, & his tantùm legibus circumscripta, vt pietatis sequatur intelligentia, sermo-nisque* 33.

Patres quandoque [illegible] *& con*[illegible] *ere*[illegible]

Rib[era]. Acosta. Possevin. Aluarez. Sixt. Sen. Moyses Barcepha.

Regula Tropol. in aliquando contraria Historiæ. Hieron.

ni que contextum; nec si re[illegible] multum vere [illegible] contrarius [illegible] sit [illegible] laudu, Sanè & in hanc conspirare sententiam [illegible] quibus considerantia est, rem malam posse [illegible] bonæ; & è conuerso, [illegible] quod bonum est repræsentari nonnunquam [illegible] in hoc quotie[illegible] euenit, toties [illegible] historiæ contrariam apparere Tropologiam, P[illegible] eius dicti & multos, & bonos Patronos [illegible] Anteloquio 1. Sectione 2. num. 14. In exaggerationibus, & modo, & prudentia opus est multa, non tamen vniuersa in hoc genere de[illegible] sunt, cùm & ipsa Scriptura hyperbolem non nunquam inserat, vt docet August. lib. 16 de Ciuitate, cap. 21. Abulensis exemplis probans quæstione 44. in cap. 32 Exodi, de quo loquendi genere Seneca lib. 7. de beneficiis, cap. 23. *In hoc omnis hyperbole excedit, vt ad verum mendacio (dicerem potius ad nostrum scopum, exaggeratione) venias, itaque ille, cum dixit; Qui candore niues anteirent, cursibus auras; quod non potest fieri, dixit, vt crederetur, q[illegible] plurimum po[illegible].*

Repræ[illegible] hyperbole vtitur.

August.
T[illegible].

Senec.

34. Contingat autem E[illegible] Scripturas non raro ita exponere, vt neque historico neque mystico sensu locus sup[illegible], quoniam expresso de mente Spiritus sancti haud[illegible]quam est, attamen eiusmodi impropriam interpretationem al[illegible] tertius sustinebit sensus, quem accommodatitium nominant, & [illegible] in eo [illegible] sit[illegible], vt [illegible] extensionem quandam applicantur verbi[illegible]; Itaque, [illegible] quandoque stri[illegible], quoniam illam neque literaliter, neque mysticè dicunt, si tamen & p[illegible], & grauitatem spirent, tantùm non vi[illegible] digna sunt, vt encomium mereantur; [illegible], vt clari volunt Scholastici eo [illegible]nendi, aut potius adaptandi Scripturas genere, & ipsa diuini volumina, & sancta Mat[er] Ecclesia in Diuorum Officiis, & Concilia vsa sunt, Patres autem creberrimè, Ambrosius in funereis orationibus præsertim Bernardus quaque pagina Gilebertus in Cantica; Diogo Holitensis & alij non pauci; Legendus P. Vasquez tomo 1. in 1. part. disputatione 14. cap. 1. P. Valentia tom. 1 in S. Thomam, disputatione 1 quæst. 1. puncto 5. 3. P. Acosta fusè lib 3. de Christo reuelato, à cap. 6. P. Tannerus tomo 1. in 1. part. disputatione 1. quæstione 5. dub. 2. assert. 4. Antonius Perezius Benedictinus in Pentateucho fidei, volum. 3. dubio 12. num. 15. Bonfrerius prælo[quiis] in Scripturam, cap. 20. Sectione 7. Scio, omnes illos contendere, hunc sensum nequaquam ex iis esse quos sacer intendit Scriptor; sed ex analogia solùm, & proportione quadam adaptari: proinde neque vi[illegible] esse ad argumentandum; atque ideò Patr[illegible] vsos in exhortationibus ad plebem Christianam; Fuerit ita quidem [illegible] hoc nostri par[illegible] interest, tantùm d[illegible] persuadere eiusmodi sensum esse [illegible] grauissimo, sapientissimoque quoque viro dignus, qu[od] lubentissimè agno[sc]imus; proinde non est cur statim excandescant auditores, si minùs propriè exponat quædam de loco aliquo Concionator: si [illegible] eum ea compungere valeant, & animabus medelæ esse, putent loq[u]i illum saltem iuxta accommodatitium sensum, vt nequeat aut historicus, aut mysticus æstimari.

Accommodatitius [illegible] quæ [illegible].

Vasquez.
Val[entia].

Acosta.
Tanner.

Ant. Perez.
Bonfrer.

Impropria Concionatorum expositiones [illegible] accommodatitij sensus [illegible].

35. Equidem, si verum id est, quod P. Vasquez [illegible] ratio insinuat verba illa ex Apocalypsi Ioannis cap. 11. vers. 4. *Hi sunt duæ oliuæ, & duo candelabra in conspectu Domini terræ [stantes]*; accommodatitiè vsurpata à Ioanne sensu[illegible] & adaptata [illegible] testibus de quibus [illegible], quæ à Zacharia [illegible] dicta sunt cap. 4. de candelabro, aut oliuis: non [illegible] sensum, quem illa verba habeant ex [intent]ione Euangelistæ, qualicunque [illegible] nomine afficiatur, à Spiritu sancto esse, imo necessarium omninò appareat hoc asserere: alioquin, si in Scripturis aliquis extitat sensus, quem non intenderit Spiritus sanctus, sed ex suo [ing]enio Euangelista, quatenus Doctor specialis, pepererit igitur non tenemur credere omnia, quæ in sacris voluminibus leguntur canonica esse, atque de fide: nam illud solum canonicum est, quod Deus loquutus sit per os, aut Prophetarum, vel Apostolorum, siue Euangelistarum: atqui non omnes sensus per hos [illegible] Numen: sed ipsi quædam aptarunt iuxta accommodationem: igitur non erunt canonica vniuersa, atque de fide, cùm non obtineant, vt Dei verbum, & loquutio sint: Quamobrem Valentiæ, atque Tannero potiùs assentimur, vbi [illegible] allegauimus, eos, iud[icant] [illegible], nihil citari ab Euangelistis, aut Apostolis ex veteri Fœdere, [illegible] secundùm literam, vel allegoriam: At Scripturæ [illegible] ille sensus est, qui [illegible] in fine[illegible], vt d[illegible] præfato §. Valentia ex Augustino, libro de doctrina Christiana 1 cap. 16. Bern[ardus] quoque addidisset serm. 51. in Cantica, In hunc ver[illegible] tendit quoque sensus ac[illegible] mod[illegible], nam, si charitati fauere desinat, ab ore Christiani Ecclesiastæ repudiandus est: Erit itaque germanus Scripturæ sensus: quòd si talis quidem, & à Spiritu sancto proculdubio intentus: nam hic conditor omnium sensuum, qui Scripturam constant, atque certè cur [non] dignum existimetur, vt Spiritum sanctum Auct[orem] habeat id, quod pietatem auget, religionem [illegible]: Respondeo, dupliciter p[osse] loqui ad nos Spiritum sanctum; vel prout verb[a] [illegible] & [illegible]ant, siue propriè, seu metaph[oricè], & tunc erit sensus ille verborum historicus, vel significando per res, de quibus ad literam [illegible] cinatur aliud quasi per symbola, & hieroglyphica: & tunc erit mysticus sensus. exceptis his duobus modis aliter non appareat, vt loqui possit Numen, scilicet, accom[mo]dando nam h[ic] ipso quod intendat Deus, vt taliter repræsentet & significet, iam non erit accommodatitius: sed verus, & proprius sermo ipsius, cu[m] sit illud, quod ver[è] & per se intendat repræsentare: Dicetur fortasse loqui metaphoricè: sed h[o]c non demit: quominus prop[riè] loquatur: At verò nos possumus alterius o[ratio]nem transferre ad hoc, aut illud. & quamuis respectu principalis dicentis non sit vera & germana loquela, quoniam hoc nequaquam intendit ille: comparatione tamen ad nos genuina erit loquutio: quoniam nos illud verè, & ex animo sp[ond]imus: Quare & principalis loquentis in accommodatitio sermone sensum destituimus, sumentes verba solùm, quæ nobis arrident: quod non liceat tamen perpetrare respectu germani Scripturarum sensus, vt docet Acosta libri superius indicati cap. septimò, atque octauo.

Ac[commoda]titius sensus an à Spiritu sancto.

Apoc. 11.
Zach. 4

Apostoli, neque Euangelistæ [illegible] accommodatio.

August.

SECT. V.

SECTIO V.

Quo temperamento vti debeat Catholicus vel Scriptor, vel Ecclesiastes in allegandis Gentilium effatis? Exodi locus tractatus, item Deuteronomij difficilis quæstio & noua de quatriduano Lazaro.

36. EXistimo in primis, siue quis exaratis voluminibus homiliaria contexat, ethicósve discursus explanatæ literæ associet, seu ad populum fidelem de suggesto verba habeat, vtrumque debere cum parcimonia ex Paganorum monumentis decerpere, atque ea solùm, quæ philosophicè dicta sunt, & sapiunt de Christiana lege, in publicum afferre; nam sanè, quòd ab Ethnicis mutuentur probationes, necessitate haud vllo pacto adiguntur, cùm Scripturarum ager sit fertilissimus, & qui cum prodigalitate satiare bonos colonos consueuerit; sin autem ornatus causa adducant nonnulla, modum elegantiarum amorem habere oporteat, ne si mensuram excedat, auditores exigua commoda referant, arbitretur verò imperitus Lector, propterea Scriptorem ad Ethnicorum tam sæpè recurrere thesauros, quòd & Bibliorum, & Patrum sterilis, & infelicior sit campus; Verùm doceat nos Clemens Romanus lib. 1. apostolicarum constitutionum, cap. 6. *Nam, quid in lege desideras, vt ad illa Gentilium scripta animum velis appellare? siue enim Historias legere cupias, habes libros de Regibus; siue Sophistica, id est, quæ arguté ad sapientiam referuntur, & Poetica; habes Prophetas, Iob Prouerbia; in quibus plus acuminis, quam in omni Poesi, & sapientia Sophistarum reperies, quod is, qui solum sapiens est, illa effatus est; siue cantilenas expetis, habes Psalmos; siue vetustas rerum origines, habes Genesim; siue leges, & præcepta, habes legem Domini celebrem;* Sed quàm diuinè Augustinus libro 2. de doctrina Christiana, cap. 41. *Quantum autem minor est auri, argenti, vestisque copia, quam de Ægypto secum ille populus abstulit, in comparatione diuitiarum, quas postea Hierosolymæ consecutus est, quæ maximè in Salomone Rege ostenduntur; tanta sit cuncta scientia, quæ quidem est vtilis collecta de libris Gentium, si diuinarum Scripturarum scientiæ comparetur: nam quidquid homo extrà didicerit, si noxium est, ibi damnatur: si vtile est, ibi inuenitur: & cum ibi quisque inuenerit omnia, quæ alibi didicit, multo abundantius ibi inueniet ea, quæ nusquam omninò alibi: sed in illarum tantummodo Scripturarum mirabili altitudine, & mirabili vtilitate discuntur:* Ambrosius autem præfatione in Lucam ad initium; *Nam, licèt Scriptura diuina mundanæ euacuet sapientiæ disciplinam, quod maiore fucato verborum ambitu, quàm rerum ratione subnixa sit: tamen si quis in Scripturis diuinis etiam illa, quæ miranda illi putant quærit, inueniet:* Quando igitur beati illi libri ab ore Dei emissi cuncta subministrent; quæ cupido effrænis est Christianam exhortationem, Gentilium, aut carminibus & scriptis resarcire? Splendide S. Cardinalis Damianus sermone de Natiuitate; *Olim mihi Tullius dulcebat, blandiebantur carmina Poetarum, Philosophi verbis aureis insplendebant, & Sirenes vsque in exitium dulces meum incantauerant intellectum: lex Prophetæ, Euangelium, Epistolæ, & omnis gloria sententiarum Domini mei, & seruorum eius, aut parua videbantur, aut nulla: nescio modo quid dulcius immurmurat Filius Iesse, qui vario sermonum, & sententiarum concentu omnes illos, quos diligere consueueram, ineloquentes reddidit, & mutos:* Quamobrem nos in tractatione mysticorum sensuum abstinuimus libenter à congerendis Ethnicorum dictis, quæ raró, & modicè allegamus.

Nihil tam elegans & comptum in Scriptis Ethnicorũ, quibus non præstantiora in Scripturis. Clem Rom.

Ad mysticos sensus parua vtilitas librorũ Ethnicorum.

August.

37. Existimo iterum, cùm ea Scripturarum loca explananda sunt, non quæ ad fidei confirmanda dogmata valeant, & Theologiæ deseruiant; sed quorum historicus sensus, aut de bellis agunt, aut de matrimoniis, aut de fundis, & domibus, aut de vario Gentium vsu in conuiuiis, in vestibus, in plurimis ad Rempublicam spectantibus, aut quæ de more veniunt inter mortales; eiusmodi historicum sensum absque profanæ literaturæ subsidiis non posse pro dignitate declarari; & cùm veteris singulariter Instrumenti omnis penè litera eiusmodi sit, eum, qui egregiè interpretaturus sit, debere instructum esse à varia, selectáque & Philosophorum, & Poetarum, & Historicorum lectione, vt possit, quoties necesse sit (opus autèm erit frequentissimè) lucem afferre rebus dubiis, & obscuris, exornare clariores, consentiunt nobiscum Salmeron tom. 1. prolegom. 17 Posseuinus lib. 2. Bibliothecæ selectæ, cap. 6c. Acosta lib. 2. de Christo reuelato, cap. 8. Delrius præfatione ad tragœdias Senecæ Pineda in Iobum præfationis cap. 8. num. 7. P. Valentia in 2. 2. disputatione 1. quæstione 2. puncto 7. § 4 Pererius disputatione 16 in cap. 12. Exodi, num 89. Lorinus ad versum 22. cap. 5. Actorum. & rursum ad versum 28. cap. 17. Ribera procemio in Haggeum: Barradas itinerario filiorum Israël lib. 3. cap. 2. numero 4. Martinus de Roa ad initium singularium locorum, in ratione operis: Fortunatus Scacchus 1. Myrothecij præfatione ad lectorem: & Pagninus lib. 1. Isagogæ: capite 14. Martinez lib 1 hypotyposeon, cap. 14. P. Lopez de Montoia controuersiis introductoriis ad sacras Scripturas, controuers 18 Rodericus Dosma Delgado de auctoritate sacræ Scripturæ libr. 3. cap 2. & 3. Fuluius Vrsinus ad triclinium Romanum Ciaconi, epistol. ad Sixtum V. Gueuara præfatione in Habacuc, cuius est hæc oratio; *Sunt enim* (inquit) *plurima loca per diuinas Scripturas sparsa, quæ nisi ex Gentilium Historijs, aut ex fabulis, & figmentis eorundem, ex vetustis dicendi modis vulgaribus, ex priscorum hominum moribus obsoletis, & antiquatis tandiu, nullo pacto possint intelligi, nulla via penetrari queant; agebant Scriptores diuini vsitatis suo sæculo phrasibus, communibus vtebantur prouerbijs: consuetudines ea ætate notissimas, si quando in sermonem inciderent, obiter, & in transitu perstringebant: taxabant sui sæculi mores, & superstitionem Gentilium multifariam cauebant suis: regiones, atque situs locorum exoletis appellabant nominibus, & ad primam partitionem describunt; Historias prætereà, aut præteritas, aut ex occasione narrabant, aut in proximo plerumque futuras, & venturas vaticinabantur: ethnicorum vana figmenta, causis de pluribus referebant: qui notitiam, & cognitionem istorum, à veteribus*

Eruditionis humanæ multiplex necessitas ad historicum sensum veteris præsertim Instrumenti.

Salmeron. Posseuin. Acosta. Delrius. Pineda. Valentia. Perer. Lorin. Ribera. Barradas. Roa. Scacch. Pagnin. Martinez. Lopez. Dosma. Vrsin. Gueuara.

veteribus monumentis Gentilium, quando apud fideles non extant, incuriosus non exquisierit, sagemosius delirare cogetur; Speciatim verò de hoc Salomonis Epithalamio noster monuit Sanchez prolegom. 12. *Primum itaque, qui horum Canticorum idoneus lector esse velit, afferat oportet, eruditionem variam, tam à sacra, quàm à profana literatura, si modo velit vtilem operam nauare euoluendo, atque extricando cortici, in quo, neque vulgaris latet eruditio*; Sed & ipse Gueuara, cùm incidisset in versum 8. cap. 4. Canticorum: *Veni de Libano, sponsa*, &c. ad cap. 2. Habacuc, num. 318 non potuit se continere, quin moneret legentem, inquiens; *Locus sanè non tam salebrosus, ac cacus; sed inuius quoque, & impenetrabilis his qui literas humaniores fastidiunt, ac perinde absque ductu veteris auptiarum, & connubiorum ritus pratergredi, atque penetrare tentauerint.*

Sanch. Cant. carmen vt intelligatur profana eruditionis notitià postulat.

Gueuara.

38\. Nos hæc cùm perpenderemus, conati sumus in hoc Canticorum Propylæo oblata hactenus occasione lucem afferre absconditis Scripturarum locis ex profana eruditione; id ipsum conabimur & in posterum Numine propitio: non tamen aliquo modo scopus est vt ex illis videamur, qui in humana literatura multùm studij posuerunt; nec enim infantiam nostram celare animus est, qui pauca possumus; sed ne defuisse omninò iudicemur interpretis officio; Itaque, vbi Scripturæ elucidandæ deseruimus, cætera ad Criticos, & humanè eruditos remittimus, quorum munus ex instituto declarare, quales fuêre veteribus profani ritus. Theologo sufficit libare, vltrà si quidquam præstet, beneficium hoc est, non necessitas: Sed à quibus tandem didiscimus, vt eum faceremus in modum? Certè ab amplissimis inter Ecclesiæ Patres; duo autem sunt Bibliorum celebratissima loca, in quorum explanatione allegoriam in fauorem pronunciati accommodant nostri; vtrunque prosequemur Auctorum propriis verbis; Primum suppeditat Exodi c. 12. dum narrat, Israëlitas petiisse ab Ægyptiis vasa argentea, & aurea, vestémque plurimam, quæ omnia asportauerunt secum, de quo sano, atque prudenti furto August. lib. 2. de doctrina Christiana, cap. 40. *Nónne aspicimus, quanto auro & argento, & veste suffarcinatus exierit de Ægypto Cyprianus Doctor suauissimus, & Martyr Beatissimus? quanto Lactantius? quanto Victorinus, Optatus, Hilarius? vt de viuis taceam, quanto innumerabiles Graci? quod prior ipse fidelissimus Dei famulus Moyses fecerat, de quo scriptum est, quòd eruditus fuerit omni sapientia Ægyptiorum: quibus omnibus viris superstitiosa gentium consuetudo, disciplinas, quas vtiles habebat, nunquam commodaret, si eas in vsum vnius Dei colendi, quo vanus idolorum cultus extingueretur, conuersum iri suspicaretur; sed dederant aurum, & argentum, & vestem suum exeunti populo Dei de Ægypto, nescientes, quemadmodum illa, qua dabant in Christi obsequium redderentur; illud enim in Exodo factum sine dubio figuratum est, vt hoc præsignaret*; Idémque consimiliter libro 22. contra Faustum Manichæum, cap. 91. atque Magistrum æmulatus Prosper discipulus 1. parte de prædict. & promiss. cap. 37. *Sanè exspoliatos Ægyptios a nostris hac ratione colligimus quòd omnis mundialis scientia, qua inflati ipsi ea superbiebant, moralisque sapientia transiit ad Christum, vt eam humilis recta fide possideat, populúsque iure superbus amittat.*

Patres hortantur ad sobrium profana eruditionis studium.

Exodi locus ex cap. duodecimo fusè tractatus.

August.

Iam & Gregorius Nyssenus in Vita, quam scripserat Moysis, eadem delectatus allegoria, super Hebræorum spolio, inquit; *Quo Hebraorum facto nos monemur, non esse negligendas doctrinarum diuitias, quo gentes possident: moralem, naturalémque Philosophiam, Astronomiam, Geometriam, Musicam, Dialecticam, cateràsque scientias, quibus alieni ab Ecclesia florent, accipere ab illis ac illis abutentes priuare, si possibile est, & in meliores vsus transferre iubemur*, Beda expositionis in Exodum cap. 11. *In auro argento, & veste Ægyptiorum, significantur quadam doctrina, qua consuetudine Gentilium non inutili studio discuntur*: Et his affinia, imò penè eadem Rabanus, Isidorus, Strabus, Interlinearis, omnésque ferè, quibus accidit mysticum facti Israëlitarum exponere; Dabit finem Philippus Abbas, qui de iustitia Clericorum, cap. 37. *Proponentes ergo filij Israel de Ægypto transire in eremum, nolunt illuc manu vacua proficisci: sed pradocti à Domino, studeant primam opes Ægyptias adipisci: quia, cùm inspirante gratia de conuersatione saculari ad desertum pœnitentia Clerici conuertuntur: si prudentes fuerint pramuniti consilio, non illuc inanes, non vacui transferuntur: sed opes scientia lima & studio acquirere primitus moliuntur, quibus postmodum vtiliter contra morbum ignorantia muniuntur: est quippe in his, quas artes liberales nominant, aurea quadam, & pretiosa subtilitas, est faceta, & composita quadam verbositas: est etiam non contemnenda moralitas: quo tunc solummodo ad salutem esse vtiles cognoscuntur, cùm ad placendum Deo, de Ægypto in eremum transferuntur: non enim quis in Ægypto debet cum his opibus pertinaciter conuersari, & de acquisita scientia, tumore pompatico gloriari.* 39.

Nyssen.

Beda.

Raban. Isidor. Strab. Interlin. Philip. Abb.

Transeamus ad alterum ex Scripturis locum æqualis famæ, & quem etiam grauissima cohors exposuerit pro mutuandis à Gentilitate artibus, & qua posset notitia vtili; est autem de muliere pulchra in bello ab Israëlita capta, quam si adamauerit, volueritque habere vxorem, vt loquitur Deuteronomij textus cap. 21. versu 12. introducit eam in domum suam; quæ radet cæsariem, & circuncidet vngues, & deponet vestem, in qua capta est: qua de femina, quæ cessit victoris potestati Origenes spiritualiter homil. 7. in Exodum; *Veruntamen & ego frequenter exiui ad bellum contra inimicos meos, & vidi ibi mulierem decora specie: quacunque enim benè & rationabiliter dicta inuenimus apud inimicos nostros. si quid apud illos sapienter, & scienter dictum legimus: oportet nos mundare id, & à scientia, qua apud illos est, auferre, & resecare omne, quod emortuum, & inane est: hoc enim sunt omnes capilli capitis, & vngula mulieris ex inimicorum spolijs adsumpta: & ita demum facere eam nobis vxorem: cum iam nihil ex illis, qua per infidelitatem mortua dicuntur, habuerit*: Hieronymus autem præclarissimè Epistola ad Damasum de duobus filiis, prodigo, & frugi; *Huius sapientia typus, & in Deuteronomio sub mulieris captiua figura describitur, de qua diuina vox pracipit, vt si Israelita eam habere voluerit vxorem, caluitium ei faciat, vngues præsecet, & pilos auferat & cùm munda fuerit, tum transeat in victoris amplexus: Hac si secundùm literam intelligimus, nonne ridicula sunt? Itaque & nos facere solemus, quando Philosophos legimus, quando* 40.

Item ex Deuteronom. c. 21. de muliere capta in bello, examinatus.

Orig.

Hieron.

in

in manus nostras libri veniunt sapientia sacularis: si quia in eis vtile reperimus, ad nostrum dogma conuertimus: si quid verò superfluum, de idolis, de amore, de cura sacularium rerum, hac radimus, his caluitium inducimus, hac in vnguium morem ferro acutissimo desecamus: Idémque istis cognata epistola ad Magnum Oratorem Romanum: Beda in Deuteronomium, c. 21. de Origene sumens: *Aly hanc mulierem pulchram facie, rationabilem aliquam disciplinam significare putant, qua sapienter dicta inuenitur apud Gentiles, quasi a nobis sit reperta, oportet de ea primùm auferre omnem superstitionis immunditiam, & sic illam in studio veritatis assumere: nulla enim apud Gentiles sapientia est, cui immunditia aliqua, vel superstitio non sit admixta*: Bedæ adherent secundùm morem

Beda. Raban. Isidor. Gloss. S. Thom. Rupert. Petr. Dam.

Isidorus, Rabanus, Glossa ordinaria, quam vt eadem stabiliat, allegat B Thomam lect. 3. in cap. 1. Epistolæ ad Titum, in illa verba: *Testimonium verum hoc est*, &c. Rupertus lib. 2 de diuinis officiis, cap. 22. *De gentibus quoque exemplo Apostolorum, atque Doctorum, solemus auferre, si que ab illis probè dicta, vel facta sunt, & tanquam captiua mulieris vngues, pilosque superfluos amputare, vt ab alienigena falsitate mundata sententia, thalamum veritatis digna sit introire*. B. Petrus Damianus sermone de sancto Eleuchadio Episcopo, vtranque allegoriam coniungit; hanc, nempe, vt elapsam de plagis Hebræorum, & doctè accommodat.

41\. *Patres suo volumina referserunt sumptis ex gentilitate rebus.* Peret.

At, quemadmodum alios ad spoliandos Ethnicorum libros Patres exhortati sunt: sic ipsi in sua deriuarunt Commentaria: quamobrem iustè Pererius noster disp. 16. in c. 12. Exodi, num. 89. *Equidem* (ait) *cum scripta lego Iustini Martyris, Tertulliani, Clementis Alexadrini, Origenis, Arnobij, Lactātij, Eusebij, Hieronymi. Augustini, Cyrilli, Theodoreti, & aliorum venerandorum Ecclesia Patrum, sapientúmque Doctorum; cùm horum inquam, scripta lego. & multi ingem in his eruditionē de penu Ethnicorum; videre mihi videor Hebraos illos ex Ægypto ditissimis, ac pretiosissimis Ægyptiorum spoliis ornatos esse*: Fortasse autem moti sunt tanti Antistites, & quòd Hebræorum multi ritus transierunt ad paganas nationes: & quoniam etiam Palestini Israëlitæ de Ethnicorum moribus hauserunt non paucos: quòd si certè & Gentium ad eos translatæ fuêre cæremoniæ, & eorum ad gentes deriuati mores; equidem haud imprudens fuerit cùm de veteri Iudæorum consuetudine oboritur quæstio, & ipsorum Historiæ lucem idoneam afferre nequeant, tum Gentilium consulere monumenta, & ex eorum ritibus coniectari de Hebræorum moribus: Sanè ista speciem probabilitatis ferunt, modò constet id, quod supponebamus, & expilatos Ethnicos ab Israëlitis non pauca de suis arcanis; rursúmque Hebræos mutuatos à Paganis aliqua etiam: Sed quod attinet ad Gentilium furta de penu Hebræorum, diximus sufficienter Anteloquio 9. Sect. 2. Modò stabiliamus & Israelitas à Gentibus non vetitos accipere, quæ imitarentur.

42\. *Hebraei multis, qui apud Ethnicos vigerent, ritibus permissi.* Gregor.

Ergo Gregorius Papa ad Mellitum Abbatem scribens lib. 9. epistolarum, indictione 4. epist. 71. *Nam duris mentibus simul omnia abscindere impossibile esse non dubium est: quia is, qui locum summum ascendere nititur, gradibus, vel passibus, non autē saltibus eleuatur: sic Israelitico populo in Ægypto Dominus ipse quidē innotuit: sed tamē eis sacrificiorum vsus, quos Diabolo solebant exhibere, in cultu proprio reseruauit, vt eis in sacrificio suo animalia immolare praciperet, quatenus commutantes, aliud de sacrificio amitterent, aliud retinerent: vt etsi ipsa essent animalia, qua offerre consueuerant, veruntamen Deo hac. & non idolis immolarent, iam sacrificia ipsa non essent*: Sed Gregorio vetustior Auctor Chrysostomus homil. 6. in Matthæum, ad illud: *Ecce stella, quam viderant*, &c. *Ne igitur opineris eo indignum, quòd Magi per stellam vocantur: hoc enim modo omnes Iudaorum caremonias, omnésque ritus, & sacrifitia, atque purificationes, & neomenias, & arcam, templúmque ipsum reprobabis: siquidem hac omnia originem à Gentium ruditate traxerunt: Deus ob deceptorum salutem per ea ipsa se coli passus est, per que illi antè Dæmones coluerant; aliquantum illa in melius inflectens, vt eos paulatim & à consuetudine sua reduceret, & ad Philosophiā perduceret altiorem; Hunc igitur ipsum dispensationis sua morem seruauit in Magis*, &c. Quid hac Chrysostomi oratione significantius esse valeat? equidem materiam de qua disquirimus, quod splendidiùs testetur? nam, si ipsos sacrorum ritus à Gentilitate hauserunt, æstimabimus contempsisse profanos vsus? Verùm auscultemus adhuc Chrysostomi in multis asseclæ Theodoreto, qui ad versum 17. c. 12. Deuteronomij, ad illa: *Comedetis in conspectu Domini*, &c. *Epulari* (ait) *iussit eos in loco sacro, liberans eos ab errore falsorum Deorum: cùm enim Doctor impietatis festis Dæmonum ludiera permulta miscuisset, is, qui sagacissimus est, Israelem ab errore liberare desiderans, etiam de his. qua pertinent ad festa, leges scribit, sacrificia permittit, instrumenta musica tolerat, & iubet epulari, vt talibus illectamentis idolorum cultum impium amputet*: Neque mirum è gentilitiis ritibus in Synagogam fuisse translatos, cùm & idipsum perfecti decoris Ecclesiæ catholicæ acciderit, vt monet Baronius Cardinalis tom. 1. ad annum Christi 58. num. 77. & aduertit Petrus Ciaconius in Triclinio suo Romano, ad finem illius: quare cùm apud Gentes Christianorum & rituum & cæremoniarum non obscura vestigia, itidémque Israëliticorum; emolumento poterit esse notitia profanorum vsuum, vt qui illi fuerint mores, edisçatur.

Chrysost. Theodor. Baron. Ciacon.

Quoniam verò in superioribus, præsertim Anteloquio quinto non pauca exempla subiecimus, quibus monstrare conati sumus, quantùm temperata & modesta ex profanis eruditio afferat commodi sacrarum Literarum explanationi perfectæ, idipsúmque, nisi vita excesserimus, in posterum frequenter ostensuri simus propterea modò supersedemus exemplorum copiæ: vnum tamen, vt ad manum aliquid habeant legentes, bona eorum cum venia, proponemus: equidem Ioannis cap 11. versu 39. cùm lapidem amoueri Seruator iussisset Lazarum suscitaturus, moram ponere volens impetratis, aut certè vt à spelunca longiùs discederet pius eius Magister, fœtere defunctum Martha indicauit: neque id stupescendum, cùm per quatriduum anima abfuisset: Quòd si quidem in funeribus consuetudinem, & Gentium, & Hebræorum consulamus, molestissimus continuò hic apparebit Euangeliorum locus: nam sanè nationes, apud quas nullus comburendi cadauera vsus erat, quales Ægyptus, & Syria, condire aromatibus corpora solitæ, vt quàm pos- 43.

Locus difficilis ex Ioan. c. 11 de Lazaro quatriduano, in quastionem vocatus.

Palæstini, & Ægyptij corpora non cõburunt, sed aromatibus condiunt.

Herodot. Diodor. Pereria. Alex. ab Al. Tiraq. Cassian.

sini in longum æuum charos sibi aliquo saltem modo præsentes haberent: Iudæi autem, quibus fidei illuxit radius in resurrectionis fortasse symbolum, & de Ægyptiis quidem ex Herodoto, Diodoro, aliisque Auctoribus monstrabunt Pererius tom. 4. in Genesim, disput. 1. ad cap. 50. Alexander Neapolitanus lib. 3. genialium dierum, cap. 2. atque ibi multis Tiraquellus, Significant illa Cassiani collat. 15. cap. 3. nam de Ægyptiis loquitur: *Corpora vero mortuorum (ait) pigmentis condita redolentibus, in editioribus cellulis reconduntur.* De Iudæis autem manifestè Ioannes innuit cap. 19. vers. 40. *Acceperunt ergo corpus* IESV, *& ligauerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire:* Quem ritum in Seruatoris gratiam puto quidem ex Christianis primi obseruarunt Aurelio prudentio ita in Hymno de mortuorum exequiis pangente:

Ioan. 19.

Primi Christiani aromatibus defunctorũ corpora condire soliti.

Prudent.

Hinc maxima cura sepulcris
Impenditur, hinc resolutos
Honor vltimus accipit artus,
Et funeris ambitus ornat,
Candore nitentia claro
Prætendere lintea mos est,
Aspersáque myrrha, Sabeo
Corpus medicamine seruat.

His autem ad memoriam reuocatis, quæ omnem dubietatem tollere videantur: si dixerimus quidem, Lazarum vnguentis perfusum abeunte spiritu illius, quo pacto stabit, vt ad quatriduum fœtuerit; nam id suffitus, atque aromata præstant, vt & putredinem, & ex consequenti fœtorem, qui ab ea gignitur, abigant: sin autem in eius funere hoc omissum officium statuemus, erit & satis arduum, vt declaremus, quamobrem Iudæorum in sepeliendis cadaueribus vsitatum morem Lazari germanana Martha, atque Maria præterierint, & contra ritum patriæ condendum noua cæremonia existimauerint.

44. Miror autem plurimùm, vt in hanc charibdim nullo modo viri perspicaces inciderint, Salmeron, Toletus, Maldonatus, Iansenius, Barradas, vt lubricam apud veteres profundam esse taciturnitatem: tetigit leuiter ad versum 37. cap. 9. Actuum apostolicorum Lorinus, atque vtinam sanè vel ipse, aut de subtilissimis quisquam enodasset: nam, quod aduertit ibi, vnguenta consumpta solùm, aut in nobilium, aut in charissimorum funeribus, restringit & ad nobiles Maldonatus, atque primarios ad versum 60. cap. 27. Matthæi: Nihil ista iuuant: nam & erat charissimus sororibus Lazarus, & de equitum numero: certè illæ, quæ poterant vnguenta subministrare, quorum liberalis Magdalena dispertitrix: certè & opulentiam, & genus illustre colligit Iansenius ex eo quòd Euangelista doceat, multos Hierosolymitanorum venisse, vt consolarentur germanas in fratris discessu, *Vnde satis apparet, sorores has* (inquit) *diuites fuisse, & nobiles*: Dicemúsne ex vno in alterum diem Martham protulisse spem, vt adesset Christus, & viuis restitueret, propterea noluisse aromatibus aduersùs corruptionem præsidiare? hoc enim erga ea corpora fieri consueuit, quibus domus in multas ætates sepulcrum, atque resurgendi spem non habent, donec tuba nouissima excitet: itaque sperabant in singulas horas adfuturum Redemptorem: ille autem cùm moras traheret, cadauer dissolui cœptum, & fœtere: Verùm, si erga defunctos communes cæremonias omisit soror vtraque, vt quid fasciis, atque institis ligauerunt: nam neque hæc opus erant corpori citò resurrecturo? Vt quid spelunca abdidit, & non aut cubili reposuit, aut cœnaculo, vt factum cum resuscitando Tabithæ cadauere Actorum 9. capite? An affirmabimus, Marthæ verba nequaquam significare reipsa putrefactum cadauer; sed tot iam diebus iacuisse exanime, quæ ad corrumpendum sufficerent, nisi antidota prohiberent? An denique in eam iturí cogitationem, vt putemus, in euangelicæ paupertatis gratiam noluisse feminas à Christo edoctas fratrem cum pompa marmori tradere; sed cum sobrietate, atque mensura? itaque vnguentorum superfluum apparatum reiecisse: Neque obsunt Christo impensa aromata: nam ob sanctitudinis clarissimam opinionem sic factum, & vt adimpleretur vaticinium Isaiæ, quod annunciabat futurum sepulchrum eius gloriosum cap. 11. versu 10. aliud est aromatibus oppleri ob humanum generis, & auorum splendorem: aliud ob virtutis merita: equidem in horum nihilo conquiescit animus, & discemus libenter meliora a sapientibus; fuit mentis scopus obiectare aliquod specimen argumenti, de quo tractabamus, vt intelligamus subsidiu cognitionis de veterum cæremoniis, & ritibus quoad sacra, & profana posse fieri, vt multa de nouo eruamus arcana, & nostra crescat industria non mediocriter sacra Bibliorum elucidatio, multis etiam locis hactenus non declaratis integræ afferamus explanationis consummationem.

Maldon. Aromatibus nobilium & charissimorũ condita cadauera.

Iansen. Lazarus ex primariis, & nobilibus.

Sanctorum cadaueribus exhibiti semper magni honores.

Ioan. 11.

Aies, ab his de veteri vsu, atque ritibus non posse firmum duci argumentum: incerta enim esse pleraque, & coniectura solùm niti, proinde non esse, quòd magni habeatur. 45. Respondeo, cùm nos minimè lateat, quales fuerint apud priscas nationes cæremoniæ, & religionis, & victus, vitæque omnis, non posse iuuari aliter quàm Historiarum adiumentis; & quanta extiterit harum auctoritas, tanta futura sit & probationis: declarant verò aliquando perspicuè, & absque tergiuersatione: & tunc argumentum robore pollet: aliàs subobscurè tantùm, atque timidè, eritque probabilis syllogizatio tunc solùm: Sed neque hæc despicienda est vel à Theologo etiam, quando & Scholastici, apud quos neruus doctrinæ est, ex topicis & probabilibus sæpè arguunt: Quid quòd & ipsa Scriptura, quæ omnis firmitatis basis est, ex sensu mystico probabili argumentatione nonnunquam disputat, vt Paulum facere nonnulli æstimant cap. 1. ad Hebræos ex verbis illis: *Ego ero illi in Patrem?* Itaquidem sentit eum ad locum Ribera Bellarminum citans lib. 1. de verbo Dei, cap. 17. & Michaëlem de Medina lib. 6. de recta in Deum fide, cap. 25. Sed absoluit facilè controuersiam Melchior Canus lib. 2. de locis, cap. 11. §. *Posterius, vt, &c. Aliud est enim ex sensu spirituali certum, & efficax argumentum trahi, quod Augustinus, Dionysius, Hieronymúsque negarunt: aliud verò argumentum inde probabile duci, id, quod nemo sanè doctus negare potest: quod enim Rhetores argumenta verosimilia certis & exploratis adiungunt, id Apostolus quoque facit*: Et quoniam vtilis est oratio Roderici de Osma Delgado Pacbensis

Theologia, imò ipsa Scriptura probabili argumẽtatione quandoque vtens.

Hebr. 1. Ribera. Bellarm. Medina.

Canus.

Dosma.

Cano

Canonici, assignam illam; qui libro 3. de auctoritate Sacræ Scripturæ cap. 5. *Cursus Theologia* (inquit) *non semper stabili scientia comprehensione vtitur; sed e probabilibus quandoque probabiliora eligit, quæ ausit in multis ad salutem perpetuam haud potissimum necessarius: in hac varias opiniones fert; neque quenquam stringit, quominus quod probabilius appareat, amplectatur; de his nonnulli assueti vni, aut alteri Scriptori, nec le lione multiiuga exerciti, temere pronunciare solent, statim damnantes aduersa præiudicata opinionis, qua imbuti a principio persuasi sunt; nec schola opinationes à statu constantibus, que Ecclesia dogmatibus secernentes: his quid aliud facias, quam eruditionem, ac meliorem mentem optare?* Quoniam igitur hoc Epithalamium abundat osculorum, aromatum, conuiuiorum memoria; pinguntur vestes, horti memorantur, describuntur tecta, & omnis in iucunditate sit; ob hæc verò simillimum sit metrum carminibus Ethnicorum Poëtarum: hauriemus, cùm necessitas requisierit, quæ poterimus, ex eorum viridariis, nempe, illa, quæ cum omni honestate coniuncta, nomineque Salomonis repetemus ab iniustis possessoribus, quæ ab eo furatos illos fuisse ostendimus Anteloquio 9. Cæterùm, cui desiderium est nosse, qualiter ad Gentilium euoluendos libros Christianus accedere debeat, & quid sumere, quid spernere oporteat, legat magni Basilij homiliam 24. eo de argumento disserentem egregie.

S E C T I O VI.

Quid sensus historicus, quid mysticus? & vter dignior? & an sub eadem litera plures historici reperiantur sensus? Ioannes bis elucidatus; Moyses in Genesi semel: Parabolæ an duplicem litteralem sensum habeant?

46. HAnc quoniam diffusè expendunt controuersiam, & qui in Biblia, & qui in S. *Literalis sensus definitio* Thomam prolegomena scribunt, breuiores erimus in ea discutienda: noluimus tamen omnem illius memoriam præterire, quoniam occasio sæpè datur significandi, quid ipsi de quæstione arbitremur; neque desunt exempla: nam & ventilant Alcazarius Notatione proœmiali 20. in *Alcazar.* Apocalypsim; Gislerius præfatione in Cantica, *Gisler.* cap. 5. Literalem ergo definimus sensum, *quem voces sacræ siue propriè, & iuxta sonum intellectæ, *seu translatitie acceptæ ex prima intentione Dei, Scripturarum Auctoris denotant*: Exempli causâ, Genes. cap 22. vers. 6. *Tulit quoque ligna holocausti, & imposuit super Isaac filium suum: ipse verò* *Gen. 22.* *portabat in manibus ignem, & gladium*: Verborum istorum historicus sensus idem est, qui grammaticalis eorum, & quam constructio statim reuelat: nulla enim metaphora intercedit; sed omnia simpliciter sonant; At verò, quoniam & sua est admiranda in Dei verbo elegantia, & eò nobilior, quò excellentiorem refert inuentorem: quemadmodum profana literatura tropis luxuriat, & sacra quoque eloquia debitum eorum vsum non reiectant, vti Affirmat Augustinus lib. 16. de Ciuit. cap. 21. *Potest enim videri ad hoc pertinere: Et faciam semen tuum tanquam* *August.* *arenam terræ, quod ea locutione dictum est, quam Græci dicunt Hyperbolem, quæ vtique tropica est, non propria. quo tamen modo, vt cæteris tropis, vti* *Scriptura tropis, atque figuris vtens.* *sacram Scripturam, nullus, qui eam didicit, ambigit:* Ita nominatur Christus leo, petra, agnus, lux mundi, & similibus aliis vocabulis, & sicut profani *Allegoria longa & continuata.* Scriptores allegoriam nonnunquam producunt ex continuata metaphora, vti indicat Quintilianus *Quintil.* lib. 9. Institut. cap. 2. quem morem Virgilius in Bucolicis non tam obseruat, & celebri oda Carminum lib. 1. sub emblemate nauis tempestate quassatæ Rempublicam à ciuilium bellorum tumultibus naufragantem describit Horatius: *Horatius.* sic & in vtroque nonnunquam Instrumento figuratæ locutiones extenduntur; quod in hoc Salomonis Cantico euenire inter veteris Fœderis libros multis placuit; in Euangelio Parabolis contingere asserunt: vt cùm, aut paterfamilias, primo mane operarios conducere refertur, aut filius peregrè proficiscens narratur, vel hominem Regem epulis pro filij sponsalibus instruere; omnia isthæc impropriè sumuntur, ex metaphora, nempe, & quem secundùm literam innuunt, solùm Christus est non minùs quam cùm leo de tribu Iuda appellatur, vel lapis angularis.

Posuimus autem inter definitionis verba: *Ex prima Auctoris intentione*, vt Historicum sensum à 47. mystico distingueremus: nam hic etiam Deum fert Auctorem, vt communis Theologorum sustinet opinio, de quo nos sect. 3. num. 22. nam iisdem quidem vocibus, quibus literalis sensus obiectum repræsentatur, exprimitur & mystici obiectum sensus, verùm ex secundario eius, qui significationem imposuit, nutu: Patefaciamus exemplo aliquo: Verbi causa, Genesis capite 49. vers. 9. *Catulus leonis Iuda; ad prædam, fili mi,* *Gen. 49.* *ascendisti; requiescens accubuisti vt leo, & quasi leæna. quis suscitabit eum?* Quis non animaduertat continuò, obscuram esse locutionem, alienam, tropicam? Sed literaliter quidem, & ad Historiæ normam tribus Iudæ delineantur gesta his sermonibus: & hæc prima diuini Auctoris intentio; postquàm verò Iudam, atque illius species literaliter expressit; tum ordinauit, vt & Iudæ dux, & semen illius, Christum, vtrumque apostolicos adumbrarent, intenditque secundò, vt hoc my- *Sensus historicus, & eius obiectum prioritate à quo sensus mystici l. huiusque obiecto.* sterium atque arcanum, ex primo Historiæ obiectum clausum verba etiam mysticè innuerent; itaque quoniam verba illa, vt Christum mysticè & in figura repræsentent, debent necessario præsupponere typum (nam mysticum id est, quod per typum, & imaginem exprimitur) debent etiam supponere, vt Dei cognitio, intentioque primum in exemplar feratur; qua prima Dei existente intentione historicum obiectum spectantis, emergit secunda intentio volens sub Historia latere sacramentum, & futura à præsentibus annunciari; ex secunda quoque propterea intentione pullulare dicitur mysticus sensus, ex prima historialis, quoniam, vt admittebamus Anteloquio 1. Sect. 4. num. 24. literæ obiectum possit consistere absque mysticæ repræsentationis termino, non autem econtrà valeat stare mysticum absque Historiæ obiecto, potuisset enim Deus optimè Moysi inspirare, vt Abrahæ vitam texeret, quin referret ipse Deus eiusmodi

* Sherlogi Anteloq. in Cant.

narratione comprehensi ad ventura præsignanda: hoc enim liberum erat [illegible] quidem historicus gestorum Abrahæ sensus, repetentur absque mystica aliqua intelligentia: At supposito Deo, vt Abrahæ præclar[illegible] typum futurorum haberent, ex necessitate eadem gesta, vt aliquo modo possibili supponi debeant; quoniam ergo ab historico sensu obiecto ad mysticum obiectum non valet consequentia; valet autem à mystico ad literale, eò quod verum sit enunciare: est obiectum sensus mystici ergo & literalis, non autem è converso: id [illegible] sensus historicus, eiusque obiectum priora sunt mystico sensu, ac proinde in ea fertur primò Dei intentio volentis significare aliquid in Scripturis: est autem hæc prioritas intentionis non *in quo*, quoniam simul tempore sunt etiam ratione nostra; sed *à quo*: nam, cùm habeat rationem conditionis necessariò desideratæ obiectum sensus historici, vt *sine quo* nequeat dari obiectum mystici sensus, reducitur ad prioritatem causalitatis naturæ, & *à quo*.

48. Addidi in fine *Deo Auctore*, tum vt denotarem, si quos ipse peculiaris Scriptor ex ingenij sui partu sensus formasset haudquaquam verbum Dei constituere: hoc enim illud est tantùm, quod Spiritu sancto suggerente Prophetæ loquuti sunt, non quod ipsi conceperunt marte suo, de quibus aliquid superius dictum Anteloquio 7. Sect. 1. num. 14 tum præcipuè vt contraiterem opinionibus illorum, qui putant desiderari ad litteralis sensus perfectionem, non solùm vt præcipuus Auctor, qui Deus est, verùm etiam amanuensis, qui homo est, omnes sensus intelligat: id bis refutaui, nimirum, Isagog. 1. Sect. 6. n. 44. & Prælocutione 5. num. 7. ostendens, neque de facto Vatibus contigisse, vt penetrarent vniuersa, de quibus prædicebant; neque id necessum fuisse, cùm à Dei impositione Scripturarum sensus mutuentur iure significationem: Deus autem non tenetur iure aliquo Prophetis reuelare omnem, quam imposuerit, aut rebus, aut vocibus significationem ad declarandam vel absentia, vel occulta.

Nō est opus, vt secunda verba Scriptor vaticinia Scriptura penetret, vt verbum Dei existimetur

49. Historico de latato sensu operosum non est aperire mysti[illegible] naturam; est enim ille sensus, *qui D[illegible] Auctorem, rebus proximè significatur, verbis mediate, & ex secunda intentione* Nec in huius definitionis stabilimê allego, quomodo Scholæ [illegible] nunc indicium est: Pronunciaui Deu habere caus[illegible] quoniam certè, vt aut Abrahæ, & aliorum Patriarcharū gesta referrentur, quæ post se [illegible] plurima euenirent, solus Deus agere potuit: Quam[illegible] quoniam graui[illegible]ssimè affirmarunt & S. Gregorius, & B. [illegible] homas illumque sequutus, [illegible] in hu[illegible] [illegible] facrarum literarum principale [illegible] esse per facta loqui vt doctè expendit P. Vasquez tom 1. in 1. p. disp 16 cap 1. num. 2. at de his Patribus [illegible], & similium gestis per omne verè [illegible] enium, est eius Fœderis mysticus sensus, [illegible] fin. *immediate ex rebus*; quoniam nisi hæ à Numine prius fuerint applicatæ ad significandum verba nihil repræsentare valeant, cùm ideo illa significant quoniam res assumptæ fuêre ad significandum: in historico autem sensu absque antecedentis in obiecto significationis præsuppositione, voces independenter à suo obiecto significant, & propterea dicuntur immediatè significare De *secunda intentione*, quæ est particula 3. disputaui suffi-

[illegible] S. Thom.

cie[illegible] in antecedenti[illegible] sensus historici & literalis: Huius [illegible] diuisio [illegible] ad allegoriam, [illegible] ogiam & [illegible] ego [illegible] refertur [illegible] dere [illegible]; tropologiam ad mores [illegible] pædo[illegible] triumphantis Ecclesiæ beat[illegible] & [illegible] g[illegible]lis.

Mystico sensus diuisio

O[illegible] rata, [illegible] præ[illegible] & h[illegible] igitur [illegible] D[illegible] intentu[illegible] q[illegible] non tenentur [illegible] sed [illegible] nobili[illegible] Resp[illegible] haud [illegible] atten[illegible] in Dei [illegible] fari circa [illegible] mus priorem D[illegible] magis [illegible] dere in illum [illegible] intentio [illegible] Angelos prior est in Deo q[illegible] nem hypo[illegible] & tamen hæc [illegible] tentio dignior est secundum nostrum concipiendi modum priore illa Angelos formandi intentione: quod verò ad præstantiam attinet sensus vtriusque, si obiecta contingat eadem esse aliquando in cæteris vincit literalis [illegible] nam in modo tenendi superat m[illegible], & [illegible] effectibus etiam q[illegible] m & m[illegible] priè frequentius re[illegible]entat, & ad [illegible] fidei d[illegible] prior est: Quamobrem si [illegible] secundum aliquem actum nobilior sit actu mystici sensus, videlicet, actum eu[illegible] aut De[illegible] aut Christi [illegible] ex[illegible] tamen excellentior est mysticus [illegible] eius omnes ferè [illegible] nobilia [illegible] ciunt; nimirum, [illegible] in Christum aut Ecclesiam Catholicam, vel spiritale & sublime quidpiam, quod historico non accidit [illegible], cuius obiecta sunt frequentissimè caduca & peritura, atque ob hanc ab extensione dignitate [illegible] Theologi sæpiùs mystico sensui, quæ præstantiora sunt, tribuere. 50.

Intentio Dei circa literalem sensum [illegible] præcipua

Obiicias secundò, sensum mysticum, eiúsque obiectum eo se habere modo [illegible] Scripturarum Auctori, quo se habent voces [illegible] pro [illegible] Dialecticæ [illegible]: nam quemadmodum possunt esse conceptus sine vocibus, non autem possunt esse vocabula, quæ præsupponant cogitationem aliquam: [illegible] [illegible] esse sensus historicus [illegible] sensus mystico [illegible] existere [illegible], quin præsupponat literalem, & [illegible] fitur, sicut Auctor Logicæ non considerat per se voces, quasi obiectum formale, & gratia sui, sed materialiter solum propter aliud, nempè propter conceptus, atque ita tantùm [illegible] obiectum materiale Dialecticæ: ita Scripturarum conditor non respicit per se formaliter, & gratia sui sensus m[illegible], & eorum obiecta: Quòd si ita est, sanè [illegible] sensum mysticum est à Spiritu sancto: nam id solum intenditur ab aliquo, quod *propter se*, respicit, non verò in quod fertur materialiter tantùm, & per accidens. Respondeo, inter eruditos etiam non paucos asserere, voces esse [illegible] Dialecticæ per se, & formaliter, & ex parte constare obiectum formale Logicæ: Verùm indu[illegible] materia iter tantùm respiciatur quidem [illegible] tingit, quoniam nihil respondet in vocibus quod dignum sit propria consideratione, & quæ gratia sui respiciens Dialectica quasi formale obiectum 51.

Voces, num sint obiectum formale Dialecticæ?

obiectum amplexetur; non ita in sensu mystico; nam in hoc Auctor Bibliorum Deus repetit singulare quidpiam, idque magnificum sanè, quod non elucet in historico sensu: nam, cùm litera veteris Instrumenti absoluatur consideratione, aut bellorum, quæ gessit cum Chananitis populus Hebræorum, aut agrorum, aut pecorum, aut huiusmodi multorum, quæ vulgaria sunt, neque supra hæc euehatur multoties; mysticus tamen sensus semper fertur ad ignota, neque ea triuialia vllo pacto; sed quæ spiritum aluut: adhæc & quæ longa distant absentia: cùm igitur & in mystico sensu inueniantur, quæ gratia sui perpendi valeant, fit, vt *per se formaliter & ratione sui* à Spiritu sancto Scripturarum conditore intentus sit.

52\. *Possibilis multiplex literalis sensus eiusdem loci sacra scriptura.* Bannez.

Vt ad arcem disquisitionis veniamus: affirmo, vnius, eiusdémque literæ multiplicem esse posse literalem sensum, Hanc firmaui thesim quadraginta ferè testibus Anteloquio 1. Sect. 4. num. 24. quæ semper fuit vulgata opinio: ausus & contrariam temeritatis coarguere Bañestus dubio 7 ad articulum 10. primæ partis, conclusione 3. quòd putaret, in Concilio Lateranensi sub Innocentio III. & refertur in cap. *Firmiter.* de summa Trinit. & fid. Cathol. definitum 1. Genes. versu: *In principio creauit Deus cælum, & terram.* contineri duplicem literalem sensum; alterum significantem, mundum initio temporis cœpisse: alterum, omnia simul spiritalia & corporalia eodem temporis momento creata fuisse: sed tantum persuaderi Concilij verbis noster renuit Vasquez tom. 1. in 1. p. disp. 18. cap 3. & tomo 2. disput. 222. cap. 4. liberat & à grauiori stigmate opinionem doctè noster Gillius tom. 1. in 1. p. lib. 1. tract. 7. cap. 4. Cæterùm, vt probationem exordiamur à possibilitate huius sensus, id puto nullus inficias iuerit, iisdem verbis æquè propria significatione diuersas omninò res repræsentari posse: itaque non solùm variarum prouinciarum mortales: sed vno conuenientes idiomate possunt facere, vt eædem voces & hominem, & leonem, & crocodilum exprimant, pro libito nimirum diuersæ impositionis: Hoc autem singulari iure Deus potest, vtpote dominantium quoque Rector: Statuat igitur Deus vt memoratus Genesis versus: *In principio creauit Deus*, significet & Filium, Verbum scilicet, in quo vniuersa condita sunt, & exordium temporis, quo prodierunt; statuat vt verba Isaiæ cap. 53. *Generationem eius quis enarrabit?* & æternam. & temporalem referat natiuitatem: tum sic: Ex suppositione, quòd Deus velit præfata Scripturarum verba eum, quem diximus in modum significare, resultat eiusdem literæ varius historicus sensus: atqui nulla est implicantia, vt Deus ita decernat: igitur nulla est impossibilitas multiplicis literalis sensus: quòd autem talis Dei impositio comparatione distinctæ significationis eorundem verborum peculiarem nullam implicantiam afferat respectu Dei, quasi illi ob singulares causas repugnet, infra monstrabimus: quòd verò ex concessa earundem vocum diuersa significatione resultet multiplex sensus literalis, pro quo decertamus, facile est probasse; nam dum multiplicem secundùm literam sensum intendimus, nihil aliud optamus, quàm vt eædem voces ex ordinatione Spiritus sancti, & Bibliorum Auctoris non vnum tantùm sensum efficiant, sed multos; ita vt multis diuersis verbis æquiualeat

Gen. 1. Nũ censura digna opinio negãs plures literales sensus eiusdem loci Scriptura?

Vasq.

Gillius.

vnum propter fertilitatem significationis: Sed hoc daretur: nam eadem verba, scilicet: *In principio creauit Deus*, sensus generarent duos, ac si essent duæ, atque eæ diuersæ orationes; & itidem in sententia Isaïæ: *Generationem eius quis enarrabit?* Isai. 53.
Igitur ex suppositione variæ significationis à Deo iisdem verbis impositæ, resultat eiusdem literæ multiplex sensus.

Atque hæc possibilem esse eiusmodi multiplicem literalem sensum vtcunque subindicant: conemur, & ostendere de facto aliquem esse in Scripturis locum tanta donatum exuberantia, atque fertilitate: sunt autem verba Caiphæ apud Ioannem c. 11. vers. 49 *Vos nescitis quidquam; nec cogitatis, quia expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat:* Quæ & delegit potissimùm inter multa loca Ludouicus Molina in 1. part. quæst. 1. art. 10. disput. 3. in quibus verbis quis non facilè animaduertit, ex circunstantiis narrationis euangelicæ, id conatum homicidalem Pontificem vt de medio tolleretur Christus, ne quod damnum crearetur Iudæis, & eorum Reipublicæ? Hinc illa paulò anteà: *Si dimittimus eum, venient Romani, & tollent nostrum locum, & gentem:* Huic collegarum timori vt solatium afferret Caiphas, persuasit, vt Christum demerent, quò nationis incolumitati prospicerent: Igitur consideratione Caiphæ sensus literalis erat iste, humana præcauens nocumenta: at verò eadem verba sustulit Numen ad redemptionem hominum indicandam, & sic prophetalia: quanuis hæc noua verborum, sublimisque significatio proferentis iniqui Antistitis opinionem lateret: passus est autem materialiter vaticinari & cum ignorantia eorum quæ proloqueretur, quatenus Spiritus sancti dicta erant, eò quòd esset Pontifex anni illius monente Euangelista Ioanne: Itaque in illa sententia duplex refulgebat sensus; alter, qui ortum habuit à Caïpha, dum Christum è viuis suader expungi ne sub victoris Romani potestatem Iudæa veniat: alter Spiritus sancti, iisdem verbis denotantis expedire, vt Christus moreretur in salutem, & redemptionem generis humani: nam prophetauit hoc suggerente diuino Flamine Caïphas vt ait Ioannes, *Quòd* IESVS *moriturus erat pro gente, & non tantùm pro gente, sed vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum:* Nec sanè video, aut in Patribus, aut in optimis Explanatoribus quidquam huic quod aduersetur interpretationi: & vellem discere, vt repelli queat: Iam quòd si nulla est implicantia, eundem sacrorum voluminum locum multos habere sensus literales, & sit in Pagina diuina, quo probetur de facto tantis præditum esse significationibus, nemo arbitror renuerit indulgere, in Scripturarum honorem, atque commendationem idipsum non mediocriter cedere: quid enim nobis Ecclesiæ Doctores tam frequenter inspirant, atque venam esse tam diuitem sacrum Textum, tot refertam sacramentis, tot grauidam arcanis, quam ne omnium ætatum Scriptores vnquam exhaurire valuerint? Quo verò fundamento, aut tam prudenti, aut tam vtili hæc restringemus ad vnum mysticum sensum? vt qui in hoc amplificando potens fuerit, & vbertimus, idem in historicis sensibus parcus apparuerit, & misera donauerit manu, quasi non parem gloriam ab historici fœcunditate sensus, aut certè proximam debuisset sperare? Omitto his similia alia premere, sicut & de

53\.

Ex verbis Ioan 11 probatus multiplex literalis sensus eiusdẽ loci Scriptura. Molina.

Bibliis tanta perurgere, quoniã singulare aliquid non occurrit, opus non est vulgata transcribere.

54. Sed obiiciunt de aduersa parte, in æquiuoco laboraturos semper diuinorum Codicum interpretes siquidem variis cùm abundet sensibus Dei oraculum, exploratum nihil colligi valebit: quàmobrem & amphibologia ludet Spiritus sanctus, & omnis in deceptione, aut huius formidine erit pagina Bibliorum: sic, nimirum, fundebat olim responsa inter gentes Apollo, in ambiguis hærens, alterúmque retinens sensum, ne de falsitate coargui possit; Respondeo, nihil horum sequi ex multiplici literali sensu, nec vllam esse doli speciem; neque enim ad cauillandum vtitur Deus multitudine sensuum, atque vt delusus, qui percipit ab vno verbi significatu, habeat alterum Numen, quo se tueatur; tantùm agit ad ostensionem potentiæ & maiestatis suæ, suorúmque eloquiorum profundissimam vim, vt quod mortales pluribus phrasibus dicunt, hoc ipse vna repræsentet phrasi; Quæ verò deceptionis aut leuis imago in his effulgeat? Imò quidem si Scripturarum sententiæ vno constarent sensu historico, qui hunc non attingerent, velut delusas suas operas gemere quodammodo possint, cùm literalem inuestigantes sensum, nihil reportauerint ex desideratis; at vbi multiplex est sensus, & hic, & ille refert, atque ditantur multi; Itaque nullibi minùs fraudis; nam, quæ possit esse querela? Scilicet, quòd Dei loquutionem perscrutans, cùm putaret inuenisse, non repererit; Verùm reperit quidem; nam omnis illa varietas significationis, Dei lingua est: quodcunque de plurimis haurias, Dei verbum hoc est: Sequitur ex multiplici literæ sensu & non leue emolumentum, nam sanè quis negauerit Patribus, reuelatos Scripturarum historicos plerosque sensus; Alium explanandi modum proferant iuniores, qui literæ cohæreat; despiciemus hunc tanquam non historicum sensum? Planè contemnemus, vtpote ab eo diuersum, quem Patres excogitarunt: cùm autem nequeat esse excepto vno literali sensu, oporteat, reiiciamus adinuentum à neotericis: quamobrem certè dum nolumus concedere cuiusque in particulari sententię, quæ sigillatim demonstretur, veteres latuisse sensum, necessarũ est, dicamus non posse à nuperis produci quidpiam literalis sensus, quod antiquorum fugerit industriam: sed cõcesso multiplici historico sensu: est, in quo, & veteres, & noui laudem maximã consequantur: nam concedentes quidem priscis innotuisse historicũ verborũ sensum, potuère & nepotes intactum à primis Doctoribus sensum alium eruere, quando multiplici sensu eadẽ abundat Scriptura; neq; opus est statim vociferari, recentiores à senibus discedere, non enim quemadmodũ in Scholis conclusio, aut est affirmans, aut negans: ita in sensibus Scripturarum: sed Deus eodẽ verbo simul multa, aut affirmat, aut negat: ex quibus affirmationibus altera reuelata est Patribus, alia filiis, quin id, quod filij propugnant, illis aduersentur, quæ Patres defendunt: sæpè enim materiæ sunt nullã inter se connexionem habentes: vt si quis asseueret existere Bizantium, hoc nullo pacto alterius effato opponitur, aientis, existere etiam & Romã: Non igitur cauillis obnoxia est opinio multiplicẽ literalem sensum astruens: sed viã aperit, vt faciliùs Scripturę intelligatur, vt liceat iunioribus absque illæsa Patribus debita reuerentia, nouas meditari Bibliorum explanationes, iuxta quod præceptum est viro desideriorum; *Tu autem Daniel claude sermones* (Dan. c. 12. v. 4.) *& signa librum vsque ad tempus statutum: plurimi pertransibunt, & multiplex erit scientia.*

Æquiuocatio non sequitur ex admisso eiusdẽ sententia multiplici sensu literali.

Opinio de multiplici literali sensu, quantum afferat vtilitatis Scripturæ enodationi.

Dan. 12.

55. Deinde inferunt ex admisso literali multiplici sensu deduci, vt eadem numero res possit esse, & corpus, & vmbra; & imago, & substantia; & pictura, & depictum; hoc autem inconueniens esse apparet illicò, cùm repugnet vmbræ corpus esse, vt ex rerũ naturis quotidie apertè constat: Sequela ostenditur; nam, si quibus in verbis Scripturarum duplex admittendus sit sensus, maximè in illis apud Ioan. c. 19. v. 36. *Os non comminuetis ex eo*: Quæ desumpta sunt ex c. 12. Exod. v. 46. est enim non minor in his verbis analogia ad subindicandum, quod ex typico & vero Agno Christo accidit, quàm in Isai. illis verbis ex c. 53. *Generationem eius quis enarrabit?* Quę tamẽ Isaiæ verba ex potissimis sũt, & maximè vulgatis, quibus duplex literalis sensus cõsueuit roborari: nam, sicut ibi duarum generationum est quædã velut subalternatio, atque ideò proportio inter vtrunque obiectum; sic hoc loco, quod significatur, æquè resplendet in ambobus in paschali, nẽpe, Agno, & Seruatore, vt neutrius videlicet comminuantur ossa. Quapropter, qui duplicem admiserit historicum sensum, Exodi verbis si negauerit, difficulter in aliis Bibliorum locis fulgere probauerit. At concesso duplici huius literæ sensu, sequitur manifestè, vt commisceantur in eadem entitate, & vt sit eadem met res simul, & veritas, & figura. Patet hoc; nam certè verba illa, quatenus repræsentant agnum per Pascha immolandum, cùm ferantur ad typum, Christum eiúsque victimationem adumbrantem, figura sunt, quando & typus imago sit, eadem autem verba, quatenus literaliter Christum exprimunt, cùm non ad typũ sed ad veritatem terminentur, & ipsa veritas sunt, atque ita simul copulantur & vmbræ, & veritatis ratio. Ecce igitur, qualia sequantur incommoda literali admisso sensu multiplici. Respondeo ad hæc in primis valeat, licèt quidem ob analogiam, & proportionem inter Christum, & agnum typicum, quod neutrius ossa comminuta sint, non leuis obiiciatur ansa mediãdi duplicem historicum sensum; tamẽ cùm inde assignata implicãtia subsequitur: nimirum, vt & veritas & vmbra eadem fuerit res, propterea illis verbis negari multitudinem historicorum sensuum, in Isaiæ autem verbis de duplici generatione filij, & similibus multis sententiis, cùm non reluceat simile obstaculum, admitti varios literales sensus. Respondeo insuper, & locum eum de non confractis ossibus, Exodi 12. mutuatum ex capite, literaliter probè construi de Christo, déque agno ab Israëlitis immolando, negat omninò Ribera ad c. 11. Oseæ, n. 51. ob causas declaratas superiùs, quòd in vnum coalescere nequeant, & vmbræ, & veritatis ratio. At quidni per diuersas considerationes & respectus, neque enim repugnat vniuersim, & cuiusque generis vmbræ, veritatique: Sanè ponamus Monarcham aliquẽ reportasse memorãdam de hostibus victoriam, atque in celeberrimi triumphi laudem quotannis spectacula edere, in quibus & illius pugnæ forma repræsentetur: nonnunquam verò ad maiorem populorum lætitiam, Regem ipsum ludicrum Martem introire, & quæ olim in bello vero gesserit, nunc in simulato repræsentare; equidem his, quæ possibilia sunt, admissis fit vti in vnam, eandẽmque personam Imperatoris & veritas

Ioan. verba ex c. 19. non duplicem admittunt literæ sensum.

Exod. 12.

Isaiæ 53.

Regula: Eadẽ res, & typus, & figuratum valeat esse.

Ribera.

veritas coniungatur, & vmbra, corpus, simúlque imago: nam sinè, quatenus veri nulli hostes sunt, quibuscum dimicet Princeps, phantasima solùm esse omne id, & præteritorum lineamenta necesse est; quatenus autem non alius, sed ipse, qui aduersùs inimicas acies processit, Regis sustinet auctoritatem idcirco; & veritas quoque tunc præsens est: atque ita in vnum connectuntur veritas, & vmbra; imago, & substantia.

56. Verùm insufficienter probasse nos ex Caiphæ vaticinio duplicem in litera eadem sensum ostendunt: Nam, si eo loco duplex admittendus sensus, & quoque in Pharaonis illis somnijs de septem bobus, septémque spicis, Genes. cap. 41. à vers. 1. par siquidem vtrobique occasio est; quemadmodum enim Caiphas non intelligebat, quæ labijs proferebat; ita nec Pharao, quod menti obiectum est, penetrare valebat, & sicut Euangelista declarauit in Pontificis sermone latere arcana; ita & Iosephus ostendit abscondi in Regis visione sacramenta; Equidem respectu Pharaonis, vt cui boues, & spicæ repræsentatæ sunt, literalem sensum, qui de bobus, & spicis secundùm se sit, admittit Molina ad artic. 10. quæstione 1. in 1. part. disputatione 1. § *Dubium est circa*, &c. At interpretatio Iosephi de vbertate, & sterilitate nequaquam ab historici sensus natura releganda videatur, cùm ænigmatis fuerit scopus potissimus eiuscemodi significatio; alioquin & dicimus in Scripturæ parabolis literalem non esse sensum, quem verba metaphoricè accepta generant; sed quem grammaticalis refert constructio; Hoc autem pronunciatum communi Explanatorum iudicio aduersatur; nam, cùm dicitur exiisse quempiam, vt seminaret semen suum, cuius pars decidit in petram, aliam spinea suffocarunt; nequaquam historicum sensum portauêre, quem verba immediatè indicant; sed aliud longè sublimius, spiritale, scilicet, & diuinum; At, si duplex tribuatur sensus Pharaonis somnio historicus, sequitur non exiguum incommodum, accidit enim, vt cum literali sensu mysticus confundatur; Istud explico: nam mysticus sensus ille est, qui fertur in obiectum literalis sensus obiecto significatum, vt dicebamus mystici enodantes sensus naturam; sed anni vbertatis, sterilitatísque sunt obiectum adumbratum per historici sensus obiectum, nempe, per boues, & spicas, vt constat; Igitur sensus eiusmodi annos exprimens, mysticus est; sed per nos & talis sensus quoque literalis; igitur manifestè à nobis confunditur mysticus & literalis sensus; rursum ex nobis mysticus sensus ille est, qui immediatè, & proximè de rebus pullulat; ex vocibus autem resultat mediatè, & remotè, scilicet, post significationem rerum; atqui significatio illa vbertatis, & sterilitatis proximè consurgit ex rebus, videlicet, ex bobus, & spicis; deinde ex verbis per translationem accommodatis ad significandum; nisi enim per boues, & spicas significaretur, neque etiam per verba Pharaonis, Igitur quocunque modo declaretur sensus mystici natura, planè confunditur cùm literali.

Pharaonis visio Genes. 41 an duplicem habeat literalem sensum?

Molina.

57. Grauis quidem obiectio, sed nisi decipitur animus, quæ & maiorem Theologorum partem vexare debeat; nam hi sanè in Parabolis literalem asserunt sensum eum, non quem vocum reddit exterior sonus; sed, quem metaphora facit; & ita Christus ipse Lucæ capite 8. semen interpretatus est verbum Dei; spinas diuitias, & voluptates; Nos igitur dicimus in hac seminantis parabola, exempli gratia, duplicem esse literalem sensum; alterum, quem verba in primæua & simplici generant significatione, & denotant agricolam, dum vt granum glebæ custodiendum traderet, in agrum proficisceretur, alia agentem permisisse, vt de seminandis quædam in petrosa, alia in vepres caderent, siue istud reipsa accidisset, siue non; alium, quem eadem verba ex tropo conficiunt; siue hic tropus ad instar rhetoricæ metaphoræ sit: siue ex peculiari Dei impositione, penes quem est vocibus quam velit, significationem affigere; Sed quonam modo huiusmodi literalem sensum à mystico secernemus? Sufficienter quidem; nempe, quatenus tendit in obiectum absque eius in typum aliquem relatione: Itaque non ideò seminans Christum repræsentat, quoniam Deus ordinauit, vt res hoc vocabulo significata Christum adumbraret: sed absque aliqua reali dependentia ex proportione quadam seminis, & diuini verbi: quemadmodum campi ob iucundum, honestúmque virorem, quo aspectus intuentium solantur, videre dicuntur: in mystico verò sensu, ideò vocabula figurata repræsentant, quoniam obiectum exprimunt, quod ex peculiari Dei ordinatione figuræ denominationem sortitum fuerit: Quod hac de parabola dicimus idipsum de Pharaonis somnio: duplicem nimirum visionem illam habuisse literalem sensum: alterum tendentem ad boues, & spicas secundùm suam naturam, & prout verbis simpliciter repræsentantur: alterum tendentem ad vbertatem, & famem non quatenus aliquo modo rebus ipsis scilicet bobus, & spicis exprimebantur quasi hieroglyphicis, & typis: sed quatenus verba, quæ boues, & spicas significabant, translata sunt ad fœcunditatem, & indigentiam denotandam, quod genus translationis vocum Deus optimè facere poterat auctoritate suprema sua: & quamuis hominibus insolens videretur loquendi facies: intellecta tamen Dei impositione, viderent continuò probè institutum esse sermonem: Atque id, quod de Pharaonis somnio asseueramus, æstimamus dici oportere quoque de ænigmatis multis apud Danielem, aut Ioannem: vt cùm hircus caprarum, cùm draco, cùm equus rufus, & alia obscura referuntur symbola: nam primùs historicus sensus est, qui in horum naturam secundùm se, seu veram, siue apparentem & confictam tendit: repræsentantur enim eo modo, quo habent esse: secundus est, qui fertur in significata spiritalia de Christo, de Apostolorum cœtu, de Ecclesiæ Martyribus, Doctoribus, Prælatis: Quamobrem in Scripturis vix quidquam est de rerum quibuscunque naturis disserens, in quo non valeamus duplicem, aut plures reperire historicos, & literales sensus: quæ sensuum exube-

Parabola duplicē habent literalē sensum.

Luc. 8.

Mystici sensus discriminatio ab historico quando sint vel coincidunt.

In ænigmatibus Apocalypsis & Danielis duplex historicus sensus.

cantia commendat multùm Scripturarum & maiestatem, & diuitias maximas; Legantur, quæ statuimus Anteloquio 1. Sectione 4. num. 25. de parabolarum multis historicis sensibus.

Translationes aliae sa pariunt eiusdem sententiæ multis literales sensus.

58. Illud postremò aduertisse iuuat in gratiam nostræ assertionis, possibilitatem varij, atque multiplicis eiusdem literæ sensus palàm corroborari inde posse, quòd certè eiusdem Hebrææ dictionis varias translationes diuersis Interpretibus Spiritus sanctus suggerere possit, vt aliter Paulus, aliter Septuaginta verterint, & quorum translationes diuersos omninò pariant sensus; quid enim in hoc implicantiæ, vt si verbum Hebræum ambiguum, quemadmodum apud Latinos vox *gallus* exempli causa, alius gallium gallinaceum transferat, alius hominem Francum; tunc quidem respectu Hebræi Textus, qui vera & authentica Scriptura esset, (nam loquor de genuino, & incorrupto,) eadem litera plures historicos complecteretur sensus; nam quamuis respectu alterius idiomatis illæ sint diuersæ literæ; tamen comparatione Hebrææ linguæ est vna, eadémque litera, & aliunde Hebræum verbum est sacrum & canonicum, vt supponimus; Equidem & reipsa nonnunquam ita contigisse quidni arbitremur? Vt cùm Genes. cap. 47. vers. 31. legitur; *Quo iurante adorauit Israel Deum conuersus ad lectuli caput*; ad Hebræos autem cap. 11. vers. 21. *Fide Iacob moriens singulos filiorum Ioseph benedixit, & adorauit fastigium virgæ eius*, vbi Hebræum מטה matteh alius *lectum* expressit, alius *virgam*: nam, quòd virgam legisse Septuaginta, atque Apostolum asserunt nonnulli causa punctorum Hebraïcorum fortasse parum solidum est, cùm maior doctorum Virorum pars asserat referente Sixto Senensi lib. 2. Bibliothecæ, verbo, *Iota*, & *Apex*, & libro 3. Methodo 2. *De stigmatico exponendi modo*, puncta Hebræorum recens esse inuentum, & ad finem penè quinti sæculi à Christo defluentis; Sed captiosa esset talis verborum ambiguitas, & præter humani sermonis, quem Deus imitari debeat, & auscultantibus se accommodare, morem: Verùm in quo hæc ex verbis quasi fraus? An, quoniam legentes cùm putarent se Dei loquentis mentem attingere, non tamen penetrarent, & sic quasi deludi à sonitu dictionum viderentur? At, nónne hoc etiam accidit, etsi statuamus, vnum esse cuiusque sententiæ literalem sensum? quoties enim accidit, vt arbitrentur Interpretes, germanum ab ipsis attingi sensum, à quo tamen longè distant? in causa tamen est ipsorum hebetudo, non Deus; & æquè falsum est debuisse Scripturarum conditorem ad normam hominum profari; quin potiùs signauit librum, absconditque sub inuolucris plurimis sensus in beneficium maximum ipsorum hominum; neque enim decebat sanctum poni canibus: Consule Martinum Cantapetrensem libro 5. hypotyposeon, capite 1. Valentiam tom. 5. in 1. part. quæstione 1. disputatione 5. puncto 5. §. 3. Quod igitur in vno inuestigando historico sensu committunt homines, vt quid Patres, quid Theologi pronuncient, disquirant, & in primis cohærentiæ Textus attendant: hoc agant, vt multiplicem quoque eruant sensum, & videbunt loquentem noluisse decipere aliquo modo: sed & hoc, & illud, & tertium aliquid voluisse asserere, totúmque iuxta literam, & Historiam, vti in citatis verbis, quòd Iacob, & ad *lectulum*, & *ad virgam* respexisse dicatur, vnum, atque alterum Spiritus sanctus pronunciat, & vtrunque literaliter verum est.

Gen 47. Hebr. 11.

Puncta Hebræorum recens inuentum.

Multiplex literalis sensus captionibus non est obnoxius.

Deus an more humano, & sine inuolucris debuerit loqui in Scripturis? Cantap. Valentia.

ANTELO

ANTELOQVIVM XII.

E. ipsum pro meliori Scripturas interpretandi genere Prolegomenon, quam suggerit moribus doctrinam?

QVOD hactenus præstitimus, & in hac vltima laborum periodo obseruare animus est, vt post literam Ethologia subintret, & seuerum historici sensus examen temperet allegoriarum amœnitas; Nulla tam ieiuna Tractatio, e cuius venis non aliqualis instructio hauriri valeat: & ad mores componendos sedulo contemplanti vniuersa deseruiunt.

SECTIO I.

Nulla e nde orato, reuerentia communio Christi Mensa hospites excipit.

1. PRÆTERITAE disputationis omnis ... opus ostendere, ... esse debeat no..., quoniam ... reuerentia accedentis ad Bibliorum sacram disquisitionem; sed in primis omni ... ratio debere priorem euadere animum, qui in lege Domini dies noctésque meditari statuit, & in libri signati eruendis arcanis beatas horas con... decreuit; nisi enim & decorem, & metum simul induit, absondetur ab eo verbum, quod ... est os Domini multifariam ... constitutione sæculi; Quòd si tam piurum esse deceat, tam sanctè ... Scrutatorem verbi, quod processit à labiis Prophetarum, quæ Spiritus gubernabat; qualem conueniat esse candorem illius, qualem formidinem, cui dentibus premere concessum, in stomachum traiicere carnem eam, quæ secum vnitum habeat Verbum Patri consubstantiale, in quo est omnis plenitudo Diuinitatis? Quid ad hæc illi animarum indulgentissimi Medici, qui imperfectis hominibus passim consulunt, quotidie hanc frequentent mensam modò lethalis noxæ conscientia mentem non verberet? cæterum venaliter sordidulum accedere æquis ferunt oculis? Quid templa, & aræ ... Episcoporum ora, ante aciem Christianæ plebis sine honore, sine censu, sine diligentia?

2. Venerunt ab Oriente Reges Tharsis & Insulæ, omnes diomedarij Madian & Epha, ... Principem salutaturi, aurum, & thus deferentes, atque Hierosolymam introgressi, per ... tantur; *Vbi est qui natus est Rex Iudæorum?* Matth. 2. Quamo... ... reliquo tot ... numero ... di nihil d... quisiert ... An, quia ... quæ mœnibus admissos destituit. Sed ... Numen, alio modo docere, & supplere A... magi ... sin autem vt ignorarent, placebat debuerant subi... & ... cultare videbant, & ipsi abscondere; Adde quod & vitæ interrogatio discrimen afferre potuerit, cùm præsente Herode tyranno audaci & feruido aliuin H... Regem ... mauerint, cui suppetia ferre, vt dominaretur, modò egeret industria eorum, ... essent? Placet ... conie... opinantis, non tam à ... mente Chrysol. pro... quæsitum, quam ab insultante animo, ... non fuit illa vox nescientium vbi lateret ...; sed corripientium metropolitanæ vrbis desidiam, contemptum, impietatem; tanquam ... nt, ... prope vos, iuxta Solymorum arcem Verbum Patris carnem induit, & in tempore sub visibili figura, ex claustro puellari... tacto prodiit! & non resonat lætitia vrbs vestra, non dies festos agit, non deponit malitiam, atque scelera? & in nouitate vitæ quasi modò geniti infantes occurrit Regi Israel benedicto, qui venit in nomine Domini saluare omnes nationes? Apud vos tam ... cubat, & delitescit in stabulo, & con... iumentis insipientibus, bobus & asinis, cuius decor est inæstimabilis cui Seraphim in supernis æternùm ingeminant *Sanctus. Sanctus, Sanctus*: in cuius conspectu & astra non sunt munda? Demirantur igitur, quod hominem Deo associatum non promissis vultibus adcurrit, non agmine effusi Bethlehem pergant, non auro, lapidibus ex quisitis honoris, aulæis præsepia vestiunt: Hoc igitur est quod increpatoriè interrogant Auctore Chrysologo: *Vbi est qui natus est Rex Iudæorum?* Sed percipiamus ipsius verba sermone 1. de Magis, qui ordine est 156. *Dicendo non interrogant, sed insultant, negligentes arguunt, seruum Domino non occurrisse causantur; nam quid ab hominibus quærunt, qui per Deum nouerunt quod quærebant? Vbi est qui natus est Rex Iudæorum? hoc est, cur Rex Iudæorum in præsepi iacet, & non decumbit in templo? cur non fulget in purpura, sed squalet in pannis? receperunt iumenta in præsepi, quem in domo sua recipere vos spreuistis.*

3. Adolescens ille, qui abierat in regionem longinquam, cùm famem sustinere non valeret, amore panis vel mercenariorum adscribi numero cupiebat: cogitauit de regressu, & perfecit meditata: Sed ecce post oscula & blanditias, non panem sed amictum produci imperat genitor: *Dixit autem pater ad seruos suos: Cito proferte stolam primam, & induite illum, & date annulum in manu eius, & calceamenta in pedes eius.*

L e

Lucæ 14. Lucæ cap. 15. vers. 22. Quid agis, venerande senex? ... nec causæ latet, ob quas hinc ... dex factus ... Non cu... cupido vestis impulit, sed nutrimenti, obi... postulat frigel... ns, & languidus stomachus non ... Atque ... & adstantem de exteris ... ad quorum vultus erubesceret genitor si pannosus appareret filius, & in attrita lacerna, ... quod alimenta porrigere ... distulisset fame consulens; at deerat peregrinus spectator omnis, & aulam domestici occupabant solum; En pater amici tantum auscultant, præbe siceram, subministra panem, his opus habet adolescens; cum in forum, & plateas excundum fuerit, domibusque ... extrahentur vestimenta, quæ auro & lapidibus fulgeant, quæ & myrrham, & casiam spirent; Puto si non de vitulo saginato commedendum esset, nequaquam genitor institisset, vt puer anteà reg... retur, quàm manducaret; itaque, si vel alnles, vel tauros mactasset, neque de calceamentis, neque de annulo, neque de stola cura fuisset; verum ad epulas ... ulmas absque amictu accedere, infandum; At ... vitu ..., ... saginati super alii anim... honor ... typus dominici Corp... uolum ... sbolum ... pabuli, docebunt A... ... atque Beda in Lucam, Hieronymus ep. ... ad Damasum de duobus filiis, Cyrillus, & Ioanne Geometra catena Græca nostri Corderij in Lucam, cap. 15. num. 56. Quoniam igitur filius dissi... eos repræsentabat, qui ad Eucharistiæ sacram accessuri erant Mensam, noluit vt vel etiam domesticis mortuatus ... accumberet, quia, etsi ... robor atque erubescentia sit ante charorum oculos nudum, aut lacerum apparere; sed neque leuis rubore causas huius fuisset reuerentia Mensæ; ergo, antequam manducet, tegatur qui de vitulo saginato comesturus sit, Concinnè Beda venerabilis ad cap. 15. Lucæ; *Notandum, quòd ante stola prima, antè annulus antè calceamenta præstantur, & sic demùm vitulus immolatur*; Quid verò annulus significat? Equidem bona opera; Sic Asterius nominatur Græcorum catenam Lucam, num. 49. Satisne bonis operibus instructum esse, qui de vitulo saginato gustare exoptet? Nequaquam sanè, vltrà & leuissimus ... abiiciendus, veniales defectus amputandi, ... hoc calceamenta, Sufficit ne istud? Deest adhuc & stola prima ... quam Baptismi prima ... interpretantur ... Titus, & Asterius ... citata nuper catena, num. 46. Igitur ... aculatus prodit infans, ... lauacra, tanta ... modo ... eum deceat, qui ad Christi ... Corpus accedere præ...

Ambros. Beda Cyrill. Hieron. Ioan Geom. Corder.

Beda.

Titus. Asterius.

4. Cœlum, & terram ... Creator duxit velut lineamenta, deinde ad ornatum processit; sed auspicatur à terra cœlo ad posteriores curas derelicto, quemadmodum Genes. cap. 1. attestatur, quippe die tertio protulit terra herbam virentem, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum; die autem quarto facta sunt luminaria, quæ & die, & nocti præsiderent; At, ... obrem prælata ... infima, astris gleba? Nonne decebat magis exordia sumpsisse à nobiliori plaga? Sciat ... aliquid ab Anastasio Sinaita lib. 4. Hexameri; *Ante Deus ornauit terram, quam cœlum, tanquam si terra ante cœlum ditata sit Christi mysterio, & aduentu*; præterea *ante cœlum ornatur: quoniam ante Angelos terra ... homines Deum per carnem ... ornauit, ille hac inferiora, ea letificauit, & exornauit*; Sancti primi ... bores, qui ... atque artis specimen edere consueuere, quam admirandi, atque industriæ excellentissimum est, rapiuntur semper: ibi magister operis manu, consilio, potentia, ipso etiam affectu intentus, vt singula nitidissima prodeant, exculta ad amussim, quippe ab eiusmodi opificio clarum deinde accepturus nomen in longas ætates: Iam verò quid deguftant ad sacram accedentes Mensam, qua Christi Corpus exhibetur, nisi Deū incarnatum, quanquam sub velamento, oimirum, sub ... nis, & vini accidentibus? Numen igitur, vt iam ritm à rerum incunabilis doceret, quanta eum reuerentia sumendus sit Christus ab eucharistico hospite, qualem deceat animi thalamum esse, quibus gratiarum floribus, quo virtutum spirantem odore, quàm munda omnia, atque tersa: propterea inchoauit decoramentum à terræ elemento, cælo postposito, vt quæ pars fabricæ vniuersitatis Deum cum carne fuisset postessura, & primas opificis curas sibi vendicaret: Verùm, nonne si 10 terra Deus, etiam in cœlo Deus fit? imò cœlum Deo ... des est, terra autem scabellum pedum eius; Cur igitur non prius admouit manus, vt æthera poliret? Anne subinnuere voluit recepturis sacratissimum Filij hominis Corpus, tantam debere esse pectoris nitelam, tantum cubilis & decorem & artem, vt si fas dicere fiet, cœli ... intum comparatione eius quodammodo mundi non sint? Certè tantùm superet vt minimùm, quantùm prima opera, quæ ad ingenij & scientiæ ostentationem componuntur, vincere consueuere alios magistrorum labores, in quibus neque intellectus, neque amor, sicut in primis, aut desudat, aut stimulat.

Genes. 1.

Anast. Sin.

Pro filij, quem diligebat læto hymenæo fecit conuiuium homo regio decore & maiestate conspicuus: cuius splendidissimum apparatum cum viri maleuoli despexissent, misit ex seruis in aperta viarum, vt quoscunque inuenissent congregarent, etiam & claudos, & debiles, & cæcos, Luca narratore, cap. 14. vers. 21. Cùm igitur ex fæce humani generis in aulam magnificam conuenissent pannosi quique & laceri, discumbentibus cum lætitia hospitibus, intrauit Rex, vt videret symposij formam: atque inter innumeros intuitus aliquem non habentem vestem cœnatoriam, & qualem nuptiarum requirebat festiuitas, excanduit ad spectaculum, & iracundus exclamat; *Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem?* At, num iusta hæc querela? Certè plurima sunt, quæ accumbentem defendant: Primùm, vti optime subindicat Hilarius can. ne 22. in Matthæum: *Nunquid inuitandorum habitum designauerat? Deinde, cùm inuitari quoscunque iussisset, quomodo vnus omnibus poterat esse habitus?* Tertiò, quod idemmet suggerit: *Si tertiu ex consuetudine conuenientium in nuptijs habitus soleret esse ab inuitantibus, & ministris potuisset inhiberi*; Sed illud præcipuum est, quòd cùm pauper esset miser conuiua, non haberet in crumenā, quibus vestem genialem compararet, obolos; adactus autem vt discumberet, necessum erat, vt qualem fortuna patiebatur, amictum gestaret; Quorsum igitur intumescit symposiarcha, & obiectat, vel quòd aulam calcare attentauerit; *Quomodo* (inquit) *huc intrasti?* Sed patere 5.

Luc. 14.

Hilar.

Matt. 22.

parcite epularum Magistrum furoris, & vehementiæ incusare! Legistis apud Marcum cap. 11. quæsiuisse in ficulnea Seruatorem, quod manducaret; & cùm præter folia aliud non appareret, damnasse anathemate lignum, arborémque subitò arefactam; numquid non iusta Redemptoris bilis? & non crudele illatum supplicium? Planè certum vtrunque; Et tamen ficulneæ nullum delictum; nam attestatur citatus Euangelista Marcus non fuisse illud ficorum tempus; Scilicet, Apostolos terrere voluit pœna stipiti innocuo inflicta vt qualem homo qui in culpa esset plurima daturus fuisset; ab arbore discerent quæ virore spoliabatur ob negatam Domino alimoniam; ita, eùm & vident eum è conuiuio detrudi in ergastulum, quem absque delicto facilè vnusquisque æstimaret; & vitio dari, quòd vel limina profano conuiuio destinatæ aulæ tereret; horrescent ad sacratissimam dominici Corporis, & Sanguinis Mensam impolluti accedere, anima vitiorum centonibus onerata.

6. Num. 10. Numerorum capite decimo iubet Numen, duas confici tubas; Benè id quidem; nam erat plurimum vulgus, atque vt conueniret, adesséique vocatum, sono elatiori opus erat, nec poterat humanum guttur sufficere; Sed, quamobrem præceptum, vt de argento tubæ illæ; *Fac tibi* (ait) *duas tubas argenteas ductiles*; Equidem vt sacro ministerio deseruiret solùm tubarum clangor, opportunum, vt de excellentiori materia conficerentur; Verùm scopus etiam, vt ad castra mouenda accurreret multitudo, vt bello signum daretur, vt epulis, atque lætitiæ, quemadmodum Textus verba demonstrant; atqui ad bellum incendere vsus lituis aut ex ære, vel ex cornibus: Quare Maro, *ære ciere viros, Martémque accendere cantu*, hortatur, & aliàs, *rauco strepuisse cornua cantu*, pangit; Ex æruis militia est, quæ specioso, atque illustri magis quàm valido apparatu gaudet; Sed intuere Israëliticæ militiæ diuersam faciem ab aliarum gentium castris; Sinè apud alias nationes tubis clangunt ex profano vulgo aliqui; apud Hebræos optima, & nobilissima pars; quæ scilicet originem à Leuitica, & sacerdotali linea trahit; *Filij autem Aaron Sacerdotis clangent tubis, eritque hoc legitimum sempiternum in generationibus vestris*; Iam verò quis ignorat, aut Sacerdotes altaribus destinatos, aut argentum splendidissimum, purissimúmque inter metalla esse? Quoniam igitur eos in tubicines eligere placuit, quorum diligentiæ sacra altaria concessa fuissent, & qui arcam Testamenti circunstabant; mutauit continuò assuetam apud nationes tubarum materiam, significans non decere Sacerdotem, & altaribus dicatam tribum, nisi quæ & tersa, & indefæcata, fulgentissimáque esset, quale fit argentum, Subscribat Tostatus quæst. 17. in cap. 10 Numerorum; *Fuit hoc propter ministros; nam in his tubis non clangebant populares, sed soli filij Aaron, vt dicitur in litera; & tamen isti erant ministri excellentissimi, qui ministrabant intra Sanctuarium; ideò competebant eis instrumenta, vel vasa excellentissima; sic autem erant tubæ argenteæ, ideò tales factæ sunt.*

Apud Hebræos Leuitæ tubis clangebant.

Tostat.

7. Creatoris summam munificentiam commendaturus vates cum purpura, etiam erga coruorum fœtus clementem deprædicat, Psalm. 146. vers. 9 *Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum*; Destituuntur à pessima & ingrata volucri implumes auiculæ, & matris vices subit Numen, quemadmodum obseruarunt Cassiodorus, Strabus, Lyra ad eum Psalmi versum, & apud hunc postremum Isidorus; pulchrum hortamentorum religiosis viris, qui & parentes, & fratres propter Deum reliquerunt, quos proinde singulari prouidentia alere supremus Rector destinet: Sed quale pullorum nutrimentum; Cassiodorus vbi superiùs: *Pulli coruorum dicuntur rore vesci, & beneficio ætatis ignorant escas, id est, fœtores cadauerum*; Mirum istud, quod è cœlo pastus descendat quo corui roborentur: nam sanè rerum naturæ id quàm consentaneum apparet, vt quibus aut artibus, aut cibis vnusquisque in matura, validaque ætate assuescat, iisdem à pueritia, imò & ab infantia incumbat; Cùm igitur corui, postquàm vires sumpserunt, toto impetu ferantur ad mortuorum cadauera, & quicquid & putulentum, atque malè olens in carnibus; quamobrem non hoc escarum fœtido genere, & pullos depascit Creator? aut saltem cur non & cœli delectantur rore corui, postquàm infantiam deseruerunt, & nido auolantesætheri se commiserunt, Sanè huiusmodi alites grandiores facti rapinis, & deuorationibus indulgent, nihil in eorum moribus excelsum, nihil entheum, atque sublime; at priusquàm vestiantur plumis, & nuditatem contegant, innocentiæ formam quampiam ostendunt, paternarum inclinationum obliti per id tempus; neque enim aut sociis volucribus damnum aliquod inferunt, aut ad cadauerosa, & nidida anhelant; Quid igitur gens Christianorum? Vultis de cœli benignitatibus pasci? vultis panem de cœlo manducare, quocum vnà & ros descendebat in circuitu castrorum? Imitamini coruos implumes; rapinam, iniurias, carnis desideria abiicite, hæc grandium coruorum opera sunt, non hos rore cœli depascit Numen, sed malitiæ incapaces pullos, qui derelicti à patribus ad æthera, ad communem vniuersitatis Prouisorem Deum, suspiria fundunt.

Psalm. 146.

Religiosorum Deo singularis prouidentia

Cassiod.
Strabo.
Lyra.
Isid.

Corui implumes quæ nutriantur escâ?

Petri humiles lares aliquando ingressus Magister Orbis IESVS, vidit lecto affici socrum Simonis, quæ febribus alligabatur; interpellauit genet, & restituta est mulier pristinæ valetudini: O certè dignam Principe Apostolorum animaduersionem! Discubiturus erat in domo Simonis Christus, futura socrus ministra epularum, quæ Christo cibos, quæ calicem porrigeret! ergône Seruator à febricitanti dextera obsonia recepisset? Apage tam fœdam rem! Sanam esse oporteat feminam, valentem, absque ægritudinibus, quæ Christi futura sit pincerna, cui ad sacrosanctam Mensam appropinquare non interdicatur: O Sacerdos, ô Eucharistici conuiuij hospes! quæ hæc tua est insolentia tam vecors, tam effrænis audacia? Laborat febribus mens impura, æstuat auaritia, libidinibus, gula, iracundia, vniuersis malorum capitibus & Christo ministrare, Christum manducare præsumis? Præclarè Ambrosius de institutione Virginis, cap. 7. *Simul, qualis esse debeat, quæ Christo ministrat, ostenditur; oportet enim primò carere variarum illecebris voluptatum, vitare internum corporis, animique languorem, vt Corpus, & Sanguinem Christi ministret; neque enim potest quispiam peccatis suis æger, minimeque sanus immortalium sanitatum remedia ministrare: Vide, quid agas, Sacerdos, ne febrienti* 8.

Ambr.

animum

manu Corpus Chriſti attingas ; prius curare, vt miniſtrare poſſis.

9. *Epiph. Cypri Epiſc.* Perpendo ſingularis vocabuli emphaſim apud Epiphanium, Epiſcopum Conſtantiæ vrbis Cypri ſermone de laudibus MARIÆ tom. 2. Bibliothecæ Patrum tertiæ editionis ; *Fides Menſa intellectualis, quæ Panem vitæ mundo ſuppeditauit ; Clibanus intellectualis, qui Panem vitæ intellectualem mundo in eſcam attulit, de qua Saluator ait ; Accipite, comedite ; hoc eſt Corpus meum*, &c. Quamobrem Menſam intellectualem appellat ? Nonne Menſam, qua Propoſitionis collocabantur panes, vocare poterat, vt liberet allegoria vti ? aut certè Menſam aliquam depingeret, materialem tamen, quæ omnia pretioſa oſtenderet, aurum, lapides exquiſitos, & de lignis quicquid aut iucundum, aut odoratum natura in ſyluis protulit, atque huic aſſimilaret ventrem, qui Deum in carne portauit ? Quali metaphora vſus eſt plurima cum elegantia Salomon in Epithalamicis, cap. 5. verſ. 14. *Venter eius eburneus, diſtinctus ſapphiris.* Et cap. 7. verſ. 2. *Vmbilicus tuus, crater tornatilis, nunquam indigens poculis, venter tuus ſicut aceruus tritici, vallatus liliis :* Equidem, quantoncunque aut ingenium, aut potentia artificis conetur, nunquam eiuſmodi Menſam valeat exprimere, qualem ſola cogitatio diligentis ſcrutatoris poſſit intra animi ſecretas latebras efformare ; excedit cogitatio penicillum ; Quoniam igitur Virgo Beata Deum ſub carnis integumento vulua geſtatura erat, parum exiſtimauit, ſi Menſam diceret, aut ex lapidibus, aut ex auro, aliàve quauis præcellentiſſima materia compactam ; exigua hæc tanto hoſpiti nitela ; ſupra omnem captum quodammodo eius eſſe debeat puritas, cuius pectus Diuinitas carne velata ingrediatur; ideò MARIA, non Menſa vtcunque, ſed cuius pictor ſpiritalis, intellectus videlicet, quo maior non ſit alius opifex in delineando ; Sed quid mirum, vt hanc tantam munditiem velut ex iure quodam ab iis poſtulemus, qui Euchariſtiam recepturi ſint, quando ibi humanitati coniuncta perſonalitas Verbi ? cùm etiam ab illis exquiſitam animorum munditiem flagitemus, qui verbum Dei ſcriptum, hoc eſt, vtriuſque Fœderis ſacram loquelam tractaturi ſint quouis modo, quæ fuit occaſio præſentis de Chriſti Corpore documenti ?

Cant. c. 5. & 7.

SECTIO II.

Non vnam eſſe ſemitam, qua ad Olympum itur.

10. DOcuimus, varia eſſe Scripturarum interpretamenta, & hos allegoriam amare, illos Tropologiam ; eſſe quibus vnicè arridet hiſtoricus ſenſus ; verſari & quoſdam in anagogicis, & cœleſtium cogitatione ; Pulchrè vnuſquiſque in ſenſu abundat ſuo, omnéſque in idipſum contendunt, vt Scripturas elucident, quod & conſequuntur : atque in hac diuerſitate mihi radiare viſa Chriſtiani certaminis non ignobilis forma : Currunt in deſtinatum brauij finem, qui è Chriſtiana palæſtra verè ſunt : ſed alius inter aulæ, & ferculorum pompam : alius in egeſtate, & miſeriarum cataclyſmo : alius per valetudinem : alius per lecti dolores : alius per ſimplicitatem : alius per intelligentiam : hic aſperior, ille remiſſior : Nulli igitur deſperandum, quoniam non vna via eſt ad æternatura gaudia, non vna ad virtutis baſilicam platea : ſi dura perpeti inacceſſum ſit ob infirmitatem, mitia ſuperſunt ſi ſpernit generoſus animus blandula, & emarcida inueniet robuſta & valida, quibus delectetur: tantùm non aliquis nimiùm ſibi confiſus omnem alienam ſemitam contemnat, & arbitretur ab eo, quem ipſe ingreſſus ſit, calle deflectentes in præcipitium ruere : meminerit, & qui duo, & qui acceperat quinque talenta, vtroſque ſeruorum bonorum glorioſo honoratos titulo, ad ſtationem Beatorum admiſſos : Sed expromamus, quæ perſuadeant.

11. Elegit è diſcentibus Simonem, & ex charioribus alios duos Seruator hominum, quibus glorioſum ſe oſtenderet Thaboris in vertice : aduocauit & teſtes Moyſem, atque Eliam : Cur hos potiſſimùm ? Equidem vix inter Patriarcharum ſeriem alij duo, quorum aut vitæ genus, aut officia, aut animi affectus pugnantiores: Moyſes eruditus omni Ægyptiorum ſapientia : Elias quonam in Lyceo didicerit, ignoramus: Moyſes inter pompam, & aulæ delicias verſatus adoleſcentior, valentiori ætate populorum ductor magnificus, Regibus æqualis : Elias coruo œconomo vſus, in montibus, in cauernis deliteſcens, ſic contriſtatus, vt mortem in deſiderio haberet : Moyſes benignus, mitis, tolerans : Elias ignes, vaſtitatem afferens, & terribilis velut caſtrorum acies : Cur igitur hos tam ediametrarios potiſſimùm confabulatores delegit ? Sanè erant illa gloriæ Beatorum ſtillicidia, cùm permiſſum animæ, vt in corpus de plenitudine ſplendoris paululùm illuceſceret, & reſtricti in eum diem fulgores prorumperent tantiſper : Vt igitur ſignificaret, non modò conſequendum imparem in cœleſtibus honorem ab iis, qui per diuerſos tramites vadunt: ſed etiam ab illis, qui ſummè oppoſita dilexêre ſtudia, propterea faciem gloriæ reuelaturus ſingulari delectu ex omni Patriarcharum numero Moyſem, atque Eliam excerpſit : Vide ſi non adfauet Ambroſius lib. 1. de Iacob, & vita beata, *Ambr.* cap 8. *Neque enim minùs beatus Elias, quàm Moyſes, cùm alter cibi indigus, melotide vilis, ſine filiis, ſine ſumptu, ſine comite : alter populi ductor, lætus ſobole, ſuccinctus potentia, diuerſo genere meritum æquale fundauerint, quando cum Domino in reſurrectionis gloria refulſerunt ; videtur enim parem his quaſi paribus gloria ſua teſtibus, dediſſe mercedem :* Si quis igitur inſtar Eliæ oppida deſerit, nemore, & ſubterraneis abſconditur, groſſiori vtatur pallio, reſpuat omne in victu obſoniorum lenimen, gratias agat cum humilitate Patri luminum, à quo eſt donum tam excellens, atque perfectum, ſtudeátque in primis, vt animum non minùs quàm corpus edomet : at nullo modo aliam mitiorem viam ingreſſos contemnat, ſciátque fieri poſſe vt qui contrarias ſemitas amplexati ſint, æqualem referant palmam : *Neque enim minùs beatus*, Auctore Ambroſio, *Elias, quàm Moyſes, cùm alter cibi indigus, melotide vilis, ſine filiis, ſine ſumptu, ſine comite : alter populi ductor, lætus ſobole, ſuccinctus potentia.*

12. Audiamus, qualem recèns nato Emmanuëli

præcinit

Isai 60. præcinit gratulationem Isaias Propheta cap. 60. *Surge, & illuminare, Hierusalem quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est: inundatio camelorum operiet te, dromedarij Madian, & Ephæ, omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudem Domino annunciantes:* Maiestatem planè ista omnia redolent, diuitibus aperitur via ad Hierosolymam, exinde ad Bethlehemiticum stabulum. Explicet Hieronymus: Hieron. *Sed si legamus Isaiam* (inquit) *c. 60 quomodo cameli Madian, & Epha veniant Hierusalem cum donis, atque muneribus, & qui prius tortuosi erant, & vitiorum prauitate distorti, ingrediantur portas Hierusalem, videbimus, quomodo & isti cameli, quibus diuites comparantur, cum deposuerint grauem sarcinam peccatorum, & totius corporis prauitatem, intrare possint per angustam portam, & arctam viam, quæ ducit ad vitam:* Sed, nunquid ad spectandum Deum hominem factum solis Regibus patebit limen, atque illis tantùm, qui cum muneribus veniunt, aurum, nempe, afferentes, atque Arabiæ syluam? Proh! quanta mortalium pars foris stabit, si talibus valuæ solùm aperiantur, quibus sacculi, & aurum? Puto, quòd & pauperes etiam, qui in præsepi iacere dignatus est, non sit reiecturus. Certè ad pastores in ea regione vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum; facta est exhortatio angelica, vt Bethlehem pergerent visuri Saluatorem sæculorum in ciuitate Dauid: & claritas Dei circumfulsit illos: Concione Bernardus sermone 5. de Natiuitate Do- Bernard. mini: *Consolamini, consolamini, popule meus, ait: tamquam populum humilem quem saluum faciet, & sim oculos superborum humiliabit. Vis nosse populum eius? Tibi derelictus est pauper, ait, homo secundum cor Dei:* O beata hæreditas, quæ solos peccatores excludit: diues locum inuenit, pauperi ostia reserantur: quidni enim? nam & hæreditate ipsa mansiones plurimæ, & non vna est semita, quæ ad eam ducit.

13. Luc. 16. Lazari fortunatum exitum recensens Lucas cap. 16. vers. 22. ait, asportatum eum ab Angelis in sinum Abrahæ: Sed, cur sinus Abrahæ vocatur locus, quo animæ iustorum quiescebant magis, quàm Noë, aut Moysis, aut Iobi, vel Dauidis sinus? quid enim defuit ad gloriam tantis viris? nam, si vetustatem consideres, antiquior Noë, si dolorum sufferentiam, patientior Iobus: si cognitionem, doctior Moyses: si imperium, augustior Dauid: Verùm attende, in quibus vicerit Abraham, hospitalitate nimirum: nam ad ostium tabernaculi sedebat in valle Mambre prospectans, si fortè peregrinus quispiam occurreret, eratque beneficentia communis: pauperi æquè, ac locupleti blandiebatur: Lege Chrysostomum homil. in Genesim 40. Hinc igitur potissimum delectus, cuius in sinu requiescerent Heroum Sanctorum spiritus, qui carnis contubernium reliquerant: nàm placida illa quiescendi statio futuram beatæ patriæ iucunditatem repræsentabat: erant nanque æternitatis candidati, qui in Limbo detinebantur: Vt igitur significaretur, aut comparatione Olympi, aut atriorum eius nullas esse præfixas metas, modò corruptela & peccatum absit: sed patere ingressum pariter & & deiecto, & honorato: has, illásve terenti semitas, hoc, illúdve institutum professis: assumptus est à Patriarcharum choro, qui sinum hunc repræsentaret ille imprimis, in quo refulsit quietis eius spirans imago, dum apud mortales ageret: fuit autem hic Abraham propter hospitalitatem: nihil enim patriæ illius communem indulgentiam sic exprimit, quàm syncera hospitalitatis virtus, cum siue nobilis, siue plebeius, seu huius, aut illius exercitationis, ab Oriente an ab Aquilone veniens, verus misericors non expendit: Sed loquatur Chrysostomus ea, quæ iam diximus, ho- Chrysost. mil. quadragesima: *Quando vero audis, quod omnes iusti ab illo tempore, & vsque nunc, & vsque ad consummationem eius operis orationem faciunt, vt in sinum Patriarchæ deueniant; quem alium maiorem honorem commendare quis poterit? quia enim quando oportebat, sua attulit, magna grauitudine omnia ferens, tam iucunda, quam iniucunda: propterea misericors Deus caput bonorum, & id, quod iustus maximè concupiscebat, largitur.*

Amisit diues opilio ouem vnam, & amore, 14. plusquàm auaritia impulsus, saltui se commisit: non vepreta, non paludes, non latronum gladios nunquam ferarum veritus; & inuenit tam sedulus inquisitor, reuexitque in stabulum triumphans suppositis gaudenti oneri ceruicibus: Perdiderat & filium genitor, nec quærit tamen, non exilia, non peregrinationem sibi affectata prodigis indicit: ast tamen reuertenti occurrit, & osculo iungit, & vitulum saginatum mactat, & annulo, & vestimentis, & stola primadonat. Cur non & Zachæum adit? cur non occurrit videndi cupidissimo; saltem prolabitur arborem ascendenti, & de sycomoro transeuntem prospectanti? Pudet hominem substantia & diuitiis affluentem inter publicanos summæ auctoritatis per ligna repere: videndum id in homine vel de plebe si tamen moderato, & sobrio: Anne docemur, non vnum esse tramitem, qui ad Christum fert? O iudiciorum magnam caliginem apud Numen omnipotens! Quàm varie iustos suos exercet Creator! Ille lecto decumbit, clamans per singulas noctes, quia prolongatus est incolatus eius: illi nec caput, nec stomachus doluit per longam ætatem: Ille & ludibriis & contumeliis vexatus: ille in ore atque fama mortalium cunctorum: O & illud quàm secretum est, quòd animas quasdam rerum Gubernator perpetua consolationum inundatione velut obruit: certè speciali concursu adiuuat, ne succumbant; magnorúmque virorum egregios spiritus arescere sinat, & dormitare præ tædio, neque visitat, nisi aut ad vesperam, vel in ictu oculi! Hoc igitur est, quid Zachæum per ligni & Crucis ascensionem ad se pertrahit: adolescentem patrimonij dissipatorem per oscula: ouiculam per amplexus, per colli suppositionem: quanquam & Zachæum à Christo quæsitum, velut ouiculam lustrauerit pastor, Chrysostomus Chrysost. innuat homil. 4. in Lucam: *Vides, quia creditum fidem prændens Christus latentem in arbore, quasi peccatorum tenebris obumbratum, solicito, vt ouem perditam, requisiuit aspectu, & venire cunctantem vocat, venientem quasi humeris suscipit.*

Conuertit ad empyreas sedes lumina Psaltes, 15. & miratus vrbis pulchritudinem, prorupit in encomium Psalmo 86. *Gloriosa dicta sunt de te* Psal. 86. *(ait) ciuitas Dei:* Verùm, in quibus sita hæc tanta gloria? *Memor ero* (subdit) *Rahab, & Babylonis scientium me: ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum, hi fuerunt illic:* At, omnis hæc gloria, ô Dauid? an non magis dedecus? foras canes, & profanum vulgus, quales & Tyrij, & Æthiopum denigrata natio? quemadmodum enim imperia-

lem maiestatem commendat, quòd omnes augustæ fabricæ partes, vel auro, vel tapetibus, vel pretioso marmore resplendeant, & omnis abiecta materia ab aulæ & parietibus & tignis longissimè distet: sic & eandem enchit plurimum ministrorum, & inseruientium delectus, vt honorati, vt nobiles sint quicunque regium ambiunt latus: extra igitur Palatij limites vilia capita, qualia Æthiopum mancipia: quomodo itaque gloriosa ciuitas, eò quòd Æthiopum populus fuerit illic? Sed benè subinnuit Augustinus in præfatam Odam, non esse de terrena Sione carmen: *Quasi intuebatur ciuitatem illam Hierusalem in terra: nam videte, quam ciuitatem dicit, de qua dicta sunt quædam gloriosissima: nam illa destructa est in terra, hostes passa cecidit in terram, iam non est quod erat:* Sermo igitur Vatis de beata Solyma, quæ construitur viuis ex lapidibus: huius igitur metropolis primus honor, quòd neminem respuat à sordibus peccatorum liberum, & æquè omnium prouinciarum mortales, omnium artium & scientiarum cultores amplexatur: Romanus est? admittit: Atheniensis? colligit: Garamas, Ponticus, Æthiops: non despicit? Senatores, milites, bubulci vnà etsi ingrediuntur, & pro meritis suus cuique locus: Hæc est gloria illius supernæ Hierosolymæ, licèt humana vitio babeat tam commune hospitium; Intellige rursum ab Augustino: *Vnde igitur gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei? Audi vnde! Memor ero Rahab, & Babylonis scientibus me: Meritò gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei, vbi non solum est ille populus Iudæorum natus ex carne Abrahæ: sed ibi omnes gentes, quarum quædam nominata sunt, vt omnes intelligantur: Memor ero inquit, Rahab, &c.* (August.)

16. Et quoniam in tui gratiam potissimùm hæc suscepta est paræncsis, ô Lector qui adhuc imperfectus, atque leuium malorum timidus, putas resarciendam Angelorum ruinam à viris cōsummatæ virtutis solùm, da veniam tantisper, vt Dauidis Hymno immoremur, & intelligas non tantùm Hebræis, & semini Abrahæ sedes parari intra Sionem: verùm & despectis Æthiopum vernis, sciásque vrbi hinc nullam accrescere iniuriam, decorari eximiè tamen: Peruolue eiusdem Regis Strophas, & considera, vt sponsam in die lætitiæ cordis eius, cùm ad ostentationem se componit Psalm. 44. delineet: *Adstitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate:* Quid est, quòd nō ex solo, aut argēto, aut margaritis, vel auro contexitur puellæ vestis? Quoniam formosior est varietas: & tamen, si multa coniungantur, vt discolor tunica conficiatur, necessum est pretiosis admiscere disparis nobilitatis filamenta: plùs tamen arridet vicissitudo; Et certè in hoc monitore Dauide: *Omnis gloria filiæ in fimbriis*, nimirū, *aureis circumamicta varietatibus.* Quemadmodum igitur vestem filamenta ornant, sic vrbem ciues: texitur paludamentum ex illis, de istis conflatur ciuitas: Vti ergo vestem gloriosam facit, nō aurum, sed varietas; & vrbem gloriosam reddit habitantium differentia, si & Medi, & Parthi, & qui vltimas terrarum oras incolunt, simul conglobentur: Hoc est igitur, quamobrem Sionem gloriosam nominauit: quoniam & Tyrij, & Babylonij, & Æthiopes, & de omni, quæ sub cœlo est, natione morabantur ibi: Noli tristitiæ barathro absorberi, anima: tantummodo infantiam, & pueriles mores non amacorate, bonæ voluntatis homo: si non fuerit per- (Psalm. 44.)

te pretiosa vestis, erit varia, & omnis gloria illius in varietate post auri fundamenta.

Non credis adhuc? Aduerte, quid egerit Iobus regno, & fortunis postliminio redditus: *Non sunt autem inuentæ mulieres speciosæ, sicut filiæ Iob in vniuersa terra; deditque eis pater suus hæreditatem inter fratres earum* Iob c. vltimo, vers. 15. Atqui insolitum, vt viuente masculina prole, feminæ hæredes instituantur: nam, quòd Numerorum c. 36. leguntur filiæ Salphaad possessiones accepisse, ob defectum omnis virilis sobolis contigit: Verùm alij genitores talia instituta obseruauerint, non Iobus, qui cœlestem Patrem æmulari cupiat: tantúmne viris hæreditas illa interminanda? tantúmne fortibus? & imperfecti, quibus femineus animus, excludentur? Non sic quidem amplissima est possessio Iobi: meliora dabuntur gnatis, sexuíque robustiori: sed erit & quod accipiant virgines, nec defraudabuntur agrorum & ipsæ parte aliqua: Referat Gregorius Papa Moralium lib. 35. c. 14. *Et luctum deinceps respuant trepiduli omnes. ipsa quasi ex imperfectorum typo velut infirmæ hæreditatem inter fratres accipiunt: vsus nanque vitæ veteris non habebat, vt hæreditatem feminæ inter masculos sortirentur: quia legis seueritas fortia eligens, infirma contemnens, districta potius studuit, quam benigna sancire: sed per nostro Redemptore veniente, nullus infirmitatis suæ conscius de sortienda cœlestis patrimonij hæreditate desperet: Pater enim noster inter masculos etiam feminis iura successionis tribuit, quia inter fortes, atque perfectos, infirmos, atque humiles ad sortem supernæ hæreditatis admittit: vnde ipsa Veritas in Euangelio dicit: In domo Patris mei mansiones multæ sunt: Sorores ergo cum fratribus ad hæreditatem veniunt: quia infirmi illuc cum fortibus admittuntur, quatenus, si quis per imperfectionem non erit summus, ab hæreditatis tamen sorte per humilitatem non sit extraneus.* 17. (Iob. 42.) (Femina hæreditate non donabantur.) (Gregor.)

Progressus ad pugnam contra Madianitas Gedeon, noua præliandi imagine milites armat: *Dedit nanque tubas in manibus eorum, lagenásque vacuas, ac lampades in medio lagenarum.* Iudicum c. 7. vers. 16. Pupugit Bedam prælij instructio, & ad citata ex Iudicibus verba: *Quis (inquit) vnquam cum lagenis, & lampadibus ad prælium venit? quis contra arma veniens, arma deseruit? Ridicula nobis hæc fuerant, si terribilia hostibus non fuissent.* Prohibuit fortasse Numen, galeæ, loricæ, ocrearum, clypei, hastæ vsum? Sed plena est Bibliorum pagina talibus: aliquod de equis interdictum, cætera Hebræis permissa: quamobrem modò alia belli facies? Nunquid ad patefaciendam diuini roboris insuperabilem vim, quia & fictili luto vincuntur chalybes, & quæ durissima sunt? aut præfigurabatur Apostolorum de Gentilitate triumphus, cùm hi inermes, illi omni potentia instructi essent? Docuit vtrunque Theodoretus. quem legas quæst. 96. in Iosuë, & 15. in Iudices. Arbitror & insinuatum à Deo, non penes armatos, & validos semper victoriam; sed etiam imbelles & nonnunquam superare: Itaque non vnus triumphandi modus apud Numen: regnum cœlorum violenti rapiant, strenui, magnorum spirituum Heroës: sed est, quando & infirmis aditus ad Olympum pateat, vt nuper ostendebamus ex Gregorio Romano: Nimiúmne quòd dixerimus, amphora & lucernis munitos profligasse acies omni armorum genere instructas? Dabimus & infantes, qui è cunis, è nutricum vberibus 18. (Iudic. 7.) (Deus per infirma vincit.) (Theodor.)

vincant

vincant; illi, nimirum, pro quibus Rachel plorabat, quos Herodes sustulit inaudita crudelitate; Sed talis in campum ductus venerat, de quo
Isaiæ 8. Isaias cap. 8. vers. 4. *Antequam sciat puer vocare patrem suum, & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci & spolia Samariæ cum Rege Assyriorum.* Quem locum dextre Tertullianus explanat
Tertull. libro contra Iudæos, c. 9. *Scilicet, vagitu ad arma esset conuocaturus infans, & signum belli, non tuba, sed crepitacillo daturus; nec ex equo, vel de muro, sed de nutricis, & gerulæ suæ dorso, hostem designaturus; atque ita Damascum, & Samariam pro mammis subacturus.*

19. Atque ab his disce æquitatem magni Iudicis aduersus iniquos, cùm integer respondebit orbis, Matth. 25. vers. 41. *Discedite à me, maledicti, in*
Matth. 25. *ignem æternum: esuriui enim, & non dedistis mihi manducare, sitiui, & non dedistis mihi potum: hospes eram, & non collegistis me; nudus, & non operuistis me: infirmus, & in carcere, & non visitastis me;* Quorsum tam longus rerum catalogus? nempe increpat supinam maleuolorum negligentiam, & erubescentiæ vertit, quod cùm tot paterent ad felicitatem semitæ: tot essent aperta ostia, salute exciderint. Equidem, si vna aliqua tentanda esset via, haberent socordiæ scutum aliquod: neque enim in vnum omnes sunt, quod validi tentare possunt, infirmi nequeant. Nunc, cùm per tot calles ire liberum, vniuersos præteriisse, insignis pigritia; angusta est via, quæ iubet panem esurienti frangere saltem visita iacentem in lecto; durum est istud, operi nudum, nolis vestire, da vel potum aquæ frigidæ; non potes esse Paulus, aut Antonius, dilige eleemosynam, sin autem in tanta vitiorum abundantia errare velis, non vis, vt Iudex insultet, & sugillet? Auscultemus Augustinum, serm. 62. de Tempore: *Sed quis erit, qui se poterit excusare, cum etiam pro calice aquæ frigidæ mercedem se Dominus redditurum promiserit: & quare*
August. *frigidæ diximus forte se posset aliquis pauper de lignorum penuria excusare, aut certè se vasculum, vbi aquam calefaceret, non habere. Denique & per Prophetam Fratres, Dominus ita hortatur: Frange esurienti panem tuum. Non dixit, vt integrum dares, cùm forte pauper alium non haberet; sed, frange, inquit; hoc est dicere etiamsi tanta paupertas tibi est, vt non habeas nisi vnum panem, ex ipso tamen frange, & pauperi tribue.* Ergo, quemadmodum ad Scripturas intelligendas alia est via per anagogen, alia per tropologiam, alia per historiam, alia per allegoriam; & is demùm consummatus Interpres est, qui in his omnibus eruditus: sic ad Olympum alia est semita per humilitatem, alia per obedientiam, alia per theoriam; & is perfectus euadit, qui in cunctis excellit. Beatus vir, qui in via peccatorum non stetit, sed in aliqua ex tam multiplici inoffensa semita.

SECTIO III.

Boni proximorum pulchra detegunt, vitiosa occultant; mali è diuerso.

20. OStendamus, E. lesiæ Patres, veteres illos sacræ doctrinæ antecessores, Origenem, Tertullianum, Augustinum, Lactantium, Clementem, Hieronymum, Eusebium, plurimùm

Sherlogi Antiloq. in Cant.

delectatos Ethnicorum & Historicorum, & sapientum, & Poetarum scriptis, verùm in istorum monumentis sic versatos, vt quę deseruirét Christianæ institutioni, quæ cōmoda, & grauia essent, solum expromerent; valere autem iuberent incompta omnia. Hos dum ego cùm aut Hæreticis, aut aliis Christianis nomine tenus comparo, quibus amor, quodcunque lasciuum, aut titillans est decerpere tantùm, spretis sententiis, quæ aut virtutem probant, aut vitium detestantur, in vtrisq; adumbrari concipio duas inter mortales secta; de quorum classe altera emiocentissima pars, & astreta, quod optimum est, impensè diligere, quibus valet artibus, fratrum, proximorùmque dedecora obuelat; si quid autem, vel leuiter commendabile appareat, quasi bono proprio applaudat, per omnium ora dispergit continuò, atque exaggerato præconio: Altera turma inuidiæ antro nata tabescit ad fulgores; si quid sublime, & memoria sequentium ætatum dignum viri perpetrent, aut Palladis, aut Martis studio elati, et si quid Deo familiares animæ, aut obscurant, aut lacerant, aut penitùs extinguunt, si vero sinistrum aliquid pertentarunt atomo quamuis non maius, faciunt breui monstrum horrendum, igne cœli, terraque ciuibus eliminandum. O homunculos infelices, quibus venenum cibus est!

Statim atque de vetita arbore primi illi humanæ naturæ duces comederunt, subiicit Moyses 21.
Gen. cap. 3. vers. 7. *Et aperti sunt oculi amborum cùmque cognouissent se esse nudos, consuerunt folia* Genes. 3
ficus, & fecerunt sibi perizomata. Nunquid & ante voratam escam interdi tam luminibus caruêre? Prohibet sentire Augustinus multis locis, lib. 14. de ciuitate Dei, cap. 17. lib. 1. locutionum in Genesim, n. 9. Verùm nunc muniamur eius dicta ex lib. 11. de Genesi ad literam, cap. 31. *Neque enim* August.
clausis oculis facti erant, neque in Paradiso deliciarum caeci palpantes oberrabant, vt vetitum lignum manibus sentes attingerent, palpantes que fructus prohibitos ignorando decerperent: quomodo enim animalia adducta sunt ad Adamū, vt videret, quid vocaret ea, si non videbat? quomodo mulier ad virum ducta est, vt de illa, quam non videbat, diceret: Hoc nunc os de ossibus meis, & caro de carne mea? quomodo vidit mulier fructum illum esse pulchrum oculis, si clausi erant eius oculi? Et tamen apertos dicit Scriptura eorū oculos, translato verbo, & figurata narratione vtens, apertos vtique ad aliquid intuendum & cogitandum, quod antea nunquam aduerterant. Quid verò istud est, quod anteà ab eis nō animaduersum autumat Augustinus? an quòd corpora incooperta essent? Sed & hoc patebat quoque, quanquam sine erubescentia, & absque ignominia insurgentis contra spiritum carnis; docuit me Ambrosius vt de alia quàm corporis nuditate cogitarem: nam & mens nuda est, cùm virtutum ornamentis caret, vitio affluit, qui libro de Paradiso, c. 13. *Et anteà* (inquit) Ambros.
nudi erant, sed non sine virtutum integumentis, nudi erant propter morum simplicitatem & quòd amictum fraudis natura nesciret; nunc autem multis simulationum inuolucris mens humana velatur; nam, quomodo clausos oculos corporis habuit Adam, qui omnia animantia ita vidit, vt his nomen imponeret? quomodo cognouerunt, id est, interiore, & altiore scientia, nō tumeam sibi, sed virtutū deesse velamina. Ecce igitur, dū protoplasti sancti erant, & sub originalis iustitiæ custodia, quamuis oculos apertos haberēt: non videbant tamen nuditatem, hoc

est, virtutum de[illegible] [illegible] proprium enim synceræ iustitiæ est, lumina [illegible] à nuditate, & quicquid in proximo [illegible] [illegible]. At [illegible] inprimùm deleuisse [illegible] & in maleuolos conuerti sunt [illegible] aperti sunt o[illegible] eorum, neque ad aliud quàm quàm ad nuditatem contemplan[illegible] nuditas autem est animæ spolium quam latrones [illegible] gratiarum pul[illegible] pulchritudine exhibarunt: hæc impius Adam [illegible] bemet inspectet, quæ integer & Deo per sanctimoniam charus, [illegible] retinebat, famæ nuditati [illegible] [illegible] quàm à Deo recessit [illegible] trepidè deinceps [illegible] inspiciat, nisi [illegible] factus, & ipse deinde exortus à ficulneis: Aptè Seleucienses Basil. [illegible] in Adamum: *Iam seducti [illegible] fructum vindemiarunt, [illegible] & ha fructus ipsi nudati [illegible] arbores.*

Basil. Sel

22\. Pugnabat enim [illegible] G[illegible] partem Naas Am[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Tyr[illegible] [illegible] [illegible] legem [illegible] [illegible] la[illegible] omne: [illegible] *Sed cur* [illegible] [illegible] lumen cupiat [illegible] [illegible] dæmone, [illegible] [illegible] mundata cælestis [illegible] & vulgare est dextero, siue oculo, [illegible] aut alia parte exprimi, quæ [illegible] iusta, & sanctæ; peruersa autem [illegible] abominatio [illegible] declarari: [illegible] & hœdi à sinistris, oues ad dexteram: Sapienter igitur filius iniquitatis *Naas*, pessimus scilicet, Dæmon, [illegible] victoriarum se consequutum arbitratur [illegible] fideles oculo dextero [illegible] hoc enim simul ac caruerint, eo quod relictum est lumine [illegible] proximorum vitia attendent solùm: [illegible] enim sinister oculus aliud quàm quod morbosum, & putridum est intueri: Considera igitur, qualem laqueum tetendit iustis fallax inimicus vt dextro nudaret lumine, nim tum, placido illo, benigno, synceto, quo proximorum opera clementer intuentes omnia in melius vertebant: hoc si careat ductore fidelis actum esse de illo putabit Dæmon: fructum belli luculentum reportasse Naas arbitrabitur, dummodo Israëlitas veros Dei cultores dextero oculo priuet. De ambitione, & fastu non malè interpretatus est Petrus Blesensis epistola 14. *Ambitio enim (ait) est ipsa iniquitas super talentum plumbi. Hoc est oculus omnium curialium, sicut Zacharias dicit cap. 5. num. 6. Hoc est oculus eorum in vniuersa terra: non dexter oculus, sed sinister: omnes enim, qui militant in castris ambitionis, capti sunt a Naas Ammonitæ, dextrò que oculos amiserunt: perspicaces enim sunt ad acquisitionem temporalium, [illegible] tam vero vita, quæ præterit, & imminentia mortis æterna supplicia non attendunt: cæcutientes autem sunt ad bonum, sed perspicaces ad malum.* Splendide hoc vltimum: fuit enim omnis scopus N[illegible] vt *cæcutirent ad bonum*, clauso nimirum oculo dextero, nihil quòd laudabile & commendandum esset in proximis, inspectarent; & *perspicaces essent ad malum*, fratrum vitia acciter notantes & in publicum, quo inhonorent, efferentes.

a Reg. 11.

Blesens.

23\. Ac sane que[illegible] [illegible] *Naas* [illegible] caput, si [illegible] huiusmodi velit esse, hoc est, qui vel cum eo amicitiam ineunt, vel eius se inspectus mancipant, qui nihil dexterum habeant, sed omnia infanda, atque sinistra existant: ita si quis iusto-

rum [illegible] constituatur tali [illegible] opor[illegible] quo [illegible] nihil [illegible] [illegible] sed vt inetia [illegible] di, se[illegible] dextera sint, vt m[illegible] occurre[illegible] hil videat in [illegible] [illegible] euidenter veri[illegible] aliter [illegible] [illegible] [illegible] impositum [illegible] [illegible] contingat, palo & vela[illegible] [illegible] [illegible] Qua nobis in illis [illegible] qui [illegible] typus [illegible] grauiter [illegible] præmittuntur iugo, [illegible] Moabitarum sæuiente in illos [illegible] [illegible] [illegible] labores Deus [illegible] ei Saluatorem [illegible] vocabulo *Aod* [illegible] Iudic. 3. v. 15. Sed vide [illegible] Iudic. 3.
[illegible] [illegible] animaduersionem: doc[illegible] enim conti nuò [illegible] *vtraque manu pro dextera vtebatur* [illegible] clari[illegible] quidem; vt qui [illegible] A[illegible] gnitus [illegible] fuisset, à quo [illegible] præliandi [illegible] [illegible] nihil læuum, aut auersum haberet, sed omni dextera & puritate sinceri que[illegible] tentia luce essent, vt ad R[illegible] exemplum [illegible] optim[illegible] conciuium & fratrum opera d[illegible] semper exponerent, vt qui [illegible] quid sinistrum fuisset; sub tanto Rectore [illegible] dubio breui atque facili pugna Israëlitæ Moab[illegible] rum tyrannidem excutiant, liberta em antiquam [illegible] orum Dei assequunt: ne[illegible] Moab [illegible] esse, qui non sinistrum quidque [illegible] Origenes homil. 3. in Iudices: *Ecce (ait) [illegible] est [illegible], [illegible] ad [illegible] nardum [illegible] habet [illegible] sed vtraque manum [illegible] vtram habe[illegible] [illegible] signum [illegible] [illegible] Ecclesiæ Iudex [illegible] [illegible] [illegible] dexter [illegible] nihil [illegible]* D[illegible] & pr[illegible] quitur [illegible] riam est [illegible] ad Sanct[illegible] [illegible] eos qui am[illegible] [illegible] & in [illegible] [illegible] ad Dæmoniorum [illegible] [illegible] quibus sinistra dominantur.

24\. Placet tamen in Origenis effato præ[illegible] sententia illud: [illegible] *qui [illegible] est [illegible] Princeps, & Ecclesiæ Iu[illegible] qui [illegible]* [illegible] enim inter alia [illegible] illi [illegible] [illegible] sentuntur, nimirum, qui omnia pr[illegible] [illegible] fa[illegible] cta, quoad eius fieri licea[illegible] in bonum transferunt, næuos abscondunt, [illegible] [illegible] velut atras nubes dispellunt, quod optimum [illegible] semper indagant, vt eis iure quidam purpuræ & solium debeatur: Pepercit Saulis capiti [illegible] de medio tollere potest David, & compun[illegible] Saül, pòstquam effusum lacrymarum imbrem, ait ad illum: *Et nunc, quia scio, quod regnaturus [illegible] & habiturus in manu tua regnum [illegible] iura[illegible] in Domino, ne deleas semen meum post me, neque auferas nomen meum de domo patris mei.* Sed vnde [illegible] uetat ista Saül, cum hæredem teneret ipse Ionatham adolescentem robore, & animi ma[illegible] dine inter paucos insignem? Quis ten[illegible] Ec[illegible] quæ in antec[illegible] loquutus sit Dauid Saul: *Tu enim tribuisti mihi bona, ego autem red[illegible] mala* Reg. 1. cap. 24. vers. 19. [illegible] ipse David, priusquàm di[illegible] Saul: *Animaduerte, & vide, quoniam non est in manu mea malum, neque iniquitas, neque peccaui in te: tu autem [illegible] animam meam vt auferas eam:* Quos v[illegible] sermones si ego explano: Erant Dauid[illegible] mortalia & omnium gentium celeb[illegible] [illegible] dibus facinora, & pro Saülis incolumitate, pro commodo, pro honore vniuersa: sed pessimè semper interpretabatur cun[illegible] Saul [illegible] quæ inclyta erant; augebat, si quid nun clarum

1\. Reg. 24.

e[illegible]et,

esse, vt immane & horrendum ex[illegible] retur è diuersis Beatus Dauid scelera & tyrannidem Saul[illegible] bat apud vulgus, & iustum, [illegible] lit n[illegible] [illegible] ebat magnifico encomio, quæ cum gloria & splendore ab illo g[illegible] fuisset: itaque in Dauide [illegible] tera, [illegible] Saule læua atque sinistr[illegible] Hinc igitur est quod fatidico eloquio prædicit auferendam ab eius stirpe Monarchiam, transferendam ad Dauidem, nimirum, vt dicebat ex[illegible] initio Origenes. *Dignus est populi Princeps, & Ecclesiæ Iudex, qui nihil agit sine [illegible] um.*

Chrysost. Sed audiamus Chrysostomum homil. 3. de Dauide: *Pariter hunc laudans, & vulneribus erudiens, quod tūc maiora præmia nobis à Deo proposita sunt, cum pro innumeris beneficiis in hoste collatus diuersa recipimus: ecce agnosco, quòd regnabis, quodque regnum Israel constituetur in manu tua: Vnde igitur, te iusso, ista loqueris? Nimirum, ex ipsis Dauidis moribus:* Atque certe ex Saulis etiam, qui & portendebant translationem imperij, cùm regere [illegible] mus fit, qui liuori [illegible] tabe correptus semper [illegible] tu[illegible] H[illegible] oum præclaris facinoribus, & io deterius [illegible] egregi[illegible] quæque gesta.

25. P[illegible] nus, cùm spec[illegible] clementiæ ostend[illegible] sset, [illegible] inserta [illegible] berite S[illegible] [illegible] pere se innuere, [illegible] Iudæi Christum se Regem facere, [illegible] iniquorum voti cessit, Ioan. 19. v. 12

Ioan. 19. & [illegible]. At quidem tanta præ[illegible] pitantia, vt neque [illegible] neque del beratione aliquam [illegible] [illegible] oportere tamen pro offi[illegible] rare, vt

Chrysost. be[illegible] Chrysostomus ex catena Græca nostri Corderij in [illegible]: *Pilatus enim (a[illegible]) [illegible] [illegible] a literatus, [illegible] ne[illegible] gerret, [illegible] [illegible] rem [illegible] [illegible], hoc enim [illegible] & nulla habita quæstione [illegible] eum, exi[illegible] se [illegible] clarare:* Atque ideo p[illegible]: *Valde iniuste Pilatus tradidit eum, vt cruci[illegible] retur [illegible] enim [illegible] dum, an Christus [illegible] fet [illegible] sed [illegible] metu tulit se te [illegible]* [illegible] Pi[illegible], vt huius [illegible] [illegible] tauerit vt [illegible] in necem dederit, quin [illegible] hiem. p[illegible] derat [illegible] gl[illegible] M[illegible] æ assi[illegible]? *Erat autem* [illegible] *tum* [illegible] quit [illegible] memorato c[illegible] v. [illegible]) IESVS *Nazarenus Rex Iudæorum:* Neque sanè patienter tulerunt Iudæi, à quibus p[illegible] tum: *Noli scribere, Rex Iudæorum sed quia ipse dixit: Rex sum Iudæorum* Sed præcibus non [illegible] victus: Quorsum nunc [illegible] constans, qui paulò antea trepidauerat ad regij tituli rumorem? Planè testatur Matthæus cap. 28.

Matth. 28. vers. 18 agni [illegible] Pilato, *quod per inuidiam tradidissent eum.* [illegible] autem eorum malitia [illegible] [illegible] Pat[illegible], vt ne ipsos Paganos lateret, fuit [illegible] tanta Cru[illegible] boni[illegible], vt quoad agi posset, [illegible] lis [illegible] nuere, [illegible] nor[illegible] magis, [illegible] manifesto errori tribuere: *Pater,* inquit, *dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt:* Lucæ

Luc. 23. cap. 23. vers. 34. Quem ergo inuictus Præses fic fratrum [illegible] excul[illegible] ntem, lem[illegible] nter ipsum atque audax sanus, interpretante [illegible] non potest non re[illegible] tam in eo maiestatem agn[illegible] cere: ac profundè qui antea turbabat, terrebat que, concutiebatur totis, [illegible] [illegible] ta p[illegible] ret [illegible] mitte, quanquam exoratus à Iudæis, vt aliter statueret, restitit cœptis, & resp[illegible] nde [illegible] animosius: *Quod scripsi, scripsi.*

26. Diues ille, qui & byssum, & purpur[illegible] induebat, & quotidie ep[illegible] abatur, quibus non immaculatus vitiis? Quid in eo non improbum [illegible] de-

Sherlogi Anteloq. in Cant

in stiandum, Quam publ[illegible] a [illegible] [illegible] rum, fama, Adducite tamen subl[illegible] [illegible] [illegible] hæc nutritum: alloqui[illegible] [illegible] dicta tu[illegible] qualecunque ambo[illegible] [illegible], vt possit inquit decorate vocabu[illegible], & [illegible] m[illegible] ignominia v[illegible] N[illegible] gentionis rationem offendit [illegible] vestigio suppressis conuiuis: *Fili,* inquit, *recordare quia recepisti bona in vita tua: Vide* inquit Chrysostomus homil. 2. de Lazaro, *Philosophiam vide humanitatem iusti! Non dixit: Inhumane, crudelis, scelerate, simè, cum tam multa commiseris [illegible] hominem, nunc menti[illegible] nobis [illegible] humanitatis, misericordia, & ve 14. Non pudet? non erubescis? Sed, quid dicit: Fili, recepisti bona* O candidas Sanctorum me[illegible] etiam piacula, quæ per omnium labia vigantur quorum sonus in omnem terram exiuit, illi vere[illegible] tur publicare! Quando secretos nævos [illegible] sent, qui manifestos omni conatu [illegible] gere n[illegible] tur? & cùm nullum probitatis signum [illegible] locuplete remanserit; confugiunt [illegible] men ad [illegible] les loquutiones priùs quàm cogant[illegible] probrosa dicere, & quæ affligere possent, quanquam in[illegible] tentia iudic[illegible] iam præscriptum.

Mir[illegible] b[illegible] virius ne etiam aperte vi[illegible] velle, 27.
& [illegible] protr[illegible] [illegible] pio[illegible] in M[illegible] a sulpeuit hoc Pr[illegible] [illegible] [illegible].
Calamum quassatum (n[illegible] con[illegible]) *[illegible] non extinguet: in veritate educet iudiciu[illegible]*
Isai. cap. 42. Arbitror a[illegible] tem [illegible] quid Isai 42.
m[illegible] mysti[illegible] e, quem id [illegible] etiam & [illegible] famigius, cum dici posse, cuius nomini is bonus o[illegible] r [illegible] gium [illegible] ssi[illegible], & m[illegible] dimissus, [illegible] qu[illegible] lace[illegible] plurium ob[illegible] totum lingua f[illegible] ut At verò eiusmodi cal[illegible] um, quod aut nef[illegible] aut scandalum pinculare? Equidem si vi ere[illegible] si robust[illegible] esset, si integer, inhu[illegible] anum prouerere; sed honore spoliatum prouere, in parte diuidere quoquo m[illegible] contemnere, [illegible] um eius [illegible] nus vi[illegible] est. O M[illegible] ssiæ maitentum, & ea, quæ um quassata, quibus vlnnia ruina [illegible] pendit non con[illegible] nunc te, etiam [illegible] num sum[illegible] non exting[illegible] uere! Abiit b[illegible] nonnus [illegible], [illegible] cuit: licet de re quæ publi[illegible] iura fa[illegible] cta [illegible] passi[illegible] s[illegible] rmones ferere [illegible] ted ne in his qu[illegible] Messiæ fortis æmulator habenas laxat Chrysostomus homil 41. in Matthæum: *Arundinem* [illegible] *ait) confractam non frange: sic enim ipse omnes facil[illegible] frangere poterat, tanquam arundinem, nec vt arundi[illegible] simpliciter, sed vt arundinem co[illegible] tam, & lumum fumigans: quod cum non fecerit, immensa humanitate & mansuetudine fuisse comprehenditur:* Probè dixit, ad [illegible] notum vi[illegible] is [illegible] lumen, quæ ne manifestata crimina deregat, opus esse immensa patientia & mansuetudine. Chrysost.

Experiamur si tam præcipues mali in enectenda proximorum fama quàm in eadem iusti munienda cauti: *Beati estis* inquit Christus Apostolis, Matth cap. 5. vers. 1. *cum maledixerint vobis, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos mentientes, propter me:* At beati Ecclesiæ Principes, esto in vitia & scelera lapsi sint: Quis credat per omnia suorum genera iuisse? Nam, sicut ratissimus ill[illegible] est inter mortales, qui omni virtute excelluerit; sed alius patientia eminet; alium obedientia commendat: alius testimonia splendet; sic vix quispiam tam effrænis omniúmque & diuinarum, & humanarum legum immemor, qui flagitiis vniuersis deturpatus sit. Cùm igitur Apostoli, vt habentes 28. Matth 5

næuos quosdam, mul tamen libe caruerint, quamobrem aduersus eos omne maledictum pronunciauerint? Dices, impudenti quodam mentiendi œstro id fecisse; Verum quid placuit
Chrysost. tam aperte falsa diuulgasse? Scitè Chrysostomus homil. 15. in Matthæum, *Beati estis, cum exprobrauerint vobis, & dixerint omne malum aduersum vos, videlicet ostendens ipsorum hoc esse proprium,* Nimirum, impiorum vsus est, vt ne scintillam virtutis in his, quos odio habuêre, velint esse, omnia peruerse construere; Quoniam igitur, si omne malum contra Apostolos non dixissent, tacitè viderentur consentire io i lis reliquias boni esse saltem; propterea aduersus illos omne genus conuitij effutiuerunt, vera autem scelera nulla inuenientes, confinxerunt mendacia.

29. Tanta autem acerbitate quæcunque honesta & salutifera sunt, insectantur, vt ne vocibus vti permittant, quæ aut medelam, aut m tborum, animi quidem præcipue, curationes denotent: Obserua in Euangelijs, & videbis ab hostibus Seruatoris, Christi, & IESV suauissima nomina præteriri, eorúmque loco, *Hunc istum, illum, &* c. generis communes dictiones substitui: Quare & vsque ad nomen odêre? Quoniam sanè & nomen dulce est, & vitia, morbósque vniuersos depellens, & compactum ex omni virtutum fra-
Bernard. grantia, Bernardus serm. 15. in Cantica. *Nihil ita sicut hoc nomen IESV: quia nomen IESV lucet prædicatum, pascit recogitatum, lenit & vngit inuocatum; IESVS mel in ore, in aure melos, in corde iubilus. Nihil ita iræ impetum cohibet, superbiæ tumorem sedat, sanat liuoris vulnus, restringit luxuriæ fluxum, extinguit libidinis flammam, sitim temperat auaritiæ, ac totius indecoris fugat pruriginem;* Cùm igitur nomen IESV, Christique nihil nisi quod salutiferum est, purum, indefæcatum complectatur; propterea, neque audire, neque labiis pronunciare illi voluerunt, qui honestati omni dixêre apertum bellum, quorúmque studium perpetuum est, corrumpere: quod est virtutis, imminuere, & substernere: quod prauum, & indecorum est in publicum, & ante ora, vul-
Rupert. tusque proferre: Optimè Rupertus ad illa verba cap. 7. Ioannis. vers. 11. *Quærebant Iudæi eum, vt caperent, & dicebant. Vbi est ille? Vide nunc (ait) genimina viperarum quanto fœtant veneni præcordialis amore non enim dicunt: Vbi est IESVS: sed, Vbi est ille Nunquid eius, quem quærebant interficere, poterant nomen nescire? Ergo cordis illorum habitator homicida Diabolus sic eos agebat, vt odio dictante nomen salutis non possent, imò nollent attingere.*

Anne his adscribendi primi illi operarij, quos
30. paterfamiliâs in vineam suam misit, cap. 20 Mat-
Matth. 20. thæi? nam, cùm animaduerterent æquè compensatos illorum sudores, qui vndecima hora venerunt, liuore tacti de vineæ possessore conqueruntur, *Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei, & æstus?* Considera autem quàm improba sit inuidia, quæ laude atque præmio digna sunt, obnelat: si tantillum occurrat vituperationis speciem habens, illuc aduolat festina, omnium vultibus, atque luminibus obiectat: nam, quàm multa elucebant summis encomiis digna in istis nouissimis? Primùm absque conuentione & pacto, secùs quàm alij egissent, laborem susceperunt. Deinde & ea sola posteriori hora tanto nisu in susceptam prouinciam incubuerunt, ... breui ... aui lerint vineæ co... quæ al ... longo spatio, Ad hæc & ... iam ... te post ... exemplo aliorum, neque e... qui sexta, aut qui nona accesserunt hora, toti diei pondus sustinuerunt, ... vti his mihi primi illi opposuerunt, ... debuisse opponere, tamen tacere maluerunt, modestiæ gra... Cum ergo ex tantis virtutibus nullam animaduertentes obtrectatores, quod prauam aliquam demereri videbatur, solum aperuerunt videlicet, serius in vineam ingressos: Fecerunt igitur iuxta inuidorum mores, qui nullis præmiorum tantùm pascuntur, a virtutibus oculos deflectunt. Videndus Nicetas Scholio ad orationem Nicetas.
Nazianzeni de sancto Baptismo, & multi ex Latinis ad cap. 20. Matthæi: Non sic beatissimi illi Patres, de quibus exordio lectionis meminimus, qui cùm Paganorum Scriptorum monumenta percoluere ex rei Christianæ vtilitate iudicassent, in eorum lectione illum poluer ... lectum, vt quod salubre existimassent, in ... transferrent lucubrationes: quod fœdum, & impretiosum esset, suis relinquerent possessoribus.

SECTIO IV.

Neque in iram, neque in lenitudinem nimiam deflectendum, sed media incedendum via.

DEfendimus, optimam esse illam interpretationis normam, quæ neque sola Historia, nec solo mysterio impeditur: sed nunc 31.
has amplexatur, nunc illas partes: cùm vero in literali explanatione validum quidquam robustumque effulgeat, est enim ipsa ædificationis & basis & fundamentum, in allegoria autem resplendeat quid suaue, atque amœnum, non immeritò quispiam dixerit, Historiam fortitudinem, terrorem, & quodcunque malum, atdensque est, significari. mysticum ... quod lene est, tractabile, clemens: Quare ... vitium est Historia sola occupari neglecto omni mysterio, aut è diuerso, hoc tam impensè amasse, vt litera negligatur penitùs: sane & ... datum fuerit, iram, fortitudinem, constantiam velle nullatenus temperare: quis enim similes furores patiatur, in quibus nihil præter ... onæ afflatus? Absument momento homines; atque subditi aut ipsi sibi exitium parabunt, aut certè talibus Rectoribus, quorum tam incomportabile onus: Neque his minora exurgent damna, si vel Magistratus, vel paterfamiliâs, aut quicunque ille sit, vel paucorum, vel multitudinis gubernator, nimiùm remissus euadat spernent enim subditi facilè eneruem auctoritatem; erunt igitur extrema fugienda, & maritandus rigor cum lenimine, vt ex coalitione duorum perfecta nascatur virtus.

Premebatur obsidione Bethulia, & vna salus Holofernis excidio; sed quis tam strenuum 32.
illatorem aggredi spondebit? quis patriæ aderit? quem tam grandia vocant? Ecce, tacentibus, viris castissima vidua Iudith prosilit ciues liberatura, ducem nationibus formidandū trucidatura. Quid

agis

agis Seruius Bethulienfis? [illegible] apertis feminæ ad castra [illegible] adrem [illegible] imperatori [illegible] Vide, quoniam nulla vnquam tractauit [illegible] & lanam quæ sunt omnibus diebus vitæ tuæ, si vis, vt sindonem faciat, aut cingulum quod tradat Chananæo, doctissima [illegible] mulier [illegible] digiti eius per longa pana apprehenderunt fusum, sed considera, quoniam non idem est, gladium vaginæ extrahere vibrare, ac fusum [illegible] percutere, Sapienter tamen [illegible] populus, senioresque Bethulienses, quoniam non [illegible] hac prædicant [illegible] & decor [illegible] indumentum eius, Si in domo superioribus manendum sit stipante latera ancillarum [illegible] feminam esse, scit blande & leniter agere in lini, lanæque operibus, consurgens de nocte, & distribuens prædam domesticis; sin autem vbi [illegible] impendat, & omnis vir tremiscat [illegible] nouit & [illegible] acinacem exerere, & caput superbissimi Ducis amputare: Vade, festina, Iudith: perge [illegible] tibi cedent vniuersa, nam, si blan[illegible] agendum, lenis es, dulcis, affabilis, si terrore [illegible] & sibilis animæ [illegible] necessarius, strenua es; [illegible] tuis effugere artes inimicorum [illegible] conatus, [illegible] mollis, blanda eris, [illegible] patriam liberare [illegible] Egregie Augustinus sermone [illegible]

Augu**st.** in appendice, qui fuit 228 de tempore; *Bellatrix [illegible] pulchritudine di[illegible] capulum [illegible] non terruit, sed armauit.*

33\. Spectastis pugnatricem feminam, ac ipsum & de viris non vnius gentis fortissimum ducem Christum IESVM [illegible] ad [illegible] Deuter. cap. 33. vers. 17. *Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius, cornua rhinocerotis, cornua illius. In ipsis ventilabit gentes vsque ad terminos terræ.* Ac statim nod[illegible] exurgit [illegible] taurum instio statuit, quamobrem cornua rhinocerotis adiungit, quasi vero & tauri sua non habeat cornua, aut aliquod animal visum sit, quod *taurorhinoceros* dicatur, ex viroque putas [illegible]? Sanè non minus illud ridendum, quàm si qui humano capiti ceruicem iungat equinam, attamen Moysis tu perpende diligenter prudentiam, formaturus imaginem eximij Imperatoris; qualem depingeret? Seuerum tantummodo, minas atque incendia enomentem? vimini hoc, remissum, languidum, sine spiritu, atque vigore? & in isto [illegible] Nempe & blandum [illegible] & vehementem; ita quidem: vt autem hi dotibus [illegible] eminentem pi[illegible] ram delineet, *taurorhinocerotem* depingere [illegible] taurum [illegible] qui [illegible] refulget, totum id est [illegible], superbum, excandescens: rhinoceros autem [illegible] & vincentem modò supponimus [illegible] animal est timidum, atque imbelle: Ergo Christus quasi taurus pulcher: quoniam magnanimus, comitans, impertemitus, & bilis, atque iratum [illegible] habens, cùm vitia castiganda, pertinaces domat [illegible]; verùm cornua eius, quibus percutit, non sunt cornua tauri, sed rhinocerotis, e[illegible] quod admixtam habeat clementiam iustitiæ, [illegible] misericordiam: Quis ex tam pulchra coniunctione fructus? qualia emolumenta? Equidem cuius fesientis virga talis est *in ipsa ventilabit omnes gentes*: Dominabitur à mari vsque ad mare cunctæ nationes, vultum eius deprecabuntur, quæ enim prouincia talem Monarcham tenuit, in quo nunquam absque [illegible] & ne ira? qui & [illegible] vigore polleat in superborum ruinam, cum humilibus benignus & mollis existat?

O [illegible] mortales, apprehendite [illegible] nam, [illegible] iugum suauè est, & onus leue. Considerate, qualis vobis [illegible] venite ad arcem, & mœnia [illegible] dañ[illegible]tis, & bibat[illegible] in iucunditate! [illegible] 34.

quis *prandium meum paraui, tauri mei [illegible] occisi & omnia parata, venite ad nuptias* Matth. cap. 22. vers. 4. Quid optabatis [illegible]? Pro quibus suspiria longa, & de profundo mentis gemitus inenarrabiles? Amastis [illegible] en vobis tauros appono? [illegible] atque imbecillum, Blanda, amœna, iucunda placuere vobis? repletum est triclinium [illegible], & turtur, & columba, & perdix, quicquid in pennatis exquisitum, coram vobis: O [illegible] sponsi dapsiles, & [illegible] simul! scilicet deest vobis, quo abundat Ægyptus, allium, & pepones. & placebit Pharao, qui nec paleas [illegible] Rege, qui & tauros, atque altilia gratis affert? Concione Galfridus apud Tilmannum in allegoriis ad [illegible] 22. Matthæi *Et in [illegible] quidem tauro [illegible] ideò [illegible] Dominus [illegible] parata, [illegible] enumerare [illegible] vel ad [illegible] voluptatem* O dulcem Nun[illegible] bonum Deum [illegible] 'Vere non est [illegible] quæ habet Deus ita appropinquantes sibi: Dij Gentium videlicet Principes mundi, ques vana superstitio Deorum honoribus afficit, ne quidem necessaria [illegible] qui in domibus eorum seruiunt, suppeditant: at Dominus Deus noster, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, non tantùm vsque ad necessitatem, sed etiam vsque ad delicias suas prouidit: sufficiebat necessitati tauri; verùm, quoniam volebat, vt & iucundè quoque, & affluenter epularentur, adhibuit insuper altilia: Sed quid in [illegible] stupores [illegible] & Deus fortis sit, & Deus mitis pariter? forti [illegible] vt necessitati subueniat; mitis, vt voluptati suorum indulgeat. Nolo alium Deum præter hunc: quoniam ipse fortiter, & suauiter disponit omnia, pertingens a fine vsque ad finem. cæteri omnes Dij oppressores, quos nationes colunt, dentes eorum gladius, & sagittæ acutæ.

Math. 22.

Galfrid.

Quæ illa diuersorum affectuum tanta varietas in Christo patiente? modò se submittit hostibus, & tanquam ouis non aperit os suum mactationi proximus: modò respondet, & pro se allegat: modò an gladios habeant, discentes interrogat, quasi dimicaturus: modò Petro suggerit, quoniam euaginauit, & in Malcho sauciato vulnerat eius patientia: modò prosternit armatas cohortes, modò percutienti maxillam præbet: modò Patrem humilis, modò querulabundus alloquitur: Quorsum sibi velut dissimiles tones? Percipe ab Arnoldo Carnotensi tract. 1. ad septem verba dominica in Croce: *Se igitur ipsum modò hominem exhibet, modò Deum: modo omnipotentem, modo infirmum: vt inter se [illegible] & humilitas vices negotio congruas partiantur. modò supplicat, modo imperat: modo se dicit derelictum, modo latroni promittit Paradisum:* Equidem quos habebat discipulos Seruator, ij futuri erant Principes super omnem terram, Principes, nimirum 35.

Arnold.

F[illegible]ciarum, [illegible] R[illegible] [illegible] subiugaret Chri[illegible] [illegible] Al[illegible] [illegible] mam Iacobu[illegible] [illegible], attamen-dierant pe[illegible] ex on[illegible] [illegible] git[illegible] ad fidei agni[illegible]em, Quoniam [illegible]odo curandæ affectiones & morbi eorum a pe[illegible] Chirurgis? Certè vino, atque oleo; vino, [illegible] auct[illegible]ritate coërcendi superbi; oleo, ho[illegible] [illegible] misericordia attrahendi pusi[illegible]nes. [illegible] tam Ano[illegible] verba; *[illegible]blimitas, & humilitas [illegible] negotio co[illegible] pariantur*, Sc[illegible]icet, neque totum sibi vindicet dominatus, atque [illegible] ne [illegible] integrum occupet regnum langui[illegible] [illegible] Considerate animarum Pastores, cum [illegible] [illegible] d'ucceretur ad crucifigendum, ne sublimitatis obli[illegible]us Christus sed modò imperat, modò omnipotentem se ostendit, modò terret! Quid falso humilitatis titulo ignauum pectoris vestri metum afficitis? Non ista est humilit[illegible], [illegible] disciplinæ ruina, obseruantiæ antiquæ de[illegible]tructio; Quid turb[illegible] [illegible] instan, & præpotentes. Non hæc est Christiana magnanimitas, [illegible]d Pharisaica elatio; Sit vobis exemplar auctor consummationis Iesvs; modò imperate, modò rogate subditum; mod[illegible] cedite, mod[illegible] obsistite, *S[illegible] [illegible]mitas & humil[illegible] [illegible] negotio congruas part [illegible]*; [illegible] certè vobis continget, quòd [illegible] [illegible] restauratori accidit: ne[illegible] [illegible] p[illegible]abulo vbi his tam variis fung[illegible]batur officiis [illegible] exaltatus a terra, omnia ad [illegible] ipsum traxit; nullæ enim subditorum fu[illegible] [illegible] voluntates tam reb[illegible]lles, quas non emoll[illegible] [illegible] tam altum regimen, [illegible] [illegible] gubernand[illegible].

36. Ta[illegible]s Monarcha [illegible] dignus dum regna starent, Be[illegible] Iobus, dic[illegible] ab ipsius ore cap. 29.

Iob 29. ve[illegible] *Quando procedebam ad portam ciuitatis, & i[illegible] platea parabant cathedram mihi. videbant me iuuenes, & abscondebantur, & senes assurgentes stabant: Principes [illegible]abant loqui, & d[illegible] super ponebant ori suo: vocem suam cohibebant duces, & lingua eorum gutturi suo adhærebat.* Proh! quanta quàm timenda maiestas, quando & audacissimi hominum adolescentes vultus seueritatem [illegible] latibu[illegible]a petebant, & Optimates prouinciarum coram Rege ne hiscere auderent? Sed iste tam metuendus summis Reipublicæ luminibus, qualis erga abiectum, & destitutum solatio vulgus? *Auris audiens beatif[illegible]cabat me, & ocu-*

Greg Pap. *lus videns testimonium reddebat mihi, eo quod liberassem pauperem vociferantem, & pupillum, cui non erat adiutor. benedictio perituri super me veniebat, & cor viduæ consolatus sum:* Hic est ergo ille magnus Iobus, qui oppressis subuenit, [illegible] resistit; Qui[illegible] crediturus sit, à vultu Iobi fugisse iuuenes? eius ore non territas, [illegible] allectas viduas: Itaque ille & amabilis simul, & formidandus; cuius censura columbas dimittat, coruos [illegible] [illegible] & desolatam reficet, locuple[illegible] [illegible] qui confidit in multitudine diuitiarum suarum? *Quanta d[illegible] [illegible] regnauit* ait Gr[illegible] [illegible] lib. 19. Mo[illegible] alium, cap. 16. [illegible] *ante eum iuuenes absconderentur quanta ma[illegible] [illegible]tudo pietati[illegible] [illegible] per enim viduarum corda co[illegible] [illegible] Sunt namque nonnulli ita d[illegible] [illegible] [illegible] etiam mansuetudinem beni[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], vnde [illegible] R[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], vt nec [illegible] [illegible] benignitatem [illegible] mansuetudinis, [illegible] in mansuetudine [illegible] destrictionem de[illegible] [illegible] [illegible]*

Sem[illegible] l[illegible]quutus est [illegible] [illegible] [illegible] mo [illegible] v[illegible] 12. *duo hæc audiui quia p[illegible] [illegible] tibi Domine, mi[illegible] [illegible]:* Q[illegible] [illegible] [illegible] ad cap. 51 Isaiæ. *Eo q[illegible] potentia tuus in [illegible] praualeat [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]* [illegible] [illegible] [illegible] ad [illegible] arrogantes, & [illegible] [illegible] vt miseris & [illegible] [illegible] [illegible]; Quibus adnotatis, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] pe cæteri Rectores præ[illegible] [illegible] [illegible] bis, atque [illegible] antequam pa[illegible] [illegible] [illegible] multipl[illegible] [illegible] atque impe[illegible], [illegible] cundent, Deus verò non ita, ad vnam v[illegible] ipsius a[illegible] [illegible], quæ famulantur, & [illegible] exequuntur imperia; Verùm nonne vt [illegible] aduertit Augustinus in hunc Psalmum, *mult[illegible] [illegible], mult[illegible] quemodis olim Deus l[illegible] est [illegible] [illegible] Prophetis: Quid [illegible] semel l[illegible] est [illegible] [illegible] nesile est Deus, qui in primordio [illegible] humani [illegible] [illegible] ad Adam? [illegible] idem [illegible] locutus est ad Cain, ad Noe, ad Abraham, ad Isaac, ad Iacob, ad Prophetas omnes, & ad Moy[illegible] Locutu[illegible] est [illegible] Apostolis, locutus est Sanctis: quid est [illegible] locutus est Deus?* Fa[illegible] [illegible] quid [illegible] [illegible] quonium [illegible] ad [illegible] vt [illegible] Sed tamen semel loquutus [illegible], q[illegible] vnum [illegible] eius patitur [illegible] Non vultis credere? Ecce apud Is[illegible] [illegible]

Isai 6. ga[illegible] *[illegible] mittam, & qu[illegible] [illegible]* [illegible] 6 ve[illegible] 8. & [illegible] [illegible] Vatem: *[illegible] E[illegible] mitte me:* Putas apud homine[illegible] [illegible] q[illegible] Certè Absalon semel atque [illegible] ad [illegible] nuntios [illegible] [illegible], [illegible] le venire, ne[illegible] [illegible] sue [illegible] [illegible] vastatámque [illegible] [illegible]

2. Reg. 14. dem adfuit, Reg. 2. cap. 14 ver. 29 N[illegible] tur Deus, vti Absalon, & Reges terræ, [illegible] que [illegible]: [illegible] ad vnam illius vocem p[illegible] mulant[illegible], ideò semel locutus est, S[illegible] [illegible] imperi[illegible] tanta [illegible]? E[illegible]ndem [illegible] *hæc audiui*, subiungit Hymnodu[illegible]: *Quia [illegible] stas Dei est, & tibi, Domine, mi[illegible]* [illegible] n[illegible]am igitur eiusmodi guberna[illegible]or es[illegible] [illegible] tudinem iræ [illegible], pote[illegible]tati [illegible] diam ne [illegible], ideirco aulcul[illegible] tanta p[illegible] tudine subditi, vt vix [illegible] semel v[illegible]ces per ul[illegible] [illegible] [illegible] non [illegible] Magistr[illegible]us O[illegible] [illegible] tanare, vltima[illegible] [illegible]di petere regione[illegible], per inhospita pergere loca mandet[illegible] [illegible].

38. Si quæ obed[illegible]tiæ p[illegible]fectio, si qui [illegible] dandi apex, d[illegible] [illegible] qui virtute[illegible] [illegible] dent, c[illegible]lebrabun[illegible] Ez[illegible] [illegible] Quid enim eximium in obtemperante [illegible] t[illegible] [illegible] quæ axem [illegible] habuit animal[illegible] *[illegible]bant, & reuertebantur in similitudinem fulguris [illegible] scantis* Ezech cap. 1. vers 14. [illegible] pot[illegible] rotæ

Ezech 1. non eadem celeritate fe[illegible]; pl[illegible] [illegible] g[illegible]mma obedientiæ [illegible] potenti[illegible] [illegible] sacra c[illegible]dia, vt nihil velit subditus quod Prælato d[illegible], atque vltra voluntatem [illegible] quoque [illegible]up[illegible]rioris iudicio supponit? Equidem & hoc in [illegible] [illegible]lis. *Nam quocunque ibat spiritus, [illegible] euntes [illegible] & rota pariter eleuabantur [illegible] euntibus ibant, cum sta[illegible] stabant, & cum eleuata a terra pariter [illegible]leuabantur & rotæ;* [illegible] amobrem tum exactè obtemperant rotæ, piæ etiam sanè cum inæquales essent [illegible] les in trahendo, & impedituri magis, quàm opem allaturi. Quid enim

enim [illegible] aquil[illegible] tarditas [illegible] ion re-[illegible] potius [illegible] bomo [illegible] [illegible] tor, [illegible] [illegible] vel[illegible] *eius* [illegible] go, qui [illegible] partim [illegible] pa[illegible] compositus, id est, [illegible] [illegible] electro [illegible] bonitatis & len[illegible] [illegible] ignis con[illegible]tionem, vehemen-[illegible] [illegible] Origenes homil. [illegible] in [illegible], *Aur[illegible] quatuor animalium [illegible]* [illegible] *ed pube tenus, a pedibus, &* *ex[illegible] non [illegible] enim* *tormenta [illegible] Deus: ed sunt etiam [illegible]* [illegible], [illegible] & [illegible], & nihil [illegible] par-[illegible] ter [illegible] indignatio [illegible] [illegible] mitandum [illegible] [illegible] [illegible] omnibus [illegible] [illegible] splend[illegible] ete [illegible] omnia anno-[illegible] [illegible].

Orig.

39. [illegible] per[illegible]quente Iezabel Elias, & post qu[illegible] [illegible] peregrina [illegible] n[illegible] [illegible] dum l[illegible] *D[illegible] adeam, d[illegible]* [illegible] 3 Reg. 19. vers. 9. At [illegible] Vates, quid Elias [illegible] [illegible] & [illegible] oculis [illegible] ni [illegible] vitantem, imo [illegible] ad [illegible] sulpuria emitte[illegible] zelo zelante[illegible] [illegible] suum gloriam [illegible] Iacob: & ex[illegible] causis. Cur ergo Vatem interrogat quasi igno-rans? [illegible] quidem quæsiit hanc [illegible] Quid agis, Elia? hoc est, dum & [illegible] medians, h[illegible] q[illegible] te considera, quamobrem hoc deueneris, quæ in hanc speluncam traxerit occasio; [illegible] [illegible] scientiæ per[illegible] necessaria [illegible] [illegible] comprehendo [illegible] tibi necessum est [illegible] hoc ergo [illegible] [illegible]: nam [illegible] me-[illegible] [illegible] ad vitæ Reginæ minas audi[illegible] te per [illegible] & in [illegible] imò & [illegible] pertæsum, quæ [illegible] animæ tuæ vt [illegible]: si ergo [illegible] feminæ indignationem [illegible] tibi [illegible] [illegible], qui vir es constantissimi animi, quem egregia facta multa ex[illegible]unt, quid si alius ex subditorum c[illegible] pusillanimis & dejecti cor-dis quispiam à Regina vexaretur? Non d[illegible]cet Rectores tantus furor: erit occasio, vt subditi in desperationem veniant: ergo ab hac Iezabe-lis facto disce ep mitius agere [illegible] subditos commendauit [illegible]: *Tu enim cur-rus & auriga Israel* Si Reginæ impetum ipse non potuisti sustinere, quomodo & Hebræi te sustinebunt, quos tam longa fame, tam diuturna ste-rilitate affixeris? Age igitur Elia: considera, cur in desertum veneris: iunge seueritati humanita-tem in posterum, vt ameris deinceps tanquam pa-ter dulcissimus à subditis, & te revereantur quasi filij, potius quàm timeant velut leui, atque ita Magistratus euadas perfectus, dulcis simul & ve-rax: Hæc Theodoreti arbitror expositio in illud Canticorum secundi capitis: *In lectulo meo per noctem quæsiui. &c, Elias autem, cùm Iezabel minas admodum formidaret, in solitudinem au-fugit, quærens adiutorem. At sapiens plorum Magister, & remunerator apparet ei, & tan-quam ignarus fugæ causam exquirit, non illudens, sed docens eum, cur ipsum fugere permisisset:*

3 Reg. 19.

Theodor.

[illegible] *cum homine, et, & humanis affectio-nibus [illegible]tur, vt humanitatem, & clementiam [illegible]*

[illegible] potest [illegible]bus Rebecca, ne Esau [illegible] Isaac fato proximus [illegible] benedi-[illegible] neque enim decorum [illegible], gent[illegible] veteri fructum con-[illegible] agat, sed & contra [illegible] sine in mollibus la-[illegible] ex gent[illegible]: Sed attende, [illegible] Principem, & [illegible]em [illegible] *tibi populi, & ado-[illegible] frastrum tuorum, &* *[illegible]curuentur ante te [illegible] tuæ.* Genes. cap. 27. vers. 2[illegible]. Sagax autem mater, cùm ab adolescen-[illegible] [illegible] moribus [illegible], animaduertit M[illegible] [illegible] idoneum: Quamobrem verò? N[illegible], perspexit semper iuuenem ad crudelita-[illegible] [illegible], venatione ferarum, quando ho-mines [illegible], delectatum assiduè, vt haberet [illegible] [illegible] animus parti[illegible], [illegible] appetens: Itaque, si capesseret im-perij habenas clementiæ expers, pessime guber-[illegible] is videtur, aut temet, au[illegible] [illegible]tatem exo[illegible]am habet. At in-[illegible] & [illegible] tabernaculo [illegible] s. nam, [illegible] Esau, & [illegible] lac[illegible] [illegible] afferunt [illegible] vitæ [illegible] extre-ma: Se[illegible] [illegible] non sic [illegible] est. vt [illegible] & con[illegible] quid enim? R[illegible] & sine pe[illegible] non leui certamen in [illegible] cum homine, verùm cum Angelo c[illegible], & *inualuit sanè ad Angelum, & c[illegible] est*, Osea teste cap. 12. vers. 4. Hic igitur aptus, qui super solium sedeat, & pur-puram induat, in quo & magnitudo animi, & lenitas mentis simul, ille est Iacob Patriar-cha: propterea mater, vt huic deferatur prin-cipatus, nititur viribus omnibus: Chrysosto-mus homilia 35 in Genesim: *Deus autem sa-piens, & omnipotens Dominus per Rebeccam peti-tionem suam impleri facit, docens nos, quantum va-leat virtus, & morum suauitas*: nempe, propter has dotes cum animi quoque ea, quæ par erat, constantia coniunctas, benedictio, quæ ob ætatis antiquitatem debebatur Esaü, Iacob minori fra-tri cessit. Ergo, quemadmodum interpretandi genus id optimum est, quod allegoriæ suaui-tatem cum historiæ fortitudine copulat: ita ea perfecta virtus est, quæ neque in iram, neque in nimium lenimen declinat: sed ex vtroque participat. 40.

Gen. 27.

Oseæ 12.

Chrysost.

SECTIO V.

Non esse acquirendam perfectionem, quasi per saltum; sed paulatim, & diu-turno labore.

41. MOnuimus, cùm omnium disciplinarum perfectio plurimùm temporis desideret, & multorum annorum vigilias, tum singulari iure id sibi vendicare Scripturarum scientiam, & ob difficilium copiam, & ob inuolucra, quibus Bibliorum sensa obuelantur; habitant enim lu-cem quandam inaccessibilem? Quod si certè in perficiendo intellectu tantùm operæ necessum sit,

sit ponere, maior vtique diligentia in voluntate excolenda requiritur; itaque, sicut ordinem illi doctrinæ inuertunt, atque oleum cum industria perdunt, qui breui momento artium genus omne discere se posse autumant, & cum omnia adipisci sperabant, nihil colligunt; sic, qui cæco impetu virtutem aggrediuntur, & horarum paucarum, pone & mensium, quin & annorum laborem esse existimant, vbi ad culmen se peruenisse arbitrantur, ne radices quidem montis attigisse iudicio sapientum inueniuntur: quis enim in hac vita ita currit, vt comprehendat: neque sint vlteriora spatia peragranda? Quapropter a peritis rerum spiritalium Naucleris, atque Magistris temperandus sedulò indiscretus iuniorum feruor; nam existimatione quadam ducti, ad quam incitat nonnunquam latens, & abscondita quædam mentis ambitio, putant immoderata corporis castigatione, vigiliis, quibus vires pares non sunt, diuturna genuflexione, abstinentia ciborum, chamæuniis, & id genus aliis operibus, breui se assequuturos, quod intimum est Christianæ perfectionis, cùm tamen præpropero illo ardore, quem prudentia non rexit, tantùm adipiscantur, vt variis conflictati morbis, ad gulæ antiqua reuertantur lenocinia, & ne quidem Cœnobiorum communes exercere functiones valeant, qui caput inter sydera festino illo primæuæ incitationis volatu collocaturos se vane sibimetipsis mentiebantur; Num ipsi potiores magno Legislatore Moyse? de quo egregiè Siracides cap. 45.
Eccl.45. vers. 4. *In fide, & lenitate ipsius sanctum fecit illum, & elegit eum ex omni carne*; Quid est, *in fide?* Quoniam obstacula multa ad perfectionis fastigia contendentem præclaro nisu, remorabantur; sed credebat paulatim cum Numinis adiutorio superanda, & fide ad pergendum stimulabatur; Quid est, *in lenitate?* An, quoniam sola mansuetudo eum coronauit? Certè & omnibus cumulatus virtutibus Moyses, sed vt hæ sanctum facerent, lenitas egebat; sustinebat enim, & patiebatur, expectans de die in diem, vt quod hic annus non attulisset, alter absolueret; & ita per lenitatem, qua tædia & moras longanimis sustinebat, sanctus effectus est.

Nunquid super aquilam eleuatur, aut
42. hirundo, aut turtur, vel philomela, vt velint ferè priusquam plumescant, alarum remigio vincere pennatorum genus, & tranare, quicquid volando superabile est? atque non animaduertunt, quas moras nectit ipsa alitum Regina, quàm serò fœtus liberiori spatio committit? Vide, quid grande Moysis Canticum pangat, *Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans, expandit alas suas; & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis*; Deut. cap. 32.
Deut.32. vers. 11. Itaque genitrix lentè, atque paulatim erudit; sinit primùm per dies non paucos nido latitare, donec & viribus, & alarum subsidio præstent; deinde, non statim per aëra discurrere cogit, non prædam sibi quærere, & Solis volando penè currum attingere. sed humeris aliquandiu supportat, Olympum ex tam securo vehiculo prospectantes; aues impertertitæ vident, metum talibus exercitamentis deponunt, & tum demum ipsæ sibi in posterum sufficiunt; meritò inter volucres regnum occupant, quarum volatus exordia tam cauta sunt; meritò, quò tùm fas est pennatis conscendere, assur-gunt, qui tandiu, tàmque variis modis, vt ascendere, & volitare queant, probant; Sed experiamur, quemadmodum mysticè hæc interpretetur Guarricus Abbas serm. de Ascensione. *Quid* Guarric. *putamus, Fratres, repentè de terris ad cœlos euolare poterimus, qui nunc exercitio, & vsu quotidiano volitare non didicimus? nunquid non Christus sicut aquila prouocat ad volandum filios, quando super eos volitat!* Eximiè alludit Guarricus ad Christi magisterium, nam, quanuis ipse, quos elegit Apostolos, posset virtute ab alto ab initio perficere, & in gigantes momento transferre, noluit tamen, sanè vti nobis profuisset apostolicum exemplum: sed aquilarum ad instar lentè, atque paulatim ad virtutem effinxit, sustinendo etiam per annos aliquot quasdam imperfectiones, donec tandem ascendens in altum, & captiuam ducens captiuitatem, eos destituit: illi verò Præceptore spoliati, & Spiritu sancto copiose afflati deinceps Archimagistri ipsi effecti, quantùm sub tali instructore profecissent, copiosè vniuerso orbi demonstrarunt.

Sed quòd initio tanquam paruulos in lucem eos portaret aquilarum in morem, id est, sufferret 43. non modico tempore ruditatem ipsorum, neque illi mox, vt eius intrauerunt scholam, omnino fortes euasissent consummatam adepti virilitatem satis probat id, quod memorat Ioannes Euangelista: nam post anastasim Seruatoris, cum adhuc per quadraginta dies loquens de regno Dei temoraretur in terris, cùm die quodam piscatum iuissent discipuli, alloquutus eos Christus: *Pueri*, inquit, *nunquid pulmentarium habetis*: Ioan. cap. 21. vers. 5. Sed quamobrem pueros appellat, qui adolescentia iam dudum excesserant, & ad canos properabant annos? Puto animi, magis quàm corpori ætatem innuebat: nam in eius schola non modicum versatos, ostendit tamen nondum puberes euasisse: habet & Ioan 21. gymnasium Christi infantiam quoque, neque repentè viros fieri, qui discipulatui se mancipant, subsistere & lentè progredi, alioqui si robustæ fortitudinis ipsi, haud antelucanis pene horis, cùm Præceptorem vinctum duceret crudelitas, timidi fugissent: Mecum Chrysologus sermone 78. de sententia Christi manifestat. post resuscitationem: *Pueri nunquid pulmentarium habetis? ibi iam erat Petrus, qui negauerat: Thomas qui dubitauerat Ioannes, qui fugerat non ergo vt fortissimos milites: sed pueros compellat, vt timidos & quos idoneos nec dum deprehendit ad prælium, vt teneros inuitat ad mensam dicendo Pueri, nunquid pulmentarium habetis?* Et ipse Ioannes, qui hæc narrat, Magistri phrasim æmulatus Epistol. 1. cap. 2. vers. 18. *Filioli nouissima hora est, & sicut audistis, quia Antichristus venit,* Ioan.1.2. &c. Alia apud Augustinum lectio, pueros vocat: & tamen senes etiam alloquebatur paulo superiùs vers. 13. *Scribo vobis, Patres, quoniam cognouistis eum, qui ab initio est.* Verùm ætate corporis patres, spiritu filioli & pueri: eò quòd puerorum in morem rudimenta discerent, & paulatim ad magna instruerentur: Benè Augustinus tract. 3 in eam Ioannis Epistolam, tom 9. *Pueri, nouissima hora est. In hac lectione pueros alloquitur, vt festinent crescere: quia nouissima hora est: ætas corporis non est in voluntate; ita nullus secundùm carnem crescit, quando vult; sicut nullus, quando vult, nascitur; vbi autem natiuitas in voluntate est, & incrementum in voluntate est: ergo, si vult,*

vult, crescit: si non vult decrescit: Quid est crescere? proficere, quid est decrescere? deficere, Quisquis nouit, natum esse se audeat, quia puer est, & infans: audè inhiet vberibus matris, & cito crescit: est autem mater, Ecclesia: & vbera eius, duo testamenta Scripturarum diuinarum. Si igitur & vbera habet Ecclesia, & spiritalis vita suos ætatis gradus, certaque interualla; per ætatis differentias transeundum erit, & incipiendum ab infantia, cui succedat pueritia; hanc excipiat iuuentæ flos, & vigens ardor, donec seniora adolescentia fortiantur plenitudinem ætatis Christi cum mota viri aliquando tandem effecti.

44. Per huiusmodi incrementa tantam virilitatem assequutus beatus Iobus, quantam eius cum acerbissimo hoste congressus, & præclarissimi innuunt triumphi: *Dicebámque:* (ait ipse cap. 29. Iob 29. vers. 18.) *In nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies:* Quorsum annos suos palmæ comparat? Sanè alia syluarum arbusta radices dilatant, & quod in imo est stipitis; itaque initia vasta fuit, robusta, ad omnem firmitatem composita: itur in superna, quantùmque ad æthera fertur lignum, tantum sibi dissimile, & sustentat immensus truncus gracile cacumen deformi ge- Palma in crescendo natura. neratione, patrique inæquali; O stygiis dicatum ærumnis infelix lignum, quod iotumescit, & distenditur, qua parte glebam occupat, qua Olympum prospectat, fine viribus, fine decore est! non sic palma, (ideò & iustorum in arcano sermone egregium symbolum,) ab exordio lentè crescit, inchoamenta obscura sunt, quæ & infantiam sapiant; quasi inuita terram occupat arbor generosa, & mœrorem testatura indignos induit vultus, gracilis est primus truncus, rudimenta Sanctorum inouens: mox vt assurgit, magis, magisque roboratur, donec pulcherrimas comas effundit, cœlique spatia quanto liberiùs occupauit, tantò formosiori cacumine est; Gaudet agricola, quem initia terrebant exilia, deceptum se à ramorum, & magnitudine, & forma, & vtilitate, discitque excelsiora euadere, quorum despecta origo: Cedat nostra oratio Gregorij Roma- Greg. Pap. ni facundiæ, qui lib. 19. Moralium, cap. 15. *Habet quidem aliud palma, quo à cunctis arboribus generibus differt: omnis namque arbor in suo robore iuxta terram vasta subsistit, sed crescendo superius angustatur: palma verò minor ab imo inchoat: vastior ad summa succrescit; quibus itaque alia arbusta, nisi terrenis mentibus inueniuntur esse similia, inferiùs vasta, superiùs angusta? quia, mimirum, omnes huius sæculi dilectores, in terrenis rebus fortes sunt, in celestibus debiles?* Verùm properemus ad institutum à nobis præcipuum sensum; *Sunt verò nonnulli,* (subdit) *qui, cum cœlestia appetunt, ab inchoatione sua quotidie inconstantia pusillanimitate deficiunt: Quibus hos nisi arbustis reliquis similes dixerim, qui nequaquam tales superius surgunt, quales inferius oriuntur? hi quippe ad conuersionem venientes, non tales, quales cœperunt, perseuerant, & quasi more arborum, inchoatione vasti sunt, sed tenues crescunt; quia paulisper per augmenta temporum, patiuntur detrimenta virtutum: palma verò, sicut dictum est, vastior in summitate est, quam cœpit esse ex radice: quia sæpe electorum conuersio plus finiendo peragit, quam proponit inchoando.*

45. Nec conturbet, insinuasse nos Iobum strenuissimum Athletam spiritalem infantiam expertum fuisse, & virtutis crepitacula, quando ne absque elementis Adamus tanto cum decorum incremento formatus. nam sanè, quamobrem generis nostri Coryphæo arduum aliquod præceptum non imposuerit Creator, scilicet à pomo abstineret? Sed puerorum, aut virginum hæc sunt irritamenta, viros robustiora decent: eia verecundatur Adamus, quòd tam lenibus iritentur: præscribantur illi ardua: habeat, sub quibus ingemiscat: sic probabitur vir esse: Demus supetasse: quæ tam potens & superba gloria, abstinuisse à fructibus vnius ligni, cùm innumera suppeditaret lenocinia condensum nemus? Sed animaduerte, quoniam sub tyrocinio est adhuc recèns creatus protoplastus: hæc sunt crepundia iustitiæ: non idem est onus valentis iuuenis, & mamantis pusionis: Quoniam igitur sub infantia spiritalis ætatis agebat Adam, nec in veteranum enamnum processerat, atque ita decebat, sua vt incrementa haberet sanctitudo, in dicique gratiam animæ præsidium & decus bonis exercitationibus augeret: propereà velut cum paruulo lusit, & ferendum imbecilli collo iugum imposuit: Do obsidem Theodoretum serm. 10. de Theodor. Prouident. *Ideircò Adam quasi nuper edito infanti preceptum de arbore præscribit:* Et nonnihil inferiùs: *Quapropter illud solummodo de arbore præceptum accipit, puerile quiddam, & modò natis infantibus conueniens.*

Sed quanta cum lenitudine ambulandum sit, quæ mora, quanta adhibenda consideratio & à valentissimis etiam ducibus, vnus Abrahamus Patriarcha suadebit: Iussus vt filium, delicias senectutis mactaret, non acquieuit carni & sanguini, vt saltem elatùm mane expectaret: sed nimio obediendi studio auroram anticipauit: *Et de nocte consurgens, strauit asinum suum, ducens secum duos iuuenes, & Isaac filium suum.* Genes. cap. 22. vers. 3. Sic pergitur, atque die & nocte Gen. 22. gradiuntur, cùm ecce tertia luce, eleuatis oculis vidit Patriarcha locum procul: Quæ, hæc demoratio est, ô Abraham? Decem leucarum iter est, (vide Abulensem ita ad nominatum Genes. cap. 22. docentem,) & triduum ambulando absumitur: Quid? doleroe natura, & retardat pueri necem? Animaduerte, quoniam obedientiæ præcipua laus est, festinam esse: extollit & supra modum beneficium celeritas: quippe, bis dat, qui citò dat: Quorsum igitur tam spatiosa protractio? Verùm tu considera, quantæ difficultatis facinus, præcidere stirpis spem vniuersam, domum euertere, amputare solatium grauium annorum, matri indelebilem attulisse luctum, sæuire in Isaacum, qui non facto, non verbis aliquando læserat: Vt igitur instrueret Numen præclarè aggressuros ne subitò impellerentur, spatium consilio darent, & lentè agerent: inspirauit Abrahamo, iterum, atque iterum perpenderet, quantum opus aggrederetur, subsisteret, pausaret: hinc igitur commissum. vt ne decem quidem leucas triduo absolueret: Tostatus in præfatum Tostat. Genes. cap. 22. *Respondetur,* (inquit,) *quod Deus fecit hoc, vt obedientia Abrahæ totaliter euidens esset: quia in magno tempore multa cogitare poterat, quæ eum à suo proposito disturbarent: & sic facere non possit actum istum cum impetu passionis: quia magnum tempus requiritur in quo deliberatio sequitur: & hoc magnam constantiam Abrahæ demonstrabat, qui in tam difficilibus vultum immotum tenere potuit.*

Aut sanè coniectabimus propereà demoratum 47.

tum Abraham, quoniam imbecillis adhuc erat, quippe tyro solùm, & nouitius in domo Dei? Itàne verò elementarius, atque inceptor tunc Abraham, cùm filium immolare statuisset Tyro, scilicet, qui ob Numinis reuerentiam longa susceperat exilia in Ægyptum descendens, coniuge pulcherrima & amantissima Sara viduatus sit, ea in regiam Pharaonis sublata, in laboribus multis, in ieiuniis, in vigiliis, in fame? Quæ est magnorum Heroum gloria, nisi ista sit? Quæ Ducis veterani his excelliora encomia? Attamen & nouitium etiam tunc extitisse cùm Angelus de cœlo vociferaretur, ne puerum feriret, intelligemus; quid enim Creator fidelem ministrum allocutus sit? *Nunc*, inquit) *cognoui, quod times Dominum, & non pepercisti vnigenito filio propter me* Genes. cap. 22. vers. 12. Quid est, *Nunc cognoui?* tanquam asserat; Quæ hactenus à te patrata,
Genes. 22. rudimenta solùm fuêre, & quasi infantilis æui exercitamenta; nunc deseruisti tirocinia; nimirum, per talia initia perueniendum erat ad tam consummatum honoris splendorem; Putabas tam longo annorum decursu, quando tot modis probatus fueris, velut emeritum rude donandum; sed noueris, quoniam, cum consummatus fuerit homo, tunc incipiet; non finis est iste præliorum, sed exordium: ludicra fuit, quæ huc vsque pugna, tyronum exercitatio; Aderit nobiscum sanctus Dorotheus doctrina 4. de diuino ti-
S. Doroth. more; *Nunc cognoui, quia times me,* &c. *Quomodo enim se habet; Nunc cognoui? tanta fecerat, omnem reliquerat substantiam suam, peregrè profectus erat in terram alienam, & ad gentem idolis deditam, vbi nullum erat pietatis vestigium; passus erat & hanc horrendam tentationem de immolando filio, & post hæc omnia illi dicitur: Nunc cognoui, quia times Deum? Ad innuendum videlicet perfectum illum timorem, qui non nisi Sanctorum est; neque enim ob metum pœnæ aut premij cupiditate viri sancti, sed amore & beneuolentia sola præcepta Dei custodiunt*; Recidit & hæc Dorothei expositio, in nostræ scopum interpretationis; innuit enim veluti a Numine significatum, timore quidem Creatoris præditum Abrahamum ante eum diem, sed ignobiliori, qualem & habent, qui limen æquitatis terunt, tum demum ad altissimum gradum transiisse, eius qui in charitate fundatur timoris, & reuerentia potiùs est, affectúsque erga dulce parentis nomen, quàm beri, quàm virgæ, & dominationis metus aliquis; nam non subitò quispiam ad conuexa aduolat, & fastigium occupat, quanquam ille & Abrahæ par; sed paulatim ascensiones disponit in corde, & satis beatus, si post longa, fortiàque certamina, audiat à coronaturo; *Nunc cognoui, quod times Dominum.*

48. Apparuit Verbum sæpè Patribus antequàm ex virgineo prodiret aluo, & nonnunquam sub humana specie, num vt recrearet amicos imagine saltem venturæ felicitatis? an vt probaret qualis sub armis humanæ naturæ procederet? nam armatum processisse carnem induentem Psalmodus Oda 44 cecinit; *Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime*; Veritin, quæ necessitas Deo talibus prolusisse Incarnationi experimentis? Prudens quidem in hominibus, & salubre consilium, virium periculum facere ne oneri succumbant, sed Deus his adiumentis opus non habet; omnipotens scilicet & indefessum Numen ad vniuersa; sufficiens ergóne pro nobis se dimisit? Puto quidem: nimirum aggressurus prouinciam arduam, & perplexam, vt illuminaret omnem hominem venientem in hunc mundum, vt renouaret faciem terræ, vt expurgaret vetus fermentum & Patri reconciliaret mortale genus, voluit indicare similia cogitantibus, ne præproperè & subitò prodirent ad euangelizandum, sed iterum atque iterum probarent, num [illegible] idonei essent, qui per animam, siue propriam, siue alienam perficere, donis gratiæ [illegible] exornare, ad immaculatæ vitæ apicem ducere opus est quemadmodum longè [illegible] atque pulcherrimum, ita moram [illegible] expectans, quod cunctando restituit [illegible] Porro & ipsum Verbum Patris, q[illegible] pore substantialiter facturus erat, ab exordio mundanæ fabricæ in figura ostendit [illegible] rò sub assumpto corpore apparens Patribus, ne videretur quasi repentè, & imparatum [illegible] tantum opus accessisse, qualis erat Incarnatio,
Hoc indicare visus Irenæus, alibi à nobis, [illegible] diuersum in morem, explanatus, in libro 4. ad Iren. uersùs hæreses, cap. 26. *Qui enim se semper miscuit* (ait [illegible] *& in animum operatus est;* [illegible] *est qui dicit Moysi: Videns vidi vexationem populi mei, qui est in Ægypto & descendi, vt eruam eos* Exod. c. 3. *Ab initio assuetum Verbum Dei ascendere, & descendere propter salutem eorum, qui malè haberent.*

Sciebat Dauid quantum imminerei di[illegible] nimiùm præcipiti, & festinanti iustitiæ; id [illegible] & 49.
suo & iustorum [illegible] preces fundit Psal. 90. Psal. 90.
annecti prædicit, quali scuto obtegendi sint, qui habitant in adiutorio Altissimi. *Non timebis* [illegible] *quitur, a timore nocturno a sagitta volante in die, ab incursu & Dæmonio meridiano*: Pertran[illegible] alia: tantùm expendere voluntas est, quid sagitta illa volans? Equidem sagittæ nomine intelligi posse arbitrer vitæ spiritalis feruorem: id quod est, quòd *volantem* appellet sagittam? Nonne omnis sagitta volat, Euróque, & ventis celerior fertur? Esto sagitta materialis omnis festinet: sed non ita de arcu & sagitta mentis, cuius sagittarius est diuinus Spiritus; Est igitur quando sagitta lentè emittitur, & in tempum cursu forti, atque constanti, magis quàm in rapto dirigitur: Hic est feruor ille animi, qui Magistri interiori obedientiæ subiicitur, qui nō affectat in maceratione corporis, aliisque piis exercitamentis videri ab hominibus propterea nec volat in die, contentus oculis cœlestis Patris, qui intuetur in abscondito, qui non concertat, & omnia simul assequi tentat, quasi vna hora finem perfectionis daturus, & transactam Patrum gloriam solus omnem coniuncturus: beata est ista sagitta: non est, quòd iustus ab illa declinet, tum sæpque quat[illegible] que fortunatus, cùm imum cordis penetrauerit: A qua igitur sagitta fugiendum? Equidem ab illa, quæ volat & gloriæ vanæ stimulis agitata diem, quo perspiciatur, amat: propter hoc & accumulat preces, & mortificationes sine ordine producit indiscretè vigilias, abstinentiæ absque mensura vacat, spernit seniorum monita his obsistentium, & totum agit, vt consummasse in breui tempora multa iudicetur: Flecte habenas pulle insolens: vide, quia indiscretus & temerarius feruor in præcipitia ducit! vtinam non tam subitus & irrequietus feruor citò lassetur, & fiant nouissima sic in incertum currentis, peiora prioribus! Attende, de quibus moneat sapiens

Bernardus

Bernard. Bernardus serm. 6. in Psalmum, *Qui habitat*, &c. *Time sagittam; leuiter volat, leuiter penetrat; sed dico tibi, non leue infligit vulnus, citò interficit; nimirum sagitta hæc vana gloria est; qui feruentiores esse videntur, ipsi paueant, ipsi caueant in hac parte*. Igitur, quemadmodum initio asserebamus, sicut perfecta scientia multorum annorum spatio comparatur, & nemo tam doctus, qui discere non valeat vlteriùs: sic virtutis consummatio tempore acquiritur, nullusque tam gigas, qui in vitæ spiritalis stadio, semper magis, magisque currere non valeat.

SECTIO VI.

MARIA *tota luminosa, & sciens, literariæ nauigationis felix Cynosura.*

50. SVppeditauimus hactenus non parua adiumenta Scripturarum, purissimos latices haurire cupientibus; damus modo colophonem; Quid dixi? Præbemus compendium; Amet impense MARIAM, vigilet ad portas eius, & accipiet, & inueniet; Ipsa scientiarum dispensatrix, ipsa intelligentiæ largitrix dabit mensuram bonam, & affluentem. Nam, quemadmodum gratia plena facta est, vt in alios de redundantia bonorum conferret, *Plenus equidem aquæductus* (inquit Bernardus sermone 2. de Natiuitate MARIÆ,) *vt accipiant cæteri de plenitudine*; Atque deinceps identidem, *Quid? plena est gratia, & gratiam adhuc inuenit? digna prorsus inuenire, quod quærit, cui propria non sufficit plenitudo; nec suo potest esse contenta bono, sed quemadmodum scriptum est, Qui bibit me, adhuc sitiet; Petit superaffluentiam ad salutem vniuersitatis*; Sic & doctrinarum plena facta, vt dispergeret, & daret pauperibus, & erudiret eos in omni sapientia; Vis scire quàm radiosa & fulgescens sit Dei Genitrix? Nosti exsurrexisse MARIAM, & abiisse in montana Elizabeth salutatum; *Et factum est, vt audiuit salutationem MARIÆ Elizabeth, vt exultaret infans Baptista in vtero eius.* Lucæ cap. 1. vers. 41. Quid turbatur pusio ad aspectum Matris Domini? Percipe à Cæsario, Nazianzeni fratre, Dialogo 4. prope finem *Ille appropinquante matri suæ ea quæ gestabat Filium sine Patre Matrem reueritus gestiit exiliendo, & velut imminente sibi à prægnante periculo, non ferebat eam, quæ facem gestabat, propius accedere* Itaque planè adsignificat Cæsarius tantam fuisse splendoris Mariani vim, quàm ne Præcursor sustinere valeret; atque ita, velut qui ab ignium non tolerando ardore fugit, atque retrò agitur; ita Ioannes quasi laxiora spatia lustret ob fulgoris magnitudinem, & longius distare cupiat, intra materna claustra irrequietus exilit atque mouetur.

Luc. 1. Cæsar.

51. Primùm in hac Cæsarij Oratione demiror, quòd ad Genitricis magis, quàm gnati splendores obstupefactum Baptistam affirmet; *Matrem (ait) reueritus gestiit exiliendo*. Cur non Filium potiùs dixerat? Atque iterum, *Non ferebat eam, quæ facem gestabat, propius accedere*; Num Filius iubar retraxit, vt Mater luceret? Phœbus se abscondit, vt Luna micaret? Secundò, conturbor,

Suerlogi Anteloq in Cant.

quod cùm Præcursor haberet interpositum materni ventris parietem, & hoc velamento arcerentur radij Marianæ lucis, non suffecerit illud ad tolerandos splendores: nunquid enim MARIÆ fulgura potentiora ipsa Diuinitatis inaccessa reuerberatione? Atqui intuere apud Isaiam cap. 6. Vaticiniorum; Sedit Dominus super solium excelsum & eleuatum; circumstabant Seraphim; & cùm immensitatem luminis sustinere non valerent, subsidio fuêre pennæ; has erigunt & inter se Numénque distendunt: nam de sex alis, duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant; hoc vt fecerunt, quanquam erat infinita claritas, potuerunt sufferre ardorem & dulciter intonare, *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum*. Si igitur Seraphim beneficio alarum potuerunt adstare throno gloriæ, & incircumscripti luminis radios perferre, tantúmque non vexari, vt etiam suauissimè canere potuerint; quàmobrem Ioannes materno absconditus claustro, vteri integumento munitus, non valuerit MARIÆ splendores sustinere? quæ hæc est tam inaudita lux communicata Puellæ Deum genituræ, quam Baptista obseratus, & clausus velut fugere ieuter, & quasi caligaturus à nimiis splendoribus.

52. An dicemus, Deum, vt Filij Genitricem honoret, suum quodammodo iubar imminuere, vt cùm reipsa Deiparæ lucem infinitis excedat, videri tamen possit inferior esse, propterea conniuere ad virginis radios, qui Dei claritatem sustinere queunt? Certe compara columnam ignis, quæ lucebat in nocte Hebræis, & iter præmonstrabat ambulantibus per semitas ignotas, stellæ, quæ Magos ab Oriente deduxit; comperies equidem Tharsis, & Arabiæ Dynastas beneficio syderis breui absoluisse peregrinationem diu moratos, qui regebantur à columna ignea; illi ne mensem vnum demorati, (sic enim iudicauêre periti) isti annis quadraginta exactis tellurem promissam occuparunt; Quæ causa tædiosum Iudæis? quæ festinandi occasio Magis? Dices, eum, quem ignea columna significabat Numen ipsum omnipotens fuisse, quippe de eo Moyses Deuteronomij cap. 32. *Circumduxit eum, & docuit, & custodiuit quasi pupillam oculi sui, Dominus solus dux eius fuit*. At verò stella illa, quæ orientalibus illuxit, adumbratam Virginem Deum enixam Damianus quippe sermone de Epiphania? *Erat stella in aere, stella in terra Sol in præsepio; stella in aere, corpus illud lucidum; stella in terra, Virgo MARIA; Sol in præsepio Christus*. At verò, vt non renitamus hæc certa esse, sed inde potior consurgit difficultas: si enim columnæ lux Dei claritas est stellæ fulgor. MARIÆ lumen; cur non efficaciores diuini radij ad regendas Israëlitarum turmas, compendióque eas ducendi in regiones lacte, & melle affluentes, quàm MARIÆ splendores ad instruendos dromedarios Madian, & Epha: Quid ad hæc dicemus, nisi quemadmodum Anselmus adsignificat libro de excellentia Virginis, cap 6. contingit sæpe ex Filij dignatione, celeriùs Matre inuocata salutem afflictis concedi quàm Gnati imploratonomine? Ita & MARIÆ plùs eminere magisterium, quàm Christi, breuiùs sapienter euadere, quem Genitrix erudit! Certè columnæ differentia, syderísque super stabulo fulgentis Sanctum Maximum, non latuit homil 5. de Epiphania: *Ecce Fratres ad quærendum Regem Regum vna*

MARIA splendores quàm Deus cessit! Deut. 32. Damian. Anselm. MARIA præceptas quomodo magis præstare ipsius Deo. Max. m.

Chaldaeos stella protraxit; Iudaicum verò populum nec ignea quondam potuit columna conuertere; O quibus doctrinarum sitis anhela, venite, & emite absque argento, aut vlla commutatione! Ecce Filius posuit in potestate Genitricis, quam dilexit, thesauros sapientiae, & scientiae Dei! properate, tudet omnes, & quibus non est intellectus ipsa est formosa Rebecca, quae gratis dabit potum abundantem non solum seniori domus Abrahae; sed & camelis quoque, & iumentis illius; ne verearis accedere, puli lanuius, ne tibi illudat inimicus, quasi seueram fingens Matrem misericordiarum; *Reuolue diligentius euangelicae Historiae seriem vniuersam,* (Bernardus homil. 1. de Nativitate MARIAE.) *& si quid durum, si quid denique signum vel tenuis indignationis occurrerit in MARIA, de caetero suspectam habeas, & accedere verearis.*

Bernard.

53. Vagemur paululum per singulus rationalium ordines, & obseruamus huic Reginae concessum, vt maiori claritudine quaeque penetraret, quam aliqua merè creaturarum, & incipi mus à superbiente Angelo; Quanta eius intelligentia? *Sed & serpens erat callidior cunctis animantibus terrae, quae fecerat Dominus Deus,* ait Moyses Genes. cap. 3. vers. 1. Parum, vt bruta vicerit, gloria est vicisse feminam; Sed qualem eam? Sanè, quae, sicut pulchritudine faciei, & corporis lineamentis sequituris nutibus excelleret, ita ingenio eminebit maximo: tanto audax triumpho accedat, & tentet, vt & Dei mattem mentis astutia superet! Puto, verebitur cum tali virgine palam agere, & in faciem pugnare; fortasse ad dolos concurretur, & calcaneo insidiabitur; Sed noueris, maligne, quia neque fraude circumuenires, oculata est omni ex parte, nihil in ea dormitabundum, & segne, ipsa conteret caput tuum: multa est calliditas tui ingenij: sed nihil tam subtile, quod MARIAE acumen praetereuolet: abissus ad Mineruam, tu Deiparae comparatur. *Cui haec victoria,* inquit Bernardus homilia 2. super, *Missus est, seruata est, nisi MARIAE? Ipsa procul dubio caput contriuit venenatum, quae omnimodam maligni suggestionem tam de carnis illecebra, quàm de mentis superbia deduxit ad nihilum:* Sed quando serpentem decepit MARIA? Nimirum, tum, cùm Iosepho desponsata est: Disce ab eodem Bernardo loco nuperè memorato; *Oportebat autem à Principe mundi aliquandiu celari diuini consilij sacramentum,* celabatur autē, putat Bernardus, per desponsationem, cùm Satan videns connubio iunctam Virginem, arbitraretur & naturae opus esse partum ipsius, ex communi coniugatorum vsu) *& quanquam illud aliter, quando voluer, perficere potuisset: placuit tamen, eo potius & modo, & ordine hominem sibi reconciliare, quo nouerat cecidisse, sicut Diabolus prius feduxit feminam, ita prius à femina virgine seduceretur. Sic igitur versipellis astus ars, & gigantes in fraudē pellicere assueta, à MARIA hebetata est:* Subiungam & Damasceni verba in eundem sensum pauca, qui narr. 1. de Natiuitate Virginis: MARIA (inquit) *diuinae voluntati obsequuta, deceptorem serpentem in fraudem induxit, & mundo immortalitatem inuexit.*

Gen 3.

MARIA doctior Angelis.

Bernad.

Damasc.

54. Veniamus ad humanum genus. Quantus Magister, apostolici Conuentus Vertex, Petrus, qui diuinitatem Christi agnouit, & Filium Dei viui esse confessus est? Quantus Ioannes, qui velut aquila magnarum alarum caliginem intrans, nebulam arcanorum de coelo retulit, intonans: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deū,* &c. Iam verò Paulus, qui audiuit verba, quae non liceat homini loqui, & Angelorum quodammodo praeceptor factus, vt Epist. ad Ephesios, c. 3. ipse innuit, & Chrysostomus Prolog. in Ioannem explanat. Salomonis verò, & Adae quanta, quàm multiplex cognitio fuit? Verùm his omnibus considerasse tale ferat iudicium Auctor Prouerbiorum cap. vltimo, vers. 29. *Multae filiae congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas.* At que latè de MARIA loquutum eum Bernardus testatur hom. singulari de B. Virgine, quae an sit germana, an alteri adscribenda, nihil non interest: *Multae filiae congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas: Licet enim in Parabolis loqueretur ad turbas, licèt omnia Apostolis nota faceret, vt amicis: quadam tamen credendum est Matrem suam, quemadmodū ita propensius erudisse sic quaedam secretius intimasse: frequenter enim ad montem myrrhae, & collem thuris sublimasse, in cellam vinariam eam collasse, sibi, prout nouit, gloriam desiccam, & supercoelestē reuelasse notitiam:* Cùm verò insinuamus à Virgine immaculatā doctrinā omnium mortalium spectatam; praesertim in his, quae supernaturalia erant, & quiuis modo ad vlterium si res conduxebant, non solùm intelligimus id respectu huius, aut illius personae seorsim, atque diuisiuè sumptae, sed etiam comparatione collectionis earum, sic vt vna illa plus nouerit, quàm omnes mortales collectiuè acceptae: Sed id opinionè contigit, vt Auctori homini ac adiungeret, Deum Virgini intemeratae gloriam Deificam, & supercoelestem reuelasse: hoc est, donatam eam visione beata, ne & quoquam inferior extitisset nobilissimo cognoscendi genere: num praebeamus sanè, Moysem, atque Paulum intuitiuè contemplatos diuinitatem: cum gerit etiam idipsum S. Benedicto, & nostri Sodalitij sanctissimo Fundatori, vt verisimile existimatum à nonnullis octiduana illa ecstasi longè celeberrima, Sed, quantùm est istud collatum MARIAE Deiparae, quae & in primo animatione instanti, & dum nasceretur, & eninxit pia Filium enixa est, eodémque resurgente frequenter transferebatur ad videndum diuinam Deum: qua de re, eruditè & piè Salazarius de conceptione Beatissimae Virginis, capite trigesimo secundo. § 4.

Eccles. Chrysost.

Prou 31.

Bernard.

Maria fuit eleuata ad videndam diuinam essentiam.

Salazar.

55. Feramur è terra ad superos, & indicabit nobis Ioannes Apocalypsis capite duodecimo, versiculo primo, signum magnum apparere in coelo, nimirùm, mulierem amictam Sole, Verùm, quis stupor in hac re? Equidem sciebam non audere Hierarchiarum supremos Spiritus Deum cum maiestate sedentem, nisi praetensis alis intueri, mirabar igitur feminam supra Seraphim assurgere; neque tantum Solis pati iubar immotis luminibus, verùm illo circundari, eáque inuolui; Intellige ab Epiphanio Constantiae vrbis Cypri Antistite, sermone de laudibus MARIAE; *Virgo plurium nominum, & multoculis effecta est: Seraphim incomprehensa visione, quae inuentā est velamentum quoddam intellectuale corporis vniuersalis, Cherubim transcendēns: illa enim auertuntur, cùm nequeant spiritualem ignem Diuinitatis fixis oculis intueri: haec autem apertis oculis vtitur, incomprehensibilem, & sempi expertem oculum Christi cum desiderio, & osculo salutabat:* Et fortasse hoc signum

Apoc. 12.

Epiph.

MARIA sapientior Apostolis.

gnum magnum; est stella ea, quæ Magos ad præsepe attulit, quæ ausa est & coram Sole, quod nec Lunæ concessum, splendere magnificè, de qua Chrysostomus homi. 6. in Matthæum: *Neque enim noctè cernitur, sed lucente prorsus die, ac Sole fulgente, quam luceadi vim non modo stella nulla; sed nec ipsa quidem Luna sortita est: quæ licèt multò clarius omnibus coruscet astris, continuò tamen ortu Solis abscondi-tur:* Nam ostendimus hac ipsa Sectione, num. 40 ex sancto Damiano, sydere præsepiali Christi, Virginem adumbratam: Quidni ædepol! Ipsa stella splendidissima est, cui datum vt cùm & Seraphim arceant faciem pennatum integumento à nimietate claritudinis, illa non tantùm defixa acie contempletur, sed & Sole immergatur, amicta Phœbo circum omne corpus: Pulcherrimum sydus, quod & Lunam prærogatiua vincat: Porrò Ioannis locum de sapientia MARIÆ intelligendum Bernardus enucleatè commonstrat serm. 1. de Natiuitate illius: *Iure igitur* MARIA *Sole perhibetur amicta, quæ profundissimam diuinæ Sapientiæ, vltrà quam credi valeat, penetrauit abyssum: candidissimus sanè huius mulieris amictus, cuius omnia tam excellenter irradiata noscuntur, vt nihil in ea non dico tenebrosum, sed obscurum saltem, vel minùs lucidum:* Et ne omissi quidem, quemadmodum & stella hæc maris omnium Planetarum vno Sole excepto, gloriam superet: *Vt quantum (ait) sine personali vnione creaturæ conditio patitur, luci illi inaccessibili videatur immersa: illo nimirum, igne Propheta labia purgantur, illo igne Seraphim accenduntur: longè verò aliter* MARIA *meruit, non velut summatim tangi, sed operiri magis vndique, & circunfundi, & tanquam ipso igne concludi.*

56. Est & huius Reginæ ingens encomium, quòd nullo vnquam tempore non dicam luce orbata, sed nec absque eius plenitudine: Dimisit secundò columbam Noë exploraturus, num aquæ super terram cessassent: *At illa venit ad eum ad vesperam, portans ramum oliuæ virentibus folijs in ore suo.* Genes. cap. 8 versic. 11. Cur foras non temorata etiam noctu? Quid timet, hostem nullum habens? omnes absorbuêre aquæ: Nunquid vt Patriarcham consoletur remeat, an magis vt seipsam recreet? Existimo & hoc secundum quoque: Amat volucris sine felle lucem: nocte autem adueniente tenebræ faciem orbis coopertutæ erant: Sub dio igitur si maneret, obscuritas & horror comprehenderent: at apud Noë intra arcam claritas, non enim extinguebatur neque in nocte lucerna eius: vespera ergo properante lares repetit: sic neque die neque nocte splendoribus caritura: O sancta auis, cui vmbra, & caligo odio sunt! Ambrosius libro de arca, & Noe, cap 19 ad Genesicos allegata verba: *Non otiosè posuit, Ad vesperam: vt non arbitreris sine lumine eam fuisse, & quibusdam tenebris occultatam: sed diurno candore fulgentem expectasse vsque ad occasum diei, & sic ad eum regressum, apud quem etiam vesperi tenebras habere non possit:* Verùm, quæ hæc columba nisi MARIA Deipara? Magnus Doctor Paulus, magnus Ioannes amoris discipulus: sed non semper Doctores: fuit quando & omnium scientiarum ignari extiterunt: Non talis columba nostra, semper ipsa luminosa, semper om-

Sheologi Antileq. in Cant.

MARIA nunquam in caligine aliqua

Gen 8.

Ambros.

niscia: quàm citò anima infusa est, tam subitò Magistra euasit: Certè alij mortales, vt euadant eruditissimi, patiuntur doctrinarum inopiam aut sub vitæ limine, ob infantiæ ruditatem: aut sub annorum occasu, senectà opprimente mentis potentias, sensuumque organa: at nostra Virgo, nec vidit tenebras sub vitæ ortu in splendoribus concepta, & voluntatis, & intellectus; nec senectus quanquam multa fuisset, detrimentum aliquod inuexeret.

O igitur ad hanc Mineruam, quibus scientiarum cupido inexplebilis est! vos in primis, quibus magna Parens Theologia gratior sponsa: vos, quos sacer ardor vexat, & irrequietos habet, donec liber signatus aperiatur, & sacramenta reserentur voluminis Dei digito scripti: neque enim MARIAM sibi tantùm scientem esse voluit, qui illustrauit propè immenso splendore, sed & communicandos nobis eruditionis latices eidem commendauit: illa dispensatrix: Vidit Ioannes thronum empyreum, *Et de throno* (ait cap. 4. vers. 5.) *procedebant fulgura, & voces, & tonitrua, & septem lampades ardentes ante thronum:* Quod hoc solij genus? num iudicantis? At non decet Iudicem tam vehementem esse, vt de eius consessu nihil emanet nisi quod formidandum sit, seueritati oportet clementiam quoque admiscere: Sed qualis mansuetudo, vbi nihil præter fulgura & tonitrua, & faces, & confusum clamorem? Quòd si quidem iudiciarius thronus non est, multò minùs pacificè regnantis tranquilla cathedra: Quidnam ergo? MARIA fortasse? Verùm, quando tam immitis Mater Domini? At perpende, symbolica esse, & tonitruum, & fulgur, & lampadas, & sonitum vociferantium: istis & Deipara gloriari possit: Si quis enim tanquam è sinu Verbi afferat grandis mysterij Sacramentum, & declaret quemadmodum in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, hic non queat, aut non esse tonitruum, aut tonitrui filius: Si quis Pauli Gentium Præceptoris in morem ignita dicendi vi in cinerem & fauillas redigat omnem fastum superborum, & Christo subijciat corda indomita; hunc necessarium est dicamus, fulgura emittere. Si quisquam scriptis semotos consoletur, & posteritati affulgeat, infringat Hæreticorum ora, erudiat paruulum, atque insipientem; hunc iure Pharum, & lampadem radiosum appellabimus: Vnde igitur emanauerunt hi omnes, vnde prosilierunt tanquam ex equo Troiano? Certè è throno, quæ MARIA est, exierunt: MARIÆ acceptum referre debent, quod in eis, aut sapientiæ, aut ingenij & acuminis est: Suggerat nobis sermo inter opera Bernardi de laudibus MARIÆ: *Vnde Ioannes in Apocalypsi,* (inquit) *De throno* (scilicet de MARIA) *procedebant fulgura, & voces & tonitrua: quia* MARIA *Mater Filij* IESV *Christi parabolas, ænigmata, legalia, & mirifica gesta, dicta, opera auidiùs ebibit, fideliùs credidit, sincerius, luculentiùsque alijs tradidit.*

58. Sed Filius, inquis, Dominus est scientiarum, non Genitrix eius: ille est Sol micans, atque rutilus, qui diem clarere facit: Assentior quidem: verùm absque Mane lucere nolit. Quid? lucis huius quam intuemur quotidie corporeis oculis, Phœbus, nonne auctor? Splendet

57.

Apoc 4.

MARIÆ acceptum referre scientiâ debent Doctores.

Bernard.

Filius ab ingressu MARIAM ... Zeno Veron. ille mirifice, illustratque hemisphærium totum, sed præcedit Aurora semper: per hanc ad Solem itur: Quam oitide Zeno Veronensis serm. de Patientia: *Sol denique quotidie mira alacritate alternas mundi metas illustrat, tamen nunquam dilectam, verecundamque antecurrit Auroram:* Tam humanus erga Auroram Planeta, & non suauior erga Matrem Christus! Crede, nisi hæc antecesserit, nisi ad eius pedes aduoluatis genua, quoniam non illuminabit te IESV claritas admirabilis; Accede ad hanc Reginam, & per eam ad Filium: Si tibi Aurora illuxerit, securus esto de Solis radiatione: quoniam Sol Auroram subsequitur, nisi fortasse mentem suspicio obtenebrauit Gnatum precibus Genitricis non mouendum: erras toto cœlo: percipe

Damian. vim Marianæ supplicationis à B. Damiano sermone 1 de Natiuit. Virg. *Accedit ad illum aureum illud diuinæ seueritatis tribunal, non rogans, sed imperans, domina, non ancilla: quomodo enim potestati tuæ obuiare poterit potestas illa, quæ de tuis visceribus traxit originem?*

59. Dicis, Filium Genitrici nihil denegare: verùm hanc imperfectorum supplicationes reiicere, & scientiam impertiri solùm iis, qui eximiè iusti sunt; Sed nescis, MARIAM stellaut esse, Helicen eorum, qui in huius vitæ mare magnum, & spatiosum descendunt: quid vero fydera illa quæ Olympo fulgent, tantùm cælitibus lucent? Certè & ad sublunarem orbem radios eiaculantur, esto non quantùm superis fauent, terram recreent, solo tamen beneficia sunt, idque supra modum, à quibus & tempora, & messis, & vindemia felix: talis itaque MARIA, quæ singulariter stella: Splendescit in Sanctis, quasi in firmamento, ibi fateor delicia eius: prudens etenim est Virgo, ac proinde & meliores excellentiori affectu diligit, maioribus afficit præmiis: Verùm neque pauperem & imperfectum despicit: si minùs faciem integram his ostendit, radiis caliginem pellit: Bernardus homil. 2. Super *Missus est*, *Nec syderis radius suam minuit claritatem, nec Virgini Filius suam integritatem: Ipsa est igitur nobilis illa stella ex Iacob orta, cuius splendor & præfulget in superis, & inferos penetrat:* Omnium auxiliatrix est Deipara, *& præfulget in Superis, & in-feros*, hoc est, imperfectos, demissæque virtutis, sed non malæ tamen voluntatis, etiam visitat.

MARIA ergo imperfectos indulgens.

60. Eccli. 24. Hinc de ea Siracides cap. 24 vers. 19. *Quasi oliua speciosa in campis: quasi platanus iuxta aquas in plateis.* Verùm, cur in campo magis quàm in platea, saltem in horto, vel sylua, oliua, cóque potius, quòd speciosa perhibeatur esse oliua: nam tam pulchram arborem sepibus aut vallo communire decebat, ne fiat prædi omnium transeuntium: Aduerte oliuam scientiarum æ... sse; tum, qu... mam ab ea lux prodit; tum quia Palladi sacra ... ignum: quando igitur MARIAM Ecclesiasticus oliuam appella..., eo virtute virginis titulo qui artium, & disciplinarum Præsidem illam esse demonstret: luculentè autem tali eam nomine afficiens in medio agrorum collo auit, etenim ea differenti est inter nata campis, & viridario progenita, quod hortorum copia, ac proinde florum, fructuúmque, quos edunt, fiat solùm diuitibus & Reipublicæ Optimatibus: campi autem communis iuris sunt, & ideò tam locuples, quàm pauper, omnes vescuntur agri munerribus; Quoniam igitur Virgo sapientiæ donum perfectis, & imperfectis simul communicat, neminémque arcet, propterea egregiè vocata est oliua, non qualiscunque, sed qualem campi omnibus indiscriminatim producunt: Quamobrem Adam de Persenia apud Tilmannum ad præfata Ecclesiastici verba: *Virgo sanè nostra est oliua speciosa in campis: quia gratia eius & misericordia omnibus est communis: Cur non præparatis ad oleum? Vestrum negotium est. quod hic agitur ... nulla ratione oliuam fructiferam in campis poneret, nisi vt misericordiam Virginis omnibus communem exhiberet.* Adam de Persen.

SECTIO VII.

Nunquam longum, aut fastidiosum eum reputemus laborem, quem pro Deo sustinemus.

Defendimus in his, quæ ad intellectum spectant, neque omnem longitudinem discursuuo approbandam, nec continuò vituperandá, sed vel finem vel adiunctas circumstantias aut detestationem, aut encomium afferte: hoc ipsum & in voluntate considerandum: nam diuturnitas & pertinacia in malo abominabilis in virtutis autem ferendo pondere, in laborum. Dei ob gloriá patientia non lassari quid magis excellsum? hac tessera Sancti vnicè distinguuntur, hæc inclytos facit; Quàm versuta Diaboli astutia impellentis scribas & seniores, vt Christo dicerent: *Si Rex Israel est, descendat nunc de Cruce & credimus ei,* Matth. cap. 27. vers. 42. Dira tentatio videbatur: nam si vitam diligebat Christus, quid hac pollicitatione suauius? Sin verò & Iudæorum conuersionem amabat, quam exoptasse semper auidissime significauit, ecce spondent credituros se; Quamobrem igitur differt Cruce liberari? nempe, quòd hostis calliditatem intellexisset: specie quidem Iudæorum fidem proponebat, sed reuera hanc potius intermete ... bat? Quomodò namque à Deo potuissent ... Patri ... mandatum violasset præ... mortem in Cruce? Quomodo ... & eximium arbitrati essent, qui laboribus ... cederet, & longitudinis pœnitetet, ideoque ... bulum destitu sset? Denique ... quo pacto vsque in finem magnanimè testi... Ducem tædio affici conspexissent pœnarú moras & spatium exosum: Non igitur ad preces ... ruce descendere aliquo modo Christus debuit: Sanctus Athanasius serm. in Cruce & Passione Domini *Dei filius non fugiendo mortem, sed eam expectando, conculcando vincere, nec enecescere voluit, quòd ipse esset filius Dei, & ipsa vita: poterat enim de Cruce descendere, qui alios e mortis taneras à morte: sed descensus ille speciem pertinat ad fugientis mortem. contra permanere in Cruce nihil aliud quàm documentum erat, eum qui permanebat in Cruce, vitam esse.* 61. Matth. 27. v. 42. Christus in Cruce perseuerantia Dæmonis calliditatem superauit. Athanas.

62. Ouiculam illam, quæ relictis nonaginta nouem sociabus, aberrauit in montibus peregrinis, insequutus Pastor exantlatis luminis laboribus, tandem repertam, inuentámque blandè fouit, non mouit labia, non attrugauit frontem contra tá, nó funda, nó baculo vulnerauit. Greg. N... de

Pœni

Nyssen.

Poenitentia: *illic enim in parabolis: adumbratisque sermonibus video centum ouium hominem Pastorem, qui cum earum vna à grege discessisset, & errabunda vagaretur, non mansit cum illis, quae seruantes ordinem pascebantur, sed eam requirendam profectus multas valles, saltúsque superauit; magnos, atque arduos montes transcendit, in solitudinibus peragrando multo cum labore tamdiu peruestigauit, donec errantem inuestigando inuenit: inuentam autem non verberauit, nec vrgendo vehementius ad gregem compulit: sed humeris suis impositam, & leniter tractans ad gregem gestauit, maiorem ex illa vna inuenta, quam ex antiquarum multitudine laetitiam percipiens:* optimè illud: *non verberauit, nec vrgendo vehementius,* &c. Sed quare nō percussit? nonne enim Pastores sic facere consueuerunt? & nónne poenam exsoluere videntes aliae timerent, nec fugam similé cogitassent aliquando? Equidē si ita fatigatus rediens ex longo & difficili itinere Pastor statim corripuisset: non ad emendationem castigasse multi putauissent, sed in dolorem lassitudinis, quam subire coactus: insinuabat igitur poenitentia se quadam duci tanti in quaerendo sudoris sed quid in optimo Pastore tam probrosum ac de magnitudine conqueri laborum in recuperatione ouis, pro qua sanguinem Christus effudit? ne igitur onere se quoquo modo oppressam, sarcinaeque impatientem demonstraret, non verberauit, sed scapulis imposuit gratissimū trophaeum: quo exemplo comprimis officij admonitos Episcopos obseruat Isidorus Pelusiotta ep. 136. Hermino Comiti: *Id autē amiculum* (inquit) *quod sacerdos humeris gestat, atque ex lana & non ex lino contextum est, ouis illius, quam Dominus oberrantem quaesiuit, inuentámque humeris suis sustulit, pellem designat: Episcopus enim, qui Christi typum gerit, ipsius munere fungitur; atque ipso etiam habitu illud omnibus ostendit, se boni illius, ac magni Pastoris imitatorem esse, qui gregis infirmitatem sibi ferendam proposuit.*

Inuicta Pastoris: mictelam quaerentis patientia. infatigabiles esse debere in suo officio Episcopos, admonet.

Pelusiotta.

63. Primae legis tabulae, quae Moysi datae franguntur ad radicem montis Exod. c. 32. v. 19. dantur secundae & perseuerant Exod. c. 34 v. 1. Quidnā haec doceant? priores illae tabulae populum respiciebant Hebraeum, qui populus imperfectorum, sensuique carnis addictorū typus est: proh quale onus his tā fragilibus & delicatis legē decē praeceptorū obseruare! ingemiscunt sub pondere, & torquentur nimiū, postremò diu sufferre non valentes, cedunt imbecillati suae, à qua superati tabulis exitiū parant: secundae autē Tabulae populum Christianorū indicabant, quae Gens perfecta est, atque robustae virtutis: nec diffitentur his sarcinam esse legē, multis cōstat sudoribus, multa diligētia obseruasse, sed pudet tam strenuos frangi difficultatibus: ecce igitur discrimen! Qui ignauus est miles, & pauidi cordis, ei non durant tabulae, conteruntur citò, quia in labore perseuerare non audet: Qui autem masculus & fortis est, tabularum ille nunquam iacturam facit, quoniam etsi fatigant, at iugū ipsum suaue est quia Dei ob honorem, & reuerentiam suscipitur: Beatus Petrus Damianus serm. de inuentione sanctae Crucis: *Et quidem primo data sunt tabulae, sed protinus sunt populo praeuaricante effracta: secundo verè dantur tabulae, sed perpetuò permansura. planè priores tabulae prisca legis tenuēre figuram, quae à sui cultus obsequio erat postmodum defectura: post modum verè dantur tabulae, sed non franguntur, quia noui testamenti gratia, quae per Crucis ast solidata mysterium, nullum nouit habēre defectum.*

Strenui Christiani nullis franguntur difficultatibus.

Damian.

Gratia perseuerātia ex Cruce Christi inuenitur.

Sherlogi Anteloq. in Cant.

Quid Pater familias vndecimā horā vineā ingressos ad laborandum aequali compensarit mercede atque eandem primo mane intrantes cum ingenio Nazianzenus defendit, inquiēs orat. 40. 64.

Nazianz.

Tametsi quantum ad laboris modum plus contulerint qui priores ingressi sunt: non tamen quantum ad animi, liberaque voluntatis modum: eàque ratione postremis fortasse amplior merces debebatur, etsi quadammodò absurdum videri possit quod dico: At quamobrē si maiorē fuisse concedat Nazianzenus laborem, non addat, & maiora accepere debuisse praemia? nam mercedis ratio secundū laborē est, nempè operarij illi conquerentes se pondus diei atque aestus tolerasse, nec videntes se singulari remuneratione donatos, innuebant, quasi dolere eos, quod immensos illos exhauserint labores, quos non susceptos si fieri posset, vellent; At vndecimae horae operarij & ipsi etiam dolebant, verum eò, quòd pro tam benigno Hero parū desudauerint, animo autē plurimùm laborarunt, & ad laborandum in posterum indefessè alacres se ostendebant, rati nullū posse onus graue censeri, quod ob talem Dominum sustineant: Quoniam igitur pudoris quoddam genus est, ne dicam iniuriae putare quenquā nimios esse labores quoscunque magnae vineae possessoris gratia susceptos, cui hoc debetur, vt tam ingens nunquam onus videatur quod propter eum leue non iudicetur, cùm momentaneum tribulationis nostrae aeternaturis compenset: idcircò praeferendos antiquioribus illos nouos operarios Nazianzenus dicebat, qui & subnectit: *Qua igitur fronte operarium conductorem criminantur, velut in aqua mercedis persolutione ab aequitate recedentem? hac omnia sudoris gratiam primis subtrahunt, ac labefactant, etiamsi priores labore fatigati sunt.*

Quodcunque onus propter Deū susceptū leue iudicari debet.

65. Post absoluta sex dierum opera de Numine subdit Scriptura, *& requieuit die septimo ab vniuerso opere quod patrarat,* Genes. c. 2. vers. 2 quem in locum acutè imprimis Gaudentius Brixiens. tract. 1 in Exodum: *Non Omnipotentem, & imperio Sermonis cuncta facientem laborasse existimes cum requieuisse, & cessasse dicitur: Nam requies Dei non laboris remedium, sed captorum finis est operum. siquidem postquam perfecit mundum, opus suum regere non desistit:* Verum quamobrem Gaudentius monet quietem à Deo non in solatium fatigationis assumptam? primò, vt ostendat Deum esse qui condiderit orbem nec tamen sub ingenti mole lassatum: nam quem alium nisi Deum tam innumera, tam grandia, tam exquisita non fatigassent? Secundò & perbellè innuat: quasi ab opere non cessaturum si agenda laborem generassent: tanquam dicat, verum est quieuisse Numen, at quando non lassabatur: quòd si creaturarum gratia labor subeundus fuisset, continuasset proculdubio, neque enim ob creaturae causam susceptus à Deo labor grauis, aut longus ipsi extitisset: & vide quam certum istud? Nam Deus licèt in natura sua pati, vel lassari non poterat, sed potuit Homo factus, atque ideò fatigatus sedebat sic suprà fontem! quaero num tunc à laborando cessauerit, donec in Cruce Spiritum emisit? subtiliter itaque Gaudentius aduertit, vbi cessasse legitur & quieuisse, opus tale non fuisse, quod onus & grauamen intulerit.

Genes. 2. v. 2

Gaud.

Requies diei septimae non fuit à Deo assumpta in solatium fatigationis.

Tribus annis culta ficulnea semper ingrata extitit, nec Dominum fructibus consolata est: iussit 66.

invtilem excidi; miseratus arboris qui coluit, qui cum ea laborauit, supplicat inquiens: *Domine dimitte illam & hoc anno vsque dum fodiam circa illam, & mittā stercora!* Luc.c.13.vers.8. O nouum orationis modum! nam si quis optare debuerat vt amoueretur, certè operarius vineæ; siquidem pudor erat tanto tempore infœcundum extitisse lignum, quod non esse vitium ficulneæ multi arbitrarentur, sed negligentiæ cultoris adscriberent: lætandum igitur illi fuerat, quòd occasio daretur noxij excidendi stipitis, quamobrē itaque pro incolumitate arboris adhuc interpellat? sciebat acuti ingenij cultor iste, Dominum vineæ sagacem esse in exploranda famulorum indole; tentabat proindè cultorem nosse volens, an laboris cum infructuosa arbore eum tæderet; siquidem statim ac Herus cædi arborem iussisset, exultaret seruus, promptumque se ostenderet, augurateur molestissimum ei fuisse quod tamdiu colere coactus sit, ignauúmque notaret & socordem labore exonerari desiderantem: sed quoniam ille de eximiis famulis erat, quibus nulla vnquā tædia pro Domini honore patientibus odoratus est subtiliter quonàm Heri tenderet cogitatio, & occurrit scopo fidelis inuentus, rogat proindè annale concedi spatium; Gregorius Nyssenus Oratione in eos, qui alios acerbius iudicant &c. loquens de patientia in sustinendo: *Etiamsi Dominus aliquam vti plantam inutilem exscindere iubeat, ipse tanquàm insitor debet supplicare, vt ignoscat parumper, ac sententiam differat: sic enim monet oratio illa de ficu quam vti sterilem, cum Dominus vellet concidere, orat Agricola vt illi paulisper parcat, & moram aliquam interponat, aliquid enim bona spes in diligentia sua reliquum esse.*

Luc.13.v.8.

Eximia fidelis serui Prudentia laborem non remittentis.

Nyssenus.

67. Etiam & cum vitæ non leui periculo mortuos bonus Tobias sepeliebat; fatigatus quodam die cùm parieti inclinaret paululum dormitauit requiem lasso dans corpusculo, dumque soporatur, *ex nido Hirundinum dormienti calida stercora inciderunt, & fit cæcus*. Tobiæ cap.2, vers.11. sed ô Tu dominator Rerum itanè seruum recompensas, vt luce spoliaueris optatissima? hoc debetur tantæ diligentiæ, tanto feruori? Sanè Tobiæ ita factam secundum litteram, & rigorosè ad patientiæ inclytam laudem, quomodo & tentatus est atque perfectus inuentus sanctus Iob, quemadmodùm textus ibidem significat: allegoricè verò documentum est, ne quando laborare intermittamus, & feriemus quasi nimium lassati; itaque sarcinæ nullum inuadat nos odium, ne vel tantisper deponamus: fiet enim, vt cùm otiari incæperimus, lumen in nobis extinguatur internum, ne ea quæ clarissima sunt videamus, & cæci in foueam prolabamur. Petrus Damianus lib. 2. ep.12. ad Desyderium, *post fatigationem sepeliendi fatigatus à sepultura, dum se vel effractis viribus proijcit lumen amittit; illæsum quippè cordis oculum seruas quisquis in bonis operibus infatigabilis perseueras: cùm verò pusillanimiter frangitur, non immeritò priuatur luce.*

Tob.2.v.11.

Damianus.

Laboris perseuerantia mentis oculū illæsum seruat.

Sectio VIII.

Non esse in vnum congerendos omnes fauores, non omnia munera.

Monstrauimus displicere id Scripturarum interpretandarum genus, quod vel solam Historicam explanationem tractat, vel solam tropologicam multò vtiliorem normam eam, quæ variis personis fructuosa est; in qua nimirum reperiant commoda diuersarum partium studiosi, & vni cuncta deseruiant tantùm; quæ ad ethicam referentes considerationem instruunt; Principi, & Antistitibus quibuscumque conandum, ne ita vnius alicuius personæ fascinari se cæco quodam amore sinant, vt in eum solum omnem effundant munificentiam, multos depauperantes, quò vnus ditetur: Quid enim periculosius Reipublicę & cœtibus, quàm nō meritorum aut virtutis haberi prouidentiam, sed affectum gubernare? quæ fidelitatis? quæ spes concordiæ vno deuorante cuncta? scitissimè de Redemptore nostro Cyrillus Ierosolymitanus Catech.15. *Nam vt plurimùm duplicia sunt apud Dominum nostrum Iesum Christum: duplex generatio, vna de Deo ante secula, & altera de Virgine: duplex aduentus: vnus occultus, qui est sicut pluuia in vellus: & alter illustris, qui est futurus* &c. At quamobrem apud Christum congeminata & multiplicia magis quàm singularia? scilicet vocandus erat *Princeps Pacis* sicut Isaias attestatur cap. 9. vers. 6. al quonam modo pacem habituri subditi si vnum tantùm haberet? si vnum prætulisset despectis aliis? qui non inuidiæ stimuli? quæ non acerbiatum odia? rectè igitur pacis Auctor non nisi cum duplicibus, singularia repudians. 68.

Cyrillus Ierosolym.

In Christo omnia duplicia

Quàm rectè Princeps pacis Christus appelletur.

Dum foras v[...]tur Esau, & montibus venator peretrat, Rebeccæ sedulæ genitricis industria Iacob benedictionem vsurpatur paternam; postquam intellexit senior germanus dolore percitus vehementi Genitorem alloquitur; *Numquid non reseruasti ait & mihi benedictionem*: Genes. cap 27. vers. 36. cúmque hac eius oratione Pater ad benedicendum non excitaretur, superaddidit: *Num vnam inquit tantum benedictionem habes pater?* O efficax verbum! ô eloquentiam admirabilem! vide quemadmodum quod cupiebat extorsit: *Nū vnam tantùm habes benedictionem?* id est, Tu qui senio venerandus, qui iustitia illustris, qui gubernatione conspicuus, qui prudentia & consilio maturior omnibus, & committes vt in populo & natione spargatur vni concessisse vniuersa? qualiter fama vapulabit? & hæc erit annorum clausula tuorum tam fœda? Non sustinuit Iacob, vt congessisse in vnum omnia diceretur; indulsit & benedixit; *in pinguedine terra* (ait) *& in rore cœli desuper erit benedictio tua*; Sapienter quidem nam si ita accensus est Esau contra fratrem, quòd primogenitorum benedictione honoratus sit, vt fugere in domum Labanis pernecessarium fuerit, & spatiosas ibi trahere moras; quibus agitandum furiis arbitraturi simus nulla penitùs cumulatum benedictione, omnibus vacuum fauoribus? 69.

Genes.27. v.36.

Intueamur etiam de alio genitore duos quoq; 70.

filios

filios habente; & alterum nequam licet posteà compunctum; alterum Officiosum & humanum, nolebat iunior versari sub disciplina patris, ausúsque dicere: *Pater da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit*, Luc. cap. 15. vers. 12.

Luc. 15. v. 12.

annuitque votis, sed perpende quid Euangelista addat; *& diuisit illis substantiam*: quibus? nempè ambobus gnatis; verùm senioris filij nulla intelligitur postulatio flagitantis paternarum diuitiarum partitionem; equidem ob vnius supplicationem distribuisse vtrisque Chrysologus asseuerat sermone 1. de duobus filiis: *petente vno* (ait) *ambobus totam substantiam mox diuisit*: At quamobrem ei qui non petebat æquè cum exposcente? Si vni solum tribuisset, alter liuore & inuidia contabesceret; tota quoque familia querulans & indignabunda immurmuraret, fortasse & seditionem, atque tumultum conaretur: Quo enim pacto non stomacharentur cernentes seniorem Germanum, cui ob virtutem (nunquam enim à parentis obedientia discessit, nec mandatum eius præteriuit:) cui ob primogenituram natura duce, & vsu prouincialium potiora debebantur, postponi Adolescenti superbo, & dissipatori? ne igitur domestica exascerentur iurgia, ambobus substantiam dispersit? Verum si filiis omnibus largitus est, quid ipse vir clarissimus deinceps facturus absque opibus? quid de splendore? quid de clientela? quid de stipatoribus? nouit sane minuendam veterem auctoritatem, sed vult magis cum pace inops haberi, quam cum discordia locuples; futura autem bella & lites sciebat si ex duobus filiis vni solum gazam concessisset amplissimam, alterum defraudasset; opum itaque detrimento pacem stabiliuit, & confirmauit.

Chrysolog.

71. Pharisæus ille, qui bis in Sabbato ieiunabat, & decimas persoluebat, cum oraret in templo, displicuit, ob iactantiam nimirum: At in fastu quid vituperatione dignum? nam si quòd in se laudando prolixior extiterit, etiam & Iobus semet laudat; & Dauid in Psalmis nonnunquam, & Paulus in epistolis præsertim ad Corinthios; fuit igitur in modo encomij insolitum aliquid, quod iure Numen auersatum fuerit; *Non sum* (inquit) *sicut cæteri hominum raptores, iniusti, adulteri*, &c. Luc. cap. 18. vers. 11. rectè ibi in Catena Græca Ephrem aduertit; *Ecce vt non dixerit, non sum sicut multi, fur, adulter, &c. non enim sustinuit propositum nomen suæ personæ singulariter adaptare, sed pluraliter alijs illa impegit dicens, raptores, iniusti, adulteri*, &c. Igitur omne genus humanum condemnauit, vt sibi vni adscriberet iustitiam sanctitatem, virtutes cunctas, Basilius ad hoc ipsum argumentum transiens de Pharisæo similibus in cap. 2. Isaiæ; *alios despicit nihili eos ducens, sed mendices quidem hos appellat, illis autem generis ignobilitatem exprobrat, alios verò censet ignaros; vt verbis hisce contumeliosis solus esse sapiens, generosus, diues, potens reputetur*; Dum igitur sibi vendicat omnia; cedo à quonam dona tam multa acceperit? quidem à Numine omnipotente, & propterea gratias referebat illi: At non videt superbia caligans qualem interim Deum faciat? qui omni prorsus genere humano contempto vnum solum Pharisæum dignum æstimauerit, quem charum haberet, in quem diuitias effunderet, nam solus ille rectus & integer cum *cæteri raptores, adulteri*, &c. talem igitur Deum repræsentans in oratione sua, meritò quasi

Luc. 18. v. 11.
Ephrem.
Basilius.

Pharisæus seipsum laudans, Deum sinit qualem hominum largitorem effingebat.

stultè tumidus reiectatus est: scilicet in Pharisæo homunculo Creator tolerasset, quod olim in Lucifero tantopere displicuit? *Sedebo* (ait) *in monte testamenti, in lateribus aquilonis*, Isaiæ cap. 14. vers. 13. Sed quare sedere tentas? nonne socij stant, & inter hos eleuatissima Seraphim? *Seraphim* (inquit idem Propheta) *stant* cap. 6. vers. 2. Sed vult superbus particulares sibi concedi honores, quódque nemini Angelorum tributum, ipsi dari vt sederet, in ipsum vnum prærogatiuam conferri specialissimam, vt stantibus magni imperij vniuersis proceribus, ille sederet. O principum Amicos nunquam visitatis contentos nisi super capita aliorum optimatum ferantur! Noluit indulgere prudentissimus Gubernator: quorsum enim dissimulasset vnum præfulgere cum liuore cæterorum? nam quæ pacis expectatio vel in cælestibus vt sic penè dicamus, si vnus anteponatur, multi relinquantur? rectè detrusus est ad inferos tumultuum Auctor: Bernardus de gradibus superbiæ de Lucifero inquit: *Cæteris adstantibus cælicolis dum tu solus sedere affectas fratrum concordiam, totius cælestis patriæ pacem, ipsius quantum in te est, quietem Trinitatis infestas.*

72. Vis scire, cuius sit omnia in vnum transferre? Diaboli sanè; cum enim omnia mundi regna Christo præmonstrasset; *Hæc* (inquit) *omnia tibi dabo si cadens adoraueris me*. Matth. cap. 4. vers. 9. ecce nihil reseruat, totum largitur, sed vni cuncta: O fatuum Reipublicæ caput! quomodo ita stultus & insipiens factus est Sathan, qui de calliditate præsumebat super omnibus animantibus! nam si vniuersa transeant ad vnum, sequitur vt reliquis ciuium nihil remaneat opum, nihil honoris: & tolerabunt ita se despoliari diuitiis, magistratu, titulis? atque hoc non in Prouinciarum defensionem contra hostes, non ad templorum ornatum, non in famis, aut communis alicuius vastitatis subsidium, sed solùm vt amicus principis mortalium felicissimus nominetur? Quis tam mites futuros, imò tam remissos, & muliebres credat, vt patiantur sibi diripi quicquid in vita humana commodum, delectabile, speciosum sit? procul dubio aduersus Monarcham coniurassent; eius verò Amicum miseris tractassent modis; fuit igitur Dæmonis stolida omninò pollicitatio, vt multo cum ingenio Incertus indicauit Chrysostomus hom. 5 in Matthæum: *Quomodo autem expediebat Diabolo ab omnibus omnia tollere, & vni dare vt ab omnibus contemnatur, & ab vno colatur?* benè imprimis; *vt ab omnibus contemnatur*: Nonne enim statim Principem despecturi sint, qui ipsos omnes simul vno minùs habeat? & qui tam insipiens sit, vnius vt intemperatam amicitiam, inualidámque, ciuium fidelitati anteponat?

Propriũ Dæmonis est omnia in vnũ transferre.
Matth. 4. v. 9.
Diabolus est Princeps imprudentissimus.
Chrysost.

73. Electis septoaginta viris de senioribus Israël, quos adiutores habiturus erat Moyses, ne solus populi regimine grauaretur; Spiritu donati sunt prophetali: ex quibus cùm duos, nimirum Eldad, & Medad qui remanserant in castris, puer Iosue vaticinari conspexisset, Heri quasi zelans gloriam, quem solum Prophetam haberi cuperet, inquit, *Domine mi Moyses prohibe eos*! Numerorum, cap. 11. vers. 28. Non acquieuit postulationi grauissimus legislator, imò velut increpans: *Quid, inquit, æmularis pro me? Quis tribuat, vt omnis populus prophetet, & det eis Dominus Spiritum suum?* Quare tantopere anhelat Moyses prophetãdi donum in pluribus distribui? Nonne

Num. 11. v. 28.
Quare Moyses prophetãdi donum in plures distributum tantopere exoptarit.

insigne encomium si solus vaticinaretur? communia minoris sunt pretij; esto Moysi inde non modica gloria, verùm Dei quem seipso plus Moyses diligebat, honor periclitabatur; Cùm enim sapientissimus Gubernator existat, mirabile fuisset auarum in cæteros, vni tantùm prophetiæ concessisse gratiam, vnum æstimari, vnum præferri; ne itaque de Numinis attenta prouidentia iactentur rumores, fidelis seruus desiderat donum ad plurimos extendi; Paulus Burgensis in Additionibus ad dictum Numerorum caput, *Hoc loco valdè commendanda est humilitas Moysi, qui potius voluisset vt sui coadiutores et parificarentur in Spiritu prophetia, quam quòd essent sub ipso constituti; quasi dicat? vana est tua æmulatio, ego potius vellem, quòd non solum isti septuaginta prophetarent, sed omnis populus; & vltra hoc vellem, quòd non prophetarent ex hoc, quòd Deus accepit de Spiritu meo vt daret eis sicut modo fit, vt censeantur minores; sed etiam vt haberent Spiritum propheticum à Deo immediatè sibi datum; & hoc est quod dicit, vt det eis Deus Spiritum suum; quasi dicat, non meum, vel de me.* — Burgensis.

74. Reprehendebat de Eucharistia epulantes, quod Dominici conuiuij formam negligerent Apostolus 1. ad Corinth cap. 11. vers. 20. *Conuenientibus ergo vobis in vnum, iam non est dominicam cœnam manducare;* causam illicò suggerit *vnusquisque enim suam cœnam præsumit ad manducandum, & alius quidem esurit, alius ebrius est;* Scilicet in Domini cœna distribuebatur hospitibus vniuersis; hic autem omnia vnum genus hominum rapit, & ideò locupletibus superfluit ad ebrietatem vsque, egeni fame tabescunt; Theophylactus eximie; *Dominicam hanc cœnam effecistis priuatam, siquidem quamdiu fuerat communis, & Domini esse dicebatur sunt namque & serui Dominorum bona communia: & quoniam vestri singuli preueniendo propriam cœnam edunt, ita vt pauperes haudquaquam operiantur, sed seorsim soli cibum sumant, fœdastis profectò hanc cœnam, quippe quam ex communi & Dominica priuatam fecistis;* Significantissimè Theophylactus illud; *Siquidem quamdiu fuerat communis & Domini esse dicebatur;* quasi vt primùm in singularem transiit, & vnus sibi lauta omnia vendicare præsumpsit, tum nomen Dominici amiserit Symposij; Domini enim non est in vnum congerere vniuersa, sed partiri munera com filiis, & bonis seruis. — Corinth. 11. v. 20. — Theophyl.

Sectio IX.

Iniquum æquè est ac probrosum, cupere ex suffurata aliorum gloria splendescere.

75. Monstrauimus si vspiam accidat, vt frequens tamen est, maximè in scriptoribus contingere vt plagiando ex indoctis quidam eruditi censeri præsumant, dum sapientum lucubrationes sibi vendicant genuinis Parentum nominibus suppressis; Quacumque in re eueniat, indecorum est, hominésque subinnuit ambitione inflatos vanissima, quisquilias mortalium; destituti quippe ornamentis omnibus ad famam comparandam, alienis insidiantur meritis, & furto assequi nituntur quod virtute non possunt & claritudine; diffamatus est villicus apud herum, quod dissipasset bona ipsius Luc. capite decimosexto vers. 1. quidnam dissipare bona? epulando, ludendo, musica, vestibus, meretriciis consumpsisse amoribus: at qualem in scopum? scilicet vt quod non erat putaretur; reipsa quidam Homo tenuis, tuti educatus, plebeium caput, volebat autem de equestri & nobilium ordine haberi: cui enim in iam prophana & magnifica eeosus nisi ex prima classe optimatum alicui? Hinc itaque commotus est Dominus vt ad rationem; & examen vocaret; benè Chrysostomus Catena Græca in Lucam, nomine Heri ab OEconomia tanquam indignum repellentis: *Redde* (inquit) *rationem villicationis tuæ, ab eaque discede; non enim ex meo quasi de tuo deliciari permittam.* Nam si quis ex patris sudore plurimo opibus, propriáque adquisitis industria vellet scorta, parasitos & lenones alere, bysso & ex auro textis indui, omnes probare voluptates, increpatione dignus summa fuisset; alieno autem ex marsupio possessore inuito tantis frui iucunditatibus, intolerandum penitùs est; quamobrem ex indebitis ausum deliciari villicum rectè quæstioni sobiecit. — Chrysost.

76. Aëris cur mentio fieri omissa, tot, tam varia recensente Moyse de cælo, terra, æquore? Quid enim aëre optabilius quà respirat Homo? quà nauigat? quà refrigeratur? Sanè aër neque speciem, neque colorem, neque figuram propriam retinet, verum quibus coniungitur, eorum præfert imaginem; ergo alienis gloriatur laudibus, qui peregrinis vestitur, ex alieno triumphat censu, domesticis vacuus ornamentis; quæ igitur ambitiosè coli aliena ob spolia volebat, meritò fama illi denegatur, eiúsque à Moyse ortus tacetur; quoniam deprædicari germanis carentem encomiis iniustum est: Gregorius Nyssenus acutissimè tractatu in Hexameron ante medium; *Quod quidem ille non facit, quod nihil ad mundi constitutionem aer conducat, aut quòd seclusus sit ab elementorum potestate: sed quia fortasse natura molli, ac facilè cedenti praeditus, res omnes in se suscipit, easdémque præ se fert, tùm nec colorem proprium, nec figuram, nec speciem habeat, sed alienis & coloribus, & figuris informetur: nam & lucis splendidus fit fulgore, & tenebrarum interuentu niger & obscurus: per se enim nec splendidus, nec obscurus est, sed omni figura, omniúmque colorum specie imbuitur: & ad omnium rerum, quas suscipit, motum se accommodat.* — *Cur aëris mentio fieri omissa à Moyse* — Nyssen.

77. In Genealogia Saluatoris Dauid semel, iterúmque Rex nuncupatur, Salomon ne vna quidem vice: *Ipse autem genuit Dauid regem, Dauid autem Rex Salomonem ex ea quæ fuit Vriæ, Salomon autem genuit Roboam:* Matth. cap. 1. vers. 3. Ecce bis nominatur Dauid, & semper diademiatus &, scepttiger: ecce & bina de Salomone mentio verùm absque regiis titulis: an non amplissimum Salomonis imperium supra omnes qui præcesserunt Monarchas, supra subsequentes? nam dominabatur à mari vsque ad mare habens omnia regna à flumine terræ Philisthim vsque ad terminum Ægypti: quare igitur regia non insignitus appellatione? Auctor de Mirabilibus sacræ Scripturæ fatetur quidem paterna ditione maius fuisse imperium Salomonis, at omissum de corona sermonem, *quia Salomon* (inquit cap. 3.) — Matt. 1. v. 3. — *Cur in Genealogia Saluatoris, Dauid Rex nominatur, non autem Salomon?*

hæreds

hæreditario iure possedit regnum ; At quid si iure successionis tantùm ? an non legitimus omninò titulus, nonne ita plerique orbis Monarchæ Reges fiunt ? Sanè quamquam divinos iaculo ts inflata ex domo Saulis iu Iudæ i illa nad Dauidem regnandi potestas, vt tamen actu & reipsa ius daret populis, & throno purpura ornatus incederet, bello præliisque consequutus: itaque labor fuit plurimus regnauisse vt scitè expendit Augustinus in illum Psalm. 51. *Cum ergo Dauid Deus ele it et (ait & prædestinasset ad reg m, noluit & ipsum Dauid ante regnum tenere quem primo a persequentibus liberaret, vt etiam in hoc præsaret nos, id est corpus eius, cuius corporis caput Christus, porrò enim seipsum caput nostrum sine primo peracto labore in terra, in cælo regnare noluit, neque leuare sursum corpus, quod deorsum accepit nisi per tribulationum viam: quid audent membra sperare capite suo magis se posse esse felicia ?* Hoc ergo discrimen inter Salomonis & Dauidis regnum ; quòd à Dauide parta gloria propriæ industriæ opus extiterit, concessa maiestas Salomoni alienis debebatur sudoribus, nummum paternis ; Qui igitur de aliena splendescit diligentia, in quam ipse laborando non contulerit, regis spe inso priu sūr titulo ; Qui autem suis meritis filium conscendit non ex alienis externis subsidiis, *bis Rex* nominetur, quoniam in geminatione, emphasis est magna ; quo pacto bis felicem appellamus eum, qui summus fortunatus sit.

78. Iussus à Domino Heliseus Iehu filium Namsi Regem vngere super Israel Reg 3. cap 19. vers. 16. at quem in finem ? videlicet, vt illatam iusto Naboth crudelem necem ab Achab, Iezabelle coniuge instigante vlcisceretur, quod Reg. 4. cap. 9. fusè declaratum : peregit strenuè Iehu, visúmque Numen omninò approbare ; nam inquit ibidem cap. 10. vers. 30. *Quia studiosè egisti quod rectum erat, & placebat in oculis meis, & omnia quæ erant in corde meo fecisti contra domum Achab, filij tui vsque ad quartam generationem sedebunt super thronum Israel, &c.* ista omnia ; sed ecce nodus magnus apud Oseam cap. 1. vers 4 *& visitabo sanguinem Iezrahel super domum Iehu, & quiescere faciam regnum domus Israel* : Visitabo, hoc est puniam, visitare namque Scripturarum phrasi, idem quod supplicium, & tribulationem inferre, sed quomodo inflictum se mala denunciat ob sanguinem effusum in agro Iezrahel ? nonne enim hic cruor eorum, qui de domo Achab, illis enim in aruis canes comederunt carnes Iezabel mulierum nequissimæ ? Verùm hoc factum à Numine collaudari paulò antea perspeximus : non autem laudando approbasset vituperatione & supplicio dignum magis ; germaninitem huius quæstionis concordiam de idololatriæ fortasse pœna, quam Iehu non sustulerat, lege apud Cyrillum Alexandrinum in Oseam, & de recentioribus nostrum A lapide ; nunc motem geramus Ruperti cogitationi, quam amplexati Vatablus & Antonius Fernandez super hac visione Oseæ ; putant igitur, Iehu contra Achabi stirpem sæuisse specie quidem solùm diuini honoris, & obedientiæ iussorum cælestium : at reuera ambitione & cupiditate regni : oppalliabatur itaque Religionis titulo imperandi latens ardor : Quoniam igitur ausus est veluti ex ea superbire gloria, quæ non competebat, & pietatem facere, Deique honoris zelum, dominandi humanam libidinem, denique quo carebat sustinati encomium ; propterea vitio deputatum quod ab eo gestum : quia etsi substantia non erraret præcepti, circumstantia tamen laude u comm ndaret fidei regnatus: *Quia Iehu* (inquit Rupertus) *non creuit zelo Dei paruit: sed propria cupiditate vt regnaret, seruiuit recle ip reputatur inter interfectores Naboth*

Exprobratur contra Eliam Achab, & dicit illi: *Tu ne es, qui conturbas Israel?* Reg. 3. cap 18. v. 18. vide quàm animosè tyranno Propheta respondetit. *Non ego turbaui Israel, sed Tu & domus patris tui, qui dereliquistis mandata Domini*, &c. nescio qua maiori fiducia cum plebeio quo is sermocinaret ; Vtres in latet legem esse ? quod se supremi fungi potestate satis cognitum est, cur non formidat & reueretur ? Chrysostom. hom. 8. ad populum ait : quasi scenicum & theatralem Regem à se conspectum putasse Heliam, ideo tanquam vulgari cum homine senecius loquutum : prodit quidem in scenam ex Tragœis quispiam, virga, diademate, & purpura insignitus : nemo ex spectatoribus consurgit, nemo poplitem inflectit, & adorat : nempè sciunt latnani esse atque fictionem solùm, abscondi externis sub notis ne n edocetur nobilem aliquem : itaque desinunt vsui stos honores sincerate & titulo aliquo, iam verò Achab licet dominatu, fastúque Rex, sed non regijs ornatus in amictu sed in pa tio, & facilitatibus, verùm in clementia, æquitate, cæterisque virtutibus: quibus cum careret, tigride inhumanior redditus, & sanctorum persecutor factus, arbitratus est imperij repræsentationem ementitam : aspernatus est proinde velut in eis gloriantem, quæ propria non erant, & aliena atque indebita affectantem : *Non spectabat diadema* inquit præfat hom. Chrysostomus *& externam Regis apparentiam, sed animam sordibus induram squalentem: & ipsum intuitus captiuum esse & vitiorum seruum, ipsius principatum contempsit, etenim tac iuam in scena, sed non in veritate Regem sibi cernere videbatur.*

Latere voluit diuinitas, neque splendidè tamen occultatur, *sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo*, ad Philip. c. 2. v. 7 hoc vt doceret Apostolus, præmisit de Christo, *qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo*, &c. quibus verbis insinuauit, abscondi sub lineamentis humanis infinitam Deitatis maiestatem : quorsum præoccupat ita aduertere? Scilicet ne quis videns Iesum cum aliena forma suspicaretur ex non propriis voluisse fulgere: monet igitur Paulus externam figuram humilitatis esse atque miseriarum intùs omnium præstantissimarum dotum thesaurum inæstimabilem : pudor igitur non est foras apparere humilem eum qui nobilissimus, splendidissimúsque reipsa sit: imò commendatio est maxima voluisse sponte deprimi : nam singulariter Plinius in Traiani laudatione : *tui ad augendum fastigium nihil superest, hic vno modo crescere potest, si se ipse submittat securus magnitudinis suæ; neque enim ab vllo periculo fortunæ Principum longius abest, quam ab humilitate:* Quandonam itaque rubor & verecundia est alienæ figuræ assumptio ? oimirum, cùm vilis & obscurus quispiam est, & vt gloriosus appareat, externis induitur: tunc enim fraude detecta, magis quam vnquam antea contemnitur, vt qui cùm plebeius esset, ex aliorum spoliis nobilis conseri

August.

Reg. 4. c. 9.

Visitare in Scripturis idem quod supplicium inferre.

Iehu non vacuitate zelo Dei, sed propria cupiditate paruit. Rupert.

79. Reg. 3. c. 18. v. 18.

Chrysost.

80.

Philip. c. 2. v. 7.

Suipsum abnegatio spontanea, est maxima commendatio. Plin.

censeri tentauerit, aliter *Non rapinam arbitratus est*, &c. Suppono autem cum non paucis, Apostolum loqui de adoratione Seruatoris vbicunque communibus rationalium plausibus vt in nomine IESV omne genuflectatur cœlestium, terrestrium & infernorum; Quam tantam celebritatem sudoribus & Cruce assequutus sit; modò etiam illorum sententiæ adhærendum, qui *rapinæ* vocabulo denotari arbitrantur, non quod marte & industria adquisiuerit aliquis, sed quod ex alienis diuitiis contigerit, vt cùm Principum liberalitate dona in theatris spargebantur in plebem; & auro argento, veste quis præter omnem expectationem casu repentè locuples factus sit; asserit ergo, quam Christus gloriam adeptus sit *rapinæ* haud similem existimandam, hoc enim esset Christum diuitem redditum cogitasse ab aliena pompa; & licet in rapinæ dicta significatione nihil iniustum, quòd possessor non sit inuitus; IESV tamen quasi generositati repugnat gloriosum prædicari ab alieno splendore, qui non merito & sudoribus, sed externæ debetur munificentiæ; hinc ad Pauli sententiam eolludens Isidorus Pelusiota lib. 3. epist. 322. *Id quod cum laboribus, ac sudoribus paratum est, quamuis alioquin exiguum sit, iucundius, ac suauius existit. quod autem casu, ac sponte contigit, etiamsi magnum sit, in contemptum facilè venit.*

Prisca Principum in plebem liberalitas.

Pelusiota.

81. Obiturus Ioseph seriò domesticos commendauit, cùm ex Ægypto ascenderent, ossa eius secum vt asportarent, nec inter Ægyptios quoquo modo relinquerent Genes. cap. 50. vers. 24. quam ob rationem tam enixè suos deprecatus sit aliam in regionem transferrent? Mos erat Ægyptiis, quemadmodum & aliarum Prouinciarum moribus, viros præstantiores, à quibus eximia in Rempublicam beneficia, apothesi post fatum donare, & inter numina cœlestia computare; cùm igitur Iosephi summa industria Ægyptij fame per septennium liberati, præsagiebat tantam in dementiam prolapsuros, diuinos vt honores creaturæ tribuere non vererentur; hanc igitur vt gloriam subterfugeret vir iustissimus, præcepit ossa asportari: quid enim sineret Ioseph mendacio se coli; surripi Deo pateretur venerationem? extinctus immeritis frueretur honoribus qui viuus nunquam admisit nisi quod promereretur? Auctor de Mirabilibus sacræ Scripturæ lib. 1. cap. 15. *Ioseph ergo vt vir propheticus prauidit quòd Ægyptiorum gens idololatriæ dedita, ipsum qui de famis periculo eos liberasset aliquando adorare vellent, quod & fecerunt: nam bouis simulachrum iuxta sepulchrum Ioseph, eò quòd Bos viro in agriculturam cooperatur, posuerunt: Ne ergo Ioseph Ægyptiorum succumberet idololatriæ, profectionem filiorum Israel prauidens dixit: visitabit vos Deus, & efferte ossa mea hinc vobiscum.*

Ægyptiorum mos, viros insignes, post fatum inter Deos computare.

Ioseph Patriarcha respuit Diuinos honores.

Auctor de mirab. sacræ Scripturæ.

PER

PERORATIO AD VIRGINEM Deiparentem.

SED vnde orsa est Oratio mea,(ethologicam significo,& quæ mysticis immo- 82.
rata est considerationibus,)illuc reuertatur; Nunc vltimum te salutat calamus
Cœlorum Regina multùm inclyta; à te principium ;tibi desinit, apud te
requiescit: Debui ob plurima fecisse ; Memini Apollonium lib.6. cap. 6. Apollon.
referre de primo Phœbi templo,constructum exiguum fanum,apibus ceram quasi glu- *Phœbo tē-*
tinum,volucribus plumas congerentibus ; Indicarunt faceto commento Poëtæ , & fa- *plum apes*
bularum structores,studiorum adiumenta , ceram de qua lucerna , qua noctem fallunt *struxêre.*
eruditi;plumas è quibus Notariorum calami,qui scribunt & exarant,quorumq; beneficio *& volucres*
viuit in ætates fragile verbum,Apollini Musarum Deo,tanquam vectigal speciali iure
obæratum,pendi oportere; Cui enim inter Cœlites potiùs ? Imò cui sine Apollinis in-
iuria ? Habeat sagittas,& gladium,& loricam & cassidem , & tubas Mars inexorabilis;
suspendantur Triptolemo vomer,& ligo,& trulla; dedicentur Baccho falces,& graue
in torcularibus lignum; sed Phœbo tantùm lucerna,& calamus : O tibi hæc foliola ru-
dis ingenij monumenta , has scedas lituris passim obsignatas ,; Virgo intemerata ; Tu
scientias regere,tu promouere iussa , tibi doctrinarum Præsidi eruditionis quæcunque
hæc pignora ; Quid ? Nunquid aberrauimus: Certè &/ex doctrinæ symbolis Filius tibi MARIÆ
vestem decoris fabricauit in die lætitiæ cordis tui postquàm in Olympum transsumpta *vestis ex*
es; nam attollens oculos Ioannes,& amictus pulchritudine conterritus erupit in lauda- *doctrinæ*
tionis vocem, Apocal.cap. 12 *Signum magnum apparuit in cœlo ; mulier amicta Sole,& Luna sub* *symbolis.*
pedibus eius,& in capite eius corona stellarum duodecim; Superuacaneum est probasse. Solem & Apoc. 12.
Dianam ingeniorum characteres esse,quando Phœbus Musarum Pater , eiúsque soror
eadem quæ Minerua ; At certè & Daniel de astris,& cœlorum ambitu; *Qui autem docti* Dan. 12.
*fuerint,fulgebunt quasi splendor firmamenti ; & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stella in per
petuas æternitates*. cap. 12. vers.3. Quoniam igitur per te splenduerunt artium,atque di-
sciplinarum Coryphæi , & quencunque varia cognitio erudiuit , te iidem in supernis
morantem circundant , tuum coronant verticem, ad tuas obuoluuntur plantas ; &
quemadmodum Phœbo de volucrum , de apicularum donis cella confecta est , quia
munera illa sapientiæ deseruirent , quæ ab Apolline natiuitatem traxit ; sic tibi de
scientiarum Principibus tiara,tibi stola,tibi calceamenta conflata : Tibi Paulus neuit,
tibi Ioannes,tibi Marcus ; te vestit Augustinus , te Hieronymus, te Thomas , & omnis
nitidioris Scholæ medulla ; pateret inter aurata fila,vt & hoc nostrum leuidense stamen
angulum occupet aliquem ; subeant inter magnificas oblationes auri,argenti,hyacin-
ti , purpuræ , bissi , de quibus & Tabernaculum Domini , & Sacerdos eius cooperien-
dus , porrecti caprarum pili , Exod. cap.35. vers. 6. neque despecti ; sint nostra vel de Exod. 35.
cilicinis sagis ; numerentur inter postrema ; tantùm non à te reiiciantur; in hoc con-
cupiscit, & deficit anima nostra.

Sed quòd apud te mansionem faceremus post diei & æstus pondus,incitauit quoque 83.
magni Creatoris exemplum ; Quis ille dies,quem sanctificauit , in quo feriatus est ab
omni opere,quod patrarat,nisi tu ? Et benè quidem in diebus aliis vesperæ,atque matu-
tinarum horarum fit mentio ; in Sabbatho illo magno nihil crepusculosum , nihil aut
de nocte exoriens,aut in occasum properans , totum conspicuum atque radiosum est: MARIÆ
quæ est ista lux tam grandis tenebrarum nescia , nisi tu scientiarum perfectissima Ma- *dulcis ac-*
gistra,in qua nullus error,nullæ ignorationis vmbræ , quantùm puræ creaturæ suffert *quiescendi*
capacitas . In te igitur,quam Sabbathum præfigurabat, requieuit Numen post absolu- *locus.*
tum mundi opificium desertis Angelis,atque hominibus,cæteráque fabrica sua ; Dicat
ex familiaribus,& Mystis tuis Cardinalis Damiànus serm. de Annunciatione ; *Cùm enim* Damian.
*fecerit Deus omnia opera sua valde bona , hoc meliùs fecit,confecit sibi in te reclinatorium aureum,
in qua sola post tumultus Angelorum,& hominum se leuaret , & requiem inueniret* : Quod igitur
sibi Creator non fessus solatium amauit post Hexameri operationem, hoc ego citò las-
satus in ipso vigiliarum limine dilexi, sperans sub vmbra illius, quam desideraueram,
sic recreatas iri vires, vt quanquam per vastam Epithalamij planitiem quadraginta die-
bus,& quadraginta noctibus currendum sit , in fortitudine solatij huius ambulemus
hilares , & perueniamus ad montem Dei Horeb , montes illos certè aromatum , ad

ques

quos vt ascendat, capreæ, hinnulóque ceruorum assimilatus sponsus, dilecta hortatur sub exitu Hymenæi.

84. *Laborum optimum, quod in fine est.* Fuit & occasio, vt sub finem lucubrationum potius, quando pausandum erat, dedicationem facerem, quoniam tali Reginæ optima deferenda erant; Didici a S. Abele: Optimum autem id est, vbi requiescit laborans; Quis Rex dierum in illo primordiali septiduo? num quando cete grandia creata sunt, vel cùm terra germinare iussa, a... coe i or nati sunt? vel tum quidem, cùm sublime animal homo productus de limo? Vicit sane omnium horum gloriam dies ille sanctificatus, in quo vacauit Omnipotens à factura manuum suarum; hic ille inter dies antesignanus, hic festorum principium, hic temporum corona, hic denique Sabbathum Sabbathorum; Splendidè August. lib. 4. de Genesi ad literam, cap. 14. *Deus, nec cùm creauit, defessus est; nec cum cessauit, refectus; sed nos voluit per Scripturam suam ad quietis exhortari desiderium; intimando nobis, eum diem se sanctificasse, in quo quieuit ab omnibus operibus suis, tanquam & apud ipsum, qui nihil in opere suo laborat, plus quies quàm operatio valeat*; Quando igitur id præstantius sit, quod metam adfert laboribus, afferat autem quietem vltima periodus; hanc tibi consecrare particulam, *Mater Creatoris* decebat, cùm tuis altaribus apponere nisi quod optimum sit, reuerentia vetat.

August.

85. *Doctorum piorum lucubrationes quàm MARIA faciat? Apoc. 12.* At dubitaremus te & quidem *in finem* qui amoris probator est, Patronam adsciscere, cùm tu Doctorum lucubrationibus tantum deferas, vt super caput imponas; *Et in capite eius corona stellarum duodecim*, ait Ioannes Apocal. cap 12. Ecce iacet Ecclesia, quam Luna repræsentat, sub pedibus, & stellæ, qui Doctores sunt, verticem occupant; Sed vnde scierit astris cingi frontem Euangelista, cùm fateatur Sole amictam esse mulierem? neque enim coram Phœbo sydera apparent, aut dignoscuntur? Nimirùm id consequuntur eruditi, vt si ad MARIAM accedant, geminetur splendor ipsorum, tantumque fulgeant, quantum nec Apollo, cùm ardentissimus est, obscurare valeat. Certe gloriosa conspiceretur MARIA absque Scriptoribus, illorum sine ea diminuta fuisset claritas; si tamen claritas, & non magis caligo & horror: Venustè Bernardus serm. 2. de Natiuitate Virginis, ad nominata Apocalypseos verba; *Dignum planè stellis coronari caput, quod & ipsis longe clarius micans, ornet eas potiùs quàm ornetur ab eis*; Stellarum fortuna est, quòd vertici incumbant sacrato; manebat formosum caput quanquam desine; illæ squalidæ & deformes nempe, ornat eas potiùs, quàm ornetur ab eis: ergo non te quærimus sed nos, *ô celsa Parens*, dum pro te, atque ad te scribimus: trahit nos post te non odor vnguentorum tuorum, sed emolumenti nostri; suffers tamen atque dissimulas mitis & clemens Domina; & quasi purissimus, atque omnis lucri contemptor esset affectus noster pretiosissimo throno reponens stellas, ingenij scilicet monumẽta; nimirũ fronte, & temporibus.

Bernard.

Quid ex MARIA sui in hoc commodis prof. sciunt specialiter.

86. Taceo beneficia: tam enim liberalis es vt & me etiam tua comprehendat munificentia: Non erit superba hæc gloriatio, de qua & malis iactari liceat; *Quemadmodum enim Sol iste* (Inquitur Bern. serm. de verbis Apocalypsis, *Signum magnum*, &c.) *super bonos, & malos oritur indifferenter; sic ipsa quoque præterita non discutit merita; sed omnibus se exorabilem, omnibus clementissimam præbet, omnium denique necessitates amplissimo quodam miseratur affectu*; Et quidem per omnem vitam tua in nos largitas; specialiter tamen viginti, quibus hunc primum studiorum parturiuimus fœtum, mensibus: nam deerant vniuersa ferè, quæ solatium afferre consueuerant, & imprimis otium atque Bibliotheca, quæ prompta & ad manum; Superauit, quod impossibile videbatur te propitiante, labor, si non felix, contumax sanè; vtinam Filij tui honoribus subseruiens, tuis, Ecclesiæ sanctæ; O præmij nimium: ô meliori reseruandam calamo ter beatam sortem! Tu meus subsiste, & circunquaque diffusum orbem modò contingat in omnem oram penetrare, Bernardi similibus extremùm alloquere verbis, quibus ille ad calcem homiliarum super *Missus est*; *Propylæum Cantici canticorum Salomonis efformaui, sicut potui; nec ignoro, quod non omnibus placebit; sed scio me ob hanc rem multorum fore indignationi obnoxium, & aut iudicabor superfluus, aut præsumptor, quòd, videlicet, post Patres, qui hunc ipsum locum plenissimè exposuerunt, rursus in eodem manus Expositor ausus fuerim mittere manum; Sed si quid dictum est post Patres, quod non sit contra Patres: nec Patribus arbitror, nec cuiquam displicere debere; vbi autem dixi, quod à Patribus accepi, dum sic absit typus præsumptionis, vt non desit fructus deuotionis, patienter audiant de superfluitate causantes: si verò peccaui, quòd propriam magis ex hoc excitaui deuotionem, quàm communem quæsierim vtilitatem; potens erit pia Virgo apud suum misericordem Filium, hoc meum excusare peccatum; cui hoc meum qualecunque Opusculum deuotissimè destinaui.*

Bernard.

Bernard.

OMNIA SACROSANCTÆ MATRIS ECCLESIÆ correctioni substernimus.

INDEX

INDEX
RERVM ET VERBORVM
quæ in hoc Anteloquiorum Volumine continentur.

A, designat Anteloquium. N, numerum marginalem. Sequentium vero numerorum prior paginam, posterior columnam demonstrat.

Ap[illegible]o[illegible]

E

Ecclesiam

In

Eucherius.

Eunuchi.

Euphrates.

Excelsa.

Exercitia.

Expositio.

Ezechiel.

F

Fabula.

Familia.

Februarius.

G

Iudæi

Malum

Quadriga.

Schola.

Samaria.

Samson.

Samuël.

Sancti.

Sanctum Sanctorum.

Sanedrin.

Sanguis.

Sapientes.

Sapientia Liber.

Sara.

Scrupulosus.

Selmon.

Senectus.

Sensus accommodatitius.

Sensus litteralis, seu historicus.

Sichma.

Triticum.

V

F I N I S

E 25.